Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford : Messer
Bequest

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS, ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LIX.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1862

HSJ
68

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

1

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a t il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est resolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilége* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Éditeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

BR
60
.M61
v.59

SÆCULUM V, ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS ONOMASTICO ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII, TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT, VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS OCTAVUS.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.
1862

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LIX CONTINENTUR.

Homiliæ LXXXVIII in Joannem. *col.* 23
Spuria. 485

MONITUM.

Forsitan miraberis, Lector benevole, quod, dum in omnibus tum præcedentibus tum subsecuturis S. Joannem Chrysostomum SS. Patribus versio Latina ad textum Græcum columna ad columnam accedit, in hacce nostra ejusdem S. Doctoris editione, pagina Latina juxta Græcam paginam tantum ponatur. Hæc causa fuit et quidem unica, quod priusquam nobis in animo fuisset integram SS. Patrum Ecclesiæ Græcæ traditionem contexere, jam quindecim abhinc annis seorsim edideramus Latine tantum S. J. Chrysostomi opera, litterisque mandaveramus immobilibus. Res cum ita se haberent, et nec in manu esset litteras immobiles movere, neque in animo hujusce editionis mere Latinæ novem delere volumina quæ jam integre typis immobilibus mandata erant et pluris quam sexaginta millibus constiterant francis, hunc feliciter invenimus modum, non tamen sine opera et impensa, hæc aptandi huic editioni novæ, quæ sic lingua tum Græca tum Latina ditata evadit.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Præfatio

AD HOMILIAS

S. JOANNIS CHRYSOSTOMI

IN JOANNEM.

Ad homilias in Evangelium Joannis tandem devenimus, ubi novum prorsus concionandi ritum, insolitam deprehendimus disserendi rationem. Stylum sane eumdem cernimus, dictionem prorsus similem; eumdemque statim agnoscimus dicendi artificem Chrysostomum : in ordine autem et argumenti ratione magna sese offert diversitas. In cæteris namque in Scripturam sacram Commentariis, maximeque in Homiliis in Matthæum, postquam singulorum versuum literam explanavit, occasione ex serie sumpta, ad morum informationem spectantia multa interserit; atque in fine concionis longissimam moralem adhortationem adjicit, qua et procerum et popularium vitia insectatur, atque ad virtutem adeundam stimulos addit. In hisce autem in Joannem Homiliis alio concionandi genere procedit. Passim namque postquam singulos versus attulit, illosque maxime quos Catholicis hæretici quidam objicere solebant, auditores suos adversus illorum argumenta et sophismata munit roboratque; atque ut statim deprehenditur, iis qui contra hostes hujusmodi sæpe manus conserebant, arma ministrat. Hic scopus oratoris præcipuus, eo nervos omnes contendit, ut Christianum militem, qui passim contra hæreticos decertabat, ad illorum depellenda tela instituat.

Hæc porro non in omnibus homiliis occurrunt, sed in iis tantum ubi ea Joannis loca explicantur, quæ vel ad æqualitatem consubstantialitatemque Patris et Filii probandam apta sunt, vel quæ ab hæreticis ad illam impugnandam usurpabantur. Ubi vero de divinitate deque consubstantialitate Filii non agitur, literam ille paucis plerumque explanat. Moralem quoque disciplinam inter concionandum rarius attingit, concionemque brevissima adhortatione morali claudit; ita ut hæ in Joannem conciones, dimidia fere sui parte minores ut plurimum sint Homiliis in Matthæum.

Hinc certe jam multæ exsurgunt quæstiones : quinam nempe sint hæretici, qui Chrysostomi auditores telis ex Joannis Evangelio desumptis impetebant; cur illos Chrysostomus non nominet : ex qua familia orti hi hæretici essent; quibus maxime argumentis objectiones lucifugarum confutandas esse doceat. Hæc porro omnia expendere non pigebit, postquam de numero Homiliarum in Joannem, de urbe in qua hæc concionatus est, de concionis hora, deque aliis nonnullis quædam præmiserimus.

§ I. 1. *De numero Homiliarum in Joannem.* 2. *Qua in urbe hasce homilias habuerit Chrysostomus, Antiochiæne, an Constantinopoli.*

1. Homiliæ in Joannem apud Savilium octoginta octo feruntur, apud Morellum autem octoginta septem tantum, quandoquidem Morellus primam procemii tantum loco ponit, neque illam Homiliam primam inscribit, quia videlicet nihil de Evangelio Joannis in hac concione explicatur, estque tantum quasi præludium ad explicationem ejusdem Evangelii. Verum ut ut res est, hoc procemium non minus concio et homilia est, quam cæteræ sequentes conciones. Nam hic populum alloquitur, ad virtutem hortatur, a vitiis arcet, omniaque concionantis implet officia. Quamobrem jure illam Savilius inscripsit Homiliam primam : quem sequi visum est. Verum quia Morelli Editio, quæ a multis annis omnium manibus teritur, ut plurimum a scriptoribus affertur in medium, iique secundum Morellianam Editionem homilias numerant; eamque, exempli causa, vigesimam nonam inscribunt, quæ secundum Savilium et secundum veram numerandi rationem trigesima est, in summa pagina utrumque numerum sic attulimus : *Homilia trigesima* al. *vigesima nona,* et ita quoque in aliis.

Hanc porro numerandi varietatem non esse recentem suadet Facundus Hermianensis, qui libro 3, c. 3, p. 114, sexagesimam sextam dicit eam quæ vere sexagesima septima est. Verum altera etiam numerandi ratio, quæ vera utique est, apud alios in usu fuisse comprobatur. Ephræmius enim Antiochenus *undecimam* numerat eam quæ jam undecima est. Hancque numerandi rationem sequuntur Codices Græci manuscripti, quos hactenus videre licuit.

2. Altera exsurgit quæstio, an videlicet Antiochiæ, an Constantinopoli hasce homilias Chrysostomus habuerit. Utra in urbe tot conciones habitæ sint, in ipsis concionibus nusquam deprehendere potuimus. Nam si qua essent unde conjecturam ducere possemus, ex perpetuis nempe velitationibus adversus eos qui parem paternæ potestatem in Filio esse negabant, qui consubstantialitatem oppugnabant, adversus Anomœos nempe, quos ubique insectatur, id perinde Constantinopoli, atque Antiochiæ observatur. In utraque enim civitate contra Anomœos nominatim concionatus est Chrysostomus, in utraque magno numero Anomœi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erant, qui cum popularibus Catholicis sæpe de religione concertabant. Nihil igitur inde circa urbem ubi habitæ sunt hæ conciones expiscari possumus : nullumque aliud ea de re ex ipsis homiliis indicium possumus mutuari. Verum ex Homilia septima in Epistolam primam ad Corinthios t. 10, p. 53, nostræ Editionis, discimus Homilias hasce in Joannem ante illas in Epistolam ad Corinthios habitas fuisse. Cum autem hæ ad Corinthios Homiliæ Antiochiæ habitæ fuerint, ut suo loco probabitur, hinc sane consequitur has etiam in Joannem conciones Antiochiæ dictas fuisse. Locus porro ille Homiliæ septimæ ad Corinthios sic habet : *Nam illis ait,* Neque me novistis, neque Patrem meum (*Joan.* 8, 19). *Quomodo ergo supra dixit,* Et me nostis, et nostis unde sim (*Id.* 7, 28) ? *Sed quis sit modus hujus lectionis, et quis illius, jam dictum est in Evangeliis, et ne idem frequentius versemus, eo lectores mittimus.* Mittit scilicet ad Homilias suas in Evangelium Joannis, ad Homiliam nimirum quinquagesimam, ubi hæc verba c. 7, v. 28, col. 279, explicans, *Et me scitis, et unde sim scitis,* ostendit illa optime conciliari cum aliis ejusdem Evangelii c. 8, 19, ubi ait Judæos nec se nosse, nec Patrem suum nosse. Certum itaque indubitatumque est Chrysostomum has homilias Antiochiæ habuisse antequam Homilias in primam et secundam ad Corinthios haberet, quæ item Antiochiæ habitæ fuere, ut suo loco probabimus.

§ II. 1. *Quo tempore has habuerit homilias.* 2. *Cur illucescente aurora, hæc concionatus sit.* 3. *Quod genus auditorum concionibus interfuerit.*

1. Jam diximus in Præfatione ad Homilias in Matthæum, non potuisse Chrysostomum annis tribus prioribus queis presbyter concionatus est, Homilias in Matth. ad populum habere, quia videlicet his tribus annis 386, 387, 388, tot homilias tam longas dixit, ut alias addere vix potuisse videatur. Certe, ut in Vita Chrysostomi pluribus dicetur, vix credatur quot quantasque hisce tribus prioribus sacerdotii sui annis conciones dixerit; Panegyricas festorum et Sanctorum per annum, alias in Scripturæ libros, cæterasque variis de rebus. Itaque ut Homilias in Matthæum post annum 388 habitas, hac de causa statuimus, multo magis hasce, quæ secundum Homilias in Matthæum dictæ fuisse videntur, post annum illum dictas inferemus. Annum vero ipsum assignare quo has homilias cœperit, non humanæ videtur facultatis. Certum utique est illas ab anno 389 ad annum 398, quo ineunte ad sedem Constantinopolitanam evectus est, habitas fuisse; sed annum ipsum, vel etiam annos aliquot statuere (non enim uno eodemque anno hæ 88 homiliæ habitæ videntur), hoc opus, hic labor est. Videamus tamen an possimus aliquid ulterius circa rem illam expiscari. Cum has præcesserint Homiliæ in Matthæum, quæ nonaginta numero habentur, et post annum 388 habitæ putantur; nec videantur illæ in Matthæum nonaginta homiliæ uno compleri potuisse anno, illis probabiliter assignamus annos 389 et 390. Hasce vero in Joannem post annum 390 habitas congruenter statuimus, ab hoc anno scilicet ad annum 394, vel 395. Non enim possumus totum illud spatium assignare quod intercurrit usque ad annum 398, quo incipiente episcopus Constantinopolitanus electus est. Quia post Homilias in Joannem, compertum nobis est, illum conciones alias ingenti numero Antiochiæ habuisse, Homilias nempe in Epistolas ad Corinthios, quarum prima 44, secunda 30 concionibus, iisque longioribus absolvitur; inque cæteras Pauli Epistolas non paucas Antiochiæ, postquam has in Joannem peroraverat, concionatus est, ut pluribus suo loco probabitur. Non possumus ergo in ultimos presbyteratus ejus annos has in Joannem Homilias conjicere; sed tempus ipsis probabiliter consignamus ab anno 390 ad annum 394, vel 395. Hac sic constituta serie, omnia quadrare videntur.

Neque anno uno potuit hasce omnes 88 conciones absolvere si quinto quoque die tantum singulas habuerit homilias, ut ipse innuit paulo ante finem Homiliæ primæ, ubi talia fatur : col. 27 : *Nec mihi quis dicat, breve tempus inter hanc et sequentem concionem esse. Licet enim, non solum dierum quinque spatio, sed etiam uno temporis momento vitam totam mutare.* Si quinto quoque die tantum concionatus sit, hasce 88 conciones anno uno absolvisse non potuit. Sed si quinto quoque die tantum concionabatur, ut ait ille, quomodo illud quadrare possit ad id quod dicit initio Homiliæ 25, col. 147, *Neque enim quotidie, sed bis tantum in hebdomada, idque per brevem diei partem, ut laborem levemus, vos concioni adesse et attendere hortamur.* Si bis in hebdomade, non certe tantum quinto quoque die, sed frequentius concionatus est. Verum hæc conciliari poterunt, si dicatur illum modo rarius, modo frequentius esse concionatum.

2. Sed singulare prorsus est id quod habet Chrysostomus circa horam diei qua has conciones habebat. Homilia quippe 31, col. 182, ita loquitur : *Si vero mulier Samaritana tantum adhibet studium, ut quid utile ediscat, et Christo assidet, etiamsi illum non noscat : quam nos veniam consequemur, qui ipsum novimus, qui non secus puteum, non in deserto stamus, non in meridie, non adusti solaribus radiis; sed sub aurora, sub hoc tecto umbra fruimur et suaviter agimus, neque patienter audimus quidpiam, sed desidia torpemus?*

Itaque sub aurora, id est, matutinis horis illucescente aurora hos sermones habuit; cæteras utique conciones non primo diluculo habere solebat : sed in hisce Joannis Evangelium explicantibus homiliis multa præter morem fieri deprehendimus. Primo, quod longe breviores cæteris omnibus sint. Secundo, quod illucescente aurora habitæ; tertio, quod adhortationes morales contra consuetudinem brevissimæ sint. Quarto, quod præcipuus scopus videatur esse, in plerisque saltem homiliis, ut auditores contra hæreticos, Joannis Evangelio abutentes, ad pugnam instruat. Etenim cum primam homiliam quasi proœmium emisisset,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in secunda vero externorum philosophorum primipilares exagitasset : in tertia demum col. 39, propositum suum aperit his verbis : *Tempus autem est ut ad rem propositam veniamus, ne vos defessi hæc certamina adeatis. Certamina quippe nobis prostant contra veritatis hostes; contra eos qui nihil non machinantur, ut Filii Dei gloriam, imo potius suam dejiciant : illa quippe semper manet ut est*, etc. Ubi vides illum auditores suos ad certamina contra hæreticos adeunda acuere, ipsisque arma ministrare. Illud autem fere observes per totum Homiliarum in Joannem decursum, in concionibus saltem illis, Evangelii loca explanantibus, quæ vel Christum Patri æqualem et consubstantialem probant, vel ab hæreticis contra illam consubstantialitatem et æqualitatem detorta usurpabantur. Illi quippe hæretici, quia ex Joannis verbis validissime impeti solebant, ex ejusdem et ipsis verbis sententiam et impietatem suam tueri conabantur. Quia vero tunc hæretici illi Catholicis admixti magno numero erant, frequenterque cum obviis ex Joannis Evangelistæ verbis disputabant, necesse putavit Chrysostomus auditores suos ad talia certamina suscipienda instituere, ut ait ipse in loco jam allato, et passim in sequentibus concionibus repetit.

3. Sed cur illucescente aurora has conciones habuit, cur tam breves, cur moralem disciplinam, quam cum tanta ubertate in aliis concionibus frequentat, hic parcius attingit? Quantum auguror conjectura, ne cæterarum homiliarum cursum, quas assidue per totum annum habebat, et cui intererant Catholici omnes cujusvis ætatis, sexus atque conditionis; ne illas, inquam, interpellaret : hasce præterea illucescente aurora, non universo populo dicebat, sed iis tantum viris ac mulieribus, qui ferventiores essent, quique ingenio valerent, possentque in quotidianis cum hæreticis velitationibus, lucifugarum argumenta ex Evangelio Joannis ut plurimum petita, Chrysostomi monitis instituti, confutare. Sancto igitur doctori, cui in dicendi ubertate vix parem in omnibus retro sæculis deprehendas, duo præcipue munia imcumbebant : primum, ut totum Catholicorum cœtum contra vitia quæque institueret, id quod ille strenue exsequebatur, dum frequenter per annum ac bis sæpe in eadem hebdomada moralem omnem disciplinam cum mira facundia versabat; secundum, ut Catholicos inter innumeras hæreticorum catervas versantes, qui hæretici in familiaribus colloquiis veram fidem ex Evangelio maxime Joannis impetebant; ut Catholicos, inquam, illos contra adversarios suos armis instrueret. Quia vero non omnes omnino Catholici, ut diximus, viri atque mulieres, cujusvis ætatis atque conditionis, ad hanc capessendam pugnam idonei esse valebant, non omnes fortasse hisce matutinis concionibus intererant, sed ii tantum viri ac mulieres, qui ingenio valebant, poterantque tela sibi a Chrysostomo subministrata in hæreticorum capita contorquere. Hi ferventiores cæteris seorsim erant instituendi; argumenta quippe passim allata vulgi captum superabant. Hæc vero illucescente aurora concionabatur, ni fallor, quod aliud diei tempus reservaret ad majores illas conciones, queis ad vitia propulsanda, et virtutem omnem inculcandam uberiorem dabat operam. In concionibus autem matutinis disciplinam illam moralem parcius attingebat, quia præcipuus ipsi scopus erat arma suis contra hæreticos suppeditare. In his porro matutinis concionibus etiam mulieres admittebantur, illæ quæ possent in familiaribus colloquiis oblatas ab hæreticis difficultates depellere. Nam in hisce in Joannis Evangelium Homiliis mulieres aliquando, etsi rarius, alloquitur S. doctor. Jam vero ad cætera transeamus.

§ III. 1. *Hæretici qui in hisce concionibus impugnantur Anomœi erant.* 2. *Unde orti Anomœi. illorum historia compendio affertur.* 3. *Quis illorum status esset quo tempore hæc concionabatur Chrysostomus.*

1. Non est multa perquisitione opus ut deprehendatur quinam sint hæretici illi, qui ex Joannis Evangelistæ dictis tela mutuabantur ut Catholicos impeterent, etiam in familiaribus colloquiis : qui magno numero cum essent et cum popularibus admixti, quotidianas excitabant velitationes; ita ut sanctus doctor, et sanæ doctrinæ, et auditorum saluti prospiciens, cogeretur illos instituere ad ipsa tela in caput hæreticorum contorquenda. Hi certe hæretici, Anomœi sunt, quibuscum tamdiu concertavit Chrysostomus, et quidem toto tempore quo concionandi officio functus est, sive Antiochiæ presbyter, sive Constantinopoli episcopus cum esset. Antiochiæ certe anno primo quo cœpit concionari, certamen iniit contra hæreticos istos passim cum Catholicis intermixtos, atque in concionibus duodecim, Anomœos egregie confutavit, ipsorum tela depulit, validissimaque argumenta adversus illos subministravit. Illas porro duodecim homilias, quarum pleræque in priscis Editis hinc et inde sparsæ erant, in Edito nostro una collectas habes, incipiuntque Tomo 1, col. 701. Neque modo in illis duodecim orationibus sive homiliis hæreticos illos confutavit sanctus doctor, sed etiam in aliis ubicumque sese occasio offerebat.

Verum, quod observatu sane dignum fuerit, non statim ineunte primo presbyteratus sui anno Anomœos impetiit; sed ut ipse in prima concione testificatur, jam pridem destinatam contra Anomœos pugnam tardius, eodem licet anno, suscepit, quod multos Anomœorum videret concionibus adesse suis, ac cum voluptate aures sibi præbere. Quamobrem, *ne prædam abigeret*, ait ille, utque ipsorum animos irretiret, linguam ab hujusmodi certaminibus coercebat. Demum hortantibus illis ipsis Anomœis, in arenam descendit; Anomœorumque errores impetere orsus est, amico tamen animo, non ut adversarios ferirct, sed ut jacentes erigeret. Verisimile autem est Anomœos tunc temporis mitiores fuisse, quia Catholici principes Valentinianus II et Theodosius tunc imperium moderabantur; nec poterant hæretici

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illi ea libertate et petulantia uti, qua pridem sub Constantio, et postea sub Valente usi fuerant.

Amico licet animo Chrysostomus Anomœos confutaret, illos tamen acriter insectabatur : et quidem jure ac merito. Dicebant enim illi se omnem scientiam accepisse, quodque magis mireris, se ita Deum nosse, ut se ipse noverat. Cum porro se tanta instructos scientia ridicule putarent, nihil mirum si Dei substantiam audacter scrutarentur, totque circa illam quæstiones moverent, atque obviis quibusque Catholicis etiam in foro objicerent. Si quis porro ipsos de tanta audacia redargueret, reponebant illi, *An ignoras id quod colis?* T. 1, col. 742. Hæc vero perpetuo et ad aures omnium decantabant : Filium non esse Patri consubstantialem, esse rem factam, non habere parem Patri judicandi potestatem, non posse Patri æqualem esse, qui Patrem precaretur. Addebant etiam Filium non esse Patri ὅμοιον, *similem*, indeque ἀνόμοιοι, Anomœi, quasi dicas *dissimiles*, appellati sunt. Hos perpetuo in homiliis tam Antiochenis quam Constantinopolitanis insectatur Chrysostomus, etiam in concionibus illis quarum argumentum nihil affine videbatur habere cum Anomœorum hæresi. Cum enim hi hæretici omnino dicaces et pugnaces essent, ac perpetuo cum Catholicis velitarentur, nullam Chrysostomus occasionem omittebat tam procaces homines confutandi.

Verum licet passim et ubique in Chrysostomi homiliarum decursu Anomœorum argumenta adferantur et confutentur : nusquam tantam armamentarii lucifugarum illorum copiam deprehendimus, quantam in his in Joannis Evangelium Homiliis ; quoniam videlicet illi ex hoc maxime Evangelio, secundum suam mentem, et omnigenam, ut ipsi dicebant, scientiam explicato, argumenta sua mutuabantur. Quæ eorum argumenta, saltem præcipua quædam, cum responsionibus Chrysostomi non pigebit referre, postquam de illius hæreseos ortu, et progressu ad hoc usque, quo de nunc agitur, tempus compendio retulerimus. Id quod lectori non displiciturum speramus ; nam quos tam frequenter videmus a Chrysostomo exagitari, ab ortu et gestis cognoscere, nemo inutile fore dixerit.

2. Arius circa annum 320 exsecrandam hæresim in Ecclesiam Dei invexit, discipulos multos habuit, turbasque innumeras dedit, queis omnes pene orbis Ecclesiæ exagitatæ sunt. Arii autem et Arianorum præcipua capita et verba hæc erant : Deum non fuisse semper Patrem ; Filium non semper fuisse, sed fuisse tempus cum non esset ; non fuisse antequam nasceretur, in tempore factum esse et ex nihilo ; non proprium esse naturæ Patris ; creaturam esse perfectam, sed non ut aliam ex creaturis ; non esse verum Deum, sed participatione Deum ; non esse æternum, sed ante tempora et sæcula creatum ; Filium non perfecte nosse nec perfecte videre Patrem. Eo etiam impietatis procedebant, ut dicerent, Filium non esse unicum et verum Verbum, sed solo nomine Verbum, solo nomine Sapientiam, gratia Filium, initium creaturarum ; Verbum natura mutabile esse, multaque esse Verba. Imo dicebat ipse Arius aliud esse Verbum quod in Deo est, et aliud de quo ait Joannes, *In principio erat Verbum*. In hac enim impia doctrina non omnes sibi constabant, sed alius alia plerumque contraria dictitabat, imo, ut error vix consistere potest, iidem ipsi non sibi semper consentiebant.

Dicebant etiam inter eos multi, Filium non esse Patri similem. Circa hanc vero sententiam Arianorum facta sunt divortia. Alii enim omnem omnino similitudinem excludebant ; alii similitudinem etiam in substantia admittebant ; hi vero peculiarem quasi sectam constituerunt, qui ἑμοούσιον sive *consubstantialem* Filium esse negabant, sed ὁμοιοούσιον, *similem substantia*, admittebant, cumque a perfectis Arianis in aliquo deficerent, Semiariani sunt appellati. Hi porro etiam sunt inter se divisi. Alii namque dicebant, Filium substantia similem esse Patri, similitudine imperfecta qualis posset esse creaturæ ad Creatorem, imaginis ad typum. Imaginem nempe et similitudinem illam extra Deum, a Deo factam esse dicebant, et Dei substantiæ similem esse, quatenus potest res extra Deum creata, Creatoris substantiæ esse similis. Hi vero nomine tantum tenus ab Arianis perfectis differebant. Non enim poterant Ariani negare qui Evangelium admittebant, aliquam similitudinem imperfectam esse posse inter creaturas et Creatorem ; quandoquidem in Evangelio habetur, *Ut sitis similes Patris vestri*, etc.

Ex Semiarianis vero alii, quorum antesignanus erat Basilius Ancyranus, τὸ ὁμοιοούσιον, nempe similitudinem substantiæ, longe alio modo interpretabantur. Omnimodam quippe similitudinem substantiæ in Patre atque Filio admittebant : τὸ ὁμοούσιον vero, sive consubstantialitatem Patris et Filii rejiciebant ; et quidem multis de causis quas recenset et confutat Athanasius libro de Synodis, p. 764, et in eodem libro, p. 757, ait, ideo illam vocem, ὁμοούσιον, ab his de quibus loquimur Semiarianis rejici, quia in concilio Antiocheno, ubi Paulus Samosatenus damnatus fuit, proscripta fuerat ; etsi non eo sensu quo postea in Nicæna synodo et admissa et promulgata, et in fidei confessione posita fuit. Nam quod in Antiochena synodo τὸ ὁμοούσιον non absolute damnatum fuerit, liquet ex verbis Dionysii Alexandrini, qui Antiochenæ synodo interfuerat et subscripserat. Accusatus enim apud Dionysium Romanum Pontificem, quod voce ὁμοούσιον non uteretur in concionibus suis, respondit ille se hujusmodi vocem et admittere, et ut omnino catholicam habere. Ab illa autem tunc abstinebat, quia sibi cum Sabellianis res erat. Hæc vero pluribus descripta habes in Athanasii libro de sententia Dionysii : ubi ille ipsa Dionysii verba refert, exscripta ex ejusdem epistola. Attamen hi mitiores Semiariani τὸ ὁμοούσιον rejiciebant, illique voci τὸ ὁμοιοούσιον substituebant. Verum in ea explicanda voce ita procedebant, ut a vera Catholicorum sententia nihil differrent, licet in verbis ipsis pugnarent. Inter substantiam enim Patris et Filii perfectam similitudinem sta-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tuebant, et Filium Patri æqualem profitebantur, licet porro illud ὁμοιούσιον impietatem præ se ferat : nam si similis substantia Patri sit Filius, si vere Deus, ut illi confitebantur, alterius et diversæ substantiæ fuerit : idem enim ipsum numquam simile sibi dici possit. Si vero diversæ substantiæ sint Pater et Filius, si Pater Deus, et Filius quoque Deus ; ergo duo dii erunt; nam substantia Dei Deus ipse est. Sic Filius Patri substantia similis, erit Deus Deo similis ; ergo duo dii. Verum hanc consequentiam non admittebant hi, de quibus loquimur, Semiariani, licet ea aperte ex voce ὁμοιούσιον sequi videatur. Hi certe etsi ad catholicam sententiam accederent, male tamen hanc inducebant vocem, et culpandi etiam erant quod vocem ὁμοούσιον in sacra Nicæna synodo inductam non admitterent. Attamen magnum illud Ecclesiæ lumen Athanasius hos non vult quasi adversarios haberi. Libro namque de Synodis, p. 755, ita habet : *Viros autem qui alia quidem omnia Nicææ scripta recipiunt, de solo autem consubstantialis vocabulo ambigunt, non ut inimicos spectari par est. Neque enim velut Ariomanitas aut Patrum adversarios homines aggredimur, sed disputamus veluti fratres cum fratribus, qui eadem qua nos sunt sententia, solo nomine in controversiam adducto. Cum enim confiteantur ex substantia Patris, et non ex alia substantia esse Filium, nec creaturam vel opificium illum esse, sed genuinam naturalemque prolem, et ab æterno una cum Patre Verbum et Sapientiam exsistere, non longe absunt a recipienda* consubstantiâlis *voce. Talis est Basilius Ancyræ, qui de fide scripsit. Nam si similis tantum dicatur secundum substantiam, id non idem prorsus significat atque illud,* ex substantia, *quo verbo magis, ut ipsi dixere, Patris germanum Filium ipsum esse significatur*, etc. Ex his vides hos Semiarianos vocibus tantum a Catholicis dissensisse, re autem ejusdem sententiæ fuisse. Unde videtur Athanasius sperare illos tandem ad catholicam non modo sentiendi, sed etiam loquendi rationem accessuros esse, cum ait, ipsos non longe abesse a recipienda Consubstantialis voce. Et vere illi, ut quidem videtur, postea Catholicis adjuncti sunt : non diu enim loquendi formulas ab illis usurpatas videmus in medium afferri. Ut vero hi Semiariani re ipsa cum Catholicis consentiebant, ita quoque alii Semiariani, qui Filium rem factam esse nec coæternum Patri dicebant, etsi illum ὁμοιούσιον, id est, Patris substantia similem dicerent, vel parum, vel nihil differebant ab Arianis et ab iis qui ἀνόμοιον, id est, dissimilem Patri Filium asserebant; quapropter hi etiam Semiariani non diu ab Arianis et ab Anomœis segregati mansisse videntur, et sic demum fere omnes, uti quidem existimo, Anomœorum nomine sunt appellati.

Anomœi vero illi eodem suborti tempore Aetium auctorem habuisse perhibentur, Aetium, inquam, illum, qui impietatis causa *atheus* (ἄθεος) cognominatus est. Jam porro illi tempore Athanasii turbas dare cœperunt, dicebantque Filium Patri omnino dissimilem, quæ hæresis, cum Arii et Arianorum erroribus omnino consentiebat. Cum enim Filium rem factam et creatam Ariani dicerent, hinc sane sequebatur tantam esse Patrem inter et Filium dissimilitudinem, quanta est Creatorem inter et rem creatam. Cum porro inter creatorem et rem creatam immensa sit dissimilitudo, certe eamdem esse inter Patrem et Filium sequebatur. Ἀνόμοιον itaque seu dissimilem Christum dicebant, hincque illi Anomœi sunt appellati. Initio autem inter Anomœos et Arianos dissensiones subortæ sunt ; non omnes paria dicebant, et aliquando, licet re ipsa paria sentirent, verbis tamen digladiabantur ; sub hæc autem Anomœi sensim invaluere et Orientem pene totum occuparunt. Certe quo tempore Chrysostomus concionari cœpit, nempe anno 386, plena Anomœis Antiochia erat : quapropter eo ipso anno Homilias illas *de Incomprehensibili*, cœpit, ipsosque egregie confutavit illo et sequentibus annis ; una namque serie duodecim homilias dedimus Tomo primo, queis Anomœorum argumenta depellit Chrysostomus.

3. Præter autem Arianam totam hæresim quam ipsi amplectebantur et tuebantur, alia etiam addiderant amentiæ plena, quæ passim illis exprobrat sanctus doctor. Dicebant itaque illi, ut jam monuimus se omnem scientiam accepisse : se Deum perinde nosse, atque se ipse noverat ; qua insania quæ major esse poterat ! Nec modo in orationibus illis, quas speciatim contra Anomœos habuit, illos exagitat Chrysostomus ; sed etiam passim in aliis homiliis Anomœos sæpe in medium adducit et confutat, et quidem aliquando, ut T. 3, col. 31, præsentes. Nam eorum plerique concionibus ejus intererant, ut jam diximus. Nec modo Antiochiæ, sed etiam Constantinopoli multos reperit Anomœos, quos etiam passim aggressus est. Hi enim catholicæ plebi admixti quotidie velitabantur cum obviis quibusque. Hæc præcipua cura fuit Chrysostomo cum Antiochiæ, tum Constantinopoli. Sed quia in hac postrema civitate, ubi episcopus concionabatur, gravissimis aliis curis negotiisque distentus fuit, impetitus a multis, ac bis in exsilium actus, non potuit tantam istic quantam Antiochiæ propulsandis Anomœis adhibere curam. Etsi vero, uti jam diximus, passim in homiliis suis contra Anomœos agat, licet eos raro suo nomine Anomœos appellet : numquam illorum argumenta ita speciatim affert ac refellit, ut hic in Homiliis in Joannem. Quamobrem hic saltem præcipua recensere animus est : longius enim excurrere oporteret, si omnia afferremus.

§ IV. *Anomœi ex Arianis orti ; cur ex Evangelio Joannis argumenta mutuentur. Illorum argumenta ex illo ipso Evangelio confutantur.*

Ex Arianis orti Anomœi, hac nota et tessera ab illis distingui videbantur, quod dicerent se omnimodam scientiam adeptos esse ; se perinde Deum nosse ut Deus ipsos noverat, atque etiam, ut Deus se ipsum noverat : quod insanum simul et impium erat. Hac se fultos scientia putantes, Catholicos ubique confidenter aggrediebantur. Quoniam vero ex Evange-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lio Joannis maxime ipsi confutari solebant, indeque tela mutuabantur Catholici, ut illos depellerent ac profligarent, ideo illi ex eodem Evangelio multa detorquebant, ut tela adversum se missa declinarent. Mordebat impios quod his Joannis Theologi dictis ipsorum sententia everteretur, *Deus erat Verbum;* et, *Ego et Pater unum sumus;* et, *Ego in Patre, et Pater in me est;* et, *Ut omnes honorent Filium sicut honorant Patrem;* et, *Sicut novit me Pater, et ego nosco Patrem;* et, *Qui videt me, videt et Patrem;* et, *Si cognovissetis me, Patrem utique cognovissetis* (*Joan.* 1, 1; 10, 30, 38; 5, 23; 10, 15; 14, 9 *et* 7), et similibus aliis, queis se unum substantia cum Patre, ipsi æqualem, et verum Deum declarabat. Ut ergo ab his sese tuerentur, ex ipsis primis Evangelii Joannis verbis tela mutuari conabantur. Dicebant autem, illud, *In principio erat Verbum*, non æternitatem Filii significare, quandoquidem de rebus creatis etiam dicitur, *In principio fecit Deus cœlum et terram.* Ergo, inquiebant, illud, *In principio*, incassum affertur ad Filii æternitatem comprobandam. Huic sophismati pluribus occurrit Chrysostomus, ad auditorum captum accommodatis; brevitatis vero gratia ea solum afferimus quæ opportuniora sunt ad hoc inutile telum depellendum. His explicandis, *In principio erat Verbum*, non procul testimonia petenda sunt; sed ex iis quæ sequuntur paucissima addenda : *Et Verbum erat apud Deum; et Deus erat Verbum.* Illud, *Erat apud Deum*, significat, In Deo. Quidquid autem in Deo est, æternum utique est. Quod autem in Deo Verbum sit ipse Filius dicit, *Ego in Patre, et Pater in me est.* Ego in Patre, et vicissim Pater in me, quo dicto paritas et æqualitas, ac proinde æternitas Filii clarissime demonstratur.

Illud itaque, *Apud Deum*, In Deo significat. Quod vero, *In principio* dicatur, ne hinc tamen initium exsistendi, aut principium temporis vel durationis Verbo adscribas. Non enim hinc potest, quisquis sanæ mentis fuerit, tale principium Filio Dei tribuere. Illud enim, *In principio erat*, non in principio factum fuisse Verbum significare potest. Neque enim id verba ipsa sonant, et alioquin Deus numquam potuit esse sine Verbo, id quod magis ex voce Græca λόγος deprehenditur; significat enim et Verbum et rationem. Sine ratione autem et Verbo Deum numquam fuisse certissimum est : idque evidenter asseritur per illud quod sequitur : *Hoc erat a principio apud Deum*, atque hinc consequitur Verbum seu Filium æternum esse sicut et Patrem. Hæc porro quæ jam diximus non ex homilia tertia modo, sed etiam ex aliis Chrysostomi homiliis excerpta sunt.

Homilia vero quarta aliam Anomœorum objectionem depellit Chrysostomus, quæ quidem objectio inde petitur, quod in hisce Græcis Evangelii Joannis verbis, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, articulus τόν ante vocem Θεόν adhibeatur, ubi de Deo Patre loquitur, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν : ubi vero de Filio agitur et de Verbo, articulus non ponatur ante vocem Θεός : Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Hinc vero sic argutabantur illi : Vox Θεός cum articulo aliquam habet vim qua significatur, illum ipsum esse Deum, id est, verum Deum, quod de Patre legitur. Sine articulo autem, ut de Filio dicitur, non parem vim habet. Hinc significatur, aiebant, non eodem modo Patrem, eodemque Filium esse Deum : Pater enim natura Deus et solus verus Deus est, Filius autem per adoptionem tantum Deus, nec verus Deus. Hoc a principio inter præcipua Arianorum argumenta computabatur, hoc item Anomœi perpetuo venditabant. At talem objectionem non hic modo, sed in aliis etiam opusculis strenue refellit et confutat Chrysostomus, ita ut ne mutire quidem contra liceat, nisi summam impudentiam profitentibus. Ostendit enim in multis Scripturæ sacræ locis Deum Patrem sine articulo poni, et vicissim Deum Filium cum articulo, unde statim talis argumenti futilitas comprobatur. Brevitatis porro causa locis hujusmodi referendis supersedemus.

Homilia vero quinta, col. 53, eosdem hæreticos impetit, qui puncto interjecto hanc clausulam vitiabant, *Et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Illi vero post vocem *nihil* punctum adjicientes, totam sententiam adulterabant, dum ita interpunctionem ponerent : *Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso vita erat.* Quam absurde ita legatur, et quot quantaque ex hujusmodi lectione absona sequantur pluribus ostendit Chrysostomus. Sed ab iis, quia longiora sunt, referendis abstinebimus; ipsam homiliam adeat studiosus lector.

ε'. Ἀλλὰ γὰρ δεινὸν ἡ κενοδοξία καὶ πρὸς τὰ λίαν φανερὰ ἀποτυφλῶσαι τὴν διάνοιαν τῶν ὑπ' αὐτῆς ἁλισκομένων, καὶ τοῖς ὠμολογημένοις πεῖσαι φιλονεικεῖν· ἑτέρους δὲ καὶ σφόδρα εἰδότας τἀληθὲς καὶ πεπεισμένους, εἰς ὑπόκρισιν καὶ ἀντίστασιν ἀλείφει. Ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων ἐγίνετο. Οὐ γὰρ δι' ἄγνοιαν ἠρνοῦντο τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, ἀλλ' ἵνα τῆς παρὰ τῶν πολλῶν τύχωσι τιμῆς. Καὶ γὰρ, Ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, φησὶν, ἀλλ' ἐφοβοῦντο ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται, καὶ τὴν αὐτῶν προέτειναν [b*] σωτηρίαν ἑτέροις. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι τὸν οὕτω σφοδρῶς τῇ παρούσῃ δουλεύοντα δόξῃ, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τυχεῖν. Διὸ καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, εἰπών· Πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ μὴ ζητοῦντες; Μέθη γάρ τίς ἐστι βαθεῖα· καὶ διὸ δυσανάγωγον τὸν χειρωθέντα ποιεῖ τοῦτο τὸ πάθος. Αὕτη τῶν ἁλόντων τὴν ψυχὴν ἀποσχίσασα τῶν οὐρανῶν, τῇ γῇ προσηλοῖ, καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀναβλέψαι τὸ ἀληθινὸν οὐκ ἀφίησιν, ἀλλ' ἐν τῷ βορβόρῳ διαπαντὸς καλινδεῖσθαι πείθει, κατασκευάζουσα δεσπότας αὐτοῖς οὕτω δυνατοὺς, ὡς χωρὶς ἐπιταγμάτων αὐτῶν κρατεῖν. Ὁ γὰρ τοῦτο νοσῶν τὸ νόσημα, καὶ μηδενὸς κελεύοντος, αὐτομάτως ποιεῖ πάντα, ὅσαπερ ἂν οἴηται τέρπειν αὐτοῦ τοὺς κυρίους. Καὶ γὰρ ἱμάτια καλὰ περιτίθεται δι' ἐκείνους, καὶ καλλωπίζει τὴν ὄψιν, οὐχ ἑαυτῷ τοῦτο, ἀλλ' ἑτέροις ἐπιτηδεύων, καὶ ἀκολούθους περιάγει κατὰ τὴν ἀγορὰν, ἵνα θαυμάζηται παρ' ἑτέρων· καὶ πάντα ἃ ποιεῖ τῆς τῶν ἄλλων ἕνεκεν ἀρεσκείας ὑπομένει μόνης. Ἆρα γένοιτ' ἂν τι τούτου χαλεπώτερον πάθος; Ἵνα ἕτεροι [c] θαυμάσωσιν αὐτὸν, κατακρημνίζεται συνεχῶς. Ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ Χριστοῦ, δεῖξαι πᾶσαν αὐτοῦ τὴν τυραννίδα· πλὴν καὶ ἐντεῦθεν ἔστιν αὐτὴν συνιδεῖν. Εἰ γὰρ ἐθελήσεις ἐρωτῆσαί τινα τῶν πολιτευομένων καὶ τὰ πολυτελῆ δαπανώντων δαπανήματα, τίνος ἕνεκεν τοσοῦτον κενοῦσι χρυσίον, καὶ τί βούλεται αὐτοῖς ἡ τοσαύτη δαπάνη, οὐδὲν ἕτερον ἀκούσῃ παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἢ τοῦ δήμου τὴν ἀρέσκειαν. Εἰ δὲ πάλιν ἕροιο τί δήποτε ὁ δῆμός ἐστιν, ἐροῦσι, Πρᾶγμα θορύβου γέμον καὶ ταραχῶδες, καὶ ἐξ ἀνοίας τὸ πλέον συγκείμενον, ἁπλῶς φερόμενον, κατὰ τὰ τῆς θαλάττης κύματα, πολλάκις καὶ ἐκ ποικίλου καὶ μαχομένης συνιστάμενον γνώμης. Ὅταν οὖν τις τοιοῦτον ἔχῃ δεσπότην, τίνος ἐλεεινότερος οὐκ [24] ἂν εἴη; Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀνθρώπους βιωτικοὺς περὶ ταῦτα ἐπτοῆσθαι, οὐχ οὕτω δεινόν· καίπερ ὂν δεινόν· τὸ δὲ τοὺς τοῦ κόσμου λέγοντας ἀποπεπηδηκέναι τὰ αὐτὰ νοσεῖν, μᾶλλον δὲ χαλεπώτερα, τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ δεινόν. Ἐκείνοις μὲν γὰρ μέχρι χρημάτων ἡ ζημία· ἐνταῦθα δὲ μέχρι ψυχῆς ὁ κίνδυνος. Ὅταν γὰρ διὰ δόξαν πίστιν ἀμείβωσιν ὀρθὴν, καὶ ἵνα αὐτοὶ δοξάζωνται, τὸν Θεὸν ἀτιμάζωσι, τίνα ὑπερβολὴν οὐκ ἂν ἔχοι βλακείας [d] καὶ μανίας τὸ γινόμενον; εἰπέ μοι.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάθη, κἂν πολλὴν τὴν βλάβην ἔχῃ, φέρει γοῦν τινα καὶ ἡδονὴν, εἰ καὶ πρόσκαιρον καὶ βραχεῖαν. Καὶ γὰρ ὁ φιλοχρήματος, καὶ ὁ φίλοινος, καὶ ὁ φιλογύνης, ἔχουσί τινα μετὰ τῆς βλάβης καὶ ἡδονὴν, εἰ καὶ βραχεῖαν· οἱ δὲ τοῦ πάθους αἰχμάλωτοι τούτου, διαπαντὸς κατάπικρον ζῶσι βίον καὶ ἡδονῆς ἀπεστερημένον. Οὐ γὰρ ἐπιτυγχάνουσιν οὗ σφόδρα ἐρῶσι, δόξης λέγω τῆς παρὰ τῶν πολλῶν· ἀλλὰ δοκοῦσι μὲν ἀπολαύειν αὐτῆς, οὐκ ἀπολαύουσι δὲ, διὰ τὸ μηδὲ εἶναι δόξαν τὸ πρᾶγμα. Διὰ τοῦτο οὐδὲ δόξα, ἀλλὰ κενὸν δόξης πρᾶγμα εἴρηται τὸ πάθος· κενοδοξίαν δὲ αὐτὸ καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες εἰκότως ἐκάλεσαν. Διάκενος γάρ ἐστιν, ἔνδον οὐδὲν ἔχουσα λαμπρὸν καὶ ἐπίδοξον. Ἀλλ' ὥσπερ τὰ προσωπεῖα δοκεῖ μὲν εἶναι λαμπρὰ καὶ ἐπέραστα, κενὰ δὲ ἔνδον ἐστί· διὸ καὶ τῶν σωματικῶν ὄψεων εὐπρεπέστερα [e] ὄντα, οὐδένα οὐδέποτε πρὸς τὸν ἔρωτα εἶλε τὸν αὐτῶν· οὕτω, μᾶλλον δὲ ἀθλιώτερον, καὶ ἡ παρὰ τῶν πολλῶν δόξα, τὸ δυσκαταγώνιστον τοῦτο καὶ τυραννικὸν πάθος ἡμῖν ἐσχημάτισεν. Ὅψιν γὰρ ἔχει μόνην λαμπρὰν, τὰ δὲ ἔνδον αὐτῆς οὐκ ἔτι κενὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀτιμίας ἀνάμεστα, καὶ ὠμῆς γέμει τῆς τυραννίδος. Πόθεν οὖν τίκτεται τοῦτο τὸ πάθος, οὕτως ἄλογον ὄν, καὶ ἡδονὴν οὐκ ἔχον, φησί; Πόθεν; Οὐχ ἑτέρωθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ ψυχῆς ταπεινῆς καὶ εὐτελοῦς. Οὐ γὰρ ἔστι τὸν ὑπὸ δόξης ἁλόντα, μέγα τι καὶ νεανικὸν ἐννοῆσαι ταχέως· ἀλλ' αἰσχρὸν αὐτὸν εἶναι δεῖ, καὶ εὐτελῆ, καὶ ἄτιμον, καὶ μικρόν. Ὁ γὰρ δι' ἀρετὴν μὲν μηδὲν ποιῶν, ἵνα δὲ ἀνδράσιν ἀρέσκῃ μηδενὸς ἀξίοις λόγου, καὶ πανταχοῦ τὴν ἐκείνων ψῆφον τιθέμενος τὴν ἐσφαλμένην καὶ πλανωμένην, πῶς ἂν ἄξιος εἴη τινός; Σκόπει δέ. Εἴ τις [f] αὐτὸν ἔροιτο· Σὺ δὲ τί νομίζεις εἶναι τοὺς πολλούς; εὔδηλον ὅτι ῥαθύμους καὶ ἠμελημένους ἐρεῖ. Τί δέ; ἕλοιτο ἂν γενέσθαι κατ' ἐκείνους; Εἴ τις αὐτὸν ἔροιτο πάλιν, οὐκ ἄν μοι δοκεῖ θελῆσαι γενέσθαι. Πῶς οὖν οὐκ ἔσχατος γέλως, τὴν τούτων δό-

[a] Mor. διὰ τούτων δηλοῖ. In Sav. διὰ τούτων deest.
[b] Alii προσάγεσθαι. Mox ἡ κενοδοξία, quidam ἡ φιλαρχία, unus et cod. 706 ἡ φιλαργυρία.
[b*] *Forte* προέπιον, inquit Sav. Sed in omnibus exemplaribus legitur προέτειναν, id est *protenderunt*, sive propinarunt; nihilque mutandum.
[c] Sav. ἵνα ἕτεροι. Mor. ἵνα γὰρ ἕτεροι. Ibid. Sav. post συνεχῶς addit Βούλει μαθεῖν αὐτοῦ τὴν τυραννίδα; ἱκανά Sed hæc, Βούλει μαθεῖν αὐτοῦ τὴν τυραννίδα, quæ in aliquot mss. leguntur, inutilia videntur.
[d] Mor. οὐχ ἕξοι βλακείας. Alii non plurimi οὐκ ἂν ἔχοι βλάβην.
[e] Mor. ἐκπρεπέστερα.
[f] Alii τινός. Εἶπε γάρ μοι· εἴ τις

Digitized by Google Распознавание текста ABK/PR

ξαν θηρεύειν, ὧν οὐκ ἂν ἔλοιο γενέσθαι παραπλήσιός ποτε;

ς'. Εἰ δὲ λέγοις, ὅτι πολλοὶ καὶ συνεστηκότες τινές εἰσι, διὰ τοῦτο μάλιστα αὐτῶν καταφρονεῖν ἐχρῆν. Εἰ γὰρ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες εἰσὶν εὐκαταφρόνητοι, ὅταν [25] πολλοὶ γένωνται, μειζόνως τοῦτο συμβήσεται. Ἡ γὰρ τῶν καθ' ἕκαστον ἄνοια, συλλεγέντων ὁμοῦ, μείζων ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐξηθεῖσα γίνεται. Διὸ καὶ καθ' ἕνα [a] μὲν αὐτῶν εἰ λάβοι, ποτὲ ἂν τις καὶ διορθώσειεν· ὁμοῦ δὲ ὄντας, οὐκ ἂν δυνηθείη ῥᾳδίως, διὰ τὸ τὴν ἄνοιαν ἐπιτείνεσθαι, καὶ δίκην θρεμμάτων ἄγεσθαι, καὶ πανταχοῦ ταῖς παρ' ἀλλήλων ἕπεσθαι δόξαις. Ταύτης οὖν, εἰπέ μοι, τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἀντιποιήσεσθε δόξης; Μὴ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ. Τοῦτο γὰρ πάντα ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε· τοῦτο πλεονεξίαν ἔτεκε, βασκανίαν, κατηγορίαν, ἐπιβουλάς· τοῦτο τοὺς οὐδὲν ἠδικημένους κατὰ τῶν οὐδὲν ἠδικηκότων ὁπλίζει καὶ ἐκθηριοῖ. Καὶ οὔτε φιλίαν οἶδεν ὁ τούτῳ τῷ νοσήματι περιπεσών, οὐ συνηθείας μέμνηται, οὐκ αἰδεῖσθαι οὐδένα ὅλως ἐπίσταται· ἀλλὰ πάντα ἀπὸ τῆς ψυχῆς ῥίψας τὰ καλὰ, πρὸς πάντας ἐκπεπολέμωται, ἄστατος, ἀστοργος ὤν. Καὶ τὸ μὲν τῆς ὀργῆς πάθος, εἰ καὶ αὐτὸ τυραννικόν τί ἐστι καὶ ἀφόρητον, ἀλλ' οὐκ ἀεὶ διενοχλεῖν εἴωθεν, ἀλλ' ὅταν ἔχῃ τοὺς παροξύνοντας μόνον· τὸ δὲ τῆς κενοδοξίας διαπαντὸς, καὶ οὐκ ἔστι καιρὸς, ὡς εἰπεῖν, ἐν ᾧ λῆξαι δυνήσεται, μὴ λογισμοῦ κωλύοντος αὐτὴν καὶ καταστέλλοντος, ἀλλ' ἀεὶ πάρεστιν, οὐ μόνον ἀναπείθουσα ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ κἂν τύχωμέν τι κατορθοῦντες, καὶ τοῦτο ἀφαρπάζουσα τῶν χειρῶν, ἔστι δὲ ὅτε οὐδὲ ἀφιεῖσα [b] τὴν ἀρχὴν κατορθῶσαι. Εἰ δὲ τὴν πλεονεξίαν ὁ Παῦλος εἰδωλολατρείαν καλεῖ· τὴν ταύτης μητέρα καὶ ῥίζαν καὶ πηγὴν, τὴν κενοδοξίαν λέγω, τί δίκαιον ὀνομάσαι; Οὐδὲ γὰρ προσηγορίαν τῆς κακίας ἀξίαν ἔστιν εὑρεῖν.

Ἀνανήψωμεν τοίνυν, ἀγαπητοὶ, καὶ τὸ πονηρὸν ἀποδυσώμεθα τοῦτο ἱμάτιον, καὶ διαῤῥήξωμεν καὶ ἀποτέμωμεν [c], καὶ γενώμεθά ποτε ἐλεύθεροι τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἀληθῆ, καὶ λάβωμεν αἴσθησιν τῆς εὐγενείας τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δεδομένης ἡμῖν· καταφρονήσωμεν τῆς τῶν πολλῶν δόξης. Οὐδὲν γὰρ οὕτω καταγέλαστον καὶ ἄτιμον, ὡς τοῦτο τὸ πάθος· οὐδὲν οὕτως αἰσχύνης γέμον καὶ πολλῆς ἀδοξίας. Καὶ τοῦτο πολλαχόθεν ἴδοι τις ἂν, ὅτι τὸ μὲν δόξης ἐῤῥᾶν, ἀδοξία, δόξα δὲ ὄντως, τὸ ταύτης ὑπερορᾶν, καὶ μηδένα αὐτῆς ποιεῖσθαι λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ μισθὸν λαβεῖν παρὰ τοῦ τὰ ἡμέτερα ὁρῶντος ἀκριβῶς, ὅταν αὐτῷ μόνῳ ἀρκώμεθα θεατῇ. Τί γὰρ ἡμῖν καὶ ἑτέρων ὀφθαλμῶν δεῖ, τοῦ τιμᾶν μέλλοντος [d] ἡμᾶς ὁρῶντος ἀεὶ τὰ γινόμενα παρ' ἡμῶν; Πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον, τὸν μὲν οἰκέτην πάντα ὅσαπερ ἂν ποιῇ, εἰς ἀρέσκειαν τοῦ δεσπότου ποιεῖν, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν τῆς θεωρίας τῆς τούτου, μηδὲ ἑτέρους ὀφθαλμοὺς ἐφέλκεσθαι πρὸς τὴν πρᾶξιν, κἂν μεγάλοι οἱ θεωροῦντες ὦσιν, ἀλλ' ἐν μόνον σκοπεῖν ὅπως ὁ δεσπότης θεάσηται· ἡμᾶς δὲ τοιοῦτον ἔχοντας Κύριον, ἑτέρους ἐπιζητεῖν θεατὰς τοὺς ὠφελῆσαι μὲν οὐδὲν, βλάψαι δὲ ἐκ τῆς θεωρίας δυναμένους, καὶ κενῶσαι πάντα τὸν πόνον ἡμῖν; Μὴ, παρακαλῶ· ἀλλ' ὅθεν ἔχομεν τοὺς μισθοὺς λαβεῖν, [26] τοῦτον καλῶμεν ἐπαινέτην τῶν γινομένων, τοῦτον θεατήν. Μηδὲν ἡμῖν καὶ ἀνθρωπίνοις ὀφθαλμοῖς ἔστω. Εἰ γὰρ ἐθέλοιμεν καὶ ταύτης ἐπιτυχεῖν τῆς δόξης, τότε αὐτῆς ἐπιτευξόμεθα, ὅταν [e] τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ζητῶμεν μόνην. *Τοὺς γὰρ δοξάζοντάς με δοξάσω*, φησί. Καὶ ὥσπερ χρημάτων τότε μάλιστα εὐπορουῦμεν, ὅταν καταφρονῶμεν αὐτῶν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ ζητῶμεν πλοῦτον μόνον (*Ζητεῖτε γὰρ*, φησὶ, *τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν*)· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς δόξης, ὅταν ἡμῖν λοιπὸν ἀκίνδυνος ἡ δόσις ᾖ [f] καὶ ἡ τῶν χρημάτων καὶ ἡ τῆς δόξης, τότε αὐτὴν ἐπιδαψιλεύσεται ὁ Θεός. Ἀκίνδυνος δὲ τότε ἐστὶν, ὅταν ἡμῶν μὴ κρατῇ, μηδὲ περιγίνηται, μηδὲ ὡς δούλοις αὐτὴ ἐπιτάττῃ, ἀλλ' ὡς δεσπόταις καὶ ὡς ἐλευθέροις παραγίνηται. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ βούλεται αὐτῶν ἡμᾶς ἐρᾶν, ἵνα μὴ κρατώμεθα παρ' αὐτῶν. Κἂν τοῦτο κατορθώσωμεν, δίδωσιν ἡμῖν αὐτὰ μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας. Τί γὰρ Παύλου λαμπρότερον, εἰπέ μοι, τοῦ λέγοντος· *Οὐ ζητοῦμεν παρὰ ἀνθρώπων δόξαν, οὔτε ἀφ' ὑμῶν, οὔτε ἀπ' ἄλλων*; τί δὲ εὐπορώτερον τοῦ μηδὲν ἔχοντος, καὶ πάντα κατέχοντος; Ὅταν γὰρ, ὅπερ ἔφην, μὴ κρατώμεθα ὑπ' αὐτῶν, τότε αὐτῶν κρατήσομεν, τότε αὐτὰ ληψόμεθα. Εἰ τοίνυν ἐπιθυμοῦμεν ἐπιτυχεῖν δόξης, φεύγωμεν δόξαν· οὕτω γὰρ δυνησόμεθα τοῦ Θεοῦ τοὺς νόμους ἀνύσαντες, τυχεῖν καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι [g] τοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Sav. διὸ καὶ ἕνα. Sed melius Mor. et mss. omnes καὶ καθ' ἕνα.
[b] Alii ἀφεῖσα.
[c] Mor. ἀποτέμνωμεν.
[d] Alii τοῦ τιμᾶν θέλοντος.
[e] Alii ὅτε.
[f] Ἦ deest in quibusdam mss.
[g] Mor. ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι, etc.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.

α'. Τοῖς ἄρτι τῶν παίδων εἰσαγομένοις πρὸς τὰ μαθήματα οὔτε πολλὰ ἐφεξῆς [a] ἐπιτιθέασιν οἱ διδάσκαλοι τὰ φορτία, οὔτε εἰσάπαξ τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ βραχέα, καὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἐνηχοῦσιν αὐτοῖς, ὥστε αὐτῶν ῥᾳδίως ἐντεθῆναι τῇ διανοίᾳ τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ μὴ ἐκ προοιμίων δυσχεράναντας αὐτοὺς πρὸς τὸ πλῆθος καὶ τὸ τῆς μνήμης δυσκάθεκτον, ὀκνηροτέρους γενέσθαι περὶ τὴν συλλογὴν τῶν δοθέντων, νάρκης τινὸς αὐτοῖς ἀπὸ τῆς δυσκολίας ἐγγινομένης. Τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς κατασκευάσαι βουλόμενος, καὶ τὸν πόνον ὑμῖν ποιῆσαι κοῦφον, κατὰ μικρὸν ἀπολαμβάνων τὰ ἐν τῇ θείᾳ ταύτῃ τραπέζῃ, εἰς τὰς ὑμετέρας οὕτως ἐνίημι ψυχάς. Διὸ καὶ τῶν αὐτῶν ἅψομαι πάλιν ῥημάτων, οὐχ ὥστε τὰ αὐτὰ πάλιν εἰπεῖν, ἀλλ' ὥστε τὰ λείποντα προσθεῖναι μόνον. Φέρε οὖν, τὸν λόγον ἐπὶ τὰ προοίμια πάλιν ἀγάγωμεν. *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*. Τίνος ἕνεκεν, τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐαγγελιστῶν ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ἀρξαμένων (καὶ γὰρ ὁ Ματθαῖός φησι, *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ* [27] *Δαυὶδ*· καὶ ὁ Λουκᾶς τὰ κατὰ τὴν Μαρίαν ἡμῖν ἐν ἀρχῇ διηγεῖται· καὶ ὁ Μάρκος δὲ ὁμοίως τοῖς αὐτοῖς ἐνδιατρίβει λόγοις, τὴν κατὰ τὸν Βαπτιστὴν ἱστορίαν ἐντεῦθεν ὑφαίνων), ὁ Ἰωάννης τοῦτο μὲν ἐν βραχεῖ καὶ μετὰ ταῦτα ἠνίξατο εἰπών, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*· τὰ δὲ ἄλλα πάντα παραδραμὼν, τὴν σύλληψιν, τὸν τόκον, τὴν ἀνατροφὴν, τὴν αὔξησιν, εὐθέως περὶ τῆς ἀϊδίου γεννήσεως ἡμῖν διηγεῖται; Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ αἴτιον τούτων,

[a] Ἐφεξῆς deest in quibusdam mss.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

is qui gloriæ amore captus est, magnum aut generosum quidpiam facile cogitare; sed necesse est ut turpis, vilis, inglorius et exiguus sit. Qui enim pro virtute nihil, sed ut hominibus nullius pretii placeat, omnia facit, quique illorum sententiam erroneam et fallacem ubivis sequitur, quomodo gloria dignus esse possit? Animadverte autem. Si quis illum interroget: Quid tu vulgus esse arbitraris? ignavam haud dubie et desidem multitudinem esse dicet. Quid vero? num illis similis esse optaveris? Si quis autem illum denuo sic percontetur, non puto ipsum se talem esse optaturum. Quomodo igitur non admodum ridiculum fuerit, illorum auram aucupari, quibus numquam similis esse velis?

6 Sin dixeris multos esse et in unum coactos, ideo maxime contemnendi. Nam si singuli contemptu digni, plurimi coacti longe magis despiciendi erunt. Multorum enim insipientia, collecta multitudine, magis augetur. Quapropter si singulos seorsim quis duxerit [1], emendare poterit; simul coactos non facile, eo quod insipientia sit major, et illi instar pecorum agantur, mutuamque sequantur sententiam. Talemne, quæso, multitudinis auram sectabimini? Ne, quæso et obsecro. Id enim omnia sus deque vertit: id avaritiam peperit, invidiam, criminationes, insidias: illud eos qui nullam passi sunt injuriam, contra eos qui nullam intulerunt, armat et efferat. Qui hoc laborat morbo, non amicitiam novit, non consuetudinem, neminem prorsus reveretur; sed bonis omnibus ex animo rejectis, cum omnibus bellum gerit, inconstans et inhumanus. Iræ certe morbus, etsi tyrannicus sit et intolerabilis, non semper exagitare solet, sed cum ab aliquibus irritatur: at vanæ gloriæ amor semper viget, nullum tempus, ut ita dicam, est quo desinere possit, nisi ratio illam cohibeat et comprimat, sed semper adest, non modo ad peccandum incitans, sed etiam si quid recte egerimus, e manibus præripiens: aliquando vero non sinit recte operari. Quod si Paulus (*Ephes.* 5. 5) avaritiam idolorum servitutem vocet; ejus matrem, radicem et fontem, vanam gloriam scilicet, quo nomine vocabimus? Neque enim illud tantæ nequitiæ dignum inveniemus.

Moralis exhortatio ad vanam gloriam fugiendam. Deum unum spectatorem laudatoremque quærere oportet. — Resipiscamus igitur, dilecti, et hoc perniciosum exuamus vestimentum: ipsum discindamus et dissecemus, veraque libertate tandem liberi efficiamur, atque in sensum nobis a Deo concessæ nobilitatis veniamus: multitudinis auram despiciamus. Nihil enim magis hoc morbo ridiculum et indecorum: nihil tanta turpitudine et infamia plenum. Hocque multis ex rationibus videre est: quod nempe gloriam concupiscere, ignominia; illam autem despicere et nihil reputare, vere gloria sit; sed omnia ad Dei placitum et dicenda et agenda sunt. Sic enim poterimus mercedem accipere ab eo qui nostra accurate respicit, quando illo solo contenti erimus spectatore. Quid enim nobis aliis oculis opus, cum is qui nobis honorem et præmium largiturus est, gesta nostra semper videat? Quomodo non absurdum sit, servum quidem ad heri sui placitum omnia facere, nihilque aliud quærere, quam ut ab ipso videatur, neque alios ad gesta sua oculos exquirere, quantumvis magni sint alii spectatores, sed unum scopum habere ut ab hero suo videatur; nos autem talem habentes Dominum, alios quærere spectatores, qui nos nihil juvare, sed aspiciendo nocere possunt, totumque laborem nostrum fructu vacuum reddere? Ne, quæso, id agamus: sed a quo mercedem accepturi sumus, eum gestorum laudatorem advocemus et spectatorem. Nihil nobis commune cum humanis oculis sit. Si enim hanc gloriam assequi voluerimus, eam profecto consequemur, cum solam Dei quæremus gloriam. *Nam glorificantes me glorificabo* (1 *Reg.* 2. 30), inquit. Ac quemadmodum tunc maxime divitiis affluimus, cum illas spernimus, et a Deo tantum divitias quærimus (nam ait, *Quærite regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis* [*Matth.* 6. 33]); sic et de gloria dicendum. Cum largitio sive pecuniarum, sive gloriæ periculo vacat, tunc illam Deus abundanter impertit. Tunc autem hæc sine periculo sunt, cum nobis non imperant, nec dominantur; nec nobis tamquam servis utuntur, sed ut heris et liberis adsunt. Ideo non vult nos illas amare, ne iis subjiciamur. Quod si assequamur, illas nobis cum abundantia multa largitur. Quid enim Paulo clarius, quæso, qui ait: *Non quærimus ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis* (1. *Thess.* 2. 6)? Quid locupletius illo qui nihil habet, et omnia possidet? Cum enim, ut dixi, non subjiciemur eis, tunc illas tenebimus, tunc accipiemus. Si itaque gloriam assequi cupiamus, gloriam fugiamus; sic enim poterimus, servatis Dei præceptis, et præsentia et futura consequi bona, per gratiam Christi, quicum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Savil., legit, *Quapropter si unum quis assumpserit*; minus recte.

HOMILIA IV.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.

1. ***Methodo quam in commentario usurpare destinat, exposita, Chrysostomus explicat cur evangelistæ alii ab incarnatione orsi sint, Joannes vero, secus; deinde quid sit Verbum exponit.*** — Traditis ad disciplinas pueris, non gravia magistri statim imponunt onera, neque confertim hoc faciunt, sed paulatim, et eadem ipsis sæpe repetunt, ut ea facilius in mente imprimant, ne a principio deterriti multitudine eorum quæ vix memoria retinere valeat, segniores evadant ad ea quæ sibi tradita sunt colligenda, desidia tandem ex difficultatibus parta. Hunc ego morem sequar, levemque vobis laborem reddam: ac paulatim et per partes acceptis iis, quæ in hac sacra mensa proponuntur,

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

sic ea in animos vestros immittam. Ideoque ipsa iterum verba proponam, non ut idem repetam, sed ut addam omissa. Age ergo verba rursus ab initio adducamus : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.* Cur cum alii evangelistæ ab incarnatione Christi orsi sunt (nam Matthæus sic orditur : *Liber generationis Jesu Christi, filii David;* Lucas nobis ea quæ Mariam spectant in principio enarrat. Marcus vero similia fere profert, ex Baptistæ historia orsus), Joannes id paucis et post illa priora subindicavit his verbis, *Et Verbum caro factum est* (*Joan.* 1. 14), cæterisque omnibus prætermissis, conceptione, partu, educatione, incremento, æternam statim generationem nobis enarrat? Quænam horum causa sit, jam vobis dicam. Cum cæteri evangelistæ de iis quæ carnem spectant ut plurimum verba fecissent, timendum erat, ne quipiam humi repentes in hisce dogmatibus consisterent; quod et Paulo Samosatensi contigit. Ex hac igitur abjecta opinione reducens eos qui lapsuri erant, et ad cælos erigens, jure ex superna æternaque existentia narrandi principium ducit. Nam cum Matthæus ab Herode rege, Lucas a Tiberio Cæsare, Marcus a baptismate Joannis narrationem cœpissent : istis omnibus ille omissis, statim supra tempus et sæculum omne conscendit, illucque auditorum mentem quasi jaculatur, cum ait, *In principio erat :* neque consistendi locum relinquit, neque terminum ponit, ut illi, Herodem nempe, Tiberium et Joannem. Ad hæc, quod summopere mirandum, neque hic sublimiorem aggressus sermonem, œconomiam sive incarnationem neglexit; neque, qui eam narraverunt, illius ante sæcula exsistentiam tacuerunt; idque jure merito. Unus quippe Spiritus erat qui omnes movebat; ideoque magnum in narratione consensum exhibuerunt. Tu vero, dilecte, cum Verbum audis, ne feras eos qui dicunt ipsum opificium esse; neque eos qui putant ipsum simpliciter verbum esse. Multa nempe sunt Dei verba, quæ et angeli faciunt; sed nullum horumce verborum Deus est; verum illa omnia sunt prophetiæ et præcepta (sic enim solet Scriptura vocare leges Dei, præcepta et prophetias : ideoque de angelis adjicit, *Potentes virtute facientes verbum illius* [*Psal.* 102. 20] : hoc autem Verbum substantia est in hypostasi, quæ a Patre sine passione procedit. Illud enim, ut dixi, per Verbi appellationem significavit. Quemadmodum igitur illud, *In principio erat Verbum*, æternitatem denotat : ita et illud, *Hoc erat in principio apud Deum*, coæternitatem nobis significat. Etenim ne audiens, *In principio erat Verbum*, æternum quidem existimares, sed Patrem aliquo vitæ interstitio seniorem, et majoris ævi crederes, neve principium Unigenito dares, adjecit, *Erat in principio apud Deum :* ita æternus ut Pater; numquam enim Verbo vacuus fuit; sed semper Deus apud Deum fuit in propria sibi hypostasi. Quomodo ergo, inquies, adjecit, *In mundo erat* (*Joan.* 1. 10), si erat apud Deum? Quia et apud Deum Deus erat, et in mundo erat : nullo quippe clauditur termino sive Pater, sive Filius. Nam si *Magnitudinis ejus non est finis, Et sapientiæ ejus non est numerus* (*Psal.* 144. 3. *et* 146. 5), liquet neque substantiæ illius esse initium temporale. Audisti, *In principio fecit Deus cælum et terram?* Quid cogitas de hoc principio? Certe quod hæc ante omnia visibilia facta sint. Sic et cum de Unigenito audis, *In principio erat*, ante intelligibilia omnia et ante sæcula ipsum esse intelligas oportet. Quod si quis dixerit : Et quomodo fieri potest, ut Filius cum sit, non sit junior Patre? nam qui ex aliquo est, necessario posterior est illo a quo est : respondebimus, hæc ex humanis cogitationibus proficisci, et eum qui hæc quærit, absurdiora etiam quæsiturum esse; nec esse illa vel auribus percipienda. De Deo quippe nobis est sermo, non de hominum natura, hujusmodi ratiociniorum consequentiæ et necessitati subjecta. Verumtamen ad infirmiores roborandos respondebimus.

2. Dic ergo mihi : Radius solis ex naturane solis exsilit, an aliunde? Necessario fatendum, nisi sensibus vacui simus, ex ejus natura prodire. Et tamen licet ex sole radius prodeat, numquam dicemus ipsum esse solari natura posteriorem : quandoquidem numquam sol sine radio visus est. Quod si in his visibilibus et sensibilibus quidpiam sit quod sit ex aliquo, neque posterius sit illo; cur id non credis de invisibili et ineffabili natura? Certe hoc ipsum ita se habet, ut illam substantiam decet. Ideoque Paulus (*Hebr.* 1. 3) eo ipsum vocavit nomine, simul declarans et ex ipso et coæternum ipsi esse. Quid igitur? dic mihi, annon sæcula omnia et spatium omne per ipsum facta sunt? Hoc confiteatur necesse est is, qui mente captus non sit. Ergo nihil medium est inter Filium et Patrem. Si nihil, ergo non posterior, sed coæternus est. Nam *ante* et *post* tempora significant. Hæ quippe voces non possunt sine sæculo vel tempore cogitari. Deus vero superior est temporibus et sæculis. Quod si omnino dixeris Filio principium esse, cave ne Patrem quoque sub principio eadem ratione constituere cogaris; antiquiore quidem, sed tamen principio. Dic enim mihi : Annon terminum atque principium Filio adscribens, atque ab illo principio altius prodiens, Patrem prius exsistere dicis? Id certe manifestum. Dic ergo mihi quanto spatio præexistit Pater? Sive enim parvum, sive magnum dixeris spatium, sub principio Patrem posuisti. Nam postquam mensuram spatii illius duxeris, sic dices vel parvum vel magnum esse : mensura vero duci non potest, nisi utrinque principium sit. Itaque Patri, quantum in te fuit, principium dedisti : sicque secundum vos ne Pater quidem sine principio erit. Viden' verum esse id quod a Servatore dictum est, et dictum illud virtutis ejus ubique argumentum esse? Quodnam illud est? *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem* (*Joan.* 5. 23). Novi multis hæc incomprehensibilia esse : ideoque ratiocinia hujusmodi movere sæpe cunctamur, quod vulgus illa assequi nequeat; vel si assequatur, illa non firma et certa maneant. *Ratiocinia* quippe *hominum timida sunt, et fallaces cogitationes eorum* (*Sap.* 9. 14). Libenter autem adversarios

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἤδη πρὸς ὑμᾶς ἐρῶ. Τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν τὸ πλέον ἐν τοῖς κατὰ σάρκα διατριψάντων λόγοις, δέος ἦν τοῦ μή τινας διὰ τοῦτο χαμαιπετεῖς ὄντας τούτοις ἐναπομεῖναι μόνοις τοῖς δόγμασιν· ὃ καὶ Παῦλος ἔπαθεν ὁ Σαμοσατεύς. Ἐκ ταύτης τοίνυν ἀνάγων [a] τῆς χαμαιζηλίας τοὺς μέλλοντας ἐμπεσεῖσθαι, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλκων, εἰκότως ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς ὑπάρξεως τῆς ἀϊδίου ποιεῖται τῆς διηγήσεως τὴν ἀρχήν. Τοῦ μὲν γὰρ Ματθαίου ἀπὸ Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, τοῦ Λουκᾶ δὲ ἀπὸ Τιβερίου τοῦ Καίσαρος, τοῦ δὲ Μάρκου ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου πρὸς τὴν διήγησιν εἰσβαλόντων, πάντα ταῦτα ἀφεὶς οὗτος [b], ἀνωτέρω παντὸς ἄνεισι χρόνου τε καὶ αἰῶνος, ἐκεῖ τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν ἀκοντίζων πρὸς τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν*, καὶ οὐκ ἀφιεὶς στῆναί που, οὐδὲ ὅρον τιθεὶς, καθάπερ ἐκεῖνοι, τὸν Ἡρώδην καὶ τὸν Τιβέριον καὶ τὸν Ἰωάννην. Ὃ δὲ ἄξιον μετὰ τούτων [c] θαυμάσαι, ἐκεῖνο μάλιστα εἰπεῖν ἔστιν, ὅτι οὔτε οὗτος πρὸς τὸν ὑψηλότερον ἑαυτὸν λόγον ἀφιεὶς τῆς οἰκονομίας ἠμέλησεν· οὔτε ἐκεῖνοι τὴν περὶ ταύτης ἐσπουδακότες διήγησιν, τὴν προαιώνιον ἐσίγησαν ὕπαρξιν· καὶ μάλα εἰκότως. Ἐν γὰρ ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ κινοῦν τὰς ἁπάντων ψυχάς· διὸ καὶ πολλὴν περὶ τὴν ἀπαγγελίαν ἐπεδείξαντο τὴν ὁμόνοιαν. Σὺ δὲ, ἀγαπητὲ, Λόγον ἀκούσας, μηδέποτε ἀνάσχῃ τῶν λεγόντων ἔργον αὐτὸν εἶναι, ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἁπλῶς λόγον αὐτὸν εἶναι νομιζόντων. Πολλοὶ μὲν γὰρ οἱ τοῦ Θεοῦ λόγοι, οὓς καὶ ἄγγελοι ποιοῦσιν, ἀλλ' οὐδεὶς ἐκείνων τῶν λόγων Θεὸς, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἅπαντες προφητεῖαι καὶ προστάγματα [d] (οὕτω γὰρ ἔθος τῇ Γραφῇ καλεῖν τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἐπιτάγματα, καὶ τὰς προφητείας· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων περὶ τῶν ἀγγέλων, *Δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ*)· οὗτος δὲ ὁ Λόγος οὐσία τίς ἐστιν ἐνυπόστατος, ἐξ αὐτοῦ προελθοῦσα ἀπαθῶς τοῦ Πατρός. Τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, διὰ τῆς τοῦ Λόγου προσηγορίας ἐδήλωσεν. Ὥσπερ οὖν τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, τὸ ἀΐδιον δηλοῖ· οὕτω τὸ, *Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν*, τὸ συναΐδιον ἡμῖν ἐνέφηνεν. Ἵνα γὰρ μὴ, ἀκούσας ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, ἀΐδιον μὲν νομίσῃς, πρεσβυτέραν δὲ διαστήματί τινι τοῦ Πατρὸς τὴν ζωὴν ὑποπτεύσῃς καὶ αἰῶνι πλείονι, καὶ τῷ Μονογενεῖ δῷς ἀρχὴν, ἐπήγαγε τὸ, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν*, οὕτως ἀΐδιος, ὡς [e] αὐτὸς ὁ Πατήρ· οὐ γὰρ ἦν ἔρημος οὐδέποτε τοῦ Λόγου, ἀλλ' ἀεὶ Θεὸς πρὸς Θεὸν ἦν, ἐν ὑποστάσει μέντοι ἰδίᾳ. Πῶς οὖν, φησὶν, εἶπεν, ὅτι· *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν*, εἴ γε πρὸς τὸν Θεὸν ἦν; Ὅτι καὶ [28] πρὸς τὸν Θεὸν ἦν [e*], καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ἦν. Οὐδαμοῦ γὰρ περατοῦται, οὔτε ὁ Πατὴρ, οὔτε ὁ Υἱός. *Εἰ γὰρ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας, Καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός*· οὐδὲ τῆς οὐσίας εὔδηλον ὅτι ἀρχή τις χρονική. Ἤκουσας, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*; Τί νοεῖς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ταύτης; Εὔδηλον ὅτι τὸ πρὸ πάντων γενέσθαι αὐτὰ τῶν ὁρατῶν. Οὕτω καὶ περὶ τοῦ Μονογενοῦς ἀκούων, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν*, πρὸ πάντων αὐτὸν νόει τῶν νοητῶν καὶ πρὸ τῶν αἰώνων. Εἰ δὲ λέγοι τις· Καὶ πῶς ἔστιν, Υἱὸν ὄντα μὴ νεώτερον εἶναι τοῦ Πατρός; τὸ γὰρ ἔκ τινος ὄν, ἀνάγκη πᾶσα ὕστερον εἶναι τοῦ ἐξ οὗ ἔστιν, ἐροῦμεν, ὅτι μάλιστα μὲν ταῦτα λογισμῶν ἀνθρωπίνων [f] ἐστὶ καὶ ὁ τοῦτο ζητῶν, καὶ ἕτερα τούτων ἀτοπώτερα ζητήσει· καὶ οὐδὲ τῇ ἀκοῇ τὰ τοιαῦτα παραδέχεσθαι ἔδει. Περὶ Θεοῦ γὰρ νῦν ἡμῖν ὁ λόγος ἐστὶν, οὐ περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ὑποκειμένης τῇ τῶν λογισμῶν τούτων ἀκολουθίᾳ τε καὶ ἀνάγκῃ. Πλὴν ἀλλ' ὑπὲρ πληροφορίας τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ πρὸς ταῦτα ἐροῦμεν.

β'. Εἰπὲ γάρ μοι, Τὸ ἀπαύγασμα τοῦ ἡλίου ἐξ αὐτῆς ἐκπηδᾷ τῆς τοῦ ἡλίου φύσεως, ἢ ἄλλοθέν ποθεν; Ἀνάγκη πᾶσα ὁμολογῆσαι τὸν μὴ καὶ τὰς αἰσθήσεις πεπηρωμένον, ὅτι ἐξ αὐτῆς. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐξ αὐτοῦ ὂν τοῦ ἡλίου τὸ ἀπαύγασμα, οὐκ ἄν ποτε ὕστερον εἶναι φαίημεν τῆς ἡλιακῆς φύσεως, ἐπειδὴ μηδὲ χωρὶς ἀπαυγάσματος ἥλιος ἐφάνη ποτέ. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν σωμάτων τούτων τῶν ὁρατῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ ἐκ τινὸς ὄν, καὶ οὐχ ὕστερον ἐξ οὗ ἐστιν ἐφάνη τι ὄν, τί ἀπιστεῖς ἐπὶ τῆς ἀοράτου καὶ ἀῤῥήτου φύσεως; Τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτό ἐστιν οὕτως, ὡς ἐκείνῃ τῇ οὐσίᾳ πρέπον ἦν. Διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος αὐτὸν οὕτως ἐκάλεσε, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ συναΐδιον παριστῶν. Τί δέ; εἰπέ μοι, οὐχ οἱ αἰῶνες δι' αὐτοῦ γεγόνασιν ἅπαντες καὶ διάστημα ἅπαν; Ἀνάγκη πᾶσα ὁμολογῆσαι τὸν μὴ παραπαίοντα. Οὐκοῦν οὐδὲν μέσον Υἱοῦ καὶ Πατρός. Εἰ δὲ οὐδὲν, οὐχ ὕστερος, ἀλλὰ συναΐδιος. Τὸ γὰρ *πρὸ*, καὶ τὸ *μετὰ*, χρόνων εἰσὶν ἔννοιαι δηλωτικαί. Χωρὶς γὰρ αἰῶνος ἢ χρόνου οὐκ ἂν δυνηθείη τις ταῦτα νοῆσαι τὰ ῥήματα. Χρόνων δὲ καὶ αἰώνων ἀνώτερος ὁ Θεός. Εἰ δὲ ὅλως τοῦ Υἱοῦ φῇς ἀρχὴν κατειληφέναι, ὅρα μὴ καὶ τὸν Πατέρα ὑπὸ ἀρχὴν ἀναγκασθῇς ἀγαγεῖν κατὰ τοῦτον τὸν λόγον καὶ τὸν λογισμὸν, πρεσβυτέραν μὲν, ἀρχὴν δὲ ὅμως. Εἰπὲ γάρ μοι, οὐχ ὅρον τινὰ καὶ ἀρχὴν προστιθεὶς [g] τῷ Υἱῷ, καὶ οὕτω προῒὼν ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸ ἄνω, τὸν Πατέρα προεῖναι λέγεις; Εὔδηλον ὅτι. Εἰπὲ οὖν μοι, πόσον ὁ Πατὴρ προϋπάρχει; Ἂν τε γὰρ ὀλίγον, ἄν τε πολὺ διάστημα εἴπῃς, ὑπὸ τὴν ἀρχὴν τὸν Πατέρα ἤγαγες. Μετρήσας γὰρ εὕδηλον ὅτι τὸ μέσον, οὕτως ὀλίγον ἐρεῖς ἢ πολύ· μετρῆσαι δὲ οὐκ ἂν γένοιτο, μὴ ἑκατέρωθεν οὔσης [29] ἀρχῆς. Ὥστε καὶ τῷ Πατρὶ δέδωκας ἀρχὴν, τό γε εἰς σὲ ἧκον· καὶ οὐκ ἔσται λοιπὸν οὐδὲ ὁ Πατὴρ ἄναρχος καθ' ὑμᾶς. Ὁρᾷς ὅτι τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος λεχθὲν ἀληθές ἐστι, καὶ πανταχοῦ τὴν δύναμιν ἐνδείκνυται τὴν αὐτοῦ τὸ ῥῆμα; Ποῖον δὴ τοῦτο; *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα*. Καὶ οἶδα μὲν πολλοῖς ἀκατάληπτον ὂν τὸ λεχθέν· διὸ πολλαχοῦ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν λογισμῶν ἀναβαλλόμεθα κινεῖν, ὅτι οὔτε παρακολουθεῖν αὐτοῖς ὁ λοιπὸς δύναιτ' ἂν δῆμος· οὔτε, εἰ παρακολουθήσειεν, ἔχει τι βέβαιον καὶ ἀσφαλές. *Λογισμοὶ* γὰρ *ἀνθρώπων δειλοὶ, καὶ ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι αὐτῶν*. Ἡδέως δ' ἂν κἀκεῖνο ἐροίμην τοὺς [h] ἀντιλέγοντας ἡμῖν, τί ποτέ ἐστι τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ λεγόμενον, τὸ, *Ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστιν*; Εἰ γὰρ νεώτερος τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, πῶς φησι, *Μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστιν*; Ἆρα οὖν ἀναιρήσετε καὶ αὐτοῦ τοῦ Μονογενοῦς τὴν οὐσίαν; Ἀνάγκη γὰρ ἢ τοῦτο τολμᾶν, ἢ μίαν παραδέξασθαι τὴν θεότητα ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ποῦ δὲ ὅλως τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, ἀληθές; Εἰ γάρ ἐστιν αἰὼν αὐτοῦ πρεσβύτερος, πῶς ἂν τὸ πρὸ αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ γεγενημένον εἴη; Ὁρᾶτε εἰς ὅσην τόλμαν αὐτοὺς ἄπαξ παρακινηθείσης τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἐξήγαγε; Διατί γὰρ οὐκ εἶπεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, καθάπερ περὶ πάντων ὁ Παῦλος ἀποφαίνεται, λέγων οὕτως, *Ὁ καλέσας τὰ μὴ ὄντα ὡς*

[a] Alii ἐκ ταύτης οὖν ἀνάγων.
[b] Alii ἀφεὶς αὐτός.
[c] Sav. μετὰ τοῦτο, Mor. μετὰ τούτων, et sic mss. multi.
[d] Quidam καὶ πράγματα.
[e] Mor. οὕτως ἀΐδιος δηλῶν ὡς. Sav. οὕτως ἀΐδιος ὡς.
[e*] Montf. πρὸς τὸν Θεὸς ἦν (l. πρὸς τὸν Θεὸν Θεὸς ἦν), quod expressit interpres. Nos Sav. et codd. 705 et 706 secuti sumus. Edit.

[f] Quidam λογισμῶν ἀνθρώπων.
[g] Quidam προστιθεὶς. Et paulo post nonnulli προϊέναι λέγεις.
[h] Sic Savil. et maxima pars mss. Morel. ἐροίμην πρὸς τούς.

Digitized by Google

ὄντα, ἀλλ', *Ἐν ἀρχῇ ἦν*, φησί ; τοῦτο γὰρ ἐναντίον ἐκείνῳ· καὶ μάλα εἰκότως. Θεὸς γὰρ οὔτε γίνεται, οὔτε ἔχει τι πρεσβύτερον [a]· ἀλλὰ ταῦτα Ἑλλήνων ῥήματα. Εἰπὲ δή μοι κἀκεῖνο· τὸν κτίστην τῶν ἔργων οὐχὶ ἀσυγκρίτως ὑπερέχειν εἴποις ἄν ; Ὅταν οὖν αὐτοῖς [b] ὅμοιον ᾖ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, ποῦ ἡ ἀσύγκριτος ὑπεροχή; Τί δέ ἐστιν ὅλως τὸ, *Ἐγὼ πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα*, καὶ, *Ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεός* ; Εἰ γὰρ ὁ Υἱὸς μὴ εἴη τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἕτερός ἐστι Θεός· καὶ εἰ μὴ συναΐδιος, ἔστι μετ' αὐτόν· καὶ εἰ μὴ ἐκ τῆς οὐσίας προῆλθεν, εὔδηλον ὅτι ἐγένετο. Εἰ δὲ λέγοιεν, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων ταῦτα εἰρῆσθαι, πῶς οὐ συγχωροῦσι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων λέγειν τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν; Εἰ δὲ καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν εἰδώλων εἴρηται τοῦτο, πῶς ἑρμηνεύσεις τὴν ῥῆσιν ἅπασαν ; *Μετ' ἐμὲ* γάρ, φησίν, *οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεός*. Οὐκ ἐκβάλλων τὸν Υἱὸν τοῦτό φησιν, ἀλλ' ὅτι Θεὸς εἰδωλικὸς μετ' ἐμὲ οὐκ ἔστιν· οὐχ ὅτι Υἱὸς οὐκ ἔστι. Ναί, φησί [c]. Τί οὖν ; καὶ τὸ, *Ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς*, οὕτως ἐκλήψῃ, ὅτι εἰδωλικὸς μὲν οὐκ ἐγένετο, ἐγένετο δ' οὖν ὅμως Υἱὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ ; Καὶ ποῖος ἂν τοῦτο δαίμων εἴποι ; Οὐδὲ γὰρ αὐτὸν οἶμαι τὸν διάβολον τοῦτο ἐρεῖν. Ἄλλως δὲ [d], εἰ οὐκ ἔστι συναΐδιος τῷ Πατρὶ [30], πῶς ἄπειρον αὐτοῦ τὴν ζωὴν ἐρεῖς ; Εἰ γὰρ ἀρχὴν ἄνωθεν ἔχει, κἂν ἀτελεύτητος ᾖ, ἄπειρος ὅμως οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ ἄπειρον ἑκατέρωθεν ἄπειρον εἶναι χρή. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν ἔλεγε· *Μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων*, τό τε ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον δεικνὺς ταύτῃ. Ὥσπερ [e] γὰρ τοῦτο οὐκ ἔχει πέρας, οὕτως οὐδὲ ἐκεῖνο· οὔτε γὰρ ἐνταῦθα τέλος, οὔτε ἐκεῖ ἀρχή.

γ'. Πῶς δὲ καὶ ζωὴ ὢν, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ; Τὴν γὰρ ζωὴν ἀεί τε εἶναι, καὶ ἀνάρχως εἶναι καὶ ἀτελευτήτως πάντες ἂν ὁμολογήσαιεν, εἴπερ ὄντως εἴη ζωή, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν. Εἰ δὲ ἔστιν ὅτε οὐκ ἔστι, πῶς ἂν εἴη ζωὴ τῶν ἄλλων, αὐτὴ ποτε οὐκ οὖσα ; Πῶς οὖν, φησὶν, ἀρχὴν ἔθηκεν ὁ Ἰωάννης εἰπών, *Ἐν ἀρχῇ ἦν;* Τῷ, *Ἐν ἀρχῇ*, προσέσχες, καὶ τῷ, *Ἦν*, εἰπέ μοι· καὶ τὸ, *Ὁ Λόγος ἦν*, οὐκ ἐννοεῖς ; Τί δὲ, ὅταν περὶ τοῦ Πατρὸς ὁ Προφήτης λέγῃ· *Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ*· ἄρα ὅρους αὐτῷ τιθεὶς οὕτω φησίν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ τὸ ἀΐδιον δηλῶν. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐνταῦθα νόει. Οὐ γὰρ ὅρους τιθεὶς, τοῦτο εἴρηκεν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ἀρχὴν ἔσχεν, ἀλλ', *Ἐν ἀρχῇ ἦν*, διὰ τοῦ, *Ἦν*, παραπέμπων σε ἐπὶ τὸ ἄναρχον ἐννοεῖν τὸν Υἱόν. Ἀλλ' ἰδοὺ, φησὶν, ὁ Πατὴρ μετὰ τῆς τοῦ ἄρθρου προσθήκης εἴρηται, ὁ δὲ Υἱὸς χωρὶς; ταύτης. Τί οὖν, ὅταν ὁ Ἀπόστολος λέγῃ, *Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*· καὶ πάλιν, *Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός;* ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα χωρὶς τοῦ ἄρθρου τοῦ Υἱοῦ ἐμνημόνευσε. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρός. Τοῖς γοῦν Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων, οὕτω φησίν· *Οὐκ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*· καὶ Ῥωμαίοις δὲ πάλιν· *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν, καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Ἄλλως τε καὶ περιττὸν ἦν ἐνταῦθα αὐτὸ προστεθῆναι, ἄνω συνεχῶς προστεθὲν τῷ λόγῳ. Ὥσπερ γὰρ περὶ τοῦ Πατρὸς λέγων φησὶ, *Πνεῦμα ὁ Θεός*· καὶ οὐκ ἐπειδὴ τῷ Πνεύματι τὸ ἄρθρον οὐ πρόσκειται, οὐκ ἀθετοῦμεν διὰ τοῦτο τὸ ἀσώματον τοῦ Θεοῦ· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, κἂν μὴ πρόσκειται τῷ Υἱῷ τὸ ἄρθρον, οὐ διὰ τοῦτο ἧττων Θεὸς ὁ Υἱός. Τί δῆτα ; Θεὸν γὰρ καὶ Θεὸν εἰπὼν, οὐκ ἐμφαίνει τι μέσον ἡμῖν τῆς θεότητος ταύτης, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον. Προειπὼν γάρ, *Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*, ἵνα μὴ νομίσῃ τις ἐλάττονα εἶναι τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ, εὐθέως αὐτοῦ καὶ τὰ γνωριστικὰ τῆς γνησίας τίθησι θεότητος, τό τε ἀΐδιον ἀναλαβών. *Οὗτος γὰρ ἦν*, φησὶν, *ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν*· καὶ τὸ δημιουργικὸν προστιθείς· *Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν*· ὃ μάλιστα καὶ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ διὰ τῶν προφητῶν ἀπανταχοῦ τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ γνωριστικὸν εἶναί φησι. Καὶ συνεχῶς τοῦτο τῆς ἀποδείξεως τὸ εἶδος [31] περιστρέφουσιν οἱ προφῆται· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν εἰδώλων ἀγωνιζόμενοι δόξαν. *Θεοὶ* γάρ, φησὶν, *οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν*· καὶ πάλιν· *Ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐξέτεινα τὸν οὐρανόν*· καὶ δεικνὺς θεότητος εἶναι δηλωτικὸν, πανταχοῦ αὐτὸ τίθησιν. Αὐτὸς δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐδὲ τούτοις ἠρκέσθη τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ καὶ ζωὴν αὐτὸν ἐκάλεσε καὶ φῶς. Εἰ τοίνυν ἀεὶ μετὰ τοῦ Πατρὸς ἦν, εἰ πάντα αὐτὸς ἐδημιούργησε, εἰ πάντα αὐτὸς παρήγαγε καὶ συγκροτεῖ [f] (τοῦτο γὰρ διὰ τῆς ζωῆς ἠνίξατο), εἰ πάντα φωτίζει· τίς οὕτως ἀνόητος, ὡς εἰπεῖν, τὸν εὐαγγελιστὴν διὰ τούτων ἐσπουδακέναι ἐλάττωσιν θεότητος εἰσηγήσασθαι, δι' ὧν μάλιστα ἰσότητα καὶ ἀπαραλλαξίαν ἐνδείξασθαι δυνατόν ἐστι ; Μὴ δὴ συγχέωμεν τὴν κτίσιν μετὰ τοῦ κτίσαντος, ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν, ὅτι *Ἐσεβάσθησαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα*. Εἰ γὰρ καὶ περὶ οὐρανῶν λέγοιεν τοῦτο εἰρῆσθαι, ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ περὶ τούτων λόγῳ παντελῶς ἀπεῖπε τὸ μὴ δεῖν κτίσει λατρεύειν, ὡς Ἑλληνικὸν ὄν.

δ'. Μὴ τοίνυν ταύτῃ ὑποβάλωμεν [g] αὐτοὺς τῇ ἀρᾷ. Διὰ τοῦτο ἦλθεν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, ἵνα ταύτης ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ τῆς λατρείας· διὰ τοῦτο δούλου μορφὴν ἔλαβεν, ἵνα τῆς δουλείας ἐλευθερώσῃ ταύτης· διὰ τοῦτο ἐνεπτύσθη, διὰ τοῦτο ἐῤῥαπίσθη, διὰ τοῦτο θάνατον ὑπέμεινε τὸν ἐπονείδιστον. Μὴ δὴ ταῦτα πάντα ἀνόνητα ποιῶμεν, μηδὲ πάλιν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανερχώμεθα ἀσέβειαν, μᾶλλον δὲ ἐπὶ πολλῷ χαλεπωτέραν. Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον τῇ κτίσει λατρεύειν, καὶ αὐτὸν τὸν Δημιουργὸν εἰς κτίσεως κατάγειν εὐτέλειαν, τό γε εἰς ἡμᾶς ἧκον. Αὐτὸς γὰρ μένει τοιοῦτος ὢν οἷός ἐστι. *Σὺ* γὰρ *ὁ αὐτὸς εἶ*, φησὶ, *καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι*. Δοξάζωμεν οὖν αὐτὸν, ὥσπερ παρελάβομεν παρὰ τῶν πατέρων· δοξάζωμεν αὐτὸν, καὶ διὰ πίστεως καὶ δι' ἔργων. Οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἡμῖν εἰς σωτηρίαν δογμάτων ὑγιῶν, διεφθαρμένης ἡμῖν τῆς ζωῆς. Διὸ ῥυθμίσωμεν αὐτὴν πρὸς τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, αἰσχρότητος ἁπάσης, ἀδικίας, πλεονεξίας πόῤῥω καθιστῶντες ἑαυτοὺς, ὡς ξένοι καὶ παρεπίδημοι, καὶ τῶν ἐνταῦθα ἀλλότριοι. Κἂν χρήματά τις ἔχῃ πολλὰ καὶ κτήματα, οὕτως αὐτοῖς κεχρήσθω, ὡς πάροικος καὶ μικρὸν ὕστερον αὐτῶν ἀποστησόμενος καὶ ἑκὼν καὶ ἄκων. Κἂν ἠδικημένος τις ᾖ παρά τινος, μὴ ἀθάνατα ὀργιζέσθω, μᾶλλον δὲ μηδὲ πρόσκαιρα. Μιᾶς γὰρ ἡμῖν πλέον οὐκ ἔδωκεν ὁ Ἀπόστολος ἡμέρας τῇ ὀργῇ καταχρήσασθαι· *Ὁ ἥλιος* γὰρ, φησὶ, *μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν*. Καὶ εἰκότως· ἀγαπητὸν γὰρ καὶ ἐν οὕτω βραχεῖ καιρῷ μηδὲν γενέσθαι ἀηδές. Εἰ δὲ καὶ ἡ νὺξ καταλάβοι, δεινότερα γίνεται τὰ γεγενημένα, μυρίου πυ-

[a] Mor. τί ἑαυτοῦ πρεσβύτερον; sed ἑαυτοῦ deest in Savil. et in mss pene omnibus.
[b] Sic Sav. et mss. Mor. ἄλλοις.
[c] Mor. et Sav. οὐκ ἔστι. Ναί φησι. Alii οὐκ ἔστιν, ἔστι γάρ, φησίν.
[d] Alii ὅλως δέ.
[e] Alii ἀτελεύτητον δηλῶν. Ὥσπερ.
[f] Alii non pauci συγκρατεῖ.
[g] Alii ὑποβάλλωμεν

interrogaverim, quid sit illud a propheta dictum : *Ante me non fuit alius Deus, et post me non erit* (*Isai.* 43. 10)? Nam si junior est Patre Filius, quomodo dicit, *Post me non erit?* Num ergo Unigeniti substantiam tolletis? Necesse enim est aut eo audaciæ procedere, aut unam admittere divinitatem in propria hypostasi Patris et Filii. Quomodo autem illud, *Omnia per ipsum facta sunt* (*Joan* 1. 3), verum est? Nam si ævum est illo antiquius, quomodo id quod ante illum est, per ipsum factum fuerit? Videtisne in quantam temeritatem semel abjecta veritate processerint? Cur non dixit evangelista, ipsum ex non exstantibus factum esse, ut de omnibus Paulus his verbis asserit : *Qui vocavit ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt* (*Rom.* 4. 17); sed dicit, *In principio erat?* hoc enim contrarium est illi; ac jure merito Deus enim neque fit, neque quid se antiquius habet; verum hæc gentilium verba sunt. Dic et illud mihi : Annon dixeris creatorem creatis operibus incomparabiliter excellentiorem esse? Cum ergo ipsis simile foret id quod ex non exstantibus esset, ubi esset illa incomparabilis excellentia? Quid autem est illud, *Ego primus, et ego post hæc*, et, *Ante me non fuit alius Deus* (*Isai.* 41. 4. *et* 43. 10)? Nam si Filius non sit ex eadem substantia, alius est Deus; si non coæternus, est post illum : ac si non ex substantia prodiit, palam est ipsum factum esse. Quod si dixerint hæc ad differentiam idolorum dicta fuisse, quomodo non concedent ad differentiam idolorum solum verum Deum dici? Quod si hoc etiam ad differentiam idolorum dictum sit, quomodo totam sententiam interpretaberis? *Post me* enim, inquit, *non est alius Deus.* Non ejiciens Filium hoc dicit, sed significat, Deus idolicus post me non est; non quod Filius non sit. Etiam, inquies. Quid igitur? illud, *Ante me non fuit alius Deus*, ita accipies, quod nempe idolicus deus non fuerit; at fuerit saltem ante eum Filius? Ecquis dæmon hæc dixerit? Ne ipsum quidem diabolum id puto dicturum esse. Alioquin autem, si non est coæternus Patri, quomodo infinitam ejus vitam dixeris? Nam si principium anterius habet; etiamsi infinitus sit, non tamen immensus erit : immensum enim utrinque immensum esse oportet; id quod etiam Paulus declarans dicebat : *Neque principium dierum, neque finem vitæ habens* (*Hebr.* 7. 3), et principio et fine carere declarans. Quemadmodum enim hoc, sic neque illud finem habet; cum neque hic finis sit, neque illic initium.

3. *Verbum si vita est, æternum est. Objectio hæreticorum : Filius* Θεός *dicitur sine articulo, refutatur.* — Quomodo autem cum vita sit, fuerit tempus cum non esset? Vita enim semper, ac sine principio et fine esse nemo non fateatur, si ille vere vita sit, ut revera est. Si vero fuit aliquando cum non esset, quomodo vita aliorum sit, quæ aliquando non fuit? Quomodo igitur, inquit, Joannes principium posuit dicens, *In principio erat?* Illine voci, quæso, *In principio*, et illi, *Erat*, attendis; et illam, *Verbum erat*, non cogitas? Quid vero, quando de Patre dicit propheta : *A sæculo et usque in sæculum tu es* (*Psal.* 89. 2) : an his verbis terminos ipsi ponit? Nequaquam; sed æternitatem significat. Idipsum hic cogita. Non terminos ponens ita loquutus est : neque enim dixit, Principium habuit; sed, *In principio erat;* hac voce, *Erat*, te deducens ut Filium sine principio esse cogitares. At, inquies, Pater cum articulo dicitur, Filius vero sine articulo (*a*). Quid ergo cum apostolus dicit, *Magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi* (*Tit.* 2. 13); et rursum, *Qui est super omnia Deus* (*Rom.* 9. 5)? ecce namque hic sine articulo Filium memoravit. Idipsum de Patre observes. Nam ad Philippenses scribens sic ait : *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo* (*Philipp.* 2. 6) : et ad Romanos : *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo* (*Rom* 1. 7). Alioquin vero supervacaneum fuisset hic articulum præponere, cum supra frequenter appositus fuerit. Quemadmodum enim cum de Patre dicit, *Spiritus est Deus* (*Joan.* 4. 24); quia articulus Spiritui non præpositus est, non ideo incorporeum esse Deum negamus : sic et hoc loco, etiamsi Filio articulus non præponatur, non minus tamen Deus est Filius. Qua vero de causa? Cum enim Deum et Deum dixit, nullum indicat nobis divinitatis discrimen; imo prorsus contra. Cum enim prius dixisset, *Et Deus erat Verbum*, ne quis putaret minorem esse Filii divinitatem, statim veræ divinitatis ejus documenta profert; æternitatem nempe sic resumens, *Hic erat a principio apud Deum* (*Joan.* 1. 2); creandi vim cum addit, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est* (*Ibid.* 3) : id quod maxime Pater ejus per prophetas ubique substantiæ ejus argumentum esse dicit. Ac frequenter hoc demonstrationis genus prophetæ versant : neque ad hoc solum, sed ut etiam idolorum cultum tollant. Nam *dii*, inquit, *qui cælum et terram non fecerunt, pereant* (*Jer.* 10. 11); ac rursum, *Ego manu mea extendi cælum* (*Isai.* 44. 24) : ostendensque illud esse divinitatis argumentum, id ubique ponit. Ipse autem evangelista, his non contentus verbis, vitam ipsum vocavit et lucem. Si itaque semper cum Patre erat, si omnia ipse condidit, produxit et continet (hoc enim per vitam significavit), si omnia illuminat; quis ita stultus erit ut dicat, evangelistam hæc verba ut divinitatem ejus minueret induxisse, quibus æqualitas paritasque demonstrari poterat? Ne, quæso, confundamus creaturam cum Creatore, ne nos quoque audiamus : *Coluerunt creaturam præ Creatore* (*Rom.* 1. 25). Etiamsi enim de cælis hæc intelligenda dicant : attamen de his loquens omnino prohibuit ne creatura colatur, qui gentilium error est.

4. *A servitute idolorum nos liberavit Christus. Dogmata non prosunt ad salutem, si vita sit corrupta. Ira celeriter exstinguenda. Laudes hominum vel ex gratia*

(*a*) Hoc respicit illud Evangelii, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, ubi τὸν Θεὸν cum articulo dicitur de Patre, καὶ Θεὸς ἦν sine articulo de Filio. Unde arguebant impie Ariani et Anomœi, Filium non esse Deum sicut Patrem, sed minorem, nec proprie Deum : quod contrariis exemplis confutat Chrysostomus.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

prodeunt, vel ex odio negantur. — Ne itaque hujusmodi maledictioni nos subjiciamus. Ideo venit Filius Dei, ut nos ab hoc cultu erueret; ideo servi formam accepit, ut nos ab illa servitute liberaret; ideo sputis et colaphis dehonestatus, ideo mortem turpissimam passus est. Ne, quæso, hæc omnia inutilia reddamus, neque rursum ad pristinam redeamus impietatem, imo in longe graviorem: non enim æquale est creaturam colere, et ipsum Creatorem ad creaturarum vilitatem, quantum in nobis est, deprimere. Nam ipse manet qualis est, *Tu autem idem ipse es*, inquit, *et anni tui non deficient* (*Psal.* 101. 28). Glorificemus igitur eum, sicut accepimus a patribus: glorificemus cum et fide et operibus, nihil enim nobis ad salutem prosunt dogmata pia, si vita sit corrupta. Quamobrem illam concinnemus ad Dei placitum, omni turpitudine, injustitia, avaritia longe abacta, tamquam hospites et advenæ, et a præsentibus longe alieni. Si divitias quis multas habeat et prædia, sic iis utatur, ut peregrinus qui paulo post velit nolit discessurus est. Si quis ab alio injuria læsus sit, ne immortaliter irascatur, imo ne aliquo quidem tempore: non plus enim uno die nobis ad iram concessit Apostolus: *Sol*, inquit, *non occidat super iracundiam vestram* (*Ephes.* 4. 26). Et jure quidem: optandum quippe est, et vix caveri potest, ut ne in tam modico spatio quid molestum accidat. Si autem nox nos apprehendat, res graviores evadunt, memoria ingentem nobis ignem colligente, nobisque per temporis spatium hæc acerbius scrutantibus. Antequam ergo otium hujusmodi occupemus, et vehementiorem accendamus rogum, jubet malum prævertere, et exstinguere. Vehemens quippe est iræ motus, omnique flamma acutius. Ideo celeritate multa nobis est opus, ut flammam prævertamus, nec sinamus assurgere. Hic quippe morbus multorum causa malorum efficitur. Domos enim totas evertit, veteres solvit consuetudines, non consolabiles tragœdias brevi tempore ac momento parit. Nam *Momentum furoris ejus, ruina ejus* (*Eccli.* 1. 22), inquit. Ne itaque feram hanc sine freno sinamus, sed canum ipsi undique fortissimum, futuri judicii metum, injiciamus. Cum te amicus læserit, aut familiaris concitaverit, cogita quanta erga Deum peccaveris, et perpende te si moderatius cum illo agas, mitius tibi judicium illud constituere. Nam ait, *Dimitte, et dimittetur vobis* (*Luc.* 6. 37); statimque morbus aufugiet. Ad hæc consideres velim, num aliquando in furorem actus, te continueris; et num aliquando etiam ab ira abreptus fueris: utrorumque comparatione temporum, ad emendationem valde juvaberis. Dic enim mihi, quandonam teipsum laudasti, cum ab ira superatus es, an cum superasti? Annon cum primum accidit, nos vehementer incusamus, erubescimus, etiam nemine arguente, ac multa nos et verborum et gestorum subit pœnitentia? cum autem superamus, gaudemus, et quasi victores exsultamus? Victoria enim contra iram est, non cum par pari referimus (hæc quippe extrema clades est), sed cum æquo animo omnia patimur et audimus. Hoc quippe est superiorem esse, non mala inferre, sed mala pati. Cum irasceris igitur, ne dicas: Prorsus obsistam ego, prorsus irruam in illum: neque monentibus ut iram cohibeas dixeris: Non patiar ut postquam ille mihi illuserit, impune abeat. Neque enim te unquam irridebit, nisi quando ad vindictam te contuleris: sin te quiescente irriserit, ut stultus id aget. Tu vero cum viceris, ne quæras gloriam a stultis, sed ea contentus esto, quam a sapientibus assequeris. Imo vero cur tibi parvum illud ac vile theatrum hominum constituo? Ad Deum statim respice, et ipse te laudabit: quo laudante nemo debet ab hominibus gloriam quærere. Hominum quippe laudes plerumque vel ex gratia prodeunt, vel ex odio negantur; nihilque lucri afferunt: Dei vero judicium hac inæquabilitate vacat, multamque laudato affert utilitatem. Hanc igitur laudem sequamur.

5. *Ex iracundi imagine, quantum malum sit ira probatur. Contra eos qui superstitiose tempora observant.* — Visne discere quantum sit malum ira? Præsens esto dum alii rixantur in foro. Neque enim in teipso turpitudinem illam tam facile deprehendes, animo nempe tunc tenebris et ebrietate obvoluto; sed cum ira vacuus es, tunc in aliis tua contemplare; quando judicium tuum corruptum non est. Vide mihi turbam circumfluentem, et iratos, ac si furerent, in medio turpiter agentes. Cum enim ira in pectore effervescit et efferatur, os ignem spirat, oculi ignem emittunt, inflatur undique vultus, incomposite manus jactantur, ridicule pedes exsiliunt, et insultant litem dirimere conantibus; nihil irati differunt a furentibus, cum hæc omnia nullo præditi sensu peragunt; imo ne ab asinis agrestibus, calcitrantes, mordentes. Sane vir iracundus modeste agere nescit. Deinde post tantum excitatum risum, ubi domum redierint, ad se reversi, dolore simul ac metu agitantur; animo volventes, quinam rixæ præsentes fuerint. Postquam enim ceu furentes de spectantibus nihil cogitaverant, resipiscentes postea secum reputant, num amici, num inimici spectatores fuerint. Nam perinde utrosque metuunt; illos, ut se improbantes majoremque inferentes pudorem; hos, ut de sua turpitudine gaudentes. Quod si ad plagas usque mutuas rixa proruperit, tum metus gravior, ne quid deterius verberato accidat, ne subsequens febris mortem inferat, vel tumor curatu difficilis in extremum periculum conjiciat. Quid enim mihi pugna opus erat? quid contumeliis et rixis? pereant et hæc et illa. Tunc que omnibus hisce fluxis rebus maledicunt, quæ rixandi causa fuere. Insipientiores vero et malignos dæmonas, et horam tempusque criminantur. Verum non hora mala in causa est; nulla quippe hora mala: neque hæc a maligno dæmone proficiscuntur, sed ex nequitia rixantium. Hi namque et dæmonas attrahunt, et sibi ipsis mala inferunt. Sed cor intumescit, inquies, et a contumeliis mordetur? Id et ego novi: ideoque miror eos qui malam hanc feram coercent. Si enim velimus, possumus morbum depellere. Cur enim cum principes viri nos contumelia afficiunt, id

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρὸς ἀπὸ τῆς μνήμης ἡμῖν συλλεγομένου, καὶ κατὰ σχολὴν πικρότερον ἡμῶν ἐξεταζόντων αὐτά. Πρὶν οὖν τῆς ὀλεθρίας ταύτης ἐπιλαβέσθαι σχολῆς, καὶ σφοδροτέραν ἀνάψαι τὴν πυράν, κελεύει προκαταλαμβάνειν καὶ σβεννύναι τὸ δεινόν. Ὀξὺ γὰρ τὸ πάθος ἐστὶ τῆς ὀργῆς, καὶ φλογὸς ἀπάτης ὀξύτερον. Διὸ πολλοῦ δεῖ τοῦ τάχους ἡμῖν εἰς τὸ προκαταλαβεῖν τὴν φλόγα [32], καὶ μὴ συγχωρῆσαι πρὸς ὕψος ἀρθῆναι. Καὶ γὰρ πολλῶν οὗτος αἴτιον γίνεται κακῶν τὸ νόσημα τοῦτο. Οἰκίας γοῦν ὁλοκλήρους ἀνέτρεψε, καὶ συνηθείας ἀρχαίας διέλυσε, καὶ τραγῳδίας ἀπαραμυθήτους [a] εἰργάσατο ἐν βραχεῖ καὶ ἀκαριαίῳ χρόνῳ. *Ἡ γὰρ ὀργὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, πτῶσις αὐτῷ*, φησί. Μὴ τοίνυν ἀχαλίνωτον ἐῶμεν τὸ θηρίον, ἀλλὰ κημὸν αὐτῷ πάντοθεν σφοδρὸν, τοῦ δικαστηρίου τοῦ μέλλοντος τὸν φόβον, ἐμβάλλωμεν. Ὅταν σε λυπήσῃ φίλος ἢ καὶ παροξύνῃ τις τῶν οἰκείων, ἐννόησον τὰ ἡμαρτημένα σοι εἰς Θεὸν, καὶ ὅτι τῇ πρὸς ἐκεῖνον ἐπιεικείᾳ πραότερον σαυτῷ καθιστᾷς τὸ δικαστήριον ἐκεῖνο· *Ἄφετε γὰρ*, φησὶ, *καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν*· καὶ ταχέως δραπετεύσει τὸ πάθος. Πρὸς τούτοις κἀκεῖνο σκόπησον, εἴποτε εἰς ἀγριότητα ἐξενεχθεὶς ἐκράτησας σαυτοῦ, καὶ εἴποτε παρεσύρης ὑπὸ τοῦ πάθους, καὶ ἀμφοτέρους παράβαλε τοὺς καιροὺς, καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν λήψῃ διόρθωσιν. Εἰπὲ γάρ μοι· πότε σαυτὸν ἐπῄνεσας, ἡνίκα ἠττήθης, ἢ ὅτε ἐκράτησας; Οὐχὶ τότε σφοδρῶς μὲν [b] ἐγκαλοῦμεν ἑαυτοῖς καὶ αἰσχυνόμεθα, καὶ μηδενὸς ἐλέγχοντος ἡμᾶς, καὶ πολὺ τὸ τῆς μετανοίας ἡμῖν ἐπεισέρχεται καὶ ῥημάτων ἕνεκεν καὶ πραγμάτων; ὅταν δὲ περιγενώμεθα, καὶ τρυφῶμεν καὶ γαυρούμεθα, ὡς νενικηκότες; Νίκη γὰρ ἐπὶ τῆς ὀργῆς, οὐ τὸ τοῖς ἴσοις ἀμύνασθαι (ἰσχάτη γὰρ αὕτη ἥττά ἐστιν), ἀλλὰ τὸ πράως ἐνεγκεῖν παθόντα κακῶς καὶ ἀκούσαντα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πλέον σχεῖν, οὐ τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ τὸ παθεῖν κακῶς. Μὴ τοίνυν λέγε ὀργιζόμενος, Πάντως ἀνταναιρῶ κἀγὼ, πάντως ἐπεξελεύσομαι· μηδὲ πρὸς τοὺς παραινοῦντας νικᾷν ἀντίτεινε λέγων, Οὐκ ἀνέξομαι, ἵνα μου καταγελάσῃ; ὁ δεῖνα ἀπέλθῃ. Οὐ γὰρ δή ποτέ σου καταγελάσεται, ἀλλ' ὅταν ἐπεξέλθῃς· εἰ δὲ καὶ τότε καταγελάσεται, ὡς ἀνόητος τοῦτο πείσεται. Σὺ δὲ μὴ ζήτει νικῶν τὴν παρὰ τῶν ἀνοήτων δόξαν, ἀλλ' ἀποχρῶσαν νόμιζε αὐτὴν ἔχειν παρὰ [c] τῶν νοῦν ἐχόντων. Ἀλλὰ γὰρ τί σοι μικρὸν καὶ ταπεινὸν καθίζω θέατρον, ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸ συντιθείς; Πρὸς τὸν Θεὸν εὐθέως ἀνάβλεψον, κἀκεῖνός σε ἐπαινέσεται. Τὸν δὲ παρ' ἐκείνου θαυμαζόμενον οὐ δεῖ παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμὴν ἐπιζητεῖν. Ἡ μὲν γὰρ καὶ πρὸς χάριν πολλάκις, καὶ πρὸς ἀπέχθειαν ἑτέρων γίνεται, καὶ κέρδος ἤνεγκεν οὐδέν· ἡ δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ [d] ψῆφος ταύτης ἀπήλλακται τῆς ἀνωμαλίας, καὶ πολλὴν φέρει τῷ θαυμαζομένῳ τὴν ὠφέλειαν. Τοῦτον οὖν τὸν ἔπαινον διώκωμεν.

ε'. Βούλει μαθεῖν πάσον τὸ ὀργίζεσθαι κακόν; Παράστηθι μαχομένοις ἐν ἀγορᾷ ἑτέροις. Ἐν γὰρ σαυτῷ τὴν ἀσχημοσύνην οὐ δυνήσῃ ῥᾳδίως ἰδεῖν, ἐσκοτωμένῳ καὶ μεθύοντι τῷ λογισμῷ· ἀλλ' ὅταν καθαρεύσῃς τοῦ πάθους, τότε ἐν ἄλλοις θεώρει τὰ σά, τῆς κρίσεώς σοι μὴ διεφθαρμένης. Θέα δέ μοι τοὺς περιῤῥέοντας [33] ὄχλους, τοὺς θυμουμένους [e], καθάπερ μαινομένους εἰς τὸ μέσον ἀσχημονοῦντας. Ὅταν γὰρ περὶ τὸ στῆθος ὁ θυμὸς ζέσας διανιστῇται καὶ ἀγριαίνῃ, πῦρ πνέει τὸ στόμα, πῦρ ἀφιᾶσιν οἱ ὀφθαλμοὶ, οἷδεῖ πάντοθεν ἡ ὄψις, ἀτάκτως αἱ χεῖρες ἐκτείνονται, καταγελάστως πηδῶσιν οἱ πόδες καὶ ἐνάλλονται τοῖς κατέχουσι, καὶ μαινομένων οὐδὲν διεστήκασι πρὸς ταῦτα πάντα ἀναισθητοῦντες, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἀγρίων ὄνων, λακτίζοντες, δάκνοντες. Οὕτως ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων. Εἶτα, μετὰ τὸν πολὺν γέλωτα τοῦτον, ἀναχωρήσαντες οἴκαδε, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανελθόντες, μείζονα ἔχουσι τὴν ὀδύνην καὶ πολὺ τὸ δέος, ἐννοοῦντες ἄρα τίνες οἱ παρόντες ἦσαν ἡνίκα ὠργίζοντο. Καθάπερ γὰρ οἱ παραπαίοντες τοὺς παρόντας ἀγνοοῦντες, ὅταν σωφρονήσωσι, τότε ταῦτα λογίζονται, Ἆρα μὴ φίλοι, ἆρα μὴ πολέμιοι καὶ ἐχθροὶ οἱ θεασάμενοι; καὶ γὰρ ὁμοίως ὑπὲρ ἀμφοτέρων δεδοίκασι· τῶν μὲν, ὡς καταγνωσομένων καὶ μείζονα ποιησόντων τὴν αἰσχύνην· τῶν δὲ, ὡς ἐφησθησομένων. Ἂν δὲ καὶ πληγὰς τείναντες τύχωσιν [f] ἀλλήλοις, χαλεπώτερον τὸ δέος, οἷον μή τι τῶν χαλεπωτάτων συμβαίη περὶ τὸν παθόντα, ἢ πυρετὸς ἀκολουθήσας ἐπενέγκοι θάνατον, ἢ οἴδημα ἀναστὰν δυσίατον εἰς τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων κατασταστῆσῃ κίνδυνον. Καὶ, τί γάρ μοι μάχης ἔδει; τί δὲ ὕβρεων καὶ φιλονεικίας; ἀπόλοιτο τὰ καὶ τά. Καὶ πᾶσι καταρῶνται τοῖς πράγμασι λοιπὸν τοῖς ἐπικήροις τούτοις, καὶ παρασχοῦσιν αὐτοῖς τὴν ἀρχήν. Οἱ δὲ ἀλογώτεροι καὶ δαίμονας πονηροὺς καὶ ὥραν αἰτιῶνται κακὴν τῶν γεγενημένων. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὥρας κακῆς· οὐδὲ γὰρ ἔστιν ὥρα κακή ποτε· οὐδὲ δαίμονος ταῦτα πονηροῦ, ἀλλὰ τῆς πονηρίας τῶν ἑαυτῶν. Οὗτοι γὰρ καὶ τοὺς δαίμονας ἐπισπῶνται, καὶ πάντα ἑαυτοῖς ἐπάγουσι τὰ δεινά. Ἀλλ' οἰδαίνει, φησὶν, ἡ καρδία, καὶ ταῖς ὕβρεσι δάκνεται; Οἶδα κἀγώ· διὰ γὰρ τοῦτο τοὺς κρατοῦντας τοῦ δεινοῦ τούτου θηρίου θαυμάζω. Ἂν γὰρ θέλωμεν, δυνατὸν διακρούσασθαι τὸ πάθος. Διατί γάρ, ἀρχόντων ἡμᾶς ὑβριζόντων, τοῦτο μὴ πάσχομεν; ἆρ' οὐχ [g] ὅτι φόβος ἀντίῤῥοπος ἔστηκε τοῦ πάθους, ἡμᾶς ἐκδειματῶν, καὶ οὐδὲ φῦναι τὴν ἀρχὴν συγχωρῶν; Διὰ τί δὲ καὶ οἱ οἰκέται παρ' ἡμῶν ὑβριζόμενοι μυρία, σιγῇ πάντα φέρουσιν; ἆρ' οὐχ ὅτι καὶ αὐτοὶ τὸν αὐτὸν αὐτοῖς ἐπικείμενον ἔχουσι δεσμόν; Σὺ δὲ μὴ μόνον ἐννοήσῃς τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ φόβον, ἀλλ' ὅτι σε καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ὑβρίζει τότε, ὁ κελεύων σιγᾷν, καὶ πάντα οἴσειν πράως. Καὶ εἰπὲ πρὸς τὸν ἐπιόντα· Τί σοι πάθω; ἄλλος μου κατέχει καὶ τὴν δεξιὰν καὶ τὴν γλῶτταν· καὶ γενήσεται καὶ σοὶ κἀκείνῳ φιλοσοφίας ὑπόθεσις τὸ ῥῆμα. Νῦν δὲ ἀνθρώπων μὲν ἕνεκεν καὶ τὰ ἀφόρητα φέρομεν, καὶ πρὸς τοὺς ὑβρικότας λέγομεν πολλάκις· Ὁ δεῖνά με ὕβρισεν, οὐ σύ· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ οὐδὲ ταύτην ἔχομεν τὴν εὐλάβειαν; Καὶ ποία ἡμῖν ἔσται συγγνώμη; Εἴπωμεν καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν ψυχήν· Ὁ Θεὸς ἡμᾶς ὑβρίζει νῦν, ὁ κατέχων [34] ἡμῶν τὰς χεῖρας· μὴ σκιρτῶμεν, μηδὲ ἔστω ὁ Θεὸς ἀνθρώπων ἀτιμότερος ἡμῖν. Ἐφρίξατε πρὸς τὸ ῥῆμα; Ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τὰ ῥήματα βούλομαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν φρίττειν ὑμᾶς [h]. Ἐκέλευσε γὰρ ὁ Θεὸς ῥαπιζομένους μὴ μόνον φέρειν, ἀλλὰ καὶ παρέχειν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ χεῖρόν τι παθεῖν. Ἡμεῖς δὲ μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἐναντιούμεθα, ὡς μὴ μόνον μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς εἰς τὸ κακῶς παθεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι, πολλάκις δὲ καὶ ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων, καὶ ἐλαττοῦσθαι νομίζειν, ἂν μὴ πράξωμεν τὰ αὐτά. Καὶ γὰρ τὸ δεινὸν τοῦτό

[a] Sic Savil. et omnes pene mss. Morel. ἀμυθήτους.
[b] Morel. σφοδρῶς καί.
[c] Sic Mor. Sav. αὐτὴν παρά. Paulo post idem αὐτῷ συντιθείς. Sav. αὐτή.
[d] Sav. ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ.
[e] Sic Sav. et mss. Mor. vero διεφθαρμένης· ὄψει γὰρ τοὺς θυμουμένους.
[f] Quidam ἐντύχωσιν.
[g] Sic Mor. Sed ἆρ' οὐχ hic et infra a Savil. et mss. plurimis absit.
[h] Alii ἡμᾶς.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ВК

ἐστιν, ὅτι καὶ νικᾷν οἰόμεθα, τὴν ἐσχάτην ἧτταν ἡττώμενοι καὶ κείμενοι κάτω, καὶ μυρίας δεχόμενοι πληγὰς παρὰ τοῦ διαβόλου, κρατεῖν αὐτοῦ νομίζομεν. Διὰ, παρακαλῶ, μάθωμεν τίς τῆς νίκης ταύτης ὁ τρόπος, καὶ τοῦτο μετίωμεν τοῦ τράπου τὸ εἶδος. Τὸ γὰρ παθεῖν κακῶς, τοῦτό ἐστι τὸ στεφανοῦσθαι. Εἰ τοίνυν βουλόμεθα καὶ ἡμεῖς ἀναρρηθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ, μὴ τὸν τῶν ἔξωθεν ἀγώνων, ἀλλὰ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ νόμον φυλάττωμεν ἐν ταῖς παλαίσμασι τούτοις, καὶ τὸ [a] πάντα φέρειν μετὰ μακροθυμίας. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν παλαιόντων περιγινώμεθα, καὶ τῶν ἐνταῦθα, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Sic Savil. et mss. quidam, Morel καὶ τῷ.

ΟΜΙΛΙΑ Ε'.

Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν.

α'. Μωϋσῆς μὲν ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας καὶ τῆς συγγραφῆς τῆς ἐν τῇ Παλαιᾷ, περὶ τῶν αἰσθητῶν ἡμῖν διαλέγεται, καὶ ταῦτα ἀπαριθμεῖται διὰ πολλῶν· *Ἐν ἀρχῇ* γὰρ, φησὶν, *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*· εἶτα ἐπάγει ὅτι καὶ φῶς ἐγένετο, καὶ δεύτερος οὐρανὸς, καὶ ἀστέρων φύσις, καὶ παντοδαπὰ γένη ζώων, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον ἐπεξιόντες παρέλκωμεν. Ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς οὗτος, ἅπαντα συντεμὼν, ἐν ῥήματι περιλαμβάνει [a] ἐκεῖνά τε καὶ τὰ ἐκείνων ἀνώτερα· εἰκότως, ἅτε καὶ γνώριμα ὄντα τοῖς ἀκούουσι, καὶ ἐπὶ μείζονα ἐπειγόμενος ὑπόθεσιν, καὶ πᾶσαν τὴν πραγματείαν ἐνστησάμενος, οὐ περὶ τῶν ἔργων, ἀλλὰ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ καὶ πάντα παραγαγόντος [b] εἰπεῖν. Διά τοι τοῦτο ἐκεῖνος μὲν, καίτοι γε τὸ ἔλαττον μέρος τῆς κτίσεως ἀπολαβὼν (οὐδὲν γὰρ ἡμῖν περὶ τῶν ἀοράτων διελέχθη δυνάμεων), τούτοις ἐνδιατρίβει· οὗτος δὲ, ἅτε πρὸς αὐτὸν σπεύδων τὸν Ποιητὴν ἀνελθεῖν, εἰκότως ἅπαντα παρατρέχει, καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἐκείνῳ σεσιγημένα, ἑνὶ καὶ βραχεῖ λόγῳ περιλαβὼν, τῷ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*. Καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς πάντα ἐκεῖνα λέγειν μόνον αὐτὸν τὰ καὶ [35] Μωϋσεῖ εἰρημένα, ἐπάγει, ὅτι *Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν ὃ γέγονε*· τουτέστι, τῶν γενητῶν κἂν ἀρατόν τι ᾖ, κἂν νοητὸν, οὐδὲν χωρὶς τῆς τοῦ Υἱοῦ δυνάμεως εἰς τὸ εἶναι παρήχθη. Οὐ γὰρ δὴ τὴν τελείαν στιγμὴν τῷ, *Οὐδὲ ἕν*, ἐπιθήσομεν κατὰ τοὺς αἱρετικούς. Ἐκεῖνοι γὰρ βουλόμενοι τὸ Πνεῦμα κτιστὸν εἰπεῖν, φασίν· *Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*. Ἀλλ' οὕτως ἀπερινόητον γίνεται τὸ λεγόμενον. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ καιρὸς ἦν ἐνταῦθα τοῦ Πνεύματος ἐπιμνησθῆναι· εἰ δὲ καὶ ἐβούλετο, τίνος ἕνεκεν οὕτως ἀσαφῶς αὐτὸ τέθεικε; πόθεν γὰρ δῆλον, ὅτι περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦτο εἴρηται; Ἄλλως δὲ εὑρήσομεν κατὰ τὸν λόγον τοῦτον, οὐ τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Υἱὸν δι' ἑαυτοῦ γινόμενον. Ἀλλὰ διανάστητε, ὥστε μὴ διαφυγεῖν ὑμᾶς τὸ λεγόμενον· καὶ φέρε κατὰ τὸν ἐκείνων τέως ἀναγνῶμεν τρόπον· οὕτω γὰρ ἡμῖν φανερώτερον τὸ ἄτοπον ἔσται· *Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*. Τὸ Πνεῦμά φασιν εἰρῆσθαι τὴν ζωήν. Ἀλλ' ἡ ζωὴ αὕτη καὶ φῶς εὑρίσκεται· ἐπάγει γὰρ, *Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*. Οὐκοῦν κατ' αὐτοὺς τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων ἐνταῦθα τὸ Πνεῦμα λέγει. Τί οὖν; Ὅταν ἐπάγῃ καὶ λέγῃ, ὅτι *Ἐγένετο ἄνθρωπος παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεσταλμένος, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτὸς*, ἀνάγκη περὶ τοῦ Πνεύματος αὐτοὺς λέγειν καὶ τοῦτο εἰρῆσθαι. Ὃν γὰρ ἄνω Λόγον εἶπε, τοῦτον προϊὼν καὶ Θεὸν, καὶ ζωὴν, καὶ φῶς ὀνομάζει. Ζωὴ γὰρ ἦν, φησὶν, ὁ Λόγος οὗτος, καὶ ἡ ζωὴ αὕτη φῶς ἦν. Εἰ τοίνυν ὁ Λόγος ἡ ζωὴ, ὁ δὲ Λόγος οὗτος καὶ ἡ ζωὴ σὰρξ ἐγένετο, ἡ ζωὴ ἐγένετο σὰρξ, τουτέστιν, ὁ Λόγος· καὶ αὐτῆς ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν, ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός. Ἂν τοίνυν τὸ Πνεῦμα λέγωσιν ἐνταῦθα τὴν ζωὴν εἰρῆσθαι, ὅρα πόσα ἕψεται τὰ ἄτοπα. Ἔσται γὰρ αὐτὸ σαρκωθὲν, οὐχ ὁ Υἱός· ἔσται μονογενὴς Υἱὸς τὸ Πνεῦμα. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, εἰς ἕτερον πάλιν ἀτοπώτατον τοῦτο φεύγοντες ἐμπεσοῦνται οὕτως ἀναγινώσκοντες. Εἰ γὰρ δὴ ὁμολογήσαιεν, ὅτι περὶ τοῦ Υἱοῦ εἴρηται, καὶ μὴ στίξαιεν μηδὲ ἀναγνοῖεν ὥσπερ ἡμεῖς, αὐτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν Υἱὸν γεγενῆσθαι ἐροῦσιν. Εἰ δὲ ἡ ζωὴ ὁ Λόγος, ὃ δὲ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν· αὐτὸς ἐν αὐτῷ καὶ δι' ἑαυτοῦ γέγονε κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν ταύτην. Εἶτά τινα εἰπὼν ἐν τῷ μέσῳ ἐπήγαγε· *Καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός*. Ἰδοὺ καὶ μονογενὴς [c] Υἱὸς εὑρίσκεται κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ταῦτα λεγόντων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Περὶ γὰρ αὐτοῦ πᾶσα αὐτῷ αὕτη ἡ διήγησις εἴρηται. Ὁρᾶτε ὅταν ἐκκυλισθῇ ὁ λόγος τῆς ἀληθείας, ποῦ παρατρέπεται, καὶ πόσα τίκτει τὰ ἄτοπα; Τί οὖν; οὐκ ἔστι τὸ Πνεῦμα φῶς, φησί; Ἔστι μὲν φῶς· ἀλλ' ἐνταῦθα οὐ περὶ τούτου εἴρηται· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς λέγεται Πνεῦμα, τουτέστιν, ἀσώματος· ἀλλ' οὐ πάντως, εἴ που Πνεῦμα εἴρηται, ὁ Θεὸς δηλοῦται. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ περὶ τοῦ Πατρὸς τοῦτό φαμεν; Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοῦ [36] Παρακλήτου τοῦτο εἴποιμεν ἄν· ὅτι εἴ που Πνεῦμα, πάντως ὁ Παράκλητος δηλοῦται· καίτοι γε τοῦτο αὐτοῦ μάλιστα γνωριστικόν ἐστιν ὄνομα· ἀλλ' οὐ πάντως, εἴ που Πνεῦμα, ὁ Παράκλητος. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία λέγεται, ἀλλ' οὐ πάντως, εἴ που Θεοῦ δύναμις καὶ σοφία, ὁ Χριστός [d]. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, εἰ καὶ φωτίζει τὸ Πνεῦμα, ὅμως νῦν οὐ περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ εὐαγγελιστής. Ἀλλ' ὅταν αὐτοὺς τούτων ἀποκλείσωμεν τῶν ἀτόπων, οἱ δὲ πάλιν πανταχοῦ σπουδάζοντες κατὰ τῆς ἀληθείας ἐστάναι, λέγουσιν, ἔτι τῆς αὐτῆς ἀναγνώσεως ἐχόμενοι· *Ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*. Τουτέστιν, ὃ γέγονε [e] ζωὴ ἦν. Τί οὖν; Καὶ τὰ Σοδομηνῶν πάθη, καὶ ὁ κατακλυσμὸς καὶ ἡ γέεννα, καὶ μυρία ὅσα τοιαῦτα; Ἀλλὰ περὶ δημιουργίας ὁ λόγος ἡμῖν, φησί. Μάλιστα μὲν οὖν κἀκεῖνα δημιουργίας ἐστίν. Ἀλλ' ἵνα ἐκ περιουσίας τὸν λόγον αὐτῶν ἐλέγξωμεν, ἐρώμεθα αὐτούς· Τὸ ξύλον, εἰπέ μοι, ζωή; καὶ ὁ λίθος, ζωὴ, τὰ ἄψυχα ταῦτα καὶ ἀκίνητα;

[a] Alii παραλαμβάνει.
[b] Sic Sav. et mss. Mor. vero περιαγαγόντος.
[c] Alii ὁμοῦ καὶ μονογενής
[d] Mor. ὁ Υἱός. Sav. ὁ Χριστός. Ibid. Sav et mss. fere omnes εἰ καὶ φωτίζει. Mor. εἰ καὶ φῶς.
[e] Sic Morel. Savil. ἦν, ὅτι εἴ τι ἐστὶν ὃ γέγονε. Ibid Mor. οὐκοῦν. Sav. τί οὖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non agimus? nonne quia timor, non minor quam ira, nos deterret, nec vel a principio iram erumpere simit? Cur porro servi a nobis mille contumeliis onerati, omnia taciti ferunt? nonne quia et ipsi eodem vinculo ligantur? Tu vero ne solum Dei timorem cogites, sed etiam te tunc a Deo contumeliis affici, qui jubet te tacere, et omnia patienter feres. Dic te lacessenti : Quid faciam tibi; alius mihi et manum et linguam cohibet : eritque dictum illud, et tibi et ipsi philosophiæ materia. Nunc autem hominum gratia etiam intolerabilia ferimus, et iis qui nos lacessunt sæpe dicimus : Ille me lacessivit, non tu : Deo autem ne parem quidem reverentiam exhibebimus? Ecqua nobis erit venia? Animæ nostræ dicamus: Deus nos nunc lacessit, qui manus nostras cohibet : ne insiliamus, nec minore Deum quam homines obsequentia prosequamur. Ad hoc verbum exhorruistis? Sed non tantum ad verba, sed etiam ad opus vos [1] exhorrescere cupio. Jussit Deus nos colaphis cæsos, non modo ferre, sed etiam ad pejus quidpiam patiendum nos offerre. Nos autem cum tanta violentia obsistimus, ut non modo nos ad male patiendum non offeramus, sed etiam nos ulciscamur; imo sæpe priores manus inferamus, nosque vinci putemus, nisi paribus afficiamus. Nam illud gravius est quod nos vincere existimemus, quando extrema clade afficimur, et humi prostrati jacemus; ac mille acceptis a diabolo vulneribus, de illo victoriam reportasse credamus. Quamobrem, rogo, discamus quis sit hujus victoriæ modus, et hanc morum speciem adeamus. Siquidem male pati, idipsum est quod coronari. Si ergo volumus nos a Deo victores proclamari, in his certaminibus ne legem sæcularium agonum servemus, sed legem a Deo pro his certaminibus positam, ut omnia æquo animo feramus. Ita enim et adversarios et præsentia omnia superabimus, et promissa consequemur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri, simulque Spiritui sancto, gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii habent, *nos*, loco, *vos*.

HOMILIA V.

Cap. I. v. 3. *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.*

1. Moyses historiam Veteris Testamenti a sensilibus nobis orditur, et ea pluribus enumerat : nam ait, *In principio fecit Deus cœlum et terram* (*Gen.* 1. 1): deinde adjicit lucem factam, secundum cælum (*a*), stellarum naturam, omnigena animalium genera, ne singula prosequentes longiores simus. Hic autem evangelista uno verbo complectitur omnia, et illa nempe et illis superiora. Et jure certe, quia illa auditoribus nota sunt, et ipse ad præstantius argumentum properat, ac totum opus aggreditur, non de operibus, sed de Opifice et Creatore dicturus. Ideo Moyses quidem, etsi minorem creationis partem aggrediatur (nihil enim nobis de invisibilibus potestatibus narravit), in illis versatur : hic vero, qui ad ipsum Creatorem ascendere festinat, jure omnia prætercurrit, et hæc quæ ille dixit, et ea quæ ipse tacuit, paucis complectitur, *Omnia per ipsum facta sunt.* Ne vero putes ipsum ea tantum memorare quæ Moyses narravit, subjungit, *Et sine ipso factum est nihil quod factum :* hoc est, Ex rebus factis, sive sub aspectum, sive sub intellectum tantum cadant, nihil sine Filii virtute productum est. Neque enim punctum apponemus post illud, *Nihil*, ut hæretici faciunt. Illi enim cum velint Spiritum creatum esse, ita legunt : *Quod factum est, in ipso vita erat.* At sic hæc nullo modo intelligi poterunt. Primo enim hic non opportuna Spiritus mentio esset : quod si tandem id voluisset, cur tam obscure loquutus esset? unde enim constat hoc de Spiritu dictum esse? Alioquin autem secundum hanc seriem comperiemus, non Spiritum, sed ipsum Filium per seipsum factum esse. Verum attendite, ne vos hoc dictum effugiat; et age interim ad illorum morem legamus : hoc pacto enim manifestior erit absurditas : *Quod factum est, in ipso vita erat.* Vitam hic Spiritum significare dicunt. Sed vita etiam lux appellata hic occurrit; subjicit enim, *Et vita erat lux hominum.* Secundum illos ergo lucem hominum hic Spiritum dicit. Quid igitur? Cum subdit, *Fuit homo missus a Deo, ut testimonium perhiberet de lumine*, necesse est ut dicant, hoc etiam de Spiritu proferri. Eum enim quem supra Verbum dixit, in sequentibus Deum, vitam, et lucem nominat. *Vita erat*, inquit, hoc Verbum, et hæc ipsa vita lux erat. Si itaque Verbum vita erat; Verbum autem, quod est vita [1], caro factum est : vita caro facta est, hoc est, Verbum; et ejus gloriam vidimus, quasi Unigeniti a Patre. Si ergo dicant Spiritum hic vitam vocari, vide quanta absurda sequantur. Spiritus enim incarnatus fuerit, non Filius : Spiritus erit unigenitus Filius. Si non ita res fuerit, dum hoc effugient, in aliud longe absurdius incident ita legentes. Nam si confiteantur illud de Filio dictum esse, neque interpungant, nec legant ut nos legimus, ipsum Filium a seipso factum esse dicant oportet. Si enim Verbum vita erat; si quod factum est, in ipso vita erat : ipsum in seipso et per seipsum factum est secundum hanc lectionem. Deinde quibusdam interpositis adjicit : *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre.* Ecce secundum illorum qui ita loquuntur lectionem Spiritus sanctus, unigenitus esse Filius deprehenditur. De illo enim hæc omnis narratio instituitur. Videtisne, quando a veritate sermo aberrat, in quæ præcipitia abeat; et quot absurda pariat? Quid

(*a*) Id est, firmamentum.

[1] Juxta Boisium hæc, *quod est vita*, delenda sunt. Hanc vero immutationem, ad nullius exemplaris fidem, inducere aggreditur.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

igitur? Spiritus, inquies, non est lux? Est quidem lux, verum hic non de illo agitur : quandoquidem et Deus Spiritus, hoc est, incorporeus; sed non ubicumque Spiritus dicitur, Deum esse declaratur. Et quid miraris, si id de Patre dicamus? Neque enim de Paracleto quoque id dixerimus, quod ubicumque Spiritus dicitur, id de Paracleto intelligatur : quamvis hoc nomen ipsi maxime competat : attamen ubi Spiritus legitur, non semper Paracletus est intelligendus. Nam et Christus Dei virtus et Dei sapientia vocatur; at non semper ubi Dei virtus et Dei sapientia dicitur, Christus [1] indicatur. Sic et hoc loco, licet Spiritus illuminet, non tamen de ipso nunc loquitur evangelista. Attamen his exclusis absurdis ratiociniis, illi, qui semper veritati repugnant, dicere non desistunt : *Quod factum est, in ipso vita erat* (*v.* 14); id est, Quod factum est vita erat. Quid igitur? an Sodomorum supplicium, diluvium, gehenna et mille res hujusmodi vita erant? Sed de creatione nobis est sermo, inquiunt. Certe illa quoque ad creationem pertinent. Verum ut aliunde etiam illorum sententiam validius confutemus, interrogabimus illos : Num quæso, lignum vita est? num lapis, inanima hæc et immobilia? an homo omnino vita est? Ecquis hoc dixerit? Non enim ipsa vita homo, sed vitæ capax homo est.

2. Vide rursum hic absurditatem : nam hanc sequemur dicendi seriem, ut hinc eorum insipientiam discamus. Sic nihil usquam illi dicunt quod Spiritui competere possit. Postquam enim inde exciderunt, hominibus illa adscribunt, quæ de Spiritu digne dicta fuisse putabant. Cæterum jam lectionem examinemus. Creatura nunc vita dicitur; ergo lux etiam est : deque illa testificaturus venit Joannes. Cur ergo non et ipse lux est? Nam *Non erat ille lux*, inquit. Atqui ex creaturarum numero erat. Quomodo ergo non est lux? quomodo *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est?* creaturane erat in creatura, et creatura per creaturam facta est? quomodo *Mundus eum non cognovit?* an creatura creaturam non novit? *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Sed sat risui datum est. Hæc monstra verborum vobis deinceps confutanda relinquo, ne nos hæc risum movendi causa præmisisse videamur, tempusque frustra teramus. Nam si hæc de Spiritu non dicta sunt, ut jam demonstratum est, neque de creatura; et eamdem tamen illi lectionem tuentur : illud omnium absurdissimum sequetur, ut diximus, quod Filius per seipsum factus sit. Si enim lux vera Filius est; lux autem hæc vita erat, vitaque in ipso facta est : necessario illud consequitur secundum eorum lectionem. Ideo hac omissa, ad legitimam veniamus lectionem et interpretationem. Quænam illa est? Ut in hæc verba, *Quod factum est*, terminemus sententiam : deinde ab hoc dicto incipiamus, *In ipso vita erat*. Hoc autem ille vult significare : *Sine ipso factum est nihil quod factum est*. Si quid, inquit, factum est, sine ipso factum non est. Viden' quomodo per breve hoc additamentum absurda omnia quæ suboriri poterant eliminavit? Per id enim quod intulit, *Sine ipso factum est nihil*, et per illud additum, *Quod factum est*, intellectualia simul comprehendit, Spiritumque subtraxit. Cum enim dixisset, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil :* ne quis diceret, Si omnia, ergo Spiritus per ipsum factus est, hoc additamento opus fuit. Ego, inquit, si quid factum est, hoc per ipsum factum esse dixi; sive invisibile, sive incorporeum, sive in cælo [1] factum sit. Ideo non simpliciter omnia dixi; sed si quid factum est : hoc est, quæ facta sunt. Spiritus vero factus non est. Viden' accuratam doctrinam? Rerum sensilium creationem memoravit, quam antea Moyses docuerat : deinde jam imbutos ad sublimiora ducens, incorporea nempe et invisibilia, Spiritum sanctum ab omni creatura sejunxit. Sic et Paulus hac gratia inspiratus dicebat : *Quoniam in ipso creata sunt omnia* (*Col.* 1. 16). Hic vero rursum eamdem accurationem observes velim. Idem namque Spiritus hanc quoque movebat animam. Ne quis enim rem factam quampiam a Dei creatione removeret, eo quod ipsa invisibilia essent; neve his Paracletum admisceret, prætermissis sensibilibus, quæ omnibus nota erant, cælestia enumerat his verbis : *Sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates* (*Ibid.*). Illud enim, *Sive*, singulis appositum, nihil aliud nobis significat, quam hoc, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Quod si illud, *Per*, diminutionem significare putes, audi prophetam dicentem : *Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli* (*Psal.* 101. 26). Quod de Patre ut creatore dictum est, id de Filio dicit : non dicturus, nisi creator, nec tantum minister existimatus esset. Quod si hic *Per ipsum* dicatur, non alia de causa dicitur, quam ne quis Filium non genitum esse suspicetur. Quandoquidem quod secundum creationis dignitatem nihil minus habeat, quam Pater, audi ipsum dicentem : *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat* (*Joan.* 5. 21). Si itaque de Filio dicatur in Veteri Testamento, *Initio tu, Domine, terram fundasti*, manifesta est creationis dignitas : sin de Patre prophetam id loquutum dixeris, Paulum autem Filio adscripsisse id quod de Patre dictum erat; idipsum tamen sequetur. Neque enim id Paulus Filio competere statuisset, nisi admodum certus, parem esse dignitatem. Extremæ namque audaciæ esset, ea quæ incomparabili naturæ competerent, minori et inferiori adscribere.

3. At neque minor, neque inferior Patris substantia est Filius. Quapropter non hoc solum de Filio ausus est Paulus dicere, sed etiam alia similia. Nam illud, *Ex quo*, quod tu solius Patris dignitati adscribis, ille de Filio dicit his verbis : *Ex quo totum corpus, per nexus et conjunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei* (*Coloss.* 2. 19). Neque hoc solo contentus est, sed et aliunde vobis obstruxit ora.

[1] In Morel. legitur, *Filius*.

[1] Alii habent, *sive in hominibus*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὅλον ζωή ; Καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι ; Οὐ γὰρ αὐτοζωὴ ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ζωῆς δεκτικός.

β'. Ὅρα δὲ πάλιν κἀνταῦθα τὸ ἄτοπον· κατὰ γὰρ τὴν α' τὴν ἀκολουθίαν καὶ ἐνταῦθα τὸν λόγον προάξομεν, ὥστε μαθεῖν τὴν ἄνοιαν [a] αὐτῶν κἀντεῦθεν. Οὕτω γὰρ οὐδαμῶς οὐδὲν ἁρμόττοντα λέγουσι τῷ Πνεύματι. Ὅταν γὰρ ἐκπέσωσιν ἐκεῖθεν, ἀνθρώποις αὐτὰ περιάπτουσιν, ἃ τοῦ Πνεύματος ἐνόμισαν ἀξίως εἰρῆσθαι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως αὐτὴν ἐξετάσωμεν τὴν ἀνάγνωσιν. Ζωὴ ἡ κτίσις λέγεται νῦν· οὐκοῦν καὶ φῶς ἡ αὐτή· καὶ περὶ αὐτῆς ἦλθε μαρτυρήσων ὁ Ἰωάννης. Διὰ τί οὖν μὴ καὶ αὐτός ἐστι φῶς ; *Οὐκ ἦν γὰρ ἐκεῖνος τὸ φῶς*, φησί. Καίτοι καὶ αὐτὸς τῆς κτίσεως ἦν. Πῶς οὖν οὐκ ἔστιν οὗτος φῶς [b] ; πῶς δὲ *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο* ; ἡ κτίσις ἐν τῇ κτίσει ἦν, καὶ ἡ κτίσις διὰ τῆς κτίσεως γέγονε ; πῶς δὲ *Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω* ; τὴν κτίσιν ἡ κτίσις οὐκ ἔγνω ; *Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι*. Ἀλλ' ἅλις τοῦ γέλωτος. Ὑμῖν γὰρ ἀφίημι λοιπὸν ἐπεξελθεῖν τῇ τῶν λόγων τούτων τερατείᾳ, ἵνα μὴ αὐτοὶ τοῦτο δόξωμεν προηρῆσθαι, τὸ γελωτοποιεῖν ἁπλῶς, καὶ τὸν χρόνον εἰκῇ παραναλίσωμεν. Εἰ γὰρ μήτε περὶ τοῦ Πνεύματος ταῦτα εἴρηται (ὥσπερ οὖν οὐδὲ εἴρηται, καθὼς ἀποδέδεικται), μήτε περὶ τῆς κτίσεως, ἔχοιντο δὲ ἔτι τῆς αὐτῆς ἀναγνώσεως· τὸ πάντων ἀτοπώτερον [c] ἐκεῖνο ἕψεται, ὅπερ ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν, τὸ τὸν Υἱὸν δι' ἑαυτοῦ γεγενῆσθαι. [37] Εἰ γὰρ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὁ Υἱός ἐστι, τὸ δὲ φῶς τοῦτο ζωὴ ἦν, ἡ δὲ ζωὴ γέγονεν ἐν αὐτῷ· ἀνάγκη πᾶσα τοῦτο συνενεχθῆναι κατὰ τὴν ἐκείνων ἀνάγνωσιν. Διὸ ταύτην ἀφέντες, ἐπὶ τὴν νενομισμένην ἐλθωμεν ἀνάγνωσίν τε καὶ ἐξήγησιν. Τίς δέ ἐστιν αὕτη ; Τὸ μέχρι τοῦ, *Ὃ γέγονεν*, ἀναπαῦσαι τὸν λόγον· εἶτα ἀπὸ τῆς ἑξῆς λέξεως ἄρξασθαι τῆς λεγούσης, *Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*. Ὃ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι [d] · *Χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν*. Εἴ τι γέγονε τῶν γενητῶν, φησὶν, οὐκ ἐγένετο χωρὶς αὐτοῦ. Ὁρᾷς πῶς τῇ βραχείᾳ ταύτῃ προσθήκῃ πάντα διωρθώσατο τὰ ὑφορμοῦντα ἄτοπα ; Τῷ [e] γὰρ ἐπαγαγεῖν, ὅτι *Χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*, καὶ προσθεῖναι, *Ὃ γέγονε*, τά τε νοητὰ περιέλαβε, καὶ τὸ Πνεῦμα ὑπεξεῖλεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν* · ἵνα μή τις εἴπῃ · Οὐκοῦν εἰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα γέγονε, τῆς προσθήκης ἐδεήθη ταύτης. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἴ τι γενητόν ἐστι, τοῦτο εἶπον δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, κἂν ἀόρατον ᾖ, κἂν ἀσώματον, κἂν ἐν τοῖς οὐρανοῖς [f] . Διὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς εἶπον πάντα, ἀλλ' εἴ τι γέγονε, τουτέστι, τὰ γενητά. Τὸ δὲ Πνεῦμα οὐ γενητόν. Εἶδες διδασκαλίαν ἐκριβωμένην ; Ἀνέμνησε τῆς δημιουργίας τῶν αἰσθητῶν· προλαβὼν γὰρ αὐτὰ Μωϋσῆς ἐδίδαξεν· εἶτα ἐκεῖθεν προκόψαντας, ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀγαγὼν, τὰ ἀσώματα λέγω καὶ τὰ ἀόρατα, ὑπεξεῖλε τῆς κτίσεως ἁπάσης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὕτω καὶ Παῦλος ἀπὸ τῆς χάριτος ταύτης ἐμπνεόμενος ἔλεγεν· *Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα*. Καὶ ὅρα πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὴν αὐτὴν ἀκρίβειαν. Τὸ γὰρ αὐτὸ Πνεῦμα ταύτην ἐκείνην τὴν ψυχήν. Ἵνα γὰρ μήτε ὑπεξέλῃ τις τῶν γενητῶν τι τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας, διὰ τὸ ἀόρατα αὐτὰ εἶναι· μήτε τούτοις ἐγκαταμίξῃ τὸν Παράκλητον, παραδραμὼν καὶ αὐτὸς τὰ αἰσθητὰ καὶ πᾶσι γνώριμα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀπαριθμεῖται λέγων· *Εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξουσίαι*. Τὸ γὰρ, *Εἴτε*, ἐφ' ἑκάστου κείμενον, οὐδὲν ἄλλο ἡμῖν ἐμφαίνει, ἢ τοῦτο, τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν*. Εἰ δὲ τὸ, *Διὰ*, νομίζεις ἐλαττώσεως εἶναι, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Σὺ καταρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί*· ὁ περὶ τοῦ Πατρὸς ὡς δημιουργοῦ εἰρηται, τοῦτο περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγων· οὐκ ἂν εἰπὼν, εἰ μὴ ὡς περὶ δημιουργοῦ, ἀλλ' οὐχ ὑπουργοῦντός τινι τὴν δόξαν εἶχε. Εἰ δὲ ἐνταῦθα τὸ, *Δι' αὐτοῦ*, εἴρηται, δι' οὐδὲν ἕτερον τέθειται, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀγέννητον ὑποπτεύσῃ τις τὸν Υἱόν. Ἐπεὶ ὅτι κατὰ τὸ τῆς δημιουργίας ἀξίωμα οὐδὲν ἔλαττον ἔχει τοῦ Πατρὸς, ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ* [g] · *οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*. Εἰ μὲν οὖν περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ τὸ, *Καταρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας*, εἴρηται, σαφὲς τὸ τῆς δημιουργίας ἀξίωμα· εἰ δὲ περὶ τοῦ Πατρὸς τοῦτο τὸν Προφήτην εἰρηκέναι λέγεις, τὸν δὲ Παῦλον τῷ Υἱῷ προσνενεμηκέναι τὸ περὶ ἐκείνου λεχθὲν, καὶ οὕτω τὸ αὐτὸ γίνεται πάλιν. Οὐδὲ γὰρ ἂν καὶ τῷ Υἱῷ πρέπειν αὐτὸ ὁ Παῦλος ἐνομοθέτησεν, εἰ μὴ σφόδρα ἐθάρρει, ὅτι τὰ τῆς ἀξίας ὁμότιμα ἦν. Καὶ γὰρ ἦν τόλμης ἐσχάτης, τὰ τῇ [58] ἀσυγκρίτῳ πρέποντα φύσει, ἐπὶ τὴν ἐλάττω καὶ ἀποδέουσαν ἐκείνης ἀγαγεῖν.

γ'. Ἀλλ' οὔτε ἐλάττων ἐστὶν, οὔτε ἀποδέει τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὁ Υἱός. Διόπερ οὐ ταῦτα μόνον ἐθάρρησεν εἰπεῖν ὁ Παῦλος περὶ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἕτερα τοιαῦτα. Τὸ γὰρ, *Ἐξ οὗ*, ῥῆμα, ὅπερ ὡς ἀξιόν τινα [h] μόνου τοῦ Πατρὸς ἀπονέμεις κλῆρον, καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ φησιν, οὕτω λέγων· *Ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον αὔξει εἰς τὴν αὔξησιν τοῦ Θεοῦ*. Καὶ οὐκ ἀρκεῖται τούτῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν ὑμῖν ἀποφράττει τὰ στόματα, τὸ, *Δι' οὗ*, τοῦτο ὅπερ ἐλαττώσεως εἶναι λέγεις, τῷ Πατρὶ προσνέμων. *Πιστὸς γὰρ ὁ Θεὸς*, φησὶ, *δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ* · καὶ πάλιν, *Διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ* · καὶ ἀλλαχοῦ, *Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα*. Ὥστε οὐ τῷ [i] Υἱῷ μόνῳ τὸ, *Ἐξ οὗ*, ἀλλὰ καὶ τῷ Πνεύματι προσνενέμηται. Καὶ γὰρ τῷ Ἰωσὴφ ὁ ἄγγελος ἔλεγε· *Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου*· ὥσπερ οὖν καὶ τὸ, *Ἐν ᾧ*, τοῦ Πνεύματος ὂν, οὐκ ἀπαξιοῖ καὶ τῷ Θεῷ προσνέμειν ὁ Προφήτης, οὕτω λέγων· *Ἐν τῷ Θεῷ ποιήσομεν δύναμιν*. Καὶ ὁ Παῦλος, *Δεύμενος*, φησὶν, *εἴ πως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς*. Καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ δὲ πάλιν τοῦτο τίθησι λέγων· *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Καὶ ὅλως πολλάκις καὶ συνεχέστερον εὕροιμεν ἂν μεθισταμένας ταύτας τὰς λέξεις· ταῦτα δὲ οὐκ ἂν συνέβη μὴ πανταχοῦ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὑποκειμένης. Ἵνα δὲ τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, μὴ περὶ τῶν σημείων ὑποπτεύσῃς νῦν λέγεσθαι (περὶ

[a] Alii καὶ θέα μοι τὴν ἄνοιαν. Paulo post existimat Boisius legendum οὐδὲν ἁρμόττον, sed ἁρμόττοντα in omnibus exemplaribus legitur, et bene habet

[b] Sic Sav. Οὗτος in Mor. desideratur.

[c] Sic Sav. et mss. Mor. τὸ πάντων ἀτοπώτατον.

[d] Savil. τοῦτό ἐστι.

[e] Sic mss. plurimi, et, ex conjectura, Sav. Editi τό.

[f] Alii ἐν τοῖς ἀνθρώποις.

[g] Alii ζωογονεῖ, bis.

[h] Mss. plurimi ὡς ἄξιαν τινά.

[i] Duo πάντα καὶ οὐ τῷ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γὰρ τούτων οἱ λοιποὶ διελέχθησαν εὐαγγελισταί), ἐπάγει μετὰ ταῦτα λέγων· *Ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο*· ἀλλ' οὐ τὸ Πνεῦμα· οὐδὲ γὰρ τῶν γενητῶν τοῦτο, ἀλλὰ τῶν ὑπὲρ τὴν κτίσιν ἅπασαν. Ἀλλὰ τέως ἐχώμεθα τῶν ἐξῆς. Εἰπὼν γὰρ περὶ τῆς δημιουργίας ὁ Ἰωάννης, οἷον, ὅτι *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν ὃ γέγονεν*· ἐπάγει καὶ τὸν περὶ τῆς προνοίας λόγον, *Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*, λέγων. Καὶ γὰρ ἵνα μηδεὶς ἀπιστήσῃ, πῶς τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα δι' αὐτοῦ γέγονεν, ἐπήγαγεν, ὅτι *Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*. Καθάπερ οὖν [a] ἐπὶ τῆς πηγῆς τῆς τικτούσης ἀβύσσου, ὅσον ἂν ἀφέλῃς, οὐδὲν ἠλάττωσας τὴν πηγήν· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ Μονογενοῦς, ὅσα ἂν πιστεύσῃς παρῆχθαι δι' αὐτῆς καὶ πεποιῆσθαι, οὐδὲν ἐλάττων αὕτη γέγονε· μᾶλλον δὲ, ἵν' οἰκειοτέρῳ χρήσωμαι παραδείγματι, τὸ τοῦ φωτὸς ἐρῶ, ὃ καὶ αὐτὸς ἐπήγαγεν εὐθέως, εἰπών· *Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς*. Ὥσπερ οὖν τὸ φῶς, ὅσας ἂν φωτίσῃ μυριάδας, οὐδὲν εἰς τὴν οἰκείαν ἐλαττοῦται λαμπρότητα· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, καὶ πρὸ τοῦ ἐργάσασθαι, καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι, ὁμοίως ἀνελλιπὴς μένει, μηδὲν ἐλαττούμενος, μηδὲ ἀπονῶν ἐκ τῆς δημιουργίας τῆς πολλῆς· ἀλλὰ κἂν μυρίους δέῃ [39] γενέσθαι κόσμους τοιούτους, κἂν ἀπείρους, ὁ αὐτὸς μένει πᾶσιν ἀρκῶν, οὐ πρὸς τὸ παραγαγεῖν αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ συγκρατῆσαι μετὰ τὴν δημιουργίαν αὐτούς. Τὸ γὰρ τῆς ζωῆς ὄνομα ἐνταῦθα οὐ τῆς δημιουργίας μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τῆς προνοίας τῆς κατὰ τὴν διαμονήν. Καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως δὲ λόγον προκαταβάλλεται ἡμῖν, καὶ τῶν θαυμαστῶν τούτων εὐαγγελίων ἄρχεται. Τῆς γὰρ ζωῆς παραγενομένης πρὸς ἡμᾶς, λέλυται τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ τοῦ φωτὸς λάμψαντος ἡμῖν, οὐκ ἔτι τὸ σκότος ἐστὶν, ἀλλὰ μένει ἐ·απαντὸς ἐν ἡμῖν τὸ ζῆν, καὶ θάνατος αὐτοῦ περιγενέσθαι οὐ δύναται. Ὥστε ὃ περὶ τοῦ Πατρὸς εἴρηται, καὶ περὶ τούτου κυρίως ἂν λεχθείη, ὅτι *Ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν*. Ὃ καὶ Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· *Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε*. Διὸ καὶ ῥίζα καὶ θεμέλιος εἴρηται.

Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι *Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν*, μὴ σύνθετον ὑπολάβῃς· καὶ γὰρ προῶν καὶ περὶ τοῦ Πατρός φησιν· *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν*. Ἀλλ' ὥσπερ τὸν Πατέρα οὐκ ἂν εἴποις διὰ τοῦτο συγκεῖσθαι, οὕτω μηδὲ τὸν Υἱόν. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν, ὅτι *Φῶς ἐστιν ὁ Θεός*· καὶ πάλιν [b], ὅτι *Φῶς οἰκεῖ ἀπρόσιτον*. Ταῦτα δὲ πάντα εἴρηται, οὐχ ἵνα σύνθεσιν ὑπολάβωμεν, ἀλλ' ἵνα κατὰ μικρὸν ἀναχθῶμεν [c] πρὸς τὸ τῶν δογμάτων ὕψος. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἂν εὐκόλως ἐνόησέ τις τῶν πολλῶν, πῶς ἐστιν αὐτοῦ ἐνυπόστατος ἡ ζωὴ, πρότερον μὲν ἐκεῖνο εἶπε τὸ ταπεινότερον, ἔπειτα δὲ παιδευθέντας πρὸς τὸ ὑψηλότερον ἄγει. Ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι *Ἔδωκεν αὐτῷ ζωὴν ἔχειν*, οὗτος πάλιν φησὶν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*· καὶ πάλιν, *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς*. Καὶ ποταπὸν, εἰπέ μοι, τοῦτο τὸ φῶς; Οὐ τοιοῦτον αἰσθητὸν, ἀλλὰ νοητὸν, τὴν ψυχὴν φωτίζον αὐτήν. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλει λέγειν ὁ Χριστὸς, ὅτι *Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ἑλκύσῃ αὐτὸν*, διὰ τοῦτο προλαβὼν ἐνταῦθα ὁ εὐαγγελιστὴς ἔφησεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ φωτίζων, ἵνα κἂν περὶ τοῦ Πατρὸς ἀκούσῃς τι τοιοῦτον, μὴ τοῦ Πατρὸς εἶναι λέγῃς αὐτὸ μόνου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ. *Πάντα γὰρ*, φησὶν, *ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ μου, ἐμά ἐστι*. Πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῆς δημιουργίας ἡμᾶς ἐδίδαξεν· ἔπειτα λέγει καὶ τὰ κατὰ ψυχὴν ἀγαθὰ, ἅπερ παρέσχεν ἡμῖν ἐλθὼν, καὶ δι' ἑνὸς ῥήματος ἡνίξατο αὐτὰ ὁ εὐαγγελιστὴς, εἰπών· *Καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων*. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἦν τὸ φῶς τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ καθόλου [d], *Τῶν ἀνθρώπων*. Οὐδὲ γὰρ Ἰουδαῖοι μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἕλληνες πρὸς ταύτην ἦλθον τὴν γνῶσιν, καὶ κοινὸν ἅπασι προῦκειτο τοῦτο τὸ φῶς. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐχὶ καὶ τοὺς ἀγγέλους προσέθηκεν, ἀλλὰ *Τῶν ἀνθρώπων*, εἶπεν; Ὅτι νῦν αὐτῷ περὶ τῆς φύσεως ταύτης ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ τούτοις ἦλθεν εὐαγγελιζόμενος τὰ ἀγαθά. *Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει*. Σκοτίαν καὶ τὸν θάνατον καὶ τὴν πλάνην φησί. Τὸ μὲν γὰρ φῶς τοῦτο τὸ αἰσθητὸν οὐκ ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, ἀλλ' ἐκείνης χωρὶς [e]. Τὸ δὲ κήρυγμα μεταξὺ [40] τῆς πλάνης κρατούσης ἔλαμψε, κἀκείνην ἠφάνισε. Καὶ ἐν τῷ θανάτῳ γενόμενος αὐτὸς, οὕτως αὐτοῦ περιεγένετο, ὡς καὶ τοὺς ἤδη προκατεχομένους ἀναγαγεῖν. Ἐπεὶ οὖν οὔτε ὁ θάνατος αὐτοῦ περιεγένετο, οὔτε ἡ πλάνη, ἀλλ' ἔστι φαιδρὸν πανταχοῦ, καὶ λάμπει μετὰ τῆς οἰκείας ἰσχύος· διὰ τοῦτό φησι· *Καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε*. Καὶ γάρ ἐστιν ἀκατασχόνιστον, οὐκ ἐμφιλοχωροῦν ταῖς μὴ φωτισθῆναι βουλομέναις ψυχαῖς.

δ'. Εἰ δὲ μὴ πάντας εἶλε, μή σε τοῦτο θορυβείτω· οὐδὲ γὰρ ἀνάγκη καὶ βίᾳ, ἀλλὰ βουλήσει καὶ γνώμῃ προσάγεται ἡμᾶς ὁ Θεός. Μὴ δὴ τὰς θύρας ἀποκλείσῃς τῷ φωτὶ τούτῳ, καὶ πολλῆς ἀπολαύσῃ τῆς τρυφῆς. Παραγίνεται δὲ τοῦτο τὸ φῶς διὰ πίστεως, καὶ παραγενόμενον καταλάμπει λοιπὸν μετὰ πολλῆς τῆς δαψιλείας τὸν ὑποδεξάμενον· κἂν βίον αὐτῷ παρέχῃς καθαρὸν, μένει διηνεκῶς ἐνοικῶν ἔνδον· *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσει, καὶ ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ πρὸς αὐτὸν*, φησὶ, *καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα*. Ὥσπερ οὖν ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀπολαύειν ὡς χρὴ οὐκ ἔνι, μὴ διανοίγοντα τοὺς ὀφθαλμούς· οὕτως οὐδὲ ταύτης μετασχεῖν τῆς λαμπρότητος δαψιλῶς, μὴ σφόδρα ἀναπετάσαντα τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ ὀξυδερκὲς αὐτὸ πάντοθεν κατασκευάσαντα. Πῶς δὲ γίνεται τοῦτο; Ὅταν πάντων ἐκκαθάρωμεν τῶν παθῶν τὴν ψυχήν. Ἡ γὰρ ἁμαρτία σκότος ἐστὶ, καὶ σκότος βαθύ· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ἀσυνειδότως καὶ λανθανόντως πράσσειν αὐτήν. *Πᾶς γὰρ ὁ τὰ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς*· καὶ, *Τὰ κρυφῇ γινόμενα, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν*. Καθάπερ οὖν ἐν σκότῳ, οὐ φίλον, οὐκ ἐχθρόν τις οἶδεν, ἀλλὰ πάσας ἀγνοεῖ τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις· οὕτω καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ. Καὶ γὰρ ὁ πλεονεκτῆσαι βουλόμενος, οὐ διαιρεῖ τὸν φίλον ἀπὸ τοῦ πολεμίου [f]· καὶ ὁ βασκαίνων, καὶ τὸν σφόδρα ὠφελοῦντα ὡς ἐχθρὸν ὁρᾷ· καὶ ὁ ἐπιβουλεύων ὁμοίως πρὸς πάντας ἐκπεπολέμωται, καὶ ἁπλῶς ἅπας ὁ τὴν ἁμαρτίαν ποιῶν, τῶν μεθυόντων οὐδὲν διενήνοχε καὶ μαινομένων, πρὸς τὸ τῶν πραγμάτων μὴ ἐπιγνῶναι τὴν φύσιν. Καὶ καθάπερ ἐν νυκτὶ, καὶ ξύλον, καὶ μόλυβδον [g], καὶ σίδηρον, καὶ ἄργυρον, καὶ χρυσὸν, καὶ λίθον τίμιον, πάντα ὁμοίως ὁρῶμεν, τοῦ διακρίνοντος αὐτὰ φωτὸς οὐ παρόντος· οὕτω καὶ ὁ βίον ἀκάθαρτον ἔχων, οὐκ οἶδε τῆς σωφροσύνης τὴν ἀρετὴν, οὐ τῆς φιλοσοφίας τὸ κάλλος. Ἐν

[a] Sic Mor. Sav. καθάπερ γάρ. Mox Morel. ἀφέλῃς. Savil. ὀφέλῃς. [b] Sic Mor. Sav. καὶ ἀλλαχοῦ. [c] Sic Mor. et cod. 700. Savil et cod. 705 ἐναχθῶμεν.

[d] Καθόλου deest in quibusdam mss. qui habent infra ἅπασι προῦκειται. [e] Sic duo mss., recte, ut videtur. Editi et alii mss. ἀλλ' ἐκείνου χωρίς. [f] Alii τὸν φίλον τοῦ πολεμίου. [g] Mor. et quidam mss μόλυβδον. Savil. et alii μόλιβδον· utrumque dicitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cum illud, *Per quem*, quod minorem significare dicis, Patri adscribit. *Fidelis* enim *Deus*, inquit, *per quem vocati estis in societatem Filii ejus* (1 *Cor.* 1. 9); et rursum, *Per voluntatem ejus* (*Ephes.* 1. 1); et alibi, *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia* (*Rom.* 11. 36). Itaque non uni Filio illud, *Ex quo*, sed etiam Spiritui tribuitur. Etenim Josepho angelus dicebat : *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est* (*Matth.* 1. 20). Quemadmodum et illud, *In quo*, quod Spiritus est, non recusat propheta Deo tribuere, dum ait : *In Deo faciemus virtutem* (*Psal.* 59. 14). Et Paulus, *Obsecrans*, ait, *si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos* (*Rom.* 1. 10) : et iterum id de Christo dicit, *In Christo Jesu*. Hujuscemodi certe verba indiscriminatim accepta frequenter reperiemus : quod minime fieret, nisi ubique eadem substantia esset. Ne autem illud, *Omnia per ipsum facta sunt*, de signis putes nunc esse dictum : de iis enim reliqui evangelistæ verba fecerunt; post hæc subdit : *In mundo erat, et mundus per ipsum factus est* : non autem Spiritus, qui non ex numero opificiorum est, sed supra omnes omnino creaturas. Verum jam reliqua prosequamur. Cum de creatione loquens Joannes dixisset : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est;* de providentia sermonem adjicit his verbis, *In ipso vita erat*. Ne quis enim incredulus dubitaret, quomodo tot tantaque per ipsum facta sint, subdidit : *In ipso vita erat*. Quemadmodum si ex fonte abyssos emittente aquam hauseris, quantumcumque haurias fontem nihil minues : ita de Unigeniti vi operandi putandum, quantacumque per ipsam facta crediderit, numquam illa minuitur; imo vero ut magis proprio utar exemplo, nempe lucis, de qua ille mox adjicit, *Et vita erat lux*. Quemadmodum ergo lux, quantacumque hominum millia illuminet, nihil splendoris amittit : sic quoque Deus et antequam operetur et post emissa opera, perinde integer manet, nec minuitur, neque ex operatione multa fatigatur; sed etiamsi mille mundos similes creare oporteret, etiamsi infinitos, illis omnibus sufficeret, nec creandis modo, sed etiam post creationem servandis. Vitæ quippe nomen hic non ad creationem solum pertinet, sed et ad providentiam, qua res creatæ servantur et permanent. Etiamque resurrectionis doctrinam jam nobis fundare incipit, et ab admirandis hisce evangeliis orditur. Vita namque ad nos adveniente, solutum est mortis imperium, luceque nos illuminante, tenebræ non ultra manent; sed manet semper in nobis vita, et mors ei dominari non potest. Itaque quod de Patre dictum est, de hoc quoque proprie dicatur, *In ipso vivimus, movemur, et sumus* (*Act.* 17. 28) : id quod etiam Paulus declarat his verbis : *Quoniam in ipso creata sunt omnia, et omnia in ipso constant* (*Col.* 1. 16). Quapropter et radix dicitur et fundamentum.

Pater non compositus, Filius item non compositus est. — Cum autem audis, *In ipso vita erat*, ne compositum suspiceris : nam postea de Patre dicit : *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio habere vitam* (*Joan.* 5. 26). Sed sicut Patrem non ideo compositum dixeris, sic nec Filium dicas. Etenim alibi quoque dicit, *Lux est Deus* (1 *Joan.* 1. 5); et rursus, *Lucem habitat inaccessibilem* (1 *Tim.* 6. 12). Hæc porro omnia dicta sunt, non ut compositionem suspicemur, sed ut paulatim ad doctrinæ culmen evehamur. Cum enim non facile a vulgo intelligi possit, qua ratione vita in ipso exsistat, primo id quod humilius est dicit; eruditos vero postea altius erigit. Qui enim dixit, *Dedit ei vitam habere*, is ipse ait : *Ego sum vita;* et rursus, *Ego sum lux* (*Joan.* 5. 26. 14. 6. *et* 8. 12). Et qualis, quæso, hæc lux est? Non sensilis, sed spiritualis, quæ illuminat animam. Quia enim Christus dicturus erat, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum* (*Ibid.* 6. 44), ideo præveniens evangelista dixit ipsum esse qui illuminat; ut si de Patre quid simile audias, ne id solius Patris, sed Filii quoque esse profiteare : nam *Omnia*, inquit, *quæcumque habet Pater meus, mea sunt* (*Ibid.* 16. 15). Primo igitur creationem nos docuit : deinde animæ bona quæ veniens nobis largitus est, uno verbo subindicavit evangelista dicens : *Et vita erat lux hominum*. Nec dixit, Erat lux Judæorum, sed, Universorum hominum. Neque enim Judæi tantum, sed etiam gentiles ad hanc cognitionem devenerunt, et hæc lux communis omnibus proposita erat. Cur autem non angelos addidit, sed homines solum dixit? Quia nunc ipsi de humana natura sermo est; et hominibus bona nuntiaturus venit. 5. *Et lux in tenebris lucet*. Tenebras hic vocat mortem et errorem. Hæc quippe lux sensilis non in tenebris lucet, sed sine tenebris est. Prædicatio autem inter eum, qui omnia occupaverat, errorem effulsit, eumque sustulit. Et in ipsam mortem veniens ipse, sic illam superavit, ut eos qui morte jam detinebantur, erueret. Quoniam igitur neque mors, neque error lucem illam superarunt; sed est ubique splendida, et propria vi fulget : ideo ait, *Et tenebræ eam non comprehenderunt*. Est enim inexpugnabilis, nec libenter in animis habitat, qui nolunt illuminari.

4. *Lumen cœleste non illuminat nisi virtute et bona voluntate instructos. Peccator quasi in ebrietate et tenebris versatur, omnia tuta timens. Satius est nudum quam peccatis onustum ambulare.* — Quod si non omnes ceperit, ne id te conturbet : non enim ex necessitate aut vi, sed ex voluntate et arbitrio ad nos accedit Deus. Ne luci huic ostium claudas, et multa voluptate frueris. Hæc porro lux per fidem accedit, et cum semel advenit, excipientem se admodum illuminat : et si puram exhibeas vitam, perpetuo intus manebit : nam *Qui diligit me, mandata mea servabit, et veniemus ad eum ego et Pater meus, et mansionem apud eum faciemus* (*Joan.* 14. 23). Quemadmodum enim non potest quis radio solari probe frui, nisi oculos aperiat : ita neque hujus splendoris abunde consors esse, nisi animæ oculos aperiat, eorumque aciem undique paret. Quomodo autem id fieri possit? Si animum omni vitio purgemus. Peccatum enim tenebrosum est, densaque caligine offusum; idque inde

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

palam est, quod inconsiderate et sine arbitris admittatur. Nam *Omnis qui male agit, odit lucem, et non venit ad lucem* (*Joan.* 3. 20); et, *Quæ in occulto fiunt, turpe est et dicere* (*Ephes.* 5. 12). Sicut enim in tenebris nec amicum nec inimicum agnoscimus rerumque omnium naturam ignoramus, sic et in peccato accidit. Nam qui avaritiæ studet, non distinguit amicum ab inimico : invidusque necessitudine sibi junctum ut inimicum habet ; ac qui insidiatur, contra omnes bellum gerit : uno verbo, quisquis peccato obnoxius est, nihil differt ab ebriis et furentibus, neque rerum naturam novit. Ac quemadmodum noctu lignum, plumbum, ferrum, argentum, aurum, lapidem pretiosum, omniaque pari modo cernimus, cum lux ad hæc discernenda non adsit : sic qui vita impurus est, temperantiæ virtutem non novit, neque philosophiæ pulchritudinem. In tenebris enim, ut jam dixi, ne lapides quidem pretiosi pulchritudinem suam exhibent, non naturæ suæ vitio, sed spectantium ignorantia. Neque hoc unum nobis damnum in peccato degentibus accidit ; sed et in perpetuo metu versamur : ac quemadmodum ii qui per noctem illunem iter agunt, semper tremunt, licet nemo adsit qui metum incutiat : sic ii qui peccatis dediti sunt, fidere nequeunt, etiamsi nullus adsit qui redarguat ; sed omnia formidant et suspecta habent, conscientia stimulante [1], omniaque ipsis terrore et formidine plena sunt, omnia anxii circumspiciunt. Tam molestam ergo vitam fugiamus. Nam post angorem hujusmodi, mors sequetur, mors immortalis : illic enim nullus supplicii finis erit ; hic vero ab insanientibus nihil differunt ii, qui res sibi fingunt, quæ ne quidem exsistunt. Videntur enim sibi divites esse, cum non sint ; se deliciari putant, et nullæ deliciæ : nec prius fallaciam ut par esset sentiunt, quam ab hac insania liberentur, et donec somnum excutiant. Ideoque ut sobrii simus et vigilemus Paulus omnibus præcipit : et idipsum quoque Christus. Qui sobrius est et vigilat, si a peccato capiatur, cito ipsum excutit : qui vero dormit aut insanit, ne quidem sentit quomodo a peccato teneatur. Ne itaque dormiamus. Neque enim noctis tempus est, sed diei. Itaque *Sicut in die honeste ambulemus* (*Rom.* 13. 13). Nihil enim peccato turpius. Minus est malum, secundum turpitudinis rationem, nudos, quam peccatis et sceleribus onustos obambulare. Illud enim non tantum crimen esset : sæpe namque ex paupertate oritur : peccatore autem nihil turpius, nihil contemptu dignius. Cogitemus ergo eos, qui rapinæ et usuræ causa in judicium raptantur, quam turpes, quam ridiculi videantur, ut qui omnia impudenter, fallaciter et cum violentia egerint. Nos autem ita miseri infelicesque sumus, ut dum pallium negligenter vel transverse positum gestare non patimur ; imo idipsum in alio emendamus ; cum autem et nos et proximi nostri inverso capite ambulemus, id ne quidem sentiamus. Quid enim, quæso, turpius viro, qui meretricem adit ? quid contumelioso, quid maledico, quid invido risu dignius ? qui fieri potest ut hæc non tam turpia habeantur, quam nudos ambulare ? A consuetudine tantum. Illud enim nemo unquam sponte sua passus est, hoc vero omnes confidenter audent. Certe si quis angelorum cœtum adiret, in quo nihil unquam hujusmodi gestum est, statim videret quam ridicula res esset. Ecquid angelorum cœtum memoro ? Nam in imperatoriis apud nos ædibus, si quis inducta meretrice utatur, vel si ebrietate capiatur, vel turpe aliud quidpiam admittat, extremas dat pœnas. Quod si in imperatoriis ædibus talia audere non licet ; multo magis, ubique præsente universorum Rege, omniaque circumspiciente, si similia aggrediamur, extremum luemus supplicium. Quapropter rogo, multam in hac vita quietem et modestiam, multam munditiem exhibeamus. Regem quippe habemus, qui nostra omnia perpetuo intuetur. Ut itaque semper lux illa nos illuminet, hunc nobis radium attrahamus. Ita enim et præsentibus et futuris fruemur bonis, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii, *mordente*.

HOMILIA VI.

6. *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes.*

Joannis Baptistæ missio. Explicatur illud, Fuit homo missus a Deo. *Cur et quomodo Christus testimonium accipiat ab homine. Doctrina nihil prodest sine bonis operibus.*—In exordio de Deo Verbo quæ præcipua et magis necessaria erant loquutus evangelista, ordine procedens, ad Verbi præconem sibi cognominem Joannem postea venit. Tu vera cum audis ipsum a Deo missum fuisse, nihil humanum ab eo dici putes. Non enim sua, sed mittentis se dicta profert. Ideoque angelus appellatus est : angeli vero sive nuntii officium est, nihil ex se dicere. Illud autem, *Fuit*, non hic ad exsistentiam transitum significat, sed missionem ipsam. Nam illud, *Fuit missus a Deo*, idipsum est quod, Missus est a Deo. Quomodo igitur illud, *Qui cum in forma Dei esset* (*Philipp.* 2. 6), dicunt non intelligi de æqualitate Filii cum Patre, eo quod articulus non apponatur ? Ecce enim hic quoque nullus adest articulus. An igitur hic de Patre non est sermo ? Quid ergo dicemus de propheta qui ait : *Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam* (*Mal.* 3. 1) ? Illud meum et tuum, duas personas significat : 7. *Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine.* Quid hoc, dicet fortasse quispiam, servus de domino testimonium perhibet ? Cum ergo non modo illum servi testimonio perhiberi videbis, sed etiam ad servum venire, ac cum Judæis ab illo baptizari, annon magis obstupesces et dubitabis ? Sed non oportet turbari vel commoveri, at potius ejus ineffabilem benignitatem mirari. Si vero quis dubius in perturbatione maneat, id illi dicet, quod Joanni : *Sine modo : sic enim decet nos im-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Illud, De plenitudine ejus accepimus, *commentatur.* — Ideo Joannes dicebat, *De plenitudine ejus nos omnes accepimus;* et testimonium suum Baptistæ testimonio connectit. Nam illud, *De plenitudine ejus nos omnes accepimus*, non præcursoris, sed discipuli dictum est. Hoc autem vult significare : Ne putetis nos, qui multo tempore cum illo versati sumus, et ejusdem mensæ consortes fuimus, ex gratia aliqua testimonium ferre. Nam Joannes, qui illum antea non viderat, nec cum illo versatus fuerat, sed cum baptizaret tantum, ipso cum cæteris conspecto, inde omnia accipiens, exclamavit, *Prior me erat.* Nos autem omnes, duodecim, trecenti, quingenti, ter mille, quinquies mille, multæ Judæorum myriades, omnis plenitudo fidelium, qui tunc fuere, qui nunc, qui futuri sunt, de plenitudine ejus accepimus. Quid autem accepimus? Gratiam pro gratia. Quam pro qua? Pro veteri novam. Sicut enim erat justitia et justitia, *Secundum justitiam*, inquit, *quæ in lege est, factus irreprehensibilis* (*Philipp.* 3. 6); item fides et fides est : *Ex fide in fidem* (*Rom.* 1. 17); adoptio quoque et adoptio : *Quorum adoptio* (*Ibid.* 9. 4), inquit; gloria quoque duplex : *Si enim quod evacuatur per gloriam est, multo magis quod manet in gloria* (2. *Cor.* 3. 11); et lex duplex : nam ait, *Lex spiritus vitæ liberavit me* (*Rom.* 8. 2); et cultus duplex, *Quorum servitus*, seu

[1] Savil. habet, *sed non ea contentus, subdit aliam de qua nunc agitur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μισεῖ. Οὐδὲ γὰρ βούλεται ἐξ ἀλλοτρίων τιμᾶσθαι συμφορῶν. Ἀκάθαρτος γὰρ καὶ βέβηλος ἡ τοιαύτη θυσία, καὶ παροξύνειεν ἂν μᾶλλον, ἢ ἐξιλεώσειε [a] τὸν Θεόν. Διὸ πάσῃ δεῖ κεχρῆσθαι σπουδῇ, ὥστε μὴ ἐν τάξει θεραπείας τὸν τιμώμενον ἐξυβρίζειν. Εἰ γὰρ τὰ δευτερεῖα προσενεγκὼν ὁ Κάϊν, καὶ ταῦτα οὐδὲ ἠδικηκὼς ἕτερον, ἔδωκε δίκην τὴν ἐσχάτην, ὅταν καὶ ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας προσφέρωμέν τι, πῶς οὐ πεισόμεθα χαλεπώτερα; Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ εἶδος τῆς ἐντολῆς ταύτης ὑπέδειξεν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ἵνα ἐλεῶμεν, οὐχ ἵνα κολάζωμεν τοὺς ὁμοδούλους. Ὁ δὲ τὰ ἑτέρων λαμβάνων, καὶ ἑτέρῳ διδοὺς, οὐκ ἠλέησεν, ἀλλ' ἐτιμωρήσατο, καὶ ἠδίκησεν ἀδικίαν τὴν ἐσχάτην. Ὥσπερ οὖν ἔλαιον οὐκ ἂν τέκοι λίθος, οὕτως οὐδὲ ἀπήνεια φιλανθρωπίαν. Ὅταν γὰρ τοιαύτην ἔχῃ βίον, οὐκ ἔτι ἐλεημοσύνη τὸ τοιοῦτόν ἐστι. Διὸ παρακαλῶ μὴ πρὸς τοῦτο ὁρᾶν μόνον, ὅπως παρέχωμεν τοῖς δεομένοις, ἀλλὰ καὶ ὅπως μὴ ἐκ τῆς τῶν ἑτέρων ἁρπαγῆς. Εἷς γὰρ εὐχόμενος, καὶ εἷς καταρώμενος, τίνος φωνῆς ἀκούσεται ὁ Δεσπότης; Ἂν οὕτως ἑαυτοὺς μετὰ ἀκριβείας ἄγωμεν, δυνησόμεθα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι πολλῆς φιλανθρωπίας καὶ ἐλέους καὶ συγγνώμης τυχεῖν ἐφ' οἷς ἡμάρτομεν πάντα τὸν μακρὸν τοῦτον χρόνον, καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ποταμὸν ἐκφυγεῖν· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπαλλαγέντας, εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀνελθεῖν βασιλείαν [b], χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Sic Sav.; Mor. ἐξιλεώσαιτο.

[b] Sic Sav. et mss. et ita legit interpres; Morel. εἰς τὸν τῶν οὐρανῶν ἀνακληθῆναι νυμφῶνα.

---

[78] ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Καὶ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος.

α'. Πρώην ἐλέγομεν ὅτι Ἰωάννης τὴν ἀπορίαν λύων τῶν μελλόντων πρὸς ἑαυτοὺς ζητεῖν, πόθεν ὁ Χριστὸς ὕστερον ἐπὶ τὸ κήρυγμα ἐλθών, πρῶτος αὐτοῦ γέγονε καὶ λαμπρότερος, ἐπήγαγε τὸ, *Ὅτι πρῶτός μου ἦν*. Καὶ μία μὲν αὕτη αἰτία· τίθησι δὲ καὶ δευτέραν πάλιν ἣν νῦν φησι. Τίς δέ ἐστιν [a] αὕτη; *Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς*, φησὶ, *πάντες ἐλάβομεν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος*. Καὶ μετὰ τούτων λέγει πάλιν καὶ ἄλλην. Ποίαν δὲ ταύτην; *Ὅτι ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο*. Καὶ τί ποτέ ἐστι, φησὶ, τὸ, *Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν;* —Ἐπὶ γὰρ τοῦτο τέως ἀκτέον τὸν λόγον. Οὐ μεθεκτὴν, φησὶν, ἔχει τὴν δωρεὰν, ἀλλ' αὐτοπηγὴ καὶ αὐτόριζα ἐστὶ πάντων τῶν καλῶν, αὐτοζωὴ, καὶ αὐτοφῶς, καὶ αὐτοαλήθεια· οὐκ ἐν ἑαυτῷ συνέχων τῶν ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑπερβλύζων αὐτὸν, καὶ μετὰ τὸ ὑπερβλύσαι μένων πλήρης· ἐν οὐδενὶ γὰρ ἐλαττούμενος ἐκ τῆς εἰς ἑτέρους χορηγίας, ἀλλ' ἀεὶ πηγάζων καὶ πᾶσι τούτων μεταδιδοὺς τῶν καλῶν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένει τελειότητος. Ὃ δὲ ἐγὼ φέρω, μεθεκτόν τέ ἐστι (παρ' ἑτέρου γὰρ ἔλαβον αὐτὸ), καὶ μικρόν τι τοῦ παντὸς, καὶ οἱονεὶ σταγὼν εὐτελὴς [b] πρὸς ἄβυσσον ἄφατον καὶ πέλαγος ἄπειρον· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο τὸ παράδειγμα παραστῆσαι δύναται ὅπερ ἐπιχειροῦμεν εἰπεῖν. Σταγόνα μὲν γὰρ ἀπὸ πελάγους ἂν ἐξέλῃς, αὐτῷ τούτῳ τὸ πέλαγος ἠλάττωσας, εἰ καὶ ἀφανὴς ἡ ἐλάττωσις. Ἐπὶ δὲ τῆς πηγῆς ἐκείνης οὐκ ἔστι τοῦτο εἰπεῖν· ἀλλ' ὅσον ἂν τις ἀρύσηται, μένει μηδὲν ἐλαττουμένη. Διὸ χρὴ μάλιστα ἐφ' ἕτερον ὑπόδειγμα ἐλθεῖν· ἀσθενὲς μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ οὐ δυνάμενον ὅπερ ζητοῦμεν παραστῆσαι, μᾶλλον δὲ τοῦ προτέρου χειραγωγοῦν ἡμᾶς πρὸς τὴν ἔννοιαν τὴν προκειμένην ἡμῖν νῦν. Ὑποθώμεθα γὰρ εἶναι πυρὸς πηγὴν, εἶτα ἀπὸ τῆς πηγῆς ἐκείνης μυρίους ἀνάπτεσθαι λύχνους, καὶ δὶς τοσούτους, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις· ἆρα οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένει πληρότητος τὸ πῦρ καὶ μετὰ τὸ μεταδοῦναι τοσούτοις τῆς ἐνεργείας τῆς αὐτοῦ; Παντὶ που δῆλόν ἐστιν. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν σωμάτων, τῶν μεριστῶν, τῶν ἐλαττουμένων ὑπὸ τῆς ἀφαιρέσεως, εὑρέθη τι τοιοῦτον ὃ καὶ μετὰ τὸ παρασχεῖν ἑτέροις τὰ παρ' ἑαυτοῦ οὐδὲν παραβλάπτεται, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀκηράτου δυνάμεως ἐκείνης τοῦτο συμβήσεται. Εἰ γὰρ ἔνθα οὐσία ἐστὶ τὸ μεταλαμβανόμενον καὶ σῶμα, καὶ μερίζεται, καὶ οὐ μερίζεται, πολλῷ μᾶλλον ὅταν περὶ ἐνεργείας ὁ λόγος ᾖ, καὶ ἐνεργείας τῆς ἐξ ἀσωμάτου οὐσίας, οὐδὲν εἰκὸς τοιοῦτον παθεῖν.

Διὰ τοῦτο καὶ Ἰωάννης ἔλεγεν, *Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν*· καὶ [79] συνείρει [c] τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν τῇ τοῦ Βαπτιστοῦ. Τὸ γὰρ, *Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν*, οὐ τοῦ προδρόμου ἐστὶ ῥῆμα, ἀλλὰ τοῦ μαθητοῦ. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι ἡμεῖς οἱ συγγενόμενοι πολὺν αὐτῷ χρόνον, καὶ ἁλῶν, καὶ τραπέζης κοινωνήσαντες, χάριτι μαρτυροῦμεν. Καὶ γὰρ καὶ Ἰωάννης, ὁ μηδὲ εἰδὼς αὐτὸν πρὸ τούτου, ὁ μηδὲ συγγενόμενος, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ὅτε ἐβάπτιζε, μετὰ τῶν ἄλλων αὐτὸν θεασάμενος, ἐβόα· *Πρῶτός μου ἦν*· ἐκεῖθεν πάντα λαβών [d]· καὶ ἡμεῖς δὲ πάντες οἱ δώδεκα, οἱ τριακόσιοι, οἱ πεντακόσιοι, οἱ τρισχίλιοι, οἱ πεντακισχίλιοι, αἱ πολλαὶ τῶν Ἰουδαίων μυριάδες, ἅπαν τὸ πλήρωμα τῶν πιστῶν, καὶ τῶν τότε, καὶ τῶν νῦν, καὶ τῶν αὖθις ἐσομένων, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν. Τί δὲ ἐλάβομεν; *Χάριν ἀντὶ χάριτος*, φησίν. Ἀντὶ ποίας ποίαν; Ἀντὶ τῆς Παλαιᾶς τὴν Καινήν. Ὥσπερ γὰρ ἦν δικαιοσύνη, καὶ δικαιοσύνη· *Κατὰ δικαιοσύνην* γὰρ, φησὶ, *τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος*· καὶ πίστις, καὶ πίστις· *Ἐκ πίστεως γὰρ εἰς πίστιν*· καὶ υἱοθεσία, καὶ υἱοθεσία· *Ὧν ἡ υἱοθεσία*, φησὶ· καὶ δόξα, καὶ δόξα· *Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον ἐν δόξῃ*· καὶ νόμος, καὶ νόμος· *Ὁ νόμος*, γὰρ, φησὶ, *τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με*· καὶ λατρεία, καὶ λατρεία· *Ὧν ἡ λατρεία*, φησὶ· καὶ πάλιν, *Πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες*· καὶ διαθήκη, καὶ διαθήκη· *Διαθήσομαι γὰρ ὑμῖν διαθήκην καινὴν, οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν*· καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἁγιασμός· καὶ βάπτισμα, καὶ βάπτισμα· καὶ θυσία, καὶ θυσία· καὶ

[a] Savil. et mss. plurimi οὐκ ἀρκεσθεὶς δὲ ἐκείνῃ, τίθησι δευτέραν πάλιν, ἣν νῦν φησι. Τίς δέ ἐστιν. Mor. τ. δ. κ. δευτέραν, οὐκ ἀρκεσθεὶς ἐκείνῃ. [b] Sic mss. plurimi et Savil. σταγὼν εὐτελὴς. Morel. et alii σταγὼν ὀλίγη.

[c] Συνείρει. In editis συναίρει. Sed suspicatus est Savil. legendum esse συνείρει, atque ita legitur in antiquissimo codice ms. [d] Sic Sav. Mor. vero ἐκεῖθεν καὶ οὗτος πάντως λαβών. [e] Alii Πνεύματι Θεοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ναὸς, καὶ ναός· καὶ περιτομὴ, καὶ περιτομή· οὕτω καὶ χάρις, καὶ χάρις. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ὡς τύποι, ταῦτα δὲ ὡς ἀλήθεια, ὁμωνυμίαν τινὰ, ἀλλ' οὐχὶ συνωνυμίαν φυλάττοντα· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς τύποις καὶ ἐν ταῖς εἰκόσι, καὶ ὁ ἐπὶ τῶν χρωμάτων τῶν λευκῶν [a] διὰ τοῦ μέλανος χρώματος ἐγχαραττόμενος, ἄνθρωπος λέγεται, καὶ ὁ δεξάμενος τὴν τῶν χρωμάτων ἀλήθειαν· καὶ ἐπὶ τῶν ἀνδριάντων, ὅ τε χρυσοῦς, ὅ τε πήλινος, ἀνδριὰς προσηγόρευται· ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς τύπος, τὸ δὲ ὡς ἀλήθεια.

β'. Μὴ τοίνυν ὡς ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας, ταὐτότητα πραγμάτων νομίσῃς. ἀλλὰ μηδὲ ἀλλοτρίωσιν. Εἰ μὲν γὰρ τύπος ἦν, οὐκ ἦν ἀλλότρια τῆς ἀληθείας· εἰ δὲ σκιὰν ἐφύλαττεν, ἐλάττω τῆς ἀληθείας ἦν. Τί οὖν τὸ μέσον τούτων ἁπάντων; Βούλεσθε ἐπεξέλθωμεν, ἓν ἢ δύο τῶν εἰρημένων προχειρισάμενοι; Οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἄλλα ἔσται ὑμῖν δῆλα· καὶ ὀφόμεθα πάντες ὡς ἐκεῖνα μὲν παίδων ἦν διδάγματα, ταῦτα δὲ γενναίων καὶ μεγάλων ἀνδρῶν· καὶ τὰ μὲν ὡς ἀνθρώποις, τὰ δὲ ὡς ἀγγέλοις νενομοθέτητο. Πόθεν οὖν ποιησόμεθα [b] τὴν ἀρχήν; Βούλεσθε ἀπὸ τῆς υἱοθεσίας αὐτῆς; Τί δὴ οὖν τὸ μέσον ταύτης κἀκείνης; Ἐκείνη, ῥήματος ἦν τιμή· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ πρᾶγμα ἔπεται. Καὶ περὶ μὲν ἐκείνης φησίν· *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*· περὶ δὲ ταύτης, ὅτι *Ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν*. Πῶς [80] καὶ τίνι τρόπῳ; Διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως Πνεύματος ἁγίου. Κἀκεῖνοι μὲν μετὰ τὴν τῶν υἱῶν προσηγορίαν, ἔτι πνεῦμα δουλείας εἶχον· δοῦλοι γὰρ μένοντες, οὕτως ἐτιμῶντο τῇ κλήσει ταύτῃ· ἡμεῖς δὲ ἐλεύθεροι γενόμενοι, τότε οὐκ ὀνόματι, ἀλλὰ πράγματι τὴν τιμὴν ἐδεξάμεθα. Καὶ τοῦτο Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· *Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, Ἀββᾶ ὁ Πατήρ*. Γεννηθέντες γὰρ ἄνωθεν, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἀναστοιχειωθέντες, οὕτως ἐκλήθημεν υἱοί. Καὶ τῆς ἀγωσύνης τὸν τρόπον εἴ τις καταμάθοι, τίς μὲν οὗτος, τίς δὲ ἐκεῖνος, πολλὴν ὄψεται πάλιν κἀνταῦθα τὴν διαφοράν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἡνίκα μὴ εἰδωλολάτρουν, μηδὲ ἐπόρνευον, μηδὲ ἐμοίχευον, τοῦτο ἐκαλοῦντο τὸ ὄνομα· ἡμεῖς δὲ, οὐκ ἐν τῇ τούτων ἀποχῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ [c] τῶν μειζόνων κτήσει γινόμεθα ἅγιοι. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπ' αὐτῆς τοῦ Πνεύματος τῆς ἐπιφοιτήσεως, ταύτης τυγχάνομεν τῆς δωρεᾶς· ἔπειτα δὲ καὶ ἐκ πολιτείας, πολλῷ μείζονος τῆς Ἰουδαϊκῆς. Καὶ ὅτι οὐ κόμπος τὰ ῥήματα, ἄκουσον ἐκείνοις μὲν τί φησιν· *Οὐ φοιβάσεσθε, οὐ περικαθαριεῖτε τὰ τέκνα ὑμῶν, ὅτι λαὸς ἁγιός ἐστε*. Ὥστε παρ' ἐκείνοις τοῦτο ἡ ἁγιωσύνη, τὸ τῶν εἰδωλικῶν ἀπηλλάχθαι νόμων· παρὰ δὲ ἡμῖν οὐχ οὕτως, ἀλλ', *Ἵνα ᾖ ἁγία*, φησὶ, *καὶ σώματι καὶ πνεύματι. Εἰρήνην διώκετε καὶ τὸν ἁγιασμὸν, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον*· καὶ, *Ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ*. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ, ἅγιος, ὄνομα, ἐπὶ πάντων ὧν ἂν λέγηται τὴν αὐτὴν ἔννοιαν παραστῆσαι· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς ἅγιος λέγεται, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς. Ὅτε γοῦν ἤκουσε τὴν φωνὴν ταύτην παρὰ τῶν Σεραφὶμ φερομένην ὁ Προφήτης [d], ὅρα τί φησιν· *Οἴμοι τάλας ἐγὼ, ὅτι ἄνθρωπος ὢν καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν μέσῳ λαοῦ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντος ἐγὼ οἰκῶ*. Καίτοι καὶ ἅγιος καὶ καθαρὸς ἦν· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἁγιωσύνην ἡμεῖς τὴν ἄνω κρινόμενοι, ἀκάθαρτοί ἐσμεν. Ἅγιοι καὶ οἱ ἄγγελοι, ἅγιοι οἱ ἀρχάγγελοι, καὶ αὐτὰ τὰ Σεραφὶμ καὶ Χερουβίμ· ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς ἁγιωσύνης ἑτέρα πάλιν διαφορὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰς ὑπερεχούσας δυνάμεις [e]. Ἐνῆν καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπεξελθεῖν, ἀλλ' ὁρῶ τὸν λόγον εἰς μῆκος πολὺ ἐκτεινόμενον· διὸ περαιτέρω παυσάμενοι προελθεῖν, ὑμῖν ἀφήσομεν τὰ λειπόμενα μεταχειρίσαι. Ἔξεστι γὰρ καὶ ὑμῖν κατ' οἶκον ταῦτα συλλέγουσι συνιδεῖν τὴν διαφορὰν, καὶ τοῖς λοιποῖς ὁμοίως ἐπεξιέναι. *Δίδου γὰρ, φησὶ, σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται*. Ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ παρ' ἡμῶν, τὸ δὲ τέλος ἔσται παρ' ὑμῶν. Ἡμῖν δὲ ἀναγκαῖον, πάλιν ἅψασθαι τῆς ἀκολουθίας.

Εἰπὼν, *Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν*, ἐπήγαγε, *Καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος*· δεικνὺς ὅτι χάριτι καὶ Ἰουδαῖοι ἐσώζοντο. Οὐ γὰρ διὰ τὸ πολυπληθεῖν ὑμᾶς, φησὶν, ἀλλὰ διὰ τοὺς πατέρας ὑμᾶς ἐξελεξάμην. Εἰ τοίνυν οὐκ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων [81] ἐξελέγησαν παρὰ Θεοῦ, δῆλον ὅτι χάριτι ταύτης ἔτυχον τῆς τιμῆς. Καὶ ἡμεῖς δὲ χάριτι πάντες ἐσώθημεν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως. Οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ πολλῷ μείζοσι καὶ ὑψηλοτέροις. Οὐ τοίνυν τοιαύτη παρ' [f] ἡμῖν χάρις. Οὐδὲ γὰρ δὴ μόνον ἁμαρτημάτων συγχώρησις ἡμῖν ἐδόθη (ἐπεὶ κατὰ τοῦτο κοινωνοῦμεν ἐκείνοις· πάντες γὰρ ἥμαρτον), ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ υἱοθεσία, καὶ Πνεύματος χάρις φαιδροτέρα [g] πολλῷ καὶ δαψιλεστέρα. Διὰ ταύτης τῆς χάριτος ἐγενόμεθα τῷ Θεῷ πιθανοὶ, οὐκ ἔτι μόνον ὡς δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ ὡς υἱοὶ καὶ ὡς φίλοι. Διὰ τοῦτό φησι, *Χάριν ἀντὶ χάριτος*. Καὶ γὰρ τὰ τοῦ νόμου καὶ αὐτὰ χάριτος ἦν, καὶ αὐτὸ τὸ γενέσθαι ἡμᾶς [h] ἐξ οὐκ ὄντων. Οὐ γὰρ κατορθωμάτων προϋπηργμένων ταύτην ἐλάβομεν τὴν ἀμοιβήν, (πῶς γὰρ οἱ μηδὲ ὄντες;) ἀλλὰ Θεοῦ πανταχόθεν τῆς εὐεργεσίας κατάρχοντος. Οὐ τὸ γενέσθαι δὲ μόνον ἐξ οὐκ ὄντων, ἀλλὰ καὶ τὸ γενομένους εὐθέως μαθεῖν τά τε πρακτέα, καὶ τὰ μὴ πρακτέα, καὶ τοῦτον ἐν τῇ φύσει λαβεῖν τὸν νόμον, καὶ τὸ τοῦ συνειδότος κριτήριον ἀδέκαστον ἡμῖν παρακαταθέσθαι τὸν ποιήσαντα, χάριτος ἦν μεγίστης καὶ φιλανθρωπίας ἀφάτου. Καὶ τὸ τὸν νόμον δὲ τοῦτον διαφθαρέντα ἀνακτήσασθαι διὰ τοῦ γραπτοῦ, χάριτος ἦν. Τὸ μὲν γὰρ ἐπόμενον ἦν, τοὺς τὴν ἅπαξ δοθεῖσαν ἐντολὴν παραχαράττοντας, κολάζεσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι· τὸ δὲ γενόμενον οὐ τοῦτο ἦν, ἀλλὰ πάλιν διόρθωσις, καὶ συγγνώμη οὐκ ὀφειλομένη, ἀλλ' ἀπὸ ἐλέου καὶ χάριτος διδομένη. Ὅτι γὰρ χάριτος ἦν καὶ ἐλέου, ἄκουσον τί φησιν ὁ Δαυΐδ· *Ποιῶν ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος, καὶ κρίμα πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις. Ἐγνώρισε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ τῷ Μωϋσεῖ, τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τὰ θελήματα αὐτοῦ*. Καὶ πάλιν· *Χρηστὸς καὶ εὐθὴς ὁ Κύριος· διὰ τοῦτο νομοθετήσει ἐν ὁδῷ ἁμαρτάνοντας*.

[a] Sic Mor. Sav. ὁ διὰ τῶν γραμμάτων τῶν λευκῶν ἐπὶ τοῦ μ., et sic mss. plurimi; unus tamen habet πραγμάτων τῶν λευκῶν. [b] Alii et Savil. πόθεν οὖν δεῖ ποιήσασθαι. Utrovis modo legas, idipsum est. [c] Sav. et mss. plurimi ἀποχῇ, ἀλλ' ἐν τῇ. Ut nos, ita Mor. et alii, etiam recte. [d] Savil. et mss. fere omnes τῶν Σεραφὶμ φερομένην ὁ πρ. (alii ἀδομένην.) Mox post ἐγὼ Mor. et mss. pauci addunt ὅτι κατανύσσομαι, sed haec desunt in Sav. et in mss plurimis.

[e] Sic Sav. Mor. vero ἁγιωσύνης μείζων ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ διαφέρουσα, ὥσπερ καὶ πρὸς ἡμᾶς, οὕτω καὶ πρὸς τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς δυνάμεις. [f] Alii οὐ γὰρ τοῦτο παρ'. [g] Morel. σφοδροτέρα. Sav. et codd. 705, 706 φαιδροτέρα. [h] Savil. et dicti codd. γενέσθαι ἀθρόους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cultus; et rursum, *Spiritu Deo servientes* [1] (*Philip.* 3. 3); duplex quoque testamentum : *Disponam vobis testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui cum patribus vestris* (*Jer.* 31. 31); duplex noque sanctificatio, duplex baptisma, duplex sacrificium, duplex templum, duplex circumcisio; sic et duplex gratia. Sed illa quidem ceu figura sunt; hæc ut veritas : quæ homonyma quidem, sed non synonyma sunt. Nam in typis et imaginibus qui colore albo et nigro pingitur, homo vocatur, ut et verus homo nativo colore instructus : in statuis quoque aurea perinde atque figlina, statua dicitur; sed illa typus sunt, hæc veritas.

2. *Inter vetera et nova discrimen.* — Ne igitur ex nominum consortio, res easdem, sed neque diversas esse putes. Nam si typus erat, non erat alienus a veritate; si umbram servabat, minor erat veritate. Quid ergo discriminis est inter hæc omnia? Vultis unum aut duo ex dictis tractemus? Sic cætera vobis manifesta erunt : videbimusque illa puerorum præcepta, hæc virorum fortium fuisse; illa quasi hominibus, hæc quasi angelis constituta. Unde igitur ordiemur? Vultis ab ipsa adoptione ordiamur? Quid discriminis inter hanc et illam est? Illa nomine tenus erat; hæc re ipsa. De illa dicitur, *Ego dixi, Dii estis, et filii Altissimi omnes* (*Psal.* 81. 6). De hac autem, *Ex Deo nati sunt.* Quomodo et qua ratione? Per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti. Et illi quidem postquam filii appellati sunt, spiritum servitutis adhuc habebant : nam servi cum essent, hac appellatione ornabantur; nos autem liberi tunc effecti, non nomine, sed re honorem accepimus. Et hoc Paulus dicebat : *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater* (*Rom.* 8. 15). Generati namque superne, et ut ita dicam, reformati, sic vocati sumus filii. Sanctitatis vero modum si quis didicerit, quis hic, quis ille, multam hic quoque differentiam videbit. Illi namque quando idola non colebant, cum nec fornicabantur, nec mœchabantur, hoc vocabantur nomine : nos autem non abstinendo ab illis rebus tantum, sed et majora possidendo sancti efficimur. Et primo quidem ex ipso Spiritus illapsu hoc consequimur donum : deinde ex vita longe præstantiore quam Judaica. Et ne ex jactantia dicta putes, audi quid illis dicat : *Nolite lustrare, neque urificare filios vestros, quia populus sanctus estis* (*Deut.* 18. 10). Itaque apud illos hæc sanctitas erat, ab idolorum legibus abstinere; apud nos vero non ita, sed, *Ut sit sancta*, inquit, *corpore et spiritu* (1. *Cor.* 7. 34). *Pacem persequimini et sanctificationem, sine qua nemo videbit Dominum* (*Hebr.* 12. 14); et, *Perficientes sanctificationem in timore Dei* (2. *Cor.* 7. 1). Non enim hoc nomen, sanctus, in omnibus, de quibus dicitur, eamdem habet significationem. Nam Deus sanctus dicitur, sed non sicut nos. Cum enim propheta hanc vocem a Seraphinis audivit, attende quid dixerit : *Hei mihi, miser ego* [1], *quia homo cum sim, impura labia habeo, et in medio populi impura labia habentis ego habito* (*Isai.* 6. 5). Etsi ille et sanctus et purus esset. Verum si nostram cum superna illa sanctitatem comparemus, impuri sumus. Sancti sunt angeli, sancti sunt archangeli, et Cherubim atque Seraphim; sed hujus sanctitatis alia rursum differentia est inter nos videlicet et superiores illas potestates [2]. Possem cætera omnia persequi, sed video orationem longius progressam; quapropter ulteriore missa perquisitione, vobis cætera exploranda relinquemus. Vobis enim licet domi hæc colligendo, differentiam internoscere, et reliqua similiter indagare. *Da sapienti*, inquit, *occasionem, et sapientior erit* (*Prov.* 9. 9). Initium namque a nobis est, finis erit a vobis. Operæ pretium autem est seriem persequi.

Gratiam pro gratia quid significet. — Cum dixisset, *De plenitudine autem ejus nos omnes accepimus*, subdidit, *Et gratiam pro gratia* : ostendens Judæos quoque per gratiam salvos fuisse. Non enim quod multiplicati sitis, sed propter patres vestros elegi vos. Si ergo non ex propriis meritis a Deo electi sunt, palam eos per gratiam hunc esse consequutos honorem. Et nos quoque gratia salvi facti sumus : sed non simili modo. Neque enim iisdem in rebus, sed in multo majoribus et sublimioribus. Non itaque talis est apud nos gratia. Neque enim peccatorum tantum venia nobis collata est; hujus namque cum illis consortes sumus : omnes enim peccaverunt; sed datur etiam justitia, sanctificatio, adoptio, Spiritus gratia longe splendidior et uberior. Per hanc gratiam Deo cari facti sumus, non ultra ut servi tantum, sed etiam ut filii et amici. Ideo inquit, *Gratiam pro gratia*. Etenim legalia quoque ex gratia erant, necnon quod ex nihilo facti simus : non enim ex præcedentibus meritis hanc remunerationem accepimus : quomodo enim, cum non essemus? sed Deus semper beneficiis nos prævenit. Non modo cum nos ex nihilo produxit, sed etiam cum creatis dat ut quæ agenda, quæ non agenda sunt sciamus et hanc in natura legem nanciscamur : et quod nobis conscientiæ tribunal incorruptum indiderit, id gratiæ maximæ et ineffabilis benignitatis fuit. Quod item hanc legem jam corruptam, per scriptam legem restauraverit, id gratiæ erat. Nam consentaneum erat, ut qui semel datam legem adulterassent, supplicio et ultioni traderentur. Non hoc autem factum est; sed concessa est emendatio, et venia non debita, sed per misericordiam et gratiam data. Quod enim id ex gratia et misericordia prodierit, audi Davidem dicentem : *Faciens misericordias Dominus, et judicium omnibus injuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas* (*Psal.* 102. 6. *et* 7). Et iterum: *Dulcis et rectus Dominus; propter hoc legem dabit delinquentibus in via* (*Ibid.* 24. 8).

[1] Juxta alios legendum esset, *Spiritui Dei servientes.*

[1] Post illud, *miser ego*, Morel. et Mss. pauci addunt, *maxime compunctus*; sed hæc desunt in Savil. et in Mss. plurimis.

[2] Juxta Morel., legendum esset, *sed sanctitas Dei tum sanctitati nostræ tum sanctitati potestatum, quæ supra nos sunt, præstat et dissimilis est.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

3. Misericordiæ igitur et miserationum et gratiæ opus illud est, legem accipere. Ideo cum dixisset, *Gratiam pro gratia*, vehementius [1] magnitudini donorum insistens subjungit : 17. *Lex per Moysem data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.* Videte quam placide ac paulatim uno verbo et Joannes Baptista et discipulus ad supremam auditores cognitionem evehant, postquam eos in humilioribus exercitarunt? Ille namque postquam secum contulerat eum, qui sine comparatione omnes excedit, sic ejus postea excellentiam ostendit dicens : *Qui ante me factus est;* deinde subdens illud, *Prior me erat :* hic vero multo majus præstitit, minus tamen quam Unigeniti dignitas postularet. Non enim Joanni, sed ei, qui majori quam Joannes apud Judæos erat admirationi, Moysi nempe, ipsum comparat dicens, *Lex per Moysem data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est.* Et vide prudentiam. Non personarum, sed rerum disquisitionem facit. Nam cum res ipsæ longe majores demonstrarentur, necessario ingrati illi sententiam et opinionem de Christo excipere debebant. Cum enim opera ipsa, quæ nullam habeant vel gratiæ vel odii suspicionem, testificantur, certum etiam impudentibus præbent indicium. Nam qualia illa auctores ediderunt, talia manent et conspicua sunt : quamobrem omni suspicione et exceptione majus est illorum testimonium. Animadverte autem quam modestam faciat comparationem etiam apud infirmiores. Non enim excellentiam illam verbis extollit, sed nudis nominibus differentiam ostendit, dum gratiam et veritatem, legi, et hanc vocem, *Facta est,* huic, *Data est*, opponit. Multum autem est inter utramque discrimen. Nam illud, *Data est*, ministri erat, qui ab alio acceptum dedit quibus jussus erat ; illud vero, *Facta est*, gratia et veritas, Regis est qui cum potestate peccata omnia dimittit, et donum præparat suum. Quamobrem dicebat, *Dimittuntur tibi peccata* (*Marc.* 2. 9) ; et rursum, *Ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Surgens tolle lectum tuum, et vade in domum tuam* (*Ibid. v.* 10. *et* 11). Viden' quomodo gratia per eum fiat? Veritatem quoque vide. Gratiam igitur, et hæc et quæ ad latronem spectant, et baptismatis donum, et Spiritus gratia per ipsum data [2] ostendunt ; necnon alia plurima : veritatem autem manifestius intelligemus, si figuras didicerimus. Nam quæ in Novo Testamento dispensanda erant, figuræ prius ut figuræ descripserant; Christus autem veniens consummavit. Paucis ergo figuras illas videamus. Neque enim omnia illa recensere præsentis est temporis ; a paucis quæ nunc proferam cætera intelligetis. Vultis ab ipsa passione incipiamus? Quid ait figura : Accipite agnum per domos, et immolate, et facite ut præcepit et statuit Dominus (*Exod.* 12. 3). Christus vero non sic; neque enim præcipit hoc agere : sed ipse sese oblationem et hostiam Patri offert.

4. Vide quo pacto figura per Moysen data sit, veritas autem per Jesum Christum facta sit. Et rursum in monte Sina, cum Amalecitæ contra Hebræos pugnam committerent, manus Moysis ab Aarone et Or utrinque extensæ sustinebantur ; Christus autem ipse per sese manus extensas tenuit in cruce. Viden' quomodo figura data, veritas autem facta sit? Rursus lex dicebat, *Maledictus omnis qui non manet in iis quæ scripta sunt in libro hoc* (*Deut.* 27, 26); gratia vero quid dicit? *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (*Matth.* 11. 28); et Paulus, *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum* (*Gal.* 3. 13). Quia igitur tanta fruimur gratia et veritate, obsecro ne propter doni magnitudinem segniores evadamus. Quanto majori enim dignati sumus honore, tanto majorem virtutem exhibere tenemur. Nam qui parvis acceptis beneficiis parva retulerit, non usque adeo culpandus est : qui vero ad supremum honoris culmen ascendit, posteaque vilia exiguaque rependit, longe majori erit supplicio dignus. Sed absit, ne de vobis talia umquam suspicemur. Confidimus enim in Domino, vos animas vestras versus cælum ceu alis quibusdam extulisse, et a terra abstraxisse, ac dum in mundo versamini, mundana non tractare. Attamen licet tali instructi fiducia, non cessamus vos frequenter de iisdem ipsis monere. Nam et in externis illis certaminibus non prostratos, non supinos jacentes, sed strenuos, currentes, hortantur spectatores omnes. Illos enim semel a victoria exclusos, qui nullo possint hortatu moti surgere, ne vane laborent, sinunt decussos jacere : hic autem non de vobis modo qui vigilatis, sed etiam de iis qui collapsi sunt, est aliquid sperandum, si resipiscere velint. Quamobrem nihil non agimus, rogantes, hortantes, exprobrantes, increpantes, laudantes, ut vestram salutem operemur. Ne itaque frequentiorem ad probam vitam hortationem ægre feratis. Non enim ita loquimur ut vos in desidiæ crimen vocemus, sed bona spe fulti monemus. Neque ad vos solum, sed ad nos etiam spectant et hæc et quæ postea dicentur : etenim nos quoque hac egemus doctrina. Etiamsi enim a nobis dicantur, nihil tamen vetat quominus hæc nos etiam attingant. Sermo namque peccatis obnoxium corrigit; probum vero ac scelere vacuum ab eo longius adducit. Neque enim nos a peccatis puri sumus. Communis est medicina, remedia omnibus prostant; sed curatio non communis est, licet usus singulorum arbitrio permittatur. Quapropter is qui ut par est remedio utitur, valetudinem recuperat; qui vulneri remedium non admovet, malum auget, et ad deteriorem finem vergit. Ne itaque medicinam ægre feramus; imo potius gaudeamus, si doctrinæ modus acerbum inferat dolorem : nam suavissimum postea nobis fructum afferet. Nihil ad hoc non agamus, ut a plagis et vulneribus, quæ peccati dentes animæ infligunt, liberi, ad æternam vitam proficiscamur; ut Christi conspectu digni, ne ultricibus immanibusque potestatibus illo die tradamur, sed illis quæ nos ad cælorum hereditatem inducant, quæ præparata iis est qui dili-

[1] Alias legitur, *clarius*, pro, *vehementius*.
[2] Sic Savil., et plurimi Mss.; Morel. vero habet, *et filiorum adoptio nobis per Spiritum data.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γ'. Ἐλεημοσύνης οὖν ἄρα καὶ οἰκτιρμῶν καὶ χάριτος τὸ τὸν νόμον λαβεῖν. Διὰ τοῦτο εἶπων, *Χάριν ἀντὶ χάριτος*, ἔτι θερμότερον [a] ἐπαγωνιζόμενος τῷ μεγέθει τῶν δεδομένων, ἐπάγει λέγων· *Ὁ νόμος διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.* Εἶδετε πῶς ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐνὶ ῥήματι, ὅ τε Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὅ τε μαθητὴς πρὸς τὴν ὑψηλοτάτην τοὺς ἀκροατὰς ἐνάγουσι γνῶσιν, πρότερον τοῖς ταπεινοτέροις ἐγγυμνάσαντες; Ἐκεῖνος μὲν γὰρ πρὸς ἑαυτὸν συγκρίνας τὸν ἀσυγκρίτως [b] ἁπάντων ὑπερέχοντα, οὕτως αὐτοῦ μετὰ ταῦτα δείκνυσι τὴν ὑπεροχὴν λέγων, *Ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν·* εἶτα ἐπάγων τὸ, *Πρῶτός μου ἦν·* οὗτος δὲ ἐκείνου μὲν πολλῷ μεῖζον ἐποίησε, τῆς δὲ ἀξίας τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἔλαττον. Οὐ γὰρ πρὸς Ἰωάννην, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐκείνου μᾶλλον θαυμαζόμενον παρὰ Ἰουδαίοις ποιεῖται τὴν σύγκρισιν, τὸν [82] Μωϋσέα λέγω· *Ὁ νόμος* γάρ, φησί, *διὰ Μωϋσέως ἐδόθη, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο.* Καὶ θέα τὴν σύνεσιν· Οὐ τοῦ προσώπου ποιεῖται τὴν ἐξέτασιν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων. Τούτων γὰρ ἀποδειχθέντων πολλῷ μειζόνων [c], ἐξ ἀνάγκης καὶ τοὺς ἀγνώμονας εἰκὸς ἦν παραδέξασθαι τὴν ψῆφον καὶ τὴν ὑπόνοιαν περὶ τοῦ Χριστοῦ. Ὅταν γὰρ τὰ πράγματα μαρτυρῇ, τὰ μηδεμίαν ἔχοντα ὑποψίαν ὡς [d] πρὸς χάριν τινός, ἢ καὶ πρὸς ἀπέχθειαν τοῦτο ποιοῦντα, ἀναμφισβήτητον καὶ τοῖς ἀγνώμοσι τὴν ψῆφον παρίστησιν. Οἷα γὰρ ἂν αὐτὰ διαθῶσιν οἱ ποιήσαντες, τοιαῦτα μένει φαινόμενα· διὸ μάλιστα πάντων ἀνύποπτος ἡ παρὰ τούτων ἐστὶ μαρτυρία. Ὅρα δὲ καὶ πῶς ἀνεπαχθῆ ποιεῖται τὴν παράθεσιν καὶ παρὰ τοῖς ἀσθενεστέροις. Οὐ γὰρ κατασκευάζει τῷ λόγῳ τὴν ὑπεροχὴν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὀνομάτων γυμνῶν τὴν διαφορὰν παραδείκνυσι, χάριν καὶ ἀλήθειαν ἀντιθεὶς νόμῳ, καὶ τὸ, *Ἐγένετο*, τῷ, *Ἐδόθη*. Πολὺ δὲ τὸ μέσον ἑκατέρων. Τὸ μὲν γὰρ διακονουμένου ἦν τὸ, *Ἐδόθη*, λαβόντος παρ' ἑτέρου καὶ δόντος οἷς προσετάγη δοῦναι· τὸ δὲ, *Ἐγένετο*, ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, βασιλέως μετὰ ἐξουσίας πάντα ἀφιέντος τὰ ἁμαρτήματα, καὶ αὐτοῦ κατασκευάζοντος τὴν δωρεάν. Διὸ ἔλεγεν· *Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι·* καὶ πάλιν *Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἐπὶ τῆς γῆς ἁμαρτίας, λέγει τῷ παραλυτικῷ· Ἐγερθεὶς ἆρον τὴν κλίνην σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου.* Ὁρᾷς πῶς ἡ χάρις γίνεται δι' αὐτοῦ; Σκόπει δὲ καὶ τὴν ἀλήθειαν. Τὴν μὲν οὖν χάριν, καὶ ταῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν λῃστὴν, καὶ ἡ τοῦ βαπτίσματος δωρεὰ, καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις· ἡ δι' αὐτοῦ διδομένη δείκνυσι [e], καὶ ἕτερα πολλά· τὴν δὲ ἀλήθειαν σαφεστέραν εἰσόμεθα, ἂν τοὺς τύπους καταμάθωμεν. Τὰς γὰρ μελλούσας ἐπιτελεῖσθαι [f] ἐν τῇ Καινῇ οἰκονομίας προλαβόντες προδιέγραψαν οἱ τύποι ὡς τύποι· ἐλθὼν δὲ ἐπετέλεσεν αὐτὴν ὁ Χριστός. Ἴδωμεν τοίνυν καὶ τοὺς τύπους ἐν ὀλίγοις· οὐδὲ γὰρ ἅπαντα διελθεῖν τὰ τῶν τύπων τοῦ νῦν καιροῦ [g]· ἀφ' ὧν δὲ παραθήσομαί τινα μαθόντες, καὶ τὰ λοιπὰ εἴσεσθε. Βούλεσθε οὖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάθους ἀρξώμεθα; Τί οὖν φησιν ὁ τύπος; Λάβετε ἀρνίον κατ' οἰκίαν, καὶ θύσατε, καὶ ποιήσατε ὡς προσέταξε καὶ ἐνομοθέτησεν. Ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ προστάττει τοῦτο γενέσθαι· ἀλλ' αὐτὸς αὐτὸ γίνεται, θυσίαν ἑαυτὸν καὶ προσφορὰν τῷ Πατρὶ προσενεγκών.

δ'. Ὅρα πῶς ὁ μὲν τύπος ἐδόθη διὰ Μωϋσέως, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐγένετο διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν ἐν τῇ ὄρει Σινᾷ τῶν Ἀμαληκιτῶν πολεμούντων Ἑβραίοις, αἱ χεῖρες [h] μὲν ἐστηρίζοντο τοῦ Μωϋσέως, αἱρόμεναι ὑπὸ Ἀαρὼν καὶ Ὡρ ἑκατέρωθεν ἑστώτων· ὁ δὲ Χριστὸς παραγενόμενος, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὰς χεῖρας τείνας εἶχεν [i] ἐν τῷ σταυρῷ. Εἶδες πῶς ὁ μὲν τύπος ἐδίδοτο, ἡ δὲ ἀλήθεια ἐγίνετο; Πάλιν ὁ νόμος ἔλεγεν· *Ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ·* ἡ δὲ χάρις τί φησι; *Δεῦτε* [83] *πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς·* καὶ ὁ Παῦλος, *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα.* Ἐπεὶ οὖν τοσαύτης ἀπολελαύκαμεν χάριτος καὶ ἀληθείας, παρακαλῶ, μὴ διὰ τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς γενώμεθα ῥᾳθυμότεροι. Ὅσῳ γὰρ μείζονος ἠξιώθημεν τιμῆς, τοσούτῳ καὶ πλείονός ἐσμεν ἀρετῆς ὀφειλέται. Ὁ μὲν γὰρ μικρὰ εὐεργετηθεὶς, κἂν μικρὰ ἐπιδείξηται, οὐ τοσαύτης [j] καταγνώσεως ἄξιός ἐστιν· ὁ δὲ πρὸς τὴν ἀνωτάτω κορυφὴν τῆς τιμῆς ἀναβὰς, εἶτα χαμαίζηλα καὶ ταπεινὰ ἐπιδεικνύμενος, πολλῷ μείζονος ἔσται κολάσεως ἄξιος. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο περὶ ὑμῶν τοιαῦτα ὑποπτεῦσαί ποτε. Πεποίθαμεν γὰρ ἐν Κυρίῳ, ὅτι πρὸς τὸν οὐρανὸν τὰς ψυχὰς ὑμῶν ἐπτερώσατε, καὶ τῆς γῆς ἀπανέστητε, καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ὄντες, οὐ τὰ τοῦ κόσμου μεταχειρίζεσθε. Ἀλλ' ὅμως καὶ πεπεισμένοι, οὐ παυόμεθα συνεχῶς τὰ αὐτὰ παρακαλοῦντες. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν ἀγῶσιν, οὐ τοὺς ἀναπεπτωκότας, οὐδὲ τοὺς ὑπτίους κειμένους, ἀλλὰ τοὺς ἐνεργοῦντας, τοὺς ἔτι τρέχοντας ἅπαντες προτρέπονται οἱ θεαταί. Ἐπ' ἐκείνων μὲν γὰρ ὡς ἀνόνητα πονοῦντες [k], καὶ οὐ δυνάμενοι διὰ τῶν παρακλήσεων αὐτοὺς ἀναστῆσαι, ἀποῤῥαγέντας καθάπαξ τῆς νίκης, οὕτω παύονται καταγινώσκοντες· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐφ' ὑμῶν μόνον τῶν νηφόντων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναπεσόντων, εἰ βουληθεῖεν μεταβαλέσθαι, ἔστι τι προσδοκῆσαι χρηστόν. Διὸ καὶ πάντα πράττομεν, παρακαλοῦντες, ὀνειδίζοντες, προτρέποντες, ἐπαινοῦντες, ὥστε τὴν ὑμετέραν πραγματεύσασθαι σωτηρίαν. Μὴ τοίνυν τῇ συνεχεῖ τῇ περὶ τῆς πολιτείας δυσχεράνητε παραινέσει. Οὐ γὰρ ῥᾳθυμίαν κατεγνωκότων ἐστὶ τὰ λεγόμενα, ἀλλὰ χρηστὰς σφόδρα ἐλπίδας ἐχόντων περὶ ὑμῶν. Οὐ πρὸς ὑμᾶς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς λέγοντας ταῦτα εἴρηται καὶ εἰρήσεται· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς δεόμεθα διδασκαλίας. Εἰ γὰρ καὶ παρ' ἡμῶν λέγεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν κωλύει ταῦτα λέγεσθαι. Τὸν μὲν γὰρ εὑρὼν ὑπεύθυνον ὄντα, ὁ λόγος διωρθώσατο, τὸν δὲ ἐκτὸς καὶ ἀπηλλαγμένον, ὡς πορρωτάτω, πάλιν ἀπήγαγεν. Οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἐσμὲν καθαροί. Ἥ τε οὖν ἰατρεία κοινὴ, τά τε φάρμακα ἅπασι πρόκειται· ἡ δὲ θεραπεία λοιπὸν οὐ κοινὴ, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν χρωμένων προαίρεσιν γίνεται. Διὸ καὶ ὁ μὲν δεόντως μεταχειρίσας [l] τὸ φάρμακον, ἀπώνατό τι τῆς θεραπείας· ὁ δὲ μὴ ἐπιθεὶς τῷ τραύματι, μεῖζον εἰργάσατο τὸ κακὸν, καὶ εἰς τὴν χαλεπωτάτην κατέστρεψε τελευτήν. Μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν ἰατρευόμενοι, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον χαίρωμεν, κἂν πικρὰς φέρῃ τὰς ὀδύνας τῆς διδασκαλίας ἡ μεθοδεία· πολὺ γὰρ ἡδίστον ἡμῖν ὕστερον ἐπιδείξεται τὸν καρπόν. Πάντα οὖν εἰς τοῦτο πράττωμεν [m], ὅπως καθαροὶ τραυμάτων καὶ πληγῶν, ἃς οἱ τῆς ἁμαρτίας ὀδόντες ἐντιθέασι τῇ ψυχῇ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀπάρωμεν ἐκεῖνον, ἵνα ἄξιοι τῆς ὄψεως γενώ-

[a] Codd 705, 706, σαφέστερον. [b] Alii ἀσύγκριτον. [c] Cod. 705 et Savil. μείζονα. [d] Quidam ἔχοντα αἰτίαν, ὡς. [e] Sic Sav et plurimi mss. Morel καὶ ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος υἱοθεσία ἡμῖν διδομένη δείκνυσιν. [f] Alii et Savil. μελλούσας τελεῖσθαι. [g] Alii et Savil. τοῦ παρόντος καιροῦ. Quidam ibidem ἀπὸ τῶν ὀλίγων δὲ τὸ πᾶν μαθόντες, τοὺς λοιποὺς εἴσεσθε.

[h] Savil. τῶν Ἀμαληκιτῶν ἐπιστρατευόντων, αἱ χεῖρες. [i] Sav. et codd. 705, 706, ἐνέτεινεν ἐν τῷ σταυρῷ. [j] Savil. οὐ τῆς αὐτῆς, et mox ἀνωτέρω. [k] Alii ἀνόητα ποιοῦντες. [l] Alii et Savil. γίνεται· ὁ μὲν γὰρ θέλων δεόντως μεταχειρίσαι. [m] Sic Savil.; at Morel. πράττωμεν καὶ λέγωμεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μενοι τοῦ Χριστοῦ, μὴ ταῖς τιμωρητικαῖς καὶ ἀποτόμοις δυνάμεσι κατὰ τὴν ἡμέραν παραδοθῶμεν [84] ἐκείνην, ἀλλὰ ταῖς δυναμέναις πρὸς τὴν κληρονομίαν εἰσαγαγεῖν ἡμᾶς τῶν οὐρανῶν, τὴν ἡτοιμασμένην τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΕ'.

Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο.

α'. Τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν ῥημάτων τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς κειμένων, οὐχ ἁπλῶς ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπακούειν βούλεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς συνέσεως. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν μακάριος Δαυὶδ πολλαχοῦ τῶν Ψαλμῶν προέγραφε τῶν ἑαυτοῦ τὸ, *Εἰς σύνεσιν*, καὶ ἔλεγεν· *Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου*. Μετὰ δὲ τοῦτον καὶ ὁ τούτου παῖς ὑποτιθεὶς δείκνυσιν, ὅτι δεῖ καθάπερ ἀργύριον ἐκζητεῖν τὴν σοφίαν· μᾶλλον δὲ ὑπὲρ χρυσίον αὐτὴν ἐμπορεύεσθαι. Καὶ ὁ Κύριος δὲ τοῖς Ἰουδαίοις παραινῶν τὰς Γραφὰς ἐρευνᾶν, ἐπὶ πλέον ἡμᾶς εἰς ζήτησιν ἐνάγει. Οὐκ ἂν γὰρ οὕτως εἶπεν, εἰ γε αὐτόθεν [a] καὶ ἐκ πρώτης αὐτὰς καταλαβεῖν δυνατὸν ἦν τῆς ἀναγνώσεως. Τὸ γὰρ ἐν μέσῳ κείμενον, καὶ πρόχειρον, οὐδεὶς ποτ' ἂν ἐρευνήσαιτο, ἀλλὰ τὸ συνεσκιασμένον, καὶ μετὰ πολλῆς εὑρισκόμενον τῆς ζητήσεως. Διὰ τοῦτο καὶ θησαυρὸν κεκρυμμένον αὐτὰς εἶναί φησι, πρὸς τὴν ζήτησιν ἡμᾶς διεγείρων. Ταῦτα δὲ ἡμῖν εἴρηται, ἵνα μὴ ἁπλῶς μηδὲ ὡς ἔτυχε προσβάλλωμεν τοῖς τῶν Γραφῶν ῥήμασιν, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας πολλῆς. Εἰ μὲν γὰρ ἀνεξετάστως τις ἐπακούσειε τῶν λεγομένων [b] ἐν αὐταῖς, καὶ δέξαιτο πάντα οὕτως ὡς εἴρηται κατὰ τὸ γράμμα, πολλὰ τὰ ἄτοπα ὑποπτεύσει περὶ τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν εἶναι, καὶ ἀπὸ χαλκοῦ συνεστάναι, καὶ ὀργίλον, καὶ θυμώδη, καὶ πολλὰ ἕτερα τούτων χείρονα περὶ αὐτοῦ δέξεται δόγματα. Εἰ δὲ τὸν νοῦν τὸν ἐν τῷ βάθει κείμενον [c] καταμάθοι, πάσης ταύτης ἀπαλλαγήσεται τῆς ἀτοπίας. Ἐπεὶ καὶ τὸ νῦν προκείμενον ἡμῖν ἀνάγνωσμα κόλπον φησὶ τὸν Θεὸν ἔχειν, ὅπερ σωμάτων ἐστὶν ἴδιον. Ἀλλ' οὐδεὶς οὕτω μέμηνεν, ὥστε σῶμα ὑποπτεῦσαι τὸν ἀσώματον εἶναι. Ἵν' οὖν ἀξίως τῆς πνευματικῆς ἐννοίας τὸ πᾶν ἐκλάβωμεν, φέρε ἄνωθεν τὸ χωρίον διερευνησώμεθα. *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*. Ἐκ ποίας ἐπὶ τοῦτο ἦλθεν ἀκολουθίας ὁ Εὐαγγελιστής; Δείξας πολλὴν τῶν τοῦ Χριστοῦ δωρεῶν τὴν ὑπερβολὴν, ὡς εἶναι τὸ μέσον ἄπειρον τούτων τε καὶ τῶν διὰ Μωϋσέως οἰκονομηθέντων, θέλει λοιπὸν καὶ αἰτίαν εὔλογον τῆς διαφορᾶς εἰπεῖν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὑπηρέτης ὢν, ταπεινοτέρων γέγονε πραγμάτων διάκονος· οὗτος δὲ Δεσπότης, καὶ βασιλεὺς, καὶ βασιλέως Υἱὸς ὤν, τὰ πολλῷ μείζονα ἡμῖν [85] ἐκόμισε, συνὼν ἀεὶ τῷ Πατρὶ, καὶ ὁρῶν αὐτὸν διηνεκῶς. Διὸ καὶ οὕτως ἐπήγαγε λέγων· *Θεὸν* [d] *οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*. Τί οὖν ἐροῦμεν τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ Ἡσαΐᾳ λέγοντι· *Εἶδον τὸν Κύριον καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου;* τί δὲ τῷ Ἰωάννῃ προσμαρτυροῦντι [e] αὐτῷ ὅτι ταῦτα εἶπεν, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ; τί δὲ τῷ Ἰεζεκιήλ; καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενον αὐτὸν ὁρᾷ· τί δὲ καὶ τῷ Δανιήλ; καὶ γὰρ καὶ οὗτός φησιν· *Ὁ Παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθητο*· τί δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Μωϋσεῖ λέγοντι· *Δεῖξόν μοι τὴν δόξαν σου ὅπως γνωστῶς ἴδω σε;* Ὁ δὲ Ἰακὼβ καὶ ἀπὸ τούτου τὴν προσηγορίαν ἔλαβεν, Ἰσραὴλ ἐπικληθείς· Ἰσραὴλ γὰρ ὁ τὸν Θεὸν ὁρῶν ἐστι. Καὶ ἕτεροι δὲ αὐτὸν ἑωράκασι.

Πῶς οὖν ὁ Ἰωάννης εἶπε, *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε;* Δηλῶν ὅτι πάντα ἐκεῖνα συγκαταβάσεως ἦν, οὐκ αὐτῆς τῆς οὐσίας γυμνῆς ὄψις. Εἰ γὰρ αὐτὴν ἑώρων τὴν φύσιν, οὐκ ἂν διαφόρως αὐτὴν ἐθεάσαντο. Ἁπλῆ γάρ τις καὶ ἀσχημάτιστος αὕτη, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀπερίγραπτος, οὐ κάθηται, οὐδὲ ἕστηκεν, οὐδὲ περιπατεῖ. Ταῦτα γὰρ πάντα σωμάτων. Πῶς δέ ἐστιν, αὐτὸς οἶδε μόνος. Καὶ τοῦτο διὰ προφήτου τινὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐμφαίνων [f] ἔλεγεν· *Ἐγὼ ὁράσεις*, φησὶν, *ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην*· τουτέστι, Συγκατέβην, οὐ τοῦτο ὅπερ ἦμην ἐφάνην. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν αὐτοῦ ὁ Υἱὸς δι' ἀληθινῆς σαρκὸς φανήσεσθαι ἡμῖν, ἄνωθεν αὐτοὺς προεγύμναζεν ὁρᾷν τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν, ὡς αὐτοῖς δυνατὸν ἦν ἰδεῖν. Ἐπεὶ αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐ μόνον προφῆται, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι εἶδον, οὔτε ἀρχάγγελοι· ἀλλ' ἐὰν ἐρωτήσῃς αὐτοὺς, ἀκούσῃ περὶ μὲν τῆς οὐσίας οὐδὲν ἀποκρινομένους, *Δόξα δὲ ἐν ὑψίστοις, μόνον ᾄδοντας, τῷ Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία* [g]. Κἂν παρὰ τῶν Χερουβὶμ ἢ τῶν Σεραφὶμ ἐπιθυμήσῃς τι μαθεῖν, τὸ μυστικὸν τοῦ ἁγιασμοῦ μέλος ἀκούσῃ, καὶ ὅτι *Πλήρης ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ*. Ἂν τὰς ἀνωτέρω δυνάμεις ἐξετάσῃς, οὐδὲν ἄλλο εὑρήσεις, ἢ ὅτι ἓν ἔργον αὐταῖς ἐστι, τὸ αἰνεῖν τὸν Θεόν· *Αἰνεῖτε γὰρ αὐτὸν*, φησὶ, *πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ*. Μόνος οὖν αὐτὸν ὁρᾷ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἡ γὰρ κτιστὴ φύσις ἅπασα πῶς καὶ ἰδεῖν δυνήσεται τὸν ἄκτιστον [h]; Εἰ γὰρ ἁπλῶς τῆς ὁποιασοῦν ἀσωμάτου δυνάμεως, καίτοι γε γενητῆς οὔσης, οὐ δυνάμεθα δέξασθαι θεωρίαν σαφῆ [i], καὶ τοῦτο πολλάκις ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ἐδείχθη· πολλῷ μᾶλλον τῆς καὶ ἀσωμάτου καὶ ἀγενήτου οὐσίας. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός [j] φησιν, *Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδὲ ἰδεῖν δύναται*. Ἆρ' οὖν τῷ Πατρὶ μόνῳ τὸ ἐξαίρετον τοῦτο πρόσεστι, τῷ δὲ Υἱῷ οὐκέτι; Ἄπαγε· ἀλλὰ καὶ τῷ Υἱῷ. Ὅτι δὲ καὶ αὐτῷ, ἄκουε Παύλου τοῦτο δηλοῦντος, καὶ λέγοντος [k]· *Ὃς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου*. Ὁ δὲ τοῦ ἀοράτου εἰκὼν ὢν, καὶ αὐτὸς [86] ἀόρατος· ἐπεὶ οὐκ ἂν εἴη εἰκών. Εἰ δὲ ἀλλαχοῦ φησι, *Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ*, μὴ θαυμάσῃς· ὅτι ἡ φανέρωσις διὰ τῆς σαρκὸς, οὐ μὴν κατὰ τὴν οὐσίαν γέγονεν. Ἐπεὶ ὅτι καὶ αὐτὸς ἀόρατος οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄνω δυνάμεσι, δείκνυσιν ὁ Παῦλος. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ*, ἐπήγαγεν, ὅτι *Ὤφθη ἀγγέλοις*.

β'. Ὥστε καὶ τοῖς ἀγγέλοις τότε ὤφθη, ὅτε σάρκα περιεβάλετο· πρὸ τούτου δὲ οὐχ ἑώρων αὐτὸν οὕτως, ἐπειδὴ καὶ αὐτοῖς ἀόρατος ἡ οὐσία ἦν. Καὶ πῶς, φησὶν, ὁ Χριστὸς εἶπε, *Μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς*; Τί γάρ; καὶ *πρόσωπον*

[a] Quidam ὅτι δεῖ καὶ καθάπερ θησαυρὸν ἐξερευνᾶν. Οὐκ ἂν εἶπεν, Ἐρευνᾶτε. Λέγε αὐτόθεν. [b] Mor. τῶν ἐμφερομένων. Sav. τῶν λεγομένων. [c] Alii τῶν ἐν τῷ βάθει κειμένων. [d] Sav. διηνεκῶς. Διὰ τοῦτο ἔλεγε, Θεόν. Levissimum est discrimen. [e] Savil. καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ μαρτυροῦντι.

[f] Alii et Savil. προφήτου τινὸς ἔλεγεν ἐμφαίνων. Eadem ipsa sententia est. [g] Alii et Savil. δόξαν δὲ ἐν ὑψίστοις ἀναπέμποντας τῷ Θεῷ... εἰρήνην... καὶ εὐδοκίαν. [h] Alii et Savil. ἅγιον. Ἡ γὰρ... δύναται τὸν ἄκτιστον. Morel. τὸ δὲ κτιστὴς φύσεως ὄν, πῶς καί. [i] Morel. θεωρίαν ὅλως. [j] Morel. οὐσίας. Οὕτως αὐτὸ ἐμφαίνων καὶ Παῦλος. [k] Alii Υἱῷ. Ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ τὰ προτερα εἰρηκότος λέγοντος, et in sequentibus quoque verbo tenus variant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gunt illum : quam utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XV.

18. *Deum nemo vidit umquam : Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.*

1. Non ea est Dei voluntas, ut sacræ Scripturæ nomina tantum et verba audiamus, sed ut cum multa prudentia intelligamus. Ideo beatus David plerumque sic Psalmos suos inscripsit, *In intellectum*, et dicebat : *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua* (*Psal.* 118. 18). Post ipsum filius ejus docet, sapientiam quasi argentum exquirendam esse ; imo plusquam aurum comparandam (*Prov.* 16. 16). Dominus vero Judæos hortatur, ut scrutentur Scripturas, ad majoremque nos inducit perquisitionem. Neque enim sic loquutus fuisset, si statim a prima lectione hæc intelligi possent. Quod enim in medio positum statim percipitur, nemo scrutatus fuerit ; sed id tantum quod obscurum est et multo eget examine. Ideo thesaurum absconditum Scripturas esse dicit, ut ad inquisitionem nos excitet. Hæc autem ideo diximus, ut ne obiter et perfunctorie Scripturæ verba aggrediamur, sed cum accuratione multa. Si quispiam enim sine examine ejus dicta audiat, et omnia secundum litteram accipiat, absurda multa de Deo suspicabitur. Nam illum hominem esse, et æneum, iracundum, furibundum putabit, et his deteriora de illo dogmata excipiet. Si vero profundam ejus mentem edidicerit, absurdis hujusmodi opinionibus liber erit. Nam in hac proposita lectione Deus dicitur sinum habere, quod est corporibus proprium. At nemo ita stultus est, ut incorporeum corpus esse putet. Ut itaque omnia spirituali sensu percipiamus, age altius hunc locum exploremus. *Deum nemo vidit umquam.* Ex qua illud consequentia evangelista dicit ? Postquam ostenderat tantam illam donorum Christi magnitudinem, et quam immenso hæc discrimine illa quæ a Moyse dispensata fuerant superarent, vult demum consentaneam differentiæ causam aperire. Ille enim servus cum esset, humiliorum rerum minister fuit ; hic vero Dominus, rex, regis Filius, longe majora nobis attulit, qui cum patre semper est et videt eum perpetuo. Propterea hæc intulit, *Deum nemo vidit umquam.* Quid ergo dicemus vocalissimo Isaiæ dicenti : *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum* (*Isai.* 6. 1) ? quid Joanni testificanti ipsum hæc dixisse, quando vidit gloriam ejus ? quid Ezechieli ? nam et ipse super Cherubim sedentem illum vidit : quid Danieli, qui et ipse dicit, *Antiquus dierum sedit* (*Dan.* 7. 9) ? quid et ipsi Moysi dicenti, *Ostende mihi gloriam tuam, ut manifeste videam te* (*Exod.* 33. 13) ? Jacob vero hinc appellationem accepit, Israel vocatus : Israel enim, videns Deum, significat. Alii quoque ipsum viderunt.

Deus secundum nudam substantiam a nemine visus est. — Quid ergo Joannes ait, *Deum nemo vidit umquam ?* Ut ostenderet illa omnia attemperationem quamdam esse, non nudæ substantiæ visionem. Nam si ipsam naturam vidissent, non diverso vidissent modo. Simplex enim illa est, sine figura, sine compositione, incircumscripta ; non sedet, non stat, non ambulat. Hæc quippe omnia ad corpora pertinent. Quomodo autem sit, ipse solus novit. Et hoc per prophetam quemdam ipse Deus et Pater declaravit. *Ego*, inquit, *visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus sum* (*Osee* 12. 10) ; id est, Me attemperavi, neque id quod eram apparui. Quia enim Filius ejus in vera carne nobis adventurus erat, jam olim illos exercitabat, ut Dei substantiam viderent, quantum videre poterant. Nam id quod Deus est, non modo prophetæ, sed nec angeli nec archangeli vident : sed si interroges illos, nihil de substantia respondentes audies, sed tantum canentes, *Gloria in excelsis Deo et in terra pax, in hominibus bona voluntas* (*Luc.* 2. 14). Si a Cherubinis et Seraphinis aliquid ediscere velis, mysticum sanctificationis melos audies, et, *Pleni sunt cœli et terra gloria ejus* (*Isai.* 6. 3). Si supernas virtutes perconteris, nihil aliud comperies, nisi totum illis opus esse Deum laudare : *Laudate*, inquit, *eum, omnes virtutes ejus* (*Psal.* 148. 2). Solus ergo Filius ipsum videt, itemque Spiritus sanctus. Creata quippe natura quomodo increatum videre possit ? Nam si incorpoream quamlibet virtutem, etsi ea creata sit, clare conspicere nequimus, et hoc sæpe in angelis ostensum est, multo minus incorpoream et non factam naturam videre poterimus. Ideo Paulus quoque ait : *Quem nemo hominum vidit, neque videre potest* (1. *Tim.* 6. 16). Soline igitur Patri hoc præcipuum competit, non autem Filio ? Apage : etiam Filio inest. Quod et illi insit, audi Paulum declarantem : *Qui est imago Dei invisibilis* (*Coloss.* 1. 15). Qui autem invisibilis imago est, et ipse invisibilis est ; alias non esset imago. Quod si alibi dicat : *Deus manifestatus est in carne* (1. *Tim.* 3. 16) ; ne mireris : nam manifestatio per carnem, non secundum essentiam facta est. Siquidem ipsum invisibilem esse, non modo hominibus, sed etiam supernis virtutibus, ostendit Paulus. Cum dixisset enim, *Manifestatus est in carne*, subdidit, *Visus est angelis.*

2. Itaque tunc angelis visus est, cum carnem induit : antea autem ipsum non ita videbant, siquidem substantia ipsis invisibilis erat. Et quomodo, inquies, dicit Christus, *Ne contemnatis unum ex his pusillis : dico enim vobis, quod angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est* (*Matth.* 18. 10)? Quid enim ? num faciem habet Deus, et in cœlis circumscribitur ? Verum nemo ita insaniat, ut hæc dicat. Quid ergo nunc dicitur ? Quemadmodum cum ait : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* (*Matth.* 5. 8) ; de illa quæ secundum mentem est visione loquitur, nobis possibili, et de cogitatione Deum respi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ciente : sic et de angelis dicendum est, ipsos per puram et vigilem naturam suam nihil aliud, quam Deum, semper imaginari. Ideo ipse quoque ait, *Nemo novit patrem, nisi Filius* (*Matth.* 11. 27). Quid igitur? omnesne in ignorantia sumus? Absit : sed nemo sic novit, ut Filius. Ut igitur multi [1] pro captu suo ipsum viderunt, substantiam vero nemo vidit; sic et nunc omnes Deum novimus, substantiam vero ejus quæ sit nemo novit, nisi is qui ex ipso natus est. Cognitionem enim hic dicit certam visionem et comprehensionem, talemque qualem Pater de Filio habet. *Sicut enim cognoscit me Pater*, inquit, *et ego cognosco Patrem* (*Joan.* 10. 15).

Christus quod in sinu Patris sit, accurate Patrem novit. — Quapropter vide cum quanta securitate [2] loquatur evangelista. Cum dixisset enim, *Deum nemo vidit unquam*, non addidit, Filius qui vidit, narravit; sed aliquid aliud amplius, quam videre, posuit, cum dixit, *Qui est in sinu Patris :* multo enim amplius quam videre, est esse in sinu Patris. Nam qui solum videt, non accuratam omnino rei visæ cognitionem habet : qui autem in sinu versatur, nihil ignoraverit Ne ergo audiens, *Nemo novit Patrem*, *nisi Filius*, dicas, Si amplius quam alii novit, at non novit quantus sit; ideo evangelista dicit ipsum in sinu Patris versari; ipseque Christus se tantum illum nosse dicit, quantum Pater Filium. Contradicentem ergo interroga : cognoscitne Pater Filium? Respondebit, Etiam, nisi insaniat. Deinde interrogare pergamus : Accuratane visione et cognitione ipsum novit et videt, ac quidnam sit plane cognoscit? Illud etiam fatebitur. Hinc collige accuratam Filii de Patre cognitionem. Ipse namque dixit, *Sicut novit me Pater*, *ita et ego cognosco Patrem ;* et alibi, *Deum nemo vidit*, *nisi qui est ex Deo* (*Joan.* 10. 15. *et* 6. 46). Ideo, ut dixi, evangelista sinum commemorat, omnia hoc uno verbo nobis declarans, quod multa sit substantiæ cognatio et unitas; quod omnino par sit utrinque cognitio, quod par potestas. Non enim aliquem alterius substantiæ Pater in sinu habuerit : neque ille auderet, si servus et ex aliorum numero esset, in sinu Patris versari : hoc enim veri filii tantum est, qui multa fiducia cum patre utatur, nihilque minus quam ille habeat. Vis æternitatem ejus discere? Audi quæ dicat Moyses de Patre. Cum enim interrogaret, quid, quærentibus Ægyptiis, quis ipsum misisset, responsurus ipse esset, jussus est dicere, *Qui est*, *misit me* (*Exod.* 3. 14). Illud autem, *Qui est*, ipsum semper esse significat, atque etiam sine principio, vere et proprie esse. Hoc significat etiam illud, *In principio erat*, ipsumque semper esse indicat. Hoc igitur dicto hic usus est Joannes, ostendens Filium sine principio et ab æterno in sinu Patris esse. Ne itaque ob nominis consortium putares illum ex eorum numero esse qui per gratiam filii sunt, adest articulus qui distinguat illum ab iis qui per gratiam sunt filii. Quod si hoc tibi non sit satis, et si adhuc versus terram pronus incedis, magis proprium audi nomen, *Unigenitus*. Sin adhuc humum respicis, non dubitabo humanum de Deo proferre verbum, nempe sinum; tantum ne quidpiam humile suspiceris. Vidistin' benignitatem et providentiam Domini? Indignas sibi voces adscribit [3] Deus, ut vel sic videas, ac magnum quid et sublime cogites; et tu humi repis? Dic enim mihi cur sinus hic memoratur, quod crassum et carnale nomen est? an ut Deum esse corpus suspicemur? Absit, inquies. Cur ergo? Nam si per hoc verbum nec verus Filius esse probatur, nec Deum incorporeum esse statuitur, frustra jactatur hoc dictum nullius usus. Cur ergo dictum est? neque enim ab hac quæstione desistam. Annon palam est ideo prolatum esse, ut non aliud ex illo percipiamus, quam quod ille sit vere Unigenitus, quod coæternus Patri? *Ille enarravit*, inquit. Quid enarravit? *Deum nemo vidit unquam.* Unus est Deus. Sed hoc et reliqui prophetæ, et Moyses frequentissime clamat : *Dominus Deus tuus*, *Dominus unus est* (*Deut.* 6. 4); et Isaias, *Ante me non est factus alius Deus*, *et post me non est* (*Isai.* 43. 10).

3. *Quæ, quomodo et quos docuerit Filius Dei. Caritas commendatur. Christiani unum corpus sunt, quod est maximum amicitiæ vinculum.* — Quid ergo aliud a Filio didicimus, utpote qui sit in sinu Patris? quid ab Unigenito? Primo quod hæc sint ex ejus operatione : deinde, nos longe clariorem accepisse doctrinam, et cognoscere quod Spiritus sit Deus, et quod qui adorant eum, in spiritu et veritate adorare debeant : insuperque illud ipsum, impossibile esse Deum videre, et neminem ipsum cognoscere, nisi Filium (*Joan.* 4. 23) : et quod sit Pater veri Unigeniti ; et quæcumque alia de illo enarrata sunt. Illud autem, *Enarravit*, clariorem et apertiorem effert doctrinam, quam non Judæis modo, sed etiam toti orbi tradidit et complevit. Prophetis certe ne Judæi quidem omnes attendebant; Unigenito autem Dei totus orbis cessit et credidit. Enarratio itaque hic doctrinæ evidentiam significat : ideoque et Verbum dicitur, et magni consilii Angelus. Quoniam igitur et majore et perfectiore doctrina dignati sumus, Deo non ultra per prophetas, sed per proprium Filium nobis extremis hisce diebus loquente, vitæ institutum longe melius, et tanto honore dignum exhibeamus. Absurdum enim esset, si cum ipse tantum descenderit, ut non ultra per servos suos nos alloqui velit, sed per seipsum : nos nihil amplius quam illi priores exhiberemus. Illi Moysem, nos Moysis Dominum doctorem habemus. Tanti ergo honoris dignam philosophiam proferamus, nihilque habeamus cum terra commune. Ideo namque ille de cælis nobis doctrinam attulit, ut eo cogitationem nostram transferret, et pro virili nostra imitatores Doctoris nostri simus. Et quomodo possumus, inquies, imitatores Christi esse? Si omnia ad communem utilitatem faciamus nec quæ nostra sunt quæramus. *Nam et Christus*

[1] Morel. habet, *prophetæ*, pro, *multi.*
[2] Idem legit, *accuratione*, pro, *securitate.*
[3] Alii et Morel., *adscribere solet.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὁ Θεὸς ἔχει, καὶ ἐν οὐρανοῖς περιγέγραπται; Ἀλλ' οὐκ ἄν τις οὕτω μανείη, ὥστε ταῦτα εἰπεῖν. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ λεγόμενον; Ὥσπερ ὅταν λέγῃ· *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται*· τὴν κατὰ διάνοιαν ὄψιν φησὶ, τὴν ἡμῖν δυνατὴν, καὶ τὴν ἔννοιαν τὴν περὶ Θεοῦ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων εἰπεῖν ἐστιν [a], ὅτι διὰ τὴν καθαρὰν αὐτῶν καὶ ἄγρυπνον φύσιν οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὸν Θεὸν ἀεὶ φαντάζονται. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς πάλιν φησὶν, *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός*. Τί οὖν; πάντες ἐν ἀγνοίᾳ ἐσμέν; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' οὕτως οὐδεὶς οἶδεν ὡς ὁ Υἱός. Ὥσπερ οὖν εἶδον αὐτὸν οἱ πολλοὶ [b] κατὰ τὴν ἐγχωροῦσαν αὐτοῖς ὄψιν, τὴν δὲ οὐσίαν οὐδεὶς ἐθεάσατο· οὕτω καὶ νῦν ἴσμεν πάντες μὲν τὸν Θεὸν, τὴν δὲ οὐσίαν οὐδεὶς οἶδεν ὅ τί ποτέ ἐστιν, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννηθεὶς ἐξ αὐτοῦ. Γνῶσιν γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἀκριβῆ λέγει θεωρίαν τε καὶ κατάληψιν, καὶ τοσαύτην ὅσην ὁ Πατὴρ ἔχει περὶ τοῦ Παιδός. *Καθὼς γὰρ γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.*

Διὸ καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς ὅρα μεθ' ὅσης φθέγγεται τῆς περιουσίας [c]. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*, οὐκ εἶπεν, ὅτι ὁ Υἱὸς ἰδὼν ἐξηγήσατο, ἀλλ' ἕτερόν τι πλέον τοῦ ἰδεῖν ἔθηκεν, εἰπὼν, ὅτι *Ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρός*. Τοῦ γὰρ ἰδεῖν τὸ καὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἐνδιαιτᾶσθαι πολλῷ πλέον ἐστίν. Ὁ μὲν γὰρ ἁπλῶς ὁρῶν, οὐ πάντως ἀκριβῆ τοῦ φαινομένου τὴν γνῶσιν ἔχει· ὁ δὲ τοῖς κόλποις ἐνδιατρίβων, οὐδὲν ἀγνοήσειέ ποτε. Ἀκούων οὖν, ὅτι *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς*, ἵνα μὴ λέγῃς [d], ὅτι εἰ πλέον ἁπάντων οἶδε τὸν Πατέρα, ἀλλ' οὐχ ὅσος ἐστὶν οἶδε· διὰ τοῦτο ὅ τε Εὐαγγελιστὴς ἐν τῷ κόλπῳ αὐτὸν διαιτᾶσθαι τοῦ Πατρὸς λέγει, αὐτός τε ὁ Χριστὸς τοσοῦτον αὐτὸν εἰδέναι φησὶν, ὅσον ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν. Ἐρώτησον οὖν τὸν ἀντιλέγοντα· Ἆρά γε, εἰπὲ, γινώσκει τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ; Καὶ ἐρεῖ πάντως, ἂν μὴ μαίνηται, ὅτι Ναί. Μετὰ τοῦτο κἀκεῖνο ἐρώμεθα [e] πάλιν αὐτόν· Τί δὲ, ἀκριβῆ τινα ὅρασιν καὶ γνῶσιν αὐτὸν ὁρᾷ καὶ γινώσκει, καὶ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν οἶδε σαφῶς; Καὶ πάντως καὶ τοῦτο ἐρεῖ. Ἀπὸ γοῦν τούτου λοιπὸν συνάγαγε τὴν ἀκριβῆ τοῦ Υἱοῦ περὶ τοῦ Πατρὸς κατάληψιν. Αὐτὸς γὰρ εἶπεν, ὅτι *Ὡς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, οὕτω καὶ ἐγὼ* [87] *αὐτὸν γινώσκω*· καὶ ἀλλαχοῦ, *Οὐχ ὅτι Θεόν τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Διὰ τοῦτο, ὅπερ ἔφην, καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς τοῦ κόλπου μέμνηται, πάντα διὰ τοῦ ἑνὸς ῥήματος τούτου ἡμῖν ἐμφαίνων, ὅτι πολλὴ τῆς οὐσίας ἡ συγγένεια καὶ ἡ ἑνότης [f], ὅτι ἀπαράλλακτος ἡ γνῶσις, ὅτι ἴση ἡ ἐξουσία. Οὐ γὰρ τὸν ἑτερούσιον ἐν τοῖς κόλποις ἂν ἔσχεν ὁ Πατήρ· ἀλλ' οὐδὲ ἂν αὐτὸς ἐτόλμησε, δοῦλος ὢν καὶ τῶν πολλῶν εἷς, ἐν τῷ κόλπῳ στρέφεσθαι [g] τοῦ Δεσπότου· τοῦτο γὰρ υἱῷ γνησίου μόνον. καὶ πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ πρὸς τὸν γεγεννηκότα χρωμένου, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχοντος. Βούλει καὶ τὸ ἄδιον μαθεῖν; Ἄκουσον τί φησιν ὁ Μωϋσῆς περὶ τοῦ Πατρός. Ἐρωτήσας γὰρ, εἰ ἐρωτηθείη παρὰ τῶν Αἰγυπτίων, τίς ὁ ἀπεσταλκὼς αὐτὸν εἴη, τί ποτε δὴ καὶ ἀποκρίνηται πρὸς αὐτοὺς, κελεύεται εἰπεῖν, ὅτι *Ὁ ὢν* [h] *ἀπέσταλκέ με*. Τὸ δὲ, *Ὁ ὢν*, τοῦ ἀεὶ εἶναι σημαντικόν ἐστι, καὶ τοῦ ἀνάρχως εἶναι, καὶ τοῦ ὄντως εἶναι καὶ κυρίως. Τοῦτο καὶ τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν*, ἐμφαίνει, τοῦ ἀεὶ εἶναι δηλωτικὸν ὄν. Τούτῳ δὴ οὖν ἐνταῦθα κέχρηται τῷ ῥητῷ ὁ Ἰωάννης, δεικνὺς ὅτι ἀνάρχως καὶ ἀΐδίως ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱός. Ἵνα τοίνυν μὴ [i] διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος κοινωνίαν ἕνα τινὰ τῶν χάριτι γενομένων υἱῶν εἶναι νομίσῃς αὐτὸν, πρῶτον μὲν πρόσκειται τὸ ἄρθρον διαιροῦν αὐτὸν τῶν κατὰ χάριν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἀρκεῖ σοι, ἀλλ' ἔτι κάτω κύπτεις, τούτου κυριώτερον ἄκουε ὄνομα τὸ, *Μονογενής*. Εἰ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν κάτω βλέπεις, οὐ παραιτήσομαί πως καὶ ἀνθρωπίνην τινὰ ῥῆσιν εἰπεῖν περὶ τοῦ Θεοῦ, τὴν τοῦ κόλπου λέγω, μόνον ἵνα μηδὲν ὑποπτεύσῃς ταπεινόν. Εἶδες φιλανθρωπίαν καὶ κηδεμονίαν Δεσπότου; Ἀνάξια ῥήματα περιτίθησιν ἑαυτῷ ὁ Θεὸς, ἵνα κἂν ἰ οὕτω διαβλέψῃς, καὶ μέγα τι καὶ ὑψηλὸν ἐννοήσῃς· καὶ σὺ κάτω μένεις; Εἰπὲ γάρ μοι· τίνος ἕνεκεν ὁ κόλπος ἐνταῦθα παρείληπται, τὸ παχὺ τοῦτο ὄνομα καὶ σαρκικόν; ἵνα σῶμα τὸν Θεὸν ὑποπτεύσωμεν; Ἄπαγε, οὐδαμῶς, φησί. Τίνος οὖν ἕνεκεν εἴρηται; Εἰ γὰρ μήτε ἡ γνησιότης τοῦ Υἱοῦ παρίσταται διὰ τούτου, μήτε τὸ μὴ σῶμα εἶναι τὸν Θεὸν, περιττῶς προσέῤῥιπται τὸ ῥητὸν, οὐδεμίαν χρείαν πληροῦν. Τίνος οὖν ἕνεκεν εἴρηται; οὐ γὰρ ἀποστήσομαί σου τοῦτο πυνθανόμενος. Οὐκ εὔδηλον ὅτι οὐδὲν ἕτερον ἢ ἵνα μὴ ὑπολάβωμεν δι' αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ γνήσιον τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὸ συναΐδιον τῷ Πατρί; *Ἐκεῖνος ἐξηγήσατο*, φησί. Τί ἐξηγήσατο; Ὅτι *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε*· ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεός. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, καὶ Μωϋσῆς ἄνω καὶ κάτω βοᾷ· *Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι*· καὶ ὁ Ἡσαΐας· *Ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται.*

Γ'. Τί οὖν πλέον ἐμάθομεν [k] παρὰ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἐν τοῖς κόλποις ὄντος τοῖς πατρικοῖς; τί παρὰ τοῦ Μονογενοῦς; Ὅτι πρῶτον μὲν καὶ αὐτὰ ταῦτα τῆς ἐνεργείας [88] ἐστὶ τῆς ἐκείνου· ἔπειτα, πολλῷ τρανοτέραν ἐδεξάμεθα τὴν διδασκαλίαν, καὶ ἔγνωμεν ὅτι πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν· καὶ ἔτι αὐτὸ τοῦτο, ὅτι Θεὸν ἰδεῖν ἀδύνατον, καὶ ὅτι οὐδεὶς αὐτὸν γινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός· καὶ ὅτι ὁ Πατήρ ἐστι γνησίου Μονογενοῦς· καὶ τὰ ἄλλα ὅσα περὶ αὐτοῦ διελέχθη. Τὸ δὲ, *Ἐξηγήσατο*, τὴν τρανοτέραν καὶ σαφεστέραν δείκνυσι διδασκαλίαν, ἣν οὐ πρὸς Ἰουδαίους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπασαν ἐποιήσατο τὴν οἰκουμένην καὶ κατώρθωσε. Τοῖς μὲν οὖν προφήταις οὐδὲ Ἰουδαῖοι πάντες προσεῖχον· τῷ δὲ Μονογενεῖ τοῦ Θεοῦ πᾶσα ἡ οἰκουμένη καὶ εἶξε καὶ ἐπείσθη. Ἡ τοίνυν ἐξήγησις ἐνταῦθα τὸ σαφέστερον τῆς διδασκαλίας δηλοῖ· διὸ καὶ Λόγος λέγεται, καὶ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος. Ἐπεὶ οὖν καὶ μείζονος καὶ τελειοτέρας κατηξιώθημεν τῆς διδασκαλίας, οὐκ ἔτι διὰ προφητῶν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ λαλήσαντος ἡμῖν τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων, πολλῷ μείζονα καὶ ἀξίαν πολιτείαν ἐπιδειξώμεθα τῆς τιμῆς. Καὶ γὰρ ἄτοπον, αὐτὸν μὲν καταβῆναι τοσοῦτον, ὡς μηκέτι διὰ τῶν δούλων ἡμῖν ἐθέλειν διαλέγεσθαι, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ· ἡμᾶς δὲ τῶν πρότερον μηδὲν ἐπιδείξασθαι πλέον. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν Μωϋσέα, ἡμεῖς δὲ τὸν Μωϋσέως Δεσπότην διδάσκα-

[a] Sav. ἐπὶ τῶν ἀγγέλων ἐκλαπτέον. [b] Sic Savil. Morel. οἱ προφῆται. [c] Sic Savil. et mss. Mor. τῆς ἀκριδείας. [d] Sic alii et Savil. Morel. ἴν' οὖν ἀκούων ὅτι οὐδεὶς... ὁ Υἱὸς, μηδαμῶς λέγῃς. [e] Alii ἐροῦμεν. [f] Ἡ συγγένεια καὶ ἡ ἐγγύτης, sic Savil. et Morel. et quidam mss. nostri. Colld. 705, 706 καὶ ἐγγύτης, sine articulo. Unus melius καὶ ἑνότης, quem sequimur. Ἐγγύτης enim etiam de eo qui alterius sit substantiæ dici potest, scilicet de ἑτερουσίῳ, contra quam Chrysostomus subinfert: οὐ γὰρ τὸν ἑτερούσιον ἐν τοῖς κόλποις ἂν ἔσχεν ὁ Πατήρ. [g] Morel. et mss. plurimi στρέφεσθαι. Savil. τρέφεσθαι.

[h] Alii et Savil. εἶη, τί κελεύεται ἀποκρίνασθαι αὐτοῖς; ἤκουσεν· εἰπὲ ὅτι « Ὁ ὤν. » [i] Savil. ἵνα γὰρ μή. [j] Alii et Morel. περιτιθέναι ἑαυτῷ δέχεται, ἵνα κἂν. [k] Alii et Morel. οὐκ ἔστιν ἔτι· ἡμεῖς δὲ καὶ τι πλέον ἐμάθομεν· deinde post τοῖς πατρικοῖς; τί παρὰ τοῦ μονογενοῦς; πρῶτον μέν. In Mor. ed. hæc sensus jacent. Sed mss. cum Sav. consonant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λον ἔχομεν. Οὐκοῦν ταύτης τῆς [a] τιμῆς ἀξίαν φιλοσοφίαν ἐπιδειξώμεθα, καὶ μηδὲν ἔχωμεν κοινὸν πρὸς τὴν γῆν. Διὰ γὰρ τοῦτο ἡμῖν ἄνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν διδασκαλίαν ἐκόμισεν, ἵνα ἐκεῖ μεταστήσῃ τὴν διάνοιαν, ἵνα μιμηταὶ τοῦ διδασκάλου γενώμεθα κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν. Καὶ πῶς, φησίν, ἔστι μιμητὰς [b] γενέσθαι τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ κοινωφελὲς ἅπαντα πραγματευομένους, καὶ μὴ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦντας. *Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς*, φησίν, *οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ καθὼς γέγραπται· Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ. Μηδεὶς τοιγαροῦν τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω.* Οὕτω γάρ τις τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖ, ἂν τὸ τοῦ πλησίον σκοπῇ· καὶ γὰρ τὰ ἐκείνων ἡμέτερα. *Σῶμά ἐσμεν ἓν, καὶ ἀλλήλων μέρη καὶ μέλη.* Μὴ τοίνυν ὡς διεσπασμένοι διακεώμεθα, μηδὲ λεγέτω τις· Ὁ δεῖνά μοι φίλος οὐκ ἔστιν, οὐδὲ συγγενής, οὐδὲ γείτων, οὐδὲ ἔχω τι κοινὸν πρὸς αὐτόν· πῶς προσελεύσομαι; πῶς διαλέξομαι; Εἰ γὰρ καὶ μὴ συγγενής, μηδὲ φίλος ἐστίν, ἀλλ' ἄνθρωπός ἐστι, τῆς αὐτῆς σοὶ μετέχων φύσεως, τὸν αὐτὸν ἔχων Δεσπότην, ὁμόδουλος καὶ ὁμόσκηνος· ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ γέγονε κόσμῳ. Εἰ δὲ καὶ τῆς πίστεως μετέχει τῆς αὐτῆς, ἰδού σοι καὶ μέλος γέγονε. Ποία γὰρ φιλία τοσαύτην ἕνωσιν ἐργάσασθαι δύναιτ' ἄν, ὅσην τῆς πίστεως ἡ συγγένεια; Οὐ γὰρ ὅσην φίλους πρὸς φίλους ἐπιδείκνυσθαι χρὴ τὴν ἐγγύτητα, καὶ τοσαύτην ἡμᾶς ἔχειν δεῖ τὴν πρὸς ἀλλήλους οἰκείωσιν· ἀλλ' ὅσην μέλος πρὸς μέλος. Τούτου γὰρ τοῦ τρόπου τῆς φιλίας καὶ κοινωνίας [c] ἄλλην μείζονα οἰκείωσιν οὐκ ἂν τις εὕροι ποτέ. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἂν δύναιο λέγειν [89]· Πόθεν μοι οἰκειότης καὶ ἐγγύτης πρὸς αὐτόν; καταγέλαστον γὰρ τοῦτο· οὕτως οὐδὲ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ δυνήσῃ τοῦτο εἰπεῖν. *Οἱ γὰρ πάντες εἰς ἓν σῶμα ἐβαπτίσθημεν*, φησί. Διατί εἰς ἓν σῶμα; Ὥστε μὴ διεσπάσθαι, ἀλλὰ τῇ πρὸς ἀλλήλους συνόδῳ καὶ φιλίᾳ σώματος ἑνὸς ἀκολουθίαν διατηρεῖν. Μὴ δὴ καταφρονήσωμεν [d] ἀλλήλων, ἵνα μὴ ἑαυτῶν ὑπερίδωμεν. *Οὐδεὶς γάρ ποτε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἐμίσησε*, φησίν, ἀλλ' ἐκτρέφει καὶ θάλπει αὐτήν. Διὰ τοῦτο οἰκίαν μίαν τοῦτον ἡμῖν τὸν κόσμον ἔδωκεν ὁ Θεὸς, πάντα ἐξίσου διένειμεν, ἕνα ἀνῇψε πᾶσιν ἥλιον, ἕνα ἐξέτεινεν ὄροφον, τὸν οὐρανὸν, μίαν ἀνῆκε τράπεζαν, τὴν γῆν. Ἔδωκε καὶ ἑτέραν ταύτης πολλῷ μείζονα τράπεζαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην μίαν· ἴσασιν οἱ συμμύσται τὸ λεγόμενον· ἕνα τρόπον γεννήσεως ἅπασιν ἐχαρίσατο τὸν πνευματικόν· μία πᾶσι πατρὶς, ἡ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ἐκ τοῦ πυτηρίου τοῦ αὐτοῦ πάντες πίνομεν. Οὐ τῷ μὲν πλουτοῦντι πλέον καὶ τιμιώτερον, τῷ πένητι δὲ εὐτελέστερον καὶ ἔλαττον ἐχαρίσατο, ἀλλὰ πάντας ἐξίσης ἐκάλεσε· τὰ σαρκικὰ ὁμοτίμως, τὰ πνευματικὰ ὁμοίως παρέσχε. Πόθεν οὖν ἡ ἀνωμαλία πολλὴ κατὰ τὸν βίον; Ἐκ τῆς τῶν πλουτούντων πλεονεξίας τε καὶ ἀλαζονείας. Ἀλλὰ μὴ, ἀδελφοὶ, μηκέτι ταῦτα γενέσθω, μηδὲ τῶν καθολικῶν καὶ ἀναγκαιοτέρων εἰς τὸ αὐτὸ συναγόντων ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν γηΐνων καὶ εὐτελῶν [e] διαιριώμεθα, πλούτου λέγω, καὶ πενίας, καὶ συγγενείας σωματικῆς, καὶ ἔχθρας καὶ φιλίας. Ταῦτα γὰρ πάντα σκιὰ, καὶ σκιᾶς εὐτελέστερα, τοῖς τὸν σύνδεσμον ἔχουσι τῆς ἀγάπης ἄνωθεν. Τοῦτον οὖν φυλάττωμεν ἀῤῥαγῆ, καὶ οὐδὲν ἐπεισελθεῖν δυνήσεται τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν [f] καὶ διαιρούντων τὴν τοσαύτην ἕνωσιν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Al. et Sav. ἔχομεν. Ταύτης οὖν τῆς. [b] Alii ἡμετέραν. Ἰδοὺ δέ ἐστι μιμ. [c] Alii φιλίας καὶ κηδεμονίας.

[d] Savil. et alii διατηρεῖν. Μὴ δὴ καταφρονῶμεν, κ. τ. λ. Mor. οὐκοῦν οὕτω κηδώμεθα τῶν πλησίον, ὡς ἕκαστος ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ μὴ ὑπερορῶν σάρκα. Οὐδείς. [e] Mor. γηΐνων, καὶ μερικῶν. Savil. γηΐνων καὶ εὐτελῶν. [f] Sic Sav. et Mor. Alii τῶν παθημάτων τῶν πονηρῶν, καὶ διαιρούντων τῆς ποὸς αὐτὸν ἑνώσεως.

ΟΜΙΛΙΑ ΙϚ'.

Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτόν· Σὺ τίς εἶ;

α'. Δεινὸν ἡ βασκανία, ἀγαπητὲ, δεινὸν καὶ ὀλέθριον τοῖς βασκαίνουσιν, οὐ τοῖς βασκαινομένοις. Πρώτους γὰρ αὐτοὺς λυμαίνεται καὶ διαφθείρει, καθάπερ ἰός τις θανατηφόρος ἐγκαθήμενος αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς. Εἰ δέ που καὶ τοὺς φθονουμένους παραβλάψειε, μικρὸν καὶ οὐδενὸς ἀξίαν βλάβην, καὶ μεῖζον τῆς ζημίας τὸ κέρδος ἔχουσαν. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς βασκανίας [90] μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐχ ὁ παθὼν κακῶς, ἀλλ' ὁ δράσας κακῶς, οὗτός ἐστιν ὁ τὴν βλάβην δεξάμενος. Οὐδὲ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν προσέταξεν ὁ Παῦλος τοῖς μαθηταῖς, *Διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; λέγων· διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;* Οἶδε γὰρ ἀκριβῶς οὐ τῷ πάσχοντι κακῶς, ἀλλὰ τῷ ποιοῦντι κακῶς, τὸν ὄλεθρον ἐπόμενον πανταχοῦ. Ταῦτα δή μοι πάντα διὰ τὴν βασκανίαν εἴρηται τὴν Ἰουδαϊκήν. Οἱ γὰρ ἀπὸ τῶν πόλεων ἐκχυθέντες πρὸς τὸν Ἰωάννην, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων καταγνόντες τῶν οἰκείων, καὶ βαπτισάμενοι, αὐτοὶ μετὰ τὸ βάπτισμα καθάπερ ἔκ τινος μεταμελείας πέμπουσιν ἐρωτῶντες αὐτόν· *Σὺ τίς εἶ;* Οὕτως γεννήματα ἐχιδνῶν καὶ ὄφεις, καὶ εἴ τι τούτων χαλεπώτερον. Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς καὶ διεστραμμένη, μετὰ τὸ βαπτίσασθαι, τότε τὸν βαπτιστὴν περιεργάζῃ καὶ πολυπραγμονεῖς; Καὶ τί ταύτης τῆς ἀλογίας ἀλογώτερον γένοιτ' ἄν; Πῶς ἐξῄειτε [a]; πῶς ἐξωμολογεῖσθε τὰ ἁμαρτήματα; πῶς ἐπετρέχετε τῷ βαπτίζοντι; πῶς αὐτὸν ἠρωτᾶτε περὶ τῶν πρακτέων; Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ἅπαντα ἀλόγως ἐπράττετο, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἀγνοοῦσιν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν, οὐδὲ ἐνεκάλεσεν ὁ μακάριος Ἰωάννης, οὐδὲ ὠνείδισεν, ἀλλὰ μετὰ ἐπιεικείας ἁπάσης ἀποκρίνεται πρὸς αὐτούς. Τίνος δὲ ἕνεκεν [b] τοῦτο ἐποίει, ἐκεῖνο μαθεῖν ἄξιον, ὥστε πᾶσιν αὐτῶν κατάδηλον τὴν κακουργίαν γενέσθαι καὶ φανερόν· Πολλάκις πρὸς Ἰουδαίους ἐμαρτύρησεν ὁ Ἰωάννης τῷ Χριστῷ, καὶ ὅτε ἐβάπτιζεν αὐτοὺς, συνεχῶς αὐτοῦ πρὸς τοὺς παρόντας ἐμέμνητο, καὶ ἔλεγεν· *Ἐγὼ μὲν ὑμᾶς βαπτίζω ἐν ὕδατι· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.* Ἔπαθον οὖν τι [c] πρὸς αὐτὸν ἀνθρώπινον πάθος. Εἰς γὰρ τὴν τοῦ κόσμου δόξαν ἐπτοημένοι, καὶ τὰ κατὰ πρόσωπον βλέποντες, ἀνάξιον εἶναι ἐνόμιζον ὑποτάσσεσθαι αὐτὸν τῷ Χριστῷ. Τὸν μὲν γὰρ Ἰωάννην πολλὰ τὰ δεικνύοντα λαμπρὸν ἦν· καὶ πρῶτον, τὸ γένος ἐπίσημον καὶ περιφανές· ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱός· ἔπειτα ἡ δίαιτα καὶ ἡ σκληραγωγία, ἡ τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεροψία πάντων· καὶ γὰρ ἐσθῆτος, καὶ τραπέζης, καὶ οἰκίας, καὶ τροφῆς δὲ αὐτῆς ὑπερῆρεν, κατὰ τὴν ἔρημον τὸν ἔμπροσθεν διέτριβε χρόνον. Ἐπὶ δὲ τοῦ Χριστοῦ πᾶν τοὐναντίον ἦν· τό τε γὰρ γένος εὐτελές· ὃ καὶ πολλάκις αὐτὸ προῦφερον λέγοντες· *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός;*

[a] Mor. πῶς ἐξίητε, male. Savil. πῶς ἐξίητε. Quidam mss. πῶς ἐξῄειτε. Alii πῶς ἐξηγεῖσθε.

[b] Savil. τίνος οὖν ἕνεκεν. Ibid. Savil. ἐκεῖνο μαθεῖν ἄξιον Mor. εἰπεῖν. [c] Savil. ἔπαθόν τι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non sibi ipsi placuit, sed sicut scriptum est. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me (*Rom.* 15. 3. *Psal.* 68. 10). *Nemo igitur quod suum est quærat* (1. *Cor.* 10. 24). Sic enim quis quod suum est quærit, si quod proximum spectat, respiciat. Nam quæ proximi sunt, nostra sunt. *Corpus unum sumus, alter alterius membra et partes* (*Rom.* 12. 5). Ne igitur ita affecti simus ac si segregati essemus : ne quis dixerit, Ille mihi amicus non est, non cognatus, non vicinus, neque quid commune cum illo habeo : quomodo accedam ? quid dicam ? Etiamsi enim non cognatus, etiamsi non amicus sit, at homo est ejusdem naturæ, eumdem habens Dominum, conservus, contubernalis : in eodem quippe mundo est. Quod si eamdem fidem habeat, ecce membrum est tuum. Quæ amicitia tantam conjunctionem efficere potest, quantam fidei cognatio ? Neque enim tanta solum propinquitas inter nos exhibenda, quanta est amici ad amicum ; sed quanta membri ad membrum. Hoc quippe amicitiæ et necessitudinis [1] genere nullum majus reperias. Quemadmodum nec dicere possis, Unde mihi familiaritas et necessitudo cum illo ; id enim ridiculum est : sic nec de fratre hoc dicere possis. *Omnes enim*, inquit, *in unum corpus baptizati sumus* (1. *Cor.* 12. 13). Cur in unum corpus ? Ut non segregemur, sed ut ex mutua necessitudine et amicitia unius corporis conditionem servemus. Ne ergo proximum despiciamus, ut ne nos ipsos contemnamus [2]. *Nemo*, inquit, *carnem suam odio habet* (*Ephes.* 5. 29), sed nutrit et fovet. Ideo domum unam hunc mundum dedit nobis Deus, omnia ex æquo distribuit, unum accendit omnibus solem, unum tectum extendit, cælum, unam paravit mensam, terram. Dedit quoque alteram mensam, hac longe majorem, sed hanc unam, ut sciunt mysteriorum consortes ; unum spiritualem generationis modum omnibus largitus est : una est omnibus patria in cælis : ex eodem calice omnes bibimus. Nihil diviti plus aut pretiosius, nihil pauperi vilius vel minus datur : sed omnes ex æquo vocavit, et carnalia et spiritualia æqualiter tradidit. Unde ergo tanta in vita inæqualitas ? Ex divitum avaritia et arrogantia. Sed ne, quæso, fratres, ita in posterum agatur, communibus et magis necessariis nos una copulantibus, ne a terrenis et vilibus rebus distrahamur, a divitiis, inquam, et paupertate, a cognatione corporea, ab odio et amicitia. Hæc quippe omnia umbra sunt, et umbra abjectiora iis, qui superna caritate colligantur. Hoc vinculum infractum servemus : nihilque ex malignis spiritibus [1] surrepere poterit, quod hanc unitatem dividat : quam nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii legunt, *sollicitudinis*, pro, *necessitudinis*.
[2] Morel. hunc locum sic effert : *sic ergo proximi curam geramus, ut de nostro corpore solliciti.*

[1] Alii habent, *passionibus*, pro, *spiritibus*.

HOMILIA XVI.

19. *Hoc enim est testimonium Joannis, quando miserunt ad eum Judæi ex Jerosolymis sacerdotes et Levitas, ut interrogarent eum : Tu quis es?*

1. Grave quidpiam invidia est, dilecte, grave, inquam, et perniciosum invidis, non iis quibus invidetur. Ipsis enim prioribus nocet, ipsos priores corrumpit, tamquam virus mortiferum eorum animos occupans. Si autem in quopiam lædat eos quibus invidetur, leve et nullius momenti damnum est, quod damno majus lucrum referat. Neque in invidia solum, sed etiam in cæteris omnibus vitiis, non qui malo afficitur, sed qui afficit, is damnum accipit. Nisi enim res se ita haberet, non præcepisset discipulis Paulus injuriam accipere, potius quam inferre, cum dicit, *Cur non potius injuriam accipitis? cur non magis fraudem patimini* (1. *Cor.* 6. 7) ? Accurate quippe noverat, non mala accipienti, sed mala inferenti perniciem ubique paratam esse. Hæc porro omnia propter Judæorum livorem dicta nobis sunt. Nam qui ex urbibus ad Joannem confluxerant, et peccata sua damnantes baptizati fuerant, iidem ipsi quasi pœnitentia ducti, mittunt qui interrogent eum, *Tu quis es?* Vere genimina viperarum, serpentes, et si quid his gravius. Generatio mala, adultera et perversa, postquam baptizata es, de Baptista inquiris et curiose scrutaris? Ecquid hac stultitia stultius fuerit ? Quomodo exiistis ad eum ? quomodo peccata confessi estis ? quomodo accurristis ad baptizantem, quomodo interrogastis quid agendum esset ? Hæc quippe omnia a vobis inconsiderate facta sunt, qui nec principium, nec qua de re ageretur, intelligeretis. Sed nihil horum dixit vel exprobravit beatus Joannes, verum omni cum mansuetudine respondit. Cur autem ita se gesserit, cognitu dignum est, ut eorum nequitia omnibus manifesta esset. Sæpe Joannes apud Judæos Christo testimonium perhibuit, et cum baptizaret eos, frequenter Christum commemorabat dicebatque : *Ego quidem vos baptizo in aqua : qui autem post me venit, fortior me est. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne* (*Matth.* 3. 11). Illi igitur circa Joannem aliquid humanum passi sunt. Mundi namque gloriam spectantes, et ea solum quæ ob oculos erant respicientes, Joanne indignum putabant, si Christo inferior esset. Multa namque Joannem commendabant ; primo splendor generis ; erat enim principis sacerdotum filius (*a*) ; deinde vitæ asperitas, humanarum omnium rerum contemptus : vestitum siquidem, mensam, do-

(*a*) Non defuere alii qui dicerent Zachariam Joannis Baptistæ patrem fuisse sacerdotum principem : quod tamen in Evangelio Lucæ non dicitur, imo contrarium suadetur.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

num, ipsum cibum parvipendens, in deserto antea versatus fuerat. Christus contra, vili genere natus erat, id quod ipsi sæpe his verbis objiciebant : *Nonne hic est fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria, et fratres ejus Jacobus et Joses* (*Matth.* 13. 55)? Ac quæ videbatur ejus esse patria ita vituperabilis erat, ut etiam Nathanael diceret : *Ex Nazaret potest aliquid boni esse?* Ad hæc, vitæ genus communis, vestimenta vulgaria. Neque enim zona pellicea cingebatur, neque ex pilis paratum vestimentum habuit, neque melle et locustis vescebatur ; sed vulgari victus genere usus, etiam improborum hominum ac publicanorum conviviis intererat, ut illos attraheret. Quod non intelligentes Judæi, ipsi exprobrabant, ut et ipse ait : *Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus* (*Matth.* 11. 19). Cum ergo frequenter Joannes ab se Judæos ad Christum mitteret, qui videbatur illis Joanne inferior esse ; cum pudefacti et ægre ferentes mallent Joannem habere doctorem, id tamen aperte dicere ausi non sunt ; sed mittunt ad illum, sperantes se per adulationem posse illum allicere, ut se confiteretur Christum. Non infimæ sortis homines mittunt, ut ad Christum, cum vellent eum capere in sermone ; servos enim miserunt, deinde Herodianos ejusdemque farinæ homines : hic autem sacerdotes et Levitas ; nec quoslibet sacerdotes, sed ab Jerosolymis, id est, honorabiliores (neque enim sine causa hæc significavit evangelista) : et mittunt, ut interrogarent, *Tu quis es?* Natales quippe ejus ita conspicui erant, ut omnes dicerent : *Quis putas puer iste erit* (*Luc.* 1. 66)? et per omnia montana hæc divulgabantur. Rursumque cum venit ad Jordanem, omnes civitates advolarunt, et ex Jerusalem omnique Judæa Joannem adibant ut baptizarentur. Hi itaque nunc interrogant, non quod ignorent (quomodo enim ignorarent eum qui tot modis manifestus erat?), sed ut eum ad id, quod supra dixi, inducerent.

2. Audi ergo quomodo beatus hic ad interrogantium mentem, non ad ipsam interrogationem respondeat. Dicentibus enim, *Tu quis es?* non respondit statim id quod recte respondendum erat, *Ego vox clamantis in deserto* (*Joan.* 1. 23), sed quid? Id quod illi suspicabantur amovit. Nam interrogatus, *Tu quis es?* inquit, 20. *Confessus est, et non negavit ; et confessus est, quia non sum ego Christus.* Et vide evangelistæ sapientiam. Ter idipsum dicit, ut et Baptistæ virtutem, et nequitiam insaniamque illorum demonstret. Lucas vero dicit, quod cum turbæ suspicarentur illum esse Christum, ipse hanc amoverit suspicionem [1]. Hoc frugi servi officium est, non modo Domini sui gloriam non abripere, sed etiam oblatam a multitudine depellere. Verum turbæ ex simplicitate et ignorantia in hanc venere suspicionem : hi autem malo, ut dixi, animo interrogabant eum, sperantes se adulatione id quod optabant consequuturos esse. Nisi enim hoc sperassent, non statim ad aliam venissent interrogationem, sed indignati quod ad propositum non respondisset, dixissent : Num hoc suspicati sumus? num hoc percontatum venimus ? Sed quasi capti ac deprehensi ad aliam veniunt interrogationem : 21. *Quid ergo? Elias es tu? Et respondit, Non sum.* Nam et hunc venturum esse sperabant, ut et Christus ait. Nam interrogantibus discipulis : *Quomodo ergo scribæ dicunt, quod oporteat Eliam primum venire?* ipse respondit : *Elias quidem veniet, et restituet omnia* (*Matth.* 17. 10). Deinde interrogant : *Propheta es tu? Et respondit, Non.* Et tamen propheta erat. Cur ergo id negat? Rursus interrogantium mentem respicit. Sperabant enim prophetam quemdam eximium venturum esse, quod Moyses dixisset : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, sicut me : ipsum audite* (*Deut.* 18. 15). Hic autem erat Christus. Ideo non dicunt, Propheta es tu ? (*a*) [ex numero prophetarum ; sed cum articulo : Propheta ille es tu], qui a Moyse prænuntiatus est ? Idcirco negavit ille, non se prophetam esse, sed illum prophetam. 22. *Dixerunt ergo ei : Quis es? ut responsum demus iis qui miserunt nos. Quid dicis de teipso?* Viden' illos quidem instantes et interrogantes, neque desistentes; illum vero moderate prius remotis falsis suspicionibus, veram sententiam statuentem. Nam ait : 23. *Ego vox clamantis in deserto ; parate viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.* Quia enim magnum et excelsum quidpiam de Christo loquutus est, illorum se opinioni attemperans, ad prophetam statim confugit, hinc verbis suis fidem concilians. 24. *Et qui missi fuerant,* inquit, *erant ex Pharisæis :* 25. *et interrogaverunt eum, et dixerunt ei : Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque propheta?* Viden' me non temere dixisse, ipsos eo inducere illum voluisse ? Et initio quidem id non dicebant, ne ab omnibus deprehenderentur. Deinde quia dixit, *Non sum Christus,* rursum illi ut ea quæ intus machinabantur obtegerent, ad Eliam veniunt, et ad prophetam. Ut vero dixit, se neutrum eorum esse, dubii demum et posita larva, aperte dolosam suam mentem detegunt dicentes : *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus?* Deinde rursum obscure loquentes, alios addunt, Eliam nempe et prophetam. Quia enim adulatione ipsum supplantare non potuerant, sperarunt se accusatione posse illum cogere ad id de se confitendum, quod verum non esset : at non potuerunt. O amentiam ! o arrogantiam et intempestivam curiositatem ! Missi estis ut disceretis ab eo, quis et unde esset ipse ; numquid leges ipsi præscribetis? Hoc enim cogentium erat, ut se Christum esse confiteretur. Attamen neque nunc indignatur, neque ut par esse videbatur aliquid profert simile : An vos mihi præcipitis, legemque statuitis? verum multam rursum modestiam exhibet. Nam ait : 26. *Ego quidem baptizo in aqua :*

[1] Sic Savil. et Mss. ; in Morel. autem sic legitur : *Idem videre est apud Lucam, qui inducit Joannem dicentem iis qui inter se agitabant si forte esset Christus,* « *Venit qui fortior me est,* » *et per ea quæ respondet, hanc suspicionem amovere.*

(*a*) Quæ uncinis clauduntur, lapsu typographico desiderantur in Morel.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριὰμ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσῆς; Καὶ ἡ δοκοῦσα δὲ αὐτῷ πατρὶς εἶναι τοσοῦτον ἐπονείδιστος ἦν, ὡς καὶ τὸν Ναθαναὴλ λέγειν· *Ἐκ Ναζαρὲτ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι;* Καὶ ἡ δίαιτα δὲ κοινὴ, καὶ τὰ ἱμάτια δὲ οὐδὲν πλέον τῶν πολλῶν ἔχοντα. Οὐ γὰρ περιέκειτο ζώνην δερματίνην, οὐδὲ ἀπὸ τριχῶν τὸ ἔνδυμα εἶχεν, οὐδὲ μέλι καὶ ἀκρίδας ἤσθιεν· ἀλλὰ πᾶσιν [91] ὁμοίως διητᾶτο, καὶ συμποσίοις παρεγίνετο πονηρῶν ἀνθρώπων, καὶ τελωνῶν, ὥστε αὐτοὺς ἐπισπᾶσθαι. Ὅπερ οὐ συνιέντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ διὰ ταῦτα αὐτῷ ὠνείδιζον, καθὼς καὶ αὐτός φησιν· *Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν.* Ἐπεὶ οὖν συνεχῶς ὁ Ἰωάννης ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς ἐκεῖνον αὐτοὺς παρέπεμπε τὸν δοκοῦντα παρ' αὐτοῖς εὐτελέστερον εἶναι, αἰσχυνόμενοι καὶ δυσχεραίνοντες, καὶ βουλόμενοι τοῦτον μᾶλλον ἔχειν διδάσκαλον, φανερῶς μὲν τοῦτο οὐκ ἐτόλμησαν εἰπεῖν, πέμπουσι δὲ πρὸς αὐτὸν προσδοκῶντες διὰ τῆς κολακείας αὐτὸν ἐπισπάσασθαι εἰς τὸ ἑαυτὸν ὁμολογῆσαι Χριστόν. Οὐ τοίνυν τινὰς εὐκαταφρονήτους ἔπεμπουσιν ὡς ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· ἐκεῖνον μὲν γὰρ βουλόμενοι κατασχεῖν, ὑπηρέτας ἀπέστειλαν, καὶ Ἡρῳδιανοὺς πάλιν καὶ τοιούτους τινάς· ἐνταῦθα δὲ ἱερεῖς, καὶ Λευΐτας· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἱερεῖς, ἀλλὰ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων, τουτέστι, τοὺς ἐντιμοτέρους (οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ταῦτα ἐπεσημήνατο ὁ Εὐαγγελιστής)· καὶ πέμπουσιν, ἵνα ἐρωτήσωσι, *Σὺ τίς εἶ;* Καὶ μὴν ἡ γέννησις αὐτοῦ πᾶσα κατάδηλος ἦν, ὡς καὶ λέγειν ἅπαντας· *Τί ἆρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται;* καὶ εἰς ὅλην τὴν ὀρεινὴν ὁ λόγος ἐξῆλθεν οὗτος. Καὶ ὅτε παρεγένετο πάλιν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, πᾶσαι αἱ πόλεις ἀνεπτερώθησαν, καὶ ἐξ Ἱεροσολύμων καὶ ἐκ πάσης τῆς Ἰουδαίας ἐπορεύοντο βαπτισθῆναι πρὸς αὐτόν. Οὗτοι τοιγαροῦν ἐρωτῶσι νῦν, οὐχ ὡς ἀγνοοῦντες (πῶς γὰρ, τὸν τοσούτοις τρόποις γενόμενον δῆλον;), ἀλλὰ βουλόμενοι εἰς τοῦτο, ὅπερ εἶπον, αὐτὸν ἐναγαγεῖν.

β'. Ἄκουσον γοῦν πῶς καὶ ὁ μακάριος οὗτος πρὸς τὴν διάνοιαν μεθ' ἧς ἠρώτων, οὐ πρὸς τὴν ἐρώτησιν αὐτὴν ἀπεκρίνατο. Εἰπόντων γὰρ, *Σὺ τίς εἶ;* οὐκ εἶπεν εὐθέως ὅπερ ἐξ εὐθείας ἦν εἰπεῖν· *Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ·* ἀλλά τί; Ὅπερ ὑπώπτευον ἐκεῖνοι, τοῦτο ἀνεῖλεν. Ἐρωτηθεὶς γὰρ, φησὶ, *Τίς εἶ;* *ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν, ὅτι Ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός.* Καὶ ὅρα σοφίαν εὐαγγελιστοῦ. Τρίτον τὸ αὐτὸ λέγει, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ Βαπτιστοῦ δηλῶν, καὶ τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἄνοιαν τὴν ἐκείνων. Καὶ ὁ Λουκᾶς δέ φησιν, ὅτι τῶν ὄχλων ὑποπτευόντων αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν, πάλιν ἀναιρεῖ τὴν ὑπόνοιαν[a]. Τοῦτο οἰκέτου εὐγνώμονος, μὴ μόνον μὴ ἁρπάζειν δόξαν δεσποτικὴν, ἀλλὰ καὶ διακρούεσθαι διδομένην παρὰ τῶν πολλῶν. Ἀλλ' οἱ μὲν ὄχλοι ἐξ ἀφελείας καὶ ἀγνοίας ἐπὶ ταύτην ἦλθον τὴν ὑποψίαν· οὗτοι δὲ ἀπὸ πονηρᾶς γνώμης, καὶ ἧς εἶπον, ἠρώτων αὐτὸν, προσδοκῶντες, ὅπερ ἔφην, ἀπὸ τῆς κολακείας αὐτὸν ἐπισπᾶσθαι εἰς ὅπερ ἐσπούδαζον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο προσεδόκων, οὐκ ἂν εὐθέως ἐφ' ἑτέραν ἦλθον ἐρώτησιν, ἀλλ' ἠγανάκτησαν ἂν ὡς ἀπάδοντα ἀποκριναμένου, καὶ οὐ πρὸς τὴν πεῦσιν, καὶ εἶπον ἄν· Μὴ γὰρ τοῦτο ὑπωπτεύσαμεν; μὴ γὰρ τοῦτο παρεγενόμεθα ἐρησόμενοι; Ἀλλ' ὡς ἀλόντες καὶ κατάφωροι γενόμενοι, ἐφ' ἕτερον ἔρχονται, καὶ λέγουσι· *Τί οὖν;* [92] *Ἠλίας εἶ σύ; Καὶ λέγει· Οὐκ εἰμί.* Καὶ γὰρ καὶ τοῦτον προσεδόκων ἥξειν, καθὼς καὶ ὁ Χριστός φησιν. Ἐρομένων[b] γὰρ τῶν μαθητῶν· *Πῶς οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;* αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἠλίας μὲν ἔρχεται, καὶ ἀποκαταστήσει πάντα.* Εἶτα ἐρωτῶσιν· *Ὁ προφήτης εἶ σύ; Καὶ ἀπεκρίθη, Οὔ.* Καὶ μὴν προφήτης ἦν. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἀρνεῖται; Πάλιν πρὸς τὴν διάνοιαν βλέπων τῶν ἐρωτώντων, Προσεδόκων γάρ τινα προφήτην ἐξαίρετον ἥξειν, διὰ τὸ λέγειν Μωϋσέα· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε.* Οὗτος δὲ ἦν ὁ Χριστός. Διά τοι τοῦτο οὐ λέγουσι, Προφήτης εἶ σύ; ἕνα τῶν πολλῶν αἰνιττόμενοι· ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἄρθρου, *Ὁ προφήτης εἶ σύ;* ἐκεῖνος, φησὶν[c], ὁ παρὰ Μωϋσέως προανακηρυχθείς. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ οὗτος ἠρνήσατο, οὐ τὸ προφήτης εἶναι, ἀλλὰ τὸ, ἐκεῖνος ὁ προφήτης. *Εἶπον οὖν αὐτῷ· Τίς εἶ; ἵνα ἀπόκρισιν δῶμεν τοῖς πέμψασιν ἡμᾶς. Τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ;* Ὁρᾷς τοὺς μὲν σφοδρότερον ἐπικειμένους καὶ ἐπείγοντας[d] καὶ ἐρωτῶντας πάλιν, καὶ οὐκ ἀφισταμένους· τὸν δὲ μετ' ἐπιείκειας πρότερον τὰς οὐκ οὔσας ὑπονοίας ἀναιροῦντα, καὶ τότε τὴν οὖσαν τιθέντα; *Ἐγὼ γὰρ, φησὶ, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης.* Ἐπειδὴ γὰρ μέγα τι καὶ ὑψηλὸν ἐφθέγξατο περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν, ἐπὶ τὸν Προφήτην εὐθέως κατέφυγεν, ἀξιόπιστον καὶ ἐντεῦθεν τὸν λόγον ποιῶν. *Καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων,* φησὶ· *καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, καὶ εἶπον αὐτῷ· Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης;* Ὁρᾷς ὡς οὐ μάτην ἔλεγον, ὅτι εἰς τοῦτο αὐτὸν ἐναγαγεῖν ἠβούλοντο; Καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν αὐτὸ οὐκ ἔλεγον, ἵνα μὴ κατάφωροι γένωνται ἅπασιν. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπεν, *Οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς,* πάλιν ἐκεῖνοι συσκιάσαι βουλόμενοι, ἅπερ ἔνδον ἐτύρευον, ἐπὶ τὸν Ἠλίαν ἔρχονται καὶ τὸν προφήτην. Ὡς δὲ ἔφησε μηδὲ ἐκείνων τις εἶναι, ἀπορούμενοι λοιπὸν, καὶ τὸ προσωπεῖον ῥίψαντες, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὴν δολερὰν αὐτῶν ἐμφαίνουσι γνώμην, λέγοντες· *Τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστός;* Εἶτα πάλιν συσκιάσαι βουλόμενοι, καὶ τοὺς ἄλλους προστιθέασι[e], τὸν Ἠλίαν λέγω καὶ τὸν προφήτην. Ἐπειδὴ γὰρ κολακείᾳ οὐκ ἴσχυσαν ὑποσκελίσαι, ἐγκλήματι προσεδόκησαν αὐτὸν δύνασθαι ἀναγκάζειν[f] ὅπερ οὐκ ἦν εἰπεῖν· ἀλλ' οὐκ ἴσχυσαν. Ὦ τῆς ἀνοίας! ὦ τῆς ἀλαζονείας καὶ τῆς ἀκαίρου περιεργίας! ἀπεστάλητε μαθησόμενοι παρ' αὐτοῦ τίς εἴη καὶ πόθεν, οὐχὶ καὶ νόμους αὐτῷ θήσετε; Τοῦτο γὰρ πάλιν ἀναγκαζόντων ἦν ὁμολογῆσαι ἑαυτὸν Χριστόν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ νῦν ἀγανακτεῖ, οὐδὲ λέγει τι τοιοῦτον πρὸς αὐτοὺς οἷον εἰκός· ὑμεῖς ἐμοὶ διατάττεσθε καὶ νομοθετεῖτε; ἀλλὰ πολλὴν πάλιν τὴν ἐπιείκειαν [93] ἐπιδείκνυται. *Ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Οὗτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος*[g] *ἵνα λύσω τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.*

[a] Sic Savil. et mss. Morel. ἐκείνων. Τὸ αὐτὸ καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἔστιν ἰδεῖν τὸν Ἰωάννην λέγοντα πρὸς τοὺς διαλογιζομένους περὶ αὐτοῦ μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ὅτι Ἔρχεται ἰσχυρότερός μου· καὶ δι' ὧν ἀποκρίνεται ἀναιρούμενα πάλιν τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν.

[b] Quidem ἐρωτωμένων. [c] Εἶ σύ;... ἐκεῖνός φησιν. Intermedia desiderantur in Mor. [d] Alii καὶ ἐπεισάγοντας. [e] Sic Savil. et alii. Morel. Χριστός; εἶδες πῶς συσκιάζοντες ὅπερ εἶχον, τοὺς ἄλλους προστιθέασι. [f] Morel. ἐγκλήματι περιβαλεῖν αὐτὸν... ἀναγκάζοντες. [g] Morel. ἱκανός.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γ'. Τί πρὸς ταῦτα λοιπὸν ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν οἱ Ἰουδαῖοι; Ἀπαραίτητος γὰρ κάντεῦθεν ἡ κατ' αὐτῶν κατηγορία, ἀσύγγνωστος ἡ κατάκρισις· αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τὴν ψῆφον ἐξήνεγκαν. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Ἀξιόπιστον ἡγήσαντο εἶναι τὸν Ἰωάννην, καὶ οὕτως ἀληθῆ, ὡς μὴ μόνον ἑτέροις μαρτυροῦντα [a], ἀλλὰ καὶ αὐτῷ περὶ ἑαυτοῦ λέγοντι πιστεῦσαι. Οὐδὲ γὰρ ἂν, εἰ μὴ οὕτω διέκειντο, ἔπεμψαν ἂν εἰσόμενοι παρ' αὐτοῦ τὰ περὶ ἑαυτοῦ. Ἴστε γὰρ ὅτι μόνοις ἐκείνοις μάλιστα περὶ ἑαυτῶν λέγουσι πιστεύομεν, οὓς ἂν ἁπάντων ἀληθεστέρους εἶναι νομίζωμεν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ἀποφράττον αὐτῶν τὰ στόματα, ἀλλὰ καὶ ἡ γνώμη μεθ' ἧς πρὸς αὐτὸν παρέβαλον. Καὶ γὰρ μετὰ πολλῆς ἐξῆλθον τῆς προθυμίας πρὸς αὐτὸν, εἰ καὶ ὕστερον μετεβάλοντο. Ἅπερ ἀμφότερα δηλῶν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καιόμενος· καὶ ὑμεῖς ἠθελήσατε πρὸς ὥραν ἀγαλλιασθῆναι ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ.* Καὶ ἡ ἀπόκρισις δὲ αὐτοῦ πάλιν ἀξιοπιστότερον αὐτὸν ἐποίει. *Ὁ γὰρ μὴ ζητῶν τὴν δόξαν τὴν ἑαυτοῦ, φησὶν, ἀληθής ἐστιν, καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν.* Οὗτος δὲ οὐκ ἐζήτησεν, ἀλλ' ἐφ' ἕτερον αὐτοὺς παραπέμπει. Καὶ οἱ ἀποσταλέντες δὲ, τῶν ἀξιοπίστων παρ' αὐτοῖς καὶ τὰ πρωτεῖα ἐχόντων, ὥστε μηδαμόθεν αὐτοῖς εἶναι καταφυγὴν, μηδὲ παραίτησιν εἰς τὴν ἀπιστίαν, ἣν ἠπίστησαν τῷ Χριστῷ. Τίνος γὰρ ἕνεκεν οὐκ ἐδέξασθε τὰ εἰρημένα περὶ αὐτοῦ παρὰ Ἰωάννου; Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε τοὺς τὰ πρωτεῖα ἔχοντας· ὑμεῖς ἠρωτήσατε δι' αὐτῶν· ὑμεῖς ἠκούσατε ἅπερ ἀπεκρίνατο ὁ Βαπτιστής. Πᾶσαν ἐκεῖνοι περιεργίαν ἐπεδείξαντο, πάντα ἠρεύνησαν, καὶ οὓς ὑπωπτεύετε πάντας εἶπον· καὶ ὅμως μετὰ παῤῥησίας πολλῆς ὡμολόγησε μὴ εἶναι μήτε ὁ Χριστὸς, μήτε Ἠλίας, μήτε ὁ προφήτης. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ καὶ ἐδίδαξε τίς εἶη, καὶ διελέχθη καὶ περὶ τῆς τοῦ οἰκείου βαπτίσματος φύσεως, ὅτι μικρὸν καὶ εὐτελὲς, καὶ ὕδατος πλέον ἔχον οὐδὲν, δεικνὺς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βαπτίσματος, τοῦ παρὰ τοῦ Χριστοῦ διδομένου. Παρήγαγε δὲ καὶ [b] Ἡσαΐαν τὸν προφήτην μαρτυροῦντα ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου· καὶ τὸν μὲν Κύριον καλοῦντα, τὸν δὲ διάκονον αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτην ὀνομάζοντα. Τί λοιπὸν ἔδει; οὐχὶ πιστεῦσαι τῷ μαρτυρηθέντι, καὶ προσκυνῆσαι, καὶ ὁμολογῆσαι Θεόν; Ὅτι γὰρ οὐχὶ κολακείας ἦν ἡ μαρτυρία, ἀλλ' ἀληθείας, ἐδείκνυ μὲν καὶ ὁ τρόπος καὶ ἡ φιλοσοφία τοῦ μαρτυρήσαντος. Δῆλον δὲ κἀκεῖθεν τοῦτο, ὅτι οὐδεὶς τὸν πλησίον ἑαυτοῦ προτίθησιν [c], οὐδὲ ἑξὸν αὐτῷ χαρίσασθαι τιμὴν, ἑτέρῳ ταύτης παραχωρεῖν ἐθέλοι, καὶ ταῦτα τοσαύτης οὔσης. [94] Ὥστε οὐκ ἂν οὐδὲ Ἰωάννης μὴ Θεῷ ὄντι τῷ Χριστῷ ταύτης ἂν ἐξέστη τῆς μαρτυρίας. Εἰ γὰρ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ταύτην ὡς μείζονα οὖσαν τῆς οἰκείας φύσεως διεκρούσατο, ἀλλ' οὐκ ἂν ἑτέρᾳ φύσει πάλιν αὐτὴν ἀνέθηκε ταπεινοτέρᾳ. *Μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.* Τοῦτο εἶπεν, ὅτι εἰκὸς ἦν [d] αὐτὸν καὶ ἀναμεμίχθαι τῷ λαῷ ὡς ἕνα τῶν πολλῶν, ἅτε πανταχοῦ τὸ ἄτυφον καὶ ἀκόμπαστον διδάσκοντα. Εἴδησιν δὲ ἐνταῦθα, γνῶσίν φησι τὴν ἀκριβῆ· οἷον, τίς ἐστι, καὶ πόθεν. Τὸ δὲ, *Ὀπίσω μου ἐρχόμενος*, συνεχῶς τίθησι, μονονουχὶ λέγων· μὴ νομίσητε τὸ πᾶν ἐν τῷ ἐμῷ κεῖσθαι βαπτίσματι. Οὐκ ἂν, εἰ τοῦτο τέλειον ἦν, ἕτερος ἂν ἦλθε μετ' ἐμὲ παρέξων ἕτερον· ἀλλὰ παρασκευὴ τοῦτό ἐστιν ἐκείνου καὶ προοδοποίησις. Τὰ δὲ ἡμέτερα σκιὰ καὶ εἰκών· ἄλλον χρὴ τὸν τὴν ἀλήθειαν ἐπιθήσοντα παραγενέσθαι. Ὥστε αὐτὸ τὸ ὀπίσω μου ἐλθεῖν, τοῦτο μάλιστα αὐτοῦ δείκνυσι τὸ ἀξίωμα. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν τέλειον, οὐκ ἂν δευτέρου ἐζητεῖτο τόπος. *Ἔμπροσθέν μου γέγονε*· τουτέστιν, ἐντιμότερος, λαμπρότερος. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσωσιν ἀπὸ συγκρίσεως εἶναι τὴν ὑπεροχὴν, τὸ ἀσύγκριτον παραστῆσαι θέλων, ἐπήγαγεν [e]· *Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς λῦσαι τὸν ἱμάντα*· τουτέστιν, οὐχ ἁπλῶς ἔμπροσθεν γέγονεν, ἀλλ' οὕτως ὡς ἐμὲ μηδὲ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν τούτου διακόνων ἀριθμηθῆναι ἄξιον εἶναι· τὸ γὰρ ὑπόδημα λῦσαι, τῆς ἐσχάτης διακονίας ἐστὶ πρᾶγμα. Εἰ δὲ Ἰωάννης οὐκ ἄξιος τὸν ἱμάντα λῦσαι, Ἰωάννης, οὗ μείζων οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν γέγονε, ποῦ τάξομεν ἡμεῖς ἑαυτούς; Εἰ ὁ τῆς οἰκουμένης ἀντίῤῥοπος, μᾶλλον δὲ μείζων (*Οὐκ ἦν γὰρ αὐτῶν*, φησὶν, *ἄξιος ὁ κόσμος*) [f], οὐδὲ ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῶν διακονησαμένων ἑαυτὸν καταλέγεσθαί φησιν ἄξιον εἶναι· τί ἐροῦμεν ἡμεῖς οἱ μυρίων γέμοντες κακῶν, οἱ τοσοῦτον ἀποδέοντες τῆς ἀρετῆς τοῦ Ἰωάννου, ὅσον ἡ γῆ τοῦ οὐρανοῦ;

δ'. Οὗτος μὲν οὖν οὐδὲ τὸ λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος ἄξιον εἶναι ἑαυτὸν λέγει. Οἱ δὲ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ τοσαύτην ἐμάνησαν μανίαν, ὡς καὶ τοῦ εἰδέναι αὐτὸν, ὡς αὐτὸς οἶδεν ἑαυτὸν, ἀξίους εἶναι λέγειν ἑαυτούς [g]. Τί ταύτης τῆς παραπληξίας χεῖρον; τί ταύτης τῆς ἀλαζονείας μανικώτερον; Καλῶς τις ἔλεγε σοφὸς, ὅτι *Ἀρχὴ ὑπερηφανίας, τὸ μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον.* Οὐκ ἂν κατηνέχθη καὶ διάβολος γέγονεν ὁ διάβολος, οὐκ ὢν διάβολος πρότερον, εἰ μὴ τοῦτο τὸ νόσημα ἐνόσησε. Τοῦτο αὐτὸν τῆς παῤῥησίας ἐξέβαλεν ἐκείνης, τοῦτο εἰς τὴν γέενναν ἔπεμψε, τοῦτο τῶν κακῶν αἴτιον αὐτῷ πάντων ἐγένετο. Ἱκανὸν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὸ διαφθεῖραι πᾶσαν ἀρετὴν ψυχῆς, κἂν ἐλεημοσύνην εὕρῃ, κἂν εὐχὴν, κἂν νηστείαν, κἂν ὁτιοῦν. *Τὸ γὰρ ὑψηλὸν ἐν ἀνθρώποις, ἀκάθαρτον*, φησὶ, *παρὰ Κυρίῳ.*

Οὐκ ἄρα πορνεία μόνον, οὐδὲ μοιχεία μολύνειν εἴωθε τοὺς χρωμένους αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ ὑπερηφανία, καὶ πολλῷ πλέον ἐκείνων. Διατί; Ὅτι πορνεία μὲν, εἰ καὶ ἀσύγγνωστον κακὸν, ἀλλ' ὅμως ἔχει τις τὴν ἐπιθυμίαν εἰπεῖν· ἀλαζονεία δὲ οὐδὲ αἰτίαν ἂν εὕροι τινά, [95] οὐδὲ οἱανδήποτε πρόφασιν, δι' ἣν ἂν τύχοι σκιᾶς γοῦν συγγνώμης· ἀλλ' οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν αὕτη, ἢ διαστροφὴ ψυχῆς καὶ νόσος χαλεπωτάτη, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν τικτομένη, ἢ ἐξ ἀνοίας. Οὐδὲν γὰρ ἀνοητότερον ἀλαζόνος ἀνθρώπου, κἂν πλοῦτον ᾖ περιβεβλημένος, κἂν πολλὴν κεκτημένος τὴν ἔξωθεν σοφίαν, κἂν ἐν δυναστείᾳ καθεστὼς, κἂν ἅπαντα τὰ ἐν ἀνθρώποις εἶναι δοκοῦντα ζηλωτὰ περιφέρων. Εἰ γὰρ ὁ ἐπὶ τοῖς ὄντως καλοῖς ἀλαζονευόμενος, ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, καὶ πάντων ἐκείνων τὸν μισθὸν ἀπόλλυσιν· ὁ ἐν τοῖς μηδὲν οὖσιν ἐπαιρόμενος, καὶ διὰ τὴν σκιὰν καὶ τὸ ἄνθος τοῦ χόρτου (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ παροῦσα δόξα) φυσῶν ἑαυτὸν, πῶς οὐκ ἂν εἴη πάντων καταγελαστότερος, ταὐτὸν ποιῶν, ὅπερ ἄν τις ποιήσειε πτωχὸς καὶ πένης, πάντα μὲν τὸν χρόνον λιμῷ τηκόμενος, εἰ δὲ συμβαίη ποτὲ μίαν νύκτα χρηστὸν ὄναρ ἰδεῖν, διὰ τοῦτο γαυρούμενος; Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, τῆς ψυχῆς σοι διαφθειρομένης χαλεπωτάτῃ νόσῳ, καὶ τὴν ἐσχάτην πενόμενος πενίαν, μέγα φρονεῖς, ὅτι χρυσοῦ τάλαντα ἔχεις τόσα καὶ τόσα; ὅτι πλῆθος ἀνδραπόδων; Ἀλλὰ ταῦτα οὐ σά. Καὶ εἰ μὴ πείθῃ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν, ἀπὸ τῆς πείρας τῶν προλαβόντων μάνθανε. Ἐὰν δὲ οὕτω μεθύῃς, ὡς μήτε ἐκ τῶν ἑτέροις συμβαινόντων ταῦτα παιδεύεσθαι, μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ εἴσῃ διὰ τῶν εἰς σὲ συμβαινομένων ὅτι σοι τούτων ὄφελος οὐ-

Recte suspicatur Savilius legendum μαρτυροῦντι. [b] Savil. et cod. 705, 706 οὐδέν· εἶπε τὴν ὑπ.... παρήγαγε καί. [c] Quidam οὐδεὶς τῷ πλησίον αὐτοῦ προστίθησιν. [d] Savil. et codd. 705, 706 εἰκὸς γὰρ ἦν.

[e] Savil. τὴν ὑπερβολὴν... παραστῆσαι βουλόμενος, φησίν. [f] Morel. μείζων. Οὕτω γὰρ περὶ ὧν γράφει δικαίων ὁ Παῦλός φησιν, Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. [g] Morel ἑαυτὸν ἀπαυθαδιαζομένους αὐτοὺς λέγειν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

medius autem vestrum stat, quem vos nescitis. 27. *Hic est qui post me venturus est, qui ante me factus est, cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti.*

3. *Judæos testimonium Joannis B. postulantes, suam ipsi accusationem postularunt.* — Quid his opponere possunt Judæi? Contra hanc accusationem ne mutire quidem possunt, damnatio nulla venia averti potest, ipsi contra seipsos sententiam tulerunt. Quomodo et qua ratione? Fide dignum putabant esse Joannem, et ita veracem, ut non modo cum de aliis, sed etiam cum de seipso testificaretur, credendus esset. Neque enim, nisi ea fuissent opinione, misissent qui interrogarent illum de seipso. Scitis enim nos illis tantum de seipsis loquentibus credere, quos omnium veracissimos esse putamus. Neque illud tantum ipsorum obstruit ora, sed animus quoque quo illum adorti sunt. Cum vehementi namque studio ipsum adierunt, licet postea mutati sint. Quæ ambo significans Christus dicebat: *Ille erat lucerna ardens, et vos voluistis ad horam exsultare in ejus luce* (*Joan.* 5. 35). Et responsio ejus fidem ipsi conciliabat majorem. *Qui enim non quærit gloriam suam*, inquit, *verax est, et injustitia in illo non est* (*Ibid.* 7. 18). Hic vero non quæsivit, sed ad alium ipsos misit. Et qui missi fuerant ex fide dignioribus apud ipsos et ex primariis viris erant, ut nulla ipsis superesset excusatio aut venia quod Christo non crediderint. Cur enim non obtemperastis iis quæ Joannes de illo dicebat? Vos misistis primores vestros, vos ipsorum opera interrogastis! vos audistis quid Baptista responderit. Omne studium, omnem diligentiam illi adhibuerunt, omnia scrutati sunt, omnesque protulerunt quos suspicabamini: et tamen ille cum libertate magna confessus est, se nec Christum, nec Eliam, nec prophetam illum esse. Neque hoc contentus, quis ipse esset docuit, et de baptismatis sui natura disseruit, quod nempe exiguum et vile esset, et præter aquam nihil amplius haberet, ostendens præcellentiam baptismatis a Christo dati. Protulit quoque Isaiam prophetam diu antea testificantem, illum Dominum, hunc servum et ministrum vocantem. Quid demum supererat? annon ut crederent ei de quo testimonium ferebatur, ut adorarent eum, et confiterentur Deum? Quod autem testimonium non ex adulatione, sed ex veritate procederet, id et mores et philosophia testificantis ostendebant. Inde vero palam id erat, quod nemo proximum sibi præferat, neque si possit honorem sibi conciliare, alteri illum cedat, cum maxime tantus esset honor. Itaque Joannes, nisi Christus fuisset Deus, numquam hoc testimonium protulisset. Nam si hunc honorem, utpote naturam suam longe exsuperantem, ab se repulit: certe non alii naturæ inferiori illum tribuisset. *Medius autem vestrum stat, quem vos nescitis.* Hoc dixit, quia ille, ut par erat, quasi unus e turba populo admiscebatur, utpote qui ubique et fastus et pompæ contemptum edoceret. Cognitionem autem hic dicit perfectam notitiam, nempe quis esset, unde venisset. Illud vero, *Post me venturus est*, sæpe posuit, ac si diceret: Ne putetis totum in baptismate meo perfici. Si hoc perfectum esset, non alius post me veniret, alterum allaturus; sed hoc ad illud est præparatio quædam. Nostra sunt umbra et imago; alium venire oportet, qui veritatem afferat. Itaque illud, *Post me veniet*, ejus dignitatem maxime ostendit. Nam si hoc perfectum esset, non secundum quæreretur, *Ante me factus est;* hoc est, me honorabilior et clarior est. Deinde ne putarent præcellentiam ex comparatione indicari, ut nullam esse comparationem declaret, adjicit: *Cujus non sum dignus solvere corrigiam;* hoc est, Non solum ante me factus est, sed ita res est, ut ne quidem inter ultimos ejus famulos computari merear; calceamentum quippe solvere, extremum ministerium est. Quod si Joannes non est dignus qui corrigiam solvat, Joannes quo nullus major inter natos mulierum (*Luc.* 7. 28. *Matth.* 11. 11): quo nos ipsi loco ponemus? Si is qui orbi æqualis, imo illo major erat [1] (*Quorum*, inquit, *dignus non erat mundus* [*Hebr.* 11. 38]), se indignum esse ait qui inter ultimos ejus ministros computetur: quid nos dicemus, qui malis innumeris onusti sumus, qui tantum distamus a Joannis virtute, quantum terra distat a cælo?

4. Hic ergo se indignum esse ait qui solvat corrigiam calceamenti. Inimici autem veritatis in tantam prorumpunt insaniam, ut dicant se nosse illum, ut ipse se novit. Qua amentia quid deterius? qua arrogantia quid furiosius? Bene dixit sapiens quidam: *Principium superbiæ non nosse Dominum* (*Eccli.* 10. 14). Non dejectus nec diabolus effectus fuisset diabolus ille, qui ante diabolus non erat, nisi hoc morbo captus fuisset. Hoc illum a pristina fiducia dejecit, hoc in gehennam demisit, hoc ipsi caput omnium malorum fuit. Hoc quippe vitium omnem animi virtutem labefactat, eleemosynam nempe, orationem, jejunium, quidvis aliud. *Excelsum in hominibus*, inquit, *impurum est apud Dominum.*

Superbia omni vitio pejor. Homo arrogans acriter redarguitur. — Non fornicatio igitur, non adulterium tantum hominem polluit, sed etiam et multo magis superbia. Quare? Quoniam fornicatio licet venia indigna sit, potest tamen quis concupiscentiam prætendere: arrogantia vero nullam habet causam, non obtentum, quo vel veniæ umbram mereatur: sed nihil aliud est quam mentis eversio, morbus gravissimus ex una insipientia ortus. Nihil enim insipientius arrogante homine, etsi opulentissimus sit, etsi externa illa sapientia admodum instructus, quantumvis potens, etiamsi ea omnia quæ hominibus expetenda videntur obtineat. Nam si is qui de veris bonis superbit, infelix ac miser, omnium illorum mercedem amittat; qui de iis quæ nihil sunt extollitur, qui ex umbra et fœni flore, id enim est inanis gloria, sese inflat, quomodo non omnium maxime ridiculus sit, cum idipsum agat quod pauper et mendicus, qui

[1] Quæ intra parentheses includuntur, aliter habentur in Morel., nempe: *Paulus enim, de justis loquens, dicit,* « *Quorum dignus non erat mundus.* »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

semper famelicus, si semel lætum somnium noctu viderit, ideo glorietur? Infelix et miser, dum anima tua gravissimo morbo corrumpitur, extrema paupertate laborans, altum sapis, quod tot talenta auri habeas, quot servorum turbam! Verum hæc non tua sunt. Si mihi non credis, aliorum divitum experientia id edisce. Sin ita ebrius es, ut hujusmodi exemplis non instituaris, paululum exspecta, et experimento tuo edisces, nihil hinc tibi utilitatis accedere, quando animam efflans, nec horæ nec momenti unius dominus, hæc invitus præsentibus relinques, iisque sæpe quibus nolles. Multis enim nec de iis disponere permissum fuit, sed repente migrarunt, dum iis frui optarent, nec concessum illis est, sed abstracti, ac per vim abducti, aliis, quibus minime volebant, ea reliquerunt. Quod ne nobis accidat, hinc jam, dum per valetudinem licet, mittamus in civitatem nostram. Illo enim tantum modo his frui poterimus, alias minime: sic in tutissimum locum recondemus. Nihil enim, nihil utique potest ea istinc auferre, non mors, non testamenta, non hereditatum successio, non sycophantiæ vel insidiæ; sed qui hinc abscedit multa secum ferens, iis perpetuo fruetur. Quis ergo sic miser est, qui nolit cum pecuniis suis æternum deliciari? Transferamus ergo divitias nostras, illic deponamus. Non nobis opus erit asinis, camelis, curribus, non navibus ad hæc transvehenda: hac difficultate nos eripuit Deus; sed opus tantum habemus pauperibus, claudis, cæcis, infirmis. Iis talis comportatio demandata est: hi pecunias transmittunt in cælum; hi talium possessores opum in æternorum hereditatem bonorum perducunt; quam nos omnes assequi contingat gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, una cum Spiritu sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XVII.

28. *Hæc facta sunt in Bethania*[1] *trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.* 29. *Altera autem die videt Jesum venientem ad se, et ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

3. *In rebus divinis non nimiam curiositatem adhibendam esse, exemplo Nicodemi comprobatur.*—Sic et hæretici in sua perstant hæresi, pari modo interrogantes; dicunt enim alii, Quomodo incarnatus est? alii, Quomodo natus? cogitationumque suarum infirmitati immensam illam subjiciunt substantiam. Quæ cum sciamus, intempestivam illam curiositatem vitare oportet. Neque enim quomodo hæc facta sint scient umquam ii qui hasce movent quæstiones, et a recta fide excident. Ideo Nicodemus dum dubius modum quærit (intellexit enim ea quæ Christus dicebat ad se spectare), turbatur, caligine repletus hæret, utpote qui se hominem adiisse putet, et majora audiat quam quæ ad hominem pertinere possint, quæque nemo umquam audierit : mentem quidem erigit ad dictorum sublimitatem, sed obtenebratur, nec consistere potest : undique circumfertur, et frequenter ex fide excidit. Ideoque persistit impossibilia tentans, ut Jesum ad clariorem doctrinam evocet. *Numquid potest*, inquit, *homo in ventrem matris suæ iterato introire et nasci?* Animadvertite, quando quis propriis cogitationibus spiritualia permittit, quomodo ridicula proferat; ac delirare videatur ut ebrius, quando præter Dei placitum, dicta curiosius scrutatur, neque fidei assensum præbet? Audivit generationem, nec intellexit eam spiritualem esse; sed in carnis vilitatem dictum pertraxit, tantumque tam sublime dogma ad naturalem rerum seriem deduxit. Ideo nugas et ridiculas quæstiones jam comminiscitur. Idcirco Paulus dicebat : *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus* (1. *Cor.* 2. 14). Verumtamen

[1] Suspicatur Savilius legendum, *non animalis est, sed spiritualis.* Ego nihil mutandum censeo.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

hic etiam Nicodemus reverentiam erga Christum servat. Neque enim dictum irrisit, sed impossibile esse putans siluit. Duo namque dubitationem afferre poterant, generatio talis, et regnum. Nondum enim regni nomen apud Judæos auditum fuerat, neque generatio hujusmodi. Sed interim in priori consistit, quod ejus mentem maxime exagitabat.

Divina ratiocinio non scrutanda. Pravi mores mentem obscurant. Divitiarum damna; bona eleemosynæ. — Hæc cum sciamus, ne ratiocinio divina scrutemur, neque ad naturalem rerum seriem illa referamus, vel naturali necessitati subjiciamus; sed pie omnia cogitemus, credentes Scripturæ dictis. Nam curiosus indagator nihil lucratur, ac præterquam quod id quod quærit non inveniet, extremas etiam dabit pœnas. Audis Patrem genuisse : id quod audisti crede; quomodo autem, ne quæras, neque ideo generationem abneges : hoc enim extremæ improbitatis esset. Nam si Nicodemus audita generatione, non illa ineffabili, sed hac generatione secundum gratiam; quia nihil magnum de illa cogitavit, sed humana tantum et terrena commentus est, in dubium et caliginem conjectus est : qui tremendam illam generationem, quæ et rationem et mentem omnem exsuperat, curiose scrutantur et explorant, quanto supplicio digni fuerint? Nihil enim tantas parit tenebras, quantas humana ratio, quæ terrena semper loquitur, neque supernam illuminationem admittit. Luteas quippe versat et terrenas cogitationes. Ideo supernis nobis fluentis est opus, ut luto deposito, quidquid in mente purum est sursum feratur, et cum divinis dogmatibus commisceatur. Illud vero tunc contingit, cum et animam probam et rectam vitam exhibemus. Potest enim, potest utique non ex intempestiva modo curiositate, sed etiam ex morum pravitate mens nostra obscurari. Idcirco Paulus Corinthiis dicebat : *Lac vobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis; sed ne nunc quidem potestis : adhuc enim carnales estis. Cum sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis* (1. *Cor.* 3. 2. 3)? In Epistola quoque ad Hebræos et alibi sæpe apud Paulum hæc dicitur esse pravorum dogmatum causa. Anima enim affectibus dedita non potest quid magnum aut generosum intueri; sed ceu quadam lippitudine perturbata, densissimis tenebris subjecta est. Expurgemus itaque nosmetipsos, illuminemus luce[1] cognitionis, ne semen in spinas jaciamus. Quænam hæc sit spinarum copia nostis, etsi nos taceamus. Sæpe namque Christum audistis præsentis vitæ sollicitudinem, divitiarumque fallaciam spinarum nomine vocantem; et jure quidem. Quemadmodum enim illæ infructuosæ sunt, ita et divitiæ; ut illæ tangentes se lacerant, sic et hæc vitia animam : ac quemadmodum spinæ igne facile absumuntur, et odiosæ agricolis sunt, ita et res mundanæ : ac sicut in spinis feræ, viperæ, scorpii occultantur, ita et in divitiarum fallacia. Verum immittamus Spiritus ignem, ut et spinas consumamus, et feras fugemus, ut purum paremus agricolæ arvum; deinde vero spiritualibus ipsum rigemus alveis. Plantemus olivam fructiferam, mitissimam arborem semperque virentem, illuminantem, nutrientem, valetudini aptam. Hæc omnia in se habet eleemosyna, quæ quasi sigillum est ipsam possidentibus. Hanc arborem ne mors quidem ipsa arefacit : sed stat illa semper mentem illuminans, nervos animæ fovens, vires integras servans, robustioremque reddit animam. Si perpetuo illam habeamus, poterimus cum fiducia Sponsum videre, et in thalamum intrare; quem nos omnes assequi contingat gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria simulque Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Unus habet, *illuminatione*, pro, *luce*.

HOMILIA XXV.

5. *Respondit Jesus : Amen dico tibi : Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei.*

1. Pueruli quotidie magistros adeuntes, doctrinam accipiunt et recitant, et numquam hoc agendi finem faciunt, imo nonnumquam noctibus dies adjiciunt, idque pro fluxis rebus facere a vobis coguntur. Nos autem non a vobis, qui in perfectiore ætate estis, hoc requirimus, quod vos a filiis vestris exigitis. Neque enim quotidie, sed bis tantum in hebdomada (*a*), idque per brevem diei partem, ut laborem levemus, vos concioni adesse et attendere hortamur. Ideo paulatim vobis Scripturarum dicta decerpimus, ut ea facilius capere, et in mentis vestræ receptaculis deponere valeatis, atque in memoria retinere, ut possitis ea aliis referre. Nisi fortasse quispiam admodum somniculosus sit et ignavus pueruloque hebetior. Dictorum itaque seriem arripiamus; Nicodemo namque in humiliora decidente, et Christi dictum ad terrenam generationem deprimente, ac dicente impossibile esse senem denuo nasci, Christus generationis illius modum clarius explicat, qui difficile quidem intelligeretur ab eo, qui animali modo interrogasset, possetque tamen ab hac abjecta cogitatione interrogantem erigere. Quid enim dicit? *Amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest intrare in regnum Dei;* id est : Tu quidem hoc impossibile esse dicis : ego vero admodum possibile dico; ut etiam necessarium sit, et sine illo nemo salvus esse possit. Necessaria enim, nobis admodum facilia fecit Deus. Nam terrena quidem generatio, secundum carnem, ex pulvere est : quapropter a cœlestibus illa intercluditur : quid enim habet terra cum cœlo commune? Illa vero ex Spiritu facile nobis cœlestes illos fornices aperit. Audite quotquot nondum illuminati estis : exhorrescite, gemite : tremenda quippe est comminatio, terribilis sententia; *Non potest*, inquit, *qui non natus est ex aqua et Spiritu, intrare in regnum cœlo-*

(*a*) Chrysostomus bis in hebdomade concionabatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Οὐ γὰρ ἔσκωψε τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ἀδύνατον εἶναι νομίζων, ἐσίγησεν. Δύο γὰρ ἦν τὰ ἄπορα, ἥ τε γέννησις ἡ τοιαύτη, ἥ τε βασιλεία. Οὔτε γὰρ βασιλείας ὄνομα ἠκούσθη παρὰ Ἰουδαίοις ποτὲ, οὔτε γεννήσεως τοιαύτης. Ἀλλὰ τέως περὶ τὸ πρότερον ἵσταται, ὃ μάλιστα αὐτοῦ τὴν διάνοιαν κατέσεισε.

Ταῦτ' οὖν εἰδότες μὴ λογισμῷ τὰ περὶ Θεοῦ ζητῶμεν, μηδὲ ὑπὸ τὴν ἀκολουθίαν τὴν παρ' ἡμῖν ἄγωμεν τὰ ἐκεῖθεν, μηδὲ ἀνάγκῃ φύσεως ὑποβάλλωμεν· ἀλλ' εὐσεβῶς πάντα νοῶμεν, πιστεύοντες ὡς εἶπον αἱ Γραφαί. Ὁ γὰρ περίεργος [a] καὶ πολυπράγμων κερδαίνει μὲν οὐδὲν, πρὸς δὲ τῷ τὸ ζητούμενον μὴ εὑρεῖν καὶ δίκην δώσει τὴν ἐσχάτην. Ἤκουσας ὅτι ἐγέννησεν· πίστευσον ὅπερ ἤκουσας· τὸ δὲ πῶς, μὴ ζήτει· μηδὲ διὰ τοῦτο ἀνέλῃς τὴν γέννησιν. Ἀγνωμοσύνης γὰρ ταῦτα ἐσχάτης. Εἰ γὰρ οὗτος ἀκούσας γέννησιν, οὐκ ἐκείνην τὴν ἀπόῤῥητον, ἀλλὰ ταύτην τὴν κατὰ χάριν, ἐπειδὴ μηδὲν μέγα περὶ αὐτῆς ὑπώπτευσεν, ἀλλὰ ἀνθρώπινα καὶ γεώδη, διὰ τοῦτο ἐσκοτώθη καὶ ἠπόρησεν· οἱ τὴν φρικωδεστάτην ἐκείνην καὶ πάντα ὑπερβαίνουσαν καὶ λόγον καὶ νοῦν περιεργαζόμενοι καὶ πολυπραγμονοῦντες, πόσης ἂν εἶεν ἄξιοι τιμωρίας; Οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖ σκοτόδινον [b], ὡς ἀνθρώπινος λογισμὸς, ἀπὸ τῆς γῆς πάντα φθεγγόμενος, καὶ μὴ ἀνεχόμενος φωτίζεσθαι ἄνωθεν. Πολλὴν γὰρ ἔχει τὴν ἰλὺν τὸ γεῶδες τῶν λογισμῶν. Διὰ τοῦτο τῶν ἄνωθεν ἡμῖν ναμάτων χρεία, ἵνα τῆς ἰλύος ὑφιζανούσης, ὅσον αὐτοῦ καθαρὸν, τοῦτο ἄνω φέρηται καὶ τοῖς ἐκεῖσε διδάγμασιν ἀναμιγνύηται. Γίνεται δὲ τοῦτο, ὅταν καὶ [142] ψυχὴν εὐγνώμονα καὶ ὀρθὸν ἐπιδειξώμεθα βίον. Ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ ἀπὸ τρόπων διεφθαρμένων, οὐκ ἀπὸ πολυπραγμοσύνης μόνον ἀκαίρου, σκοτωθῆναι τὴν διάνοιαν. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος Κορινθίοις ἔλεγεν· *Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα. Οὔπω γὰρ ἠδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε· ἔτι γὰρ σαρκικοί ἐστε. Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ζῆλος καὶ ἔρις καὶ διχοστασίαι, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε;* Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους δὲ, καὶ πολλαχοῦ τῶν πονηρῶν δογμάτων ταύτην ἴδοι τις ἂν τὸν Παῦλον τὴν αἰτίαν εἶναι λέγοντα· τὴν γὰρ ἐμπαθῆ ψυχὴν οὐ δύνασθαι μέγα τι γενναῖον ἰδεῖν, ἀλλ' ὥσπερ ὑπό τινος λήμης θολουμένην, ἀμβλυωπίαν ὑπομένειν τὴν χαλεπωτάτην. Ἐκκαθάρωμεν οὖν ἑαυτοὺς, φωτίσωμεν φῶς γνώσεως [c], μὴ σπείρωμεν ἐπ' ἀκάνθαις. Τί δὲ τὸ τῶν ἀκανθῶν πλῆθος, ἴστε, κἂν ἡμεῖς μὴ λέγωμεν. Καὶ γὰρ πολλάκις ἠκούσατε τοῦ Χριστοῦ, τὴν μέριμναν τοῦ παρόντος βίου καὶ τὴν ἀπάτην τοῦ πλούτου τῷ [d] τῶν ἀκανθῶν καλοῦντος ὀνόματι· καὶ εἰκότως. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖναι ἄκαρποι, οὕτω καὶ ταῦτα· καθάπερ ἐκεῖναι τοὺς ἁπτομένους σπαράττουσιν, οὕτω καὶ ταῦτα τὰ πάθη· καὶ ὥσπερ εὐάλωτοι τῷ πυρὶ, καὶ μισηταὶ τῷ γεωργοῦντι αἱ ἄκανθαι, οὕτω καὶ τὰ τοῦ κόσμου πράγματα· καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς ἀκάνθαις θηρία κρύπτονται, καὶ ἔχεις καὶ σκορπίοι, οὕτω καὶ ἐν τῇ ἀπάτῃ τοῦ πλούτου. Ἀλλ' ἐπαφῶμεν τὸ πῦρ [e] τοῦ Πνεύματος, ἵνα καὶ τὰς ἀκάνθας δαπανήσωμεν, καὶ τὰ θηρία φυγαδεύσωμεν, ἵνα καθαρὰν παράσχωμεν τῷ γεωργῷ τὴν ἄρουραν, καὶ μετὰ τὸ καθᾶραι τοῖς πνευματικοῖς αὐτὴν ἀρδεύσωμεν νάμασι. Φυτεύσωμεν τὴν κατάκαρπον ἐλαίαν, τὸ ἡμερώτατον φυτὸν, τὸ ἀειθαλὲς, τὸ φωτιστικὸν, τὸ θρεπτικὸν, τὸ ὑγιείας ποιητικόν. Ταῦτα πάντα ἡ ἐλεημοσύνη ἔχει, ὡς σφραγὶς οὖσα μετὰ τῶν κεκτημένων αὐτήν. Τοῦτο οὐδὲ θάνατος ἐπελθὼν ξηραίνει τὸ φυτὸν, ἀλλ' ἕστηκεν ἀεὶ φωτίζον [f] τὴν διάνοιαν, τρέφον τὰ νεῦρα τῆς ψυχῆς, τὴν ἰσχὺν δυνατωτέραν ἐργαζόμενον. Ἂν ταύτην ἔχωμεν διηνεκῶς, δυνησόμεθα μετὰ παῤῥησίας καὶ τὸν νυμφίον ἰδεῖν, καὶ εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσελθεῖν· οὗ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Quidam πολύεργος. [b] Ita Savil. Morel. σκοτόδεινον. Alii σκότος δεινόν. Bolsius legendum putat σκοτοδινιᾷν.

[c] Unus habet φωτίσωμεν φωτισμὸν γνώσεως. Savilius conjicit φωτίσωμεν φωτὶ γν. [d] Morel. male τοῦ πλούτου τοῦ. [e] Quidam τῷ πυρί. Infra ex Savil. et codd. 705, 706, accessit καὶ τὰ θηρία φυγαδεύσωμεν. [f] Hoc participium et duo sequentia, τρέφον, ἐργαζόμενον, in masculino usurpat Monf., neutrum e Savil. et codd. 705, 706, restituimus. Edit.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΕ'.

[143] *Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν λέγω σοι· Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.*

α'. Τὰ παιδία τὰ μικρὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς διδασκάλους φοιτῶντα, καὶ δέχεται τὰ μαθήματα καὶ ἀποδίδωσι, καὶ οὐδέποτε παύεται ταύτης τῆς κτήσεως [a]· ὀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰς νύκτας προστίθησι ταῖς ἡμέραις, καὶ ταῦτα ὑπὲρ ἐπικήρων καὶ προσκαίρων πραγμάτων παρ' ὑμῶν ἀναγκάζεται ποιεῖν. Ἀλλ' οὐχ ὑμᾶς τοὺς ἐν ἡλικίᾳ γενομένους ἡμεῖς τοσοῦτον ἀπαιτοῦμεν πόνον, ὅσον ὑμεῖς τοὺς παῖδας τοὺς ὑμετέρους. Οὐ γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλὰ δύο μόνον τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας παρακαλοῦμεν προσέχειν τοῖς λεγομένοις πρὸς βραχὺ τῆς ἡμέρας μέρος, ὥστε κοῦφον ὑμῖν γενέσθαι τὸν πόνον. Διὰ τοῦτο καὶ κατὰ μικρὸν διαξαίνομεν ὑμῖν τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς κείμενα [b], ἵνα μετ' εὐκολίας ἐξῇ λαβεῖν ὑμῖν αὐτὰ, καὶ τοῖς ταμιείοις ἐναποθέσθαι τῆς διανοίας, καὶ οὕτω πάντα διὰ μνήμης ποιεῖσθαι σπουδάζειν, ὡς δύνασθαι καὶ ἀπαγγέλλειν αὐτὰ μετὰ ἀκριβείας ὑμᾶς· πλὴν εἰ μή τις σφόδρα ὑπνηλὸς εἴη καὶ νωθὴς, καὶ παιδίου μικροῦ ῥᾳθυμότερος. Ἀλλὰ φέρε πάλιν ἀψώμεθα τῆς ἀκολουθίας· τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, καὶ ἴδωμεν πῶς τοῦ Νικοδήμου καταπεσόντος, καὶ πρὸς τὴν ἐνταῦθα γέννησιν ἔλκοντος τὸ εἰρημένον, καὶ λέγοντος, ἀδύνατον εἶναι γέροντα γεννηθῆναι ἄνωθεν, ὁ Χριστὸς σαφέστερον [c] ἀποκαλύπτει τῆς γεννήσεως τὸν τρόπον, ἔχοντα μὲν καὶ οὕτω δυσκολίαν τῷ ψυχικῶς ἐρωτῶντι, δυνάμενον δὲ ὅμως ἀπὸ τῆς ταπεινότητος ἀναγαγεῖν τὸν ἀκούοντα. Τί γάρ φησιν; *Ἀμὴν λέγω σοι· Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.* Ὁ δὲ διὰ τούτου δηλοῖ, τοῦτό ἐστι· Σὺ μὲν ἀδύνατον αὐτὸ φῄς εἶναι· ἐγὼ δὲ οὕτως αὐτὸ σφόδρα δυνατὸν εἶναι λέγω, ὡς καὶ ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ μηδὲ δυνατὸν ἄλλως σωθῆναι. Τὰ γὰρ ἀναγκαῖα, σφόδρα ἡμῖν εὐκολα πεποίηκεν [d] ὁ Θεός. Ἡ μὲν γὰρ γηΐνη γέννησις ἡ κατὰ σάρκα ἀπὸ τοῦ χοός ἐστι· διὸ καὶ ἀποτετείχισται τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς αὐτῇ· τί γὰρ κοινὸν τῇ γῇ πρὸς τὸν οὐρανόν; ἐκείνη δὲ ἐκ Πνεύματος οὖσα, ῥᾳδίως ἡμῖν τὰς ἀῒδας ἀναπετάννυσι τὰς ἄνω. Ἀκούσατε ὅσοι τοῦ φωτίσματός ἐστε ἐκτός· φρίξατε, στενάξατε· φοβερὰ γὰρ ἡ ἀπειλὴ, φοβερὰ ἡ ἀπόφασις. Οὐκ ἔστι, φησὶ, τὸν μὴ γεννηθέντα ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Διότι τὸ τοῦ θανάτου φορεῖ ἔνδυμα, τὸ τῆς κατάρας, τὸ τῆς φθορᾶς· οὐδέπω τὸ Δεσποτικὸν ἔλαβε σύμβολον· ξένος

[a] Sic Savil. et alii. Morel. τῆς κτίσεως, male. Ibidem multi προστιθέασι. Ibidem Savil. et alii omittunt πραγμάτων παρ' ὑμῶν. [b] Morel. κείμενα, Savil. εἰρημένα.

[c] Savil. et codd 705, 706 ἐχώμεθα τοίνυν τῆς ἀκολουθίας... εἰρημένων. Τοῦ γὰρ Νικοδήμου καταπεσόντος... ὅρα πῶς πάλιν ὁ Χριστὸς σαφέστερον.... Morellium sequimur. [d] Savil. σαφῶς καὶ εὐκόλα ἐποίησεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐστὶ καὶ ἀλλότριος· οὐκ ἔχει τὸ σύνθημα τὸ βασιλικόν. *Ἐὰν μή τις, φησὶ, γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ἀλλ᾽ ὁ Νικόδημος [144] οὐδὲ οὕτω συνῆκεν. Οὐδὲν γὰρ χεῖρον τοῦ τοῖς λογισμοῖς τὰ πνευματικὰ ἐπιτρέπειν. Τοῦτο καὶ τοῦτον οὐκ ἀφῆκεν ὑψηλόν τι καὶ μέγα φαντασθῆναι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς πιστοὶ καλούμεθα, ἵνα τῶν λογισμῶν τὴν ἀσθένειαν ἀφέντες τὴν κάτω, πρὸς τὸ ὕψος τῆς πίστεως ἀναβῶμεν, καὶ τὰ πλείονα τῶν ἀγαθῶν τῶν ἡμετέρων τῇ διδασκαλίᾳ ταύτῃ [a] ἐπιτρέψωμεν· ὅπερ εἰ καὶ Νικόδημος ἐποίησεν, οὐκ ἂν αὐτῷ τὸ πρᾶγμα ἀδύνατον εἶναι ἐνομίσθη. Τί οὖν ὁ Χριστός; ; Ἀπάγων αὐτὸν τῆς ἐννοίας ταύτης τῆς χαμαὶ συρομένης, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐ περὶ ταύτης διαλέγεται τῆς γεννήσεως, λέγει τὸ, *Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ταῦτα δὲ ἐφθέγγετο, τῷ φόβῳ τῆς ἀπειλῆς ἐπισπάσασθαι πρὸς τὴν πίστιν αὐτὸν βουλόμενος, καὶ πεῖσαι τὸ πρᾶγμα μὴ νομίζειν εἶναι ἀδύνατον, καὶ τῆς περὶ τὴν σαρκικὴν γέννησιν φαντασίας ἀποστῆσαι σπουδάζων. Ἑτέραν λέγω γέννησιν, φησὶν, ὦ Νικόδημε· τί τὸν λόγον ἕλκεις πρὸς τὴν γῆν; τί τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ τὸ πρᾶγμα ὑποβάλλεις; Ἀνώτερός ἐστι τῶν τοιούτων ὠδίνων οὗτος ὁ τόκος, οὐδὲν ἔχει κοινὸν πρὸς ὑμᾶς· γέννησις μὲν γὰρ καὶ αὐτὴ λέγεται, ἀλλὰ τῷ ὀνόματι κοινωνεῖ, τῷ δὲ πράγματι διέστηκεν. Ἀπόστησον σαυτὸν τῆς κοινῆς συνηθείας· ἑτέραν εἰσάγω λοχείαν εἰς τὸν κόσμον· ἄλλως βούλομαι γεννᾶσθαι τοὺς ἀνθρώπους· ξένον ἦλθον κομίζων δημιουργίας τρόπον. Ἔπλασα ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος· οὐκ ἐγένετο χρήσιμον τὸ πλασθὲν, ἀλλὰ διεστράφη τὸ σκεῦος. Οὐκ ἔτι λοιπὸν ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος πλάσαι βούλομαι, ἀλλ᾽ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος. Εἰ δέ τις ἐρωτᾷ, Πῶς ἀπὸ ὕδατος; ἐρωτῶ κἀγὼ, Πῶς ἀπὸ γῆς; πῶς γὰρ ὁ πηλὸς εἰς διάφορα μέρη κατεμερίσθη; πῶς τὸ μὲν ὑποκείμενον μονοειδὲς (γῆ γὰρ ἦν μόνη), τὰ δὲ ἐξ αὐτῆς γενόμενα ποικίλα καὶ παντοδαπά; Πόθεν ὀστᾶ, καὶ νεῦρα, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ φλέβες; πόθεν ὑμένες, καὶ ἀγγεῖα ὀργανικὰ, καὶ χόνδροι, καὶ χιτῶνες, ἦπαρ, καὶ σπλὴν, καὶ καρδία; πόθεν δέρμα, καὶ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολή; πόθεν αἱ τοσαῦται ἐνέργειαι; πόθεν χρώματα ποικίλα; ταῦτα γὰρ οὐ γῆς, οὐδὲ πηλοῦ. Πῶς ἡ γῆ δεχομένη σπέρματα βλαστάνει, ἡ δὲ σὰρξ δεχομένη σπέρματα σήπει; πῶς ἡ γῆ τρέφει τὰ βαλλόμενα, ἡ δὲ σὰρξ τρέφεται ὑπὸ τούτων, οὐ τρέφει ταῦτα; Οἶον ἡ γῆ ἡ δεχομένη ὕδωρ, οἶνον ποιεῖ· ἡ σὰρξ δεχομένη πολλάκις οἶνον, εἰς ὕδωρ μετέβαλε. Πόθεν οὖν δῆλον ὅτι ἀπὸ τῆς γῆς ταῦτα [b], τῆς γῆς ἐναντίως ἐχούσης πρὸς τὸ σῶμα, κατὰ τὰ εἰρημένα; Λογισμῷ μὲν εὑρεῖν οὐ δύναμαι, πίστει δὲ δέχομαι μόνῃ. Εἰ τοίνυν τὰ καθ᾽ ἡμέραν γινόμενα καὶ ψηλαφώμενα πίστεως δεῖται, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἀπορρητότερα τούτων καὶ πνευματικώτερα. Καθάπερ γὰρ ἡ γῆ ἡ ἄψυχος, ἡ ἀκίνητος, ἐνεδυναμώθη τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, καὶ τοσαῦτα ἐξ αὐτῆς τὰ θαύματα γέγονεν· οὕτω καὶ τοῦ Πνεύματος τῷ ὕδατι παρόντος, τὰ παράδοξα ταῦτα καὶ λογισμὸν ὑπερβαίνοντα εὐκόλως πάντα γίνεται.

β'. Μὴ τοίνυν, ἐπειδὴ [c] μὴ ὁρᾷς αὐτὰ, ἀπίστει· ἐπεὶ [145], οὐδὲ τὴν ψυχὴν ὁρᾷς, καὶ ὅμως πιστεύεις ἔχειν ψυχὴν, καὶ ἄλλο ψυχὴν εἶναί τι παρὰ τὸ σῶμα. Ἀλλ᾽ ὁ Χριστὸς οὐκ ἀπὸ τούτου τοῦ παραδείγματος αὐτὸν ἐνῆγεν, ἀλλ᾽ ἑτέρου. Τοῦτο μὲν γὰρ, εἰ καὶ ἀσώματόν ἐστιν, ἡ ψυχὴ λέγω, διὰ τοῦτο οὐ παρῆγαγεν αὐτὸ, ἐπειδὴ ἔτι παχύτερον ἐκεῖνος διέκειτο. Τίθησι δὲ ἕτερον ὑπόδειγμα, ὃ μήτε κοινωνίαν τινὰ πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἔχει παχύτητα, μήτε εἰς τὴν τῶν ἀσωμάτων ἀνέδην φύσιν· ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ ἀνέμου φορά. Καὶ πρῶτον ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἄρχεται, τοῦ λεπτοτέρου μὲν τῆς γῆς, παχυτέρου δὲ τοῦ ἀνέμου. Ὥσπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ ὑπέκειτο στοιχεῖον ἡ γῆ, τὸ δὲ πᾶν τοῦ διαπλάττοντος ἦν· οὕτω καὶ νῦν ὑπόκειται μὲν στοιχεῖον τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ πᾶν τῆς τοῦ Πνεύματός ἐστι χάριτος· καὶ τότε μὲν *Εἰς ψυχὴν ζῶσαν ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος*, νῦν δὲ εἰς Πνεῦμα ζωοποιοῦν. Πολὺ δὲ τὸ μέσον ἑκατέρων. Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ οὐχ ἑτέρῳ παρέχει τὸ ζῆν, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐ καθ᾽ ἑαυτὸ ζῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις παρέχει τοῦτο. Οὕτω γοῦν καὶ νεκροὺς ἀνέστησαν οἱ ἀπόστολοι. Καὶ τότε μὲν τῆς κτίσεως γενομένης, ὁ ἄνθρωπος ὕστερον πλάττεται· νῦν δὲ τοὐναντίον· πρὸ γὰρ τῆς καινῆς κτίσεως ὁ ἄνθρωπος ὁ νέος δημιουργεῖται. Καὶ γὰρ πρῶτος οὗτος γεννᾶται, καὶ τότε ὁ κόσμος μετασχηματίζεται. Καὶ καθάπερ ἐξ ἀρχῆς ὁλόκληρον ἔπλασεν, οὕτω καὶ νῦν ὁλόκληρον αὐτὸν δημιουργεῖ. Καὶ τότε μέν φησι, *Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν*· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. Ὁ γὰρ τὴν τοῦ Πνεύματος λαβὼν χάριν, τίνος δεήσεται βοηθοῦ ἑτέρου; ὁ εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τελῶν, ποίαν ἔχει λοιπὸν συμμαχίας χρείαν; Τότε κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, νῦν αὐτῷ τῷ Θεῷ ἥνωσε· τότε ἰχθύων ἄρχειν καὶ θηρίων ἐκέλευσε, νῦν ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν τὴν ἀπαρχὴν ἡμῶν ἀνήγαγεν· τότε παράδεισον ἔδωκε τὴν δίαιταν, νῦν δὲ τὸν οὐρανὸν ἡμῖν ἀνέῳξε· τότε ἐπλάσθη τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, ἐπειδὴ ἔμελλε καὶ συντελεῖσθαι ὁ αἰών· νῦν δὲ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν προοιμίοις, ὅτε καὶ τὸ φῶς. Ἐξ ὧν πάντων δῆλον, ὅτι ἑτέρας [d] ζωῆς ἀμείνονος τὰ τελούμενα ἦν, καὶ καταστάσεως πέρας οὐκ ἐχούσης. Ἡ μὲν οὖν προτέρα πλάσις ἀπὸ γῆς, ἡ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἀπὸ πλευρᾶς ἡ μετ᾽ ἐκείνην, ἡ τῆς γυναικὸς, καὶ ἀπὸ σπέρματος ἡ μετ᾽ αὐτὴν, ἡ τοῦ Ἄβελ· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδεμιᾶς ἐφικέσθαι δυνάμεθα τούτων, οὐδὲ παραστῆσαι λόγῳ τὰ γενόμενα, καίτοι παχύτατα ὄντα. Πῶς οὖν περὶ τῆς νοητῆς τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος γεννήσεως δυνησόμεθα δοῦναι εὐθύνας τῆς πολλῷ τούτων ὑψηλοτέρας, καὶ λογισμοὺς ἀπαιτεῖσθαι [e] τῆς θαυμαστῆς καὶ παραδόξου ταύτης λοχείας; ἐπεὶ καὶ ἄγγελοι τῇ γεννήσει ταύτῃ παρεστήκασι γινομένῃ. Εἰπεῖν δὲ τὸν τρόπον οὐκ ἂν ἔχοι τις τῆς θαυμαστῆς ἐκείνης [f] γεννήσεως τῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος. Καὶ παρεστήκασι τελοῦντες μὲν οὐδὲν, μόνον ὁρῶντες δὲ τὰ γινόμενα. Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα πάντα [146] ἐργάζεται. Πειθώμεθα τοίνυν τῇ ἀποφάσει τοῦ Θεοῦ· ὄψεως γάρ ἐστιν αὐτὴ πιστοτέρα. Ἡ μὲν γὰρ ὄψις πολλαχοῦ καὶ σφάλλεται· ἐκείνην δὲ ἀμήχανον διαπεσεῖν. Πειθώμεθα τοίνυν αὐτῇ. Ἡ γὰρ τὰ μὴ ὄντα παραγαγοῦσα, ἀξιόπιστος ἂν εἴη καὶ περὶ τῆς φύσεως αὐτῶν διαλεγομένη. Τί οὖν αὐτὴ φησίν; Ὅτι γέννησίς ἐστι τὸ τελούμενον. Εἰ δέ τίς σοι λέγοι, Πῶς; ἐπιστόμισον αὐτὸν τῇ ἀποφάσει τοῦ Χριστοῦ, ἥπερ ἐστὶ μεγίστη καὶ σαφὴς ἀπόδειξις. Εἰ δέ τις ἐρωτᾷ [g], τίνος ἕνεκεν τὸ ὕδωρ παρείληπται; ἀντερωτήσωμεν καὶ ἡμεῖς· Τίνος δὲ ἕνεκεν ἡ γῆ παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου διάπλασιν παρήγετο; Ὅτι γὰρ καὶ τῆς γῆς χωρὶς ποιῆσαι ἄνθρωπον αὐτῷ δυνατὸν ἦν, παντὶ που δῆλον. Μηδὲν τοίνυν περιερ-

[a] Savil. τῇ διδασκαλίᾳ ταύτης. [b] Morel ταῦτα καὶ τοσαῦτα. [c] Savil. μὴ γαρ, ἐπειδή.

[d] Morel. ὅτι ἀπαρχὴ ἑτέρας. [e] Ita Savil. et mss. Morel. ὄντα. Εἰ δὲ πρὸς ταῦτα λέγειν ἀδύνατον, πῶς περὶ τῆς νοητῆς καὶ πολὺ τούτων ὑψηλοτέρας γεννήσεως οὐκ ἀδυνατώτερον ἔσται τὸ λέγειν· μᾶλλον δὲ πῶς οὐ περιττὸν λόγον ἀπαιτεῖσθαι. [f] Alii mss. et Savil. οὐκ ἂν ἔχοιεν τῆς θαυμαστῆς ταύτης. Paulo post Πατὴρ γὰρ, Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα πάντα ἐργάζεται. [g] Sic alii et Savil. Morel ἐπὶ τὸν ἐρωτῶντα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rum. Quia mortis indumentum gestat, nempe maledictionis et corruptionis : nondum Dominicum accepit symbolum ; peregrinus est et alienus ; non habet regium signum. *Nisi quis natus fuerit*, inquit, *ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum cœlorum.* Verum Nicodemus neque sic intellexit. Nihil enim deterius, quam humanis ratiociniis spiritualia permittere. Hoc impedivit, quominus ille sublime quidpiam et magnum cogitaret. Ideo nos fideles vocamur, ut humanarum rationum imbecillitate contempta, ad fidei sublimitatem ascendamus, et bonorum nostrorum summam hujusmodi doctrinæ committamus : quod si fecisset Nicodemus, res non illi impossibilis visa fuisset. Quid ergo Christus? Ut illum abducat ab hac cogitatione humi repente, et ostendat se non de hac generatione loqui, ait : *Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum cœlorum.* Sic autem loquutus est, ut per hanc comminationem ipsum ad fidem pertraheret, suaderetque ipsi ne rem esse impossibilem existimaret, atque illum a carnalis generationis cogitatione abstraheret. De alia, inquit, loquor generatione, o Nicodeme ; cur sermonem ad terram detrahis? cur naturæ necessitati rem illam subjicis? Hic partus vulgari illo superior est, nec quid commune nobiscum habet. Hæc quoque generatio vocatur, sed nomine tantum communis, re differt. Abscede a vulgari more : alium induco partum in mundum : alio modo gigni homines volo : novum procreationis modum affero. Formavi ex terra et aqua ; non utile figmentum fuit, sed vas deterius factum est. Non ultra ex terra et aqua efformare volo, sed ex aqua et Spiritu. Quod si quis interroget, quomodo ex aqua? interrogabo et ego illum, Quomodo ex terra? quomodo lutum varias in partes distributum est? quomodo unius speciei erat illud quod subjectum est? Terra tantum erat ; quæ autem ex illa facta sunt, diversæ sunt speciei. Unde ossa, nervi, arteriæ, venæ? unde membranæ, vasa organica, cartilagines, tunicæ, hepar, splen, cor? unde pellis, sanguis, pituita, bilis? unde tot operationes? unde varii colores? hæc enim non ex terra vel luto proficiscuntur. Quomodo terra accepto semine germinat, caro autem hæc accepta corrumpit? quomodo terra jacta semina nutrit, caro autem ab illis nutritur, non illa nutrit? Exempli causa, terra aquam excipiens, vinum fecit ; caro sæpe vinum accipiens, in aquam convertit. Unde ergo liquet hæc ex terra esse, cum terra contrariam exhibeat operationem, ut dixi? Id ratiocinio assequi nequeo ; sola fide accipio. Si ergo illa quæ quotidie fiunt et tanguntur, fide opus habent : multo magis illa admodum arcana et spiritualia. Quemadmodum enim terra inanimata, immota, Deo sic volente virtutem accepit, ut tam mirabilia ex illa prodirent : ita ex Spiritu et aqua simul hæc mirabilia et rationem superantia omnia facile parantur.

2. *Quomodo Nicodemum instituerit Christus. Discrimen inter primam hominis creationem et secundam quæ fit per Spiritum sanctum. Vita alia multo melior exspectatur. Baptismi sublimitas. Cur aqua ad illuminationem necessaria.* — Ne itaque quoniam illa non vides, fidem neges. Nam nec animam vides, et tamen credis animam esse, et diversam a corpore. Verum Christus non hoc exemplo Nicodemum instituit, sed alio. Hoc enim, nempe anima, cum incorporeum sit, ideo non in medium adduxit, quia ille adhuc rudior erat. Aliud ergo exemplum ponit, quod cum corporum crassitudine communionem quidem nullam habeat, neque in incorpoream ascendit naturam ; id est, ventorum impetum. Et primum ab aqua orditur, quæ tenuior est quam terra, crassior quam ventus. Quemadmodum enim a principio elementum terra subjecta est, totum autem opificis fuit : sic et nunc aqua elementum subjicitur : totum autem est ex Spiritus gratia : et tunc quidem *Factus est homo in animam viventem* (*Gen.* 2. 7) ; nunc vero in Spiritum vivificantem. Multum autem est inter utrumque discrimen : anima enim vitam alteri non dat ; Spiritus vero non per se tantum vivit, sed et aliis vitam præbet. Sic mortuos suscitarunt apostoli. Et olim quidem post creationem homo demum formatur ; nunc vero contra ante novam creationem novus homo creatur. Nam hic prior generatur, deinde mundus transformatur. Et ut a principio totum formavit, sic et nunc totum ipsum creat. Et tunc quidem ait : *Faciamus ei adjutorium* (*Ibid. v.* 18) ; hic vero nihil simile. Nam qui Spiritus gratiam accepit, quo altero egebit adjutore? qui in corpore Christi consistit, qua deinde egebit ope? Tunc ad imaginem Dei fecit hominem, nunc ipsi Deo conjunxit : tunc jussit illum imperare piscibus et bestiis, nunc supra cælos primitias nostras assumpsit : tunc paradisum habitandum dedit, nunc cælum nobis aperuit : tunc formatus homo est die sexta, quia complendum erat sæculum ; nunc prima die et ab initio, et cum luce. Ex quibus omnibus liquet, ea quæ perficiebantur ad aliam meliorem vitam pertinere, et ad statum numquam terminandum. Prima itaque formatio Adæ terrena est, et post hanc ex Adæ latere, mulieris, et post illam ex semine, Abelis. Attamen nullam explorare possumus, nec sermone describere, etsi illa crassiora sint. Quomodo ergo spiritualis per baptismum generationis quæ longe sublimior est, rationem dare poterimus? quo pacto stupendi partus ratio a nobis expetatur [1]? nam et angeli huic generationi adfuere. At vero modum explicare mirabilis illius per baptismum generationis, nemo potuerit. Adfuerunt illi, nihil efficientes, sed ea quæ fiebant solum videntes. Pater, Filius et Spiritus sanctus omnia operatur (*a*). Obtemperemus ergo Dei sententiæ, quæ est ipso visu certior. Nam visus sæpe fallitur : illa falli nequit. Obtemperemus itaque ipsi. Nam quæ illa quæ non erant produxit, de eorum natura loquens fidem meretur. Quid igitur illa dicit? Id quod efficitur esse generationem.

[1] Morel. sic effert hunc locum..... *Crassiora sint. Quod si de illis disserere sit impossibile, quomodo ergo de spirituali generatione, quæ his est multo sublimior, disserere non erit impossibilius? Quomodo etiam non supervacaneum a nobis rationem postulare?*

(*a*) Ad tria supposita singulari verbo utitur, ut notat Savilius, quo scilicet unitas substantiæ declaratur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quod si tibi quispiam dixerit, Quomodo? ex Christi sententia os ejus obstrue, quæ magna claraque est demonstratio. Si quis vero interrogaverit, cur aqua assumatur; vicissim interrogemus et nos, cur terra ab initio ad hominis formationem producta sit. Nam quod sine terra posset hominem formare, nemini non conspicuum est. Ne itaque curiosius inquiras. Quod enim necessaria sit aqua hinc ediscas: cum aliquando Spiritus ante aquam descendisset, non hic stetit apostolus, sed ut ostendat hanc necessariam nec superfluam esse, vide quid dicat: *Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut et nos* (*Act.* 10. 47)? Quid ergo opus est aqua? Hoc jam dicam ut occultum mysterium vobis aperiam. Sunt quidem hac de re arcani quidam alii sermones; interim autem vobis ex multis unum dicam. Quis ille est? Divina celebrantur in hoc symbolo: sepultura, mortificatio, resurrectio, vita, et hæc simul fiunt omnia. In aqua enim tamquam in sepulcro caput immergentibus nobis, vetus homo sepelitur ac demergitur totus: deinde nobis emergentibus, novus exsurgit. Ut enim nobis facile est immergi et postea emergere: sic Deo facile est veterem sepelire hominem, et novum inducere. Ter hoc fit, ut discas virtutem Patris et Filii et Spiritus sancti hæc omnia implere. Quod autem hæc non per conjecturam dicta sint, audi Paulum: *Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem* (*Coloss.* 2. 12); ac rursum, *Vetus homo noster simul crucifixus est* (*Rom.* 6. 6); et iterum, *Complantati facti sumus similitudini mortis ejus* (*Ibid.v.* 5). Non modo autem baptisma crux dicitur, sed crux quoque baptisma. *Baptismo quo ego baptizor, vos baptizabimini* (*Marc.* 10. 39); ac rursum, *Baptismo habeo baptizari, quem vos nescitis* (*Luc.* 12. 50). Quemadmodum enim nos facile baptizamur et emergimus, sic et ille mortuus cum voluit, resurrexit; imo longe facilius, etiamsi triduo per mysterium et œconomiam manserit.

3. *Baptizatos ut digne baptismo agant, nondum baptizatos ut quam primum baptizentur hortatur. Catechumeni fidelibus extranei sunt. Baptismum usque ad mortem differentes redarguuntur. Commendatur eleemosyna.* — Talibus ergo dignati mysteriis, vitam tanto dono dignam exhibeamus, optimum institutum. Qui vero nondum his dignati estis, omnia facite ut iis dignemini, ut unum corpus efficiamur, ut simus fratres. Quamdiu enim sic separamur, etsi pater quis fuerit, etsi filius, etsi frater, quivis tandem fuerit, nondum vere cognatus est, cum a superna cognatione sit abstractus. Quæ enim utilitas ex lutei generis conjunctione, cum spiritualiter non sumus conjuncti? quod lucrum terrenæ affinitatis, cum in cœlis sumus extranei? Extraneus quippe est catechumenus fideli. Neque enim idem ipsum caput habet, non eumdem patrem, non eamdem civitatem, non escam, non indumentum, non mensam, sed omnia segregata. Etenim huic omnia in terra, illi omnia in cælo: huic Christus rex est, illi peccatum et diabolus: huic Christus delicia, illi corruptio. Indumentum quoque illi vermium opera, huic angelorum Dominus: civitas huic cælum, illi terra. Cum ergo nihil commune habeamus, in quo, quæso, communicabimus? Sed eodem partu, ex eadem vulva prodimus? Verum neque hoc sufficit ad genuinam cognationem. Studeamus igitur, ut supernæ civitatis cives simus. Quousque in exsilio manemus, cum oporteret veterem repetere patriam? Neque enim de re nullius pretii periculum est. Sed si accidat, quod Deus avertat, inexspectata morte non initiatos hinc abripi, etiam si mille bonis instructi simus, nihil aliud nos excipiet, quam gehenna et vermis venenatus, ignis inexstinguibilis, vincula insolubilia. Verum absit ut quispiam auditorum supplicium illud experiatur. Quod vitabimus, si sacris mysteriis dignati, aurum, argentum et lapides pretiosos pro fundamento ponamus. Sic enim poterimus illo abeuntes, divites apparere, quando non hic pecunias reliquerimus, sed ad tutos illos thesauros transmiserimus per manus pauperum; quando Christo mutuum dederimus. Multa debemus illic, non pecunias, sed peccata. Mutuo igitur illi pecunias demus, ut impetremus remissionem peccatorum. Ipse enim est qui judicat. Ne despiciamus illum hic esurientem, ut et ipse nos ibi putriat. Hic induamus ipsum, ut non relinquat nos nudos patrocinio suo. Si hic illi potum dederimus, non dicemus cum divite: *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam nostram adustam* (*Luc.* 16. 24). Si hic cum domi accipiamus, illic multas nobis parabit mansiones. Si invisamus eum in carcere detentum, ipse quoque nos a vinculis liberabit. Si illum hospitem exceperimus, non despiciet nos, qui peregrini et hospites sumus in regno cœlorum, sed supernæ civitatis consortes reddet. Si infirmum illum invisamus, cito nos ille liberabit ab infirmitatibus nostris. Ut ergo qui magna pro parvis donis accipiamus, saltem illa exigua demus, ut maxima mercemur. Dum adhuc tempus est, seminemus, ut metamus. Cum enim hiems advenerit, cum mare non ultra navigabile erit, tunc non penes nos erit negotiari. Sed quando erit hiems? Cum advenerit dies ille magnus et conspicuus. Tunc enim non hoc mare magnum et spatiosum navigabimus: mari namque præsens vita similis est. Nunc serendi tempus est, tunc metendi et lucrandi. Si quis sementis tempore semina non jecerit, si tempore messis serat inutiliter, sane ridiculus erit. Si serendi sit tempus, non jam colligendum, sed serendum est. Dispergamus igitur ut colligamus; ne jam colligere satagamus, ne messem perdamus. Nam hoc tempus, ut dixi, ad serendum evocat, et ad erogandum, non ad colligendum et recondendum. Ne itaque opportunitatem amittamus, sed ubertim semen jaciamus, nec rei familiari ullo modo parcamus, ut eam cum magno recipiamus fœnore, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γάζου. Ὅτι γὰρ ἀναγκαία καὶ ἀπαραίτητος ἡ τοῦ ὕδατος χρεία, οὕτως ἂν μάθοις. Τοῦ Πνεύματός ποτε καταπτάντος πρὸ τοῦ ὕδατος, οὐκ ἔστη μέχρις ἐκείνου ὁ Ἀπόστολος, ἀλλ' ὡς ἀναγκαίου καὶ τούτου καὶ οὐ περισσοῦ, ὅρα τί φησι· *Μήτι τὸ ὕδωρ δύναταί τις κωλῦσαι, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον ὡς καὶ ἡμεῖς;* Τίς οὖν ἐστιν ἡ τοῦ ὕδατος χρεία; Καὶ ταύτην ἤδη λοιπὸν ἐρῶ, τὸ μυστήριον ἐκκαλύπτων [a] ὑμῖν τὸ ἀποκεκρυμμένον. Εἰσὶ μὲν γάρ τινες καὶ ἕτεροι ἀπόῤῥητοι λόγοι τοῦ πράγματος, τέως δὲ ἐκ τῶν πολλῶν ὑμῖν ἐγὼ ἕνα ἐρῶ. Τίς οὖν οὗτός ἐστι; Θεῖα τελεῖται ἐν αὐτῷ σύμβολα, τάφος καὶ νέκρωσις, καὶ ἀνάστασις καὶ ζωή, καὶ ταῦτα ὁμοῦ γίνεται πάντα. Καθάπερ γὰρ, ἔν τινι τάφῳ, τῷ ὕδατι καταδυόντων ἡμῶν τὰς κεφαλὰς, ὁ παλαιὸς ἄνθρωπος θάπτεται, καὶ, καταδὺς κάτω, κρύπτεται ὅλος καθάπαξ· εἶτα ἀνανευόντων [b] ἡμῶν, ὁ καινὸς ἀνεισι πάλιν. Ὥσπερ γὰρ εὔκολον ἡμῖν βαπτίσασθαι καὶ ἀνανεῦσαι, οὕτως εὔκολον τῷ Θεῷ θάψαι τὸν ἄνθρωπον τὸν παλαιὸν, καὶ ἀναδεῖξαι τὸν νέον. Τρίτον δὲ τοῦτο γίνεται, ἵνα μάθῃς, ὅτι δύναμις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου ἅπαντα ταῦτα πληροῖ. Καὶ ὅτι οὐ στοχασμὸς τὸ εἰρημένον, ἄκουσον Παύλου λέγοντος· *Συνετάφημεν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον*· καὶ πάλιν, *Ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη*· καὶ πάλιν, *Σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ*. Οὐ μόνον δὲ τὸ βάπτισμα σταυρὸς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁ σταυρὸς βάπτισμα. Τὸ γὰρ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, φησὶ, βαπτισθήσεσθε· καὶ πάλιν, *Βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, ὃ ὑμεῖς οὐκ οἴδατε*. Καθάπερ γὰρ ἡμεῖς εὐκόλως βαπτιζόμεθα καὶ ἀνανεύομεν· οὕτω καὶ αὐτὸς εὐκόλως ἀποθανὼν, ὅτε ἠθέλησεν, ἀνέστη· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ ῥᾷον, εἰ καὶ τὰς τρεῖς ἡμέρας διὰ μυστηρίου τινὸς οἰκονομίαν ἀνέμενε.

γ'. Τηλικούτων οὖν μυστηρίων καταξιωθέντες, βίον ἐπιδειξώμεθα ἄξιον τῆς δωρεᾶς, πολιτείαν ἀρίστην. Οἱ δὲ μηδέπω τούτων καταξιωθέντες, πάντα πράττετε ὥστε καταξιωθῆναι, ἵνα γενώμεθα σῶμα ἓν, ἵνα ὦμεν ἀδελφοί. Ἕως μὲν γὰρ ἂν κατὰ τοῦτο διεστήκωμεν, κἂν πατήρ τις ᾖ, κἂν ἀδελφὸς, κἂν ὁστισοῦν [147], οὐδέπω συγγενής ἐστι γνήσιος, τῆς ἄνωθεν συγγενείας διεσπασμένος. Τί γὰρ ὄφελος ἀπὸ τοῦ πηλίνου γένους συνῆφθαι, ὅταν ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ μὴ συνημμένοι ὦμεν; ποῖον δὲ κέρδος τῆς ἐν τῇ γῇ ἀγχιστείας, ὅταν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀλλότριοι ὦμεν; Ἀλλότριος γὰρ ὁ κατηχούμενος τοῦ πιστοῦ. Οὐ γὰρ ἔχει κεφαλὴν τὴν αὐτὴν, οὐκ ἔχει πατέρα τὸν αὐτὸν, οὐκ ἔχει πόλιν τὴν αὐτὴν, οὐ τροφὴν, οὐκ ἔνδυμα, οὐ τράπεζαν, οὐκ οἰκίαν, ἀλλὰ πάντα ἐξηλλαγμένα. Καὶ γὰρ πάντα ἐπὶ γῆς τούτῳ, τὰ πάντα ἐν οὐρανοῖς ἐκείνῳ [c]· βασιλεὺς τούτῳ ὁ Χριστὸς, ἐκείνῳ δὲ ἡ ἁμαρτία καὶ ὁ διάβολος· τροφὴ τούτῳ μὲν ὁ Χριστὸς, ἐκείνῳ δὲ ἡ σηπομένη καὶ φθειρομένη. Καὶ ἔνδυμα πάλιν, τούτῳ μὲν τὰ σητῶν ἔργα, ἐκείνῳ δὲ ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης· πόλις τούτῳ μὲν ὁ οὐρανὸς, ἐκείνῳ δὲ ἡ γῆ. Ὅταν οὖν μηδὲν ἔχωμεν κοινὸν, κατὰ τί κοινωνήσομεν, εἰπέ μοι; Ἀλλὰ τὰς αὐτὰς ἐλύσαμεν ὠδῖνας, καὶ ἐκ μιᾶς προήλθομεν γαστρός; Ἀλλ' οὐδὲν τοῦτο πρὸς συγγένειαν τὴν ἀκριβεστάτην. Σπουδάσωμεν τοίνυν τῆς ἄνω πόλεως γενέσθαι πολῖται. Μέχρι τίνος ἐπὶ τῆς ὑπερορίας μένομεν; δέον τὴν ἀρχαίαν πατρίδα ἀπολαβεῖν· Οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν τυχόντων ὁ κίνδυνος. Ἀλλ' εἰ γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, ἀπροσδοκήτου τῆς τελευτῆς ἐπελθούσης, ἀμυήτους ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν, κἂν μυρία ἔχωμεν ἀγαθὰ, οὐδὲν ἡμᾶς ἕτερον διαδέξεται [d], ἢ γέεννα καὶ σκώληξ ἰοβόλος, καὶ πῦρ ἄσβεστον, καὶ δεσμὰ ἄλυτα. Ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινα τῶν ταῦτα ἀκουόντων ἐκείνης πειραθῆναι τῆς κολάσεως. Τοῦτο δὲ ἔσται, ἂν τῶν ἁγίων καταξιωθέντες μυστηρίων, χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ λίθους τιμίους οἰκοδομήσωμεν ἐπὶ τὸν θεμέλιον. Οὕτω γὰρ δυνησόμεθα ἀπελθόντες ἐκεῖ φανῆναι πλούσιοι, ὅταν μὴ ἐνταῦθα χρήματα καταλείψωμεν, ἀλλὰ μετακομίσωμεν πρὸς τοὺς ἀσύλους θησαυροὺς διὰ τῶν χειρῶν τῶν πενήτων· ὅταν δανείσωμεν τῷ Χριστῷ. Πολλὰ ὀφείλομεν ἐκεῖ, οὐ χρήματα, ἀλλ' ἁμαρτήματα. Δανείσωμεν τοίνυν αὐτῷ χρήματα· ἵνα λάβωμεν ἁμαρτημάτων συγχώρησιν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ δικάζων. Μὴ περιίδωμεν αὐτὸν ἐνταῦθα πεινῶντα, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐκεῖ ἡμᾶς διαθρέψῃ. Ἐνταῦθα ἐνδύσωμεν αὐτὸν, ἵνα μὴ ἀφῇ ἡμᾶς γυμνοὺς τῆς ἀσφαλείας τῆς παρ' αὐτοῦ. Ἐὰν ἐνταῦθα αὐτὸν ποτίσωμεν, οὐκ ἐροῦμεν κατὰ τὸν πλούσιον, *Πέμψον Λάζαρον, ἵνα ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἐπιστάξῃ τῇ γλώσσῃ ἡμῶν ἀποτηγανιζομένῃ*. Ἐὰν ἐνταῦθα εἰς τὰς οἰκίας ἡμῶν αὐτὸν δεξώμεθα [e], ἐκεῖ πολλὰς παρασκευάσει μονὰς ἡμῖν. Ἐὰν ἀπέλθωμεν πρὸς αὐτὸν ἐν φυλακῇ ὄντα, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς ἀπαλλάξει τῶν δεσμῶν. Ἐὰν ξένον ὄντα συναγάγωμεν, οὐ περιόψεται ξένους ἡμᾶς ὄντας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἀλλὰ μεταδώσει ἡμῖν τῆς πόλεως τῆς ἄνω. Ἐὰν ἀσθενῆ ὄντα ἐπισκεψώμεθα, ταχέως ἐλευθερώσει ἡμᾶς καὶ αὐτὸς τῶν ἀσθενειῶν ἡμῶν. Ὡς οὖν μεγάλα λαμβάνοντες καὶ μικρὰ διδόντες, κἂν τὰ μικρὰ δῶμεν [148]. ἵνα ἐμπορευσώμεθα τὰ μεγάλα. Ὡς ἔτι καιρὸς, σπείρωμεν, ἵνα ἀμήσωμεν. Ὅταν ὁ χειμὼν καταλάβῃ, ὅταν ἡ θάλασσα οὐκ ἔτι πλέηται, οὐκ ἔτι κύριοι τῆς ἐμπορίας [f] ἐσμέν. Πότε δὲ ἔσται ὁ χειμών; Ὅταν ἡ ἡμέρα ἐπισταίη ἡ μεγάλη, τότε ἐκείνη καὶ ἐπιφανής. Τότε γὰρ οὐκ ἔτι πλευσόμεθα τὴν θάλασσαν ταύτην τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον· ταύτῃ γὰρ ὁ παρὼν ἔοικε βίος. Νῦν ὁ τοῦ σπείραι καιρὸς, τότε ὁ τοῦ ἀμᾶσθαι καὶ κερδαίνειν. Ἐάν τις ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σπόρου μὴ καταβάλῃ σπέρματα, ἐν ἀμήτῳ σπείρων, πρὸς τῷ μηδὲν ἀνύειν καὶ καταγέλαστος ἔσται. Εἰ δὲ σπόρου ἐστὶν ὁ παρὼν καιρὸς, οὐ τοῦ συλλέγειν, ἀλλὰ τοῦ σκορπίζειν καιρὸς ἂν εἴη λοιπόν [g]. Σκορπίσωμεν τοίνυν, ἵνα συναγάγωμεν· μὴ βουληθῶμεν συναγαγεῖν νῦν, ἵνα μὴ τὸν ἀμητὸν ἀπολέσωμεν. Οὗτος γὰρ, ὅπερ ἔφην, ὁ καιρὸς ἐπὶ τὸ σπείρειν καλεῖ, καὶ δαπανᾶν καὶ ἀναλίσκειν, οὐκ ἐπὶ τὸ συλλέγειν καὶ ἀποτίθεσθαι. Μὴ τοίνυν προδῶμεν τὴν εὐκαιρίαν, ἀλλὰ δαψιλῆ τὸν σπόρον καταβάλωμεν, καὶ μηδενὸς φεισώμεθα τῶν ἔνδον, ἵνα μετὰ πολλῆς αὐτὰ ἀπολάβωμεν τῆς ἀντιδόσεως, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. ὑμῖν ἐκκαλύπτων κ. τ. λ. Morel. ἐκκαλύπτων ὑμῖν ὡς ἐνεστιν ἄνωθεν. [b] Savil. θάπτεται κάτω, καὶ καταποντίζεται εἰς τέλος ἅπας· εἶτα, ἀναν. Morellium sequimur. [c] Hæc relativa, τούτῳ et ἐκείνῳ, nunc ad πιστόν, nunc ad κατηχούμενον referuntur, contra rigidam legem linguæ. Verum id fortasse librariorum incuriæ adscribatur. Mox pro τροφή Savil. et codd. 705, 706 τροφή. Infra ex iisdem articuli ante ἀγγέλων, οὐρανός et ἀκριβεστάτην accesserunt. Edit.

[d] Sic Morel. Savil. λήψεται. [e] Savil. ὑποδεξώμεθα. [f] Τῆς ἐμπορίας ταύτης Savil. et codd. 705, 706 Mox cod. 705 ἐπιστῇ pro ἐπιστῇ. [g] Quidam σκορπίζειν ὁ καιρός ἐστιν οὗτος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΟΜΙΛΙΑ ΚΓ'.

Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν.

α'. Μεγάλων ἡμᾶς μυστηρίων κατηξίωσεν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ· μεγάλων, καὶ οἵων ἡμεῖς οὐκ ἦμεν ἄξιοι, ἀλλ' οἵων αὐτῷ παρέχειν πρέπον ἦν. Ἂν μὲν γὰρ τὴν ἀξίαν τὴν ἡμετέραν λογίσηταί τις, οὐ μόνον τῆς δωρεᾶς ἦμεν ἀνάξιοι, ἀλλὰ καὶ κολάσεως ὑπεύθυνοι καὶ τιμωρίας. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πρὸς τοῦτο εἶδεν, οὐ μόνον κολάσεως ἀπήλλαξεν, ἀλλὰ καὶ ζωὴν ἐχαρίσατο πολλῷ τῆς προτέρας λαμπροτέραν [a], εἰς ἄλλον ἡμᾶς εἰσήγαγε κόσμον, ἑτέραν ἐδημιούργησε κτίσιν· *Εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις*, φησί. Ποία καινὴ κτίσις; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.* Παράδεισον ἐπιστεύθημεν, καὶ οὐδὲ τῆς ἐν αὐτῷ διαγωγῆς ἐφάνημεν ἄξιοι [b], καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνήγαγεν. Ἐν τοῖς πρώτοις οὐχ εὑρέθημεν πιστοί, καὶ μείζονα ἐνεχείρισεν· ἑνὸς ἀποσχέσθαι ξύλου οὐκ ἰσχύσαμεν, καὶ τὴν ἄνω παρέσχε τρυφὴν· ἐν παραδείσῳ οὐκ ἐκαρτερήσαμεν, καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἡμῖν ἀνεπέτασεν. Εἰκότως ἔλεγεν ὁ Παῦλος· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ.* Οὐκ ἔτι μήτηρ, οὐκ ἔτι ὠδῖνες, οὔτε ὕπνοι, καὶ συνουσίαι καὶ περιπλοκαὶ σωμάτων· ἄνω λοιπὸν ὑφαίνεται τῆς ὑμετέρας φύσεως ἡ κατασκευὴ, ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου καὶ ὕδατος. Τὸ δὲ [149] ὕδωρ παρείληπται, τόκος τῷ τικτομένῳ γινόμενον. Ὅπερ γάρ ἐστιν ἡ μήτρα τῷ ἐμβρύῳ, τοῦτο τῷ πιστῷ τὸ ὕδωρ· ἐν γὰρ τῷ ὕδατι διαπλάττεται καὶ μορφοῦται. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ἐλέγετο· *Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν*· ἐξ οὗ δὲ ἐπέβη τῶν Ἰορδάνου [c] ῥείθρων ὁ Δεσπότης, οὐκ ἔτι ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, ἀλλὰ ψυχὰς λογικὰς καὶ πνευματοφόρους τὸ ὕδωρ ἀναδίδωσι. Καὶ ὃ περὶ τοῦ ἡλίου εἴρηται, ὅτι *Ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ*, τοῦτο περὶ τῶν πιστῶν καιρὸς ἂν εἴη μᾶλλον εἰπεῖν. Πολλῷ γὰρ φαιδροτέρας ἀφιᾶσι [d] τὰς ἀκτῖνας ἐκείνου. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐν τῇ μήτρᾳ διαπλαττόμενον, χρόνου δεῖται· ἐν τῷ ὕδατι δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν μιᾷ ῥοπῇ πάντα γίνεται. Ἔνθα μὲν γὰρ ἐπίκηρος ἡ ζωὴ καὶ ἀπὸ σωματικῆς φθορᾶς ἔχει τὴν ἀρχὴν, βραδύνει τὸ τικτόμενον, (τοιαύτη γὰρ τῶν σωμάτων ἡ φύσις· χρόνῳ προσλαμβάνει τὸ τέλειον)· ἐπὶ δὲ τῶν πνευματικῶν οὐχ οὕτω. Τί δήποτε; Ὅτι τέλεια ἐξ ἀρχῆς κατασκευάζεται τὰ γινόμενα. Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ Νικόδημος ἀκούων ταῦτα συνεχῶς ἐταράττετο, ὅρα πῶς αὐτῷ παρανοίγει τὸ ἀπόῤῥητον τοῦ μυστηρίου τούτου, καὶ σαφὲς ἐργάζεται τὸ ἀσαφὲς ἐκείνῳ τέως, *Τὸ γεγεννημένον*, λέγων, *ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι· τὸ δὲ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν.* Ἀπάγει τῶν αἰσθητῶν αὐτὸν ἁπάντων, καὶ οὐκ ἀφίησι τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις περιεργάσασθαι τὴν μυσταγωγίαν. Οὐ γὰρ περὶ σαρκὸς διαλεγόμεθα, φησὶν, ἀλλὰ περὶ Πνεύματος, ὦ Νικόδημε. Τέως αὐτὸν τῷ λόγῳ τούτῳ πρὸς τὸ ἄνω παρέπεμψε. Μηδὲν τοίνυν τῶν αἰσθητῶν ἐπιζήτει· τὸ γὰρ Πνεῦμα οὐκ ἂν φανείη τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτοις· μηδὲ νόμιζε, ὅτι σάρκα τίκτει τὸ Πνεῦμα.

Πῶς οὖν, ἴσως εἴποι ἄν τις, ἡ τοῦ Κυρίου σὰρξ ἐτέχθη; Οὐκ ἀπὸ Πνεύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ σαρκός. Διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Γενόμενος [e] ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ νόμον.* Τὸ μὲν γὰρ Πνεῦμα αὐτὸν διέπλασεν οὕτως, οὐ μὴν ἐξ οὐκ ὄντων· ἐπεὶ τί ἔδει τῆς μήτρας; ἀλλ' ἐκ τῆς σαρκὸς τῆς παρθενικῆς· τὸ δὲ, πῶς, οὐ δύναμαι ἑρμηνεύειν. Τοῦτο δὲ γέγονεν, ἵνα μή τις ἀλλότριον τῆς ἡμετέρας εἶναι νομίσῃ φύσεως τὸ τικτόμενον. Εἰ γὰρ τούτου γενομένου εἰσί τινες οἳ διαπιστοῦσι τῇ τοιαύτῃ γεννήσει, εἰ μὴ τῆς σαρκὸς ἐκοινώνησε τῆς παρθενικῆς, ποῦ οὐκ ἂν ἐξέπεσαν ἀσεβείας οὗτοι; *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν.* Ὁρᾷς Πνεύματος ἀξίαν; Τὸ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἔργον φαίνεται ποιοῦν. Ἀνωτέρω μὲν οὖν ἔλεγεν [f], ὅτι *Ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθησαν*· ἐνταῦθα δὲ, ὅτι τὸ Πνεῦμα αὐτοὺς γεννᾷ. *Τὸ γεγεννημένον*, φησὶν, *ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν.* Ὁ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁ γεγενεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνευματικός ἐστι. Γέννησιν γὰρ ἐνταῦθα οὐ τὴν κατ' οὐσίαν λέγει, ἀλλὰ τὴν κατὰ τιμὴν καὶ χάριν. Εἰ τοίνυν καὶ ὁ Υἱὸς οὕτω γεγέννηται, τί πλέον ἕξει τῶν ἀνθρώπων τῶν οὕτω γεγεννημένων; πῶς δὲ μονογενής ἐστι; Καὶ γὰρ καὶ ἐγὼ ἐκ Θεοῦ γεγέννημαι, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Εἰ τοίνυν μηδὲ αὐτὸς ἐκ τῆς οὐσίας, τί κατὰ τοῦτο [150] διενήνοχεν ἡμῶν; Εὑρεθήσεται δὲ ἄρα καὶ τοῦ Πνεύματος οὕτως ἐλάττων. Ἡ γὰρ τοιαύτη γέννησις ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος γίνεται χάριτος. Ἆρ' οὖν ἵνα μένῃ Υἱὸς, τῆς παρὰ τοῦ Πνεύματος δεῖται βοηθείας; Καὶ τί ταῦτα Ἰουδαϊκῶν διέστηκε δογμάτων; Εἰπὼν τοίνυν ὁ Χριστὸς, ὅτι ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν· ἐπειδὴ θορυβούμενον πάλιν εἶδεν, ἐπὶ αἰσθητὸν παράδειγμα ἄγει τὸν λόγον. *Μὴ θαυμάσῃς* γὰρ, φησὶν, *ὅτι εἶπόν σοι, ὅτι δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν. Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνέει.* Τῷ γὰρ εἰπεῖν, Μὴ θαυμάσῃς, δείκνυσιν αὐτοῦ τὸν θόρυβον τῆς ψυχῆς, καὶ ἐπὶ τὸ λεπτότερον αὐτὸν ἄγει τῶν σωμάτων. Τῶν μὲν γὰρ σαρκικῶν ἀπήγαγεν εἰπὼν, *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν.* Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦδει τί ποτε ἐστὶν ὃ φησιν, Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν, λοιπὸν αὐτὸν πρὸς ἑτέραν μεταφέρει εἰκόνα, οὔτε [g] εἰς τὴν τῶν σωμάτων ἄγων παχύτητα, οὔτε περὶ ἀσωμάτων καθαρῶς διαλεγόμενος (οὐδὲ γὰρ ἐδύνατο ἀκούων χωρεῖν [h] ἐκεῖνος), ἀλλ' εὑρών τι μέσον σώματός τε καὶ ἀσωμάτου, τὴν τοῦ ἀνέμου φορὰν, ἐντεῦθεν αὐτὸν ἀνάγει. Περὶ γὰρ αὐτοῦ φησὶν, ὅτι *Τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει.* Εἰ δὲ λέγει [i], Ὅπου θέλει πνεῖ, οὐχ ὡς προαίρεσίν τινα τοῦ ἀνέμου ἔχοντος λέγει τοῦτο, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ φύσεως φορὰν τὴν ἀκώλυτον καὶ μετ' ἐξουσίας γινομένην δηλῶν. Οἶδε γὰρ ἡ Γραφὴ καὶ περὶ τῶν ἀψύχων οὕτω διαλέγεσθαι, ὡς ὅταν λέγῃ· *Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα.* Τὸ οὖν, *Ὅπου θέλει πνεῖ*, τὸ ἀκάθεκτόν ἐστι δηλοῦντος, καὶ ὅτι διαχεῖται παντα χοῦ, καὶ ὁ κωλύων οὐδεὶς τῇδε κἀκεῖσε φέρεσθαι· ἀλλὰ μετὰ ἰσχύος πολλῆς τῆς ἐξουσίας σκεδάννυται, καὶ οὐδεὶς ὁ ἰσχύων παρατρέψαι τὴν ῥύμην αὐτοῦ.

β'. *Καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις*· τουτέστι, τὸν πάταγον, τὸν κτύπον· *ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει. Οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ Πνεύματος.* Ἐνταῦθά ἐστι τὸ συμπέρασμα

[a] Morel. τιμιωτέραν. Savil. λαμπροτέραν. [b] Codd. 705, 706 τῆς γῆς ἐξεπέσαμεν. Καὶ οὐδὲ τῆς ἐνταῦθα διαγ. ἐφ. ἀξ. Pro ἐφάνημεν alii γεγόναμεν. [c] Sic Morel. et quidam alii. Savil. τῶν Ἰορδανείων. [d] Sic unus codex recte : et sic legendum suspicabatur Savilius. Editi ἀφῆσι.

[e] Alii γεννώμενον. [f] Savil μὲν γάρ φησιν. [g] Quidam habent ἀπάγων, εἰπὼν δὲ ὅτ... ἐστιν, ἄγει αὐτὸν ἐπὶ τὰ σωματικώτερα, οὔτε. [h] Alius ἀκούων πολὺ χωρῆσαι. [i] Savil. ἂν δὲ λέγῃ, suspicatur vero legendum ὅταν δὲ λέγῃ. Morel. εἰ δὲ λέγει beno. [j] Morel. καὶ γὰρ μετά.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

HOMILIA XXVI.

6. *Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex Spiritu, spiritus est.*

1. Magnis nos mysteriis dignatus est unigenitus Filius Dei; magnis, et quibus digni non eramus, sed quæ decebat illum dare. Nam si merita nostra quis reputet, non solum dono eramus indigni, sed supplicio et ultioni obnoxii. Sed id non respiciens ille, non modo nos a supplicio liberavit, sed vitam largitus est priori longe clariorem; in alium nos mundum induxit, aliam condidit creaturam: *Si qua enim in Christo nova creatura* (2. *Cor.* 5. 17), inquit. Quæ nova creatura? Audi ipsum: *Nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu, non poterit intrare in regnum Dei.* Paradisus nobis concreditus fuit [1], neque digni fuimus qui illic versaremur, et in cælum nos extulit. In prioribus fideles non fueramus, et majora tamen tradidit: non potuimus ab uno abstinere ligno, et supernas præbuit delicias: in paradiso non perseveravimus, et cælos nobis aperuit. Jure dixit Paulus: *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei* (*Rom.* 11. 33)! Non ultra mater, non ultra partus, non somni, non concubitus et amplexus: sursum tandem naturæ nostræ texitur opificium ex Spiritu et aqua. Aqua autem assumpta est, partus genito facta. Quod est matrix embryoni, hoc est aqua fideli: in aqua enim fingitur et formatur. Primum dicebatur: *Producant aquæ reptile animæ viventis* (*Gen.* 1. 20); ex quo autem Jordanis fluenta ingressus est Dominus, non amplius reptilia animarum viventium, sed animas rationales Spiritum sanctum ferentes aqua producit. Ac quod de sole dictum est, *Tamquam sponsus procedens de thalamo suo* (*Psal.* 18. 6); id de fidelibus jam dici possit, qui splendidiores quam sol emittunt radios. Sed quod in vulva formatur, tempore opus habet; in aqua vero non sic, sed uno temporis momento fiunt omnia. Ubi enim fluxa vita ex corporea corruptione principium habet, moras trahit id quod paritur (talis quippe est corporum natura: tempore illa perfectionem acquirunt): spiritualia vero non sic. Sed quid? A principio perfecta sunt. Verum quia Nicodemus hæc frequenter audiens turbabatur, vide quomodo ipsi mysterii arcanum aperiat, et clarum reddat id quod obscurum antea erat, cum ait: *Quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex Spiritu, spiritus est.* Ipsum abducit a rebus omnibus sub sensum cadentibus, neque sinit corporeis oculis mysteria scrutari. Non de carne, inquit, disserimus, sed de spiritu, o Nicodeme. Interim eum ad superna transmittit. Nihil ergo sensile quæras: nam Spiritus his oculis non percipitur: neque putes quod carnem Spiritus pariat.

splendidæ res ejus essent, si omnes illum adirent, non mirandum esse; hujusmodi enim sunt res divinæ; et Deum esse qui istæc appararet : alias enim non tantum invaluissent [1]. Humana quippe facile deprehenduntur, et fluxa sunt, cito diffluunt et pereunt; hæc porro non item; neque igitur humana sunt. Et animadverte quomodo cum dicerent, *Cui tu testimonium perhibuisti*, putarentque illud ad Christum dejiciendum conducere, hoc ipsum in illos convertat. Nam prius cum ostendisset, non ex testimonio suo Christum clarum evasisse, hinc postea ipsos reprimit dicens : *Non potest homo a seipso accipere quidquam, nisi ipsi datum fuerit de cælo.* Quid hoc est? Si meum prorsus testimonium accipitis, et verum putatis, vel ex eo discite, non me, sed illum potiorem habendum esse. Quid enim testificatus sum? Vos evoco rei testes. Ideo addit : 28. *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, Non sum ego Christus, sed missus sum ante illum.* Si ergo meo hærentes testimonio, hæc mihi objicitis dicentes, *Cui testimonium perhibuisti :* non modo non ille imminutus fuit ex testimonio meo, sed ex illo plurimum augetur : alioquin autem non meum, sed Dei erat testimonium. Quamobrem si fide dignus vobis videar esse, hoc etiam inter alia multa dixi, me missum fuisse ante illum. Viden' quomodo paulatim ostendat vocem illam esse divinam? Hoc enim vult significare : Minister sum, et ea loquor quæ ad mittentem me spectant : non humanam aucupor gratiam, sed Patris ejus qui me misit ministerium exhibeo. Non ergo ad gratiam testificatus sum, sed id dixi, quod ut dicerem missus sum. Ne itaque me ea de causa magnum esse putetis : hoc enim illius ostendit magnitudinem. Ille namque rerum Dominus est; id quod rursum significat his additis verbis : 29. *Qui habet sponsam, sponsus est : amicus autem sponsi, qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Quare qui ait, *Non sum dignus, ut solvam ejus corrigium calceamenti*, se amicum ejus nunc dicit? Non ut extollat et laudet se, hæc dicit; sed ut ostendat id se maxime curare, neque se invito vel nolente hæc fieri, sed admodum cupiente et promovente, et hac de causa se omnia fecisse; quod admodum prudenter amici nomine significavit. Non enim ita servi sponsi, ut amici gaudent, atque his in rebus lætantur. Non ergo se honore æqualem dicit, absit; sed ut gaudii sui magnitudinem declaret, atque ut se eorum infirmitati attemperet, amicum se dicit. Ministerium quippe subindicavit, cum dixit, se missum fuisse ante illum. Idcirco quod putaret illos hæc ægre ferre [2], se amicum sponsi dicit esse, ostendens se non modo non ægre ferre, sed admodum gaudere. Quia igitur hoc perfecturus adveni, tantum abest ut de gestis doleam, ut maximo mœrore afficerer, si non fierent. Si sponsa ad sponsum non accederet, tunc dolerem; non vero nunc, cum nostra completa sunt. Nam cum res ejus recte procedunt, tunc nos prospere agimus; quia quod volebamus evenit, et sponsa sponsum agnoscit. Et vos ipsi hoc testificamini cum dicitis, *Omnes veniunt ad eum.* Hoc enim enrabam, et ea de causa omnia feci. Quare cum illud jam evenisse videam, gaudeo et exsulto.

3. *Ecclesia quomodo sponsa Christi fiat. Joannes Baptista de Christo testimonium sapiens et ineluctabile. Vanæ gloriæ damna; quomodo sit fuganda.*— Quid vero significat illud, *Qui stat et audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi?* Ex parabola ad rem propositam sermonem transtulit. Quia enim sponsum et sponsam memoravit, ostendit quomodo sponsalia fiant; per vocem nempe atque doctrinam : ita enim Ecclesia despondetur Deo. Idcirco Paulus dicebat : *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei* (*Rom.* 10. 17). Hac ego voce gaudeo. Illud vero, *Qui stat*, non sine causa posuit, sed ut ostenderet, res suas cessavisse, et sibi jam standum et audiendum esse, ac sponso tradendam esse sponsam : seque ministrum et servum esse, bonam spem suam atque lætitiam in opus jam exiisse. Ideo sic pergit : *Hoc ergo gaudium meum impletum est;* id est, Perfectum est opus meum, nihil ultra quod faciamus habemus. Deinde non præsens modo, sed etiam futurum doloris augmentum cohibens, de futuris pronuntiat ea quæ ex dictis et ex factis confirmat his verbis : 30. *Illum oportet crescere, me autem minui :* hoc est, Nostra cessaverunt : quæ vero illius sunt augentur. Hoc itaque quod timetis, non modo nunc aderit, sed majus etiam in dies fiet. Illud enim maxime est quod res nostras splendidiores ostendit. Ideo veni, et gaudeo de tanto rerum ad Christum pertinentium incremento, et quod ea evenerint, quorum gratia nostra præcesserunt. Viden' quam placide, quam sapienter illorum ulcus emollierit, livorem exstinxerit, ipsosque impossibilia aggredi demonstraverit? qua re maxime solet nequitia sedari. Ideoque provisum est, ut illo adhuc vivente et baptizante hæc fierent, ut illum tantæ magnitudinis testem haberent, et nullam excusationem, si non obtemperarent. Neque enim a seipso ad id dicendum impulsus est, non aliis sciscitantibus (iidem enim erant audientes et interrogantes) : neque ex se loquenti ita credidissent, ut ipsis percontantibus se confutantem respondentis sententiam exceperunt; quemadmodum et Judæi, maxime ob id, quod ad illum miserunt, talibusque auditis non crediderunt, omnem sibi veniam præciderunt. Quid igitur hinc docemur? Omnium malorum causam esse vanam gloriam. Illa enim ipsos in livorem conjecit : hæc illos concitavit, ut Jesum adirent ac dicerent : *Quare discipuli tui non jejunant* (*Matth.* 9. 14)! Hoc ergo vitium, dilecti, fugiamus. Si hoc fugiamus, a gehenna liberabimur. Hoc enim eis maxime ignem incendit : hoc ubique dominatum exercet suum, atque ætatem et dignitatem omnem tyrannico occupat : hoc Ecclesias subvertit, res civiles labefactat, domos evertit, civitates, populos, gentes. Ecquid miraris, quando in desertum venit, magnamque ibi potestatem suam exhibuit? Nam qui divitiis vale dixerant, mundi fastum omnem abjecerant, et humanam consuetudi-

[1] In Savil. legitur..... *qui istæc appararet : numquam enim homo tanta potestate valuisset.*

[2] Savil. et Boisius legendum putant : *Idcirco quod illum hæc ægre ferre putarent.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nem, qui violentas corporum cupiditates superaverant: hi sæpe a vana gloria capti omnia perdiderunt. Hujus vitii causa, qui multum laboraverat, ab eo qui nihil laboris, sed multa peccata admiserat, Pharisæus a publicano victus est. At hoc accusare vitium nullo labore possumus (omnes enim eumdem ipsum calculum ferunt); quod quæritur autem est, quomodo ipsum superare possimus. Quomodo ergo profligabimus? Si gloriam gloriæ opponamus. Ut enim terrenas divitias contemnimus, quando ad alias respicimus divitias, et hanc vitam despicimus, cum cogitamus aliam hac longe meliorem; sic et gloriam hujus mundi respuere poterimus, cum aliam longe hac clariorem spectabimus, quæque vere gloria est. Nam hæc, de qua loquimur, vana inanisque est, nec nisi nomen re vacuum habet; illa autem cælestis vera est, quæ non homines, sed angelos, archangelos, et archangelorum Dominum, imo etiam homines ipsos laudatores habet. Si ad illud theatrum respexeris, si coronas illas didiceris, si ad illos plausus te transtuleris: terrena numquam te detinebunt, non magna præsentia reputabis, non absentia quæres. In hac quippe regia nemo satellitum regiorum, non curans diadema gestantis et in solio sedentis gratiam, graculorum voces imitatur, muscarum et culicum volantium stridorem: nihil enim meliores iis sunt hominum laudes. Cognita itaque humanarum rerum [1] vilitate, omnia in tutissimos conferamus thesauros, et manentem perennemque gloriam quæramus: quam utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque sancto Spiritui, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Morel. legit, *hominum*, pro, *humanarum rerum*.

HOMILIA XXX.

31. *Qui de sursum venit, super omnes est: qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur.*

1. Grave quiddam est gloriæ amor, grave et malis multis refertum: spina est quæ difficile avellitur, fera quæ mansuefieri nequit, multis capitibus instructa, in eos ipsos qui se nutriunt armata. Sicut enim vermis ligna a quibus gignitur corrodit, et rubigo ferrum ex quo nascitur consumit, et lanam tineæ. ita inanis gloria altricem suam animam perdit. Ideo multa nobis opus est diligentia, ut vitium hoc tollamus. Vide ergo quanta decantet Joannes discipulis suis hoc morbo laborantibus, ac vix eos sedare potest. Nam post priora illa his etiam illos demulcet sermonibus: *Qui de sursum venit, super omnes est: qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur.* Quia, inquit, testimonium meum ubique circumfertis, et me fide dignissimum prædicatis; illud sciatis oportet, non licere eum qui de cælo venit, fide dignum reddi ab eo qui in terra habitat. Illud autem, *Supra omnes est*, quid significat? Eum nullo egere, sibi sufficere, et sine comparatione omnium maximum esse. Se vero de terra esse et loqui dicit, non quod ex propria mente loqueretur, sed ut Christus ait: *Si terrena dixi vobis, et non creditis* (*Joan.* 3. 12). Baptisma sic appellat, non quod terrenum esset, sed quia illud cum ineffabili generatione sua comparabat; sic et hoc loco se de terra loqui dixit Joannes, suam cum Christi doctrina comparando. Nihil enim aliud significat illud, *De terra loquitur*, quam quod sua exigua, humilia et vilia sint, si cum Christi magnitudine comparentur, ac terrenæ naturæ quasi similia sint. Apud illum enim *Omnes thesauri sapientiæ reconduntur* (*Col.* 2. 3). Quod autem de humanis ratiociniis non loquatur, hinc palam est. *Qui est ex terra, ex terra est.* Atqui non erat totus de terra, sed præcipua cælestia erant; animam quippe habebat, et spiritus particeps erat, quæ non sunt de terra. Quomodo ergo se de terra esse dicit? Nihil aliud his significatur quam, Parvus sum et nullius pretii, utpote qui humi repam et in terra natus sim, Christus autem ad nos de cælo venit. Cum per hæc omnia eorum morbum restinxisset, cum majore fiducia de Christo loquitur. Antea enim superfluum fuisset verba profundere, cum hæc in mente auditorum locum invenire non possent: postquam autem spinas evulsit, jam confidenter semina jacere incipit his verbis: *Qui de cælo venit, super omnes est;* 32. *et quod vidit et audivit, hoc testificatur, et testimonium ejus nemo accipit.* Magnum quid et sublime de ipso loquutus, rursus ad humiliora pergit: nam illud, *Quod audivit et vidit*, humanius dictum est. Neque enim ex visu vel auditu illa quæ sciebat acceperat; sed in natura totum habebat, qui perfectus ex sinu paterno exierat, nec egebat doctore: nam ait, *Sicut novit me Pater, ita et ego cognosco Patrem.* Quid ergo significat illud, *Quod audivit, loquitur, et quod vidit, testatur?* Quia per hos sensus nos omnia discimus accurate, et fide digni magistri habemur, circa ea quæ vel visu vel auditu percepimus, utpote qui nec fingamus, nec falsa dicamus. Id adstruere volens Joannes dixit, *Quæ audivit et vidit*, ut ostendat nihil in illo mendacii, sed omnia vera esse. Sic et nos sæpe curiose perquirimus, Tune audisti, tune vidisti? si id affirmetur, tunc certum testimonium habetur. Sic et ipse cum dicit, *Sicut audio, judico* (*Joan.* 5. 30), et, *Quæ audivi a Patre meo, loquor*, et, *Quæ vidimus, loquimur* (*Id.* 8. 26. *et* 3. 11), et similia alia loquitur, non ita dicit, ut discamus illum ea accepisse quæ dicit (id enim putare extremæ dementiæ esset); sed ne quid ex dictis ejus in suspicionem vocaretur ab impudentibus Judæis. Quia enim nondum eam quam par erat de illo opinionem habebant, frequenter ad Patrem confugit, hincque verbis suis fidem facit.

2. Et quid miraris si ad Patrem confugiat, cum et ad prophetas et ad Scripturas sæpe recurrat? ut quando dicit, *Illæ sunt quæ testimonium perhibent de me* (*Ibid.* 5. 39). Num ergo prophetis illum mino-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ταχοῦ τὴν ἀρχὴν ἐξέτεινε τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ἡλικίαν πᾶσαν καὶ ἀξίαν κατέχει τυραννικῶς. Τοῦτο τὰς Ἐκκλησίας ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε, τοῦτο καὶ τοῖς πολιτικοῖς λυμαίνεται πράγμασι, τοῦτο καὶ οἰκίας ὁλοκλήρους ἀνέτρεψε, καὶ πόλεις, καὶ δήμους καὶ ἔθνη. Καὶ τί θαυμάζεις, ὅπου γε καὶ εἰς τὴν ἔρημον ἐξῆλθε, καὶ πολλὴν αὐτοῦ κἀκεῖ τὴν δύναμιν ἐπεδείξατο; Οἱ γὰρ πολλὰ χρήμασι χαίρειν εἰπόντες, καὶ τῇ τοῦ κόσμου φαντασίᾳ πάσῃ. καὶ μηδενὶ συγγινόμενοι, καὶ τῆς τυραννικωτέρας τῶν σωμάτων κρατοῦντες ἐπιθυμίας, οὗτοι πολλάκις, ἁλόντες ὑπὸ κενοδοξίας, πάντα ἀπώλεσαν. Διὰ τοῦτο τὸ πάθος ὁ πολλὰ καμὼν τοῦ μηδὲν καμόντος, ἀλλὰ μυρία ἁμαρτόντος, ὁ Φαρισαῖος τοῦ Τελώνου, διὰ τοῦτο τὸ νόσημα, ἧττον ἔχων ἀπῆλθεν. Ἀλλὰ τὸ μὲν κατηγορεῖν τοῦ πάθους, οὐδὲν ἔργον ἐστί, (πάντες γὰρ τὰ αὐτὰ ψηφίζονται), τὸ δὲ ζητούμενον, ὅπως αὐτοῦ περιγενώμεθα. Πῶς οὖν αὐτοῦ περιγενώμεθα; Ἂν ἀντιστήσωμεν δόξαν δόξῃ. Ὥσπερ γὰρ τοῦ τῆς γῆς πλούτου καταφρονοῦμεν, ὅταν πρὸς ἕτερον ἴδωμεν πλοῦτον, καὶ τῆς ζωῆς ταύτης ὑπερορῶμεν, ὅταν ἐννοήσωμεν τὴν πολλῷ ταύτης ἀμείνω· οὕτω καὶ δόξαν τὴν ἐνταῦθα διαπτύσαι δυνησόμεθα, ὅταν τὴν ταύτης ἐννοήσωμεν μακρῷ σεμνοτέραν, τὴν ὄντως δόξαν. Ἡ μὲν γὰρ κενή τις ἐστὶ καὶ ματαία, ὄνομα ἔχουσα πράγματος ἔρημον· ἐκείνη δὲ ἀληθής, ἡ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλ' ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ τὸν τῶν ἀρχαγγέλων • Δεσπότην, μᾶλλον δὲ μετ' αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐπαινέτας ἔχουσα. Ἂν πρὸς ἐκεῖνο τὸ θέατρον ἴδῃς, ἂν τοὺς ἐκεῖ μάθῃς στεφάνους, ἂν πρὸς τὸν ἐκεῖθεν κρότον σεαυτὸν μεταθῇς, οὐδέποτέ σε δυνήσεται τὰ ἐνταῦθα κατασχεῖν, οὐδὲ γινόμενα ἡγήσῃ μεγάλα, οὐδὲ ἀπόντα ζητήσεις. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς βασιλείοις τούτοις οὐδεὶς τῶν τῷ βασιλεῖ παρεστηκότων δορυφόρων, ἀφεὶς ἀρέσαι τῷ τὸ διάδημα ἔχοντι καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθημένῳ, κολοιῶν περιεργάζεται φωνάς, ἢ μυιῶν καὶ κωνώπων περιιπταμένων καὶ βομβούντων θόρυβον· οὐδὲν γὰρ τούτων ἄμεινον αἱ τῶν ἀνθρώπων εὐφημίαι διάκεινται. Εἰδότες τοίνυν τῶν ἀνθρωπίνων [b] τὴν εὐτέλειαν, πάντα εἰς τοὺς ἀσύλους συναγάγωμεν θησαυροὺς, καὶ τὴν μένουσαν καὶ ἀκίνητον δόξαν ἐπιζητῶμεν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Sic Savil. Morel. ἀγγέλων. [b] Morel. τῶν ἀνθρώπων.

[170] ΟΜΙΛΙΑ Λ'.

Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστίν· ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ.

α'. Δεινὸν ὁ τῆς δόξης ἔρως, δεινὸν καὶ πολλῶν γέμον κακῶν· ἀκανθά τίς ἐστι δυσαπόσπαστος [a], καὶ θηρίον ἀτίθασσον, καὶ πολυκέφαλον, κατὰ τῶν τρεφόντων αὐτὸ ὀπλιζόμενον. Καθάπερ γὰρ ὁ σκώληξ τὰ ξύλα ἀφ' ὧν τίκτεται διατρώγει, καὶ ὁ ἰὸς τὸν σίδηρον ὅθεν πρόεισι δαπανᾷ, καὶ οἱ σῆτες τὰ ἔρια· οὕτω καὶ ἡ κενοδοξία τὴν τρέφουσαν αὐτὴν ἀπόλλυσι ψυχήν. Διὸ πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς σπουδῆς, ὥστε ἀφανίσαι τὸ πάθος. Ὅρα γοῦν καὶ ἐνταῦθα ὅσα ἐπᾴδει τοῖς μαθηταῖς τοῦτο πάσχουσιν ὁ Ἰωάννης, καὶ μόλις αὐτοὺς καταπραῦνει. Μετὰ γὰρ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων, καὶ ἑτέροις αὐτοὺς ἐπαντλεῖ λόγοις. Ποίοις δὴ τούτοις; *Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος*, λέγων, *ἐπάνω πάντων ἐστίν· ὁ ἐκ τῆς γῆς ὤν, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ.* Ἐπειδὴ, φησὶ, τὴν ἐμὴν ἄνω καὶ κάτω περιστρέφετε [b] μαρτυρίαν, καὶ ταύτῃ με ἀξιοπιστότερον εἶναί φατε, ἐκεῖνο ὑμᾶς ἀναγκαῖον εἰδέναι, ὡς οὐκ ἔνι τὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐρχόμενον, ἀξιόπιστον ἀπὸ τοῦ τὴν γῆν οἰκοῦντος γενέσθαι. Τὸ δὲ, *Ἐπάνω πάντων*, τί ποτέ ἐστι, καὶ τί [c] βούλεται δηλοῦν; Τοῦτό ἐστι. Δείκνυσι γὰρ διὰ τούτου, ὅτι οὐδενὸς δεῖται, ἀλλ' ἀρχῶν ἐστιν αὐτὸς ἑαυτῷ, καὶ ὅτι πάντων μείζων ἀσυγκρίτως. Ἐκ τῆς γῆς δὲ ὄντα καὶ λαλοῦντα ἑαυτὸν λέγει, οὐχ ὅτι ἐξ οἰκείας διανοίας ἐφθέγγετο, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Χριστὸς εἶπεν· *Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε*· τὸ βάπτισμα οὕτω καλῶν, οὐκ ἐπειδὴ ἐπίγειον ἦν, ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὴν ἀπόῤῥητον αὐτοῦ γέννησιν παρέβαλλε τὸ εἰρημένον· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν ἑαυτὸν ὁ Ἰωάννης εἶπε, πρὸς τὴν τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίαν τὰ αὐτοῦ παραβάλλων. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο δηλοῖ τὸ Ἐκ τῆς γῆς λαλεῖν, ἢ ὅτι μικρὰ καὶ ταπεινὰ καὶ εὐτελῆ τοῖς ἐκείνου παραβαλλόμενα τὰ ἐμὰ, καὶ τοιαῦτα, οἷα εἰκὸς γῆϊνην δέξασθαι φύσιν. Παρὰ γὰρ ἐκείνῳ *Πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας ἀπόκρυφοι*. Ὅτι δὲ οὐ περὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων λέγει, δῆλον ἐκεῖθεν. *Ὁ ἐκ τῆς γῆς ὤν*, φησὶν, *ἐκ τῆς γῆς ἐστι*. Καίτοι γε οὐκ ἐκ τῆς γῆς ἦν αὐτῷ τὸ πᾶν, ἀλλὰ τὰ κυριώτερα οὐράνια· καὶ γὰρ ψυχὴν εἶχε, καὶ πνεῦμα μετεῖχεν οὐκ ἐκ τῆς γῆς. Πῶς οὖν ἀπὸ τῆς γῆς αὐτὸς εἶναι λέγει; Οὐδὲν ἄλλο ἐντεῦθεν αἰνίττεται, ἢ ὅτι [d] Μικρὸς ἐγὼ καὶ οὐδενὸς ἄξιος λόγου, ἅτε χαμαὶ ἐρχόμενος καὶ ἐν τῇ γῇ τεχθείς· ὁ δὲ Χριστὸς ἄνωθεν ἡμῖν ἀφῖκται. Διὰ δὴ τούτων πάντων σβέσας τὸ πάθος πρῶτον, τότε λοιπὸν μετὰ πλείονος τῆς παῤῥησίας φθέγγεται περὶ τοῦ Χριστοῦ. Πρὸ μὲν γὰρ τούτου περιττὸν ἦν ῥήματα προΐεσθαι, μηδέποτε χώραν ἐν τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκροωμένων ἔχειν δυνάμενα· ἐπειδὴ δὲ τὰς ἀκάνθας ἀνέσπασεν, [171] ἄρχεται μετὰ ἀδείας λοιπὸν καταβάλλειν [e] τὰ σπέρματα, λέγων· *Ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ* [f] *ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί· καὶ ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, τοῦτο μαρτυρεῖ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.* Μέγα τι καὶ ὑψηλὸν εἰπὼν περὶ αὐτοῦ, πάλιν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον τὸν λόγον ἄγει. Τὸ γὰρ, *Ὃ ἤκουσε καὶ ἑώρακεν*, ἀνθρωπινώτερον εἴρηται. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ παραλαβεῖν ὕψει, οὐδ' ἀπὸ τοῦ ἀκοῦσαι ἥδει ἃ ἥδει· ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ πᾶν εἶχε, τέλειος ἐκ τῶν πατρικῶν προελθὼν κόλπων, καὶ οὐ δεόμενος τοῦ διδάσκοντος. *Καθὼς γὰρ*, φησὶ, *γινώσκει με ὁ Πατὴρ, οὕτω κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.* Τί οὖν ἐστιν, *Ὃ ἤκουσε, λαλεῖ, καὶ ὃ ἑώρακε, μαρτυρεῖ*; Ἐπειδὴ διὰ τῶν αἰσθήσεων τούτων ἡμεῖς πάντα μανθάνομεν ἀκριβῶς, καὶ ἀξιόπιστοι δοκοῦμεν εἶναι διδάσκαλοι, ὑπὲρ ὧν ἢ ὄψει παραλάβωμεν, ἢ ἀκοῇ δεξώμεθα, ἅτε οὐ πλαττόμενοι, οὐδὲ ψευδῆ λέγοντες· τοῦτο καὶ ἐνταῦθα κατασκευάσαι βουλόμενος ὁ Ἰωάννης εἶπε τὸ, *Ἃ ἤκουσε καὶ ἑώρακε*· τουτέστιν, οὐδὲν [g] τῶν παρ' αὐτοῦ ψεῦδός ἐστιν, ἀλλὰ πάντα ἀληθῆ. Οὕτω δήπου καὶ ἡμεῖς περιεργαζόμενοι πολλάκις ἐρωτῶμεν· σὺ ἤκουσας; σὺ εἶδες; κἂν δειχθῇ τοῦτο, ἀναμφίβολος ἡ μαρτυρία. Καὶ αὐτὸς δὲ ὅταν λέγῃ, *Καθὼς ἀκούω, κρίνω*, καὶ, *Ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, λαλῶ*, καὶ *Ὃ ἑωράκαμεν, λαλοῦμεν*, καὶ ὅσα ἂν ἕτερα τοιαῦτα φθέγγηται, οὐχ ἵνα μάθωμεν ὅτι διδασκόμενος λέγει ἃ λέγει (τοῦτο γὰρ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας ἐστὶ νομίζειν)· ἀλλ' ἵνα μηδὲν τῶν λεγομένων ὑποπτεύηται παρὰ τῶν ἀναισχύντων Ἰουδαίων. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδέπω τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον, συνεχῶς ἐπὶ τὸν Πατέρα καταφεύγει, ἐκεῖθεν ἀξιόπιστα ποιῶν τὰ λεγόμενα.

β'. Καὶ τί θαυμάζεις εἰ ἐπὶ τὸν Πατέρα καταφεύγει.

[a] Morel. δυσαπόστατος, Savil. δυσαπόσπαστος. [b] Κάτω στρέφετε Savil. [c] Morel. πάντων ὅ τι ποτέ ἐστι, καὶ τί. Savil. πάντων, τί ἐστι; καὶ τί βούλεται ἡμῖν ἐνδείξασθαι ἡ λέξις; ὅτι οὐδενὸς δεῖται.

[d] Savil. γῆς εἶναί φησιν; ὁρᾷς ὅτι οὐδὲν ἄλλο φησὶν, ἢ ὅτι. [e] Savil. ἀνέσπασε, τότε μετὰ ἀδείας λοιπὸν καταβάλλει. [f] Savil. ὁ ἄνωθεν. Morel. ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Mox item variat tantillum in verbis tantum. [g] Sic Savil. Morel. ὃ τῶν ὡς οὐδὲν. Mox alii οὕτω γοῦν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὅπου γε αὐτὸς πολλάκις καὶ ἐπὶ τοὺς προφήτας καὶ ἐπὶ τὰς Γραφὰς ἔρχεται; ὡς ὅταν λέγῃ, *Ἐκεῖναί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ*. Ἆρ' οὖν καὶ τῶν προφητῶν ἐλάττονα αὐτὸν εἶναι φήσομεν, ἐπειδὴ τὰς ἐκεῖθεν ἕλκει μαρτυρίας; Ἄπαγε. Διὰ γὰρ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν οὕτω μεθοδεύει τὸν λόγον, καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀκηκοὼς φησι λαλεῖν ἅπερ ἐλάλει, οὐχ ὡς διδασκάλου δεόμενος, ἀλλ' ἵνα ἐκεῖνοι πιστεύσωσι μηδὲν εἶναι ψεῦδος τῶν λεγομένων. Ὁ δὲ λέγει Ἰωάννης, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐγὼ δέομαι ἀκοῦσαι τῶν παρ' ἐκείνου. Ἄνωθεν γὰρ ἔρχεται, τὰ ἐκεῖθεν ἀπαγγέλλων, ἃ μόνος αὐτὸς οἶδε σαφῶς· τὸ γάρ, *Ἑώρακε καὶ ἤκουσε*, τοῦτό ἐστι δηλοῦντος. *Καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.*

Καίτοι καὶ μαθητὰς εἶχε, καὶ πολλοὶ προσεῖχον τοῖς λεγομένοις. Πῶς οὖν φησιν, ὅτι *οὐδείς*; Τοῦτο ἀντὶ τοῦ, ὀλίγοι, εἴρηται νῦν· ἐπειδὴ εἰ μηδένα ἔλεγε, πῶς ἐπήγαγεν, *Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν*; Ἐνταῦθα καὶ τῶν ἰδίων καθάπτεται μαθητῶν, ὡς οὐ σφόδρα μελλόντων αὐτῷ πιστεύειν τέως. Ὅτι γὰρ οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἐπίστευσαν αὐτῷ τὰ ῥήματα, δῆλον καὶ ἐκ τῶν μετέπειτα[a] λεχθέντων. Διὰ τοῦτο γὰρ αὐτοὺς [172] καὶ δεσμωτήριον οἰκῶν ἐκεῖθεν ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν, ἵνα αὐτῷ συνδήσῃ μᾶλλον. Οἱ δὲ καὶ τότε μόλις ἐπίστευον, ὅπερ δὴ καὶ ὁ Χριστὸς αἰνιττόμενος εἶπε· *Καὶ μακάριος ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί*. Δι' οὐδὲν τοίνυν ἕτερον εἶπε, *Καὶ τὴν*[b] *μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει*, ἢ τοὺς μαθητὰς ἀσφαλιζόμενος τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ μονονουχὶ λέγων· μὴ ἐπειδὴ μέλλουσιν αὐτῷ ὀλίγοι τέως πιστεύειν, διὰ τοῦτο ψευδῆ νομίσητε[c] εἶναι τὰ λεγόμενα· *Ἃ γὰρ ἑώρακε, μαρτυρεῖ*, φησί. Ταῦτα δὲ λέγει ἅμα καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς καθαπτόμενος ἀναισθησίας. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἀρχόμενος[d] ἐπετίμησεν αὐτοῖς, οὕτω λέγων, ὅτι *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον*. Τοῦτο δὲ οὐκ αὐτοῦ ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν μὴ δεξαμένων κατηγορία. *Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν*. Ἐνταῦθα αὐτοὺς καὶ φοβεῖ· δείκνυσι γὰρ, ὅτι ὁ μὴ τούτῳ πιστεύων, οὐκ αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ Πατρὶ ἀπιστεῖ. Διὸ καὶ ἐπάγει· *Ὃν γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ*. Ἐπεὶ οὖν τὰ ἐκείνου φθέγγεται ὅ τε πιστεύων, ὅ τε ἀπιστῶν, ἐκείνῳ καὶ πιστεύει καὶ ἀπιστεῖ. Τὸ δὲ *Ἐσφράγισεν*, ἔδειξεν ἐστίν. Οὕτως εἰπὼν καὶ ἔτι αὔξων τὸν φόβον, προστίθησιν· *Ὅτι*[e] *ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι*· δεικνὺς, ὡς ἂν ἄλλως τις ἀπιστήσειε τούτῳ, εἰ μὴ ψεῦδος κατηγορίη τοῦ πέμψαντος αὐτὸν Θεοῦ. Ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲν ἐκτὸς τῶν τοῦ Πατρὸς λέγει, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐκείνου, ὁ παρακούων τούτου, τοῦ πέμψαντος παρήκουσεν. Ὁρᾷς πῶς αὐτοὺς καὶ διὰ τούτων καταπλήττει; Τέως γὰρ οὐδὲν μέγα ἐνόμιζον εἶναι παρακοῦσαι τοῦ Χριστοῦ. Διὰ τοῦτο τηλικοῦτον κίνδυνον ἐπεκρέμασε τοῖς ἀπίστοις, ἵνα μάθωσιν, ὅτι αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ παρακούουσιν οἱ τοῦ Χριστοῦ παρακούοντες. Εἶτα καὶ ἐπεξέρχεται τῷ λόγῳ τούτῳ, πρὸς τὸ ταπεινὸν τῆς διανοίας[f] αὐτῶν καταβαίνων καὶ λέγων· *Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα*. Πάλιν, ὅπερ ἔφην, ἐπὶ τὸ ταπεινότερον ἄγει τὸν λόγον, ποικίλλων αὐτὸν καὶ εὐπαράδεκτον ποιῶν τοῖς ἀκούουσι τότε. Οὐ γὰρ ἦν ἄλλως ἐπᾶραι καὶ αὐξῆσαι τὸν φόβον. Εἰ μὲν γάρ τι περὶ αὐτοῦ εἶπε μέγα καὶ ὑψηλὸν, οὐκ ἂν ἐπίστευσαν, ἀλλὰ καὶ κατεφρόνησαν ἄν. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνάγει τὸ πᾶν, πάλιν ὡς περὶ ἀνθρώπου τοῦ Χριστοῦ τέως διαλεγόμενος. Τί δέ ἐστιν ὃ φησιν, *Οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα*; Θέλει δεῖξαι, ὅτι πάντες ἡμεῖς μέτρῳ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν ἐλάβομεν· Πνεῦμα γὰρ ἐνταῦθα τὴν ἐνέργειαν λέγει· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μεριζομένη· οὗτος δὲ ἀμέτρητον ἔχει καὶ ὁλόκληρον πᾶσαν τὴν ἐνέργειαν. Εἰ δὲ ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ ἀμέτρητος, πολλῷ μᾶλλον ἡ οὐσία Ὁρᾷς καὶ τὸ Πνεῦμα ἄπειρον; Ὁ τοίνυν πᾶσαν τοῦ Πνεύματος δεξάμενος τὴν ἐνέργειαν, ὁ τὰ τοῦ Θεοῦ εἰδὼς, ὁ λέγων, *Ὃ ἠκούσαμεν, λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν*, πῶς ἂν εἴη δίκαιος ὑποπτεύεσθαι; Οὐδὲν γάρ φησιν, ὃ μὴ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, οὐδὲ ὃ μὴ τοῦ Πνεύματός ἐστι. Καὶ τέως περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου οὐδὲν φθέγγεται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Πατρὸς [173] καὶ τοῦ Πνεύματος ἀξιόπιστον ποιεῖται τὴν διδασκαλίαν. Ὅτι μὲν γὰρ Θεός ἐστιν, ᾔδεσαν, καὶ ὅτι Πνεῦμά ἐστιν, ἠπίσταντο, εἰ καὶ μὴ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον· ὅτι μέντοι Υἱός ἐστιν, οὐκ ᾔδεσαν. Διὰ τοῦτο ἀεὶ ἐπὶ τὸν Πατέρα καὶ ἐπὶ τὸ Πνεῦμα καταφεύγει, ἐκεῖθεν πιστούμενος τὰ λεγόμενα. Ἐπεὶ ἐάν τις ταύτην ἀνελὼν τὴν αἰτίαν καθ' ἑαυτὸν ἐξετάσῃ τὸν λόγον, σφόδρα ἀποδέει τῆς ἀξίας τοῦ Χριστοῦ. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἀξιόπιστος αὐτοῖς, ἐπειδὴ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐνέργειαν ἔχει· οὐ γὰρ τῆς ἐκεῖθεν δεῖται βοηθείας, ἀλλ' αὐτός ἐστιν ἀρκῶν ἑαυτῷ. Τέως δὲ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀτελεστέρων φθέγγεται, ἀπὸ τῶν ταπεινῶν κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀναγαγεῖν βουλόμενος. Ταῦτα δὲ λέγω, ἵνα μὴ ἁπλῶς τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς κείμενα παρατρέχωμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν σκοπὸν τοῦ λέγοντος, καὶ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκροατῶν, καὶ πολλὰ ἕτερα τὰ ἐν αὐταῖς καταμανθάνωμεν. Οὐ γὰρ πάντα ὡς βούλονται οἱ διδάσκαλοι φθέγγονται, ἀλλὰ τὰ πολλὰ ὡς ἡ ἕξις τῶν ἀσθενούντων ἀπαιτεῖ. Διὸ καὶ Παῦλος λέγει· *Οὐκ ἠδυνήθην ὑμῖν λαλῆσαι ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα*. Ἐβουλόμην μὲν γὰρ, φησὶν, ὡς πνευματικοῖς λαλῆσαι, οὐκ ἠδυνάμην δέ. Πῶς; Οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς ἀδυνάτως εἶχεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνοι οὐκ ἠδύναντο οὕτως ἀκοῦσαι. Οὕτω καὶ Ἰωάννης ἐβούλετο μεγάλα τινὰ διδάξαι τοὺς μαθητὰς, ἀλλ' οὐδέπω δέξασθαι ἠνείχοντο ἐκεῖνοι· διὰ τοῦτο τοῖς ταπεινοτέροις ἐνδιατρίβει μάλιστα.

γ'. Χρὴ τοίνυν διερευνᾶσθαι μετὰ ἀκριβείας πάντα. Καὶ γὰρ ὅπλα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν Γραφῶν πνευματικά. Ἀλλ' ἂν μὴ εἰδῶμεν ἁρμόσαι τὰ ὅπλα, καὶ καθοπλίσαι καλῶς τοὺς μαθητὰς, αὐτὰ μὲν ἔχει τὴν οἰκείαν ἰσχὺν, τοὺς δεχομένους δὲ οὐδὲν ὠφελῆσαι δύναται. Θῶμεν γὰρ εἶναι θώρακα ἰσχυρὸν, καὶ κράνος καὶ ἀσπίδα, καὶ δόρυ· εἶτα λαβέτω τις ταῦτα τὰ ὅπλα, καὶ τὸν μὲν θώρακα περιτιθέτω τοῖς ποσὶ, τὸ δὲ κράνος, ἀντὶ τῆς κεφαλῆς, τῇ ὄψει, καὶ τὴν ἀσπίδα μὴ πρὸ τοῦ στήθους προβαλλέσθω, ἀλλὰ φιλονεικείτω περιαρτῆσαι τοῖς ποσίν· ἆρα δυνήσεταί τι τῶν ὅπλων ἀπόνασθαι[g] τούτων, ἀλλ' οὐχὶ καὶ βλαβήσεται; Παντί που δῆλον. Ἀλλ' οὐ παρὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ὅπλων, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀπειρίαν τοῦ οὐκ εἰδότος αὐτοῖς χρήσασθαι καλῶς. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν Γραφῶν· ἂν τὴν τάξιν αὐτῶν συγχέωμεν, τὴν μὲν οἰκείαν αὗται δύναμιν ἔξουσι καὶ οὕτως, ἡμᾶς δὲ οὐδὲν ὠφελήσουσι. Ταῦτα ἀεὶ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ διαλεγόμενος ὑμῖν, οὐδὲν ἀνύω πλέον· καὶ γὰρ τοῖς βιωτικοῖς πάντα τὸν χρόνον προσηλωμένους ὑμᾶς ὁρῶ, τῶν πνευματικῶν οὐδὲ ὀναρ μετέχοντες[h]. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ βίος ἡμῖν ἠμέληται, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνιζόμενοι, οὐ

[a] Alii ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα. Mox Morel. διὰ τοῦτο οὖν ἐκεῖνος. [b] Ἐμοί. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἔλεγε. καὶ τήν, sic Savil. Paulo post Morel. μονονουχὶ ἀπολογούμενος. [c] Savil. νομίσητε. Morel. νομίσαι Ibid. Savil. ἃ γὰρ ἑώρακε λαλεῖ. Ταῦτα δέ. [d] Morel. ὥσπερ οὖν καὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἀρχόμενος. [e] Savil. τὸν φόβον, φησὶν ὅτι. [f] Savil. πρὸς τὸ μέτρον τῆς ἀσθενείας.

[g] Sic Savil. Morel. ἀποτείνασθαι. [h] Morel πνευματικῶν οὐδένα λόγον ποιουμένους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rem esse dicemus, quia inde testimonia mutuatur ? Absit. Sed propter auditorum infirmitatem sic sermonem temperat, et ex Patre audita se narrare dicit, non quasi doctore egeat, sed ut illi credant, nihil a se falsum dici. Quod autem dicit Joannes, sic intellige : Mihi opus est audire ab illo. Nam de cælo venit, et cælestia nuntiat, quæ solus ipse clare novit ; nam illud, *Audivit et vidit*, hoc significat. *Et testimonium ejus nemo accipit.*

Joannis discipuli Christo non crediderant. — Atqui discipulos habuit et multi dictis ejus attendebant ; cur ergo dicit, *Nemo accipit ?* Hoc est, Pauci accipiunt. Nam si neminem dixisset, cur subjunxisset : 33. *Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est ?* Hic discipulos suos perstringit, ac si non multum ei crediturі essent. Quod enim neque postea ipsi crediderint, palam est ex sequentibus. Idcirco illos in carcere inclusus misit ad eum, ut ipsos magis ipsi connecteret. Illi vero tunc etiam vix crediderunt, quod subindicans Christus dixit, *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me* (*Matth.* 11. 6). Nulla igitur alia de causa dicit, *Et testimonium ejus nemo accipit*, quam ut discipulos suos erudiat, ac si diceret : Ne putetis quia pauci crediturі sunt, ideo falsa illa esse quæ dicuntur. Nam *Quæ vidit, testatur*, inquit. Hæc porro dicit, ut simul Judæorum ignaviam perstringat ; ut in principio Evangelii ipsos coarguit his verbis : *In propria venit, et sui eum non receperunt.* Hoc autem non venientis, sed non recipientium peccatum est. *Qui accepit ejus testimonium, obsignavit quia Deus verax est.* Hic illos exterret, cum ostendit eum qui Christo non credit, non modo non ipsi, sed neque Patri credere ; quamobrem adjicit : 34. *Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur.* Quia ergo verba ejus loquitur, et credens illi credit, et incredulus illi non credit. Illud autem, *Obsignavit*, id est, Ostendit. Postquam hæc dixit et timorem auxit, adjicit : *Quia Deus verax est ;* significans, neminem posse illi non credere, nisi mendacii arguat Deum qui misit ipsum. Quoniam igitur nihil extra ea quæ sunt Patris dicit Christus, sed omnia illius sunt ; qui ipsum non audit, mittentem Patrem non audit. Viden' quomodo ipsos per hæc etiam percellat ? Hactenus enim nihil grave putabant esse Christum non audire. Ideo tantum periculum incredulis impendere ostendit, ut discant Christum non audire idipsum esse quod Deum non audire. Deinde prosequitur, imbecillitati mentis eorum se attemperans, his verbis : *Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.* Rursus, ut dixi, humiliori modo loquitur, sic varians ad faciliorem auditorum captum ; non enim poterat aliter metum augere. Nam si quid de ipso magnum et sublime dixisset, non credidissent, sed id nihili fecissent. Ideo ad Patrem totum refert, de Christo interim quasi de homine loquens. Quid vero significat illud : *Non ad mensuram dat Deus Spiritum ?* Nos omnes, ait, ad mensuram Spiritus operationem accepimus ; per Spiritum enim hic operationem intelligit : hæc quippe ea est quæ distribuitur : hic vero totam illam sine mensura habet operationem. Si autem operatio ejus immensa est multo magis ejus substantia. Viden' Spiritum etiam immensum esse ? Qui ergo totam Spiritus operationem accepit ; qui ea, quæ sunt Dei, novit ; qui dicit : *Quod audivimus loquimur, et quod vidimus testamur ;* quomodo possit suspectus haberi ? Nihil enim dicit quod non sit Dei, nihil quod non sit Spiritus. Atque interim nihil de Deo Verbo loquitur, sed ex Patre et ex Spiritu doctrinæ suæ fidem conciliat. Quod Deus esset noverant, quod Spiritus esset sciebant, etsi non congruentem de illo opinionem haberent : quod autem Filius esset nesciebant. Ideo semper ad Patrem et ad Spiritum confugit, ut dictis fidem conciliet. Nam si quis hac sublata causa, sermonem per se consideret, longe abest a dignitate Christi. Non enim ideo fide dignus ipsis erat, quod Spiritus operationem haberet : quippe qui non egeat auxilio illius, sed sibi ipse sufficiat. Interim vero secundum simpliciorum opinionem loquitur, ut ab humilioribus paulatim illos erigat. Hæc autem dico, ut ne obiter Scripturæ dicta prætercurramus, sed et dicentis scopum et auditorum imbecillitatem aliaque multa exploranda esse discamus. Doctores enim non omnia ut vellent ipsi proferunt, sed pleraque ad auditorum captum infirmitatemque temperant. Ideo Paulus ait : *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Lac vobis potum dedi, non cibum* (1. *Cor.* 3. 1. 2). Volebam, inquit, vobis ut spiritualibus loqui, nec potui. Quare ? Non quod ille non posset, sed quia illi non poterant sic audire. Sic et Joannes volebat magna quædam docere discipulos, sed id illi nondum capere poterant. Ideo in humilioribus maxime versatur.

3. Diligenter igitur omnia sunt exploranda. Nam Scripturæ dicta spiritualia arma sunt. Verum si ea adaptare et discipulos probe armare nesciamus, ipsa quidem suam vim habent, sed armatis inutilia sunt. Supponamus esse firmum thoracem, galeam, clypeum et hastam : deinde arma illa quis accipiat, et thoracem pedibus ; galeam non capiti, sed oculis ; clypeum non pectori, sed pedibus adaptet : an poterit his armis juvari ? annon potius iis lædetur ? Illud certe liquidum est. Hoc vero non ex armorum imbecillitate, sed ex imperitia utentis provenit. Ita et in Scripturis, si illarum ordinem confundamus, illæ semper sua erunt vi instructæ : nos vero nihil juvabunt. Hæc vobis publice et privatim repetens, nihil proficio : nam sæcularibus vos semper rebus addictos conspicio, dum spiritualia nihil penditis. Ideo et vitam negligimus, et cum pro veritate certamus, non magna vi instructi sumus, sed ridiculi evadimus, tum apud gentiles, tum apud Judæos et apud hæreticos. Quod si in aliis quoque rebus pari negligentia uteremini, ne sic quidem vobis esset ignoscendum. Verum in sæcularibus negotiis quisque vestrum est gladio acutior, tam qui artes exercent, quam qui res civiles tractant. In necessariis vero et spiritualibus, ignavi prorsus sumus, levia rebus seriis præferentes. Quæ autem cæteris omnibus anteferenda erant, hæc ne levia quidem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

censere dignamur. An nescitis hæc non priscis tantum hominibus scripta esse, sed etiam nobis [1]? Non audis Paulum dicentem : *Hæc ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines sæculorum devenerunt* (1. *Cor.* 10. 11) : *ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* (*Rom.* 15. 4) : Scio equidem me frustra loqui, sed finem dicendi non faciam. Hæc enim faciendo apud Deum excusatus ero, etiam si nullus audiat. Certe qui attentis loquitur, consolationem ex auditorum obsequentia accipit : qui autem sæpe concionans non auditur, nec tamen concionari cessat, majori præmio dignus erit, quia secundum Dei placitum, auscultante nemine, officium implet suum. Attamen licet nobis major merces ob socordiam vestram paretur, malumus hanc minui, et salutis vestræ spem esse majorem : profectum enim vestrum mercedis loco habemus. Et hæc nunc dicimus, non ut molesti et onerosi vobis simus, sed ut dolorem nostrum de segnitie vestra conceptum exhibeamus : qua utinam nos omnes liberati, spiritualium rerum studio hæreamus, et cælestia bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Quidam habent, *vobis*, pro, *nobis*.

HOMILIA XXXI.

35. *Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus.*
36. *Qui credit in Filium, habet vitam æternam : qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.*

1. Magnum attemperationis et indulgentiæ lucrum in omnibus rebus experimur. Sic artes perfecimus, non repente omnia a magistris discentes ; sic urbes construximus, sensim et paulatim ædificantes ; sic vitam sustentamus. Nec mireris si hic modus in hujus vitæ rebus tantam vim habeat, quando in spiritualibus quoque hoc prudens temperamentum ita valet. Sic ab idololatria potuere Judæi eripi, sensim reducti ; qui a principio nihil sublime audierunt, neque quantum ad dogmata, neque quantum ad vitæ institutum. Sic etiam post Christi adventum, quando sublimiorum dogmatum tempus erat, omnes adducebant apostoli, nihil sublime a principio loquentes. Sic et Christus multis a principio verba faciebat. Sic Joannes nunc fecit de illo quasi de mirabili quopiam homine loquens, sublimiaque obscurius interserens. Initio namque dicebat : *Non potest homo a seipso accipere quidquam.* Deinde postquam aliquid magnum adjecit, *Qui de cælo venit, supra omnes est ;* rursus ad humilia descendit, præter alia multa dicens : *Non enim ex mensura dat Deus Spiritum ;* postea rursus, *Pater diligit Filium, et omnia dedit in manu ejus.* Inde cum intelligeret, metum supplicii magnam utilitatem parere, multosque non tam promissis quam comminationibus moveri, hic tandem claudit sermonem et ait : *Qui credit in Filium habet vitam æternam : qui vero non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Rursum hic ad Patrem supplicii sermonem refert. Non enim dixit, Ira Filii, etiamsi ille sit judex ; sed Patrem memoravit, ut magis terreret. Num ergo sufficit, inquies, in Filium credere, ut vita æterna habeatur? Nequaquam. Audi Christum hoc ipsum declarantem his verbis, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum* (*Matth.* 7. 21) ; et blasphemia in Spiritum sufficit ut in gehennam quis detrudatur.

Fides sine vita bona nihil prodest. Illud, ira manet super eum, *pœnam æternam designat.* — Et quid dico de parte dogmatis? Nam et si quis recte credat in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, si recte non vivat, nihil ipsi fides proderit ad salutem. Ergo quando dicit, *Hæc est enim vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum* (*Joan.* 17. 3), ne putemus id nobis ad salutem satis esse. Opus namque nobis est et vitæ et morum instituto probo [1]. Et si hic dixerit, *Qui credit in Filium, habet vitam æternam ;* verum sequentia vehementius protulit. Neque enim ex bonis tantum, sed etiam ex contrariis sermonem contexit ; et vide quo pacto. Infert enim, *Qui non credit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Attamen non hinc inferimus, solam fidem ad salutem esse satis ; quod probatur ex dictis evangelicis frequentibus, bonam vitam spectantibus. Ideo non dixit, Hæc sola est vita æterna, neque, Is qui solummodo credit in Filium, habet vitam æternam ; sed in utroque vitam esse significat. Certe si vita proba non sequatur, magnum sequetur supplicium. Neque dixit, Manet eum, sed, *Manet super eum ;* declarans numquam ab eo discessuram iram esse. Ne putares enim illud, *Non videbit vitam,* mortem temporaneam indicare ; sed crederes perpetuum esse supplicium, hoc dictum posuit, ut ostenderet illam perpetuo manere et insidere. Illud autem fecit, ut per hæc omnia verba ipsos ad Christum impelleret. Quapropter non ad illos privatim monita dirigit, sed in communi, et ut maxime ipsos allicere poterat. Non enim dixit, Si credatis, Si non credatis ; sed in communi loquitur, ut quæ dicuntur nulli sint suspicioni obnoxia : idque fecit vehementius, quam Christus. Nam Christus dicit, *Qui non credit, jam judicatus est ;* hic autem, *Non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum ;* et jure quidem. Neque enim idem est aliquem de seipso loqui, et alterum de illo. Nam Christum putassent ex ambitione et fastu sæpe talia loqui : Joannes vero hæc carebat suspicione. Quod si postea Christus vehementiore usus est sermone, id tunc fecit, quando de ipso magnam habebant opinionem. (*Cap.* 4) 1. *Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi, quod Jesus plures discipulos facit, et baptizat, quam Joannes* (2. *quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus*), 3. *secessit ex Judæa, et venit in Galilæam.* Ipse quidem non baptizat, sed nuntii cum vellent majorem illi invidiam conflare, ita referebant. Cur, inquies, seces-

[1] Savil. legit, *morum instituto purissimo.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πολλὴν ἔχομεν τὴν ἰσχύν, ἀλλὰ καταγέλαστοι γινόμεθα, καὶ παρ' Ἕλλησι, καὶ παρὰ Ἰουδαίοις, καὶ παρὰ αἱρετικοῖς. Καὶ εἰ μὲν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀμελοῦντες, τὴν αὐτὴν καὶ ἐνταῦθα ῥᾳθυμίαν ἐπεδείκνυσθε, ἦν μὲν οὐδὲ οὕτως ἀπολογίας ἄξιον τὸ γινόμενον. Νυνὶ δὲ ἐν μὲν τοῖς βιωτικοῖς ἕκαστος ξίφους ἐστὶ τομώτερος, καὶ οἱ τὰς τέχνας μετιόντες, καὶ οἱ τὰ πολιτικὰ πράττοντες [174] πράγματα· ἐν δὲ τοῖς ἀναγκαίοις καὶ πνευματικοῖς, πάντων ἐσμὲν ῥᾳθυμότεροι [a], τοῖς μὲν παρέργοις ὡς ἔργοις κεχρημένοι, ἃ δὲ πάντων ἔργων ἀναγκαιότερα τίθεσθαι ἐχρῆν, ταῦτα οὐδὲ πάρεργα εἶναι νομίζοντες. Ἢ οὐκ ἴστε ὅτι οὐ διὰ τοὺς πρώτους ἀνθρώπους μόνον ἐγράφη τὰ γραφέντα, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς [b]; Οὐκ ἀκούεις τοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι *Ταῦτα δὲ εἰς νουθεσίαν ἡμῶν ἐγράφη, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησαν· ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν;* Καὶ οἶδα μὲν εἰκῇ λέγων· πλὴν οὐ παύσομαι λέγων. Τοῦτο γὰρ ποιῶν ἀπολογήσομαι τῷ Θεῷ, κἂν μηδεὶς ὁ ἀκούων ᾖ. Ὁ μὲν γὰρ τοῖς προσέχουσι λέγων, ἔχει παραμυθίαν τοῦ λέγειν τὴν πειθὼ τῶν ἀκροωμένων· ὁ δὲ συνεχῶς λέγων, καὶ μὴ ἀκουόμενος, εἶτα οὐ παυόμενος τοῦ λέγειν, πλείονος ἂν εἴη τιμῆς ἄξιος, διὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν. καὶ μηδενὸς προσέχοντος, τὸ αὐτοῦ πᾶν πληροῦν. Ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἡμῖν ὁ μισθὸς μείζων ἐκ τῆς ὑμετέρας παρακοῆς, ὅμως ἐπιθυμοῦμεν τοῦτον ἐλαττωθῆναι μᾶλλον, καὶ τὴν ὑμετέραν αὐξηθῆναι σωτηρίαν, μισθὸν μέγαν τὴν ὑμετέραν εὐδοκίμησιν εἶναι νομίζοντες. Καὶ ταῦτα λέγομεν νῦν, οὐχ ἵνα ἐπαχθῇ καὶ βαρὺν ποιήσωμεν τὸν λόγον, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀλγηδόνα ὑμῖν ἐπιδείξωμεν [c], ἣν ἔχομεν διὰ τὴν ὑμετέραν ῥᾳθυμίαν· ἢ γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀπαλλαγέντας, τῆς πνευματικῆς ἔχεσθαι σπουδῆς, καὶ τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Sic Savil. Morel. ἀθυμότεροι. Quidam alii ὑπτιώτεροι.
[b] Quidam δι' ὑμᾶς.
[c] Ὑποδείξωμεν Savil. et cod. 706, rectius.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΑ'.

Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπιστῶν τῷ Υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.

α'. Πολὺ τῆς συγκαταβάσεως τὸ κέρδος ἐν ἅπασι δείκνυται πράγμασιν. Οὕτω τὰς τέχνας κατωρθώσαμεν, οὐκ ἀθρόον παρὰ τῶν διδασκάλων πάντα μανθάνοντες· οὕτω πόλεις ἐδειμάμεθα, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτὰς συνιστῶντες· οὕτω τὴν ζωὴν διακρατοῦμεν τὴν ἡμετέραν. Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ ἐπὶ τῶν βιωτικῶν τὸ πρᾶγμα τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχύν, ὅπου γε καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς πολλὴν ἄν τις εὕροι ταύτης τῆς σοφίας οὖσαν τὴν δύναμιν. Οὕτω γὰρ καὶ ἡδυνήθησαν ἀπαλλαγῆναι τῆς εἰδωλολατρείας Ἰουδαῖοι, ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐναγόμενοι, καὶ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὑψηλὸν ἀκούοντες, μήτε δογμάτων, μήτε πολιτείας ἕνεκεν. Οὕτω μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, ὅτε καὶ ὑψηλοτέρων δογμάτων ὁ καιρὸς ἦν, ἅπαντας προσήγοντο οἱ ἀπόστολοι, οὐδὲν ἐκ πρώτης ὑψηλὸν φθεγγόμενοι. Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τοῖς πλείοσι διελέγετο παρὰ τὴν [175] ἀρχήν. Οὕτω [a] καὶ Ἰωάννης ἐποίησε νῦν, ὡς περὶ ἀνθρώπου διαλεγόμενός τινος θαυμαστοῦ, καὶ τὰ ὑψηλὰ συνεσκιασμένως παρεντιθείς. Ἀρχόμενος γοῦν οὕτως ἔλεγεν· *Οὐ δύναται ἄνθρωπος ἀφ' ἑαυτοῦ λαμβάνειν οὐδέν.* Εἶτα ὑψηλόν τι συνάψας καὶ εἰπών, *Ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστὶ*, πάλιν εἰς τὰ ταπεινὰ τὸν λόγον κατάγει, λέγων ἄλλα τε πολλὰ, καὶ ὅτι, *Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα*· εἶτα [b] ἐπάγει, λέγων· *Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.* Εἶτα καὶ εἰδὼς ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς κολάσεως γινομένην τὴν ὄνησιν [c], καὶ οὐχ οὕτω τῇ τῶν χρηστῶν ἐπαγγελίᾳ τοὺς πολλοὺς ἐπαγομένους, ὡς τῇ τῶν φοβερῶν ἀπειλῇ, ἐνταῦθα κατακλείει τὸν λόγον λοιπὸν, καὶ φησίν· *Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.* Πάλιν κἀνταῦθα [d] ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνάγει τὸν τῆς κολάσεως λόγον. Οὐ γὰρ εἶπεν, ἡ ὀργὴ τοῦ Υἱοῦ, καίτοι γε αὐτός ἐστιν ὁ κριτής· ἀλλὰ τὸν Πατέρα αὐτοῖς ἐπέστησε, μᾶλλον φοβῆσαι βουλόμενος. Ἆρα οὖν ἀρκεῖ τὸ πιστεῦσαι εἰς τὸν Υἱὸν, φησὶ, πρὸς τὸ ζωὴν ἔχειν αἰώνιον; Οὐδαμῶς. Καὶ ἄκουε τοῦ Χριστοῦ τοῦτο δεικνύντος καὶ λέγοντος· *Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*· καὶ ἡ εἰς τὸ Πνεῦμα δὲ βλασφημία ἀρκεῖ καὶ μόνη εἰς γέενναν ἐμβαλεῖν.

Καὶ τί λέγω περὶ μέρους δόγματος; Κἂν γὰρ εἰς τὸν Πατέρα τις καὶ τὸν Υἱὸν ὀρθῶς πιστεύσῃ, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, βίον δὲ μὴ ἔχῃ ὀρθὸν, οὐδὲν αὐτῷ κέρδος τῆς πίστεως [e] εἰς σωτηρίαν. Οὐκοῦν καὶ ὅταν λέγῃ, *Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν*, μὴ νομίσωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν τὸ λεγόμενον. Δεῖ γὰρ ἡμῖν καὶ βίου καὶ πολιτείας ἀκριβεστάτης [f]· ἐπεὶ καὶ ἐνταῦθα εἴρηκεν, *Ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον*· ἀλλὰ τὸ τούτου ἐξῆς τέθεικε σφοδρότερον. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῶν χρηστῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων τὸν λόγον ὑφαίνει. Καὶ ὅρα πῶς [g]. Ἐπήγαγε γάρ· *Ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ Υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν.* Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἐντεῦθέν φαμεν ἀρκεῖν τὴν πίστιν εἰς σωτηρίαν μόνην. Καὶ δείκνυσι τὰ περὶ βίου πολλαχοῦ τῶν Εὐαγγελίων εἰρημένα. Διά τοι τοῦτο οὐκ εἶπεν, αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ μόνη· οὐδὲ, ὁ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν μόνον ἔχει αἰώνιον ζωήν· ἀλλ' ἐν ἑκατέρῳ τοῦτο ἐμφαίνει [h], ὅτι ἔχει ζωὴν τὸ πρᾶγμα. Ἂν μέντοι τὰ τῆς πολιτείας μὴ ἀκολουθῇ, πολλὴ ἔψεται ἡ κόλασις. Καὶ οὐκ εἶπε, Μένει αὐτὸν, ἀλλ' *Ἐπ' αὐτὸν*, δηλῶν ὅτι οὐδέποτε ἀπ' αὐτοῦ ἀποστήσεται. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς θάνατον εἶναι πρόσκαιρον τὸ, *Οὐκ ὄψεται ζωὴν*, ἀλλὰ πιστεύσῃς ὅτι διηνεκὴς ἡ κόλασις, τοῦτο τέθεικε τὸ ῥῆμα, δεικνὺς ὅτι ἐνιζάνει αὐτῷ διηνεκῶς. Ἐποίησε δὲ τοῦτο, διὰ τούτων αὐτοὺς τῶν ῥημάτων ὠθῶν πρὸς τὸν Χριστόν. Διόπερ [176] οὐδὲ ἰδίᾳ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραίνεσιν ἐποιήσατο, ἀλλὰ καθολικὴν, καὶ ὡς ἂν μάλιστα αὐτοὺς ἐπαγαγέσθαι ἐδύνατο. Οὐ γὰρ εἶπεν, ἐὰν πιστεύσητε, καὶ, ἐὰν μὴ πιστεύσητε· ἀλλ' ἐπὶ τοῦ κοινοῦ προάγει τὸν λόγον, ὥστε ἀνύποπτα γενέσθαι τὰ λεγόμενα· καὶ σφοδρότερον ἢ ὁ Χριστὸς τοῦτο πεποίηκεν. Ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς εἶπεν, ὅτι *Ὁ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται*· οὗτος δὲ, *Οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν*· καὶ μάλα εἰκότως. Οὐ γὰρ ὁμοίως ἦν αὐτόν τινα περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, καὶ ἕτερον περὶ αὐτοῦ. Τὸν μὲν γὰρ Χριστὸν ἐνόμισαν ἂν φιλαυτίας ἕνεκεν ταῦτα πολλάκις φθέγγεσθαι καὶ κομπάζειν· ὁ δὲ Ἰωάννης ταύτης ἀπήλλακτο τῆς ὑποψίας. Εἰ δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ὁ Χριστὸς σφοδροτέρῳ κέχρηται λόγῳ, ἀλλ' ὅτε μεγάλην τὴν περὶ αὐτοῦ δό-

[a] Savil. διαλεγόμενος παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐφαίνετο· οὕτω.
[b] Ita alii et Savil. Morel. μεθ' ἅ.
[c] Savil. εἶτα καὶ εἰδὼς πολλὴν τῆς κολάσεως οὖσαν τὴν ἰσχύν. Morel. ἐπειτα πολλὴν εἰδὼς ἀπό.
[d] Sic Savil. Morel. ὁρᾷς πῶς κἀνταῦθα.
[e] Morel. οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἀπὸ τῆς πίστεως ἔσται.
[f] Savil. καθαρωτάτης.
[g] Savil. τὸν λόγον συντίθησιν οὕτω.
[h] Savil τοῦτο ἐδήλου. Mox idem μὴ ἔπηται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ξαν ἔσχον λοιπόν. *Ὡς οὖν ἔγνω ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι, ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης (καίτοι γε αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ), ἀνεχώρησεν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν.* Αὐτὸς μὲν οὖν οὐκ ἐβάπτιζεν, οἱ δὲ ἀπαγγέλλοντες, βουλόμενοι διεγεῖραι τοὺς ἀκούοντας εἰς φθόνον, οὕτως ἀπήγγελλον. Τί δήποτε οὖν, φησὶν, ἀνεχώρει [a]; Οὐ δειλίας ἕνεκεν, ἀλλ' ἐκκόπτων αὐτῶν τὴν βασκανίαν, καὶ παραμυθούμενος τὸν φθόνον. Δυνατὸς μὲν γὰρ ἦν καὶ ἐπελθόντας ἐπισχεῖν, ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο συνεχῶς τοῦτο ποιεῖν, ὥστε μὴ ἀπιστεῖσθαι τῆς σαρκὸς τὴν οἰκονομίαν. Εἰ γὰρ συνεχῶς κρατούμενος διέφευγε, τοῦτο ἂν ὑπωπτεύθη παρὰ πολλοῖς. Διά τοι τοῦτο τὰ πολλὰ ἀνθρωπινώτερον ᾠκονόμει. Ὥσπερ γὰρ ἐβούλετο πιστευθῆναι ὅτι Θεὸς ἦν, οὕτως ὅτι Θεὸς ὢν, σάρκα ἐφόρει. Διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πρὸς τὸν μαθητὴν ἔλεγε· *Ψηλάφησόν μου καὶ ἴδε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει.* Διὰ τοῦτο καὶ Πέτρῳ ἐπετίμησεν, εἰπόντι· *Ἵλεώς σοι, οὐ μὴ ἔσται τοῦτο.* Οὕτω σφόδρα αὐτῷ τὸ πρᾶγμα περισπούδαστον ἦν.

β'. Ἐπεὶ καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων οὐ μικρὸν τοῦτο τὸ μέρος ἐστὶ, καὶ τῆς [b] ὑπὲρ ἡμῶν σωτηρίας τὸ κεφάλαιον τοῦτο, καὶ δι' οὗ πάντα γεγένηται καὶ κατώρθωται. Οὕτω γὰρ καὶ θάνατος ἐλύθη, καὶ ἁμαρτία ἀνῃρέθη, καὶ κατάρα ἠφανίσθη, καὶ τὰ μυρία εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον ἡμῶν ἀγαθά. Διὸ μάλιστα ἐβούλετο πιστεύεσθαι τὴν οἰκονομίαν, τὴν ῥίζαν καὶ πηγὴν ἡμῖν τῶν μυρίων γενομένην ἀγαθῶν. Οἰκονομῶν δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὔτε τὰ θεῖα συσκιάζεσθαι ἠφίει. Ἀναχωρήσας γοῦν, πάλιν τῶν αὐτῶν εἴχετο ὧν καὶ πρότερον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ἀπῄρχετο, ἀλλὰ μεγάλα τινὰ κατασκευάζων πράγματα τὰ κατὰ τοὺς Σαμαρείτας· καὶ οὐχ ἁπλῶς [c] οἰκονομῶν αὐτὰ, ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης αὐτῷ σοφίας, καὶ τοῦ μηδεμίαν καταλιπεῖν Ἰουδαίοις μηδὲ ἀναισχύντου τινὸς ἀπολογίας πρόφασιν. Ὅπερ καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς αἰνιττόμενος· ἐπήγαγεν, *Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι διὰ τῆς Σαμαρείας,* δεικνὺς ὁδοῦ πάρεργον αὐτὸν τοῦτο ποιούμενον. Οὕτω καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐποίουν. Καθάπερ [177] γὰρ ἐκεῖνοι διωκόμενοι ὑπὸ Ἰουδαίων, τότε ἐπὶ τὰ ἔθνη ἤρχοντο· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὅτε αὐτὸν ἀπῄλασαν, τότε καὶ ἐκείνων ἥπτετο, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς Συροφοινικίσσης ἐποίησε γυναικός. Τοῦτο δὲ ἐγένετο, ὥστε πᾶσαν ἐκκοπῆναι Ἰουδαίοις ἀπολογίαν, καὶ ἵνα μὴ ἐξῇ αὐτοῖς λέγειν, ὅτι καταλιπὼν ἡμᾶς πρὸς τοὺς ἀκροβύστους ἀπῆλθε. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ μαθηταὶ ἀπολογούμενοι ἔλεγον· *Ὑμῖν ἦν ἀναγκαῖον πρῶτον λαληθῆναι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἀναξίους κρίνετε ἑαυτοὺς, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη·* καὶ αὐτὸς πάλιν, *Οὐκ ἦλθον εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ·* καὶ πάλιν, *Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ δοῦναι τοῖς κυναρίοις.* Ἐπεὶδὴ δὲ αὐτὸν ἀπῄλασαν, Οὐραν τοῖς ἔθνεσιν ἀνέῳξαν. Καὶ οὐδὲ οὕτω προηγουμένως ἐπ' ἐκείνους ἔρχεται, ἀλλὰ παριών. Παριὼν τοίνυν, *Ἦλθεν εἰς* [d] *πόλιν τῆς Σαμαρείας λεγομένην Συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου, οὗ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ· ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ.* Τίνος ἕνεκεν ἀκριβολογεῖται ὁ Εὐαγγελιστὴς περὶ τοῦ τόπου; Ἵνα ὅταν ἀκούσῃς τῆς γυναικὸς λαλούσης, *Ἰακὼβ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἔδωκεν ἡμῖν τὴν πηγὴν ταύτην,* μὴ ξενισθῇς. Ὁ γὰρ τόπος ἐκεῖνος ἦν ἐνθα ὑπὲρ τῆς Δείνας οἱ περὶ τὸν Λευὶ καὶ Συμεὼν ἀγανακτοῦντες, τὸν χαλεπὸν ἐκεῖνον εἰργάσαντο φόνον.

Ἄξιον δὲ εἰπεῖν καὶ πόθεν οἱ Σαμαρεῖται συνέστησαν. Καὶ γὰρ ὁ τόπος οὗτος ἅπας Σαμάρεια καλεῖται. Πόθεν οὖν τὴν προσηγορίαν ἔλαβον; Σομὸρ τὸ ὄρος ἐλέγετο ἀπὸ τοῦ κτησαμένου, καθάπερ καὶ Ἡσαΐας φησί· *Καὶ ἡ κεφαλὴ Σομόρων, Ἐφραΐμ·* ἀλλ' οἱ κατοικοῦντες οὐ Σαμαρεῖται, ἀλλ' Ἰσραηλῖται ἐλέγοντο. Χρόνου δὲ προϊόντος, προσέκρουσαν τῷ Θεῷ· καὶ βασιλεύσαντος Φακεὲ, ἀνελθὼν Θεγλὰθ Φαλασὰρ, πόλεις τε εἶλε πολλὰς, καὶ ἐπέθετο τῷ Ἠλᾶ, καὶ ἀνελὼν αὐτὸν, Ὡσηὲ τὴν βασιλείαν ἔδωκεν. Ἐπὶ τοῦτον ἐλθὼν ὁ Σαλμανασὰρ, εἶλε πόλεις ἑτέρας [e], καὶ ὑποφόρους ἐποίησε καὶ ὑποτελεῖς. Ἀλλ' οὗτος τὸ μὲν πρῶτον εἶξεν· ὕστερον δὲ ἀπέστη τῆς ἀρχῆς, καὶ πρὸς τὴν τῶν Αἰθιόπων κατέφυγε συμμαχίαν. Ἔγνω τοῦτο ὁ Ἀσσύριος, καὶ ἐπιστρατεύσας, καὶ ἀνελὼν αὐτοὺς, οὐκ ἔτι τὸ ἔθνος ἐκεῖ μένειν ἀφῆσι, διὰ τὰς τοιαύτας τῆς ἀποστάσεως ὑποψίας· ἀλλὰ τούτους μὲν εἰς Βαβυλῶνα ἤγαγε καὶ Μήδους, ἐκεῖθεν δὲ ἔθνη ἐκ διαφόρων τόπων ἀγαγὼν, κατῴκισεν ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, ὥστε λοιπὸν ἀσφαλῆ αὐτῷ τὴν ἀρχὴν εἶναι, τῶν οἰκείων ἐχόντων τὸν τόπον. Τούτων δὲ γενομένων, βουλόμενος ὁ Θεὸς δεῖξαι τὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ ὡς οὐ δι' ἀσθένειαν ἐξέδωκεν Ἰουδαίους, ἀλλὰ δι' ἁμαρτίας τῶν ἐκδοθέντων, ἐπαφίησι λέοντας τοῖς βαρβάροις· οἵτινες ἐλυμαίνοντο τὸ ἔθνος ἅπαν. Ἀπηγγέλη ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ πέμπει ἱερέα τινὰ τὸν παραδώσοντα αὐτοῖς τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐξ ὁλοκλήρου τῆς ἀσεβείας [178] ἀπέστησαν, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας. Χρόνου δὲ προϊόντος [f], πάλιν τῶν μὲν εἰδώλων ἀπεπήδησαν, ἔσεβον δὲ τὸν Θεόν. Τῶν οὖν πραγμάτων ἐν τούτοις ὄντων, ἐπανελθόντες Ἰουδαῖοι λοιπὸν, ζηλοτύπως πρὸς αὐτοὺς εἶχον ἅτε πρὸς ἀλλοφύλους καὶ πολεμίους, οἵ καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρους Σαμαρείτας αὐτοὺς ἐκάλουν. Ἰουδαίοις δὲ οὐ μικρὰ [g] καὶ ἐντεῦθεν ἦν πρὸς αὐτοὺς ἡ φιλονεικία. Οὐδὲ γὰρ ταῖς Γραφαῖς πάσαις ἐκέχρηντο, ἀλλὰ τὰ Μωϋσέως μόνα δεχόμενοι, τῶν προφητῶν οὐ πολὺν ἐποιοῦντο λόγον. Ἐφιλονείκουν μέντοι εἰς τὴν εὐγένειαν εἰσωθεῖν ἑαυτοὺς τὴν Ἰουδαϊκὴν, καὶ ἐφιλοτιμοῦντο ἐπὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ πρόγονον αὐτὸν ἐπεγράφοντο, ἅτε ἀπὸ τῆς Χαλδαίας ὄντα· καὶ τὸν Ἰακὼβ δὲ πατέρα ἐκάλουν, ἅτε ἐκείνου ὄντα ἀπόγονον· οἱ δὲ Ἰουδαῖοι μετὰ πάντων καὶ τούτους ἐβδελύσσοντο. Ὅθεν καὶ τῷ Χριστῷ ταῦτα ὠνείδιζον λέγοντες· *Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις·* καὶ ἐπὶ τοῦ καταβάντος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ, ταύτης ἕνεκεν τῆς ὑποθέσεως ὁ Χριστὸς Σαμαρείτην εἰσάγει, τὸν ἔλεον εἰς αὐτὸν πεποιηκότα, τὸν εὐτελῆ, τὸν εὐκαταφρόνητον, τὸν βδελυκτὸν παρ' αὐτοῖς· καὶ ἐπὶ τῶν δέκα λεπρῶν, ἀλλογενῆ τὸν ἕνα φησὶ διὰ τοῦτο (Σαμαρείτης γὰρ ἦν)· καὶ αὐτὸς δὲ τοῖς μαθηταῖς οὕτω λέγων ἐκέλευσεν· *Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε.*

γ'. Οὐ τῆς ἱστορίας δὲ ἕνεκεν μόνης τοῦ τόπου μόνον ἀνέμνησεν ἡμᾶς τοῦ Ἰακὼβ ὁ Εὐαγγελιστὴς, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τὴν ἀποβολὴν τὴν Ἰουδαϊκὴν πάλαι γεγενημένην. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτῶν τοὺς τόπους ἀντ' αὐτῶν κατέσχον ἐκεῖνοι. Ἃ γὰρ οἱ πρόγονοι αὐτῶν εἶχον, οὐκ ὄντα αὐτῶν, ταῦτα διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν αὐτῶν καὶ παρανομίαν, ὄντα αὐτῶν, ἀπώλεσαν οὗτοι. Οὕτως οὐδὲν [h] *κέρδος*, προγόνων εἶναι

[a] Savil. τίνος οὖν ἕνεκεν ἀνεχ. [b] Morel. μέρος ἐφάπτεται, μᾶλλον δὲ τῆς. [c] Morel. μᾶλλον δὲ οὐχ ἁπλῶς [d] Morel. ἀλλὰ παριών Οὕτως δ ἐβούλετο αἰνιξάμενος πάλιν ἄρχεται λέγων· Ἔρχεται οὖν ὁ Ἰησοῦς εἰς.

[e] Morel. πόλεις μυρίας, καὶ ὑποφόρους ἐποίησε καὶ ὑποτελεῖς. [f] Morel. καὶ γὰρ καὶ χρόνου προϊόντος. [g] Savil. ἐκάλουν· καὶ οὐ μικρά. [h] Quidam habent ὄντως οὐδέν. Paulo post unus codex, isque optimæ notæ, habet ἵνα πλέον πεῖραν, quæ vera videtur esse lectio. Altera enim ἵνα λεόντων πεῖραν λάβωσι ferri nequit. — Imo hæc est verissima lectio, quam restituimus. Res narratur IV Reg. XVII, 25 sqq. Edit. Patr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sit? Non quod timeret, sed ut invidiæ causam præscinderet, et livorem mitigaret. Poterat enim se aggredientes cohibere, sed nolebat illud frequentius agere, ne incarnationis fidem de medio tolleret. Nam si sæpe deprehensus aufugisset, in eam apud multos suspicionem venisset. Ideo multa humano more faciebat. Ut enim credi voluit, se Deum esse, ita et carnem gestasse. Ideo post resurrectionem discipulo dicebat: *Palpa et vide, quia spiritus carnem et ossa non habet* (*Luc.* 24. 39). Idcirco Petrum increpavit dicentem, *Propitius esto tibi, non erit tibi hoc* (*Matth.* 16. 22). Tantum ea de re sollicitus fuit.

2. Nam non modica hæc est inter Ecclesiæ dogmata portio, imo salutis nostræ caput, per quod omnia facta consummataque sunt. Sic mors soluta, peccatum sublatum, maledictum abrogatum, innumera in vitam nostram inducta bona sunt. Ideo maxime œconomiam credi volebat, quæ radix et fons nobis innumerorum fuerat bonorum. Dum autem humana dispensabat, non sinebat divina obscurari. Cum recessisset ergo, ea ipsa, quæ prius, tractare pergebat. Neque enim sine causa in Galilæam abierat, sed magna parans apud Samaritanos negotia; nec utcumque illa dispensans, sed quanta par ipsi erat sapientia, ut nullam Judæis vel impudentis excusationis ansam relinqueret: quod subindicans evangelista subjunxit, 4. *Oportebat autem illum transire per Samariam*, ut ostenderet ipsum hoc quasi obiter fecisse. Sic et apostoli agebant. Nam sicut illi, Judæis persequentibus, ad gentes veniebant: ita et Christus, quando ipsum pellebant, tunc gentes adibat, ut in Syrophœnissa fecit. Hæc porro sic gesta sunt, ut omnis defensio Judæis tolleretur, nec dicere possent. Nobis relictis ad incircumcisos profectus est. Quapropter discipuli, ut sese purgarent, dicebant: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: quia vero indignos vos judicatis, ecce convertimur ad gentes* (*Act.* 13. 46); et ipse rursum, *Non veni nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (*Matth.* 15. 24.); et rursum, *Non est bonum accipere panem filiorum, et dare canibus* (*Ibid. v.* 26). Cum autem illum repulerunt, tunc januam gentibus aperuerunt. Neque tamen sic ad illos præcipue veniebat, sed transeundo tantum. Transiens igitur, 5. *Venit*[1] *in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, prope locum, quem dedit Jacob Joseph filio suo.* 6. *Erat autem illic fons Jacob.* Cur evangelista de loco sic accurate loquitur? Ut cum audieris mulierem dicentem, *Jacob pater noster dedit nobis hunc puteum*, ne stupeas. Nam locus ille erat, ubi pro Dina indignantes Levi et Symeon, gravem illam cædem patrarunt.

Samaritanorum origo.—Non abs re autem fuerit, unde originem habuerint Samaritani narrare. Nam tota illa regio Samaria vocatur. Unde ergo sic appellati sunt? Somor mons ille nominabatur a quodam qui illum possederat, ut dicit Isaias, *Et caput Somoron Ephraim* (*Isai.* 7. 9); sed qui illum incolebant non Samaritani, sed Israelitæ vocabantur. In decursu vero temporis Deum offenderunt; et Phacee regnante, ascendens Theglath Phalasar, multas cepit urbes, Elam adortus occidit, et Oseæ regnum tradidit. Hunc aggressus Salmanasar alias[1] cepit urbes, et tributarias fecit (4. *Reg.* 17). Verum Osee primo quidem cessit, deinde vero rebellavit, et ad Æthiopum auxilium confugit. Re cognita, Assyrius exercitum admovit, et capta civitate, gentem illam non ibi amplius habitare permisit, ne iterum deficerent; sed his Babylonem et in Mediam translatis, gentes alias variis ex locis eductas in Samariam habitatum misit, ut firmum suum his in locis imperium postea esset, regione fidis incolis tradita. His ita gestis, Deus ut potentiam suam ostenderet, quodque non ob imbecillitatem Judæos tradidisset, sed propter incolarum peccata, leones in barbaros immisit, qui totam gentem devastabant. Hæc regi nuntiantur; ille mittit sacerdotem quemdam, qui Dei leges ipsis traderet. Attamen ne sic quidem omnino ab impietate destiterunt sed partim tantum. Insequenti autem tempore, idolorum abjecto cultu, Deum coluerunt. Cum hoc in statu res essent, reversi Judæi, hos ut alienigenas et hostes aversabantur, quos a monte Samaritanos vocabant. Judæis vero non hinc parva cum ipsis oriebatur contentio, quod non totas Scripturas reciperent, sed Moysis tantum libros; nec prophetas multum curarent. Samaritæ vero Judaicam nobilitatem ambiebant, genusque suum ad Abraham quasi progenitorem referebant, utpote qui ex Chaldæa essent, et Jacob patrem suum vocabant, utpote Abrahæ nepotem: Judæi vero cum cæteris omnibus ipsos quoque abominabantur. Unde et Christo exprobrabant his verbis: *Samaritanus es tu, et dæmonium habes* (*Joan.* 8. 48). Et in historia ejus qui descenderat ab Jerusalem in Jericho, illa ipsa de causa Christus Samaritanum inducit, *Qui fecit misericordiam in illo* (*Luc.* 10. 37), vilem nempe personam, despectam et apud illos abominabilem. Et ex decem leprosis unum alienigenam vocat, quia Samaritanus erat: atque ipse discipulis loquens dicebat: *In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intraveritis* (*Matth.* 10. 5).

3. Non ut historiam texeret tantum, evangelista Jacobum memoravit, sed ut Judæos jamdiu expulsos ostenderet. Siquidem progenitorum temporibus jam hæc olim sua loca occupabant illi. Quæ enim loca progenitores sui, non olim sua, occupabant, hæc ob ignaviam et nequitiam hi suam amiserant. Sic nihil prodest a bonis progenitoribus oriri, si nepotes degenerent. Barbari enim, leonum tantum sævitiam experti, ad Judaicum statim cultum redierunt; Judæi vero tot ærumnis castigati, ne ita quidem resipuerunt.

[1] In Morel. legitur: «*transeundo tantum. Sic consilio suo satisfacto, pergit dicens: Venit*, etc.

[1] Morel. legit, *sexcentas*, pro, *alias*.

(*a*) In septuaginta Interpretum Editione et in Hebræo legitur Ephraim ante Somoron, *Et caput Ephraim, Somoron*, et eodem ordine in Vulgata. Quæ vero mox memoriter narrat Chrysostomus de Theglath Phalassare, de occiso Ela, de rege Æthiopum quem ponit pro rege Ægyptiorum: hæc, inquam, omnia non accurate dicta sunt; sed ut sese menti concionantis offerebant, quod alias non semel observatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Huc itaque Christus venit, mollem et lascivam vitam semper abigens, laboriosam vero et arctam inducens. Non enim subjugalibus usus est, sed ita assidue iter agit, ut defatigetur. Hoc ubique docet, ut sibi quisque operetur, nec quærat superflua, nec multis egeat. Ita porro vult nos a supervacaneis alienos esse, ut etiam multa necessaria amputaret. Ideo dicebat : *Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos ; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet* (*Matth.* 8. 20). Quocirca in montibus sæpe versatur et in desertis, non interdiu tantum, sed etiam noctu. Hoc etiam David prænuntians dicebat, *De torrente in via bibet* (*Psal.* 109. 7), ut ejus expeditam vitæ rationem demonstraret. Idipsum hic Joannes indicat : *Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta.* 7. *Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus : Da mihi bibere.* 8. *Discipuli autem ejus abierant in forum, ut cibos emerent.* Hinc ejus patientiam in carpendo itinere, et ciborum neglectum discimus, et quam obiter huic rei det operam ; sic discipuli quoque res suas tractare didicerunt. Non enim viatica secum sumebant : quod alter indicat evangelista (*Matth.* 16. 11), cum de fermento Pharisæorum ipsis loqueretur, quod illi dictum putabant, quia panes non sumpserant. Et cum esurientes inducit, et spicas vellentes ut ederent ; ac cum dicit eum, quod esuriret, ad ficum venisse : nihil aliud his nos docet, quam ventrem esse parvi pendendum, nec illum tantopere curandum esse. Considera hic quoque illos nihil attulisse, neque tamen ideo statim a principio dici hanc rem curare, sed cum hora prandii advenit, escas emptum ire. Nos vero contra statim atque a lecto surreximus, ante omnia hæc curamus, coquos et caupones accersimus, idque magno cum studio agimus : et post hæc alia curamus, hæc semper carnalia spiritualibus anteponentes, et quæ perfunctorie tractanda erant, quasi necessaria exsequentes. Ideo omnia præpostere aguntur. Contra omnino agere oportuit, spiritualium magnam habere rationem ; quibus perfectis, hæc attingere par fuit.

Christus exemplo docet fastum esse calcandum. — Hinc porro non laborum tolerantia modo in Christo observanda, sed etiam quantum esset a fastu alienus ; non tantum quod fatigatus esset, quod sederet secus viam ; sed etiam quod solus relictus esset, et discipuli ejus discessissent. Atqui poterat, si voluisset, aut non omnes misisse, aut profectis illis alios habere ministros ; sed noluit. Etenim discipulos sic assuefaciebat ad fastum omnem calcandum. Et quid mirum, dixerit forte quispiam, si moderati erant, cum piscatores essent, aut tentoriorum opifices ? Erant equidem [1] : verum statim ad cœlum evolarunt, et regibus clariores evaserunt, familiares nempe facti universi orbis Domini, et admirandi magistri assecliæ. Scitis autem eos qui ex humiliore gradu ad dignitates perveniunt, facilius in arrogantiam efferri, utpote qui antea honoris expertes essent. In hac igitur illos humilitate continens, docuit eos ut per omnia modesti et humiles essent, ac numquam ministris egerent. Ipse autem, inquit, *Fatigatus ex itinere, sedebat sic ad fontem.* Viden' sedisse illum laboris et æstus causa, ad discipulos exspectandos ? Norat quippe quid esset Samaritanis eventurum. Non tamen illa præcipue de causa venerat ; neque, etiamsi ea de causa non venisset, repellenda muliercula illa erat, quæ se adeo discendi cupidam exhibuit. Judæi enim ipsum ad se venientem repellebant ; gentiles contra alio proficiscentem ad se trahebant. Illi invidebant, hi credebant ; illi indignabantur, hi mirabantur et adorabant. Quid ergo ? oportebatne tot hominum salutem despicere, et tam studiosum affectum dimittere ? Hoc certe indignum illius benignitate : ideoque hæc omnia cum sapientia sibi congruente dispensat. Sedebat, corpus recreabat, et juxta fontem refrigerabat. Eratque tunc meridies, quod evangelista declarat his verbis, *Hora erat quasi sexta, et sedebat sic.* Quid est illud, *Sic ?* Non in solio, non in pulvinari, sed simpliciter humi. *Venit mulier ex Samaria haurire aquam.*

4. Colloquium Christi cum muliere Samaritana evolvitur ; utriusque agendi ratio commentatur.—Vide quomodo declaret mulierem propter aliud egressam esse ex civitate, ubique impudentem Judæorum pervicaciam reprimens, ne quis diceret ipsum transgredi præceptum suum, cum vetaret in civitatem ingredi Samaritanorum, qui ipse cum Samaritanis loqueretur. Ideo, *Discipuli ejus in civitatem cibos empturi abierant*, inquit evangelista, multas inducens colloquii cum muliere causas. Quid ergo mulier ? Cum audisset, *Da mihi bibere*, admodum prudenter Christum interrogandi occasionem captans inquit : 9. *Quomodo tu* [1], *Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana ? Non enim coutuntur Judæi Samaritanis.* Et unde illum Judæum esse novit ? Ex habitu forte, aut ex sermone. Tu vero animadverte quam perspicax mulier esset. Nam si cavendum erat, Christo potius cautione opus erat, quam ipsi. Non enim dixit, Non coutuntur Samaritani Judæis ; sed, Judæi Samaritanos non admittunt. Attamen mulier, etsi a culpa immunis, quia putabat alium in culpam incidere, non tacuit, sed correxit id quod contra legem fieri putabat. Sed posset quispiam quærere, cur Jesus ab illa potum petierit, id lege non permittente ? Si quis enim dixerit, quod prævideret non daturam esse : ideo minus petere oportuit. Quid ergo dicendum ? Indifferens jam fuisse tales observationes abrogare. Nam qui alios ad transgrediendum inducebat, multo magis illas transgredi debebat. Non enim quod ingreditur, inquit, coinquinat hominem, sed quod egreditur (*Matth.* 15. 11). Non parva autem Judæorum accusatio est illud cum muliere colloquium : quia illi sæpe et verbis et gestis allecti, non obtemperabant. Hæc autem vide quam cito levi interro-

[1] Hæc, *erant equidem*, a Montefalconio non lecta sunt.

[1] In aliis sic effertur hic locus : *Quid ergo mulier quam Christus aquam poposcit ? Etenim « Da mihi bibere » ait illi Christus : Quid ergo illa ? Quomodo tu*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

χρηστῶν, ὅταν μὴ τοιοῦτοι τύχωσιν οἱ ἐξ ἐκείνων ὄντες. Οἱ μὲν γὰρ βάρβαροι, ἵνα λεόντων πεῖραν λάβωσι μόνον, πρὸς τὴν Ἰουδαϊκὴν εὐσέβειαν ἐπανῆλθον εὐθέως· ἐκεῖνοι δὲ τοσαύτας ὑπομένοντες τιμωρίας, οὐδὲ οὕτως ἐσωφρονίσθησαν. Ἐνταῦθα τοίνυν ὁ Χριστὸς παρεγένετο, τὸν μὲν βάναυσον καὶ ὑγρὸν ἐκβάλλων βίον ἀεί, τὸν δὲ ἐπίπονον εἰσάγων καὶ συνεσταλμένον. Οὐ γὰρ ὑποζυγίοις κέχρηται, ἀλλ' οὕτω βαδίζει συντόνως, ὡς καὶ κοπιᾶσαι ἐκ τῆς ὁδοιπορίας. Καὶ τοῦτο πανταχοῦ παιδεύει, τὸ αὐτουργὸν εἶναι καὶ ἀπέριττον, καὶ τὸ μὴ πολλῶν δεῖσθαι. Οὕτω γὰρ βούλεται τῶν περιττῶν ἀλλοτρίους ἡμᾶς εἶναι, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων πολλὰ περικόπτειν. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν· *Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ.* Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι τὰ πλείονα διατρίβει, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν νυκτὶ, καὶ ἐν ταῖς ἐρήμοις. Τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ ἀνακηρύττων ἔλεγεν, *Ἐκ χειμάρρου ἐν ὁδῷ πίεται*, τὸ εὐσταλὲς αὐτοῦ τοῦ βίου δηλῶν. Τοῦτο καὶ Ἰωάννης ἐνταῦθα δείκνυσιν· *Ὁ οὖν* [a] *Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας*, [179] *ἐκάθητο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Δός μοι πιεῖν. Οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς τὴν ἀγορὰν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσιν.* Ἐντεῦθεν μανθάνομεν καὶ τὸ περὶ τὰς ὁδοιπορίας εὔτονον αὐτοῦ, καὶ τὸ περὶ τὰς τροφὰς ἡμελημένον, καὶ πῶς παρέργως τῷ πράγματι κέχρηται. Οὕτω γοῦν καὶ οἱ μαθηταὶ ἐπαιδεύθησαν τὰ καθ' ἑαυτοὺς διατίθεσθαι. Οὐ γὰρ ἐπῄγοντο ἐφόδια. Καὶ δηλοῖ τοῦτο ἕτερος εὐαγγελιστὴς λέγων, ἡνίκα περὶ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων αὐτοῖς διελέγετο, ὅτι ἐκεῖνοι ἐνόμιζον ὅτι ἄρτους οὐκ ἐβάσταζον. Καὶ ὅταν πεινῶντας εἰσάγῃ, καὶ τίλλοντας τῶν ἀσταχύων [b], καὶ ἐσθίοντας, καὶ ὅταν λέγῃ αὐτὸν ἐπὶ τὴν συκῆν διὰ τὴν πεῖναν ἐληλυθέναι, οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο διὰ πάντων ἡμᾶς παιδεύει, τὸ καταφρονεῖν γαστρὸς, καὶ μὴ περισπούδαστον τὴν αὐτῆς νομίζειν εἶναι λειτουργίαν. Σκόπει γοῦν αὐτοὺς καὶ ἐνταῦθα, οὔτε ἐπιφερομένους τι, οὔτε ἐπειδὴ μὴ ἐβάσταζον, ἐκ προοιμίων καὶ εὐθὺς τῆς ἡμέρας τούτου φροντίζοντας, ἀλλὰ κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἅπαντες ἀριστοποιοῦνται, τροφὰς ἀγοράζοντας. Ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς, οἳ εὐθέως [c] ἀπὸ κλίνης διανιστάμενοι πρὸ τῶν ἄλλων τοῦτο σκοπούμεθα, μαγείρους καὶ τραπεζοποιοὺς καλοῦντες, καὶ μετὰ πολλῆς ταῦτα ἐπισκήπτοντες τῆς σπουδῆς, καὶ μετ' ἐκεῖνα τῶν ἄλλων οὕτως ἀπτόμενοι, τὰ βιωτικὰ πρὸ τῶν πνευματικῶν σπουδαῖα ποιούμενοι, καὶ ἃ πάρεργον ἔχειν ἐχρῆν, ὡς ἀναγκαῖα τιμῶντες. Διὰ τοῦτο πάντα ἄνω καὶ κάτω γίνεται. Τοὐναντίον γὰρ ἐχρῆν ἁπάντων τῶν πνευματικῶν πολὺν ποιησαμένους λόγον, μετὰ τὸ πληρῶσαι ἐκεῖνα, τότε ἅπτεσθαι τούτων.

Οὐ τὸ ἐπίπονον δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄτυφον ἐντεῦθεν δείκνυται, οὐ τῷ κοπιᾶσαι, οὐδὲ τῷ καθίσαι ἐπὶ τῆς ὁδοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ καταλειφθῆναι μόνον καὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἀπελθεῖν [d]. Καίτοι γε ἐξῆν εἴ γε ἐβούλετο, ἢ μὴ πάντας ἐκπέμψαι, ἢ ἀπελθόντων ἐκείνων, ἑτέρους διακόνους ἔχειν· ἀλλ' οὐκ ἠθέλησε· καὶ γὰρ τοὺς μαθητὰς οὕτως εἴθισε πάντα τῦφον καταπατεῖν. Καὶ τί μέγα, φησὶν, εἰ ἐμετρίαζον, ἴσως εἶποι τις ἄν, ἁλιεῖς ὄντες καὶ σκηνοποιοί; [Ἁλιεῖς μὲν ἦσαν καὶ σκηνοποιοὶ,] ἀλλ' ἀθρόον εἰς [e] αὐτὴν ἀνέβησαν τοῦ οὐρανοῦ τὴν κορυφὴν, καὶ πάντων ἐγένοντο βασιλέων σεμνότεροι, ὁμιλεῖν γενέσθαι καταξιωθέντες τοῦ τῆς οἰκουμένης Δεσπότου, καὶ παρακολουθῆσαι τῷ θαυμαζομένῳ πάντοθεν. Ἵστε δὲ κἀκεῖνο, ὅτι μάλιστα οἱ ἐκ ταπεινῶν ὄντες, ὅταν ἀξιωμάτων ποτὲ λάβωνται, εὐκολώτερον αἴρονται πρὸς ἀπόνοιαν, ἅτε ἀπειροκάλως ἔχοντες πρὸς τὴν τοσαύτην τιμήν. Κατέχων οὖν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς αὐτῆς ταπεινοφροσύνης, ἐπαίδευεν αὐτοὺς διὰ πάντων συνεστάλθαι. καὶ μηδαμοῦ δεῖσθαι τῶν διακονησομένων. Αὐτὸς δὲ *Κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας*, φησὶν, *ἐκάθητο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ*. Ὁρᾷς ὅτι διὰ τὸν κόπον ἡ καθέδρα γέγονε, διὰ τὸ καῦμα, διὰ τὸ περιμεῖναι τοὺς μαθητάς; Ἤδει μὲν γὰρ συμβησόμενον τὸ κατὰ τοὺς Σαμαρείτας. Οὐκ ἐπὶ τοῦτο δὲ ἦλθε προηγουμένως· οὐ μὴν ἐπειδὴ διὰ τοῦτο οὐκ [180] ἦλθε, παραγενόμενον τὸ γύναιον ἀπώσασθαι ἐχρῆν, οὕτω πολλὴν φιλομάθειαν ἐπιδεικνύμενον. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐρχόμενον ἀπήλαυνον, οἱ δὲ ἐξ ἐθνῶν καὶ ἀλλαχοῦ βαδίζοντα πρὸς ἑαυτοὺς εἷλκον· καὶ οἱ μὲν ἐφθόνουν, οἱ δὲ ἐπίστευον· ἐκεῖνοι ἠγανάκτουν, οὗτοι ἐθαύμαζον καὶ προσεκύνουν. Τί οὖν; ἔδει τοσούτων σωτηρίαν ὑπεριδεῖν, καὶ προθυμίαν οὕτω γενναίαν ἀφεῖναι; Τοῦτο μὲν οὖν ἀνάξιον ἦν αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας· διόπερ μετὰ τῆς προηκούσης αὐτῷ σοφίας πάντα τὰ παρόντα οἰκονομεῖ. Ἐκάθητο μὲν γὰρ, ἀναπαύων τὸ σῶμα, καὶ παρὰ τὴν πηγὴν [f] ἀναψύχων αὐτό. Αὐτὸ γὰρ ἦν τῆς ἡμέρας τὸ μεσαίτατον, ὅπερ καὶ ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐδήλωσεν εἰπὼν, *Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη· καὶ ἐκάθητο οὕτως*. Τί δέ ἐστιν, *Οὕτως;* Οὐκ ἐπὶ θρόνου, φησὶν, οὐκ ἐπὶ προσκεφαλαίου, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἐπ' ἐδάφους. *Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ.*

δ'. Ὅρα πῶς καὶ τὴν γυναῖκα δι' ἄλλο δείκνυσιν ἐξελθοῦσαν, πανταχοῦ τὴν ἀναίσχυντον τῶν Ἰουδαίων ἐπιστομίζων ἀντιλογίαν, καὶ ἵνα μή τις λέγῃ ὅτι ἐναντιοῦται ἑαυτοῦ τῷ προστάγματι, εἰς μὲν πόλιν κελεύων μὴ εἰσιέναι Σαμαρειτῶν, Σαμαρείταις δὲ διαλεγόμενος. Διὸ καὶ τὸ, *Ἀπεληλύθεισαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι*, τέθεικεν ὁ Εὐαγγελιστὴς, πολλὰς εἰσάγων αἰτίας τῆς πρὸς αὐτὴν διαλέξεως. Τί οὖν ἡ γυνή; Ἀκούσασα, *Δός μοι πιεῖν*, σφόδρα συνετῶς εἰς κατασκευὴν ἐρωτήσεως τὸν παρὰ τοῦ Χριστοῦ λόγον λαμβάνει, καὶ λέγει· *Πῶς* [g] *σὺ Ἰουδαῖος ὢν, αἰτεῖς παρ' ἐμοῦ πιεῖν σύσσης γυναικὸς Σαμαρίτιδος; Οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις.* Καὶ πόθεν αὐτὸν Ἰουδαῖον ἐνόμιζεν εἶναι; Ἀπὸ τοῦ σχήματος ἴσως, καὶ ἀπὸ τῆς διαλέξεως. Σὺ δέ μοι σκόπει πῶς διεσκεμμένον τὸ γύναιον ἦν. Εἰ γὰρ ἐχρῆν φυλάξασθαι, τὸν Ἰησοῦν ἐχρῆν, οὐκ ἐκείνην. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Σαμαρεῖται τοῖς Ἰουδαίοις οὐ συγχρῶνται, ἀλλ', Ἰουδαῖοι Σαμαρείτας οὐ προσίενται. Ἀλλ' ὅμως ἡ γυνὴ καίτοι κατηγορίας ἀπηλλαγμένη, ἐπειδὴ ἐνόμισεν ἕτερον αὐτῇ ἀντιπίπτειν, οὐδὲ οὕτως ἐσίγησεν, ἀλλ' ὡς οἴεται διορθοῦται τὸ μὴ κατὰ νόμον γινόμενον. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἄν τις διαπορήσειε, πῶς ὁ Ἰησοῦς ἐζήτησε παρ' αὐτῆς πιεῖν, τοῦ νόμου οὐκ ἐπιτρέποντος; Εἰ γὰρ λέγοι τις, ὅτι τῷ προειδέναι μὴ δώσουσαν, δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο οὐδὲ αἰτῆσαι ἐχρῆν. Τί οὖν ἐστιν εἰπεῖν; Ὅτι ἀδιάφορον αὐτῷ λοιπὸν ἦν τὰς τοιαύτας ἐκβάλλειν παρατηρήσεις. Ὁ γὰρ τοὺς ἄλλους ἐνάγων εἰς τὸ λύειν, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς αὐτὰς ἂν παρέδραμεν. Οὐ γὰρ τὸ εἰσπορευόμενον, φησὶ, κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον. Οὐ μικρὰ δὲ κατηγορία γένοιτ' ἂν τῶν Ἰουδαίων ἡ πρὸς [h] τὴν γυναῖκα διάλεξις, διότι ἐκεῖνοι μὲν πολ-

[a] Morel. ἐνταῦθα δεικνὺς λέγει· Ὁ οὖν. [b] Savil. στάχυων. [c] Ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς εὐθέως. Savil. et cod. 705, ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμεῖς ἀπὸ κλίνης. [d] Savil. αὐτοῦ χωρισθῆναι. [e] Savil. σκηνοποιοὶ, ἀθρόον δὲ εἰς. Uncis inclusa e codd. 705, 706 et Sav adjecta sunt. Edit.

[f] Savil. τῇ πηγῇ. Ibid. ἀναψύχων αὐτό. Αὐτὸ γὰρ ἦν τῆς. Velit legi Savil. ἦν γάρ, deleto αὐτό. [g] Alii ἡ γυνὴ αἰτηθεῖσα ὕδωρ παρὰ τοῦ Χρ.; Δός μοι γάρ, φησὶ, πιεῖν, ὁ Χριστὸς εἶπε πρὸς αὐτήν. Τί οὖν ἐκείνη; Πῶς. [h] Quidam περὶ T. m alii διάλεξις· ἐκείνους μὲν γὰρ π. ἐπεσπάσατο.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λάκις ἐπεσπῶντο, καὶ διὰ ῥημάτων [181] καὶ διὰ πραγμάτων, καὶ οὐκ ἠνείχοντο· αὕτη δὲ, ὅρα πῶς κατέχεται ἀπὸ ψιλῆς ἐρωτήσεως [a]. Αὐτὸς μὲν γὰρ οὐκ ἐνεστήσατο τέως ταύτην τὴν πραγματείαν, οὐδὲ τὴν ὁδόν· εἰ δέ τινες παρεγένοντο, οὐκ ἐκώλυε. Καὶ γὰρ τοῖς μαθηταῖς ἁπλῶς ἔλεγεν, εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσελθεῖν, οὐχὶ καὶ προσιόντας διακρούεσθαι· σφόδρα γὰρ ἀνάξιον ἦν αὐτοῦ τῆς φιλανθρωπίας. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἀποκρίνεται τῇ γυναικὶ, καί φησιν· *Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν· σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν.* Πρότερον δείκνυσιν ἀξίαν οὖσαν ἀκοῦσαι, καὶ μὴ παροφθῆναι· καὶ τότε ἑαυτὸν ἐκκαλύπτει. Καὶ γὰρ ἔμελλεν εὐθέως μαθοῦσα ὅστις ἐστὶν, ὑπακούσεσθαι καὶ προσέξειν αὐτῷ· ὅπερ περὶ Ἰουδαίων οὐκ ἄν τις εἴποι. Καὶ γὰρ μαθόντες, ᾔτησαν αὐτὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἐπεθύμησάν τι μαθεῖν τῶν χρησίμων, ἀλλὰ καὶ ὕβριζον καὶ ἀπήλαυνον. Ἡ δὲ γυνὴ ταῦτα ἀκούσασα, ὅρα πῶς ἐπιεικῶς ἀποκρίνεται· *Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;* Τέως αὐτὴν τῆς ὑπονοίας τῆς ταπεινῆς ἀνέστησε, καὶ τοῦ νομίζειν ἕνα τῶν πολλῶν εἶναι. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἐνταῦθα καλεῖ Κύριον, ἀλλὰ πολλὴν ἀπονέμουσα τὴν τιμήν. Ὅτι γὰρ τιμῶσα ταῦτα ἔλεγεν, ἀπὸ τῶν ἑξῆς εἰρημένων δῆλον. Οὐ γὰρ κατεγέλασεν, οὐδὲ ἐκωμῴδησεν, ἀλλὰ διηπόρει [b] τέως. Εἰ δὲ μὴ εὐθέως τὸ πᾶν ἐνενόησε, μὴ θαυμάσῃς· οὐδὲ γὰρ ὁ Νικόδημος. Τί γὰρ ἐκεῖνός φησι; *Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;* καὶ πάλιν· *Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν·* καὶ πάλιν· *Μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν καὶ γεννηθῆναι;* Αὕτη δὲ αἰδεσιμώτερον· *Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν;* Ἄλλο πρὸς αὐτὴν ἔλεγεν, ἄλλο δὲ ὑπώπτευεν ἐκείνη, οὐδὲν πλέον ἀκούουσα τῶν ῥημάτων, οὐδὲ ἐννοῆσαι τέως τι ὑψηλὸν δυναμένη, καίτοι γε ἐνῆν εἰπεῖν προπετῶς φθεγγομένην, ὅτι εἰ εἶχες τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, οὐκ ἂν ᾔτησας παρ' ἐμοῦ, ἀλλὰ σαυτῷ παρέσχες ἂν προτέρῳ· νῦν δὲ κομπάζεις. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ μετ' ἐπιεικείας ἀποκρίνεται πολλῆς, καὶ ἐν ἀρχῇ καὶ μετὰ ταῦτα. Καὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ φησι· *Πῶς σὺ Ἰουδαῖος ὢν αἰτεῖς παρ' ἐμοῦ πιεῖν;* Καὶ οὐκ εἶπεν, ἅτε πρὸς ἀλλόφυλον, καὶ ἐχθρὸν διαλεγομένη· Μή μοι γένοιτό σοι μεταδοῦναι ἀνθρώπῳ πολεμίῳ καὶ τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἠλλοτριωμένῳ. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἀκούσασα μεγάλα λέγοντος, ἐφ' ᾧ μάλιστα δάκνονται οἱ ἐχθροὶ, οὐ κατεγέλασεν, οὐδὲ διέσυρεν· ἀλλὰ τί φησι; *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ τοῦτο, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιε, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;* Ὁρᾷς πῶς εἰσωθεῖ ἐντεῦθεν εἰς τὴν εὐγένειαν τὴν Ἰουδαϊκήν; Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐκεῖνος τούτῳ ἐκέχρητο τῷ ὕδατι, καὶ πλέον ἔσχεν οὐδὲν δοῦναι. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, δεικνῦσα πῶς ἐκ [182] πρώτης ἀποκρίσεως ἐδέξατο νόημα μέγα καὶ ὑψηλόν. Τὸ γὰρ, *Αὐτὸς ἔπιεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ*, οὐδὲν ἄλλο αἰνιττομένης ἐστὶν, ἀλλ' ἢ ὅτι ἔσχε μὲν ἔννοιαν μείζονος ὕδατος, οὐχ εὗρισκε δὲ αὐτὸ, οὐδὲ ᾔδει σαφῶς [c]. Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον εἴπω, ὃ βούλεται εἰπεῖν, τοῦτό ἐστιν Οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, φησὶν, ὅτι Ἰακὼβ μὲν ἡμῖν ταύτην ἔδωκε τὴν πηγὴν, ἑτέρᾳ δὲ αὐτὸς ἐχρήσατο· καὶ γὰρ αὐτὸς καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἀπ' αὐτῆς ἔπιον, οὐκ ἂν πιόντες, εἴ γε βελτίονα εἶχεν ἑτέραν. Ἀπὸ ταύτης μὲν οὖν οὐδὲ αὐτὸς δυνήσῃ δοῦναι, ἑτέραν δὲ βελτίονα οὐκ ἔστι σε ἔχειν, εἰ μὴ καὶ τοῦ Ἰακὼβ ὁμολογεῖς μείζονα εἶναι σαυτόν. Πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ ὃ ἐπαγγέλλῃ δώσειν ἡμῖν; Ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαῖοι οὕτω προσηνῶς αὐτῷ διαλέγονται, καίτοι καὶ αὐτοῖς περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διελέχθη, τοῦ τοιούτου μνημονεύσας ὕδατος· ἀλλ' οὐδὲν ἐκέρδαναν. Ὅτε δὲ τοῦ Ἀβραὰμ ἐμνημόνευσε, καὶ λίθοις βάλλειν αὐτὸν ἐπεχείρουν. Ἀλλ' οὐχ ἡ γυνὴ τοῦτον αὐτῷ τὸν τρόπον προσφέρεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας ἐν μέσῳ καύματι, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ, καὶ λέγει καὶ ἀκούει πάντα μετὰ μακροθυμίας πολλῆς, καὶ οὐδὲν ἐννοεῖ τι τοιοῦτον οἷον εἰκὸς Ἰουδαίους εἰπεῖν, ὅτι Μαίνεται καὶ ἐξέστηκεν οὗτος, προσέδησέ με πηγῇ καὶ φρέατι, παρέχων μὲν οὐδὲν, φυσῶν δὲ τοῖς ῥήμασιν· ἀλλὰ καρτερεῖ καὶ προσεδρεύει, ἕως ἂν εὕρῃ τὸ ζητούμενον.

ε'. Εἰ δὲ γυνὴ Σαμαρεῖτις τοσαύτην ποιεῖται σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν τι χρήσιμον, καὶ παραμένει τῷ Χριστῷ, καίτοι γε ἀγνοοῦσα αὐτόν· τίνος ἡμεῖς τευξόμεθα συγγνώμης, οἱ καὶ εἰδότες [d] αὐτὸν, καὶ μήτε ὄντες παρὰ φρέαρ, μήτε ἐν ἐρημίᾳ, μήτε ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ, μήτε ἀκτῖνος καιούσης· ἀλλ' ὑπὸ τὴν ἕω καὶ ὑπὸ τοιοῦτον δροφον σκιᾶς ἀπολαύοντες καὶ εὐψυχίας, καὶ μὴ καρτεροῦντες ἀκοῦσαί τι τῶν λεγομένων, ἀλλ' ἀποκναίοντες [e]; Ἀλλ' οὐκ ἐκείνη τοιαύτη, ἀλλ' οὕτω κατέχεται τοῖς λεγομένοις, ὡς καὶ ἑτέρους καλέσαι. Ἰουδαῖοι δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐκάλουν, ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους προσελθεῖν [f] ἐκώλυον καὶ ἐνεπόδιζον· διὸ καὶ ἔλεγον· *Μή τις ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτόν; Ἀλλ' ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον, ἐπικατάρατοί εἰσι.* Μιμησώμεθα τοίνυν τὴν Σαμαρεῖτιν· διαλεχθῶμεν τῷ Χριστῷ. Καὶ γὰρ καὶ νῦν μέσος ἡμῶν ἕστηκε, καὶ διὰ τῶν προφητῶν καὶ διὰ τῶν μαθητῶν ἡμῖν φθεγγόμενος. Ἀκούσωμεν οὖν καὶ πεισθῶμεν. Μέχρι τίνος ζῶμεν εἰκῇ καὶ μάτην; Τὸ γὰρ μὴ τὰ δοκοῦντα τῷ Θεῷ ποιεῖν, εἰκῇ ζῆν ἐστι· μᾶλλον δὲ οὐκ εἰκῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κακῷ. Ὅταν γὰρ τὸν δοθέντα ἡμῖν χρόνον ἀναλώσωμεν εἰς οὐδὲν δέον, ἀπελευσόμεθα δίκην δώσοντες τὴν ἐσχάτην τῆς ἀκαίρου δαπάνης. Οὐ γὰρ δήπου ὁ μὲν χρήματα ἐμπορεύσασθαι λαβὼν, εἶτα καταφαγὼν, λόγον ἀπαιτηθήσεται [183] παρὰ τοῦ πιστεύσαντος· ὁ δὲ ζωὴν τοιαύτην δαπανήσας μάτην, οὐ δώσει δίκην. Οὐ διὰ τοῦτο ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἤγαγεν εἰς τὸν παρόντα βίον, καὶ ψυχὴν ἐνέπνευσεν, ἵνα τῷ παρόντι χρησώμεθα μόνον [g], ἀλλ' ἵνα πάντα πρὸς τὴν μέλλουσαν πραγματευσώμεθα ζωήν. Τὰ γὰρ ἄλογα μόνα τῷ παρόντι χρήσιμα βίῳ· ἡμεῖς δὲ διὰ τοῦτο ψυχὴν ἀθάνατον ἔχομεν, ἵνα πρὸς τὴν ἐκείνης τῆς ζωῆς παρασκευὴν πάντα πράξωμεν. Ἵππων μὲν γὰρ, καὶ ὄνων, καὶ βοῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων βοσκημάτων ἂν ἐρωτήσῃ τις τὴν χρείαν, οὐδεμίαν ἄλλην ἐροῦμεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ διακονίαν. Περὶ δὲ ἡμῶν οὐκ ἔστι τοῦτο εἰπεῖν, ἀλλ' ἡ βελτίων κατάστασις, ἡ μετὰ τὴν ἐντεῦθέν ἐστιν ἀποδημίαν· καὶ δεῖ πάντα ποιεῖν, ἵνα ἐκεῖ λάμψωμεν, ἵνα μετὰ ἀγγέλων χορεύσωμεν, ἵνα τῷ βασιλεῖ παραστήκωμεν διαπαντὸς ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἀπεράντοις [h]. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀθάνατος γέγονεν ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα δὲ ἔσται ἀθάνατον, ἵνα τῶν ἀτελευτήτων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν. Ἂν δὲ τῇ γῇ προσηλωμένος ᾖς τῶν οὐρανίων προκειμένων, ἐννόησον ὅση γίνεται ὕβρις εἰς τὸν δωρούμενον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ τὰ ἄνω σοι προτείνει· σὺ δὲ οὐ πολὺν αὐτῶν ποιούμενος λόγον, τὴν γῆν ἀνταλλάσσῃ. Διὰ ταῦτα καὶ γέενναν ἠπείλησεν, ἅτε καταφρονούμενος, ἵνα μάθῃς ἐντεῦθεν, ὅσων σαυτὸν ἀποστερεῖς καλῶν. Ἀλλὰ

[a] Alii εἰσηγήσεως. [b] Sav. ἠπόρει. [c] Morel. δὲ αὐτὸ οὐδὲ αὐτὸς, οὐδὲ ᾔδει σαφῶς.

[d] Quidam εἰδότες. [e] Quidam ἀποκνοῦντες. [f] Alii εἰσελθεῖν. Paulo post quidam mss. ἐπίστευσεν αὐτῷ; οὐχὶ ὁ λαὸς οἱ μὴ εἰδότες τόν. [g] Savil. καταφυγών, ὁπαιτηθήσεται. [h] Morel. ἵνα κατὰ τὸ παρὸν ζήσωμεν μόνον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gatione capiatur. Jesus vero hac in re, hac in via mundum instabat : sed eos qui accederent non impediebat. Discipulis namque simpliciter dixit, ne in civitatem Samaritanorum intrarent, non tamen ut accedentes illos repellerent : res enim illius benignitate admodum indigna fuisset. Ideoque mulieri sic respondet : 10. *Si scires donum Dei, et quis est qui tibi dicit, Da mihi bibere : tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam.* Prius indicat eam esse dignam quæ audiatur, nec rejiciatur ; ac deinde quis ipse sit revelat. Nam mox auditura quis esset, ipsi obtemperatura erat ; quod de Judæis nemo dixerit. Nam cum didicissent, nihil ab ipso petierunt, nec quidpiam utile ediscere cupierunt ; imo illum contumeliis onerabant et pellebant. His auditis mulier, vide quam modeste respondeat : 11. *Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est ; unde ergo habes aquam vivam ?* Jam illam a viliore opinione retraxit, ita ut non ultra crederet illum vulgarem quempiam esse hominem. Non modo enim illum Dominum vocat, sed honorifice loquitur. Nam quod honoris causa sic loqueretur, ex sequentibus liquet. Non enim irrisit, non traduxit illum, sed interim subdubitabat. Quod si non statim rem totam intellexit, ne mireris : neque enim Nicodemus intellexerat. Nam quid ille dicit ? *Quomodo possunt hæc fieri ?* et rursum, *Quomodo potest homo nasci cum sit senex ?* et iterum, *Numquid potest in uterum matris suæ iterato introire et nasci ?* Hæc autem verecundius *Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est ; unde ergo habes aquam vivam ?* Aliud Christus dicebat, aliud illa suspicabatur, nihil aliud quam verba audiens, neque adhuc sublime quidpiam intelligere valebat. Atqui petulantius respondere potuisset, Si haberes aquam vivam, non peteres a me, sed tibi prius præberes : jam vero te jactas. Verum nihil horum dixit ; sed modeste loquitur et in principio et in sequentibus. Nam in principio ait : *Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis ?* Neque dixit, ac si alienigenam et inimicum alloqueretur : Absit ut tibi præbeam homini inimico et a gente nostra alieno. Deinde cum magna loquentem audiret, quæ solent inimicos maxime mordere, non irrisit, non cachinnis excepit illum ; sed quid dicit ? 12. *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum hunc, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ?* Viden' quo pacto se in Judaicam nobilitatem ingerat ? Hoc autem vult significare : Ille hac usus est aqua, nihil ultra quod daret habuit. His porro declarat se ex prima responsione magnum et sublime quidpiam intellexisse. Nam cum ait, *Ipse bibit, et filii ejus, et pecora,* nihil aliud subindicat, quam se in mente habere aliam præstantiorem aquam, quam nec reperiret, nec clare nosset. Ut autem quid illa intelligat clarius exprimam : Non potes dicere, inquit, Jacobum hunc nobis dedisse fontem, sed alio usum fuisse : nam et ipse et filii ejus ex hac bibebant aqua, non bibituri si aliam meliorem habuissent. Ex hac igitur nec tu poteris dare ; aliam vero meliorem habere non potes, nisi te Jacobo majorem profitearis. Unde igitur quam te daturum polliceris aquam habere possis ? At Judæi non tam miti cum illo sermone utuntur, cum eadem de re loqueretur, ejusdem aquæ mentione facta : sed nihil hinc lucri consequuti sunt. Quando autem Abrahæ meminit, ipsum lapidibus impetere conati sunt. Verum non ita mulier cum illo agit ; sed cum mansuetudine in tanto æstu, in meridie, omnia patienter admodum et dicit et audit, et nihil eorum cogitat quæ Judæi verisimiliter dixissent, ipsum nempe insanum et mente captum esse, qui se deluderet circa fontem et puteum, nec quidquam præstaret, sed jactabundus loqueretur. Illa vero perseveranter auscultat, dum quod quærit inveniat.

5. Si vero mulier Samaritana tantum adhibet studium, ut quid utile ediscat, et Christo assidet, etiamsi illum non noscat ; quam nos veniam consequemur, qui ipsum novimus, qui non secus puteum, non in deserto stamus, non in meridie, non adusti solaribus radiis ; sed sub aurora, sub hoc tecto umbra fruimur et suaviter agimus, neque patienter audimus quidpiam, sed desidia torpemus ? Non sic illa ; sed ita dictis attendit, ut etiam alios advocet. Judæi vero non modo non advocabant, sed etiam eos qui accedere vellent impediebant ; quamobrem dicebant : *Num aliquis ex principibus credit in eum ? Sed turba hæc quæ non novit legem, maledicti sunt* (*Joan.* 7. 48. 49). Imitemur ergo Samaritanam : colloquamur cum Christo. Nam nunc etiam in medio nostrum stat, per prophetas, per discipulos nos alloquens. Audiamus ergo et obtemperemus. Usquequo frustra et inutiliter vivemus ? Nam illa agere quæ Deo non placent, illud est inutiliter vivere ; imo non tantum inutiliter, sed in damnum. Cum enim nobis datum tempus inutiliter prorsus impendimus, hinc migrabimus extremas daturi pœnas inutiliter consumpti temporis. Cum is qui pecunias ad negotiandum recepit, et eas insumpsit et devoravit, rationem ei qui sibi credidit daturus sit : is certe qui hanc vitam inutiliter impendit, non erit a supplicio liber. Non ideo nos Deus in hanc vitam protulit, animamque dedit, ut præsenti tantum fruamur vita, sed ut pro futura vita negotiemur. Bruta præsenti tantum vitæ usui sunt ; nos autem ideo immortalem habemus animam, ut ad illam nobis parandam vitam nihil non agamus. Si quis sciscitetur quis usus sit equorum, asinorum, boum, aliorumque hujusmodi pecorum, nullum alium dicemus quam ministerium in præsenti vita præstitum. De nobis vero non item ; sed melior status est post discessum ex hac vita : nihilque non agendum est, ut ibi clariores simus et cum angelis choreas agamus, ut Regi adstemus perpetuo et in sæcula infinita. Ideo namque immortalis est anima, et corpus immortale erit, ut perpetuis fruamur bonis. Si vero cælis tibi propositis, terræ inhæreas, cogita quantam dateri contumeliam inferas. Ille superna tibi offert : tu vero non magna illius habita ratione, terram anteponis. Ideo gehennam comminatur, utpote contemptus : ut hinc discas quantis te prives bonis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Sed absit ut illud supplicium experiamur; verum potius Deo placentes, æterna consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXII.

15. *Respondit Jesus et dixit ei : Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum :* 14. *qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.*

1. *Spiritus sanctus modo ignis modo aqua a Scriptura appellatus. Prudentia Christi Samaritanam docentis; Samaritanæ sinceritas; ipsa Nicodemo sapientior.* — Spiritus gratiam Scriptura modo ignem, modo aquam appellat, non substantiæ, sed operationi indicandæ hæc apta nomina esse demonstrans. Non enim ex diversis substantiis constat Spiritus, cum invisibilis et unius generis sit. Alterum certe Joannes significat, cum dicit : *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igne* (*Matth.* 3. 11); alterum vero Christus, *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant* (*Joan.* 7. 38. 39). Ita et mulierem alloquens, Spiritum vocat aquam : *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum;* sic Spiritum vocat ignem, ut vim fervoremque gratiæ, et peccatorum perniciem significet; aquam, ut purificationem refrigeriumque per illam excipientibus animis partum indicet. Et jure quidem. Nam tamquam hortum, fructiferis semperque virentibus arboribus comantem, sic studiosam animam exornat, neque mœroris, neque satanicarum insidiarum sensum capere sinit, quippe quæ ignita maligni tela facile exstinguat. Tu vero mihi Christi sapientiam consideres velim, quam leniter mulierculam erigat. Neque enim a principio dixit illi, *Si scires quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere :* sed postquam occasionem illi præbuerat, ut se Judæum vocaret et accusaret, criminationem depellens hoc dicit. Cum vero dixisset, *Si scires quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, forsitan petiisses ab eo,* et magnis promissionibus eo induxisset illam ut patriarchæ mentionem faceret, sic mulieri oculos mentis aperuit. Deinde illa reponente, *Numquid tu major es patre nostro Jacob ?* non dixit, Etiam, major sum : nam visus fuisset id se jactando dicere, cum nulla adhuc esset rei demonstratio : per ea autem quæ dicit, ad illud præparat. Non enim simpliciter dicit, Dabo tibi aquam; sed postquam de Jacob tacuit, quod suum erat extulit, a natura doni personarum differentiam per munerum discrimen declarans, necnon suam supra patriarcham excellentiam. Si miraris, inquit, quod ille hanc aquam dederit, si longe meliorem tibi dedero, quid dices? Jam prius pene confessa es me Jacobo majorem esse, cum scisciando dixisti, *Numquid tu major es patre nostro Jacob,* qui meliorem promittas aquam ? si illam acceperis aquam, tunc me plane majorem confiteberis. Viden' mulieris judicium sine ulla acceptione, quæ ex rebus ipsis et de patriarcha et de Christo fert sententiam ? Verum non ita Judæi : cum viderent enim illum dæmonia ejicientem, dæmoniacum ipsum vocabant, nedum patriarcha majorem dicerent. Mulier vero non sic, sed inde fert sententiam, unde Christus volebat; ex ipsa nempe operum demonstratione. Nam et ipse quoque inde fert judicium, dicens : *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere : si autem facio, etsi mihi non creditis, operibus credite* (*Joan.* 10. 37). Sic et mulier ad fidem adducitur. Quapropter cum audisset, *Numquid major es patre nostro Jacob ?* omisso Jacobo, de aqua loquitur his verbis, *Omnis qui bibet ex hac aqua, sitiet iterum,* et comparationem, missa accusatione, ex præcellentia facit. Non dicit enim, Hæc aqua nihil est, omniaque despicienda; sed illud profert, quod ipsa natura testatur : *Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Jam audierat aquam vivam mulier, sed non intellexerat. Quia enim aqua viva dicitur, quæ perennis est et semper scaturit, non præcisa scaturigine, de hac intelligendum mulier putabat. Ideo clarius id illi deinceps aperit, et ex comparatione ejus excellentiam demonstrans ita pergit : *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum;* sic, ut dixi, excellentiam ostendens, necnon ex sequentibus : horum quippe nihil habet vulgaris aqua. Quid vero sequitur? *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Sicut enim qui fontem intus habet, numquam sitiet : sic nec ille qui hanc aquam habuerit. Statimque mulier credidit, multo sapientior Nicodemo; nec modo sapientior, sed et fortior. Ille namque multis auditis hujusmodi, nec alium quempiam advocavit, neque ipse fiduciam habuit : hæc vero apostolico fungitur officio, omnibus annuntians, omnes ad Jesum advocans, totamque civitatem ad illum pertrahens. Ille audito Christo, dixit, *Quomodo possunt hæc fieri* (*Joan.* 3. 9)? ac cum Christus clarum exemplum venti attulisset, neque ita sermonem admisit. Secus autem mulier : sed primo dubitabat, deinde vero non tanta adhibita cautela, sed quasi latam sententiam dicta excipiens, ad rem accipiendam statim fertur. Quia enim Jesus dixerat, *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam;* statim ait mulier, 15. *Da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.*

2. Viden' quomodo paulatim ad dogmatum culmen deducatur? Primo putavit illum transgressorem quempiam Judæum esse; deinde quia hanc ille criminationem depulit (non decebat enim eum qui illam edocturus erat, suspectum esse), cum audisset aquam vivam, putavit de sensili aqua hoc dici. Demum cum audisset ea quæ dicebantur, esse spiritualia, credidit quidem posse illam aquam pellere sitim, nec tamen quid illa esset sciebat, sed adhuc dubitabat : putabat

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μὴ γένοιτο πεῖραν λαβεῖν τῆς κολάσεως ἐκείνης, ἀλλ' εὐαρεστήσαντας ἡμᾶς τῷ Χριστῷ, τῶν αἰωνίων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΒ'.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ· Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος, ἁλλομένη [a] εἰς ζωὴν αἰώνιον.

α'. Τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν ἡ Γραφὴ ποτὲ μὲν πῦρ, ποτὲ δὲ ὕδωρ καλεῖ, δεικνῦσα ὅτι οὐκ οὐσίας ἐστὶ ταῦτα παραστατικὰ τὰ ὀνόματα, ἀλλ' ἐνεργείας. Οὐδὲ γὰρ ἐκ διαφόρων συνέστηκεν οὐσιῶν τὸ Πνεῦμα, ἀόρατόν τε καὶ μονοειδὲς ὄν. Τὸ μὲν οὖν ὁ Ἰωάννης δηλοῖ, οὕτω λέγων· *Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί·* τὸ δὲ ὁ Χριστὸς [b], *Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος*, φησὶν, *οὗ ἔμελλον λαμβάνειν.* Οὕτω καὶ τῇ γυναικὶ διαλεγόμενος, ὕδωρ καλεῖ τὸ Πνεῦμα· *Ὃς γὰρ ἂν* [c] *πίῃ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ* [184] *μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα.* Οὕτω δὲ τὸ Πνεῦμα καλεῖ, διὰ μὲν τῆς τοῦ πυρὸς προσηγορίας, τὸ διεγηγερμένον καὶ θερμὸν τῆς χάριτος, καὶ δαπανητικὸν ἁμαρτημάτων αἰνιττόμενος· διὰ δὲ τῆς τοῦ ὕδατος, τόν τε καθαρμὸν τὸν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὴν πολλὴν παραφυχὴν ταῖς ὑποδεχομέναις αὐτὸ διανοίαις ἐμφῆναι [d]. Εἰκότως. Ὥσπερ γάρ τινα παράδεισον παντοίοις δένδροις κομῶντα καρποφόροις τε καὶ ἀειθαλέσιν, οὕτω τὴν πρόθυμον κατασκευάζει ψυχὴν, οὔτε ἀθυμίας, οὔτε σατανικῆς συγχωροῦσα ἐπιβουλῆς αἰσθέσθαι, ἅτε ῥᾳδίως σβεννῦσα τοῦ Πονηροῦ πάντα τὰ πεπυρωμένα βέλη. Σὺ δέ μοι σκόπει τοῦ Χριστοῦ τὴν σοφίαν, πῶς ἠρέμα ἀνάγει [e] τὸ γύναιον. Οὐ γὰρ ἐκ πρώτης εἶπεν· *Εἰ ἤδεις τίς ἦν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν·* ἀλλ' ὅτε αὐτῇ ἀφορμὴν παρέσχεν Ἰουδαῖον αὐτὸν καλέσαι, καὶ ὑπὸ ἔγκλημα ἤγαγεν, ἀποκρουόμενος τὴν κατηγορίαν, τότε τοῦτο λέγει. Εἰπὼν δὲ, *Εἰ ἤδεις τίς ἦν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτόν·* καὶ ἀναγκάσας τῷ μεγάλα ἐπαγγείλασθαι μνησθῆναι τοῦ πατριάρχου, οὕτω δίδωσι διαβλέψαι τῇ γυναικί. Εἶτα ἀντεπαγούσης ἐκείνης, *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ;* οὐκ εἶπεν, Ναὶ, μείζων εἰμί· ἔδοξε γὰρ ἂν κομπάζειν μόνον, τῆς ἀποδείξεως μηδέπω φαινομένης· δι' ὧν δὲ λέγει, τοῦτο κατασκευάζει. Καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, Δώσω σοι ὕδωρ· ἀλλὰ πρότερον ἀνελὼν τὸ τοῦ Ἰακώβ, τότε ἐπαίρει τὸ ἑαυτοῦ, ἀπὸ τῆς τῶν διδομένων φύσεως, τὸ μέσον τῶν προσώπων, ὅσον καὶ τὸ διάφορον τῶν διδόντων [f], παραστῆσαι βουλόμενος, καὶ τὴν ὑπεροχὴν τὴν πρὸς τὸν πατριάρχην. Εἰ γὰρ θαυμάζεις, φησὶ, τὸν Ἰακὼβ, ὅτι τοῦτο ἔδωκε τὸ ὕδωρ, ἂν πολὺ τούτου βέλτιον δῶ σοι, τί ἐρεῖς; Προλαβοῦσα μείζονα ὡμολόγησας εἶναί με τοῦ Ἰακώβ, τῷ ἀνθυπενεγκεῖν καὶ εἰπεῖν, *Μὴ μείζων εἶ σὺ τοῦ Ἰακώβ,* ὅτι ἐπαγγέλλῃ βέλτιον ὕδωρ διδόναι; ἂν λάβῃς ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, πάντως ὁμολογήσεις μείζονα εἶναί με. Ὁρᾷς κρίσιν ἀδέκαστον τῆς γυναικὸς, ἀπὸ τῶν πραγμάτων [g] ψηφιζομένης καὶ τῷ πατριάρχῃ καὶ τῷ Χριστῷ; Ἀλλ' οὐκ Ἰουδαῖοι οὕτως· ἀλλὰ καὶ δαίμονας ὁρῶντες ἐκβάλλοντα αὐτὸν, οὐ μόνον τοῦ πατριάρχου οὐκ ἔλεγον μείζονα, ἀλλὰ καὶ δαιμονῶντα ἐκάλουν. Ἡ δὲ γυνὴ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐντεῦθεν φέρει τὴν ψῆφον, ὅθεν ὁ Χριστὸς βούλεται, ἀπὸ τῆς τῶν ἔργων ἀποδείξεως. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐντεῦθεν δικάζεται, οὕτω λέγων· *Εἰ μὴ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύσατέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε.* Οὕτω καὶ ἡ γυνὴ τῇ πίστει προσάγεται. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀκούσας, *Μὴ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ;* τὸν Ἰακὼβ ἄφεις, περὶ τοῦ ὕδατος διαλέγεται λέγων· *Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν·* καὶ τὴν σύγκρισιν οὐκ ἀπὸ κατηγορίας, ἀλλ' ἐξ ὑπεροχῆς ποιεῖται. Οὐ γὰρ λέγει, ὅτι τὸ ὕδωρ τοῦτο οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ὅτι εὐτελὲς καὶ εὐκαταφρόνητον· ἀλλ' ὅπερ καὶ ἡ φύσις μαρτυρεῖ, τοῦτο τίθησι· *Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς* [185] *τὸν αἰῶνα.* Ἤκουσεν ὕδωρ ζῶν ἡ γυνὴ πρὸ τούτου, ἀλλ' οὐκ ἐνόησεν. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ὕδωρ ζῶν τὸ ἀένναον καὶ διαπαντὸς [h] ἀναβλύζον λέγεται, τῶν κρουνῶν οὐ διακοπτομένων, τοῦτο ἐνόμισεν ἡ γυνὴ λέγεσθαι. Διὰ δὴ τοῦτο σαφέστερον αὐτῇ λοιπὸν ὃ ἔλεγε καθιστὰς, καὶ ἀπὸ συγκρίσεως τὴν ὑπεροχὴν ποιούμενος, ἐπήγαγε λέγων· *Ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα·* διὰ τούτου, ὥσπερ ἔφην, δεικνὺς τὴν ὑπεροχὴν, καὶ διὰ τῶν ἑξῆς εἰρημένων· τούτων γὰρ οὐδὲν ἔχει τὸ αἰσθητὸν ὕδωρ. Τίνα δέ ἐστι τὰ ἑξῆς; *Γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.* Ὥσπερ γὰρ ὁ πηγὴν ἔνδον ἔχων ἀποκειμένην, οὐκ ἂν ἀλοίη δίψῃ ποτέ· οὕτως οὐδὲ ὁ τὸ ὕδωρ τοῦτο ἔχων. Καὶ ἐπίστευσεν εὐθέως ἡ γυνὴ, πολὺ τοῦ Νικοδήμου συνετωτέρα φανεῖσα· οὐ συνετωτέρα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρειοτέρα. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ μυρίων τοιούτων ἀκούων, οὔτε ἄλλον τινὰ ἐπὶ τοῦτο ἐκάλεσεν, οὔτε αὐτὸς ἐπαῤῥησιάσατο· αὕτη δὲ ἀποστολικὰ ἐπιδείκνυται πράγματα, πάντας εὐαγγελιζομένη καὶ καλοῦσα πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ πόλιν ὁλόκληρον ἕλκουσα ἔξω πρὸς αὐτόν. Κἀκεῖνος μὲν ἀκούσας, ἔλεγε· *Πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι;* καὶ τοῦ Χριστοῦ θέντος παράδειγμα σαφὲς τὸ τοῦ ἀνέμου, οὐδὲ οὕτω τὸν λόγον κατεδέξατο· ἡ γυνὴ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον ἠπόρει, ὕστερον δὲ οὐ μετὰ κατασκευῆς δεξαμένη τὸν λόγον, ἀλλ' ἐν ἀποφάσεως τάξει, ἐπὶ τὴν λῆψιν εὐθέως ἐπείγεται. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Χριστός· *Γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον·* εὐθέως φησὶν ἡ γυνή· *Δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.*

β'. Ὁρᾷς πῶς κατὰ μικρὸν πρὸς τὸ τῶν [i] δογμάτων ὕψος ἀνάγεται; Πρῶτον ἐνόμισεν αὐτὸν παράνομον εἶναί τινα Ἰουδαῖον· εἶτα ἐπειδὴ ταύτην ἀπεκρούσατο τὴν κατηγορίαν (ἔδει γὰρ μὴ εἶναι τὸ πρόσωπον ὑποπτον τὸ μέλλον τοιαῦτα αὐτὴν κατηχεῖν), ἀκούσασα ὕδωρ ζῶν, ἐνόμισε περὶ αἰσθητοῦ τοῦτο λέγεσθαι. Ὕστερον δὲ μαθοῦσα ὅτι πνευματικὰ ἦν τὰ λεγόμενα, ἐπίστευσεν μὲν ὅτι δύναται τὸ ὕδωρ ἀναιρεῖν τοῦ δίψους τὴν χρείαν, οὔπω δὲ τί ποτε τοῦτό

[a] Savil. et codd. 705, 706 ἁλλομένου. [b] Alii καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης οὕτω λέγει ὅτι.... ὁ δὲ Χριστός. [c] Morel. διαλεγόμενος, τὸ αὐτὸ λέγει νῦν· Ὃς δ' ἄν. Paulo post idem αἰῶνα. Καὶ τί δήποτε οὕτω τὸ Πνεῦμα εἶπε .. ὥστε τὸ διεγ .. αἰνίξασθαι. [d] Ἐμφαίνων Savil. et codd. 705, 706. [e] Savil. ἐνάγει. Supra idem et codd. citt. αἰσθέσθαι, ἀλλὰ σβέννυσι. [f] Quidam τῶν διδομένων. [g] Savil. ἀπὸ τῶν γενομένων.

[h] Alii καὶ ἀέναον τὸ διαπαντός. [i] Savil. κατὰ μικρὸν εἰς τὸ τῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐστιν ἥδει, ἀλλ' ἔτι διηπόρει, ἀνωτέρω μὲν τῶν αἰσθητῶν εἶναι νομίζουσα, τὸ δὲ σαφὲς οὐκ ἐπισταμένη. Ἐνταῦθα δὲ ἀκριβέστερον μὲν διαβλέψασα, οὐ μὴν τὸ πᾶν κατιδοῦσα (*Δὸς γάρ μοι*, φησὶ, *τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν*), τέως προετίμησεν αὐτὸν τοῦ Ἰακώβ. Οὐ δέομαι γὰρ ταύτης τῆς πηγῆς, ἐὰν λάβω παρὰ σοῦ τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο. Ὁρᾷς πῶς αὐτὸν προτίθησι τοῦ πατριάρχου; Τοῦτο ψυχῆς εὐγνώμονος. Ἔδειξεν ἡλίκην εἶχε περὶ τοῦ Ἰακὼβ δόξαν· εἶδε τὸν βελτίονα, καὶ οὐ κατεσχέθη τῇ προλήψει. Οὔτε οὖν εὔκολος ἡ γυνὴ (οὐ γὰρ ἁπλῶς κατεδέξατο [186] τὰ λεγόμενα· πῶς γὰρ ἡ μετὰ τοσαύτης ἀκριβείας ἐκζητήσασα [a];), οὔτε ἀπειθὴς καὶ φιλόνεικος. Καὶ τοῦτο ἔδειξεν ἀπὸ τῆς αἰτήσεως. Καίτοι καὶ Ἰουδαίοις εἶπέ ποτε· *Ὃς ἂν φάγῃ ἐκ τῆς σαρκός μου, οὐ μὴ πεινάσει· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσει πώποτε.* Ἀλλ' οὐ μόνον οὐκ ἐπίστευσαν, ἀλλὰ καὶ ἐσκανδαλίσθησαν. Ἡ γυνὴ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθεν, ἀλλὰ καὶ παραμένει καὶ αἰτεῖ. Ἰουδαίοις μὲν οὖν ἔλεγεν, *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσει*· τῇ δὲ γυναικὶ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ παχύτερον, *Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, οὐ μὴ διψήσει.* Ἐπαγγελία γὰρ ἦν πνευματικῶν, καὶ οὐχ ὁρωμένων πραγμάτων [b]. Διὰ τοῦτο ἐπάρας αὐτῆς τὸν νοῦν ταῖς ὑποσχέσεσιν, ἔτι τοῖς αἰσθητοῖς ἐνδιατρίβει ῥήμασι, διὰ τὸ μηδέπω δύνασθαι χωρῆσαι τῶν πνευματικῶν τὴν ἀκρίβειαν. Εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἐὰν πιστεύσῃς εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσεις, οὐκ ἂν ἐνόησε τὸ εἰρημένον, οὐκ εἰδυῖα τίς ποτέ ἐστιν ὁ διαλεγόμενος, οὐδὲ περὶ ποίου δίψους ἔλεγεν. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐχὶ καὶ ἐπὶ Ἰουδαίων τοῦτο ἐποίησεν; Ὅτι ἐκεῖνοι μὲν πολλὰ σημεῖα ἑωρακότες ἦσαν· αὕτη δὲ σημεῖον μὲν εἶδεν οὐδὲν, τῶν δὲ ῥημάτων ἤκουσε πρῶτον. Διὰ τοῦτο λοιπὸν διὰ προφητείας ἀποκαλύπτει τὴν δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ εὐθέως ἐπάγει τὸν ἔλεγχον· ἀλλὰ τί φησιν; Ὕπαγε, *φώνησόν σου τὸν ἄνδρα, καὶ ἐλθὲ ὧδε.* Ἡ δὲ φησιν· *Οὐκ ἔχω ἄνδρα. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Καλῶς εἶπες, ὅτι Ἄνδρα οὐκ ἔχω· πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ. Τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ.*

Βαβαὶ, πόση τῆς γυναικὸς ἡ φιλοσοφία! πῶς πράως τὸν ἔλεγχον δέχεται! Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε, φησί; Διατί, εἰπέ μοι· οὐχὶ καὶ Ἰουδαίους ἤλεγξε πολλάκις, καὶ τούτου μείζονα; Οὐ γάρ ἐστιν ἴσον τὰ ἐν διανοίᾳ ἀπόῤῥητα εἰς μέσον ἀγαγεῖν, καὶ πρᾶγμα γινόμενον λάθρᾳ κατάδηλον ποιεῖν. Τὸ μὲν γὰρ Θεοῦ μόνον ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς ἕτερος οἶδεν, εἰ μὴ ὁ ἐν διανοίᾳ [c] ἔχων· τὰ δὲ, οἱ κοινωνοῦντες ἐπίστανται ἅπαντες. Ἀλλ' ὅμως ἐλεγχθέντες οὐ φέρουσι πράως· ἀλλ' εἰπόντος, *Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι;* οὐ μόνον οὐ θαυμάζουσιν ὡς ἡ γυνὴ, ἀλλὰ καὶ λοιδοροῦσι [d] καὶ ὑβρίζουσι. Καίτοι γε ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἀπὸ ἄλλων σημείων εἶχον τὴν ἀπόδειξιν, αὕτη δὲ τοῦτο μόνον ἦν ἀκηκουῖα· ἀλλ' ὅμως οὐ μόνον οὐκ ἐθαύμασαν, ἀλλὰ καὶ ὕβρισαν λέγοντες, *Δαιμόνιον ἔχεις, τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι;* Αὕτη δὲ οὐ μόνον οὐχ ὑβρίζει, ἀλλὰ καὶ θαυμάζει καὶ ἐκπλήττεται, καὶ προφήτην εἶναι ὑπονοεῖ· καίτοι μειζόνως ἂν ὁ ἔλεγχος οὗτος τῆς γυναικὸς ἥψατο, ἢ ἐκείνων ἐκεῖνος. Τοῦτο μὲν γὰρ ταύτης μόνης ἁμάρτημα ἦν, ἐκεῖνο δὲ κοινόν. Οὐχ οὕτω δὲ ἐπὶ τοῖς κοινοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις δακνόμεθα. Κἀκεῖνοι μὲν μέγα ᾤοντό τι κατορθοῦν, ἂν τὸν Χριστὸν ἀνέλωσι· τὸ δὲ τῆς γυναικὸς ὁμολόγητο παρὰ πᾶσι πονηρὸν εἶναι· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐδυσχέρανεν ἡ γυνὴ, ἀλλ' ἐξεπλάγη καὶ ἐθαύμαζεν. Καὶ ἐπὶ τοῦ Ναθαναὴλ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐποίησεν ὁ Χριστός. Οὐ γὰρ προηγουμένως τὴν προφητείαν [187] εἰσήγαγεν, οὐδὲ εἶπεν, *Εἶδόν σε ὑπὸ τὴν συκῆν*· ἀλλ' ὅτε ἐκεῖνος εἶπε, *Πόθεν με γινώσκεις*, τότε τοῦτο ἐπήγαγεν. Ἐβούλετο γὰρ καὶ τῶν προῤῥήσεων καὶ τῶν θαυμάτων τὰς ἀρχὰς παρ' αὐτῶν λαμβάνειν τῶν προσιόντων αὐτῷ, ὥστε καὶ οἰκειοῦσθαι τοῖς γινομένοις μᾶλλον αὐτοὺς, καὶ τὴν τοῦ κενοδοξεῖν διαφυγεῖν ὑπόνοιαν. Τοῦτο δὴ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ. Τὸ μὲν γὰρ προηγουμένως ἐλέγξαι, ὅτι *Ἄνδρα οὐκ ἔχεις*, ἐδόκει φορτικὸν εἶναι καὶ περιττόν· τὸ δὲ παρ' αὐτῆς λαβόντα τὴν αἰτίαν, πάντα ταῦτα διορθοῦν, καὶ σφόδρα ἀκόλουθον ἦν, καὶ τὴν ἀκούουσαν πραοτέραν εἰργάζετο. Καὶ ποία ἀκολουθία, φησὶ, τὸ εἰπεῖν, Ὕπαγε, *φώνησον τὸν ἄνδρα σου;* Περὶ δωρεᾶς ἦν ὁ λόγος καὶ χάριτος ὑπερβαινούσης τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. Ἐπέκειτο ἡ γυνὴ ζητοῦσα λαβεῖν, καὶ λέγει· *Φώνησόν σου τὸν ἄνδρα*· ὡσανεὶ ἐνδεικνύμενος [e] ὅτι κἀκεῖνον δεῖ κοινωνῆσαι τούτων. Ἡ δὲ σπεύδουσα λαβεῖν [f], καὶ κρύπτουσα τὸ αἰσχρὸν τοῦ πράγματος, καὶ οἰομένη πρὸς ἄνθρωπον διαλέγεσθαι, φησὶν, *Οὐκ ἔχω ἄνδρα.* Ταῦτα ἀκούσας ὁ Χριστὸς, εὐκαίρως λοιπὸν ἐπάγει τὸν ἔλεγχον, ἀμφότερα μετὰ ἀκριβείας λέγων. Τούς τε γὰρ προτέρους ἠρίθμησεν ἅπαντας, καὶ τὸν νῦν κρυπτόμενον ἤλεγξε. Τί οὖν ἡ γυνή; Οὐκ ἐδυσχέρανεν, οὐδὲ ἀφεῖσα ἔφυγεν, οὐδὲ ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἐνόμισεν εἶναι· ἀλλὰ θαυμάζει μᾶλλον αὐτὸν καὶ προσκαρτερεῖ πλέον· *Θεωρῶ* γὰρ, φησὶν, *ὅτι προφήτης εἶ σύ.* Καὶ σκόπει αὐτῆς τὴν σύνεσιν· Οὐδὲ ἐνταῦθα εὐθέως ἐπέδραμεν, ἀλλ' ἔτι περισκοπεῖται καὶ θαυμάζει. Τὸ γὰρ, *Θεωρῶ*, τοῦτό ἐστι, Φαίνῃ μοι προφήτης εἶναι. Εἶτα ἐπειδὴ τοῦτο ὑπώπτευσεν, οὐδὲν βιωτικὸν αὐτὸν ἐρωτᾷ, οὐ περὶ σώματος ὑγείας, οὐ περὶ χρημάτων, οὐ περὶ πλούτου, ἀλλὰ περὶ δογμάτων εὐθέως. Τί γάρ φησιν; *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν*· τοὺς περὶ τὸν Ἀβραὰμ λέγουσα· καὶ γὰρ ἐκεῖ φασι τὸν υἱὸν ἀνηνέχθαι· *Καὶ πῶς ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου χρὴ προσκυνεῖν;*

γ'. Εἶδες πῶς ὑψηλοτέρᾳ τῇ διανοίᾳ γέγονεν; Ἡ γὰρ ὑπὲρ τοῦ [g] μὴ σκύλλεσθαι διὰ τὸ διψῆν μεριμνῶσα, καὶ ὑπὲρ δογμάτων ἐρωτᾷ λοιπόν. Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐκ ἔλυσε τὸ ζήτημα [h] (οὐ γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ περισπούδαστον, πρὸς τὰ λεγόμενα ἁπλῶς ἀποκρίνεσθαι· παρέλκον γὰρ ἦν), ἀλλὰ ἄγει τὴν γυναῖκα πάλιν ἐπὶ τὸ μεῖζον ὕψος· καὶ οὐ πρότερον αὐτῇ περὶ τούτων διαλέγεται, ἕως ὡμολόγησεν ὅτι προφήτης ἐστὶν, ὥστε καὶ μετὰ πολλῆς τῆς πληροφορίας ἀκοῦσαι λοιπὸν τῶν λεγομένων. Ἡ γὰρ τοῦτο πεισθεῖσα, οὐκ ἔτι λοιπὸν περὶ τῶν ῥηθησομένων ἀμφιβάλλειν εἶχεν. Αἰσχυνθῶμεν τοίνυν καὶ ἐρυθριάσωμεν λοιπόν. Γυνὴ πέντε ἄνδρας ἐσχηκυῖα, καὶ Σαμαρεῖτις οὖσα, τοσαύτην περὶ δογμάτων ποιεῖται σπουδὴν, καὶ οὐχ ὁ καιρὸς τῆς ἡμέρας, οὐ τὸ ἐφ' ἑτέρου τι παραγενέσθαι, οὐκ ἄλλο οὐδὲν αὐτὴν ἀπήγαγε τῆς περὶ τὰ τοιαῦτα ζητήσεως· ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον περὶ δογμάτων οὐ ζητοῦμεν, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε διακείμεθα. [188] Διὰ τοῦτο τὰ πάντα ἠμέληται. Τίς γὰρ ὑμῶν, εἰπέ μοι, ἐν οἰκίᾳ γενόμενος, πυκτίον [i] ἔλαβε χριστιανικὸν μετὰ χεῖρας, καὶ τὰ ἐγκείμενα ἐπῆλθε, καὶ ἠρεύνησε τὴν Γραφήν; Οὐδεὶς ἂν ἔχοι ταῦτα εἰπεῖν· ἀλλὰ πεττοὺς μὲν καὶ κύβους παρὰ τοῖς πλείο-

[a] Alii προθυμίας ἐκζητοῦσα. [b] Alii οὐχ ὡρισμένων πρ. [c] Savil. οἶδεν, ἢ ὁ ἐν διανοίᾳ. [d] Alii λοιδοροῦνται.

[e] Morel. τὸν ἄνδρα ὡσανεὶ ἐνδεικν. Alii aliud habent. [f] Morel. λαθεῖν. [g] Savil. περὶ τοῦ. [h] Alii τὸ ζητούμενον. [i] Πυκτία apud veteres libros esse compactos probavimus apud Athanasium p. 124, et in Palæogr. Græca p. 23, ubi rem exemplis confirmamus, ac præsertim in Coll. nov. Patr. t. II, Anim. XV in Vit. et script. Ath.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

certe hæc sublimiora esse, quam ut sensu percipi possent; sed non prorsus id quid esset noverat. Nunc certe melius videbat, neque tamen totum percipiebat : nam ait, *Da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Jam illum Jacobo præferebat. Non hoc fonte opus habeo, si a te aquam illam accipiam. Viden' quomodo illum patriarchæ anteponat? Hoc probi animi indicium est. Ostendit quam de Jacobo opinionem haberet : vidit Jacobo meliorem, neque prima illa opinione retenta fuit. Non ergo facile mulier credidit, neque temere dicta recepit, quæ tanta accuratione quæsivit; neque etiam immorigera vel contentiosa fuit. Idque ex petitione sua demonstravit. Atqui Judæis dixit Christus : *Qui comederit de carne mea, non esuriet; et qui credit in me, non sitiet umquam* (*Joan.* 6. 35); sed non modo non crediderunt, sed etiam scandalizati sunt. Hæc mulier contra exspectat et petit. Judæis ille dicebat, *Qui credit in me non sitiet;* mulieri vero non ita, sed rudiore modo, *Qui biberit ex hac aqua, non sitiet.* Promissio namque erat spiritualium rerum, non visibilium [1]. Ideo mulieris animum pollicitationibus erigens, adhuc sensibilibus immoratur, quod illa nondum posset spiritualia accurate comprehendere. Nam si dixisset, Si credideris in me, non sities; illa non intellexisset, cum non nosset quis esset ille se alloquens, nec de qua siti ageretur. Cur autem non ita Judæis loquutus est? Quia illi multa signa viderant, illa vero nullum; sed verba primum audierat. Ideo per prophetiam deinceps vim suam ostendit, nec statim arguit illam; sed quid dicit? 16. *Vade, voca virum tuum, et veni huc.* 17. *Illa vero dicit, Virum non habeo. Dicit ei Jesus, Bene dixisti, Virum non habeo :* 18. *quinque enim viros habuisti, et nunc quem habes, non est tuus vir. Hoc vere dixisti.* 19. *Dicit ei mulier, Domine, video quia propheta es tu.*

Samaritanæ philosophia malæ fidei Judæorum opponitur.—Papæ, quanta mulieris philosophia ! quam mansuete reprehensionem admittit ! Cur, inquies, non admisisset? nonne sæpe Judæos acrius redarguit? Non enim paris virtutis est mentis secreta in medium adducere, et rem clam peractam revelare. Illud enim Dei tantum est, cum nemo novit, nisi is qui id in mente habet; alterum vero saltem familiaribus notum est. Attamen Judæi se reprehensos esse indigne ferunt. Sed illo dicente, *Quid me quæritis interficere* (*Joan.* 7. 20)? non modo non admirantur, ut mulier illa, sed etiam convicciis et contumeliis afficiunt, etiamsi aliorum signorum argumenta haberent : hæc autem hoc unum tantum audierat. Attamen illi non modo non mirati sunt, sed etiam probro affecerunt dicentes, *Dæmonium habes, quis te quærit interficere?* Hæc vero non modo non conviciatur, sed miratur et obstupescit, prophetamque opinatur esse; etsi acrius hanc reprehendat, quam illos. Hoc enim peccatum unius ipsius erat; illud vero omnibus commune. Non autem ita morderi solemus de communibus delictis, ut de propriis. Et illi quidem magnum quidpiam se perficere putabant, si Christum interficerent : mulieris vero facinus malum esse apud omnes in confesso erat. Attamen non ægre tulit mulier, sed obstupuit miratque est. Eodem quoque modo cum Nathanaele Christus se gessit. Non primum prophetiam induxit, neque dixit, *Vidi te sub ficu;* sed cum ille dixisset, *Unde me nosti* (*Joan.* 1. 48)? id respondit. Volebat enim miracula et prophetias ab illis incipere, qui ad ipsum accedebant, ut et magis illos sibi conciliaret, et vanæ gloriæ suspicionem effugeret. Hoc ipsum hic agit. Existimabat enim molestum et superfluum fore, si eam statim accusaret dicendo, *Virum non habes.* Illud vero corrigere post acceptam ab eadem ipsa occasionem, certe consentaneum erat, et audientem mansuetiorem reddebat. Et quænam illa consequentia, inquies, dicere, *Vade, voca virum tuum?* De dono agebatur et de gratia humanam naturam superante. Instabat mulier flagitans, et dixit ei, *Voca virum tuum;* subindicans illum quoque horum participem esse debere [1]. Illa accipiendi cupida [2], suam celat turpitudinem, neque hominem alloqui putans ait, *Non habeo virum.* Hinc occasionem captans Christus opportune illam reprehendit, utrumque accurate explicans : nam priores omnes numeravit, et hunc occultum revelavit. Quid ergo mulier? Non ægre tulit, non illo relicto fugit, non id contumeliam esse putavit; sed magis admiratur, magis perseverat : nam ait, *Video quia propheta es tu.* Ejus vero prudentiam perpende. Non statim accurrit, sed adhuc considerat et miratur. Illud enim, *Video,* id est, Videris mihi propheta esse. Deinde quia hoc suspicata erat, nihil terrenum interrogat, non de valetudine corporis rogat, non de opibus, non de divitiis, sed de dogmatibus statim. Quid enim dicit? 20. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt,* Abraham significans, quem filium eo adduxisse dicebant : *Et quomodo vos dicitis quia Jerosolymis est locus ubi adorare oportet?*

3. *E Samaritanæ studio fervorem audientium excitat. Lectio divinorum librorum commendatur. Libri aureis litteris.*— Viden' quam mente sublimior evaserit? Nam illa cui de sedanda siti cura erat, jam de dogmatibus interrogat. Quid ergo Christus? Non solvit quæstionem (non enim hoc curabat, ut ad omnia accurate responderet; id quippe supervacaneum fuisset), sed rursus mulierem ad majorem sublimitatem ducit; nec prius illa tractat, quam mulier confessa esset ipsum esse prophetam, ut majorem postea dictis fidem haberet. Quæ enim hoc crederet, non ultra de dictis dubitatura erat. Pudeat ergo nos, et erubescamus. Mulier quæ quinque viros habuerat, Samaritana, tantum doctrinæ addiscendæ studium habet, nec hora diei, nec aliud quodvis officium vel negotium illam ab hujusmodi quæstione abducit : nos autem non modo de dogmatibus non interrogamus, sed in omnibus socordes ignaviique sumus. Ideo omnia negliguntur. Quis ve-

[1] Alii legunt, *indeterminatorum,* pro, *non visibilium.*

[1] Quæ sequuntur post illud, *voca virum tuum,* alii aliter efferunt.

[2] Morel. habet : *Illa latere cupiens.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

strum, quæso, domi christianum librum arripit, dicta examinat, aut Scripturam scrutatur? Nemo sane; sed talos et cubos apud plerosque inveniemus, libros nusquam, vel apud paucos certe. Hi vero perinde affecti sunt, atque ii qui non habent, qui ligatos vel prorsus in scriniis depositos servant, omneque studium ponunt in membranarum tenuitate, aut in literarum pulchritudine, neglecta lectione. Neque enim ad utilitatem quampiam illos acquirunt, sed ut opulentiam suam ambitiose ostentent : tantus est inanis gloriæ fastus. Neminem audio id ambire ut libros intelligat; sed potius se libros habere jactant aureis literis scriptos. Et quid, quæso, hinc lucri provenit? Non enim propterea datæ nobis sunt Scripturæ, ut illas in libris tantum habeamus; sed ut in cordibus insculpamus. Certe hæc librorum possessio Judaicæ ambitionis est, cum videlicet præcepta literis solum mandantur. Nobis utique non ab initio sic lex data fuit, sed in tabulis cordis carnalibus. Hæc vero dico, non quod libros comparare prohibeam, imo id laudo, et ut fiat exopto; sed velim eorum et dicta ita et sensa in animis nostris versari, ut ii scriptorum intelligentia purgentur. Nam si domum, ubi Evangelium est, adire non audet diabolus; multo minus ad animam evangelicis imbutam sententiis accedere aut dæmon aut peccatum audebit. Sanctifica igitur animam tuam, sanctifica corpus : hæc semper in corde et in lingua verses. Nam si turpia verba inquinant, et dæmones evocant; palam certe est lectionem spiritualem sanctificare et spiritualem gratiam attrahere. Scripturæ divina sunt cantica. Cantemus ergo intra nos ipsos, ac morbis animæ hæc remedia adhibeamus. Si sciremus enim ea quæ leguntur, magno illa studio audiremus. Hæc semper dico, nec finem dicendi faciam. Annon absurdum fuerit, si dum homines in foro sedentes, aurigarum et saltatorum nomina, genus, urbes, industriam, imo equorum virtutem aut vitia narrant : illi qui huc conveniunt, eorum quæ hic aguntur nihil sciant, imo ipsum librorum numerum ignorent? Si enim voluptatis causa illa percipias, ostendam tibi hinc majorem decerpi voluptatem. Quid enim, quæso, suavius? quid mirabilius? an hominem cum homine luctantem cernere, an hominem cum diabolo pugnantem, et corpus cum incorporea potestate congrediens et superans? Has pugnas contemplemur; has, inquam, quas imitari decorum utileque est, quas qui imitantur, coronam accipiunt : non autem illas, quarum studium ignominiam parit imitantibus. Illam enim pugnam cum dæmonibus aspicies, si aspexeris; hanc cum angelis et angelorum [1] Domino. Dic enim mihi, si liceret tibi cum principibus ac regibus sedentem spectaculis frui, annon illud valde honorificum putares? Hic vero cum Rege angelorum videns diabolum a dorso correptum, reluctantem [2] ac vincere frustra conantem, annon curris ad hoc spectaculum? Et quomodo, inquies, possunt hæc fieri? Si librum præ manibus habeas. In illo namque videbis, et fossas, et longa curricula, et captandi ansas, et justi artificium. Hæc si spectacula intueare, disces certandi modum, et dæmonas superabis. Illa vero spectacula dæmonum sunt celebritates, non hominum theatra [3]. Nam si in idolorum templum non licet ingredi, multo minus licet in satanicam celebritatem. Hæc dicere et agitare non desinam, donec vos mutatos videro. Nam hæc dicere, *Mihi quidem non pigrum*, inquit, *vobis autem tutum est* (*Philipp.* 3. 1). Ne igitur admonitionem ægre feratis. Nam si graviter ferendum, mihi potius esset qui non audior, quam vobis qui semper auditis, numquam autem obtemperatis. Sed absit ut semper vos accusare cogar; faxit Deus ut hac turpitudine liberati, spirituali spectaculo [4] dignemini, et futura gloria fruamini : gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Savil habet, *cum angelis et archangelis et angelorum Domino.*
[2] In Morel. legitur..... *videns diabolum ex oraculis divinis pudore suffusum, reluctantem.*
[3] Hic addit Savil. : *Itaque, obsecro vos, a satanicis abstinete celebritatibus.*
[4] Morel. habet, *æternis bonis*, pro, *spirituali spectaculo.*

HOMILIA XXXIII.

21. *Dicit ei Jesus : Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque Jerosolymis adorabitis Patrem.* **22.** *Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est.*

1. *Fidei necessitas. Illud*, Crede mihi, mulier..... adorabitis Patrem, *commentatur. Cultus Samaritanorum. Judæorum super Samaritanos præstantia. Christi in testamentum vetus suffragium.* — Ubique fide nobis opus est, dilecti, fide, bonorum matre, salutis medicina, sine qua nullam magnarum rerum doctrinam percipere possumus; sed perinde atque illi qui sine navi mare trajicere conantur, tantillum possunt manibus pedibusque natare, sed ulterius progressi, cito a fluctibus demerguntur; sic et qui propriis utuntur ratiociniis, antequam didicerint, naufragium faciunt : quemadmodum et Paulus ait, *Qui circa fidem naufragarunt.* Quod ne nos quoque patiamur, sacram teneamus ancoram, per quam Christus Samaritanam nunc ducit. Nam cum illa diceret, *Quomodo vos dicitis quia in Jerosolymis est locus, in quo oportet adorare?* respondit Christus : *Crede mihi, mulier, quia venit hora, quando neque in Jerosolymis, neque in monte hoc adorabitis Patrem.* Maximum huic dogma revelavit, quod nec Nicodemo, nec Nathanaeli dixit. Hæc sua Judaicis præstantiora esse contendit, et patrum auctoritat firmare nititur : Christus vero nihil ad hoc respondit. Supervacaneum enim tunc fuisset ostendere, cur patres in monte, cur Judæi in Jerosolymis adorarent. Ideo illud tacuit; et sublata de utriusque loci præstantia quæstione, ejus animam erigit, ostendens neque Judæos neque patres posse magnum quidpiam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σιν εὑρήσομεν ὄντας, βιβλία δὲ οὐδαμοῦ, ἀλλὰ καὶ [a] παρ' ὀλίγοις. Καὶ οὗτοι δὲ τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὁμοίως διάκεινται, δήσαντες αὐτὰ καὶ ἀποθέμενοι διαπαντὸς ἐν κιβωτίοις· καὶ ἡ πᾶσα αὐτοῖς σπουδὴ περὶ τὴν τῶν ὑμένων λεπτότητα, καὶ τὸ τῶν γραμμάτων κάλλος, οὐ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν. Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ὠφελείας καὶ κέρδους τὴν κτῆσιν αὐτῶν πεποίηνται, ἀλλὰ πλούτου καὶ φιλοτιμίας ἐπίδειξιν ποιούμενοι, περὶ ταῦτα ἐσπουδάκασιν· τοσαύτη τῆς κενοδοξίας ἡ ὑπερβολή. Οὐδενὸς γὰρ ἀκούω φιλοτιμουμένου, ὅτι οἶδε τὰ ἐγκείμενα, ἀλλ' ὅτι χρυσοῖς ἔχει γράμμασιν ἐγγεγραμμένον. Καὶ τί τὸ κέρδος; εἰπέ μοι. Οὐ γὰρ διὰ ταῦτα ἐδόθησαν αἱ Γραφαί, ἵνα ἐν βιβλίοις αὐτὰς ἔχωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ ἐν καρδίαις αὐτὰς ἐγκολάψωμεν. Ὡς αὕτη γε ἡ κτῆσις Ἰουδαϊκῆς ἐστι φολιτιμίας, τὸ ἐν τοῖς γράμμασι κατατίθεσθαι μόνον τὰς ἐντολάς· ἡμῖν δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν οὕτως ὁ νόμος [b] ἐδόθη, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ κωλύων βιβλία κεκτῆσθαι, ἀλλὰ καὶ παραινῶ τοῦτο καὶ σφόδρα εὔχομαι· βούλομαι δὲ ἐξ ἐκείνων καὶ τὰ γράμματα καὶ τὰ νοήματα εἰς τὴν διάνοιαν περιφέρεσθαι τὴν ἡμετέραν, ἵνα οὕτω καθαίρηται δεχομένη τὴν τῶν γραμμάτων νόησιν [c]. Εἰ γὰρ ἐν οἰκίᾳ, ἔνθα ἂν Εὐαγγέλιον ᾖ κείμενον, οὐ τολμήσει προσελθεῖν ὁ διάβολος, πολλῷ μᾶλλον ψυχῆς νοήματα τοιαῦτα περιφερούσης οὐχ ἅψεταί ποτε, οὐδὲ ἐπιβήσεται δαίμων, ἡ ἁμαρτίας [d] φύσις. Ἁγίασον τοίνυν τὴν ψυχήν σου, ἁγίασόν σου τὸ σῶμα, ἀεὶ ταῦτα ἐπὶ τῆς καρδίας καὶ ἐπὶ τῆς γλώσσης ἔχων. Εἰ γὰρ ἡ αἰσχρολογία καταρρυποῖ, καὶ δαίμονας καλεῖ, εὔδηλον ὅτι ἡ πνευματικὴ ἀνάγνωσις ἁγιάζει, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐπισπᾶται χάριν. Θεῖαί εἰσιν ἐπῳδαὶ τὰ γράμματα [e]. Ἐπάδωμεν τοίνυν ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἐν τῇ ψυχῇ πάθεσιν τὰ ἀπ' ἐκείνων φάρμακα κατασκευάζωμεν. Ἂν γὰρ εἰδῶμεν τίνα ἐστὶ τὰ ἀναγινωσκόμενα, μετὰ πολλῆς ταῦτα ἀκουσόμεθα τῆς προθυμίας. Ταῦτα ἀεὶ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καθημένους, καὶ ἡνιόχων καὶ ὀρχηστῶν καὶ ὀνόματα, καὶ γένη, καὶ πόλεις, καὶ ἐνεργείας λέγειν τρόπους, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ἵππων καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν μετὰ ἀκριβείας ἀπαγγέλλειν· τοὺς δὲ ἐνταῦθα ἁπαντῶντας μηδὲν τῶν ὧδε γινομένων εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν βίβλων τὸν ἀριθμὸν ἀγνοεῖν; Εἰ γὰρ ἡδονῆς ἕνεκεν ἐκεῖνα διώκεις, πλείονα ταύτην ἐνταῦθα οὖσαν ἐπιδείξω. Τί γὰρ ἥδιον, εἰπέ μοι, τί δὲ θαυμαστότερον, ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ παλαίοντα ἰδεῖν, ἢ ἄνθρωπον διαβόλῳ πυκτεύοντα, καὶ σῶμα ἀσωμάτῳ δυνάμει συμπλεκόμενον, καὶ νικῶντα [f]; Ταύτας θεωρῶμεν τὰς πάλας· ταύτας γὰρ καὶ μιμήσασθαι [189] εὐπρεπὲς καὶ λυσιτελὲς, καὶ μιμουμένου στεφανωθῆναι ἔνι [g]· ἀλλὰ μὴ ἐκείνας, ὧν ὁ ζῆλος αἰσχύνην φέρει τῷ μιμουμένῳ. Ἐκείνην μὲν γὰρ μετὰ δαιμόνων θεωρεῖς τὴν πάλην, ἂν ἄρα θεωρῇς· ταύτην δὲ μετὰ ἀγγέλων καὶ τοῦ τῶν ἀγγέλων Δεσπότου. Εἰπὲ γάρ μοι· εἰ γέ σοι ἐξῆν μετὰ ἀρχόντων ἢ βασιλέων καθήμενον θεωρεῖν καὶ ἀπολαύειν τῆς θεωρίας, οὐ μεγίστην ἡγοῦ τιμὴν εἶναι τοῦτο; Ἐνταῦθα δὲ μετὰ τοῦ βασιλέως τῶν ἀγγέλων θεωρῶν, καὶ ὁρῶν ἐκ μέσων κατεχόμενον τῶν νώτων τὸν διάβολον, καὶ πολλὰ [h] μὲν φιλονεικοῦντα περιγενέσθαι, ἰσχύοντα δὲ οὐδὲν, οὐ τρέχεις εἰς τοιαύτην θεωρίαν; Καὶ πῶς ἔνι τοῦτο γενέσθαι; φησίν. Ἂν τὸ βιβλίον μετὰ χεῖρας ἔχεις. Ὄψει γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ τὰ σκάμματα, καὶ τοὺς μακροὺς διαύλους, καὶ τὰς λαβὰς τὰς ἐκείνου, καὶ τοῦ δικαίου τὴν τέχνην. Ταῦτα δὲ θεωρῶν, εἴσῃ καὶ αὐτὸς οὕτω παλαίειν, καὶ ἀπαλλαγήσῃ δαιμόνων. Δαιμόνων γὰρ πανηγύρεις, οὐκ ἀνθρώπων θέατρα, τὰ ἔξω τελούμενα. [i] Εἰ γὰρ ἐν εἰδωλείῳ οὐ θέμις εἰστέναι, πολλῷ μᾶλλον εἰς ἑορτὴν σατανικήν. Ταῦτα λέγων καὶ διενοχλῶν οὐ παύσομαι, ἕως ἂν τὴν ἐπιστροφὴν ἴδω. Ταῦτα γὰρ λέγειν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ἰόκνηρόν, φησὶν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. Μὴ δὴ βαρύνεσθε τὴν παραίνεσιν. Εἰ γὰρ βαρύνεσθαι ἔδει, ἐμὲ ἔδει τὸν πολλάκις λέγοντα καὶ οὐκ ἀκουόμενον [k], οὐχ ἡμᾶς τοὺς ἀεὶ μὲν ἀκούοντας, ἀεὶ δὲ παρακούοντας. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο διαπαντὸς ταῦτα ὑμᾶς ἐγκαλεῖσθαι, ἀλλὰ ἀπαλλαγέντας ταύτης τῆς αἰσχύνης, καταξιωθῆναι τῆς πνευματικῆς θεωρίας, καὶ τῆς μελλούσης δόξης ἀπολαῦσαι, χάριτι [l] καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Forte leg. ἀλλ' ἤ, *nisi*. Edit. [b] Alii οὗτος ὁ νόμος. Alii τῶν πραγμάτων ὑπόθεσιν. [c] Savil. οὐχ ἁμαρτίας. [d] Morel. τὰ πράγματα. Mox idem post φάρμακα addit κατασκευάζωμεν, quæ vox deest in Savil., sed hic non supervacanea videtur.

[e] Additur in codd. 706 et Savil. τὸν ἀπὸ τοῦ σοῦ γένους ὄντα. [f] Morel. ταύτας γὰρ καὶ... στεφανωθῆναι ἔδει. Savil. ταύτας ἃς καὶ... στεφανωθῆναι ἔνι. [g] Morel. θεωρῶν καταισχυνόμενον τὸν διάβολον διὰ τῶν θείων λογίων, καὶ πολλά. [h] Savil. et codd. 705, 706 addunt διὸ, παρακαλῶ, τῶν σατανικῶν ἀπέχεσθε (vel ἀπέχεσθαι) πανηγύρεων. [i] Alii. ταῦτα λέγων οὐ παύσομαι συνεχῶς διοχλῶν, ἕως ἂν γένηταί τι πλέον. Ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐκ. [k] Morel. παρακουόμενον. [l] Morel. καταξιωθῆναι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, χάριτι.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΓ'.

Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσετε τῷ Πατρί. Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν, ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν.

α'. Πανταχοῦ πίστεως ἡμῖν δεῖ, ἀγαπητοὶ, πίστεως, τῆς μητρὸς τῶν ἀγαθῶν, τοῦ τῆς σωτηρίας φαρμάκου· καὶ ταύτης ἄνευ οὐδὲν ἔστι [a] κατασχεῖν τῶν μεγάλων δογμάτων. Ἀλλ' ἐοίκασι τοῖς πέλαγος νηὸς χωρὶς ἐπιχειροῦσι διαπερᾶν, οἱ μέχρι μὲν ὀλίγου νηχόμενοι διαρκοῦσι χερσὶν ὁμοῦ καὶ ποσὶ χρώμενοι, περαιτέρω δὲ προελθόντες, ταχέως ὑπὸ τῶν κυμάτων βαπτίζονται· οὕτω [190] καὶ οἱ τοῖς οἰκείοις χρώμενοι λογισμοῖς, πρὶν ἢ τι μαθεῖν, ναυάγιον ὑπομένουσιν· καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν, *Οἵτινες περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν*. Ὑπὲρ ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς πάθωμεν, τὴν ἱερὰν κατέχωμεν ἄγκυραν, δι' ἧς καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν ὁ Χριστὸς ἐπάγεται νῦν. Εἰποῦσης γὰρ ἐκείνης, *Πῶς ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ἐν ᾧ δεῖ προσκυνεῖν;* ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Πίστευσόν μοι, γύναι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, ὅτε οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις, οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσκυνήσετε τῷ Πατρί*. Πολὺ μέγα αὐτῇ δόγμα ἀπεκάλυψε, καὶ ὅπερ οὐδὲ Νικοδήμῳ, οὐδὲ τῷ Ναθαναὴλ εἶπεν. Αὕτη μὲν οὖν ἐσπούδαζε σεμνότερα δεῖξαι τὰ αὐτῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν, καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν πατέρων ἐσοφίζετο· ὁ δὲ Χριστὸς οὐ πρὸς ταύτην ἀπήντησε τὴν ἐρώτησιν. Παρέλκον γὰρ τέως ἦν τοῦτο εἰπεῖν καὶ δεῖξαι, διατί μὲν οἱ πατέρες ἐν τῷ ὄρει, διατί δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐν Ἱεροσολύμοις προσεκύνουν. Διὸ τοῦτο μὲν ἀπεσώπησεν· ἀμφοτέρων δὲ τῶν τύπων τὰ πρεσβεῖα ἀνελὼν, διανίστησιν αὐτῆς τὴν ψυχὴν, δεικνὺς ὅτι οὐδὲ Ἰουδαῖοι οὐδὲ αὐτοὶ ἔχουσί τι μέγα πρὸς τὸ μέλλον δωρεῖσθαι· καὶ τότε τὴν διαφορὰν εἰσάγει. Πλὴν καὶ οὕτω σεμνο-

[a] Savil. ἔνι. Paulo post idem ἐπιχειροῦσι διαβαλεῖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τέρους τοὺς Ἰουδαίους ἀπέφηνεν, οὐ τόπον τόπου προτιμῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς διανοίας ἐκείνης τὴν προεδρείαν ἰδοὺς, ὡσανεὶ ἔλεγεν· Τόπου μὲν ἕνεκεν, οὐδὲν δεῖ λοιπὸν φιλονεικεῖν. Ἰουδαῖοι μέντοι τῷ τρόπῳ τὸ πλέον τῶν Σαμαρειτῶν ἔσχον· *Ὑμεῖς* μὲν γὰρ, φησὶ, *προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς δὲ προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν*. Πῶς οὖν οὐκ ᾔδεσαν οἱ Σαμαρεῖται ὃ προσεκύνουν; Ὅτι τοπικὸν καὶ μερικὸν Θεὸν ἐνόμιζον εἶναι [a]· οὕτω γοῦν αὐτὸν καὶ ἐθεράπευον· οὕτω καὶ Πέρσαις πέμψαντες ἀπήγγειλαν, ὅτι Ὁ τοῦ τόπου τούτου Θεὸς ἡμῖν ἀγανακτεῖ, οὐδὲν πλέον περὶ αὐτοῦ κατὰ τοῦτο τῶν εἰδώλων φανταζόμενοι. Διόπερ ἔμενον καὶ δαίμονας καὶ αὐτὸν θεραπεύοντες, καὶ τὰ ἄμικτα μιγνύντες. Ἰουδαῖοι δὲ ταύτης ἦσαν ἀπηλλαγμένοι τῆς ὑπονοίας, καὶ τῆς οἰκουμένης αὐτὸν ᾔδεσαν εἶναι [b] Θεὸν, εἰ καὶ μὴ πάντες. Διὰ τοῦτό φησιν, *Ὑμεῖς προσκυνεῖτε ὃ οὐκ οἴδατε· ἡμεῖς δὲ προσκυνοῦμεν ὃ οἴδαμεν*. Μὴ θαυμάσῃς δὲ ὅτι μετὰ Ἰουδαίων ἑαυτὸν ἀριθμεῖ· πρὸς γὰρ τὴν ὑπόνοιαν τῆς γυναικὸς διαλέγεται, ὡς προφήτης ὢν Ἰουδαίων [c]. Διὸ καὶ τὸ, *Προσκυνοῦμεν*, τέθεικεν. Ὅτι γὰρ τῶν προσκυνουμένων ἐστὶ, παντί που δῆλον. Τὸ μὲν γὰρ προσκυνεῖν, τῆς κτίσεως, τὸ δὲ προσκυνεῖσθαι, τοῦ τῆς κτίσεως Δεσπότου. Ἀλλὰ τέως ὡς Ἰουδαῖος διαλέγεται. Τὸ οὖν, *Ἡμεῖς*, ἐνταῦθα, Ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι, φησίν. Ἐπάρας τοίνυν τὰ Ἰουδαϊκὰ, πάλιν ἀξιόπιστον ἑαυτὸν ποιεῖ, καὶ πείθει μᾶλλον τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις προσέχειν, ἀνύποπτον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐ τῇ πρὸς τὸ ὁμόφυλον συγγενείᾳ τὰ ἐκείνων ἐπαίρει. Ὁ γὰρ περὶ τοῦ τόπου ταῦτα ἀποφηνάμενος, ἐφ' ᾧ μάλιστα ἤχθοντο Ἰουδαῖοι καὶ πλεονεκτεῖν πάντων ἐνόμιζον, καὶ τὰ σεμνὰ τούτων καθελὼν, εὔδηλον ὅτι οὐδὲ κατὰ ταῦτα πρὸς χάριν τινὸς ἔλεγεν, ἀλλὰ μετὰ ἀληθείας καὶ προῤῥητικῆ δυνάμει. Ἐπεὶ οὖν τῶν τοιούτων λογισμῶν τέως [d] ἀπέστησεν εἰπὼν, [191] *Πίστευσόν μοι, γύναι*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐπάγει, *Ὅτι ἡ σωτηρία ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐστίν*. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· ἢ ὅτι τὰ ἀγαθὰ τῇ οἰκουμένῃ ἐκεῖθεν γέγονε (τὸ γὰρ εἰδέναι Θεὸν καὶ τὸ καταγινώσκειν εἰδώλων, ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν ἔσχεν· καὶ τὰ ἄλλα πάντα δόγματα, καὶ παρ' ὑμῖν δὲ αὐτὸ τὸ τῆς προσκυνήσεως, εἰ καὶ μὴ ὀρθῶς, ἀπὸ γοῦν τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀρχὴν ἔλαβε)· σωτηρίαν οὖν ἢ ταῦτα ἢ τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν καλεῖ· μᾶλλον δὲ οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι ἀμφότερα ταῦτα σωτηρίαν καλῶν, ἣν εἶπεν ἐκ τῶν Ἰουδαίων εἶναι. Ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος αἰνιττόμενος ἔλεγεν· *Ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός*. Ὁρᾷς πῶς συγκροτεῖ τὴν Παλαιὰν, καὶ ῥίζαν δείκνυσι τῶν ἀγαθῶν, καὶ διὰ πάντων οὐκ ἐναντίον ὄντα τῷ νόμῳ, εἴγε ἐκ τῶν Ἰουδαίων τὴν ὑπόθεσιν εἶναι πάντων τῶν ἀγαθῶν φησιν; *Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ*. Πλεονεκτοῦμεν μὲν ὑμῶν, ὦ γύναι, φησὶ, τῷ τρόπῳ τῆς προσκυνήσεως· πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτος τέλος ἕξει λοιπόν. Οὐ γὰρ τὰ τῶν τόπων ἀμειφθήσεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ τρόπου τῆς λατρείας, καὶ ταῦτα ἐπὶ θύραις ἕστηκεν· *Ἔρχεται γὰρ ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν*.

β'. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ προφῆται πρὸ μακρῶν ἔλεγον χρόνων ἅπερ ἔλεγον, τοῦτο ἀναιρῶν ἐνταῦθα εἶπε, *Καὶ νῦν ἐστι*. Μὴ νομίσῃς, φησὶ, ταύτην τοιαύτην εἶναι τὴν προφητείαν, ὡς μετὰ πολὺν γενήσεσθαι χρόνον. Τὰ γὰρ πράγματα ἐφέστηκεν ἤδη, καὶ ἐπὶ θύραις ἐστὶν, *Ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ*. Εἰπὼν ἀληθινοὺς, συνεξέβαλε [e] Σαμαρείταις Ἰουδαίους. Εἰ γὰρ καὶ ἐκείνων ἀμείνους οὗτοι, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ἐλάττους πολλῷ, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἀληθείας τύπος. Λέγει δὲ περὶ τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι ἡ ἀληθὴς προσκύνησις καὶ Θεῷ πρέπουσα αὕτη ἐστίν. *Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν*. Οὐκοῦν εἰ τοιούτους [f] πάλαι ἐζήτει, οὐ βουλόμενος ἐκείνοις συνεχώρησε τὸν τρόπον, ἀλλὰ συγκαταβαίνων, καὶ διὰ τοῦτο, ἵνα καὶ τούτους εἰσαγάγῃ. Τίνες οὖν εἰσιν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταί; Οἱ μήτε τόπῳ περικλείοντες τὴν λατρείαν, καὶ Θεὸν ἐν πνεύματι θεραπεύοντες· καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν· *ὯΙ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου, ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*· καὶ πάλιν, *Παρακαλῶ ὑμᾶς παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν*. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Πνεῦμα ὁ Θεὸς*, οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ, ἢ τὸ ἀσώματον. Δεῖ τοίνυν τοῦ ἀσωμάτου καὶ τὴν λατρείαν τοιαύτην εἶναι, καὶ διὰ τοῦ ἐν ἡμῖν ἀσωμάτου προσφέρεσθαι· τουτέστιν, διὰ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς τοῦ νοῦ καθαρότητος. Διό φησι· *Καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἐκεῖνοι καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τῆς μὲν ψυχῆς ἠμέλουν, πολλὴν δὲ περὶ τὸ σῶμα [g] σπουδὴν ἐποιοῦντο, καθαίροντες αὐτὸ παντοδαπῶς· φησὶν ὅτι οὐ τῇ τοῦ σώματος καθαρότητι, ἀλλὰ τῷ ἐν ἡμῖν ἀσωμάτῳ, [192] τουτέστι τῷ νῷ, ὁ ἀσώματος θεραπεύεται. Μὴ τοίνυν πρόβατα θύετε καὶ μόσχους, ἀλλ' ὅλον σαυτὸν ἀνάθες τῷ Θεῷ καὶ ὁλοκαύτωσον· τοῦτο γάρ ἐστι θυσίαν ζῶσαν παραστῆσαι. Ἐν γὰρ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν· ὡς τά γε πρότερα τύπος ἦν, ἡ περιτομὴ, τὰ ὁλοκαυτώματα, τὰ θύματα, τὰ θυμιάματα· νυνὶ δὲ οὐκέτι, ἀλλ' ἀλήθεια τὸ πᾶν. Οὐ γὰρ σάρκα, ἀλλὰ πονηροὺς δεῖ περικόπτειν λογισμοὺς, καὶ σταυροῦν ἑαυτὸν, καὶ τὰς ἀλόγους ἀναιρεῖν ἐπιθυμίας καὶ κατασφάττειν. Ἰλιγγίασεν ἡ γυνὴ πρὸς τὰ λεχθέντα, καὶ ἀπηγόρευσε πρὸς τὸ ὕψος τῶν εἰρημένων, καὶ κατ μοῦσα ἄκουσον τί φησιν· *Οἶδα ὅτι ἔρχεται Μεσσίας ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα*. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· *Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι*. Καὶ πόθεν Σαμαρείταις τὸ προσδοκᾶν τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, τὸν Μωϋσέα δεξάμενοι μόνον; Ἀπ' αὐτῶν τῶν Μωϋσέως γραμμάτων. Καὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ τὸν Υἱὸν ἀπεκάλυψε. Τὸ γὰρ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν*, πρὸς τὸν Υἱὸν εἴρητο· καὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῇ σκηνῇ οὗτός ἐστιν ὁ διαλεγόμενος· καὶ ὁ Ἰακὼβ περὶ αὐτοῦ προφητεύων ἔλεγεν· *Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν*. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Μωϋσῆς φησι· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε*· Καὶ τὰ κατὰ τὸν ὄφιν, καὶ τὰ κατὰ τὴν ῥάβδον τὴν Μωϋσέως, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ καὶ τὸ πρόβατον, καὶ πολλὰ ἕτερα ἐνῆν βουλομένοις ἐκλέγειν τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀνακηρύττοντα. Καὶ τί δήποτε, φησὶν, οὐκ ἀπὸ τούτων ἐνῆγε τὴν γυναῖκα ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ τῷ μὲν Νικοδήμῳ τὸν ὄφιν εἰς μέσον ἤγαγε, καὶ τῷ Ναθαναὴλ προφητείας ἀνέμνησε, ταύτῃ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον εἶπεν; Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ διατί; Ὅτι ἐκεῖνοι μὲν ἄνδρες ἦσαν, καὶ ἐν τούτοις ἐστρέφοντο· αὕτη δὲ γυνὴ πενιχρὰ, καὶ ἀμαθὴς, καὶ Γραφῶν ἄπειρος. Διὰ τοῦτο αὐτῇ οὐκ ἀπὸ τούτων διαλέγεται, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τῆς προῤῥήσεως αὐτὴν ἐπισπᾶται, καὶ διὰ τούτων εἰς

[a] Savil. ἐνόμιζον ὄντα. [b] Morel. ᾔδεσαν ὄντα. [c] Savil. ὢν Ἰουδαίοις. [d] Morel. οὖν λοιπὸν τέως.

[e] Alii εἰπὼν, ἀληθείᾳ οὐ συνεξέβαλε. [f] Morel. τούτους. [g] Morel. περὶ τοῦ σώματος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in futuro præstare ; et tunc differentiam inducit. Verumtamen præstantiores Judæos significat, non locum loco anteponens, sed illa solum ratione Judæis primas concedens, ac si diceret : Nihil de loco jam disputandum. In cultus quidem modo Judæi præferendi erant Samaritanis : *Vos*, inquit, *adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus*. Quomodo ergo nesciebant Samaritani quid adorarent ? Quia Deum loco circumscribi, imo quasi dividi posse putabant. Sic igitur illum colebant ; sic Persis nuntiarunt, istius loci deum sibi iratum esse, nihil de eo amplius quam de idolo rati. Quapropter perseverabant et illum et dæmonas colere, ea quæ misceri non poterant confundentes. Judæi vero hac opinione liberi erant, ipsumque putabant esse orbis Deum ; etiamsi id non omnes crederent. Propterea dicit : *Vos adoratis quod nescitis : nos adoramus quod scimus*. Ne mireris autem quod se Judæis annumeret : nam secundum mulieris opinionem loquitur, quasi propheta Judæorum ; ideoque illud, *Adoramus*, posuit. Quod enim adoretur nemini non notum est ; adorare enim creaturæ est, adorari vero, creaturarum Domini. Verum interim ille ut Judæus loquitur. Illud ergo, *Nos*, id est, Nos Judæi. Judaica igitur extollens, se fide dignum præbet, et dictis suis fidem conciliat, suspicionem amovens, ostendensque se non cognationis gratia illa extollere. Qui enim circa locum talem profert sententiam, de quo loco Judæi maxime gloriabantur, ac se cæteris præferendos censebant, dum hanc illis præstantiam aufert, palam est eum jam non ad gratiam cujuspiam loqui, sed ex veritate et ex vi prophetica. Quia igitur a tali existimatione abduxit dicens, *Crede mihi, mulier*, etc., adjicit, *Quia salus a Judæis est* ; hoc est, vel quod hinc orbi bona collata sint (nam Dei cognitio idolorumque reprobatio hinc ortum habuit, necnon et alia omnia dogmata, et vester cultus licet non rectus sit ; a Judæis enim ortum habuit) : vel hæc ergo, vel adventum suum salutem vocat. Imo vero non aberraverit quispiam si dicat hæc ambo salutem esse, eam scilicet quam ex Judæis esse dicit. Quod Paulus subindicans dicebat, *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus* (*Rom.* 9. 5). Viden' quomodo Vetus prædicet Testamentum, ac bonorum radicem esse declaret, et se nullo modo contrarium esse legi ? siquidem ex Judæis bonorum causam omnium esse dicit. 23. *Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem*. Vobis præstantiores sumus, o mulier, inquit, in adorandi modo : verum hic cultus deinceps finem habebit. Non enim locus tantum, sed etiam modus colendi mutabitur : et hæc ad januam sunt. *Venit* enim *hora, et nunc est*.

2. *Quare Christus addiderit*, et nunc est ; *Veri adoratores qui sint. Quid sibi velit istud*, in spiritu et veritate. *Christus in libris Moysis sæpe prædictus præfiguratusque est. Præstat Judæis mulier Samaritana.* — Quia enim prophetæ multo ante tempore loquuti sunt, id hoc loco tollens dicit, *Et nunc est*. Ne putes, inquit, hanc prophetiam post multum tempus implendam esse : res enim instat, et in januis est, *Quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate*. Cum dixit veros, cum Samaritanis Judæos repulit ; etiamsi enim illi sint his meliores, venturis tamen longe sunt inferiores, et quantum veritas figura melior est. De Ecclesia vero loquitur, quia vera Deoque consentanea adoratio illa ipsa est. *Nam Pater tales quærit adoratores*. Ergo si tales quærebat, non ex voluntate propria illis olim talem concessit modum, sed ex indulgentia, ut hos etiam introduceret. Quinam ergo sunt veri adoratores ? Qui cultum non loco circumscribunt, ac Deum in spiritu colunt ; sicut et Paulus ait : *Cui servio in spiritu meo, in evangelio Filii ejus* (*Rom.* 1. 9) ; et iterum, *Obsecro vos ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum* (*Ibid.* 12. 1). Cum autem dicit, 24. *Spiritus est Deus*, nihil aliud quam incorporeum significat. Oportet igitur incorporei cultum etiam talem esse, et per id quod incorporeum in nobis est offerri ; id est, per animam et per mentis puritatem. Idcirco ait : *Et adoratores ejus, in spiritu et veritate oportet adorare*. Cum enim et illi et Judæi animam negligerent, multamque corporis curam gererent, ipsumque omnimode purgarent, dicit non corporis puritate, sed illo quod incorporeum in nobis est, scilicet mente, incorporeum esse colendum. Ne itaque oves et vitulos, sed teipsum offer Deo in holocaustum : hoc est enim hostiam viventem exhibere. In veritate namque adorare oportet. Ut priora typus erant, nempe circumcisio, holocausta, sacrificia, incensum ; nunc certe non item ; sed omnia veritas. Non enim caro circumcidenda, sed malignæ cogitationes, ac seipsum crucifigere oportet, absurdasque concupiscentias tollere et immolare. Hæc mulieri obscura visa sunt : dictorum sublimitatem non assequuta illa, et hærens, audi quid dicat : 25. *Scio quia venit Messias qui dicitur Christus : cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia*. 26. *Dicit ei Jesus : Ego sum qui loquor tecum*. Et unde Christi adventum exspectabant Samaritani, qui solum Moysem recipiebant ? Ex ipsis Moysis scriptis. Nam in principio Filium revelavit. Illud enim : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen.* 1. 26), ad Filium dictum fuerat ; et Abrahamo in tabernaculo Filius loquitur ; et Jacob de illo prophetice prædicit : *Non deficiet princeps de Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat is cui repositum est, et ipse exspectatio gentium*. (*Gen.* 49. 10). Ipse quoque Moyses ait : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus, de fratribus vestris sicut me ; ipsum audietis* (*Deut.* 18. 15). Item quæ de serpente, de virga Moysis, de Isaac et de ove, multaque alia, quis colligere possit, quæ adventum illius prædicebant. Et cur, inquies, his Christus non usus est ut mulieri suaderet, sed Nicodemo serpentem protulit, Nathanaeli prophetias commemoravit ; huic vero nihil simile dixit ? Cur et qua de causa ? Quia illi viri erant, qui in his versabantur rebus ; hæc vero mulier inops, rudis, Scripturarum expers. Ideoque non illa mulierem alloquens adhibet ; sed ex aqua exque prophetia illam attrahit, ac per illa Christum in memoriam revocat, ac seipsum de-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mum revelat. Quæ si initio non quærenti mulieri dixisset, visus fuisset ei delirare et futilia loqui. Nunc autem paulatim illi memoriam revocans, oportune sese revelat. Et quidem Judæis sæpe dicentibus, *Usquequo animam nostram tollis? Dic nobis si tu es Christus* (*Joan.* 10. 24) : his non clare respondit; huic vero manifeste dixit se Christum esse : nam melius affecta mulier erat, quam Judæi. Illi enim non ad discendum quærebant, sed ut ipsum semper traducerent. Nam si discere voluissent, satis fuisset doctrina verborum, Scripturarum, signorum. Illa vero simplici mente et sincero affectu loquebatur, ut palam est ex iis quæ postea fecit. Nam audivit et credidit, et alios ad credendum induxit, in omnibusque videre est mulieris diligentiam et fidem. 27. *Et continuo venerunt discipuli ejus.* Tempestive advenerunt, cum doctrina jam perfecte tradita esset. *Et mirabantur quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit, Quid quæris? aut, Quid loqueris cum ea?*

3. Quid mirabantur? Facilitatem, humilitatem tantam; quod tam conspicuus cum esset, eo se demittere dignaretur, ut mulierem inopem, Samaritanam alloqueretur. Attamen licet stupefacti, causam non quæsierunt; ita nempe instituti erant, ut discipulorum semper ordinem tenerent : ita ipsum timebant ac reverebantur. Etiamsi enim nondum dignam ejus existimationem haberent, at quasi admirandum quemdam virum ipsum suspiciebant observabantque. Attamen sæpe audentiores visi sunt, ut cum Joannes supra pectus ejus recubuit; et cum accesserunt ad eum dicentes, *Quis major est in regno cælorum* (*Matth.* 18. 1)? cum filii Zebedæi rogant ut alter a dextris, alter a sinistris sedeat (*Marc.* 10. 35. 37). Cur ergo hic non interrogarunt? Quia tunc cum de rebus suis ageretur, necessario sciscitabantur; hic autem res nihil ad eos pertinebat. Joannes autem multo post tempore hoc facere solebat, quando Christi erga se dilectione fretus, magis fidebat : *Hic enim erat*, inquit, *quem diligebat Jesus* (*Joan.* 19. 26). Quid huic beatitudini par? Verum non hic gradum sistamus, dilecti, ut apostolum beatum prædicemus; sed nihil non agamus ut in beatorum numero accenseamur; imitemur evangelistam, et videamus quid causæ fuerit, quod tantam sibi Christi dilectionem attraheret. Quænam causa fuit? Patrem reliquit et naviculam et rete, et Jesum sequutus est. Verum hoc illi commune cum fratre suo erat, itemque cum Petro et Andrea, et cum cæteris apostolis. Quid ergo eximium habuit, quod tantam ipsi dilectionem conciliaret? Ille de seipso nihil hujusmodi dixit, nisi solum quod diligeretur; causam vero cur diligeretur modeste tacuit. Quod enim eximie a Christo diligeretur omnibus palam erat : attamen non observamus ipsum alloquentem, ac seorsim sciscitantem, ut fecit sæpe Petrus, ut Philippus, ut Judas, ut Thomas; nisi tantum semel in gratiam coapostoli sui rogantis se. Nam innuente apostolorum coryphæo, tunc necessario interrogavit; hi enim mutuo se amore diligebant. Sic in templum simul ascendisse, simul concionatos esse narratur. Atqui Petrus tamen ardentius sæpe et movetur et loquitur : ac demum Christum dicentem audit : *Petre, amas me plus his* (*Joan.* 21. 15)? Qui vero plus cæteris diligebat, procul dubio diligebatur. Verum alterum ex amore erga Jesum, alterum ex amore Jesu erga illum palam erat. Quid ergo illi hunc eximium amorem conciliavit? Videtur mihi ille modestiam et mansuetudinem magnam exhibuisse : quapropter sæpe non ita libere et fidenter agere deprehenditur. Hæc quanta sit virtus, ex Moyse arguitur : nam hæc illum talem et tantum effecit.

Humilitas fundamentum virtutum. Divitiarum vanitas. Eleemosyna commendatur. — Nihil par humilitati est. Ideo hinc beatitudines Christus incepit (*Matth.* 5. 3). Nam quasi ædificii maximi fundamentum jacturus, humilitatem primam posuit Nemo quippe potest absque illa salutem consequi; sed etiamsi quis jejunaverit, etiamsi precatus sit eleemosynamque erogarit, si id superbe faciat, hæc omnia abominanda sunt; ut contra si adsit humilitas, omnia optabilia amabiliaque sunt et cum securitate exercentur. Modeste igitur agamus, dilecti, modeste agamus : certe facilis hæc virtus est, si vigilemus. Quid tandem illud est, mi homo, quod te in arrogantiam extollit? annon vides naturæ vilitatem? voluntatem ad lapsum pronam? Cogita mortem tuam, peccatorum multitudinem. Verum fortassis ob multa præclare gesta altum sapis? Hoc ipso omnia amittes. Quapropter non tam peccator, quam virtutis sectator modestiæ operam dare debet. Quare? Quia ille ex conscientia ad id cogitur; hic vero, nisi admodum vigilet, cito ceu a vento quopiam abripitur et evanescit, sicut Pharisæus ille. Sed pauperibus erogas? Verum non tua, sed ea quæ Domini sunt, quæ sunt conservis communia. Ideoque humiliter sentiendum, dum in contribulium calamitatibus, quæ tibi instent prævides, et naturæ tuæ conditionem in aliis ediscis. Fortasse nos talibus orti sumus progenitoribus. Quod si divitiæ ad nos transiere, illas haud dubie relinquemus. Quid vero sunt divitiæ? Umbra inanis, fumus evanescens flos fœni, imo flore sunt viliores. Cur de fœno altum sapis? Nonne et furibus, et mollibus, et meretricibus et sepulcrorum effossoribus divitiæ accedunt? Ideone intumescis quod tales opum consortes habeas? Sed honoris cupidus es? Verum nihil ad honorem opportunius eleemosyna. Nam honores ex divitiis et potentia parti, coacti sunt et odiosi; hi vero ex arbitrio et conscientia honorantium prodeunt, quos ne ii quidem qui honorant de medio tollere possunt. Quod si homines tantam erga eleemosynam erogantes reverentiam habent, et omnia ipsis bona apprecantur : cogita quantam a benigno Deo mercedem accepturi sint, quam retributionem. Has ergo quæramus divitias semper manentes, numquam fugientes; ut et in hac vita magni, et in illa conspicui simus, atque æterna consequamur bona; gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μνήμην ἄγει τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐκκαλύπτει λοιπὸν ἑαυτόν· ὅπερ ἂν εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν μὴ ζητησάσῃ τῇ γυναικὶ εἶπεν, ἔδοξεν ἂν αὐτῇ ληρεῖν, καὶ εἰκῇ φθέγγεσθαι. Νῦν δὲ κατὰ μικρὸν αὐτὴν ἐπὶ τὴν μνήμην ἄγων [a], εὐκαίρως ἑαυτὸν ἀπεκάλυψε. Καὶ τοῖς μὲν Ἰουδαίοις συνεχῶς λέγουσιν, *Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰπὲ ἡμῖν, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός*· τούτοις μὲν [b] οὐκ ἀπεκρίνατο σαφῶς, ταύτῃ δὲ εἶπε φανερῶς αὐτὸς εἶναι. Εὐγνωμονεστέρα γὰρ ἦν ἡ γυνὴ τῶν Ἰουδαίων. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐχ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν ἐζήτουν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κωμῳδεῖν αὐτὸν ἀεί. Εἰ γὰρ ἐβούλοντο μαθεῖν, ἱκανὴ καὶ ἡ διὰ τῶν ῥημάτων, καὶ ἡ διὰ τῶν Γραφῶν, καὶ ἡ διὰ τῶν σημείων διδασκαλία ἦν. Αὕτη δὲ ἐξ ἀδεκάστου γνώμης καὶ ἁπλῆς διανοίας ἐφθέγγετο ἅπερ ἐφθέγγετο· καὶ δῆλον ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα ὑπ' αὐτῆς γενομένων. Καὶ γὰρ ἤκουσε καὶ ἐπίστευσε, καὶ ἄλλους ἐπὶ τοῦτο ἐσαγήνευσεν· καὶ πανταχοῦ τῆς γυναικὸς ἔστιν ἰδεῖν τὸ ἠκριβωμένον [193] καὶ τὸ πιστόν. *Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.* Σφόδρα εἰς καιρὸν ἀπήντησαν, τῆς διδασκαλίας ἀπαρτισθείσης. *Καὶ ἐθαύμαζον ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει. Οὐδεὶς μέντοι εἶπε, Τί ζητεῖς; ἢ, Τί λαλεῖς μετ' αὐτῆς;*

γ'. Τί δὲ ἐθαύμαζον; Τὸ ἄτυφον, τὸ ταπεινὸν μεθ' ὑπερβολῆς, ὅτι οὕτω περίβλεπτος ὤν, ἠνείχετο μετὰ τοσαύτης ταπεινοφροσύνης γυναικὶ διαλέγεσθαι πενιχρᾷ καὶ Σαμαρείτιδι. Ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκπλαγέντες οὐκ ἠρώτησαν τὴν αἰτίαν· οὕτως ἦσαν πεπαιδευμένοι τὴν τῶν μαθητῶν τάξιν διατηρεῖν, οὕτως αὐτὸν ἐδεδοίκεισαν καὶ ᾐδοῦντο. Εἰ γὰρ καὶ μηδέπω τὴν ἀξίαν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον, ἀλλ' ὅμως ὡς θαυμαστῷ τινι προσεῖχον, καὶ πολλὴν αὐτῷ ἀπένεμον τὴν αἰδώ. Καίτοι γε πολλαχοῦ φαίνονται πολλὰ παῤῥησιαζόμενοι· οἷον, ὅταν ὁ Ἰωάννης ἐπιπίπτῃ αὐτοῦ τῷ στήθει· ὅταν αὐτῷ προσιόντες λέγωσι, *Τίς μείζων ἐστὶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;* ὅταν οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου παρακαλῶσιν, ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων καθίσῃ. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐνταῦθα οὐκ ἠρώτησαν; Ὅτι ἐκεῖνα μὲν πάντα ὡς εἰς αὐτοὺς ἀνήκοντα ἀνάγκην εἶχον ἐξετάζειν· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν αὐτοῖς τοσοῦτον διέφερε τὸ γιγνόμενον. Καὶ Ἰωάννης δὲ μετὰ πολὺν χρόνον τοῦτο ἐποίησε πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει, ὅτε πλείονος ἀπήλαυσε παῤῥησίας, καὶ ἐθάῤῥει τῇ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ· *Οὗτος γὰρ ἦν*, φησὶν, *ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς.* Τί τούτου τοῦ μακαρισμοῦ γένοιτ' ἂν ἴσον; Ἀλλὰ μὴ μέχρι τούτου στῶμεν, ἀγαπητοί, τοῦ μακαρίζειν τὸν Ἀπόστολον, ἀλλ' ὥστε καὶ τῶν μακαριζομένων γενέσθαι, πάντα πράττωμεν, καὶ μιμησώμεθα τὸν εὐαγγελιστὴν, καὶ ἴδωμεν τίνα ἦν ἃ τὴν ἀγάπην ἐποίησε τὴν τοσαύτην [c]. Τίνα οὖν ἦν ταῦτα; Ἀφῆκε πατέρα, καὶ πλοῖον, καὶ δίκτυον, καὶ ἠκολούθησε τῷ Ἰησοῦ. Ἀλλὰ τοῦτο κοινὸν αὐτῷ καὶ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἦν, καὶ πρὸς Πέτρον καὶ Ἀνδρέαν, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἀποστόλων. Τί δὴ οὖν τὸ ἐξαίρετον ἦν, ὃ πολλὴν τὴν ἀγάπην ἐποίησεν; Αὐτὸς μὲν γὰρ περὶ ἑαυτοῦ οὐδὲν τοιοῦτόν φησιν, ἀλλ' ἢ ὅτι ἠγαπᾶτο μόνον· τὰ δὲ κατορθώματα αὐτοῦ, ὅι' ἃ ἠγαπᾶτο, ἀπεσιώπησε μετριάζων. Ὅτι γὰρ αὐτὸν ἐξαίρετόν τινα ἀγάπην ἠγάπησε, παντὶ που δῆλον ἦν· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ διαλεγόμενος, οὐδὲ ἐρωτῶν φαίνεται κατ' ἰδίαν αὐτὸν, καθὼς Πέτρος πολλάκις, καθὼς Φίλιππος, καθὼς Ἰούδας καὶ Θωμᾶς· ἀλλ' ὅτε τῷ συναποστόλῳ χαρίσασθαι καὶ ὑπακοῦσαι ἠθέλησε, τότε μόνον [d]. Ὅτε γὰρ ὁ κορυφαῖος αὐτὸν ἠνάγκασε τῶν ἀποστόλων νεύσας, τότε ἠρώτησεν· πολλὴν γὰρ οὗτοι πρὸς ἀλλήλους εἶχον ἀγάπην. Οὕτω γοῦν καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὁμοῦ φαίνονται ἀναβαίνοντες καὶ κοινῇ δημηγοροῦντες. Καίτοι γε ὁ Πέτρος θερμότερον πολλαχοῦ [e] καὶ κινεῖται καὶ φθέγγεται· καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ ἀκούει τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Πέτρε, φιλεῖς με πλέον τούτων;* Ὁ δὲ πλέον τούτων ἀγαπῶν, εὔδηλον ὅτι καὶ ἠγαπᾶτο. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκ τοῦ ἀγαπᾷν τὸν Ἰησοῦν, ἐκεῖνο δὲ ἐκ τοῦ ἀγαπᾶσθαι παρὰ τοῦ Ἰησοῦ δῆλον ἐγένετο. Τί οὖν ἐστιν, ὃ τὴν [194] ἐξαίρετον ἀγάπην ἐποίησεν; Ἐμοὶ δοκεῖ πολλὴν τὸν ἄνδρα ἐπιείκειαν ἐπιδείκνυσθαι καὶ πραότητα· διόπερ οὐδὲ παῤῥησιαζόμενος πολλαχοῦ φαίνεται. Τοῦτο δὲ ἡλίκον ἐστὶν, καὶ ἀπὸ τοῦ Μωϋσέως δῆλον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνον τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον τοῦτο εἰργάσατο.

Οὐδὲν γὰρ ταπεινοφροσύνης ἴσον. Διὰ τοῦτο τῶν μακαρισμῶν ἐντεῦθεν ἤρξατο ὁ Χριστός. Ὥσπερ γάρ τινα θεμέλιον καὶ κρηπῖδα μεγίστης οἰκοδομῆς καταβάλλεσθαι [f] μέλλων, οὕτω τὴν ταπεινοφροσύνην πρώτην ἔθηκεν. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ταύτης σωθῆναι χωρίς· ἀλλὰ κἂν νηστεύῃ τις, κἂν εὔχηται, κἂν ἐλεημοσύνην ποιῇ μετὰ ἀπονοίας, βδελυκτὰ πάντα [g], ταύτης μὴ παρούσης· ὥσπερ οὖν ποθεινὰ καὶ ἐπέραστα, παρούσης, καὶ μετὰ ἀσφαλείας πάντα γίνεται. Μετριάζωμεν τοίνυν, ἀγαπητοὶ, μετριάζωμεν. Καὶ γὰρ σφόδρα ῥᾴδιον τὸ κατόρθωμα, ἐὰν νήφωμεν. Τί γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ πρὸς ἀπόνοιάν σε ἐπαῖρον, ἄνθρωπε; Οὐχ ὁρᾷς τὸ τῆς φύσεως εὐτελές; τῆς προαιρέσεως τὸ εὐόλισθον; Ἐννόησον σαυτοῦ τὴν τελευτήν· ἐννόησον τῶν ἁμαρτημάτων τὸ πλῆθος. Ἀλλ' ἴσως πολλὰ κατορθῶν μέγα φρονεῖς; Αὐτῷ μὲν οὖν τούτῳ πάντα [h] ἀπολεῖς. Διόπερ οὐχ οὕτω τὸν ἁμαρτάνοντα, ὡς τὸν κατορθοῦντα σπουδάζειν χρὴ μετριάζειν. Τί δήποτε; Ὅτι ὁ μὲν ἔχει τὴν ἀνάγκην τοῦ συνειδότος· ὁ δὲ ἂν μὴ σφόδρα νήφῃ, ταχέως, ὥσπερ ὑπό τινος πνεύματος ἀναῤῥιπισθεὶς, αἴρεταί τε καὶ ἀφανίζεται καθάπερ ὁ Φαρισαῖος. Ἀλλὰ πένησι παρέχεις; Ἀλλ' οὐ τὰ σὰ, ἀλλὰ τὰ τοῦ Δεσπότου, τὰ κοινὰ τῶν ὁμοδούλων. Καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα ταπεινοῦσθαι χρὴ, ἐν ταῖς τῶν ὁμογενῶν συμφοραῖς τὰ ἑαυτοῦ προορῶντα, καὶ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐν ἐκείνοις μανθάνοντα. Ἴσως καὶ ἡμεῖς τοιούτων ἦμεν προγόνων. Εἰ δὲ μετέστη πρὸς ἡμᾶς ὁ πλοῦτος, ἀλλ' εἰκὸς [i] αὐτὸν καὶ καταλιπεῖν πάλιν ἡμᾶς. Τί δὲ ὅλως καὶ ὁ πλοῦτός ἐστιν; Σκιὰ ἀδρανὴς, καπνὸς διαλυόμενος, ἄνθος χόρτου, μᾶλλον δὲ καὶ ἄνθους εὐτελέστερος. Τί οὖν ἐπὶ χόρτῳ μέγα φρονεῖς; Οὐχὶ καὶ λησταῖς παραγίνεται πλοῦτος, καὶ μαλακοῖς, καὶ πόρναις, καὶ τυμβωρύχοις; Τοῦτο οὖν σε ἐπαίρει, ὅτι τοιούτους ἔχεις κοινωνοὺς τοῦ κτήματος; Ἀλλὰ τιμῆς ἐρᾷς; Ἀλλ' οὐδὲν εἰς τιμῆς λόγον ἐλεημοσύνης ἐπιτηδειότερον. Ἐκεῖναι μὲν γὰρ καταναγκασμέναι εἰσὶν καὶ μετὰ μίσους, αἱ τιμαὶ αἱ τοῦ πλούτου καὶ τῆς δυναστείας, αὗται δὲ ἐκ προαιρέσεως καὶ ἀπὸ συνειδότος τῶν τιμώντων. Διόπερ οὐδὲ ἐκβάλλειν αὐτὰς δύνανταί ποτε οἱ τιμῶντες. Εἰ δὲ ἄνθρωποι τοσαύτην τῆς ἐλεημοσύνης ἀπονέμουσι τὴν αἰδὼ, καὶ πάντα αὐτοῖς συνεύχονται τὰ ἀγαθὰ, ἐννόησον πηλίκην παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ λήψονται τὴν ἀντίδοσιν, οἵαν τὴν ἀμοιβήν. Τοῦτον τοίνυν ζητῶμεν τὸν πλοῦτον, τὸν ἀεὶ μένοντα, καὶ μηδέποτε δραπετεύοντα· ἵνα καὶ ἐνταῦθα μεγάλοι καὶ ἐκεῖ γενόμενοι λαμπροὶ, τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. ἀγαγών. [b] Morel τοῦτο μέν. [c] Morel. τὴν περὶ αὐτὸν τοσαύτην. Mox alii ἀκούουσι. [d] Alii τοῦτο μόνον. [e] Morel. πανταχοῦ. [f] Alii μεγίστην οἰκοδομῆς καταβαλέσθαι. [g] Savil. βδελυκτὰ ταῦτα. [h] Alii φρονεῖς σεαυτῷ. Τούτῳ μὲν, τούτῳ πάντα. Paulo post Morel. ἁμαρτάνοντα, Savil. ἁμαρτόντα. [i] Ἀλλ' εἰκὸς ut plurimum significat, *sed fortassis*, hic vero *sed haud dubie*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

[195] ΟΜΙΛΙΑ ΛΔ'.

Ἀφῆκεν οὖν τὴν ὑδρίαν αὐτῆς ἡ γυνὴ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις· « Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; »

εἰσέλθῃς· οὗτος δὲ καὶ ἐπείγει [a], *Κατάβηθι*, λέγων, *πρὶν ἀποθανεῖν τὸν υἱόν μου*. Κἀκεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ ὄρους καταβὰς εἰς Καπερναοὺμ εἰσῄει· ἐνταῦθα δὲ ἀπὸ Σαμαρείας, καὶ οὐκ εἰς Καπερναοὺμ, ἀλλ' εἰς Κανᾶ ἐλθόντος παρεγένετο οὗτος. Κἀκείνου μὲν ὁ παῖς παρέσει κατέκειτο· ὁ δὲ τούτου υἱὸς πυρετῷ. *Καὶ ἐλθὼν ἠρώτα ἵνα ἰάσηται αὐτοῦ τὸν υἱόν· ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν*. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε*. Καὶ μὴν τοῦτο πίστεως ἦν, καὶ τὸ ἐλθεῖν καὶ τὸ παρακαλέσαι· καὶ μετὰ ταῦτα δὲ αὐτὸ μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων, ὅτι εἰπόντος τοῦ Ἰησοῦ, *Πορεύου, ὁ υἱός σου ζῇ, ἐπίστευσε τῷ λόγῳ αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύετο*. Τί οὖν ἐστιν ὃ φησιν ἐνταῦθα; Ἤτοι τοὺς Σαμαρείτας θαυμάζων ἔλεγε ταῦτα, ὅτι σημείων χωρὶς ἐπίστευσαν· ἢ τῆς δοκούσης αὐτοῦ πόλεως εἶναι καθαπτόμενος τῆς Καπερναοὺμ, ὅθεν οὗτος ἦν. Ἐπεὶ καὶ ἕτερός τις ἐν τῷ Λουκᾷ λέγων, *Πιστεύω, Κύριε, βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ*, ἔλεγε πάλιν. Ὥστε εἰ καὶ οὗτος ἐπίστευσεν, ἀλλ' οὐχ ὁλοκλήρως, οὐδὲ ὑγιῶς. Καὶ τοῦτο δηλοῖ [a] ἐκ τοῦ πυνθάνεσθαι ποίᾳ ὥρᾳ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός. Ἐβούλετο γὰρ μαθεῖν, εἴτε αὐτομάτως, εἴτε ἐκ τῆς ἐπιταγῆς τοῦ Χριστοῦ τοῦτο γέγονεν. *Ὡς οὖν ἔγνω ὅτι χθὲς ὥραν ἑβδόμην, ἐπίστευσε καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη*. Ὁρᾷς ὅτι τότε ἐπίστευσεν, ὅτε οἱ παῖδες εἶπον, οὐχ ὅτε ὁ Χριστός; Τὴν διάνοιαν τοίνυν ἐλέγχει αὐτοῦ, μεθ' ἧς προσελθών, ταῦτα ἔλεγεν· οὕτω γὰρ μᾶλλον καὶ εἰς πίστιν αὐτὸν ἐφείλκετο· πρὸ γὰρ τοῦ σημείου οὐ σφόδρα ἦν πεπιστευκώς. Εἰ δὲ καὶ ἦλθε καὶ παρεκάλεσε, θαυμαστὸν οὐδέν. Εἰώθασι γὰρ οἱ πατέρες ὑπὸ πολλῆς φιλίας [b] οὐ μόνον οἷς θαῤῥοῦσιν ἰατροῖς προσιέναι, ἀλλὰ καὶ οἷς μὴ θαῤῥοῦσι διαλέγεσθαι, μηδὲν ὅλως παραλιπεῖν βουλόμενοι. Ἐπεὶ ὅτι ἐκ παρέργου προσῆλθεν, ὅτε ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, τότε αὐτὸν εἶδεν· ὡς εἴ γε ἦν σφόδρα αὐτῷ πεπιστευκὼς, οὐκ ἂν ὤκνησε, τοῦ παιδὸς μέλλοντος τελευτᾶν, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐλθεῖν. Εἰ δὲ ἐδεδοίκει, οὐδὲ τοῦτο ἀνεκτόν. Ὅρα γοῦν καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα πῶς ἐμφαίνει τὴν ἀσθένειαν τοῦ ἀνδρός. Δέον γὰρ εἰ καὶ μὴ πρότερον, ἀλλ' ὅμως μετὰ τὸ τὴν διάνοιαν ἐλέγξαι, μέγα τι φαντασθῆναι περὶ αὐτοῦ, ἄκουσον πῶς ἔτι χαμαὶ σύρεται. *Κατάβηθι* γὰρ, φησὶ, *πρὶν ἢ ἀποθανεῖν τὸ παιδίον μου*· ὡς οὐ δυναμένου μετὰ τὸν θάνατον αὐτὸν ἀναστῆσαι, καὶ ὡς οὐκ εἰδότος οἷα τὰ τοῦ παιδίου πράγματα ἔστηκε [205]. Διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐλέγχει καὶ τοῦ συνειδότος καθάπτει [c]· δεικνὺς ὅτι τὰ σημεῖα προηγουμένως τῆς ψυχῆς ἕνεκεν ἐγένετο. Ἐνταῦθα γὰρ οὐχ ἧττον τοῦ παιδὸς τὸν πατέρα ἀσθενοῦντα περὶ τὴν διάνοιαν θεραπεύει, πείθων ἡμᾶς μὴ ἀπὸ σημείων, ἀλλὰ ἀπὸ διδασκαλίας προσέχειν αὐτῷ. Τὰ σημεῖα γὰρ οὐ τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις καὶ παχυτέροις.

γ'. Τότε μὲν οὖν ὑπὸ τοῦ πάθους οὐ σφόδρα προσεῖχε τοῖς λεγομένοις, ἢ μόνοις τοῖς περὶ τοῦ παιδός [d]. Ὕστερον δὲ ἤμελλε τὸ λεχθὲν ἀναλαμβάνειν, καὶ τὰ μέγιστα ἐντεῦθεν κερδαίνειν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Τί δήποτε δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑκατοντάρχου αὐτεπάγγελτος ὑπέσχετο παραγίνεσθαι· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲ καλούμενος ἀπεισιν; Ὅτι ἐκεῖ μὲν ἡ πίστις ἀπῄρτιστο. Διὸ καὶ ὑπέσχετο ἀπιέναι, ἵνα μάθωμεν τοῦ ἀνδρὸς τὴν εὐγνωμοσύνην· ἐνταῦθα δὲ ὅτι οὗτος ἀτελῆς ἦν. Ἐπεὶ οὖν ἄνω καὶ κάτω ἤπειγεν αὐτὸν λέγων, *Κατάβηθι*, καὶ οὕπω ᾔδει σαφῶς ὅτι καὶ ἀπὼν δύναται θεραπεῦσαι, δείκνυσιν ὅτι καὶ τοῦτο δυνατὸν αὐτῷ, ἵν' ὅπερ οἰκοθεν ὁ ἑκατόνταρχος ἔσχε, τοῦτο οὗτος ἐκ τοῦ μὴ παραγενέσθαι τὸν Ἰησοῦν μάθῃ. Ὅταν οὖν εἴπῃ, *Ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε*, τοῦτο λέγει· ὅτι τὴν προσήκουσαν πίστιν οὐδέπω ἔχετε, ἀλλ' ἔτι ὡς περὶ προφήτου [e] διάκεισθε. Ἐκκαλύπτων οὖν ἑαυτὸν, καὶ δεικνὺς ὅτι καὶ χωρὶς σημείων ἔδει πιστευθῆναι αὐτὸν, ἔλεγεν ἅπερ καὶ τῷ Φιλίππῳ φησίν· *Πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί; Εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα πιστεύετέ μοι. Ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντος, ἀπήντησαν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λέγοντες, ὅτι Ὁ παῖς σου ζῇ. Ἐπυνθάνετο οὖν παρ' αὐτῶν τὴν ὥραν ἐν ᾗ κομψότερον ἔσχεν. Καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι Χθὲς ὥραν ἑβδόμην ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ πυρετός. Ἔγνω οὖν ὁ πατὴρ ὅτι ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἐν ᾗ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι Ὁ παῖς σου ζῇ. Καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς, καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη*. Ὁρᾷς πῶς τὸ θαῦμα δῆλον ἐγένετο; Οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀπηλλάγη τοῦ κινδύνου, ἀλλὰ ἀθρόον, ὡς φαίνεσθαι μηκέτι φύσεως ἀκολουθίαν εἶναι τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τῆς ἐνεργείας τοῦ Χριστοῦ. Ἱρὸς γὰρ αὐτὰς ἐλθὼν τοῦ θανάτου τὰς πύλας, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ἐδήλωσεν εἰπὼν, *Κατάβηθι πρὶν ἀποθανεῖν τὸ παιδίον*, ἀθρόον ἀπηλλάγη τῆς νόσου· ὅπερ οὖν καὶ τοὺς οἰκέτας διανέστησεν [f]. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἴσως οὐχ ὡς εὐαγγελιζόμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς περιττὴν λοιπὸν τοῦ Ἰησοῦ τὴν παρουσίαν εἶναι νομίσαντες, ἀπήντησαν· καὶ γὰρ ᾔδεσαν αὐτὸν ἐκεῖ παραγενόμενον· ὅθεν καὶ κατ' αὐτὴν αὐτῷ τὴν ὁδὸν περιέτυχον. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, ἀνεθεὶς τοῦ φόβου, λοιπὸν πρὸς τὴν πίστιν διέκυψε, θέλων δεῖξαι ὅτι τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τὸ ἔργον γέγονε, καὶ φιλοτιμεῖται λοιπὸν ὥστε μὴ δόξαι εἰκῆ διεγηγέρθαι· ὅθεν μετὰ ἀκριβείας πάντα ἐμάνθανεν. *Καὶ ἐπίστευσεν αὐτὸς, καὶ ἡ οἰκία αὐτοῦ ὅλη*. Καὶ γὰρ ἦν ἀναμφισβήτητος ἡ μαρτυρία λοιπόν. Οἱ γὰρ μὴ παρόντες, μηδὲ ἀκούσαντες τοῦ Χριστοῦ διαλεγομένου, μηδὲ τὸν καιρὸν εἰδότες, οὗτοι παρὰ τοῦ δεσπότου μαθόντες, ὅτι οὗτος ἦν ὁ καιρὸς, [206] ἀναμφισβήτητον ἔσχον τὴν ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως· διὰ τοῦτο καὶ αὐτοὶ ἐπίστευσαν.

Τί τοίνυν ἀπὸ τούτων παιδευόμεθα; Μὴ θαύματα περιμένειν, μηδὲ ἐνέχυρα ζητεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Ὁρῶ γὰρ καὶ νῦν πολλοὺς τότε εὐλαβεστέρους γινομένους, ὅταν ἢ τοῦ παιδὸς κακουμένου, ἢ γυναικὸς ἀῤῥωστούσης, παραμυθίας τινὸς ἀπολαύσωσι. Χρὴ δὲ καὶ μὴ τυγχάνοντας παραμένειν ὁμοίως εὐχαριστοῦντας, δοξάζοντας. Τοῦτο γὰρ οἰκετῶν εὐγνωμόνων ἐστί· τοῦτο στερῥῶν τε καὶ φιλούντων [g], ὡς χρὴ, τὸν Δεσπότην, μὴ μόνον ἀνιεμένους, ἀλλὰ καὶ μαστιζομένους προστρέχειν αὐτῷ. Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας ἔργα. *Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, φησὶν, ὃν παραδέχεται*. Ὅταν δὲ ἐν ἀνέσει τις αὐτὸν θεραπεύῃ μόνον, οὐ πολλῆς ἐπιδείκνυται ἀγάπης σημεῖα, οὐδὲ καθαρῶς φιλεῖ τὸν Χριστόν. Καὶ τί λέγω ὑγίειαν καὶ χρημάτων ἀφθονίαν, ἢ πενίαν ἢ νόσον; Κἂν γὰρ γέενναν ἀκούσῃς, κἂν ἕτερον χαλεπὸν, οὐδὲ οὕτως ἀφίστασθαι χρὴ τῆς περὶ τὸν Δεσπότην εὐφημίας· ἀλλὰ πάντα πάσχειν καὶ φέρειν ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης. Τοῦτο γὰρ καὶ οἰκετῶν εὐγνωμόνων καὶ ψυχῆς ἀκλινοῦς· καὶ ὁ τοῦτον διακείμενος τὸν τρόπον,

[a] Alii καὶ ἐπάγει. Supra Savil. et codd. 703, 706 ἐπαγγειλάμενον. Infra iidem παρέσει κατείχετο. [b] Savil. δῆλον. Mox alii ὥρᾳ ἑβδόμῃ. [b] Morel. φιλανθρωπίας. [c] Καθάπτεται Savil. et dicti codd., recte. Paulo ante iid. ἐν οἷς τὰ τοῦ π. [d] Morel λεγομένοις, περὶ τοῦ παιδὸς δὲ τοῖς γινομένοις μόνοις.

[e] Περὶ προφήτου, melius dicatur περὶ προφήτην. [f] Alii διέστησεν. [g] Savil. τοῦτο στεργόντων καὶ φιλούντων.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

autem quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capernaum. 47. *Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam, venit ad eum, et rogabat eum ut descenderet, et sanaret filium ejus*; sive ex genere regio cum esset, vel ex quadam dignitate regulus appellaretur. Quidam putant hunc ipsum esse qui memoratur a Matthæo; sed alius esse probatur non ex dignitate modo, sed etiam ex fide. Ille namque Christum ire volentem, ne eat rogat; hic nec sese offerentem, domum trahit. Ille dicit, *Non sum dignus ut intres sub tectum meum;* hic urget dicens, *Descende priusquam moriatur filius meus* (*Matth.* 8. 8). Ille de monte descendens Capernaum venit; hic vero a Samaria, non in Capernaum, sed in Cana venientem adit. Illius puer paralysi laborabat, hujus filius febri. *Et veniens rogabat eum ut sanaret filium ejus: incipiebat enim mori.* Quid ergo Christus? 48. *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis.* Atqui quod veniret et rogaret, id fides erat; et postea hoc ipsum testificatur evangelista dicens: Cum Jesus dixisset, *Vade, filius tuus vivit, credidit sermoni ejus, et ibat.* Quid ergo sibi vult hic? Vel hoc Samaritanos, qui sine signis crediderunt, admirans dixit, vel eam, quæ sua videbatur esse, civitatem, Capernaum nempe, perstringit. Siquidem cum alius apud Lucam (*a*) diceret, *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam* (*Marc.* 9. 23), iisdem usus est verbis. Itaque licet hic crediderit, non tamen plene et integre: quod declarat cum sciscitatur, qua hora reliquit eum febris. Volebat enim dicere, num sponte sua, num ex Christi præcepto febris abscessisset. *Ut vero cognovit quia heri hora septima, credidit ipse et domus ejus tota.* Viden' illum credidisse, servis nuntiantibus, non Christo loquente? Mentem ergo ejus, qua venerat, arguit: ita enim magis illum ad fidem inducebat: ante signum enim non admodum credebat. Quod si et venerit et rogaverit, nihil mirum. Solent enim patres ardenti amore ducti, non solum eos, quibus fidunt, medicos adire, verum etiam eos quibus non ita fidunt, ne quidpiam præteriisse videantur. Siquidem oblata solum occasione accessit quando venit ille in Galilæam: qui si admodum illi credidisset, filio in extremis laborante, non neglexisset in Judæam venire. Quod si timebat, neque illud excusandum erat. Consideres velim, vel ipsa verba quantam demonstrent viri infirmitatem. Cum oportuisset enim, si non prius, saltem post reprehensam animi sui sententiam, magnum quidpiam de Christo cogitare, audi quomodo adhuc humi serpat. 49. *Descende*, inquit, *priusquam moriatur filius meus*, quasi non posset mortuum suscitare, et quasi non nosset quo statu puer esset. Ideo illum coarguit, et conscientiam perstringit, ostendens signa animæ causa maxime edi. Hic enim non minus patrem animo laborantem curat, quam filium; ut nobis suadeat, non tam signis, quam doctrinæ ejus attendendum esse. Signa quippe non fidelibus, sed infidelibus et crassioribus parata sunt.

3. Tunc ille mœstus non multum dictis attendebat, nisi iis quæ ad filium spectabant. Postea vero illa in mentem revocaturus erat, atque hinc magnum consequuturus lucrum: quod et evenit. Cur autem Christus centurioni se ultro obtulit iturum: hic autem ne rogatus quidem? Quia ibi fides perfecta erat. Ideo se iturum obtulit, ut viri probitatem ediscceremus: at regulus adhuc imperfectus erat. Quia ergo admodum instabat dicens, *Descende*, necdum sciebat ipsum vel absentem posse sanare; id se posse ostendit; ut quam per se centurio notitiam habebat, eam regulus non accedente Jesu acquireret. Cum itaque dicit, *Nisi signa et prodigia videritis, non creditis*, hoc significat, congruenti fide nondum instructi estis; sed adhuc me ut prophetam habetis. Quis ergo ipse sit revelans, et ostendens etiam sine miraculis sibi credendum esse, eadem ipsa quæ Philippo dixit: *Non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Etsi mihi non vultis credere, operibus credite* (*Joan.* 14. 10). *Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei dicentes, quia filius ejus viveret.* 52. *Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris.* 53. *Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus, quod filius ejus viveret. Et credidit ipse, et domus ejus tota.* Viden' quo pacto miraculum evulgatum sit? Neque vulgari modo a periculo liberatus est, sed confestim, ita ut liqueat rem non ex naturali serie, sed ex Christi operatione factam esse. Nam cum ad ipsa mortis limina pervenisset, ut declaravit pater his verbis, *Descende, priusquam moriatur filius meus*, subito ex morbo ereptus est: quæ res etiam servos excitavit. Servi enim fortasse non ut nuntiaturi tantum, sed ut superfluum Christi adventum putantes, obviam venerunt. Sciebant enim ipsum jam illuc adventare: unde eodem itinere illum convenerunt. Regulus autem, posito timore, ad fidem accedit, ut ostendat ex ipsius profectione hoc opus sequutum esse, ac demum id diligenter agit, ut ne videatur ipsum frustra profectum esse; quare accurate omnia sciscitatur. *Et credidit ipse, et domus ejus tota.* Nam nulli prorsus dubio obnoxium erat testimonium. Qui enim neque adfuerant, neque Christum audierant, neque tempus noverant, ubi ab hero suo didicerunt, idem ipsum esse tempus, certissimam habuere Christi potentiæ demonstrationem; ideo et ipsi crediderunt.

Deus cum in prosperis tum in adversis diligendus est: nihil nos ab ista dilectione avertere debet.—Quid ergo per hæc docemur? Ne miracula exspectemus, neve divinæ potentiæ pignora quæramus. Hic namque multos video, qui cum vel filio vel uxore ægrotante, aliquid solatii accepere, majorem erga Deum pietatem exhibuerunt. Etiamsi vero non exaudiamur, in gratiarum actione et laude perseverare par est. Hoc quippe fidelium servorum est, hoc diligentium et Dominum ut par est amantium, ut non modo in trati-

(*a*) Sic omnia exemplaria habent. Sed memoria labitur Chrysostomus: nam hæc non apud Lucam, sed apud Marcum legimtur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quillitate, sed etiam in ærumnis ad illum accurrant. Hæc quippe sunt Dei providentiæ opera : *Quem enim diligit Dominus, castigat : flagellat autem omnem filium, quem suscipit* (*Hebr.* 12. 6). Qui autem illum in tranquillitate solum colit, non tanti amoris signa exhibet, neque pure Christum amat. Ecquid de valetudine, de opibus loquor, quid de paupertate et morbo ? Licet enim gehennam, licet aliud quidpiam gravissimum audieris ; neque sic a Deo laudibus celebrando absistendum ; sed omnia pro ejus dilectione ferenda. Hoc fidelis servi, hoc constantis animi est. Qui hoc affectus modo est, et præsentia facile sustinebit, et futura consequetur bona, et multa apud Deum fiducia fruetur, quam nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXVI.

54. *Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Judæa in Galilæam.* (*Cap.* 5) 1. *Post hæc erat dies festus Judæorum, et ascendit Jesus Jerosolymam.*

1. *Nihil in sacris Scripturis leviter prætereundum. Piscina probatica comparatur cum Baptismo cujus figura erat. Monita moralia dissertationi interseruntur.* — Quemadmodum in auri metallis quivis hac in re peritus ne minimam quidem venam neglexerit, utpote cum hinc magnæ possint hauriri divitiæ : sic et in divinis Scripturis ne quidem iota unum vel unum apicem sine damno prætercurras ; sed omnia sunt exploranda. Nam a Spiritu sancto hæc omnia prolata sunt, nihilque ibi supervacaneum. Hic vero considera quid dicat evangelista : *Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Judæa in Galilæam.* Neque enim *Secundum* sine causa addidit ; sed adhuc Samaritanorum miraculum celebrat, ostendens hos ne post alterum quidem signum ad eam sublimitatem devenisse, ad quam devenerant ii qui nihil viderant. *Post hæc erat festum Judæorum.* Quod festum ? Pentecostes, ut mihi videtur. *Et ascendit Jesus Jerosolymam.* Frequenter in solemnitatibus versabatur in civitate, tum ut videretur cum illis festum agere, tum ut simplicem multitudinem attraheret. In illis enim maxime diebus [1] ii qui simpliciore erant animo concurrebant. 2. *Est autem Jerosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum.* Quis hic curationis modus ? quale mysterium subindicatur ? Neque enim sine causa hæc scripta sunt ; sed futura nobis quasi in figura et imagine describit ; ne si res stupenda, inexspectata accideret, auditorum multorum fidem aliquatenus labefactaret. Quænam igitur hæc descriptio ? Futurum baptisma dandum erat, plenum virtute et gratia maxima, baptisma quod peccata omnia ablueret, quod ex mortuis vivos redderet. Hæc ergo ut in imagine depinguntur in piscina et in aliis multis. Et primo quidem aquam dedit, quæ corporum maculas ablueret, sordesque non veras, sed tales existimatas ; ex funere nempe, ex lepra, et similes : multaque videre est eadem de causa in veteri lege per aquam mundata. Sed ad propositum jam redeamus. Primo itaque, ut diximus, corporum maculas, deinde variasinfirmitates per aquam solvi curat. Ut enim nos Deus ad baptismi gratiam [1] propius reduceret, non jam maculas solum, sed et morbos sanat. Imagines enim quæ propius ad veritatem accedunt, et in baptismate et in passione et in aliis magis conspicuæ sunt, quam vetustiores. Quemadmodum enim qui prope regem sunt satellites, remotioribus sunt honoratiores : ita et in figuris factum est. Et angelus descendens turbabat aquam, et sanandi vim indebat ipsi, ut discerent Judæi, angelorum Dominum multo magis posse animæ morbos omnes curare. Sed quemadmodum hic aquarum natura non simpliciter curabat; alioquin enim semper id faceret ; sed angeli operatione [2] id fiebat : sic in nobis non aqua simpliciter operatur, sed postquam Spiritus gratiam acceperit, tunc omnia solvit peccata. Circa hanc piscinam *Jacebat multitudo magna infirmorum, cæcorum, claudorum, aridorum, aquæ motum exspectantium.* Sed tunc infirmitas impedimento erat, quominus is qui vellet sanaretur : nunc autem unusquisque potestatem accedendi habet. Non enim angelus est qui aquam movet, sed angelorum Dominus omnia efficit. Nec dicere possumus, Dum ego accedo, alius ante me descendit. Sed si totus orbis venerit, gratia non consumitur, neque vis vel operatio deficit, sed semper eadem manet. Ac quemadmodum solares radii quotidie illuminant, nec absumuntur, neque quod multis subministrentur, lucis quidpiam amittunt : sic, imo multo minus Spiritus operatio minuitur a multitudine accipientium. Hoc autem factum est, ut qui discerent in aqua curandos esse corporis morbos, et hac in re diu exercitati essent, facilius crederent etiam morbos animi posse curari. Cur porro missis cæteris omnibus Jesus ad eum, qui triginta octo annos ægrotabat, venit ? cur interrogat, *Vis sanus fieri ?* Non ut id disceret ; illud enim supervacaneum fuisset ; sed ut hujus perseverantiam ostenderet, et ut sciremus ideo ipsum, cæteris omissis, hunc adiisse. Quid ergo infirmus ? *Respondit ei . Domine, hominem non habeo* [3], *ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam : dum venio enim ego, alius ante me descendit.* Ideo interrogavit, *Vis sanus fieri ?* ut hæc ediscamus. Neque dixit, Vis ut te sanem ? nondum enim tanta de ipso habebatur opinio ; sed, *Vis sanus fieri ?* Stupenda prorsus est paralytici perseverantia : per triginta et octo annos, dum speraret singulis au-

[1] Morel. legit, *Maxime enim in festivitatibus.*

[1] Savil. habet, *fidem*, pro, *gratiam.*

[2] In Morel. legitur, *sed angeli descensu.*

[3] Savil. sic habet : *Quid ergo ille ? Etiam*, inquit, *Domine ; sed hominem non habeo.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ τὰ παρόντα διοίσει ῥᾳδίως, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτεύξεται ἀγαθῶν, καὶ πολλῆς ἀπολαύσεται παρὰ τῷ Θεῷ [a] παῤῥησίας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Quidam παρὰ τοῦ Θεοῦ.

ΟΜΙΛΙΑ ΛϚ'.

Τοῦτο πάλιν δεύτερον σημεῖον ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα.

α'. Καθάπερ ἐν τοῖς μετάλλοις τοῦ χρυσίου οὐδὲ τὴν βραχυτάτην φλέβα παριδεῖν ἄν τις ἀνάσχοιτο τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, ἅτε πολὺν ἐργαζομένην πλοῦτον· οὕτω καὶ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἰῶτα ἓν ἢ μίαν κεραίαν οὐκ ἀζήμιον παραδραμεῖν [a]· ἀλλὰ πάντα διερευνᾶσθαι χρή. Πνεύματι γὰρ ἁγίῳ πάντα εἴρηται, καὶ οὐδὲν παρέλκον ἐν αὐταῖς. Σκόπει γοῦν καὶ ἐνταῦθα τί φησιν ὁ εὐαγγελιστής· *Τοῦτο πάλιν δεύτερον ἐποίησε σημεῖον ὁ Ἰησοῦς, ἐλθὼν ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Γαλιλαίαν.* Οὐδὲ γὰρ τὸ, *Δεύτερον*, ἁπλῶς προσέθηκεν, ἀλλ' ἵνα τὸ θαῦμα τῶν Σαμαρειτῶν ἐπαίρει, δεικνὺς ὅτι, καὶ δευτέρου σημείου γενομένου, οὐδέπω πρὸς τὸ ὕψος ἐκείνων ἔφθασαν οὗτοι οἱ τεθεαμένοι τῶν οὐδὲν ἐωρακότων. *Μετὰ ταῦτα ἦν ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων.* Ποία ἑορτή; Ἐμοὶ δοκεῖ, ἡ τῆς Πεντηκοστῆς. [207] *Καὶ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα.* Συνεχῶς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐπιχωριάζει τῇ πόλει· τοῦτο μὲν, ἵνα δόξῃ μετ' αὐτῶν ἑορτάζειν, τοῦτο δὲ, ἵνα τὸ πλῆθος ἐπισπάσηται τὸ ἄδολον. Μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις οἱ [b] ἀφελέστερον διακείμενοι συνέτρεχον. *Ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα, ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδὰ, πέντε στοὰς ἔχουσα. Ἐν ταύταις κατέκειτο πολὺ πλῆθος τῶν ἀσθενούντων* [c], *χωλῶν, τυφλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν τοῦ ὕδατος κίνησιν.* Τίς ὁ τῆς θεραπείας τρόπος οὗτος; ποῖον ἡμῖν μυστήριον αἰνίττεται; Οὐ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ ταῦτα ἀναγέγραπται, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα ἡμῖν ὡς ἐν εἰκόνι καὶ τύπῳ ὑπογράφει, ὥστε μὴ τὸ σφόδρα παράδοξον, ἀπροσδόκητον παραγενόμενον, λυμήνασθαι παρὰ τοῖς πολλοῖς τῇ τῆς πίστεως δυνάμει [d]. Τί οὖν ἐστιν ὃ ὑπογράφει; Ἔμελλε βάπτισμα δίδοσθαι, πολλὴν δύναμιν ἔχον καὶ δωρεὰν μεγίστην, βάπτισμα πάσας ἁμαρτίας καθαῖρον, καὶ ἀντὶ νεκρῶν ζῶντας ποιοῦν. Καθάπερ οὖν ἐν εἰκόνι προγράφεται ταῦτα τῇ κολυμβήθρᾳ καὶ ἑτέροις πλείοσι. Καὶ πρῶτον μὲν δέδωκεν ὕδωρ, καθαῖρον σωμάτων κηλῖδας, καὶ μολυσμοὺς οὐκ ὄντας, ἀλλὰ δοκοῦντας εἶναι, οἷον τοὺς ἀπὸ κηδείας, τοὺς ἀπὸ λέπρας, τοὺς ἀπὸ τοιούτων ἑτέρων· καὶ πολλὰ ἄν τις ἴδοι δι' ὕδατος γεγονότα ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς, ταύτης ἕνεκεν τῆς προφάσεως. Πλὴν ἀλλὰ πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἴωμεν νῦν. Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς ἔφθην εἰπὼν, μολυσμοὺς σωμάτων, ἔπειτα δὲ καὶ ἀῤῥωστήματα διάφορα δι' ὕδατος ποιεῖ λύεσθαι. Βουλόμενος γὰρ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐγγύτερον ἀγαγεῖν τῆς τοῦ βαπτίσματος δωρεᾶς [e], οὐκ ἔτι μολυσμοὺς ἁπλῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ νόσους ἰᾶται. Αἱ γὰρ ἐγγύτεραι τῆς ἀληθείας εἰκόνες, καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἐπὶ τοῦ πάθους, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, τρανότεραι τῶν ἀρχαιοτέρων ἦσαν [f]. Καθάπερ γὰρ οἱ τοῦ βασιλέως ἐγγὺς τῶν πόῤῥωθέν εἰσι λαμπρότεροι δορυφόρων· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν τύπων ἐγίνετο. Καὶ ἄγγελος καταβαίνων ἐτάραττε τὸ ὕδωρ, καὶ ἰαματικὴν ἐνετίθει δύναμιν, ἵνα μάθωσιν Ἰουδαῖοι, ὅτι πολλῷ μᾶλλον ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης πάντα τὰ νοσήματα τῆς ψυχῆς ἰᾶσθαι δύναται. Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα οὐχ ἁπλῶς ἴατο τῶν ὑδάτων ἡ φύσις (ἦ γὰρ ἂν διαπαντὸς τοῦτο ἐγίνετο)· ἀλλ' ἐπὶ τῇ τοῦ ἀγγέλου ἐνεργείᾳ [g]· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν οὐχ ἁπλῶς τὸ ὕδωρ ἐργάζεται, ἀλλ' ὅταν τὴν τοῦ Πνεύματος δέξηται χάριν, τότε ἅπαντα λύει τὰ ἁμαρτήματα. Περὶ ταύτην τὴν κολυμβήθραν *Κατέκειτο πλῆθος πολὺ τῶν ἀσθενούντων, τυφλῶν, χωλῶν, ξηρῶν, ἐκδεχομένων τὴν* [h] *τοῦ ὕδατος κίνησιν.* Ἀλλὰ τότε μὲν ἡ ἀσθένεια κώλυμα τῷ βουλομένῳ θεραπευθῆναι ἐγίνετο· νῦν δὲ κύριος ἕκαστός ἐστι προσελθεῖν. Οὐ γὰρ ἄγγελός ἐστιν ὁ ταράσσων, ἀλλὰ ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης ὁ τὸ πᾶν ἐργαζόμενος. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· [Νῦν τὸν κάμνοντα ἄνθρωπον οὐκ ἔχω· οὐκ ἔστιν εἰπεῖν [i]]· Ἐν ᾧ ἔρχομαι κατελθεῖν, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει. Ἀλλὰ κἂν ἡ οἰκουμένη πᾶσα ἔλθῃ, ἡ χάρις οὐκ [208] ἀναλίσκεται, οὐδὲ ἡ ἐνέργεια δαπανᾶται, ἀλλ' ὁμοία μένει, καὶ τοιαύτη, οἵα καὶ πρὸ τούτου. Καὶ καθάπερ αἱ ἡλιακαὶ ἀκτῖνες καθ' ἑκάστην φωτίζουσι τὴν ἡμέραν, καὶ οὐ δαπανῶνται, οὐδὲ ἀπὸ τῆς πολλῆς χορηγίας ἔλαττον αὐταῖς γίνεται τὸ φῶς· οὕτω καὶ πολλῷ μᾶλλον ἡ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια οὐδὲν ἐλαττοῦται παρὰ τὸ πλῆθος [j] τῶν ἀπολαυόντων αὐτῆς. Τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ἵνα οἱ μαθόντες ὅτι ἐν ὕδατι νοσήματα σώματος ἔνι θεραπεῦσαι, καὶ τούτῳ πολὺν ἐγγυμνασθέντες χρόνον, ῥᾳδίως πιστεύσωσιν, ὅτι καὶ νοσήματα ψυχῆς ἰᾶσθαι δύναται. Καὶ τί δήποτε πάντας ἀφεὶς ὁ Ἰησοῦς, ἐπὶ τὸν τριακονταοκτὼ ἔτη ἔχοντα ἦλθε; τί δὲ καὶ ἐρωτᾷ, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Οὐχ ἵνα μάθῃ (τοῦτο γὰρ παρέλκον ἦν), ἀλλ' ἵνα δείξῃ τοῦ τοιούτου τὴν καρτερίαν, καὶ ἵνα γνῶμεν ὅτι διὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους ἀφεὶς, ἐπὶ τοῦτον ἦλθε. Τί οὖν ὁ ἀσθενῶν; *Ἀπεκρίθη αὐτῷ καὶ λέγει, Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω* [k], *ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει.* Διὰ τοῦτο ἠρώτησε, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* ἵνα ταῦτα μάθωμεν. Καὶ οὐκ εἶπεν αὐτῷ, Θέλεις σε θεραπεύω; οὐδὲν γὰρ οὐδέπω μέγα ἐφαντάζετο περὶ αὐτοῦ· ἀλλὰ, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι;* Ἔκπληκτος ἡ καρτερία τοῦ παραλύτου· ἔτη τριακονταοκτὼ ἔχων, καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ νοσήματος προσδοκῶν, προσήδρευέ τε καὶ οὐκ ἀφίστατο. Εἰ γὰρ μὴ τὰ παρελθόντα, τά γοῦν μέλλοντα οὐχ ἱκανὰ ἦν αὐτὸν, εἰ μὴ καρτερικὸς ἦν, ἀπαγαγεῖν τοῦ τόπου; Ἐννόησον δέ μοι, πῶς εἰκὸς ἦν ἐκεῖ καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς κάμνοντας νήφειν. Οὐδὲ γὰρ δῆλος ἦν ὁ καιρὸς καθ' ὃν ἐτι-

[a] Παραδραμεῖν quidam habent δραμεῖν. Ibidem Morel. ὥστε πάντα διερ... ταῦτα εἴρηται. [b] Morel. ἐν ταῖς ἑορταῖς οἱ. [c] Savil. omittit τῶν ἀσθενούντων. [d] Alii et Morel. προϋπογράφει, ὡς ἂν μὴ τὸ... λυμήνηται... τῇ τῶν ἀκουόντων πίστει. [e] Savil. βαπτίσματος πιστεως. [f] Morel. ἐπὶ τῶν ἄλλων μᾶλλον τῶν ἀρχετύπων χειραγωγεῖν δύνανται. Mox Savil. τῶν ἔμπροσθεν.

[g] Morel. τοῦ ἀγγέλου καταβάσει. [h] Alii ξηρῶν, ἀναμένοντες τήν. [i] Verba uncis inclusa e Savil. et codd. 705, 706 accesserunt. EDIT. [j] Quidam παρὰ τοῦ πλήθους. [k] Savil. et dicti codd. Τί οὖν ἐκεῖνος; Ναὶ, Κύριε, φησὶ, ἄνθρωπον δὲ οὐκ ἔχω.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νάστατο τὸ ὕδωρ· ἀλλ' οἱ μὲν χωλοὶ καὶ κυλλοὶ ἠδύναντο παρατηρεῖν· οἱ δὲ τυφλοὶ πῶς ἐώρων; Ἀπὸ τοῦ γινομένου θορύβου τοῦτο ἴσως ἐμάνθανον.

β'. Αἰσχυνθῶμεν τοίνυν, αἰσχυνθῶμεν, ἀγαπητοί, καὶ στενάξωμεν ἐπὶ τῇ πολλῇ ῥᾳθυμίᾳ. Τριακονταοκτὼ ἔτη εἶχε προσεδρεύων ἐκεῖνος, καὶ οὐκ ἐτύγχανεν ὧν ἐβούλετο, καὶ οὐκ ἀφίστατο· καὶ οὐκ ἐτύγχανεν, οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀμέλειαν, ἀλλ' ἐπηρεαζόμενος παρ' ἑτέρων καὶ βίαν πάσχων, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐνάρκα· ἡμεῖς δὲ ἐὰν δέκα ἡμέρας προσεδρεύσωμεν σπουδαίως ὑπέρ τινος παρακαλοῦντες, καὶ μὴ τύχωμεν, ὀκνοῦμεν λοιπὸν τῇ αὐτῇ κεχρῆσθαι σπουδῇ. Καὶ ἀνθρώποις μὲν τοσοῦτον προσεδρεύομεν χρόνον, στρατευόμενοι καὶ ταλαιπωρούμενοι, καὶ διακονοῦντες δουλοπρεπεῖς διακονίας, καὶ πρὸς τῷ τέλει πολλάκις καὶ αὐτῆς τῆς ἐλπίδος ἐκπίπτοντες· τῷ δὲ Δεσπότῃ τῷ ἡμετέρῳ [a], ἔνθα πάντως ἔστιν ἀπολαβεῖν τὴν ἀμοιβὴν πολλῷ μείζω τῶν πόνων (Ἡ γὰρ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, φησὶν), οὐκ ἀνεχόμεθα προσεδρεύειν μετὰ τῆς προσηκούσης σπουδῆς. Καὶ πόσης ταῦτα κολάσεως ἄξια; Εἰ γὰρ καὶ μηδὲν λαβεῖν ἦν, αὐτὸ τοῦτο τὸ συνεχῶς αὐτῷ διαλέγεσθαι, οὐχὶ μυρίων ἄξιον ἀγαθῶν ἦν [209] ἡγεῖσθαι; [b] Ἀλλ' ἐπίπονον ἡ διηνεκὴς εὐχή; Καὶ τί, εἰπέ, οὐκ ἐπίπονον τῶν τῆς ἀρετῆς; Λύτὸ γοῦν τοῦτο, φησὶ, πολλῆς ἀπορίας ἐστὶ μεστὸν, ὅτι τῇ μὲν κακίᾳ ἡδονὴ, τῇ δὲ ἀρετῇ συγκεκλήρωται πόνος. Καὶ πολλοὺς οἶμαι τοῦτο ζητεῖν. Τί δήποτ' οὖν ἐστι τὸ αἴτιον [c]; Ἔδωκεν ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐλεύθερον φροντίδων βίον καὶ πόνων ἀπηλλαγμένον· οὐκ ἐχρησάμεθα εἰς δέον τῷ δώρῳ, ἀλλὰ διεστράφημεν ὑπὸ τῆς ἀργίας, καὶ ἐξεπέσομεν τοῦ παραδείσου. Διὰ τοῦτο ἐπίπονον ἐποίησεν ἡμῶν τὴν ζωὴν λοιπὸν, ὥσπερ ἀπολογούμενος τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ λέγων· Ἔδωκα τρυφᾶν ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς, ἀλλ' ἐγένεσθε χείρους τῇ ἀνέσει· διὰ τοῦτο ἐκέλευσα λοιπὸν πόνους ὑμῖν ἐπιτεθῆναι καὶ ἱδρῶτας [d]. Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲ ἐκεῖνος κατεῖχεν ὁ πόνος, ἔδωκε πάλιν νόμον πολλὰς ἔχοντα ἐντολὰς, καθάπερ τινὶ ἵππῳ δυσηνίῳ ψέλλια καὶ πέδας ἐπιτιθείς, ὥστε αὐτοῦ τὰ σκιρτήματα ἐπισχεῖν· οὕτω καὶ οἱ πωλοδάμναι ποιοῦσι. Διὰ τοῦτο ἐπίπονος ὁ βίος, ἐπειδὴ τὸ μὴ πονεῖν διαφθείρειν ἡμᾶς εἴωθεν. Ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν ἀργεῖν οὐκ ἀνέχεται, ἀλλὰ πρὸς κακίαν ἀποκλίνει ῥᾳδίως. Θῶμεν γὰρ μὴ δεῖσθαι πόνων τὸν σωφρονοῦντα, μηδὲ τὸν τὴν ἄλλην ἀρετὴν κατορθοῦντα, ἀλλὰ καθεύδοντας πάντα ἀνύειν· ποῦ ἂν ἐχρησάμεθα τῇ ἀνέσει; ἆρα οὐκ ἂν πρὸς ἀπόνοιαν καὶ ἀλαζονείαν;

Ἀλλὰ διατί, φησὶ, πολλὴ μὲν ἡ ἡδονὴ τῇ κακίᾳ, πολὺς δὲ τῇ ἀρετῇ συνέζευκται ὁ πόνος καὶ ὁ ἱδρώς; Καὶ ποία σοι χάρις ἂν ἦν, ἢ τίνος δ' ἂν ἔλαβες μισθὸν, εἰ μὴ ἐπίπονον τὸ πρᾶγμα ἦν; Καὶ γὰρ νῦν πολλοὺς ἔχω δεῖξαι φύσει τὸ μίγνυσθαι γυναιξὶ μισοῦντας, καὶ φεύγοντας ὡς βδελυρὰν τὴν πρὸς ἐκείνας ὁμιλίαν· τούτους οὖν σώφρονας καλέσομεν, ἢ στεφανώσομεν, εἰπέ μοι, καὶ ἀνακηρύξομεν; Οὐδαμῶς. Σωφρυσύνη γάρ ἐστιν ἐγκράτεια, καὶ τὸ μαχομένων περιγενέσθαι τῶν ἡδονῶν. Καὶ ἐν τοῖς πολέμοις δὲ, ὅταν σφοδροὶ ὦσιν οἱ ἀγῶνες, τότε τὰ τρόπαια λαμπρότερα γίνεται, οὐχ ὅταν μηδεὶς ἀνταίρῃ τὰς χεῖρας. Εἰσὶ πολλοὶ καὶ νωθεῖς ἀπὸ φύσεως· τούτους οὖν ἐπιεικεῖς προσεροῦμεν; Οὐδαμῶς. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τρεῖς τρόπους εὐνουχισμοῦ λέγων, τοὺς μὲν δύο ἀφίησιν ἀστεφανώτους, τὸν δὲ ἕνα εἰς τὴν βασιλείαν εἰσάγει. Καὶ τί [e] ἔδει κακίας, φησί; Καὶ ἐγὼ τοῦτο λέγω. Τίς οὖν ὁ τῆς κακίας δημιουργός; Τίς δὲ ἄλλος, ἀλλ' ἢ ἡ ῥᾳθυμία ἡ ἐκ τῆς προαιρέσεως; Ἀλλ' ἔδει, φησὶν, ἀγαθοὺς εἶναι μόνους. Καὶ τί ἴδιον ἀγαθοῦ; νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, ἢ καθεύδειν καὶ ῥέγχειν; Καὶ διατί, φησὶ, μὴ τοῦτο ἐδόκει εἶναι ἀγαθὸν, τὸ μὴ πονοῦντα κατορθοῦν; Βοσκημάτων μοι ῥήματα λέγεις καὶ γαστριζομένων, καὶ θεὸν τὴν κοιλίαν ἡγουμένων. Ὅτι γὰρ νωθείας ταῦτα τὰ ῥήματα, ἀπόκριναί μοι· Εἰ βασιλέως ὄντος καὶ στρατηγοῦ, εἶτα τοῦ βασιλέως καὶ καθεύδοντος καὶ μεθύοντος, ταλαιπωρούμενος ὁ στρατηγὸς τὰ τρόπαια ἔστησε, τίνι ἂν ἐλογίσω τὴν νίκην; τίς δὲ ἐκαρπώσατο τῶν γιγνομένων τὴν ἡδονήν; Ὁρᾷς ὅτι περὶ [210] ἐκεῖνα μᾶλλον ἡ ψυχὴ διάκειται, ὑπὲρ ὧν ἔκαμε; Διὰ τοῦτο καὶ πόνους ἀνέμιξε τῇ ἀρετῇ, οἰκειῶσαι αὐτῇ ταύτην βουλόμενος. Διὰ δὴ τοῦτο τὴν μὲν ἀρετὴν, κἂν μὴ κατορθώσωμεν, θαυμάζομεν· τῆς δὲ κακίας, καὶ ἡδίστης οὔσης, καταγινώσκομεν. Εἰ δὲ λέγεις· Διατί τοὺς φύσει καλοὺς μὴ θαυμάζομεν μᾶλλον τῶν προαιρέσει τοῦτο ὄντων; Ὅτι δίκαιον τὸν πονοῦντα τοῦ μὴ πονοῦντος προτιθέναι. Καὶ τίνος, φησὶν, ἕνεκεν νῦν πονοῦμεν; Ἐπειδὴ τὸ μὴ πονεῖν οὐκ ἤνεγκας μετρίως· μᾶλλον δὲ εἴ τις μετὰ ἀκριβείας ἐξετάσειε, καὶ ἄλλως ἡ ἀργία διαφθείρειν ἡμᾶς εἴωθε, καὶ πολὺν παρέχειν τὸν πόνον. Καὶ εἰ βούλει, συγκλείσωμεν ἄνδρα, τρέφοντες αὐτὸν μόνον, καὶ γαστρίζοντες, μήτε βαδίζειν αὐτὸν ἐῶντες, μηδὲ εἰς ἔργον ἐξάγοντες· ἀλλ' ἀπολαυέτω τραπέζης καὶ κλίνης, καὶ τρυφάτω διηνεκῶς· καὶ τί ταύτης τῆς ζωῆς ἀθλιώτερον γένοιτ' ἄν; Ἀλλ' ἕτερον τὸ ἐργάζεσθαι, φησὶ, καὶ ἕτερον τὸ πονεῖν. Ἀλλ' ἦν τότε ἐργάζεσθαι χωρὶς πόνων. Καὶ ἔνι, φησὶ [f], τοῦτο; Ναὶ, ἔνι· τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἠθέλησεν, ἀλλὰ σὺ οὐκ ἠνέσχου. Διὰ τοῦτο ἔθηκε γοῦν σε ἐργάζεσθαι τὸν παράδεισον, ἐργασίαν μὲν ὁρίσας, πόνον δὲ οὐκ ἀναμίξας. Οὐ γὰρ ἄν, εἴπερ ἐπόνει παρὰ τὴν ἀρχὴν ὁ ἄνθρωπος, τοῦτο ἐν ἐπιτιμίου μέρει μετὰ ταῦτα ἔθηκεν. Ἔστι γὰρ καὶ ἐργάζεσθαι, καὶ μὴ ταλαιπωρεῖσθαι, ὥσπερ οἱ ἄγγελοι. Ὅτι γὰρ ἐργάζονται, ἄκουσον τί φησι· *Δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ*. Νῦν μὲν γὰρ ἡ τῆς ἰσχύος ἔνδεια πολὺν τὸν πόνον ποιεῖ· τότε δὲ οὐκέτι τοῦτο ἦν. Ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, *Κατέπαυσε*, φησὶ, *ὡς ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ*, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός· οὐκ ἀργίαν λέγων ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸ μὴ πονεῖν. Ὁ γὰρ Θεὸς ἕτι καὶ νῦν ἐργάζεται, καθὼς ὁ Χριστός φησιν· *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*. Διὰ τοῦτο παραινῶ, πάντα ἀποθεμένους τὰ τῆς ὀλιγωρίας, ζηλοῦν τὴν ἀρετήν. Τῆς μὲν γὰρ κακίας ἡ ἡδονὴ βραχεῖα, ἡ δὲ λύπη διηνεκής· τῆς δὲ ἀρετῆς τοὐναντίον ἀγήρως ἡ χαρὰ, καὶ πρόσκαιρος ὁ πόνος. Κἀκείνη μὲν καὶ πρὸ τῶν στεφάνων τὸν ἐργάτην ἀνίησι τὸν ἑαυτῆς, ταῖς ἐλπίσι τρέφουσα· αὕτη δὲ καὶ πρὸ τῆς κολάσεως τιμωρεῖται τὸν ἑαυτῆς ἐργάτην, τὸ συνειδὸς ἄγχουσα καὶ ἐκδειματοῦσα, καὶ πάντα ὑποπτεύειν παρασκευάζουσα. Καίτοι πόσων ταῦτα πόνων, πόσων ἱδρώτων χείρονα! Εἰ δὲ μὴ ταῦτα ἦν, ἡδονὴ δὲ ἦν· τί τῆς ἡδονῆς ἐκείνης εὐτελέστερον; Ὁμοῦ τε γὰρ φαίνεται, καὶ ἀφίπταται μαραινομένη, καὶ φεύγουσα πρὸ τοῦ κατασχεθῆναι, κἂν τὴν τῶν σωμάτων εἴπῃς, κἂν τὴν τῆς τρυφῆς, κἂν τὴν τῶν

[a] Morel. τῷ φιλανθρώπῳ. [b] Αἴτιον ἀγαθῶν ἄξιον ἦν ἡγεῖσθαι. codd. 705, 706, m. αἴτιον ἀγαθῶν ἦν. Savil. μυρίων. [c] Sic Savil. et mss. plurimi. Morel. πόνος. Ἀλλ' ἄκουε καὶ τὴν λύσιν. Ταύτην γὰρ νῦν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἐροῦμεν. Τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ αἴτιον; [d] Ita Savil. Morel. τῇ ἀνέσει. Οὐκοῦν ὃ ἐλείπετο ἐποίησα, πόνους ὑμᾶς περιέβαλον καὶ ἱδρῶσιν.

[e] Morel. εἰσάγειν λέγει. Καὶ τί. [f] Aliqui τὸ πονεῖν. Οὐκοῦν ἐχρῆν ἐργάζεσθαι χωρὶς πόνων; Ναὶ, φησί.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nis ab ægritudine liberari, mansit, nec discessit. Etiamsi enim non præterita, annon futura poterant illum a loco abducere, nisi patientissimus fuisset [1]? Cogita enim cum quanta cura cæteri ægri vigilarent. Neque enim tempus quo agitanda erat aqua, notum erat; sed claudi, et mutili observare poterant; cæci vero quomodo vidissent, nisi fortasse ex motu didicissent.

2. Erubescamus ergo, erubescamus, dilecti, et lugeamus de nostra tanta segnitie. Ille triginta octo annis perseveravit, nec quod volebat acceperat, neque tamen discessit: neque ex negligentia sua non consequutus est; sed aliis impedientibus vimque passus; neque tamen propterea animum despondit: nos vero si decem diebus perseveremus pro re aliqua precantes, nec impetremus, deinde torpemus in eodem adhibendo studio. Et qui hominibus tam diuturno tempore hæremus, militantes, in ærumnis versantes, servilia ministeria exercentes, et in fine sæpe ab illa spe concidimus; apud Dominum nostrum [2], ubi longe major merces sequitur, quam sint ipsi labores: nam *Spes*, inquit, *non confundit* (*Rom.* 5. 5); cum eo, quo par esset studio perseverare non sustinemus. Et quanto non supplicio hæc digna fuerint? Nam etiamsi nihil accepturi essemus, vel hoc ipsum quod frequenter alloqueremur eum, annon bonis innumeris æquiparandum esset? Sed precatio laboriosa et assidua esse debet? Ecquid in virtute non laboriosum est? Vel hoc ipsum, inquies, valde anxium reddit, quod nequitiam voluptas, virtutem labor comitetur; multosque arbitror idipsum quærere. Quænam igitur hujus rei causa est [3]? Initio dedit nobis Deus vitam sollicitudine laboribusque vacuam: dono abusi sumus; atque ex inertia tanto eversi bono, paradisum amisimus. Ideo laboriosam hominibus vitam reddidit, et apud humanum genus hoc fere modo sese purgat: Delicias a principio dedi vobis; sed ex lenitate mea deteriores evasistis: ideo laboribus vos sudoribusque addixi [4]. Cum autem ne ille quidem labor vos cohiberet, legem rursus dedit præcepta multa complectentem; ceu cuidam indomito equo frenum et compedes, ut ejus impetum coerceat; sic faciunt equorum domitores. Ideo vita laboriosa instituta est, quia otium nos corrumpere solet. Natura quippe nostra desidiam non fert, sed facile ad vitia deflectit. Ponamus enim temperanti, ut nec alias virtutes exercenti, nullum esse laborem; sed dormientibus omnia optime cedere: quo pacto hac utemur indulgentia? nonne ad arrogantiam et superbiam?

Quare nequitiam voluptas, virtutem labor comitetur; labor est attributum virtutis constitutivum. Desidiæ malum. Nequitiæ voluptas brevis; virtutis immortale gaudium. — Sed cur, inquies, tanta voluptas nequitiam, tantus labor et sudor virtutem comitatur? Ecqua tibi gratia habenda esset, et cujus rei mercedem acciperes, nisi laboriosa virtus esset? Multos enim indicare possim, qui natura sua mulierum horrent consuetudinem, ipsarumque colloquia ceu rem exsecrandam devitant: hosne, quæso, castos appellabimus, aut coronabimus celebrabimusque? Minime. Castitas enim est temperantia et pugna ad voluptates superandas. In bellis porro, ubi vehementiora sunt certamina, ibi tropæa splendidiora: secus vero, quando nemo resistit. Sunt multi natura socordes: hosne mansuetos dicemus? Minime. Idcirco Christus tribus propositis eunuchorum generibus, duos incoronatos relinquit, unum in regnum inducit (*Matth.* 19. 12). Sed, inquies, quid opus est malitia? Hoc et ego dico. Ecquis ergo nequitiæ opifex? Quid aliud quam ignavia quæ ex voluntate proficiscitur? At, inquies, bonos tantum esse oporteret. Ecquid bono proprium, an continentem esse et vigilare, an dormire et stertere? Et cur, inquies, non ita statutum est, ut sine labore recte operaremur? Digna verba pecoribus atque iis qui ventrem deum arbitrantur. Ut discas enim hæc verba inertium esse, responde mihi. Ponamus esse regem et ducem, rege vero dormiente et ebrietati operam dante, ducem magno labore tropæa erexisse: cui victoriam imputares? uter pro re gesta voluptatis fructum decerpat? Viden' animum circa illa magis affectum esse, quæ cum labore peperit? Ideo ille virtuti labores admiscuit, ut animam virtuti assuefaceret. Idcirco virtutem miramur, licet illam non sectemur; nequitiam vero, etsi suavissimam, damnamus. Quod si dixeris: Cur non potius eos miramur qui natura boni sunt, quam eos qui voluntate? quia justum est laborantem non laboranti anteferre. Et quare, inquis, nunc laboramus? Quia non laborantes, moderate non egimus. Imo vero si quis rem accuratius exploret, alio modo nos desidia perdere solet, multumque laboris inferre. Et si placet, includamus hominem, solum alamus, ventrisque voluptate obruamus, nec ambulare, nec aliquod opus exercere sinamus; sed mensa fruatur, lecto, perpetuisque deliciis: quid hac vita miserabilius fuerit? At aliud est operari, inquies, aliud laborare: poteratque initio homo operari sine labore. Annon poterat? Imo poterat; et ita Deus volebat, sed tu non passus es. Statuit enim te ut paradisum coleres, opus tibi injunxit, sed laborem non admiscuit. Neque enim si initio laborasset homo, hoc illi in pœnam postea statuisset. Potest enim quis simul et operari et non laborare, quemadmodum angeli. Quod enim operentur audi: *Potentes virtute, facientes verbum illius* (*Psal.* 102. 20). Nunc certe minores vires gravem efficiunt laborem; tunc vero secus res se habebat. Nam qui ingressus est in requiem suam, *Requievit*, inquit, *ab operibus suis* (*Hebr.* 4. 4), sicut et a suis Deus. Non desidiam hic significat, sed laborem non fuisse. Nam Deus etiam nunc operatur, ut Christus dicit: *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* (*Joan.* 5. 17).

[1] Post hæc verba, *nisi patientissimus fuisset*, in sua interpretatione adjicit Fr. Aretinus: *Quoniam incredibile erat reliquos ægrotos priorem illum ingredi dimissuros.* sed in nullis Græcis exemplaribus hæc exprimuntur.

[2] Morel. habet, *misericordem*, pro, *nostrum*.

[3] Morel. hunc locum sic effert.... *virtutem labor comitetur. Verum solutionem accipe: illam enim, vestræ caritatis gratia, nunc dabimus. Quænam igitur causa est?*

[4] Morel. habet..... *evasistis. Itaque quod restabat feci: circumdedi vos laboribus et sudoribus.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quapropter rogo, depulsa omni desidia, virtutem sectemur. Nequitiæ enim voluptas brevis est, dolor vero perpetuus : virtutis contra immortale gaudium, temporaneus labor. Hæc ante coronas sectatorem suum erigit, speque alit ; illa contra ante supplicium cruciat, conscientiam torquet ex gestorum memoria, omniaque suspecta reddit. Atqui hæc quot laboribus, quot sudoribus deteriora sunt? Quod si his depulsis voluptas tantum adesset, quid illa vilius? Statim atque apparet, avolat, marcescit, fugit antequam comprehendatur : etsi corporis, etsi mensæ, etsi divitiarum voluptatem dixeris, non cessat illa quotidie senescere. Cum autem his etiam addatur supplicium et cruciatus, quid illis miserabilius qui ipsam sectantur? Hæc cum sciamus, omnia pro virtute sustineamus; sic enim vera voluptate fruemur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXVII.

6. *Dicit ei Jesus : Vis sanus fieri?* 7. *Respondit ei languidus : Etiam, Domine; sed hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam.*

1. *Scriptura sacra omnium medicinarum thesaurus. Paralytici ad piscinam jacentis patientia, modestia, sanatio mirabilis. Alius paralyticus hic, alius ille de quo agitur apud Matthæum. Christus quantum accurate miraculorum suorum fidem adstrueret.* — Magnum Scripturarum sacrarum lucrum, utilitas immensa, ut declarat Paulus his verbis : *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ad quos fines sæculorum devenerunt : ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus* (*Rom.* 15. 4). Omnium enim medicinarum thesaurus divinæ Scripturæ sunt; ita ut si arrogantiam exstinguere opus sit, si concupiscentiam sedare, si pecuniarum amorem calcare, si dolorem despicere, si animum strenuum statuere, si patientiam firmare : hinc ansam magnam quis nanciscatur. Quis enim vel ex iis qui cum paupertate diu concertarunt, vel gravi morbo detenti sunt, hac lecta clausula non magna afficiatur consolatione? Hic quippe triginta octo annis paralyticus, singulisque annis alios videns valetudinem adeptos, se autem morbo detentum, non concidit, neque animum despondit : etsi præteritorum mœror, et futurorum exspectatio omni adempta spe, possent illum torquere. Audi ergo quid dicat, et rem tragicam edisce. Cum enim dixisset Christus : *Vis sanus fieri?* respondit : *Etiam, Domine; sed hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam.* Quid his verbis miserius? quid ipsis rebus calamitosius? Viden' animum longo tempore confectum? viden' compressam et sedatam iracundiam? Neque enim blasphemum quidpiam loquutus est, qualia in ærumnis a multis dici audimus; non maledixit dici suæ ; non indigne tulit interrogationem, neque dixit : Ut nos traduceres et irrideres venisti, dum interrogas, num velim sanus fieri ; sed mansuete et modeste admodum respondit, *Etiam, Domine.* Etiamsi non nosset quis ille esset qui ipsum interrogabat, ignoraretque se ab illo sanandum fore; attamen leniter omnia narrat, nec quidpiam postulat, ut ii qui medicum alloquuntur, sed morbi sui tantum rationem explicat. Exspectabat fortasse id subsidii allaturum ipsi Christum esse, ut in aquam conjiceret, et hisce verbis volebat ipsum ad eam rem allicere. Quid ergo Christus? [1 Ostendens se verbo omnia posse,] 8. *Surge,* inquit, *tolle grabbatum tuum, et ambula.* Quidam putant hunc eumdem ipsum esse qui apud Matthæum jacet. At non est, ut pluribus argumentis demonstratur. Primo quod hic neminem haberet se curantem, ille vero multos qui se curarent atque gestarent : ideoque hic dicebat, *Hominem non habeo.* Deinde ex responsione liquet. Ille namque nihil loquitur, hic omnia ad se spectantia recenset. Tertio ex tempore. Hic enim in festo et sabbato sanatus est, ille in die alia. Locus quoque diversus est. Nam ille domi, hic ad piscinam curatur. Modus quoque curationis diversus est. Illic enim dicit, *Fili, remittuntur tibi peccata* (*Matth.* 9. 2) ; hic vero corpus primo sanat, posteaque animam curat. Illic remissio ; nam ait, *Remittuntur tibi peccata ;* hic monitum et comminatio, ut sibi in posterum caveat. *Noli amplius peccare*, inquit, *ne tibi aliquid deterius contingat.* Judæorum quoque accusationes diversæ sunt. Hic rem in sabbato factam arguunt, illic eum blasphemiæ accusant. Tu vero mihi consideres ingentem Dei sapientiam. Non enim statim ipsum suscitavit ; sed primum sciscitando sibi familiarem reddit, ut fidei viam paret : neque modo suscitat et sanat; sed etiam jubet lectulum tollere, ut miraculo fidem adderet, nec posset quispiam hæc speciem et fallaciam tantum esse suspicari. Nisi enim membra firma robustaque essent facta, non poterat lectum tollere. Hoc vero Christus sæpe facit, ut magis impudentium calumniatorum ora obstruat. Nam in panum miraculis, ne quis diceret, turbam tantam satiatam fuisse, remque illam esse phantasiam, curavit ille ut multæ fragmentorum reliquiæ superessent : leproso autem mundato dicit : *Vade, ostende te sacerdoti* (*Matth.* 8. 4) ; ut simul curationis firmam fidem faceret, et eorum qui dicebant, ipsum Dei præceptis adversari, impudentiam comprimeret. Idipsum fecit quando vinum in aquam convertit. Non modo enim vinum ostendit, sed architriclino mitti curavit, ut is qui nihil gestorum se nosse confiteretur, minime suspectum redderet testimonium. Ideo dixit evangelista : Nesciebat architriclinus unde esset, sicque omnino certum testimonium declaravit. Et postquam mortuum suscitaverat, alibi dicit : Date illi manducare (*Luc.* 8. 55), ut indubitatum resurrectionis argumentum exhiberet. Quibus

[1] In savil. desunt quæ uncinis clauduntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

χρημάτων· οὐ παύονται γὰρ καθ' ἡμέραν γηρῶσαι. Ὅταν δὲ καὶ κόλασις ᾖ καὶ τιμωρία, τί γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερον τῶν ταύτην μετιόντων; Ταῦτα οὖν εἰδότες, ἅπαντα ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ὑπομένωμεν. Οὕτω γὰρ καὶ τῆς ἀληθοῦς ἡδονῆς ἀπολαύσομεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[211] ΟΜΙΛΙΑ ΛΖ'.

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· « Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; » Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν· « Ναί, Κύριε· ἄνθρωπον δὲ οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν. »

[212] α'. Μέγα τῶν θείων Γραφῶν τὸ κέρδος, καὶ διαρκὴς ἡ ἐξ αὐτῶν ὠφέλεια. Καὶ τοῦτο δεικνὺς ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς νουθεσίαν* [a] *ἡμῶν προεγράφη, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν· ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν Γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.* Παντοδαπῶν γάρ ἐστι φαρμάκων θησαυρὸς τὰ θεῖα λόγια· ὥστε κἂν ἀπόνοιαν σβέσαι δέῃ, κἂν ἐπιθυμίαν κοιμίσαι, κἂν τὸν τῶν χρημάτων καταπατῆσαι ἔρωτα, κἂν ὀδύνην ὑπεριδεῖν, κἂν εὐθυμίαν ἐνθεῖναι, καὶ ὑπομονὴν κατασκευάσαι, πολλὴν ἐντεῦθεν ἄν τις εὕροι τὴν ἀφορμήν. Τίς γὰρ ἢ τῶν πενίᾳ μακρᾷ παλαιόντων, ἢ τῶν νόσῳ χαλεπῇ κεκρατημένων [b], ἀναγνοὺς τὸ προκείμενον χωρίον, οὐ πολλὴν δέξεται τὴν παράκλησιν; Τριάκοντα γὰρ καὶ ὀκτὼ ἔτη παράλυτος μένων οὗτος [c], καὶ καθ' ἕκαστον ἔτος ἑτέρους μὲν ἀπαλλαττομένους ὁρῶν, ἑαυτὸν δὲ κατεχόμενον τῷ νοσήματι, οὐδὲ οὕτως ἀνέπεσε καὶ ἀπέγνω· καίτοι γε οὐ μόνον ἡ τῶν παρελθόντων ἀθυμία, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν μελλόντων ἀνελπιστία ἱκανὴ ἦν αὐτὸν κατατεῖναι [d]. Ἄκουσον γοῦν οἷά φησι, καὶ μάθε τῆς τραγῳδίας τὸ μέγεθος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Χριστὸς, *Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; Ναί, Κύριε*, ἀπεκρίθη· *ἀλλ' ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα, ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ, βάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν.* Τί τούτων τῶν ῥημάτων ἐλεεινότερον γένοιτ' ἂν; τί τῶν πραγμάτων περιπαθέστερον; Εἶδες καρδίαν [e] συντετριμμένην ὑπὸ τῆς μακρᾶς ἀῤῥωστίας; εἶδες πᾶσαν φλεγμονὴν κατεσταλμένην; Οὐδὲ γὰρ ἐφθέγξατό τι βλάσφημον, οἷα τοὺς πολλοὺς ἀκούομεν ἐν ταῖς περιστάσεσιν· οὐ κατηράσατο αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, οὐκ ἐδυσχέρανε πρὸς τὴν ἐρώτησιν, οὐδὲ εἶπε· Διασῶσαι ἡμᾶς παραγέγονας καὶ κωμῳδῆσαι, ὅτι ἐρωτᾷς, εἰ θέλω ὑγιὴς γενέσθαι· ἀλλὰ πράως καὶ μετ' ἐπιεικείας πολλῆς, *Ναί, Κύριε.* Καίτοι γε οὐδὲ ᾔδει τίς ποτε ἦν ὁ ἐρωτῶν, οὐδὲ ὅτι θεραπεύσειν αὐτὸν ἔμελλεν· ἀλλ' ὅμως μετὰ ἐπιεικείας ἅπαντα διηγεῖται, καὶ πλέον οὐδὲν ἀπαιτεῖ, ὡς πρὸς ἰατρὸν φθεγγόμενος, καὶ τὸ πάθος ἀπαγγέλλει μόνον βουλόμενος. Προσεδόκησε γὰρ ἴσως εἰς τοῦτο χρησιμεύσειν αὐτῷ τὸν Χριστὸν, εἰς τὸ ἐμβαλεῖν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ διὰ τούτων αὐτὸν ἐπισπάσασθαι τῶν ῥημάτων βούλεται. Τί οὖν ὁ Χριστός; Δεικνὺς ὅτι λόγῳ πάντα δύναται ποιεῖν, *Ἔγειραι*, φησὶν, *ἆρον* [f] *τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει.* Τινὲς μὲν οὖν οἴονται τοῦτον εἶναι τὸν ἐν τῷ Ματθαίῳ κείμενον. Ἀλλ' οὐκ ἔστι· καὶ τοῦτο πολλαχόθεν δῆλόν ἐστι. Καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ἐρημίας τῶν προῃσταμένων. Ἐκεῖνος μέν γε οἱ πολλοὺς εἶχε τοὺς ἐπιμελουμένους καὶ φέροντας, οὗτος δὲ οὐδένα· διὸ καὶ ἔλεγεν, *Ἄνθρωπον οὐκ ἔχω.* Ἔπειτα καὶ ἐκ τῆς ἀποκρίσεως. Ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν φθέγγεται· οὗτος δὲ πάντα διηγεῖται τὰ καθ' ἑαυτόν. Καὶ τρίτον ἀπὸ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ χρόνου. Οὗτος μὲν γὰρ ἐν ἑορτῇ καὶ ἐν Σαββάτῳ, ἐκεῖνος δὲ ἐν ἑτέρᾳ ἡμέρᾳ. Καὶ ὁ τόπος δὲ ἑκατέρων διάφορος. Ὁ μὲν γὰρ ἐν οἰκίᾳ θεραπεύεται, ὁ δὲ παρὰ τὴν κολυμβήθραν. Καὶ ὁ τρόπος δὲ τῆς θεραπείας ἐνηλλαγμένος. Ἐκεῖ μὲν γάρ φησι, *Τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι*· ἐνταῦθα δὲ τὸ σῶμα συσφίγγει [g] πρότερον, καὶ τότε τῆς ψυχῆς ἐπιμελεῖται. Κἀκεῖ μὲν ἄφεσις· *Ἀφέωνται γάρ σου αἱ ἁμαρτίαι*, φησίν· ἐνταῦθα δὲ παραίνεσις καὶ ἀπειλὴ πρὸς τὸ μέλλον αὐτὸν ἀσφαλιζομένη. *Μηκέτι γὰρ*, φησὶν, *ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηταί.* Καὶ τὰ ἐγκλήματα δὲ τῶν Ἰουδαίων διάφορα. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ τοῦ Σαββάτου τὴν ἐργασίαν προφέρουσιν, ἐκεῖ δὲ βλασφημίαν ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ. Σὺ δέ μοι σκόπει τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τὴν ὑπερβολήν. Οὐ γὰρ εὐθέως αὐτὸν ἀνέστησεν, ἀλλὰ πρῶτον αὐτὸν οἰκειοῦται διὰ τῆς ἐρωτήσεως, τῇ μελλούσῃ προοδοποιῶν πίστει· καὶ οὐκ ἀνίστησι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ κλινίδιον ἆραι κελεύει, ὥστε καὶ τὸ γινόμενον πιστώσασθαι θαῦμα, καὶ μηδένα νομίσαι φαντασίαν εἶναι τὸ γεγενημένον ἢ ὑπόκρισιν. Οὐδὲ γὰρ ἄν, εἰ μὴ βεβαίως καὶ σφόδρα συνεπάγη τὰ μέλη, τὴν κλίνην φέρειν ἠδύνατο. Ποιεῖ δὲ ταῦτα πολλάκις ὁ Χριστὸς, ἐκ περιουσίας τοὺς ἀναισχυντεῖν βουλομένους ἐπιστομίζων. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄρτων, ἵνα μηδεὶς εἴπῃ, ὅτι ἁπλῶς ἐκορέσθησαν, καὶ φαντασία ἦν τὸ γεγενημένον, παρασκευάζει λείψανα γενέσθαι τῶν ἄρτων πολλά· καὶ τῷ καθαρθέντι δὲ λεπρῷ λέγει· *Ὕπαγε, δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ*· ὁμοῦ τε τοῦ καθαρμοῦ παρεχόμενος τὴν ἀπόδειξιν ἀκριβεστάτην, καὶ τῶν ἀντινομοθετεῖν αὐτὸν λεγόντων τῷ Θεῷ τὰ ἀναίσχυντα ἐμφράττων στόματα. Καὶ ἐπὶ τοῦ οἴνου δὲ τοῦτο ὁμοίως ἐποίησεν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔδειξε τὸν οἶνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀρχιτρικλίνῳ ἐνεχθῆναι παρεσκεύασεν, ὥστε τὸν οὐδὲν τῶν γεγενημένων εἰδότα ὁμολογοῦντα, ἀνύποπτον αὐτῷ παρασχεῖν τὴν μαρτυρίαν. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν, ὅτι οὐκ ᾔδει ὁ ἀρχιτρίκλινος, πόθεν ἦν, τὸ ἀδέκαστον τῆς μαρτυρίας ἐμφαίνων. Καὶ νεκρὸν ἀναστήσας ἀλλαχοῦ λέγει· Δότε αὐτῷ φαγεῖν, τῆς ἀκριβοῦς ἀναστάσεως τοῦτο παρεχόμενος σημεῖον· καὶ διὰ τούτων πάντων πείθων τοὺς ἀνοήτους, ὅτι οὐκ ἀπατεών τις ἦν, οὐδὲ φαντασιοκόπος, ἀλλὰ διὰ σωτηρίαν παρεγένετο τῆς κοινῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων.

[a] Morel. πρὸς νουθεσίαν. [b] Savil. χαλεπῇ προσηλωμένων. [c] Savil. παραλελυμένος οὗτος· et paulo post ὁρῶν, αὐτὸν δὲ δεδεμένον. [d] Morel. κατασεῖσαι. [e] Morel εἶδες καρτερίαν. [f] Savil. ὁ Χριστός; Ἔγειρε ἆρον, intermediis omissis. [g] Morel. συστρίγγει. Savil ἔσφιγξε... ἐπεμελεῖτο.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

β'. Τί δήποτε δὲ αὐτὸν οὐκ ἀπαιτεῖ πίστιν, ὡς ἐπὶ τῶν τυφλῶν ἐποίησε, λέγων· *Πιστεύετε ὅτι* [a] *δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι*; Ὅτι οὐδέπω αὐτὸν ᾔδει σαφῶς ὅστις ἦν. Οὐ γὰρ πρὸ τῶν θαυμάτων, ἀλλὰ μετὰ τὰ θαύματα τοῦτο φαίνεται ποιῶν. Οἱ μὲν γὰρ ἐν ἑτέροις ἐωρακότες [213] αὐτοῦ τὴν δύναμιν, εἰκότως τοῦτο ἤκουον· οἱ δὲ οὐδέπω μεμαθηκότες αὐτὸν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν σημείων μέλλοντες εἴσεσθαι, μετὰ τὰ θαύματα ἀπαιτοῦνται τὴν πίστιν. Διὸ καὶ οὐ παρὰ τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ματθαῖος εἰσάγει τοῦτο τὸν Χριστὸν εἰρηκότα, ἀλλ' ὅτε πολλοὺς ἐθεράπευσε, πρὸς μόνους τοὺς δύο τυφλούς. Σὺ δὲ καὶ οὕτως ὅρα τοῦ παραλύτου τὴν πίστιν. Ἀκούσας γὰρ, ὅτι *Ἆρον τὸν κράββατόν* [b] *σου, καὶ περιπάτει*, οὐ κατεγέλασεν, οὐδὲ εἶπε, Τί ποτε τοῦτό ἐστιν; ἄγγελος κατέρχεται καὶ ταράσσει τὸ ὕδωρ, καὶ ἕνα θεραπεύει μόνον· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὤν, ἀπὸ ἐπιτάγματος ψιλοῦ καὶ ῥήματος ἤλπισας μεῖζον ἀγγέλων δυνήσεσθαι; τῦφος ταῦτα καὶ ἀλαζονεία καὶ γέλως. Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν εἶπεν, οὐδὲ ἐνενόησεν· ἀλλ' ἅμα τε ἤκουσε, καὶ ἠγέρθη· καὶ γενόμενος ὑγιὴς, οὐκ ἠπείθησε τῷ κελεύσαντι αὐτῷ· *Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει*. Θαυμαστὸν μὲν οὖν καὶ τοῦτο· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα πολλῷ πλέον· μᾶλλον δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν ἀρχὴν μηδενὸς ἐνοχλοῦντος πεισθῆναι, οὐχ οὕτω θαυμαστὸν τοῦτο· τὸ δὲ μετὰ [c] ταῦτα μαινομένων Ἰουδαίων, καὶ πανταχόθεν ἐπικειμένων καὶ ἐγκαλούντων καὶ πολιορκούντων αὐτὸν, καὶ λεγόντων, *Οὐκ ἔξεστί* [d] *σοι ἆραι τὸν κράββατόν σου*, μὴ μόνον ὑπερορᾶν αὐτῶν τῆς μανίας, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς τῆς παῤῥησίας ἐν μέσῳ τῷ θεάτρῳ τὸν εὐεργέτην ἀνακηρύττειν, καὶ τὴν ἀναίσχυντον ἐπιστομίζειν γλῶτταν, πολλῆς ἔγωγε ἀνδρείας εἶναι λέγω. Ἐπισυστάντων γὰρ Ἰουδαίων καὶ λεγόντων ἐπιτιμητικῶς καὶ μετὰ αὐθαδείας αὐτῷ· *Σάββατόν ἐστιν, οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράββατόν σου· ἄκουσον τί φησιν· Ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, Ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ περιπάτει*· μονονουχὶ τοῦτο λέγων· Ληρεῖτε καὶ παραπαίετε, κελεύοντες τὸν ἀπὸ μακρᾶς οὕτω καὶ χαλεπῆς με ἀπαλλάξαντα νόσου μὴ ἠγεῖσθαι διδάσκαλον, μηδὲ πάντα πείθεσθαι ἅπερ ἂν κελεύῃ. Καίτοι γε εἰ κακουργεῖν ἐβούλετο, ἐνῆν καὶ ἑτέρως εἰπεῖν· οἷον, ὅτι Οὐχ ἑκὼν τοῦτο ποιῶ, ἀλλ' ἑτέρου κελεύσαντος· εἰ δὲ ἔγκλημα τοῦτο, ἐγκαλεῖτε τῷ ἐπιτάξαντι, καὶ ἀποτίθεμαι τὴν κλίνην· καὶ τὴν θεραπείαν δὲ ἔκρυψεν ἄν. Καὶ γὰρ ᾔδει σαφῶς οὐχ οὕτω δακνομένους ἐπὶ τῇ τοῦ Σαββάτου λύσει, ὡς ἐπὶ τῇ τῆς ἀῤῥωστίας διορθώσει. Ἀλλ' οὔτε τοῦτο ἔκρυψεν, οὔτε ἐκεῖνο εἶπεν, οὐδὲ συγγνώμην ᾔτησεν, ἀλλὰ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ τὴν εὐεργεσίαν ὡμολόγει καὶ ἀνεκήρυττε. Καὶ ὁ μὲν παράλυτος οὕτως· ἐκεῖνοι δὲ σκόπει πῶς κακούργως. Οὐ γὰρ εἶπον, Τίς ἐστιν ὁ ποιήσας σε ὑγιῆ; ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐσίγησαν· ἄνω δὲ καὶ κάτω τὴν δοκοῦσαν εἶναι παράβασιν εἰς μέσον ἤγον· *Τίς ἐστιν ὁ εἰπών σοι, Ἆρον τὸν κράββατόν σου καὶ περιπάτει*; *Ὁ δὲ τεθεραπευμένος, οὐκ ᾔδει τίς ἐστιν. Ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξέκλινεν* [e], *ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ.*

Καὶ τί δήποτε ἔκρυψεν ἑαυτὸν ὁ Χριστός; Πρῶτον μὲν, ἵνα ἀπόντος αὐτοῦ ἡ μαρτυρία ἀνύποπτος γένηται· ὁ γὰρ αἰσθησιν λαβὼν τῆς [214] ὑγιείας, ἀξιόπιστος ἦν τῆς εὐεργεσίας μάρτυς. Ἔπειτα, ἵνα μὴ πλέον τούτων παρασκευάσῃ τὸν θυμὸν ἐκκαῆναι (οἶδε γὰρ καὶ ὄψις μόνη τοῦ φθονουμένου οὐ μικρὸν τοῖς βασκαίνουσιν ἐνιέναι σπινθῆρα), διὰ τοῦτο ἀναχωρήσας, ἀφίησιν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ ἔργον ἀγωνίζεσθαι παρ' αὐτοῖς, ὥστε μηκέτι αὐτὸν περὶ ἑαυτοῦ τι λέγειν, ἀλλὰ τοὺς τεθεραπευμένους, καὶ μετ' ἐκείνων αὐτοὺς τοὺς ἐγκαλοῦντας. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι τέως μαρτυροῦσι τῷ θαύματι. Οὐ γὰρ εἶπον, Διατί ταῦτα ἐκέλευσας γενέσθαι ἐν Σαββάτῳ; ἀλλὰ, Διατί ταῦτα ποιεῖς ἐν Σαββάτῳ; οὐχ ὑπὲρ τῆς παραβάσεως δυσχεραίνοντες, ἀλλὰ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ παραλύτου φθονοῦντες. Καίτοι γε, ὅσον εἰς ἀνθρώπινον ἔργον, τοῦτο μᾶλλον ἔργον ἦν, ὅπερ ἐποίησεν ὁ παράλυτος· ἐκεῖνο δὲ λόγος καὶ ῥῆμα. Ἐνταῦθα μὲν οὖν ἑτέρως κελεύει λύειν τὸ Σάββατον· ἀλλαχοῦ δὲ δι' ἑαυτοῦ τοῦτο ἐργάζεται, φυρῶν πηλὸν καὶ ἐπιχρίων ὀφθαλμούς. Ποιεῖ δὲ ταῦτα, οὐ παραβαίνων, ἀλλ' ὑπερβαίνων τὸν νόμον. Καὶ ὑπὲρ μὲν τούτων, ὕστερον. Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως πανταχοῦ περὶ τοῦ Σαββάτου παρ' αὐτῶν ἐγκαλούμενος ἀπολογεῖται· καὶ δεῖ τοῦτο παρατηρεῖν μετὰ ἀκριβείας.

γ'. Τέως δὲ ἴδωμεν ὅσον ἡ βασκανία κακὸν, καὶ πῶς τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς πηροῖ κατὰ τῆς τοῦ ἀλόντος σωτηρίας. Καθάπερ γὰρ οἱ μαινόμενοι καθ' ἑαυτῶν πολλάκις ὠθοῦσι τὰ ξίφη· οὕτω καὶ οἱ βασκαίνοντες, πρὸς ἓν μόνον ὁρῶντες, τὴν λύμην [f] τοῦ φθονουμένου, τῆς οἰκείας ἀλογοῦσι σωτηρίας. Οὗτοι καὶ θηρίων χείρους. Ἐκεῖνα γὰρ ἢ τροφῆς δεόμενα, ἢ πρότερον ὑφ' ἡμῶν παροξυνθέντα, ὁπλίζεται καθ' ἡμῶν· οὗτοι δὲ καὶ εὐεργετηθέντες πολλάκις, τὰ τῶν ἀδικούντων τοὺς εὐεργέτας διέθηκαν. Θηρίων μὲν οὖν οὗτοι χαλεπώτεροι, δαιμόνων δὲ ἴσοι, τάχα δὲ καὶ ἐκείνων χείρους. Ἐκεῖνοι γὰρ πρὸς μὲν ἡμᾶς ἀσπονδον ἔχουσιν ἔχθραν, τοῖς δὲ ὁμογενέσιν οὐκ ἐπιβουλεύουσιν· ὅθεν τούτῳ καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐπεστόμιζεν ὁ Χριστὸς, ἡνίκα αὐτὸν ἐν Βεελζεβοὺλ ἔλεγον ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια. Οὗτοι δὲ οὔτε τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως ᾐδέσθησαν, οὔτε ἑαυτῶν ἐφείσαντο. Πρὸ γὰρ τῶν φθονουμένων τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς κολάζουσι, θορύβου παντὸς καὶ ἀθυμίας πληροῦντες αὐτὰς εἰκῇ καὶ μάτην. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἀλγεῖ, ὦ ἄνθρωπε, τοῖς τοῦ πλησίον καλοῖς; Ἀλγεῖν ὄντως χρὴ ἡμᾶς ἐφ' οἷς πάσχομεν κακοῖς, οὐκ ἐφ' οἷς ἑτέρους εὐδοκιμοῦντας ὁρῶμεν. Διὰ τοῦτο ἁπάσης ἀπεστέρηται συγγνώμης τοῦτο τὸ ἁμάρτημα. Ὁ μὲν γὰρ πόρνος ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν εἰπεῖν, καὶ ὁ κλέπτης τὴν πενίαν, καὶ ὁ ἀνδροφόνος τὸν θυμόν· ψυχρὰς μὲν καὶ ἀλόγους, ὅμως δὲ ἔχουσί τινας προφάσεις εἰπεῖν. Σὺ δὲ ποίαν αἰτίαν ἐρεῖς, εἰπέ μοι; Οὐδεμίαν οὐδαμόθεν, ἀλλ' ἢ πονηρίαν ἐπιτεταμένην μόνην [g]. Εἰ γὰρ ἐχθροὺς ἀγαπᾷν κελευόμεθα, ὅταν καὶ τοὺς φιλοῦντας μισῶμεν ποίαν τίσομεν δίκην; Καὶ εἰ ὁ τοὺς φιλοῦντας ἀγαπῶν, οὐδὲν ἄμεινον τῶν ἐθνικῶν διακείσεται· ὁ τοῖς μηδὲν ἠδικηκόσιν ἐπηρεάζων, [215] ποίαν ἕξει συγγνώμην; τίνα δὲ παραμυθίαν; Ἄκουσον τοῦ Παύλου τί φησιν· *Ἐὰν τὸ σῶμά μου παραδῶ ἵνα καυθήσωμαι, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι*. Ὅτι δὲ ὅπου φθόνος καὶ βασκανία, τὰ τῆς ἀγάπης ἀνῄρηται, παντί που δῆλόν ἐστι. Τοῦτο τὸ πάθος καὶ πορνείας καὶ μοιχείας χεῖρόν ἐστι [h]. Τὸ μὲν γὰρ μέχρι τοῦ πράξαν-

[a] Sav. et quidam mss. ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐποίει λέγων, Πιστεύεις ὅτι. [b] Morel. ἀκούσας γὰρ ὅτι μετ' ἐξουσίας, καὶ ὥσπερ κελεύων εἶπεν αὐτῷ, Ἔγειραι, ἆρον τὸν κράβ. [c] Savil. τῷ κελεύσαντι αὐτῷ· εὐθέως γὰρ ἐγένετο ὑγιὴς, καὶ ἦρε τὸν κράββατον, καὶ περιπάτει. Καὶ τὸ μετὰ ταῦτα δὲ πολλῷ μεῖζον ἦν. Τὸ μὲν γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐνοχλοῦντος μηδενὸς πεισθῆναι, οὐχ οὕτω θαυμαστὸν τοῦτο· τὸ δὲ μετά. Hæc in verbis tantum variant, sensus utrobique idem. [d] Hic Savilium sequimur. Morellus multo plura effert, ἐγκαλούντων, ὡς διὰ τῆς ἐπαγωγῆς δείκνυσιν ὁ εὐαγγελιστὴς εἰπών, Ἦν δὲ σάββατον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Ἔλεγον οὖν Ἰουδαῖοι τῷ τεθεραπευμένῳ, Σάββατόν ἐστιν, οὐκ ἔξεστι. [e] Morel. ἐξένευσεν.

[f] Morel. λύπην. [g] Ita Savil. Morel. οὐδαμόθεν ἀλλόθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ πονηρίας ἐπιτεταμένης μόνης. [h] Morel. χεῖρον πολύ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnibus vel insipientioribus suadet, se non fallacem vel præstigiatorem esse, sed ad communem hominum salutem venisse.

2. *Christus non fidem requirebat ab iis qui miracula ejus non viderant. Paralytici fides et fortis animus. Judæorum improbitas. Cur Christus, sanato paralytico, statim recesserit.* — Sed cur ab eo fidem non requirit, ut a cæcis [1] quibus dixit : *Creditis quod hoc possim facere* (*Matth.* 9. 28)? Quia ille nondum sciebat quis ipse esset. Neque enim ante, sed post miracula hoc facere solet. Nam ii qui in cæteris potestatem ejus viderant, jure hoc audiebant; qui vero nondum didicerant quis esset, sed ex signis docendi erant, post illa edita ad fidem vocantur. Ideo Matthæus non initio signorum inducit Christum hoc dicentem; sed postquam multos curaverat, id solis duobus cæcis dicit. Tu vero hic paralytici fidem animadverte. Cum audiret, *Tolle* [2] *grabbatum tuum, et ambula*; non irrisit, nec dixit, Quid hoc est? angelus descendit et turbat aquam, unumque tantum sanat : tu vero, homo cum sis, uno præcepto plus quam angelum te posse speras? hoc superbia, hoc fastus est, risuque dignum. Verum nihil horum dixit vel cogitavit; sed ubi primum audivit, surrexit, et sanus factus, impigre paruit jubenti : *Surge, tolle grabbatum tuum, et ambula.* Illud certe mirandum est; sed quæ sequuntur longe mirabiliora; imo vero quod initio nemine obstrepente crediderit, non ita mirabile est, ut cum postea furentibus Judæis, undique instantibus, accusantibus, obsidentibus ac dicentibus, *Non licet tibi tollere grabbatum tuum*, non modo illorum insaniam despexit, sed cum magna fiducia in medio theatro beneficium prædicavit, illorumque impudentiam repressit; id certe fortis animi esse dico. Instantibus enim Judæis, ac cum convicio et arrogantia dicentibus : *Sabbatum est; non licet tibi tollere grabbatum tuum;* audi quid respondeat : 11. *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabbatum tuum, et ambula;* tantum non dicens, Deliri et insani estis, dum jubetis me illum qui me a tam gravi, tam diuturno morbo liberavit, non reputare magistrum, nec jussa ejus omnia exsequi. Atqui si maligne agere voluisset, poterat alio modo dicere : Non lubens hoc facio, sed alio jubente : si peccatum est, jubentem accusate, et lectum deponam; vel forte sanitatis beneficium occultasset. Nam probe sciebat ipsos non ita de violato sabbato morderi, ut de ægro curato. Sed neque hoc occultavit, nec illud dixit, nec veniam petiit; sed splendida voce beneficium confessus est et prædicavit. Ita paralyticus. Illi vero quam improbe se gesserint, consideres velim. Non enim dixerunt, Quis te sanum fecit? sed hoc omisso, cum strepitu magno transgressionem illam in medium adducebant. 12. *Quis est ille qui dixit tibi, Tolle grabbatum tuum, et ambula?* 13. *Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus autem declinavit a turba constituta in loco.* Et cur abscondit se Christus? Primo ut ipso absente testimonium suspicione vacuum esset; qui enim sensum restitutæ sanitatis habebat, beneficii testis erat fide dignus. Ad hæc, ne majorem in ipsorum animis flammam accenderet; noverat enim vel solam ejus cui invidetur præsentiam, non parvam invidis scintillam excitare. Ideo secedens, reliquit ipsis rem apud se tractandam; ita ut nihil ipse de se diceret, sed ii tantum qui curati fuerant cum accusantibus loquerentur. Nam et hi quoque miraculo præbent testimonium. Non enim dicunt, Cur hæc jussisti fieri in sabbato? sed, Cur hæc facis in sabbato? non transgressionem indigne ferentes, sed paralytici valetudini invidentes. Atqui si humanum opus spectes, illud potius, quod paralyticus fecit, erat vere opus; Christus enim verbum tantum emiserat. Hic aliter jubet solvi sabbatum; alibi vero per seipsum solvit illud, cum lutum miscet, et oculos illinit. Illud autem facit, non transgrediens, sed supergrediens legem. De his vero postea. Neque enim ubique simili modo de soluto sabbato accusatus sese purgat : id quod accurate observandum est.

3. *Invidia quantum malum. Caritas commendatur.* — Interim autem videamus quantum malum sit invidia : quo pacto mentis oculos ad perniciem invidi excæcet. Quemadmodum enim furiosi gladium in seipsos sæpe convertunt, ita quoque invidi, unam solum spectantes illius cui invident, perniciem, contra suam salutem bruto impetu feruntur. Illi vel feris sunt deteriores. Nam illæ, vel quod cibo egeant, vel a nobis irritatæ, contra nos armantur; hi autem etiam post accepta beneficia, beneficos sæpe pro inimicis habent. Feris sane hi deteriores sunt, dæmonibus pares; imo forte pejores illis. Illi namque adversum nos implacabiles exercent inimicitias, sed sui similibus dæmonibus non insidiantur; ideoque hinc Christus Judæos confutavit, cum dicerent ipsum in Beelzebub ejicere dæmonia. Illi vero ne naturæ quidem suæ consortium reverentur, neque sibi ipsis parcunt. Nam ante animam suam, quam eos quibus invident, lædunt, dum illam frustra tumultu ac mœrore replent. Cur, mi homo, de proximi bonis cruciaris? Dolere oporteret de malis nostris, non de proximi felicitate. Quapropter hoc peccatum venia prorsus privatur. Nam scortator potest concupiscentiam obtendere, fur paupertatem, homicida iram; excusationes quidem frigidas et insanas, sed quæ tamen proferri queunt. Tu vero, quæso, quam causam obtendes? Nullam omnino, nisi ingentem nequitiam. Nam si inimicos diligere jubemur, si amicos odio habeamus, quo non supplicio puniemur? Et si is qui amicos suos diligit, non melius quam gentes affectus est; qui se nihil lædentibus nocet, quam est habiturus veniam, quam consolationem? Audi Paulum dicentem : *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest* (1. *Cor.* 13. 3). Quod autem ubi livor et invidia est, caritas prorsus sublata sit, nemini non notum est. Hoc vitium est fornicatione et adulterio pejus. Nam illud in operante consistit, invidiæ autem

[1] Savil. et quidam Mss., *et ab aliis*. Lectio Morelli, quam retinemus, aliquot Manuscri, eorum auctoritate firmatur.

[2] Morel. sic effert hunc locum : *Cum audiret Christum sibi cum potestate et in modum imperantis dicentem, Tolle*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tyrannis Ecclesias integras subvertit, et totum orbem labefactavit. Hæc cædis mater est : hac motus Cain fratrem occidit : illa concitante Jacobum Esaü, Josephum fratres, humanum genus diabolus aggressus est. At tu non interficis, sed cæde longe graviora perpetras, dum precaris ut frater ignominia afficiatur, dum laqueos ipsi tendis undique, dum pro virtute susceptos labores resolvis, cum ægre fers quod orbis Domino placeat. Non illum ergo, sed eum quem ipse colit impugnas : illum contumelia afficis, dum honorem tuum illius honori anteponis : quodque gravissimum est, levem putas esse culpam, licet omnium deterrima sit. Nam si des eleemosynam, si vigiles, si jejunes, omnium sceleratissimus es, dum fratri invides. Id vel inde constat. Scortatus est quispiam apud Corinthios; sed accusatus cito resipuit. Abeli Cain invidit ; et numquam emendatus est; sed licet Deus ipsi frequenter hoc ulcus memoraret, ille magis intumescebat, et ad cædem properabat : ita hoc vitium illo fortius est, neque facile curatur, nisi attendamus. Radicitus ergo ipsum evellamus, illud cogitantes, nos ut Deum offendimus, dum aliorum bonis invidemus, ita placemus ipsi, cum congratulamur, et ita consortes efficimur bonorum quæ recte operanti parata sunt. Ideo Paulus hortatur, *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus* (*Rom.* 12. 15); ut magnum utrinque lucrum reportemus. Cogitantes igitur, etsi non laboremus, si erga laborantem recte afficiamur, illius nos coronarum participes effici, livorem omnem ejiciamus, et caritatem in animis nostris inseramus; ut dum fratribus præclare agentibus plaudimus, et præsentia et futura consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXVIII.

14. *Postea invenit eum Jesus in templo, et dixit ei : Ecce sanus factus es; jam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.*

1. *Deus corpus castigat ob animæ peccata. Gehennæ supplicia æterna sunt et justa. Qui jam pro peccatis plexi in eadem recidunt, majores dabunt pœnas. Morbi plurimi ex peccato oriuntur.* — Res gravis peccatum est, res certe gravis et animæ pernicies; ita ut ex redundantia sæpe etiam corpora lædat. Quia enim ut plurimum ægrotante anima, nullo afficimur dolore ; si vero corpus tantillum laboret, omnem adhibemus operam ut ipsum ab infirmitate liberemus, eo quod illam sentiamus ; ideo Deus corpus castigat ob animæ peccata, ut inferioris partis castigatione, superiori valetudinem pariat. Sic et apud Corinthios fornicatorem Paulus emendavit, per carnis interitum animæ morbum cohibens. Nam invecta in corpus sectione, sic malum compressit : haud secus quam medicus optimus, qui cum hydropisin aut splenem interioribus pharmacis non cedere videt, exterius urit. Sic erga paralyticum egit Christus. Ac vide quomodo id declaret : *Ecce sanus factus es ; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid igitur inde discimus. Primum, ex peccato ipsi natum morbum ; secundo, vere credendam esse gehennam; tertio, diuturnum atque perpetuum esse supplicium. Ubinam ergo sunt illi qui dicunt, Horæ unius spatio occidi, brevi tempore adulterium commisi, et immortales dabo pœnas? Ecce hic non tot peccavit quot plexus est annis, et in diuturnitate pœnæ totam fere hominis vitam absumpsit. Non enim ex tempore peccata metitur Deus, sed ex ipsa scelerum natura. Ad hæc illud quoque considerandum, etsi graves priorum scelerum pœnas demus, si in eadem postea incidamus, longe graviora nos deinceps passuros; ac jure merito. Is enim qui ne supplicio quidem melior efficitur, quasi stupidus demum et contemptor in majorem ducetur cruciatum. Semel enim lapsum debebat supplicium cohibere et ad meliorem frugem reducere : quia vero post illatum supplicium non temperantior efficitur, sed eadem ipsa audet aggredi, jure dabit pœnas ad quas inferendas ipse provocavit. Si vero peccata hic repetita gravius puniuntur, quando hic nullas peccatorum pœnas damus, annon magnopere timendum tremendumque nobis est, utpote intolerabilia passuris? Et cur, inquies, non omnes sic puniuntur? Multos enim scelestos videmus pingui valetudine fruentes, prosperaque fruentes fortuna. Verum ne fidamus, sed hujusmodi homines omnium maxime deploremus. Si enim hic nihil patiantur, hoc illis viaticum est ad majus supplicium. Hoc Paulus his verbis significavit : *Nunc autem cum judicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* (*1. Cor.* 11. 32). Hic admonitio, illic supplicium. Quid igitur? inquies; an morbi omnes ex peccatis oriuntur? Non omnes, sed plurimi. Quidam enim ex segnitie ortum habent. Nam gula, ebrietas, segnities, hujusmodi morbos pariunt. Unum porro ubique observandum est, ut plagam omnem cum gratiarum actione feramus. Propter peccata etiam inferuntur morbi : nam in libris Regum quemdam videmus ideo podagra laborantem (*3. Reg.* 15. 23). Veniunt etiam ut probatiores reddamur; hinc Jobo dicit Deus : *Ne me putes aliter sic tecum egisse, nisi ut justus appareas* (*Job.* 40. 3)? Sed cur cum de his paralyticis agitur, peccata in medium Christus adducit? Nam et illi cujus Matthæus meminit ait : *Confide, fili, remittuntur tibi peccata;* et huic, *Vide, sanus factus es, noli amplius peccare* (*Matth.* 9. 2). Scio quosdam hunc paralyticum criminari, quod Christum accusaverit, et ideo illa audisse dicunt. Quid ergo de paralytico illo dicemus, de quo Matthæus, qui eadem pene audivit? Nam illi quoque dixit, *Remittuntur tibi peccata.* Unde palam est eum non illa de causa hæc audivisse : quod ex sequentibus clarius ediscere licet. *Postea* enim, inquit, *invenit eum in templo Jesus ;*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τος ἵσταται, τῆς δὲ βασκανίας ἡ τυραννὶς Ἐκκλησίας ὁλοκλήρους ἀνέτρεψε, καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ἐλυμήνατο. Αὕτη φόνου μήτηρ ἐστίν· οὕτως ἀπέκτεινε τὸν ἀδελφὸν ὁ Κάϊν, οὕτω τὸν Ἰακὼβ ὁ Ἡσαῦ, οὕτω τὸν Ἰωσὴφ οἱ ἀδελφοί, οὕτω τοὺς ἀνθρώπους ἅπαντας ὁ διάβολος. Ἀλλὰ σὺ νῦν οὐκ ἀναιρεῖς, ἀλλὰ πολλὰ τοῦ φόνου ποιεῖς χαλεπώτερα, εὐχόμενος τὸν ἀδελφὸν ἀσχημονεῖν, πάγας πανταχόθεν τιθεὶς, ἐκλύων τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνους, ἁλγῶν ὅτι τῷ τῆς οἰκουμένης ἀρέσκει Δεσπότῃ. Οὐκ ἐκείνῳ ἄρα, ἀλλὰ τῷ δι' ἐκείνου θεραπευομένῳ πολεμεῖς, ἐκεῖνον ὑβρίζεις, τὴν σαυτοῦ τιμὴν τῆς ἐκείνου προτιθεὶς. Καὶ τὸ δὴ πάντων χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ἀδιάφορον δοκεῖ τὸ ἁμάρτημα εἶναι, καίτοι γε τῶν ἄλλων ἐστὶ χαλεπώτερον. Κἂν γὰρ ἐλεῇς, κἂν ἀγρυπνῇς, κἂν νηστεύῃς, ἁπάντων ἐναγέστερος γέγονας φθονῶν τῷ ἀδελφῷ. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκεῖθεν· Ἐπόρνευσέ τις παρὰ Κορινθίοις ποτέ· ἀλλ' ἐνεκλήθη καὶ διωρθώθη ταχέως. Ἐφθόνησε τῷ Ἄβελ ὁ Κάϊν, ἀλλ' οὐκ ἐθεραπεύθη, ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεοῦ συνεχῶς ἐπάδοντος αὐτοῦ τῷ ἔλκει, μᾶλλον ὤδινε καὶ ἐκυματοῦτο, καὶ πρὸς τὸν φόνον ἠπείγετο. Οὕτω τοῦτο ἐκείνου τοῦ πάθους χαλεπώτερον, καὶ οὐκ εὐκόλως εἴκει τῇ θεραπείᾳ, ἐὰν μὴ προσέχωμεν. Πρόῤῥιζον τοίνυν αὐτὸ πάντοθεν ἀνασπάσωμεν, ἐκεῖνο ἐννοοῦντες, ὅτι ὥσπερ προσκρούομεν τῷ Θεῷ, τηκόμενοι τοῖς ἀλλοτρίοις καλοῖς· οὕτως εὐδοκιμοῦμεν συγχαίροντες, καὶ κοινωνοὺς ἑαυτοὺς ποιοῦμεν τῶν ἀποκειμένων τῷ κατορθοῦντι καλῶν. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος παραινεῖ, *Χαίρειν* [a] *μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων*, ἵνα ἑκατέρωθεν μέγα καρπωσώμεθα κέρδος. Ἐννοήσαντες τοίνυν, ὅτι κἂν μὴ πονῶμεν, τῷ πονοῦντι συνηδόμενοι, μεριστὴ γινάμεθα τῶν ἐκείνου στεφάνων, πᾶσαν ἐκβάλωμεν βασκανίαν, καὶ τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς ἑαυτῶν φυτεύσωμεν ψυχαῖς, ἵνα συγκροτοῦντες [b] τοὺς εὐδοκιμοῦντας τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Alii Παῦλος λέγει χαίρειν. [b] Quidam συγκρατοῦντες.

[216] ΟΜΙΛΙΑ ΛΗ'.

Μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· « Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται. »

α'. Δεινὸν ἡ ἁμαρτία, δεινὸν καὶ ψυχῆς λύμη· πολλάκις δὲ ἐκ περιουσίας καὶ σωμάτων ἥψατο τὸ κακὸν ὑπερβλύσαν. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ πολλὰ τῆς μὲν ψυχῆς ἡμῖν καμνούσης, ἀναλγήτως ἔχομεν· τὸ δὲ σῶμα κἂν μικρὰν δέξηται βλάβην, πᾶσαν ποιούμεθα σπουδὴν, ὥστε ἐλευθερῶσαι τῆς ἀῤῥωστίας αὐτὸ, διὰ τὸ τῆς ἀῤῥωστίας αἰσθάνεσθαι· διὰ τοῦτο καὶ [a] ὁ Θεὸς τοῦτο κολάζει πολλάκις ὑπὲρ τῶν ἐκείνῃ πεπλημμεληκότων, ὥστε διὰ τῆς τοῦ ἐλάττονος μάστιγος καὶ τὸ κρεῖττον τυχεῖν θεραπείας τινός. Οὕτω καὶ παρὰ Κορινθίοις τὸν πορνεύσαντα ὁ Παῦλος διώρθωσε, τῷ τῆς σαρκὸς ὀλέθρῳ τὸ τῆς ψυχῆς νόσημα ἐπισχών. Καὶ γὰρ τῷ σώματι τὴν τομὴν ἐπαγαγὼν, οὕτω κατέστειλε τὸ κακόν· καθάπερ τις ἰατρὸς ἄριστος, ὕδερον ἢ σπλῆνα, τοῖς ἔνδοθεν φαρμάκοις οὐκ εἰκόντα, κατακαίων ἔξωθεν. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν ἐπὶ τοῦ παραλύτου. Καὶ ὅρα πῶς δηλῶν αὐτὸς ἔλεγεν· *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται.* Τί τοίνυν ἐντεῦθεν μανθάνομεν; Πρῶτον μὲν, ὅτι αὐτῷ ἐξ ἁμαρτιῶν ἐτέχθη τὸ νόσημα· δεύτερον δὲ, ὅτι πιστὸς ὁ τῆς γεέννης λόγος· καὶ τρίτον, τὸ μακρὰν εἶναι καὶ ἄπειρον τὴν τιμωρίαν. Ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ λέγοντες, ὅτι Ἐν ὥρᾳ μιᾷ ἐφόνευσα, καὶ ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ ἐμοίχευσα, καὶ ἀθάνατα κολάζομαι; Ἰδοὺ γὰρ καὶ οὗτος οὐκ ἐν τοσούτοις ἥμαρτεν ἔτεσιν, ἐν ὅσοις καὶ ἐκολάζετο, καὶ ὁλόκληρον ὅμως ἀνθρώπου βίον ἀνάλωσεν ἐν τῇ μήκει τῆς τιμωρίας. Οὐδὲ γὰρ ἐν χρόνῳ τὰ ἁμαρτήματα κρίνεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει τῶν πεπλημμεληκότων. Μετὰ τούτων κἀκεῖνο ἔστιν ἰδεῖν [b], ὅτι, κἂν χαλεπὴν δῶμεν δίκην ὑπὲρ τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων, εἶτα τοῖς αὐτοῖς περιπέσωμεν, χαλεπώτερα πολλῷ μᾶλλον πεισόμεθα πάλιν· καὶ μάλα εἰκότως. Ὁ γὰρ μηδὲ τῇ τιμωρίᾳ γενόμενος βελτίων, ὡς ἀναίσθητος λοιπὸν καὶ καταφρονητὴς ἐπὶ μείζονα ἄγεται κόλασιν. Ἥρκει μὲν γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ κόλασις συστεῖλαι, καὶ ποιῆσαι σωφρονέστερον τὸν ὀλισθήσαντα ἅπαξ· ἐπεὶ δὲ τῇ ἐπενεχθείσῃ τιμωρίᾳ μὴ σωφρονισθεὶς, τὰ αὐτὰ πάλιν τολμᾷ, εἰκότως ἂν τινα δίκην ὁ τοιοῦτος ὑφέξει, ταύτην αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν προκαλούμενος. Εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα τιμωρηθέντες [c], πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτοντες, χαλεπώτερον κολαζόμεθα· ὅταν μηδ' ὅλως ἁμαρτόντες τιμωρίαν ὑπόσχωμεν, πῶς οὐ σφόδρα χρὴ τοῦτο μάλιστα δεδοικέναι καὶ τρέμειν, ἅτε ἀνήκεστα μέλλοντας ὑπομένειν; Καὶ τίνος ἕνεκεν, φησὶ, μὴ πάντες οὕτω κολάζονται; Καὶ γὰρ πολλοὺς ὁρῶμεν, [217] τῶν φαύλων εὐσωματοῦντας καὶ σφριγῶντας, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντας εὐημερίας. Ἀλλὰ μὴ θαῤῥῶμεν, ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μάλιστα πάντων αὐτοὺς δακρύωμεν. Τὸ γὰρ μηδὲν αὐτοὺς ἐνταῦθα παθεῖν, ἐφόδιον γίνεται μείζονος τῆς ἐκεῖ τιμωρίας. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Νῦν δὲ κρινόμενοι ὑπὸ Κυρίου, παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.* Τὰ μὲν γὰρ ἐνταῦθα, νουθεσίας· τὰ δὲ ἐκεῖ, τιμωρίας ἐστί. Τί οὖν; πάντα, φησὶ, τὰ νοσήματα ἐξ ἁμαρτημάτων; Οὐ πάντα μὲν, ἀλλὰ τὰ πλείονα· ἔνια δὲ καὶ ἀπὸ ῥᾳθυμίας γίγνεται. Καὶ γὰρ καὶ γαστριμαργία καὶ μέθη καὶ ἀργία τὰ τοιαῦτα τίκτουσι πάθη. Δεῖ δὲ πανταχοῦ διατηρεῖν ἓν μόνον, ὥστε εὐχαρίστως φέρειν πᾶσαν πληγήν. Γίγνεται δὲ καὶ δι' ἁμαρτήματα, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς Βασιλείαις ὁρῶμέν τινα ποδαλγίᾳ κατασχεθέντα διὰ τοῦτο. Γίγνεται δὲ [d] καὶ δι' εὐδοκίμησιν, ὥσπερ τῷ Ἰὼβ φησιν ὁ Θεός· *Μὴ οὐκ ἔλλως σοι δοκεῖ με κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος;* Ἀλλὰ τί δήποτε ἐπὶ τῶν παραλυτικῶν τούτων τὰς ἁμαρτίας εἰς μέσον φέρει ὁ Χριστός; Καὶ γὰρ καὶ ἐκείνῳ τῷ παρὰ τῷ Ματθαίῳ κειμένῳ λέγει· *Θάρσει, τέκνον, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι·* καὶ τούτῳ, *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε.* Καὶ οἶδα μὲν ὅτι τινὲς τὸν παράλυτον τοῦτον διαβάλλοντές φασιν αὐτὸν τοῦ Χριστοῦ γενέσθαι κατήγορον, καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα ἀκηκοέναι. Τί οὖν περὶ ἐκείνου τοῦ παρὰ τῷ Ματθαίῳ τὰ αὐτὰ σχεδὸν ἀκούσαντος ἐροῦμεν; Καὶ γὰρ καὶ ἐκείνῳ εἶπεν· *Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι.* Ὅθεν δῆλον ὅτι οὐδὲ οὗτος ταύτης ἕνεκεν τῆς ὑποθέσεως ταῦτα ἤκουε. Καὶ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν [e] ἐπαγομένων σαφέστερον ἔστι μαθεῖν. *Μετὰ ταῦτα* γὰρ, φησὶν, *εὑρίσκει αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ ὁ Ἰησοῦς·* ὅπερ μεγίστης εὐλαβείας σημεῖόν ἐστιν. Οὐ γὰρ ἐχώρησεν εἰς ἀγορὰς καὶ περιπάτους, οὐδὲ τρυφῇ καὶ ἀνέσει ἔδωκεν ἑαυτόν· ἀλλ' ἐν τῷ ἱερῷ διῆγε· καίτοι γε τοσαύτην μέλλων ὑπομένειν ἐφοδον, καὶ παρὰ πάντων ἐλαύνεσθαι ἐκεῖθεν [f]· ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἔπεισεν αὐ-

[a] Savil. αὐτό. Διὰ τοῦτο καί. Ibid. Morel. κολάζει μᾶλλον [b] Morel. ἔστι μαθεῖν. Savil. ἔστιν ἰδεῖν

[c] Savil. εἰ δὲ δίκην δόντες, et paulo post ὅταν μηδ' ὅλως τιμωρηθῶμεν ἁμαρτόντες. [d] Savil. κατασχεθέντα. Γίνεται δὲ. [e] Alii καὶ τοῦτο καὶ ἑτέρωθεν ἡμῖν ἐκ τῶν. [f] Savil. ἐκεῖ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸν ἀποστῆναι τοῦ ἱεροῦ. Εὑρὼν τοίνυν αὐτὸν ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ τὸ διαλεχθῆναι τοῖς Ἰουδαίοις, οὐδὲν τοιοῦτον ἠνίξατο. Εἰ δὲ τοῦτο ἐγκαλεῖν ἤθελεν, εἶπεν ἂν πρὸς αὐτόν· Πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖς, καὶ οὐτε τῇ θεραπείᾳ γέγονας βελτίων; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέλλον αὐτὸν ἀσφαλίζεται μόνον.

β'. Τί δήποτε οὖν καὶ χωλοὺς καὶ κυλλοὺς θεραπεύσας, οὐδαμοῦ τούτων ἐμνημόνευσεν; Ἐμοὶ δοκεῖ τούτοις μὲν ἐξ ἁμαρτημάτων τὰ νοσήματα γενέσθαι, τοῖς δὲ ἄλλοις ἐξ ἀσθενείας φυσικῆς. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τούτων καὶ τῶν πρὸς τούτοις εἰρημένων διελέχθη. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν ἄλλων πάντων τὸ νόσημα τοῦτο χαλεπώτερον, διὰ τοῦ μείζονος καὶ τὰ ἐλάττονα διορθοῦται. Ὥσπερ γὰρ θεραπεύσας τινὰ ἕτερον, παρήγγειλε δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ, οὐκ ἐκείνῳ μόνῳ ταῦτα παραινῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνου πᾶσιν· οὕτω καὶ τούτοις διὰ τούτων πᾶσι καὶ τοῖς λοιποῖς παραινεῖ καὶ συμβουλεύει ταῦτα, ἃ καὶ πρὸς τούτους εἶρηκε. [218] Πρὸς δὲ τούτοις, κἀκεῖνο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι πολλὴν ἐνεῖδεν αὐτοῦ τῇ ψυχῇ τὴν καρτερίαν, καὶ ὡς δυναμένῳ τὸ παράγγελμα δέξασθαι παραινεῖ, τῇ τε εὐεργεσίᾳ καὶ τῷ φόβῳ τῶν μελλόντων κακῶν κατέχων αὐτὸν ἐπὶ τῆς ὑγιείας. Καὶ ὅρα τὸ ἀκόμπαστον. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἴδε ὑγιῆ σε ἐποίησα, ἀλλ', *Ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε*. Καὶ πάλιν οὐκ εἶπεν, Ἵνα μή σε κολάσω, ἀλλ', *Ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται*, ἀπροσώπως ἀμφότερα τιθεὶς, καὶ δεικνὺς χάριτος μᾶλλον οὖσαν τὴν ὑγίειαν, ἢ τῆς ἀξίας. Οὐ γὰρ ἐνέφηνεν ὅτι τὴν ἀξίαν δοὺς ἀπηλλάγη δίκης [a], ἀλλ' ὅτι φιλανθρωπίᾳ ἐσώζετο. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἶπεν ἄν· Ἰδοὺ δέδωκας τῶν ἡμαρτημένων δίκην ἱκανήν· ἀσφαλίζου λοιπόν. Νῦν δὲ οὐχ οὕτως εἶπεν, ἀλλὰ πῶς; *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε*. Ταῦτα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς συνεχῶς ἐπιλέγωμεν, κἂν μὲν κολασθέντες ἀπαλλαγῶμεν, τοῦτο ἕκαστος πρὸς ἑαυτὸν λεγέτω· *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε*. Ἂν δὲ μὴ δῶμεν δίκην, τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένοντες, ἐκεῖνο τὸ ἀποστολικὸν ἐπᾴδωμεν, ὅτι *Τὸ χρηστὸν τοῦ Θεοῦ εἰς μετάνοιαν ἡμᾶς ἄγει· κατὰ δὲ τὴν σκληρότητα καὶ ἀμετανόητον ἡμῶν καρδίαν θησαυρίζομεν ἑαυτοῖς ὀργήν*. Οὐ τῷ σφίγξαι δὲ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν μέγα αὐτῷ παρέσχετο τῆς οἰκείας θεότητος σημεῖον. Τῷ γὰρ εἰπεῖν, *Μηκέτι ἁμάρτανε*, ἐδήλωσεν εἰδότα πάντα τὰ ἔμπροσθεν αὐτῷ γεγενημένα πλημμελήματα· ὅθεν καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἔμελλεν ἀξιόπιστος εἶναι. *Ἀπῆλθεν οὖν ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀπήγγειλε τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ*. Καὶ ὅρα αὐτὸν πάλιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένοντα εὐγνωμοσύνης. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ εἰπών, *Ἆρον τὸν κράββατόν σου*. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τὸ δοκοῦν ἔγκλημα τοῦτο [b] ἀεὶ προέφερον, αὐτὸς τὴν ἀπολογίαν ἀεὶ προβάλλεται, πάλιν τὸν ἰατρὸν ὅλον ποιῶν, καὶ τοὺς ἄλλους ἐφελκύσασθαι σπεύδων καὶ οἰκειώσασθαι [c]. Οὐ γὰρ οὕτως ἀναίσθητος ἦν, ὡς μετὰ τοσαύτην εὐεργεσίαν καὶ παραίνεσιν προδοῦναι τὸν εὐεργέτην, καὶ κακούργῳ διανοίᾳ τοῦτο εἰπεῖν. Εἰ γὰρ καὶ θηρίον ἦν, εἰ γὰρ ἀπάνθρωπός τις καὶ λίθινος, ἱκανὴ καὶ ἡ εὐεργεσία καὶ ὁ φόβος αὐτὸν ἦν κατασχεῖν. Καὶ γὰρ ἔναυλον ἔχων τὴν ἀπειλὴν, ἔδεισεν ἂν μὴ χεῖρόν τι πάθῃ, μέγιστα λαβὼν τῆς τοῦ ἰατροῦ δυνάμεως δείγματα [d]· ἄλλως τε εἰ διαβάλλειν ἐβούλετο, τὴν ὑγίειαν σιγήσας, τὴν παράβασιν εἶπεν ἂν καὶ κατηγόρησεν. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι· ἀλλὰ πολλῆς παῤῥησίας τὰ ῥήματα καὶ εὐγνωμοσύνης, καὶ ἀνακηρύττει τὸν εὐεργέτην οὐδὲν ἔλαττον τοῦ τυφλοῦ. Τί γὰρ ἐκεῖνός φησιν; *Ἐποίησε πηλὸν, καὶ ἔχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς*· οὕτω καὶ οὗτος· Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας με ὑγιῆ. *Ἐδίωκον οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν Σαββάτῳ*. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*. Ὅτε μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν μαθητῶν ἀπολογήσασθαι ἔδει, τὸν Δαυὶδ τὸν ὁμόδουλον [219] αὐτῶν εἰς μέσον ἔφερεν, *Οὐκ ἀνέγνωτε*, λέγων, *τί ἐποίησε Δαυὶδ, ὅτε ἐπείνασεν αὐτός;* Ὅτε δὲ περὶ ἑαυτοῦ, ἐπὶ τὸν Πατέρα κατέφυγεν, ἑκατέρωθεν τὸ ὁμότιμον δεικνύς, τῷ τε Πατέρα εἰπεῖν ἰδιαζόντως, καὶ τῷ τὰ αὐτὰ πράττειν ἐκείνῳ. Καὶ διατί μὴ εἶπε τὰ περὶ τὴν Ἰεριχὼ γενόμενα; Ἀναγαγεῖν αὐτοὺς ἠθέλησεν ἀπὸ τῆς γῆς, ἵνα μηκέτι ὡς ἀνθρώπῳ προσέχωσιν, ἀλλ' ὡς Θεῷ καὶ νομοθετεῖν ὀφείλοντι. Εἰ δὲ μὴ γνήσιος ἦν Υἱὸς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἡ ἀπολογία κατηγορίας μείζων ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις ὕπαρχος νόμον βασιλικὸν μεταθεὶς, εἶτα ἐγκαλούμενος ἀπολογοῖτο οὕτω, καὶ λέγοι, ὅτι Καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἔλυσε, δυνήσεται διαφυγεῖν, ἀλλὰ καὶ μεῖζον τὸ ἔγκλημα οὕτως ἐργάσεται. Ἀλλ' ἐνταῦθα ἐπειδὴ ἴσα τὰ τῆς ἀξίας, διὰ τοῦτο καὶ τὰ τῆς ἀπολογίας ἀπῄρτισται μετὰ ἀσφαλείας ἀπάσης. Ἀφ' ὧν γὰρ, φησὶν, ἀπολύετε τὸν Θεὸν ἐγκλημάτων, ἀπὸ τῶν αὐτῶν καὶ ἐμέ. Διὰ τοῦτο καὶ προλαβὼν εἴρηκεν, *Ὁ Πατήρ μου*, ἵνα καὶ ἄκοντας πείσῃ τὰ αὐτὰ αὐτῷ συγχωρεῖν, τὴν ἀκριβῆ γνησιότητα αἰδεσθέντας. Εἰ δὲ λέγοι τις· Καὶ ποῦ ὁ Πατὴρ ἐργάζεται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ καταπαύσας ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ; τὸν τρόπον μαθέτω καθ' ὃν ἐργάζεται. Τίς οὖν ὁ τρόπος τῆς ἐργασίας; Προνοεῖ, συγκροτεῖ [e] τὰ γενόμενα πάντα. Ὁρῶν τοίνυν ἥλιον ἀνατέλλοντα, καὶ σελήνην τρέχουσαν, καὶ λίμνας, καὶ πηγὰς, καὶ ποταμοὺς, καὶ ὑετοὺς, καὶ φύσεως δρόμον, τὸν ἐν τοῖς σπέρμασι, τὸν ἐν τοῖς σώμασι τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς τῶν ἀλόγων, τὰ ἄλλα πάντα δι' ὧν τόδε τὸ πᾶν συνέστηκε, μάνθανε τὴν διηνεκῆ τοῦ Πατρὸς ἐργασίαν. *Ἀνατέλλει γὰρ*, φησὶ, *τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*. Καὶ πάλιν· *Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σήμερον ὄντα καὶ αὔριον εἰς πῦρ βαλλόμενον, οὕτως ὁ Θεὸς ἀμφιέννυσι*· καὶ περὶ τῶν πετεινῶν διαλεγόμενος; πάλιν· *Ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά*.

γ'. Ἐνταῦθα μὲν οὖν διὰ ῥημάτων τὸ πᾶν ἐποίησεν ἐν Σαββάτῳ, καὶ οὐδὲν πλέον προσέθηκεν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἱερῷ γινομένων, καὶ ἀφ' ὧν αὐτοὶ πράττουσι, λύει τὰ ἐγκλήματα· ἔνθα δὲ καὶ ἔργον γενέσθαι ἐκέλευσεν, οἷον τὸ τὴν κλίνην ἆραι, οὐδὲν μέγα πρὸς τὸ πρᾶγμα συντελοῦν, ἀλλ' ἐν τοῦτο μόνον, δεικνύων σαφῆ τοῦ Σαββάτου τὴν λύσιν, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀνάγει τὸν λόγον, μᾶλλον αὐτοὺς καταπλῆξαι βουλόμενος ἀπὸ τῆς τοῦ Πατρὸς ἀξίας, καὶ ἀναγαγεῖν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον. Διὰ τοῦτο ὅταν περὶ Σαββάτου ᾖ ὁ λόγος, οὔτε ὡς ἄνθρωπος μόνον ἀπολογεῖται, οὔτε ὡς Θεὸς μόνον, ἀλλὰ ποτὲ μὲν οὕτως, ποτὲ δὲ ἐκείνως. Ἠβούλετο γὰρ ἀμφότερα πιστεύεσθαι, καὶ τῆς οἰκονομίας τὴν συγκατάβασιν, καὶ τῆς θεότητος τὸ ἀξίωμα. Διὰ τοῦτο νῦν ὡς Θεὸς ἀπολογεῖται. Εἰ γὰρ ἔμελλεν ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων αὐτοῖς ἀεὶ διαλέγεσθαι μόνον, ἔμεινεν ἂν ἐπὶ τῆς αὐτῆς ταπεινότητος. Διόπερ ἵνα μὴ τοῦτο γένηται, τὸν Πατέρα εἰς μέσον ἄγει. Καίτοι καὶ αὐτὴ [220] ἡ κτίσις ἐργάζεται ἐν Σαββάτῳ. Καὶ γὰρ ὁ ἥλιος τρέχει, καὶ ποταμοὶ ῥέουσι, καὶ πηγαὶ βρύουσι [f], καὶ γυναῖκες τίκτουσιν

[a] Codd. laudati et Savil. δίκην. [b] Τοῦτο deest in quibusdam. [c] Alii σπεύδων πρὸς τὴν οἰκείωσιν. [d] Savil. δυνάμεως τὰ ἐνέχυρα.

[e] Συγκροτεῖ. Frustra suspicatur Savil. legendum συγκροτεῖ. [f] Savil. βλύζουσι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quod sane pietatis signum erat. Non enim forum et ambulacra petebat, neque cibo et desidiæ se dedebat, sed in templo degebat : etiamsi illinc se ab omnibus pellendum exspectaret, nihil ipsi suasit, ut a templo discederet. Cum ergo Christus illum invenisset postquam cum Judæis loquutus fuerat, nihil hujusmodi subindicavit. Quod si hac de re illum accusare voluisset, dixisset illi : Rursus in iisdem persistis, nec ex recuperata valetudine factus es melior? Verum nihil dicit hujusmodi, sed in posterum cautiorem reddit.

2. Cur autem cum claudos et mutilos curat, nihil hujusmodi loquitur? Mihi quidem videtur his quidem morbum in peccatorum pœnam venisse, aliis vero ex corporea infirmitate. Ni i hoc esset, alios quoque eadem de causa alloquutus fuisset. Cum enim hic morbus cæterorum omnium sit gravissimus, per eum etiam minoribus remedium præbet. Sicut enim cum alium quemdam curavisset, præcepit ei ut daret gloriam Deo; non illi soli hoc monitum dans, sed per illum omnibus : sic per hos etiam cæteros omnes hortatur, et hæc monita dat singulis. Ad hæc hoc etiam addendum, ipsum nempe magnam ejus perseverantiam vidisse : ideoque illum monet ut qui possit mandatum servare, atque illum beneficio et futurorum timore malorum in sana mente continet. Et vide quam sit alienus a fastu. Non enim dixit, Ecce sanum te feci; sed, *Sanus factus es; noli amplius peccare.* Neque dixit, Ne te puniam; sed, *Ne tibi aliquid deterius contingat.* In neutro personam memorat, ostenditque valetudinem ex gratia potius quam ex merito restitutam. Neque enim dixit illum ex merito evasisse pœnas, sed ex benignitate servatum esse. Nisi enim ita res esset, dixisset, Ecce debitas peccatorum pœnas dedisti; cave tibi deinceps. Jam vero non ita dicit, sed quomodo? *Ecce sanus factus es; jam noli peccare.* Hæc nobis ipsis frequenter dicamus, et si castigati evadamus, hæc intra nos loquamur singuli : *Ecce sanus factus es; jam noli peccare.* Quod si in iisdem perseverantes, pœnas non demus, illud apostolicum recitemus : *Benignitas Dei ad pœnitentiam nos adducit : secundum duritiam autem et impœnitens cor nostrum thesaurizamus nobis iram* (*Rom.* 2. 4. 5). Neque firmando corpus dumtaxat, sed aliunde etiam magnum divinitatis suæ signum ipsi præbuit. Cum enim dixit, *Jam noli peccare*, significat se peccata illa omnia nosse, quæ ille ante fecerat; unde in posterum fide dignus haberi debebat. 15. *Abiit ergo ille homo, et nuntiavit Judæis, quia Jesus esset qui fecit eum sanum.* Vide iterum ipsum grato animo esse perseverantem. Non enim dixit : Ille est qui dixit mihi, *Tolle grabbatum tuum.* Quia enim illi id quod culpandum videbatur semper objiciebant, ipse responsionem semper affert, ut medicum celebret, et alios alliciat et trahat. Non enim tam stupidus et ingratus erat, ut post tantum beneficium cum admonitione conjunctum, beneficum proderet, et maligno animo sic loqueretur. Nam etsi fera, etsi inhumanus et lapideus fuisset, et beneficium et metus ipsum poterant cohibere. Ex comminatione quippe timebat ne quid sibi deterius contingeret, cum maxima haberet potestatis tanti medici argumenta. Alioquin si calumniari voluisset, non memorata sanitate, transgressionem tantum incusasset. At contra ille magna cum fiducia et grati animi significatione beneficium celebrat, non minus quam cæcus ille, qui dicebat, *Lutum fecit de sputo, et unxit oculos meos* (*Joan* 9 6); ita et hic : Jesus est qui fecit me sanum. 16. *Propterea persequebantur Judæi Jesum et volebant illum interficere, quia hæc faciebat in sabbato.* Quid ergo Christus? 17. *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Quando discipulos defendere oportebat, Davidem illorum conservum in medium afferebat : *Non legistis*, inquit, *quid fecerit David, quando esuriebat* (*Matth.* 12. 3)? Quando autem pro seipso loquitur, ad Patrem confugit, utrinque se Patri æqualem significans, et cum privatim Patrem nominat, et cum se eadem quæ Pater operari ostendit. Et cur non memorat ea quæ in Jericho facta sunt? Volebat illos a terra abducere, ut non amplius ad illum tamquam hominem respicerent, sed tamquam ad Deum et legislatorem. Nisi autem Dei Filius et ex eadem substantia esset, defensio foret accusatione deterior. Si quis enim præfectus, qui regiam legem transgrederetur, accusatus responderet ipsum regem illam transgressum esse, non utique absolveretur; imo majori esset crimini obnoxius. Verum hic quoniam par est dignitas, defensio legitima omnino est. Eadem ratione qua Deum crimine liberatis, et me liberate. Ideo primum dicit, *Pater meus;* ut vel invitis suadeat eadem sibi concedenda esse, si verum Filium revereantur. Quod si quis dixerit, et ubinam Pater operatur, qui septimo die requievit ab omnibus operibus suis? is modum quo operatur discat. Quis ille modus est? Opificiis suis providet, illaque fovet. Cum vides ergo solem orientem, lunæ cursum, stagna, fontes, fluvios, pluvias et naturæ cursum, sive in seminibus, sive in nostris et brutorum corporibus, aliaque omnia per quæ hoc universum consistit, disce perennem Patris operationem, *Qui solem suum*, inquit, *oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos* (*Matth.* 5. 45). Et rursum, *Si autem fœnum agri quod hodie est, et cras in ignem mittitur, Deus sic vestit* (*Matth.* 6. 30); et de volatilibus quoque, *Pater vester cœlestis pascit illa* (*Ibid. v.* 26).

3. Hic ergo verbis totum perfecit in sabbato, nihilque amplius addidit, sed ex iis quæ in templo fiebant, atque ex ipsorum operibus, objecta crimina solvit. [a][Ubi vero operari præcipit, exempli causa, lectum tollere, rem sane non magni momenti, sed quæ tamen sabbati solutionem clare significet, tunc altiora loquitur ut illos ex Patris dignitate percellat, et ad sublimiora ducat. Quapropter] cum de sabbato agitur, neque ut homo

[a] Totus locus uncinis clausus sic in interpretatione Aretini effertur : *Ibi vero operari præcipit, cum, verbi gratia, dicit* (sic quoad sensum, quæ sequuntur ipsa Aretini verba sunt), *Tolle grabatum tuum : ut non grave quiddam esse sabbati prævaricationem ostendat, altiora loquitur, ut paterna auctoritate illos terreat, et ad superiorem trahat contemplationem. Qua de causa*, etc. Aretinus longe breviorem, ut videre est, lectionem secutus est.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

tantum, neque ut Deus tantum sese purgat; sed modo hac, modo illa ratione. Volebat enim utrumque credi, et incarnationis humilitatem, et Deitatis dignitatem. Ideo nunc ut Deus sese purgat. Nam si humano semper more ipsos alloquutus fuisset, in eadem perstitissent humilitate. Quamobrem ne id fieret, Patrem in medium adducit. Atqui ipsæ creaturæ in sabbato operantur. Sol cursum perficit, flumina manant, fontes scaturiunt, mulieres pariunt. Verum ut discas ipsum non ex numero creaturarum esse, non dixit, Etiam, operor: nam creaturæ quoque operantur; sed quid? Etiam, operor: nam Pater meus operatur. 18. *Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere*, inquit, *quia non solum solvebat sabbatum, sed quia et Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* Neque verbis tantum id demonstravit, sed longe magis operibus. Cur ita? Quia in verbis cavillari poterant, ac de fastu accusare; cum autem rerum et operum veritatem, quæ potentiam prædicaret, cernebant, tunc ne hiscere quidem contra audebant.

Christum æqualem esse Patri probatur; objectioni respondetur. — Verum aiunt illi, qui nolunt hæc pia mente accipere, Non Christus se æqualem Deo fecit; sed hoc Judæi suspicabantur. Quamobrem hæc dicta altius resumamus. Dic mihi, Christum Judæi persequebantur, necne? Persequebantur utique; id nemini non notum. Illane an alia de causa ipsum persequebantur? Illa certe de causa, ut fatentur omnes. Sabbatum solvebat, necne? Solvebat, id nemo negaverit. Deum Patrem suum dicebat, necne? Dicebat utique. Ergo eadem serie cætera subsequuntur. Sicut enim Patrem dicere Deum, solvere sabbatum, ac propter hoc magisque propter illud a Judæis persecutionem pati, non falsa opinio, sed veritas: ita seipsum æqualem Deo facere, eadem mente declarabatur: quod ex supradictis manifestius est. Illud enim *Pater meus operatur, et ego operor*, idipsum est ac si se Deo æqualem faceret. Nullam enim perhibet in his verbis differentiam. Neque enim dixit: Ille operatur, et ego subministro; sed, Sicut ille operatur, ita et ego; magnamque ostendit æqualitatem. Quod si id non ille demonstrare voluisset, sed id Judæi frustra suspicati essent: non sivissot illos hæc falso existimare, sed emendavisset. Neque hoc evangelista siluisset, verum palam dixisset, sic Judæos suspicatos fuisse, sed ipsum non se Deo æqualem fecisse: ut alibi facit, cum videt rem alia mente dictam, alio sensu accipi; ut cum Christus dicit, *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud*, de carne sua loquens. Verum Judæi id non intelligentes, sed putantes illum de Judaico templo loqui, dicebant: *Quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud?* Quia igitur aliud ipse dixerat, aliud illi suspicati fuerant, illeque de carne sua, hi de templo suo intelligebant; id indicans evangelista, imo illorum corrigens opinionem, subjunxit: *Ille autem dicebat de templo corporis sui.* Itaque si hoc loco Christus non se æqualem Patri fecisset, Judæorum certe id opinantium sententiam emendavisset, dixissetque: Judæi putabant ipsum se Deo æqualem facere, ipse vero non de æqualitate illa loquebatur. Neque enim hic solum evangelista id hoc loco facit, sed etiam alius evangelista alibi. Cum enim præcepisset discipulis Jesus: *Cavete a fermento Pharisæorum et Sadducæorum* (*Matth.* 16. 6): illi vero cogitarent, dicerentque, Panes non accepimus; cum aliud ille diceret, fermentum doctrinam appellans, aliud illi intelligerent, de panibus dictum putantes, illud corrigit, non jam evangelista, sed ipse Christus sic loquens: *Quomodo non intelligitis me non dixisse vobis a panibus cavere* (*Ibid. v.* 11)? Hic vero nihil simile. Atqui dicet aliquis, hoc ipsum de medio tollit Christus dum addit: *Non potest Filius a seipso quidquam facere.* Imo contra, mi homo; non enim tollit æqualitatem, sed firmat eam dum hæc dicit. Verum diligenter attendite: neque enim de levi re quæstio est. Nam illud, *A semetipso*, sæpe in Scriptura habetur, et de Christo et de Spiritu sancto dictum est; visque dictionis est edisccnda, ne in gravissimos errores incidamus. Nam si illam excipias ut statim offertur, vide quanta hinc absurditas consequatur. Neque enim dixit, se alia posse per semetipsum operari; alia secus; sed generatim dicit: 19 *Non potest, Filius a semetipso quidquam facere.*

4. Interrogabimus ergo contradicentem, Nihilne potest a semetipso facere Filius? Si responderit, Nihil; reponemus: Atqui maximum bonorum por semetipsum fecit, id quod Paulus clamat, *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens* (*Philipp.* 2. 6). Et rursus ipse Christus alibi: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo sumendi eam, et nemo tollit eam a me: ego pono eam a meipso* (*Joan.* 10. 18). Viden' et mortis et vitæ potestatem habentem, qui tantam œconomiam a semetipso fecit. Ecquid dicam de Christo? Nos enim, quibus nihil vilius, multa a nobis ipsis facimus, a nobis ipsis nequitiam, a nobis ipsis virtutem deligimus. Quod si non a nobis ipsis, neque potestatem habeamus: neque, si peccaverimus, in gehennam incidemus, neque, si bona opera fecerimus, regnum cælorum consequemur. Nihil aliud ergo est illud, *A semetipso non potest facere quidquam*, quam quod nihil possit Patri contrarium facere, nihil alienum, nihil peregrinum, id quod maxime æqualitatem et concordiam magnam ostendit. Et cur non dixit, Nihil contrarium facit, sed, *Non potest?* Ut hinc rursum ostendat omnimodam æqualitatem. Non enim imbecillitatem, sed magnam ejus potentiam indicat. Nam alibi quoque de Patre dicit Paulus: *Ut per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum* (*Hebr.* 6. 18); et rursum: *Si negaverimus, ille fidelis manet; negare seipsum non potest* (2. *Tim.* 2. 12). Illud, *Impossibile est*, nusquam imbecillitatem significat, sed potentiam, et potentiam ineffabilem. Hoc autem significat: illa substantia res hujusmodi nullas admittit. Quemadmodum enim cum dicimus, impossibile est Deum peccare, non imbecillitatem ipsi tribuimus,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ τῆς κτίσεώς ἐστιν, οὐκ εἶπε, Ναὶ, ἐργάζομαι· καὶ γὰρ ἡ κτίσις ἐργάζεται· ἀλλά τί; Ναὶ, ἐργάζομαι, καὶ γὰρ ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται. *Διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, φησὶν, ἀποκτεῖναι, ὅτι οὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ.* Καὶ μὴν οὐκ ἐνέφηνε τοῦτο μόνον· οὐ γὰρ ἐν τοῖς ῥήμασι τοῦτο ἐδείκνυ μόνοις, ἀλλὰ πολλῷ μάλιστα ἐν τοῖς πράγμασι[a]. Τί δήποτε; Ὅτι τοῖς μὲν λόγοις εἶχον ἐπισκήπτειν, καὶ ἀλαζονείαν ἐγκαλεῖν· τὴν δὲ τῶν πραγμάτων ὁρῶντες ἀλήθειαν ἐκβαίνουσαν, καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων ἀνακηρυττομένην τὴν δύναμιν, οὐδὲν ἀντεπεῖν ἠδύναντο λοιπόν.

Ἀλλ' οἱ μὴ βουλόμενοι μετ' εὐγνωμοσύνης ταῦτα δέχεσθαι, φασὶν, ὅτι οὐχ ὁ Χριστὸς ἐποίει ἑαυτὸν ἴσον τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ Ἰουδαῖοι τοῦτο ὑπώπτευον. Οὐκοῦν ἄνωθεν φέρε τὰ εἰρημένα ἐπέλθωμεν. Εἰπὲ δή μοι, ἐδίωκον αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, ἢ οὐκ ἐδίωκον; Παντί που δῆλον ὅτι ἐδίωκον. Καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον, ἢ δι' ἕτερόν τι; Καὶ τοῦτο συνομολογεῖται, ὅτι διὰ τοῦτο. Ἔλυεν οὖν τὸ σάββατον, ἢ οὐκ ἔλυεν; Οὐδὲ πρὸς τοῦτο ἔχοι τις ἂν ἀντειπεῖν. Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεὸν, ἢ οὐκ ἔλεγε; Καὶ τοῦτο ἀληθές. Οὐκοῦν καὶ τὰ ἑξῆς τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας ἔχεται. Ὥσπερ γὰρ τὸ Πατέρα λέγειν ἴδιον τὸν Θεὸν, καὶ τὸ λύειν τὸ σάββατον, καὶ τὸ διώκεσθαι παρὰ τῶν Ἰουδαίων διά τε ἐκεῖνο, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον, οὐχ ὑπονοίας ἦν ἐψευσμένης, ἀλλὰ πράγματος ἀληθοῦς· οὕτω καὶ τὸ ἴσον ἑαυτὸν ποιεῖν τῷ Θεῷ, τῆς αὐτῆς γνώμης ἀπόφασις ἦν. Καὶ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν δὲ εἰρημένων τοῦτο σαφέστερον ἔστιν ἰδεῖν. Τὸ γὰρ, *Ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*, ἴσον ἐστὶν ἑαυτὸν δεικνύντος τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ δείκνυ[b] ἐν τούτοις οὐδεμίαν διαφοράν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐκεῖνος μὲν ἐργάζεται, ἐγὼ δὲ ὑπουργῶ· ἀλλ', Ὥσπερ ἐκεῖνος ἐργάζεται, οὕτω καὶ ἐγώ. Καὶ ἰσότητα πολλὴν ἐπεδείξατο. Εἰ δὲ οὐκ αὐτὸς τοῦτο ἐβούλετο κατασκευάσαι, ἀλλ' οἱ Ἰουδαῖοι τοῦτο μάτην ὑπώπτευον· οὐκ ἂν ἀφῆκεν αὐτῶν εἶναι τὴν διάνοιαν ἐσφαλμένην, ἀλλὰ καὶ διώρθωσεν ἂν τοῦτο[c]. Καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς δὲ οὐκ ἂν αὐτὸ παρεσιώπησεν, ἀλλ' εἶπεν ἂν φανερῶς, ὅτι Ἰουδαῖοι μὲν οὕτως ὑπώπτευον, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐποίει ἑαυτὸν ἴσον τῷ Θεῷ· ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ, ὅταν ἴδῃ ἄλλως μὲν λεγόμενον, ἄλλως δὲ ὑποπτευόμενον τὸ λεχθέν· οἷον, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον*, ἔλεγεν ὁ Χριστὸς, *καὶ ἐγὼ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν*, περὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ λέγων. Ἀλλ' οἱ Ἰουδαῖοι τοῦτο μὴ συνιέντες, καὶ νομίσαντες περὶ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ναοῦ λέγεσθαι, *Ἐν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν*, ἔλεγον, *ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν;* Ἐπεὶ οὖν ἄλλο μὲν εἶπεν αὐτὸς, ἄλλο δὲ ὑπώπτευσαν ἐκεῖνοι (αὐτὸς μὲν γὰρ περὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἔλεγεν, ἐκεῖνοι δὲ περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ ἑαυτῶν ἐνόμιζον τοῦτο εἰρῆσθαι), ἐπισημαινόμενος τοῦτο ὁ εὐαγγελιστὴς, μᾶλλον δὲ διορθούμενος αὐτῶν τὴν ὑπόνοιαν, ἐπήγαγε λέγων· *Ἐκεῖνος δὲ* [221] *ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.* Ὥστε εἰ καὶ ἐνταῦθα ὁ μὲν Χριστὸς οὐκ ἐποίει ἑαυτὸν ἴσον, οὐδὲ ἐβούλετο τοῦτο παραστῆσαι, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι τοῦτο ὑπώπτευσαν, διώρθωσεν ἂν κἀνταῦθα τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν, καὶ εἶπεν· Ἰουδαῖοι μὲν ἐνόμιζον ἑαυτὸν ἴσον ποιεῖν τῷ Θεῷ, ἐκεῖνος δὲ οὐ περὶ τῆς ἰσότητος ἔλεγε. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐνταῦθα μόνον οὗτος μόνος, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν τὸ αὐτὸ τοῦτο φαίνεται ποιῶν καὶ ἕτερος εὐαγγελιστής. Ὅτε γὰρ παρήγγειλε τοῖς μαθηταῖς λέγων· *Προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων*, ἐκεῖνοι δὲ διελογίζοντο, λέγοντες, ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν· καὶ ἄλλο μὲν αὐτὸς εἶπε, ζύμῃ· τὴν διδασκαλίαν καλῶν, ἄλλο δὲ ὑπώπτευσαν οἱ μαθηταὶ, περὶ ἄρτων εἰρῆσθαι νομίζοντες, διορθοῦται αὐτὸ πάλιν, οὐκ ἔτι ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χριστὸς, οὕτω λέγων· *Πῶς οὐ νοεῖτε ὅτι προσέχειν οὐ περὶ*[d] *ἄρτων εἶπον ὑμῖν;* Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. Καὶ μὴν, φησὶν, αὐτὸ τοῦτο ἀναιρῶν, ἐπήγαγεν ὁ Χριστός· *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν.* Τοὐναντίον μὲν οὖν, ἄνθρωπε, πεποίηκεν· οὐδὲ γὰρ ἀναιρῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπισφίγγων τὴν ἰσότητα τοῦτο λέγει. Ἀλλὰ προσέχετε μετὰ ἀκριβείας· οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἐστι τὸ ζητούμενον. Τὸ γὰρ, *Ἀφ' ἑαυτοῦ*, τοῦτο πολλαχοῦ τῆς Γραφῆς κεῖται, καὶ ἐπ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Καὶ δεῖ μαθεῖν τῆς λέξεως τὴν δύναμιν, ἵνα μὴ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνωμεν. Εἰ γὰρ αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὕτως ἐκλάβοι τις, ὥσπερ ἐστὶ πρόχειρον ἐκλαβεῖν, σκόπησον ἡλίκον ἕψεται τὸ ἄτοπον. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ὅτι τὰ μὲν δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν, τὰ δὲ οὐ δύναται, ἀλλὰ καθόλου εἶπεν· *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν.*

δ'. Ἐρώμεθα τοίνυν τὸν ἀντιλέγοντα τούτοις· Οὐδὲν οὖν ἀφ' ἑαυτοῦ δύναται ποιεῖν ὁ Υἱὸς, εἰπέ μοι; Κἂν εἴπῃ, ὅτι Οὐδὲν, ἐροῦμεν, ὅτι Καὶ μὴν τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἀφ' ἑαυτοῦ πεποίηκε· καὶ βοᾷ Παῦλος, λέγων· *Ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών.* Καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἀλλαχοῦ· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν, καὶ οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ· ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ.* Ὁρᾷς καὶ θανάτου καὶ ζωῆς ἐξουσίαν ἔχοντα, καὶ τὴν τοσαύτην οἰκονομίαν ἀφ' ἑαυτοῦ ἐργασάμενον; Καὶ τί λέγω περὶ τοῦ Χριστοῦ; Ἡμεῖς γὰρ, ὧν οὐδὲν εὐτελέστερον γένοιτ' ἄν, πολλὰ ἀφ' ἑαυτῶν πράττομεν, καὶ κακίαν ἀφ' ἑαυτῶν αἱρούμενοι, καὶ ἀρετὴν ἀφ' ἑαυτῶν μετερχόμενοι. Εἰ δὲ μὴ ἀφ' ἑαυτῶν, μηδὲ ἐξουσίαν ἔχοντες, οὔτ' εἰς γέενναν ἁμαρτάνοντες ἐμπεσούμεθα, οὔτε βασιλείας κατορθοῦντες ἐπιτευξόμεθα. Οὐδὲν οὖν ἄλλο ἐστὶ τὸ, *Ἀφ' ἑαυτοῦ οὐ δύναται ποιεῖν οὐδέν*, ἢ ὅτι οὐδὲν ἐναντίον τῷ Πατρὶ, οὐδὲν ἀλλότριον, οὐδὲν ξένον, ὃ μάλιστα τὴν ἰσότητα ἐνδεικνυμένου καὶ τὴν πολλὴν συμφωνίαν ἐστί. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐδὲν ἐναντίον ποιεῖ, ἀλλ' ὅτι *Οὐ δύναται;* Ἵνα κἀντεῦθεν δείξῃ πάλιν τὸ ἀπαράλλακτον καὶ τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἰσότητος. Οὐ γὰρ ἀσθένειαν αὐτοῦ κατηγορεῖ τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ καὶ πολλὴν αὐτοῦ τὴν δύναμιν [222] μαρτυρεῖ. Ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ περὶ τοῦ Πατρός φησιν ὁ Παῦλος· *Ἵνα διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, ἐν οἷς ἀδύνατον ψεύσασθαι Θεόν*· καὶ πάλιν, *Εἰ ἀρνησόμεθα, ἐκεῖνος πιστὸς μένει· ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται.* Καὶ οὐ δήπου τοῦτο τὸ, *Ἀδύνατον*[e], δηλωτικὸν ἀσθενείας. ἀλλὰ δυνάμεώς ἐστι, καὶ δυνάμεως ἀφάτου. Ὃ οὖν λέγει, τοῦτό ἐστι· Πάντων ἀνεπίδεκτος ἡ οὐσία ἐκείνη τῶν τοιούτων ἐστίν. Ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἀδύνατον τὸν Θεὸν ἁμαρτεῖν, οὐκ ἀσθένειαν αὐτοῦ κατηγοροῦμεν, ἀλλὰ ἀῤῥήτόν τινα δύναμιν αὐτοῦ μαρτυροῦμεν·

[a] Savil. et cod. 706 : Καὶ οὐκ εἶπε λέγων μόνον, ἀλλὰ καὶ πράττων· οὐ... μόνοις, ἀλλὰ πυκνότερον ἐ. τ, π. [b] Savil. οὐδὲ γὰρ ἐδείκνυ. Morel. οὐδὲ γὰρ ἔδωκεν. [c] Savil. ἂν τοῦτο, Morel. τούτῳ.

[d] Aliqui λέγων· οὕπω νοεῖτε, οὐδὲ συνίετε ὅτι οὐ περί. [e] Alii τοῦτο τὸ, Οὐ δύναται. Paulo post Savil. ὃ γὰρ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ἀνεπίδεκτος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ὅταν εἴπῃ, *Οὐ δύναμαι ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν*, τοῦτο λέγει, ὅτι Ἀδύνατον καὶ ἀνεγχώρητόν ἐστιν ἐμὲ ποιῆσαί τι ἐναντίον τῷ Πατρί. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ λεγόμενον, τὰ ἐξῆς ἐπελθόντες, ἴδωμεν τίσι ψηφίζεται ὁ Χριστός· πότερον τοῖς παρ' ἡμῶν λεχθεῖσιν, ἢ τοῖς παρ' ὑμῖν [a]. Σὺ μὲν γὰρ φῂς τὴν ἐξουσίαν ἀναιρεῖν τὸ ῥῆμα, καὶ τὴν προσήκουσαν αὐθεντίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν δύναμιν ἀσθενῆ δεικνύναι· ἐγὼ δὲ λέγω ὅτι τὴν ἰσότητα, καὶ τὸ ἀπαράλλακτον, καὶ τὸ ὡσανεὶ ἐκ μιᾶς γνώμης καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως γινόμενον ἐμφαίνει τοῦτο. Οὐκοῦν αὐτὸν ἐρώμεθα τὸν Χριστόν, καὶ ἴδωμεν δι' ὧν φησιν ἐξῆς, πότερον πρὸς τὴν σὴν ὑπόνοιαν, ἢ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἑρμηνεύει τὰ εἰρημένα. Τί οὖν φησιν· *Ἃ γὰρ ἂν ὁ Πατὴρ ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ*. Εἶδες πῶς πρόρριζον ἀνεῖλε τὸ ὑμέτερον, καὶ τὰ εἰρημένα παρ' ἡμῶν ἐβεβαίωσεν; Εἰ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν ποιεῖ, ἔσται οὐδὲ ὁ Πατὴρ ἀφ' ἑαυτοῦ τι ποιῶν, εἴ γε ὁμοίως αὐτῷ πάντα ποιεῖ [b]. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, καὶ ἕτερον ἄτοπον ἕψεται. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ὅτι ἃ εἶδε τὸν Πατέρα ποιοῦντα ἐποίησεν, ἀλλ', *Ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα*, οὐ ποιεῖ, τῷ παντὶ παρατείνων χρόνῳ τὸν λόγον· καὶ ἔσται καθ' ὑμᾶς ἀεὶ τὰ αὐτὰ μανθάνων. Εἶδες πῶς; τὸ μὲν νόημά ἐστιν ὑψηλόν, ἡ δὲ ταπεινότης τοῦ ῥήματος καὶ τοὺς λίαν ἀναισχύντους καὶ μὴ βουλομένους ἀναγκάζει φυγεῖν τὸ χαμαίζηλον καὶ σφόδρα τῆς ἀξίας ἐκείνης ἀπᾷδον; Τίς γὰρ οὕτως ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος, ὡς εἰπεῖν τὸν Υἱὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν μανθάνειν ἃ δεῖ ποιεῖν; Πῶς δὲ ἔσται ἐκεῖνο ἀληθὲς, τὸ, *Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι; πῶς δὲ, Καὶ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν*· εἰ γε τὰ μὲν ὁ Πατὴρ ποιεῖ, τὰ δὲ αὐτὸς ὁρῶν μιμεῖται; Ὁρᾷς ὅτι καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν εἰρημένων, καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα λεχθέντων δείκνυται τῆς αὐθεντίας ἡ ἀπόδειξις; Εἰ δὲ ταπεινότερον προάγει τῶν ῥημάτων ἕνια, μὴ θαυμάσῃς. Ἐπειδὴ γὰρ ἐδίωκον αὐτὸν, τὰ ὑψηλὰ ἀκούσαντες, καὶ ἀντίθεον εἶναι ἐνόμιζον, ὀλίγον καθύφεις διὰ τῶν ῥημάτων μόνων, πάλιν ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἀνάγει τὸν λόγον· εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ταπεινὰ, ποικίλλων αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν, ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι καὶ [223] τοῖς ἀγνώμοσι. Σκόπει δέ· Εἰπὼν, *Ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*· καὶ ἀποφήνας ἴσον ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, πάλιν λέγει· *Οὐ δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν ὁ Υἱὸς οὐδέν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα*. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον· *Ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ*· πάλιν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον· *Ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ, ἃ αὐτὸς ποιεῖ, καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα*. Εἶδες ὅσον πάλιν τὸ ταπεινόν; Εἰκότως. Ὁ γὰρ ἔφθην εἰπὼν [c], καὶ λέγων οὐ παύσομαι, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ· ὅτι ἡνίκα ἂν λέγῃ τι χαμαίζηλον καὶ ταπεινὸν, μεθ' ὑπερβολῆς αὐτὸ τίθησιν, ἵνα καὶ τοὺς ἀγνώμονας ἡ τῶν ῥημάτων εὐτέλεια πείσῃ μετ' εὐσεβοῦς διανοίας δέξασθαι τὰ νοήματα. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἐννόησον πῶς ἄτοπον τὸ εἰρημένον, ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων γυμνάζων. Ὅταν γὰρ εἴπῃ, *Καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα*, εὑρεθήσεται πολλὰ μηδέπω μαθών· ὅπερ οὐδὲ περὶ ἀποστόλων ἔστιν εἰπεῖν. Τοῦ γὰρ Πνεύματος ἅπαξ λαβόντες τὴν χάριν, ἀθρόον πάντα καὶ ἤδεσαν καὶ ἐδύναντο ἐκεῖνο, ἅπερ καὶ εἰδέναι αὐτοὺς καὶ δύνασθαι ἔδει. Οὗτος δὲ εὑρεθήσεται πολλὰ ὧν εἰδέναι ἐχρῆν, μηδέπω μαθών. Καὶ τί τούτου γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον; Τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον, Ἐπειδὴ τὸν παράλυτον ἔσφιγξε, μέλλει δὲ καὶ νεκρὸν ἐγείρειν, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπε, μονονουχὶ τοῦτο λέγων· Θαυμάζετε ὅτι παράλυτον ἔσφιγξα; μείζονα τούτων ὄψεσθε. Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐκ εἶπε, ταπεινότερον δέ πως διέξεισιν, ἵνα αὐτῶν παραμυθήσηται [d] τὴν μανίαν. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ, *Δείξει*, οὐ κυρίως εἴρηται, ἄκουσον τῶν ἑξῆς ὧν ἐπάγει πάλιν. *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ*. φησὶν, *οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*. Καίτοι τὸ, *Οὐδὲν δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν*, τῷ, *Οὓς θέλει*, ἐναντίον ἐστίν. Εἰ γὰρ οὓς θέλει, δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν (τὸ γὰρ θέλειν, ἐξουσίας)· εἰ δὲ οὐ δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἔτι οὓς θέλει. Τὸ μὲν γὰρ, *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει*, τῆς δυνάμεως δείκνυσι τὴν ἀπαραλλαξίαν· τὸ δὲ, *Οὓς θέλει*, τῆς ἐξουσίας τὴν ἰσότητα. Ὁρᾷς ὅτι τὸ, *Οὐ δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν*, οὐ τὴν ἐξουσίαν ἀναιροῦντός ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς δυνάμεως καὶ τοῦ θελήματος ἐνδεικνυμένου; Οὕτω καὶ τὸ, *Δείξει αὐτῷ*, νόησον. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ*. Καὶ πάλιν, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐνέργειαν δεχόμενος ποιεῖ, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις*, φησὶ, *καὶ ἡ ζωή*. Εἶτα ἵνα μὴ λέγῃς, ὅτι νεκροὺς μὲν ἐγείρει οὓς θέλει, καὶ ζωοποιεῖ, τὰ δὲ ἄλλα οὐχ οὕτω ποιεῖ, προλαβὼν πᾶσαν ἀπέκλεισεν ἀντιλογίαν τοιαύτην, εἰπών· *Ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ*· δηλῶν ὅτι καὶ πάντα ἃ ἐκεῖνος, καὶ οὕτως; ὡς ἐκεῖνος ποιεῖ· κἂν νεκρῶν εἴπῃς ἀνάστασιν, κἂν σωμάτων διάπλασιν, κἂν ἁμαρτημάτων ἄφεσιν, κἂν ἄλλοτιοῦν, ὁμοίως ἐργάζεται τῷ γεγεννηκότι.

ε'. Ἀλλ' οὐδενὶ τούτων προσέχουσιν οἱ τῆς ἑαυτῶν [224] ἀμελοῦντες σωτηρίας· τοσοῦτον κακὸν τὸ προεδρίας ἐρᾶν. Τοῦτο τὰς αἱρέσεις ἔτεκε, τοῦτο τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐβεβαίωσεν ἀσέβειαν. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἠβούλετο διὰ τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου νοηθῆναι τούτου· ἐκεῖνοι δὲ ταῦτα ἀφέντες, καὶ ἀπαξιώσαντες διὰ ταύτης ἐλθεῖν τῆς διδασκαλίας, ἑτέραν ἕτεμον ἑαυτοῖς ὁδόν· διὸ καὶ τῆς οὔσης ἐξέπεσον. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι οὐκ ἐπίστευσαν, δόξαν παρ' ἀλλήλων λαμβάνοντες [e], καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ δόξαν οὐ ζητοῦντες.

Ἀλλ' ἡμεῖς, ἀγαπητοὶ, τοῦτο φεύγωμεν τὸ νόσημα μεθ' ὑπερβολῆς καὶ σπουδῆς ἁπάσης. Κἂν γὰρ μυρία κατορθώματα ἔχωμεν, πάντα ἱκανὴ διαλῦσαι τῆς κενοδοξίας ἡ λύμη. Εἰ τοίνυν ἐπαίνων ἐρῶμεν, τοὺς παρὰ τῷ Θεῷ ζητῶμεν ἐπαίνους. Ὁ μὲν γὰρ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινος, οἷος ἂν ᾖ, ὁμοῦ τε ἐφάνη καὶ ἀπώλετο· κἂν μὴ ἀπόληται, τὸ κέρδος οὐδὲν ἡμῖν ἤνεγκε, καὶ ἀπὸ κρίσεως δὲ γίνεται διεφθαρμένης πολλάκις. Τί γὰρ θαυμαστὸν ἡ παρὰ ἀνθρώπων ἔχει δόξα, ἧς καὶ ὀρχούμενοι ἀπολαύουσι νέοι, καὶ διεφθαρμέναι γυναῖκες, καὶ πλεονέκται καὶ ἅρπαγες; Ὁ δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ θαυμαζόμενος [f] οὐ μετὰ τούτων, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἁγίων ἐκείνων θαυμάζεται, τῶν προφητῶν λέγω, τῶν ἀποστόλων, τῶν ἀγγελικὸν ἐπιδειξαμένων βίον. Εἰ δὲ τὸ περιάγειν ὄχλους, καὶ τὸ ἀποβλέπεσθαι ποθοῦμεν, ἐξετάσωμεν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ, καὶ οὐδενὸς ἄξιον εὑρήσομεν ὄν. Ὅλως δὲ, εἰ καὶ ὄχλων ἐρᾷς, ἐφέλκου τὸν δῆμον τῶν ἀγγέλων, καὶ γίνου φοβερὸς δαίμοσι, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων οὐδένα

[a] Suspicatur Savil. legendum παρ' ὑμῶν. Et ita certe legendum videtur. Sed omnes mss. παρ' ὑμῖν habent.
[b] Sic Savil. Morel. ποιῶν, ἵνα τὸ ὁμοίως μένῃ. Ἐπεί.
[c] Morel. ταπεινόν; Ὥστε εἰκότως ὅπερ ἔφθην εἰπών. Savil. melius, quem sequimur.
[d] Alii θεραπεύσῃ.
[e] Suspicatur Savilius legendum παρ' ἀνθρώπων λαμβάνοντες.
[f] Θαυμάζειν pro *laudare*, usurpari sæpe diximus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sed ineffabilem quamdam potentiam testificamur : sic etiam cum dicit ipse, *Non possum a meipso facere quidquam*, hoc sibi vult : Prorsus impossibile est ut Patri contrarium quidpiam faciam. Ut vero discas illud sic intelligendum esse, sequentia explorantes, videamus an nobiscum, an vobiscum Christus consentiat. Tu dicis, dictum illud potentiam auferre, necnon auctoritatem ipsi competentem, ipsumque imbecillum comprobare : ego contra dico, his demonstrari æqualitatem, omnimodam paritatem, et omnia ex eadem voluntate et potentia fieri. Ipsum percontemur Christum, et per ea quæ postea dicturus est videamus, an secundum tuam, an secundum nostram opinionem dicta interpretetur. Quid ergo dicit? *Quæcumque Pater fecerit, hæc et Filius similiter facit.* Viden' quomodo sententiam vestram radicitus evellat, nostramque confirmet? Nam si a seipso nihil facit, neque Pater a seipso aliquid faciet, si quæcumque facit Pater et ipse faciat. Nam si res non ita esset, aliud absurdum sequeretur. Neque enim dixit, Quæ vidit Patrem facientem, hæc facit; sed, *Nisi viderit Patrem facientem*, non facit, sermonem ad omne tempus extendens : secundum vos autem eadem semper discet. Viden' sententiæ sublimitatem, et verbi humilitatem vel impudentiores ad illud invitos etiam compellere, ut a vili sensu, qui a tanta dignitate abhorret, fugiant? Quis enim adeo miser et infelix fuerit, ut dicat Filium quotidie illa ediscere, quæ facere oportet? Quomodo verum erit illud : *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (*Psal.* 101. 28)? quomodo, *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*, si illa quæ Pater facit, hæc ipse videns imitatur? Vides quomodo et ex iis quæ supra dicta sunt, et ex iis quæ postea dicentur, ejus auctoritas demonstretur? Quod si humilius quædam proferat, ne mireris. Quia enim sublimioribus quibusdam auditis, persequebantur eum, et Deo adversarium esse putabant, paulo demissius verborum tantum tenus loquutus, ad sublimiora rursus evehitur, deinde ad humilia deflectit : sic doctrinam varians, ut facilius vel ab improbis admittatur. Animadverte, quæso : postquam dixerat, *Pater meus operatur, et ego operor*, et se Deo æqualem ostenderat, rursus dicit : *Non potest Filius a seipso facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem.* Deinde altius : *Quæcumque fecerit ille, hæc et Filius similiter facit;* rursumque humilius : 20. *Pater diligit Filium, et omnia demonstrat ei quæ ipse facit : et majora his demonstrabit ei opera.* Vidistin' tantam humilitatem? Jure quidem. Nam quod jam dixi, nec finem dicendi faciam, id nunc repetam. Quando aliquid demissum dicit et humile, id cum hyperbole profert, ut vel improbis verborum vilitas suadeat, ut pia mente sensa percipiant. Nisi enim hoc esset, cogita quam absurdum esset id quod dicitur, quod verba explorando percipies. Quando enim dicit, *Majora his ostendet ei opera*, invenietur multa nondum didicisse : quod ne de apostolis quidem dicendum. Nam cum Spiritus gratiam accepissent, confestim omnia noverunt, omnia potuerunt, quæ ipsos et scire et posse oportebat : hic autem multa scitu necessaria nondum didicisse deprehenditur : quo quid absurdius esse queat? Quid ergo sibi vult dictum illud? Quia paralytico sic curato, mortuum suscitaturus erat; ideo sic loquutus est, ac si diceret : Miramini me paralyticum sanasse? his majora videbitis. Neque tamen ita loquutus est, sed humiliore usus est sermone, ut illorum furorem compesceret[1]. Ut vero discas illud, *Demonstrabit*, non proprie dictum esse, audi ea quæ sequuntur. 21. *Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat.* Atqui illud, *Nihil potest a semetipso facere*, contrarium est illi dicto, *Quos vult.* Si enim quos vult vivificat, a semetipso aliquid facere potest (velle enim potestatis est) : quod si non potest a seipso, jam non quos vult vivificat. Illud enim, *Sicut Pater suscitat*, æqualem probat virtutem; illudque, *Quos vult*, potestatis paritatem. Viden' illud, *Non potest a seipso facere*, potestatem non tollere, sed parem potentiam et voluntatem significare? Sic intelligas illud, *Demonstrabit ei.* Etenim alibi dicit, *Ego resuscitabo eum in novissimo die* (*Joan.* 6. 39). Ac rursum, ostendens se vim operandi non accepisse, *Ego sum*, inquit, *resurrectio et vita* (*Joan.* 11. 25). Deinde ne dicas ipsum quos vult mortuos suscitare et vivificare, sed alia non perinde facere, et hanc objectionem depellere occupat his verbis : *Quæcumque ille fecerit, hæc et Filius similiter facit;* declarans se omnia quæ ille facit similiter facere; mortuos nempe suscitare, corpora formare, peccata remittere, et quidvis aliud, perinde atque Pater operatur, facere.

5. Verum his animum non adhibent ii qui suam negligunt salutem : tantum malum est, præcellentiæ amor. Hoc hæreses peperit, hoc gentilium impietatem firmavit. Deus quidem volebat invisibilia sua per mundi creationem intelligi : illi vero his omissis, et hanc dedignantes doctrinam, alteram sibi paravere viam; quapropter a vera via aberrarunt. Ideo Judæi non crediderunt, gloriæ humanæ cupidi; illam vero, quæ a Deo est, gloriam non quærentes.

Inanis gloria fugienda. — Verum nos, dilecti, hunc morbum omni studio et diligentia fugiamus. Licet enim innumera probe gesserimus, hæc omnia vanæ gloriæ pernicies labefactabit. Si ergo ad laudes respiciamus, illas quæramus quæ a Deo sunt. Laus enim hominum, qualiscumque fuerit, statim atque apparet evanescit. Etsi autem non periret, nihil certe lucri nobis afferret, et ex corrupto sæpe judicio provenit. Quid enim tam admirabile humana gloria habeat, qua fruuntur et saltantes juvenes, et impudicæ mulieres, et avari atque raptores? Qui autem a Deo laudatur, non cum his, sed cum sanctis illis admirationi habetur, cum prophetis nempe et apostolis, qui angelicam duxere vitam. Quod si turbam circumducere et suspici optamus, illud quid sit exploremus, ac nullius pretii esse deprehendemus. Uno verbo, si

[1] Alii legunt, *curaret*, pro, *compesceret.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

turbam amas, angelorum multitudinem tibi attrahe, et dæmonibus terribilis esto, et sic hominum nullam habebis rationem; sed omnia etiam quæ splendida videntur, ita calcabis ut cœnum atque lutum : et tunc clare videbis nihil animam ita deturpare, ut gloriæ amorem. Non potest enim, non potest utique vanæ gloriæ amator vitam cruciatu plenam non ducere [1]; sicut etiam qui illam calcat, non potest vitia multa non conculcare. Nam qui vanam gloriam superavit, invidiam, pecuniarum amorem, cæterosque gravissimos morbos devicturus est. Et quomodo, inquies, illam superabimus? Si aliam spectemus gloriam; hoc est cœlestem, a qua nos hæc ejicere conatur. Illa enim nos et in hac vita conspicuos efficit, et ad futuram vitam nobiscum pergit, atque ab omni servitute carnali nos liberat. Carni misere nunc servimus, terræ terrenisque rebus addicti. Sive in forum te conferas, sive domum intres, sive vias, stationes, diversoria frequentes, si navim conscendas, insulam adeas vel regias ædes, si judiciale forum vel senatum adeas, sæcularium ubique rerum sollicitudinem observabis, singulosque his in rebus laborantes, abeuntes, manentes, navigantes, agricolas, eos qui in agro, eos qui in urbe habitant, uno verbo, omnes. Quæ nobis spes salutis erit, quando Dei terram incolentes, nihil ea quæ Dei sunt curamus, sed cum jubeamur nic peregrini esse, peregrini in cælo sumus, et mundi cives? Quid hac stupiditate deterius? Quotidie judicium et regnum audimus, et eos qui in diebus N. e erant necnon Sodomitas imitamur, et experimento omnia ediscere volumus. Atqui ideo illa omnia scripta sunt, ut si quis futura non credat, ex præteritis claram accipiat futurorum notitiam. Hæc itaque cogitantes, tam præterita, quam futura, paulum ex hac servitute respiremus, et aliquam animæ rationem habeamus, ut et præsentia et futura consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Juxta Savil. legendum est : *Non potest enim.... vanæ gloriæ amator vitam crucifixam ducere*, quasi diceretur, *vitam christianam.*

HOMILIA XXXIX.

22. *Pater meus non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio*, 23. *ut omnes honorificent Filium, ut honorificant Patrem.*

1. *Judicium futurum timendum. Filius non factus, sed ab æterno genitus. Christus quomodo et qua mente de se loquens humilia permisceat sublimibus.* — Multa nobis opus est in omnibus diligentia, dilecti; accuratam quippe rationem dabimus et verborum et operum. Res enim nostræ non sunt præsentis vitæ limitibus circumscriptæ, sed alia nos exceptura est vitæ conditio, tremendoque judicio sistemur. *Omnes enim nos*, inquit Paulus, *manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque, quæ per corpus egit, prout gessit, sive bonum, sive malum* (2. *Cor.* 5. 10). Hoc tribunal semper cogitemus, et sic semper virtuti incumbere poterimus. Nam sicut is qui illam diem ab animo ejicit, quasi equus excusso freno in præcipitia ruit (*Profanantur* enim, inquit, *viæ ejus in omni tempore*; et causam afferens ait, *Auferuntur judicia tua a facie ejus* [*Psal.* 9. 27]) : ita qui semper hoc timore tenetur, temperanter incedet. Nam, *Recordare*, inquit, *novissima tua, et in æternum non peccabis* (*Eccli.* 7. 40). Qui enim nunc dimittit nobis peccata, is tunc judex sedebit; qui mortuus est pro nobis, hic universam naturam judicans apparebit. *Iterum* enim, inquit, *sine peccato videbitur suscipientibus ipsum ad salutem* (*Hebr.* 9. 28). Quamobrem hoc loco dicit : *Pater meus non judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, ut honorificant Patrem.* Ergone Patrem, inquies, illum dicemus? Absit. Ideo namque dicit Filium, ut Filium manentem honoremus sicut Patrem. Qui vero ipsum vocat Patrem, non ultra Filium ut Patrem honorat, sed omnia miscet. Quia ergo beneficio affecti homines non ita ad officium redeunt, ut castigati; ideo terribilia dixit, ut metus saltem ad honorem sibi ferendum traheret [1]. Cum dicit, *Omne*, id est, puniendi et honorandi potestatem habet, atque utrumque pro lubito faciendi. Illud vero, *Dedit*, dictum est, ne ipsum non genitum esse suspiceris, neque putes duos esse Patres : nam quidquid est Pater, est et Filius [2], genitus et Filius manens. Ut vero discas illud, *Dedit*, idipsum significare quod, genuit, audi illud alio loco declaratum : *Sicut Pater habet vitam in semetipso, ita dedit et Filio vitam habere in semetipso* (*v.* 7). Quid ergo? prius ne ipsum genuit, ac deinde vitam dedit? Qui dat enim, cuidam exsistenti dat. Ergone genitus erat sine vita? Verum hoc ne dæmones quidem suspicentur : multam quippe habet insaniam cum impietate conjunctam. Quemadmodum ergo illud, *Dedit vitam*, idem est quod, Genuit ipsum vitam : sic, *Dedit judicium*, id est, Ipsum judicem genuit. Etenim ne audiens quod ipse Patrem causam habuerit, diversitatem substantiæ putes, honoremque minorem, ipse venit te judicatum, hinc æqualitatem [3] ostendens. Qui enim quos vult puniendi et honorandi potestatem habet, eadem quæ Pater potest. Nisi enim hoc esset, sed postea quam genitus fuerat honorem accepisset, quæ causa fuit ut ipse posterior honoraretur? quo pacto ita profecit, ut hanc dignitatem acciperet? Non erubescitis dum immortali nullumque augmentum accipienti naturæ humana et tam vilia adscribitis? Cur ergo, inquies, ita loquitur? Ut dicta facilius credantur, et ad sublimiora viam paret; ideo utraque commiscet. Videautem quomodo : nam e re fuerit hæc a principio observare.

[1] Alii legunt : *Quia enim beneficio affecti homines... .. ut castigati, « omne judicium dedit Filio, » inquit, ut metus saltem ad honorem sibi ferendum traheret.*

[2] Quidam legunt, *nam quidquid est Patris, hoc et Filii est.*

[3] Alii legunt, *nobilitatem*, pro, *æqualitatem.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ποιήσῃ λόγον· ἀλλὰ πάντα οὕτω καταπατήσεις τὰ λαμπρὰ, ὡς βόρβορον καὶ πηλόν· καὶ ὄψει τότε σαφῶς, ὅτι οὐδὲν οὕτω παρασκευάζει ψυχὴν ἀσχημονεῖν, ὡς τὸ δόξης ἐρᾶν. Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τὸν ταύτης ἐρῶντα μὴ ζῆσαι βίον ἐσταυρωμένον [a]· ὥσπερ οὖν οὐκ ἔστι πατήσαντα ταύτην, μὴ τὰ πλείονα τῶν παθῶν καταπατῆσαι. Ὁ γὰρ ταύτης περιγενόμενος, καὶ φθόνου καὶ φιλοχρηματίας, καὶ πάντων περιέσται τῶν χαλεπῶν νοσημάτων. Καὶ πῶς αὐτῆς περιεσόμεθα, φησίν; Ἂν πρὸς τὴν ἄλλην ἴδωμεν δόξαν τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἧς ἐκβάλλειν ἡμᾶς αὕτη βιάζεται. Ἐκείνη γὰρ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ λαμπρούς, καὶ μεθ' ἡμῶν πρὸς τὴν μέλλουσαν συναποδημεῖ ζωὴν, καὶ πάσης ἡμᾶς ἐλευθεροῖ δουλείας σαρκικῆς, ᾗ μετὰ πολλῆς ἀθλιότητος δουλεύομεν νῦν, ὅλους ἑαυτοὺς τῇ γῇ καὶ τοῖς ταύτης ἐκδόντες πράγμασι. Κἂν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλῃς, κἂν εἰς οἰκίαν εἰσέλθῃς, κἂν εἰς τὰς ὁδοὺς, κἂν εἰς τοὺς σταθμοὺς, κἂν εἰς τὰ καταγώγια, κἂν εἰς τὰ πανδοχεῖα, κἂν εἰς πλοῖον, κἂν εἰς νῆσον, κἂν εἰς τὰ βασίλεια, κἂν εἰς τὰ δικαστήρια, κἂν εἰς βουλευτήρια, πανταχοῦ τῶν παρόντων καὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ὄψει τὴν φροντίδα, καὶ ἕκαστον ὑπὲρ τούτων κοπτόμενον, τούς τε ἀπόντας τούς τε ἐπιόντας, τοὺς ἀποδημοῦντας τούς τε μένοντας, τοὺς πλέοντας, τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς, τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι, πάντας ἁπλῶς. Τίς οὖν ἡμῖν ἐλπὶς σωτηρίας ἔσται, ὅταν τὴν γῆν οἰκοῦντες τοῦ Θεοῦ, μὴ τὰ τοῦ [225] Θεοῦ φρονῶμεν, ἀλλὰ κελευσθέντες εἶναι ξένοι τῶν ἐνταῦθα, ξένοι τῶν οὐρανῶν ὦμεν, καὶ τῶν ἐνταῦθα πολῖται; Τί ταύτης τῆς ἀναισθησίας χεῖρον γένοιτ' ἄν, ὅταν καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ τῆς κρίσεως, τὰ τῆς βασιλείας ἀκούοντες, τοὺς ἐπὶ τοῦ Νῶε μιμώμεθα καὶ τοὺς ἐν Σοδόμοις, τῇ πείρᾳ τῶν πραγμάτων μένοντες πάντα μαθεῖν; Καίτοι γε διὰ τοῦτο πάντα ἐκεῖνα γέγραπται, ἵνα εἴ τις τοῖς μέλλουσιν ἀπιστεῖ, ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων σαφῆ λάβῃ καὶ περὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀπόδειξιν. Ταῦτα οὖν ἐννοοῦντες, καὶ τὰ παρεληλυθότα καὶ τὰ μέλλοντα, μικρὸν γοῦν ἀναπνεύσωμεν τῆς χαλεπῆς ταύτης δουλείας, καί τινα καὶ τῆς ψυχῆς ποιησώμεθα λόγον, ἵνα καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. et codd. 705, 706 recte omittitur. *Videsis adnotationem interpretationi Latinæ subjectam.* Edit.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΘ'.

Ὁ Πατὴρ μου οὐ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα.

α'. Πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς σπουδῆς ἐν ἅπασιν, ἀγαπητοί. Καὶ γὰρ λόγον δώσομεν, καὶ εὐθύνας ὑφέξομεν ἀκριβεῖς, καὶ ῥημάτων καὶ πραγμάτων. Οὐ γὰρ μέχρι τοῦ παρόντος τὰ ἡμέτερα ἕστηκεν [a], ἀλλὰ καὶ ἑτέρα τις ἡμᾶς ἐντεῦθεν ἐκδέξεται ζωῆς κατάστασις, καὶ δικαστηρίῳ παραστησόμεθα φοβερῷ. *Δεῖ γὰρ ἡμᾶς παραστῆναι ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ*, φησὶ Παῦλος, *ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν*. Τοῦτο τοίνυν τὸ δικαστήριον ἐννοῶμεν ἀεὶ, καὶ οὕτω διὰ παντὸς τοῦ χρόνου δυνησόμεθα εἶναι ἐν ἀρετῇ. Ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς ψυχῆς ἐκβαλὼν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, καθάπερ ἵππος τὸν χαλινὸν ἀπορρήξας, εἰς κρημνοὺς φέρεται (*Βεβηλοῦται* γάρ, φησὶν, *αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ*· διὸ καὶ τὴν αἰτίαν τιθεὶς, ἐπήγαγεν· *Ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ*)· οὕτως ὁ διαπαντὸς τοῦτον ἔχων τὸν φόβον, σωφρόνως βαδιεῖται. *Ἀναμμήσκου* γὰρ, φησὶ, *τὰ ἔσχατά σου καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ ἁμαρτήσεις*. Ὁ γὰρ ἀφεὶς [b] ἡμῖν τὰ ἁμαρτήματα νῦν, οὗτος καθεδεῖται δικάζων τότε· ὁ ἀποθανὼν δι' ἡμᾶς, οὗτος φανεῖται πάλιν κρίνων τὴν φύσιν ἅπασαν. *Ἐκ δευτέρου* γὰρ, φησὶ, *χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν*. Διὸ καὶ ἐνταῦθα ἔλεγεν· *Ὁ Πατήρ μου οὐ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα*. Οὐκοῦν καὶ Πατέρα αὐτὸν προσερροῦμεν, φησίν; Ἄπαγε. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπε, *Τὸν Υἱὸν*, ἵνα μένοντα Υἱὸν τιμῶμεν ὡς τὸν Πατέρα. Ὁ δὲ Πατέρα αὐτὸν λέγων οὐκ ἔτι τὸν Υἱὸν ὡς Πατέρα ἐτίμησεν, [226] ἀλλὰ τὸ πᾶν συνέχεεν. Ἐπεὶ τοίνυν εὐεργετούμενοι οἱ ἄνθρωποι, οὐχ οὕτω προσάγονται ὡς τιμωρούμενοι, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπε φοβερῶς, ἵνα [c] κἂν ὁ φόβος εἰς τιμὴν ἑαυτοῦ ἐπισπάσηται. *Πᾶσαν* δὲ ὅταν εἴπῃ, τοῦτο λέγει, ὅτι καὶ τοῦ κολάζειν καὶ τοῦ τιμᾶν κύριός ἐστι, καὶ ἐκάτερα ποιεῖν ὡς ἂν ἐθέλῃ. Τὸ δὲ, *Ἔδωκεν*, εἴρηται, ἵνα μὴ ἀγέννητον αὐτὸν ὑποπτεύσῃς, μηδὲ δύο Πατέρας εἶναι νομίσῃς. Πάντα γὰρ ὅσα ἐστὶν ὁ Πατὴρ, ταῦτά ἐστι καὶ ὁ Υἱὸς [d], γεννηθεὶς, καὶ μένων ἐν τῷ εἶναι Υἱός. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ, *Ἔδωκεν*, ἴσον τῷ ἐγέννησεν, ἐστὶν, ἄκουσον ἐξ ἑτέρου τοῦτο αὐτὸ δηλούμενον. *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ*, φησὶν, *οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ*. Τί οὖν; πρότερον αὐτὸν ἐγέννησε, καὶ τότε ἔδωκε τὴν ζωήν; Ὁ γὰρ διδοὺς, ὄντι τινὶ δίδωσιν. Οὐκοῦν ἦν τῆς ζωῆς χωρὶς γεννηθείς; Ἀλλὰ τοῦτο οὐδ' ἂν δαίμονες ὑποπτεύσαιεν· μετὰ γὰρ τῆς ἀσεβείας πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει. Ὥσπερ οὖν τὸ, *Ἔδωκε ζωὴν*, ἐγέννησεν αὐτὸν ζωὴν ἐστιν· οὕτω καὶ τὸ *Ἔδωκε κρίσιν*, κριτὴν αὐτὸν ἐστιν ἐγέννησεν. Ἵνα γὰρ μὴ, ἀκούων ὅτι αἴτιον ἔχει τὸν Πατέρα, παραλλαγὴν οὐσίας νομίσῃς καὶ τιμῆς ἐλάττωσιν, αὐτὸς ἔρχεταί σε κρίνων, τὴν ἰσότητα [e] καὶ ἐντεῦθεν δεικνύς. Ὁ γὰρ ἔχων ἐξουσίαν κολόζειν καὶ τιμᾶν οὓς βούλεται, τὰ αὐτὰ δύναται τῷ Πατρί. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἀλλ' ὕστερον γεννηθεὶς ἔλαβε τὴν τιμὴν, τί γέγονεν ὥστε αὐτὸν ὕστερον τιμηθῆναι; ἐκ ποίας ἐπὶ τοῦτο ἦλθε προκοπῆς ὥστε τὴν ἀξίαν ταύτην λαβεῖν καὶ χειροτονηθῆναι; Οὐκ αἰσχύνεσθε τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα καὶ εὐτελῆ νοήματα τῇ ἀκηράτῳ φύσει καὶ οὐδὲν ἐπείσακτον ἐχούσῃ ἀναισχύντως οὕτως ἐπεισάγοντες; Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτω φθέγγεται, φησίν; Ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὸν λόγον, καὶ τοῖς ὑψηλοῖς προοδοποιῆσαι ῥήμασι. Διὰ τοῦτο ἀναμίγνυσι ταῦτα ἐκείνοις, κἀκεῖνα τούτοις. Καὶ ὅρα πῶς· καλὸν γὰρ ἐξ ἀρχῆς [f] ταῦτα ἰδεῖν. Εἶπεν, *Ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*· δεικνὺς ἐκ τούτου τὸ ἴσον καὶ τὸ ὁμότιμον· *Καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι*. Τί λοιπὸν ποιεῖ; Τῇ λέξει μὲν καθυφίησι, τὰ νοήματα δὲ τὰ αὐτὰ τίθησιν, οὕτω λέγων· *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν*. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἀνάγει τὸν λόγον· *Ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ*, λέγων. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὸ ταπεινότερον· *Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ ἃ*

[a] Sic Savil. Morel. τὰ ἡμέτερά ἐστι. [b] Morel. ὁ τοίνυν ἀφείς. [c] Alii ἐπειδὴ γὰρ εὐεργ. οἱ ἄνθρ. οὐχ οὕτως αἰσθάνονται, πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν αὐτῷ φησίν, ἵνα. [d] Quidam ἐστὶ τῷ Πατρὶ ταῦτά ἐστι καὶ τῷ Υἱῷ. [e] Sic Savil. et Morel. Alii τὴν εὐγένειαν. [f] Alius τούτοις. Ὅρα γοῦν ἐξ ἀρχῆς ...

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτὸς ποιεῖ· καὶ μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ. Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον· *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.* Καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν ἐπὶ τὸ ταπεινὸν ὁμοῦ καὶ ὑψηλόν· *Οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν ἔδωκε τῷ Υἱῷ.* Εἶτα ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον· *Ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα.* Εἶδες πῶς τὸν λόγον ποικίλλει, δι' ὑψηλῶν τε [227] καὶ ταπεινῶν αὐτὸν ὑφαίνων ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων, ὥστε καὶ τοῖς τότε γενέσθαι εὐπαράδεκτον, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα μηδὲν βλαβῆναι, ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν καὶ περὶ τῶν ἑτέρων τὴν προσήκουσαν λαβόντας ἔννοιαν; Εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστι, μηδὲ συγκαταβάσεως ἕνεκεν εἴρηται τὰ εἰρημένα, τίνος ἕνεκεν τὰ ὑψηλὰ προσέκειτο; Ὁ μὲν γὰρ ὀφείλων μεγάλα [a] περὶ ἑαυτοῦ φθέγγεσθαι, ὅταν μικρόν τι εἴπῃ καὶ ταπεινὸν, πρόφασιν εὐπρόσωπον ἔχει, οἰκονομίας τινὸς ἕνεκεν τοῦτο ποιῶν· ὁ δὲ εὐτελῆ λέγειν ὀφείλων περὶ ἑαυτοῦ, ἂν μέγα τι εἴπῃ, τίνος ἕνεκεν τὰ ὑπερβαίνοντα αὐτοῦ τὴν φύσιν φθέγγεται [b]; Τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτι οἰκονομίας τινὸς, ἀλλ' ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν.

β'. Ὥστε ἡμεῖς μὲν δικαίαν καὶ τῷ Θεῷ πρέπουσαν αἰτίαν ἔχομεν εἰπεῖν τῶν ταπεινῶν ῥημάτων, τὴν συγκατάβασιν, καὶ τὸ παιδεύειν μετριάζειν, καὶ τὴν διὰ ταύτης ἡμῖν οἰκονομουμένην σωτηρίαν· ὁ καὶ αὐτὸς δηλῶν ἀλλαχοῦ ἔλεγε· *Ταῦτα δὲ λέγω, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.* Ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν Ἰωάννου κατέφυγε μαρτυρίαν, τὴν ἑαυτοῦ ἀφεὶς (ὅπερ ἀνάξιον αὐτοῦ τῆς μεγαλωσύνης ἦν)· τῆς εὐτελείας τῆς τοσαύτης τῶν ῥημάτων τιθεὶς τὴν αἰτίαν, εἶπε τὸ, *Ταῦτα δὲ λέγω, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.* Ὑμεῖς δὲ οἱ λέγοντες μὴ ἔχειν αὐτὸν τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν δύναμιν τῷ γεγεννηκότι, τί ἂν εἴπητε ὅταν ἀκούσητε αὐτοῦ φθεγγομένου, δι' ὧν ἴσην δείκνυσι τὴν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ δύναμιν καὶ ἐξουσίαν καὶ δόξαν; Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ τὴν αὐτὴν τιμὴν ἀπαιτεῖ, σφόδρα καταδεέστερος ὢν, ὡς φατε; Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται, οὕτως εἰπὼν, ἀλλὰ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντα αὐτόν.* Ὁρᾷς πῶς συμπέπλεκται ἡ τιμὴ τοῦ Υἱοῦ τῇ τιμῇ τοῦ Πατρός; Καὶ τί τοῦτο, φησί; Τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ἔστιν ἰδεῖν· *Ὁ γὰρ δεχόμενος, φησὶν, ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται.* Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, ἐπειδὴ τὰ τῶν δούλων οἰκειοῦται τῶν ἑαυτοῦ, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ μία ἐστὶν ἡ οὐσία καὶ ἡ δόξα. Ἄλλως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἴρηται, ἵνα τιμῶσι. Καλῶς δὲ εἶπεν, *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα.* Καὶ γὰρ εἰ δύο βασιλέων ὄντων ὁ εἷς ὑβρίζοιτο, συνυβρίζεται καὶ ὁ ἕτερος, καὶ μάλιστα ὅταν ὁ ὑβριζόμενος υἱὸς ᾖ. Ὑβρίζεται μὲν γὰρ καὶ ὁπλίτου παροινηθέντος· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ὡς διὰ μεσίτου. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὡς δι' ἑαυτοῦ. Διὰ τοῦτο προλαβὼν εἶπεν, *Ἵνα τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα·* ἵνα, ὅταν εἴπῃ, *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα,* τὴν αὐτὴν ἐννοήσῃς τιμήν. Οὐ γὰρ [c] ἁπλῶς, *Ὁ μὴ τιμῶν,* ἀλλ', *Ὁ μὴ τιμῶν* οὕτως ὡς [228] εἶπον, φησὶν, *οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα.* Καὶ πῶς, φησὶ, τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ πέμπων καὶ ὁ πεμπόμενος; Πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπινα καταφέρεις τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἐννοεῖς ὅτι ταῦτα πάντα δι' οὐδὲν ἕτερον εἴρηται, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν αἴτιον εἰδῶμεν, καὶ εἰς τὴν Σαβελλίου μὴ περιπέσωμεν νόσον, καὶ τῶν Ἰουδαίων ἡ ἀσθένεια τοῦτον θεραπευθῇ τὸν τρόπον, ὥστε μὴ νομισθῆναι αὐτὸν ἀντίθεον εἶναι παρ' αὐτοῖς [d]. Καὶ γὰρ ἔλεγον, *Οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ· οὗτος ἀπὸ Θεοῦ οὐκ ἐλήλυθε.* Πρὸς δὲ τὸ τὴν ὑποψίαν ταύτην ἀνελεῖν, οὐχ οὕτω τὰ ὑψηλὰ, ὡς τὰ ταπεινὰ συνεβάλλετο. Διὰ τοῦτο καὶ συνεχῶς ἄνω καὶ κάτω ἔλεγεν ἀπεστάλθαι, οὐχ ἵνα ἐλάττωσίν τινα αὐτοῦ νομίσῃς εἶναι τὸ ῥῆμα, ἀλλ' [e] ἵνα ἐμφράξῃ τὰ ἐκείνων στόματα. Διὰ τοῦτο καὶ καταφεύγει συνεχῶς ἐπὶ τὸν Πατέρα, τιθεὶς μεταξὺ καὶ τὴν οἰκείαν αὐθεντίαν [f]. Εἴτε γὰρ πάντα πρὸς τὴν ἀξίαν ἔλεγε τὴν ἑαυτοῦ, οὐκ ἂν ἐδέξαντο τὰ λεγόμενα ἐκεῖνοι, ὅπου γε καὶ ἀπὸ ὀλίγων τοιούτων ῥημάτων ἐδίωξάν τε αὐτὸν καὶ ἐλίθασαν πολλάκις· εἴτε πρὸς ἐκείνους ἀφορῶν πάντα ἐφθέγγετο ταπεινὰ, μετὰ ταῦτα πολλοὶ ἐβλάβησαν ἄν. Διόπερ ἀναμίγνυσι καὶ κιρνᾷ τὴν διδασκαλίαν, καὶ διὰ τούτων, ὅπερ ἔφην, τῶν ταπεινῶν ἐμφράττων τὰ ἐκείνων στόματα, καὶ διὰ τῶν πρὸς τὴν ἀξίαν λεχθέντων τὴν εὐτελῆ τῶν εἰρημένων ἀποκρουόμενος [g] ἔννοιαν παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσι, καὶ δεικνὺς οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσαν ὅλως. Τὸ γὰρ πεμφθῆναι, μεταβάσεώς ἐστιν· ὁ δὲ Θεὸς πανταχοῦ πάρεστι. Τίνος οὖν ἕνεκέν φησιν, ἀπεστάλθαι; Παχύτερα λέγει, τὴν πρὸς τὸν [h] Πατέρα ὁμόνοιαν δηλῶν· οὕτω γοῦν καὶ τὰ ἑξῆς σχηματίζει ῥήματα, τοῦτο κατασκευάσαι θέλων. *Ἀμὴν γὰρ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν,* φησὶν, *ὅτι ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.* Ὁρᾷς πῶς συνεχῶς τὸ αὐτὸ τίθησι, θεραπεύων ἐκείνην τὴν ὑπόψιαν, καὶ ἐντεῦθεν καὶ διὰ τῶν ἑξῆς, καὶ φόβῳ καὶ εὐεργεσίας ἐπαγγελίᾳ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλονεικίαν καταλύων, κάνταῦθα πάλιν συγκαταβαίνων πολὺ τοῖς ῥήμασιν; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους, καὶ πιστεύων ἐμοί. Ἦ γὰρ ἂν τοῦφον τὸ πρᾶγμα ἐνόμισαν εἶναι, καὶ κόμπον ῥημάτων περιττόν. Εἰ γὰρ μετὰ τοσοῦτον χρόνον καὶ μυρία θαύματα τοῦτο ὑπώπτευσαν, φθεγξαμένου αὐτοῦ οὕτω, πολλῷ μᾶλλον τότε. Διὸ καὶ ἔλεγον αὐτῷ τότε· *Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον, καὶ πῶς σὺ λέγεις, Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, εἰς τὸν αἰῶνα οὐ μὴ γεύσεται θανάτου;* Ἵν' οὖν μὴ καὶ ἐνταῦθα ἐκθηριωθῶσιν, ὅρα τί φησιν· *Ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.* Τοῦτο δὲ οὐ μικρῶς εὐπαράδεκτον ἐποίει τὸν λόγον, τὸ μαθεῖν λέγω, ὅτι τῷ Πατρὶ πιστεύουσιν οἱ αὐτοῦ ἀκούοντες. Τοῦτο γὰρ δεξάμενοι μετὰ προθυμίας, καὶ τὰ λοιπὰ ἔμελλον εὐκολώτερα δέχεσθαι. Ὥστε καὶ τῷ ταπεινόν τι εἰπεῖν τοῖς ὑψηλοῖς συνετέλει καὶ προωδοποίει [i]. Εἰπὼν δὲ, *Ἔχει ζωὴν αἰώνιον,* ἐπάγει· *Καὶ εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται,* [229] *ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν·* δύο τούτοις εὐπαράδεκτον ποιῶν τὸν λόγον, καὶ τῷ τὸν Πατέρα εἶναι πιστευόμενον, καὶ τῷ πολλῶν ἀπολαύειν ἀγαθῶν τὸν πειθόμενον. Τὸ δὲ, *Εἰς κρίσιν οὐκ ἔρχεται,* τοῦτό ἐστιν, οὐ κολάζεται. Θάνατον γὰρ οὐ τοῦτόν φησι τὸν ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὸν αἰώνιον, ὥσπερ οὖν καὶ ζωὴν ἐκείνην τὴν ἀθάνατον. *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσουσι τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται.* Εἰπὼν τὰ ῥήματα, λέγει καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἀπό-

[a] Morel. μὲν γὰρ προσήκων αὐτῷ μεγ. [b] Savil. φθέγγεται, Morel. φθέγγεσθαι; et paulo post Savil. ἐσχάτης ἀσεβείας, Morel. ἐσχάτης παρανοίας. Neutra lectio placet. Libenter scriberemus ἀπονοίας, nisi obstaret omnium codd. in ἀσεβείας consensus. [c] Savil. et Morel. ἐννοήσῃς. Alii ὑποπτεύσῃς.

[d] Morel. τὸν τρόπον. Καὶ γὰρ ἐξ ἐσχάτης ἀγνωμοσύνης ἀντίθεος ἐνομίζετο παρ' αὐτοῖς. Savilium et codices sequimur. [e] Morel αὐτοῦ διὰ τούτου ἐμφήνῃ, ἀλλ'. [f] Savil. εὐγένειαν. [g] Morel. διορθούμενος. [h] Morel. πάρεστι. Διά τοι τοῦτο καὶ χρήσασθαι οὐ παραιτεῖται παχυτέρᾳ λέξει, τὴν πρὸς τὸν. [i] Alii προωδοποίει. Οὗτος οὖν, φησὶν, ὀφείλεται ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς κρίσιν.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

Dixit: *Pater meus operatur, et ego operor;* et his verbis æqualitatem et parem honorem ostendit: *Et quærebant eum interficere.* Quid deinceps agit? Verba attemperat, eumdem sensum retinens, dum ait: *Non potest Filius a seipso facere quidquam.* Deinde rursum ad sublimia redit: *Quæ enim ille fecerit, hæc et Filius similiter facit.* Post hæc rursus ad humilia descendit: *Pater enim diligit Filium, et omnia demonstrat ei quæcunque facit; et majora his demonstrabit ei.* Hinc rursum sublimiora dicit: *Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat.* Sub hæc iterum humilia simul et sublimia attingit: *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio.* Hinc ad sublimiora pergit: *Ut omnes honorificent Filium, ut honorificant Patrem.* Viden' quomodo sermonem variet, dum sublimia verba et nomina humilibus admiscet, ut et a præsentibus facilius admitterentur, et a futuris nihil damni acciperetur, sed hi a sublimibus, de aliis quoque consentaneam opinionem haberent? Nam si res non ita se habeat, et si verba non per attemperationem quamdam dicta sunt, cur sublimia admiscuit? Nam qui magna de se loqui debet, si humilius quidpiam protulerit, occasionem dat putandi se per dispensationem quamdam hoc agere: qui autem vilia de se loqui debet, si magnum quidpiam dixerit, cur ea loquitur quæ suam naturam superant? Hoc enim non ex œconomia quadam, sed ex summa impietate (*a*) prodit.

2. *Cur Christus verbis utatur humilibus. Eadem ipsi Patrique potestas.* — Itaque nos justam Deoque congruentem causam, cur nempe verbis utatur humilibus, dicere possumus, nempe quod sese demittat, nosque doceat ut modeste agamus, sicque nostræ saluti provideat: quod et ipse alibi declarat his verbis: *Hæc autem dico ut vos salvi sitis* (v. 34). Quia enim ad Joannis testimonium confugit, suo omisso: quod magnitudine sua indignum erat; causam cur vilia verba protulerit, adjicit; nempe, *Hæc autem dico, ut vos salvi sitis.* Vos autem qui dicitis ipsum non habere eamdem quam Pater potestatem, quid dicetis cum audieritis illum dicentem, se parem habere paternæ virtutem, potestatem, gloriam? Cur eumdem exigit honorem, si, ut vos dicitis, longe inferior est? Hæc enim dixisse non contentus, adjicit: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.* Viden' quomodo honor Filii cum honore Patris copuletur? Et quid hoc? dicet aliquis. Id et in apostolis videmus: *Qui vos suscipit,* inquit, *me suscipit.* Sed illic servorum res ut sibi proprias tractat, et ideo sic loquitur; hic vero sic dicit, quia est una substantia, una gloria. Alioquin vero apostolis non dixit, ut honorificent. E re autem dixit, *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem.* Nam si ex duobus regibus alter contumelia afficiatur, in alterum etiam cadit contumelia, maximeque si is qui læditur filius sit: imo etiam milite læso, contumelia afficitur rex; verum non eodem modo, sed per intermedium aliquem. Hic vero non similiter, sed per seipsum. Ideo dicere occupavit, *Ut honorificent Filium, ut honorificant Patrem;* ut cum dixerit, *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem,* eumdem intelligas honorem. Neque enim simpliciter, Qui non honorificat, sed, Qui non honorificat ut dixi, non honorificat Patrem. Et quomodo, inquies, ejusdem substantiæ sunt qui mittit et qui mittitur? Rursus ad humana sermonem demittis, nec cogitas hæc omnia non alia de causa dicta fuisse, nisi ut causam cognoscamus, ac ne in Sabellii morbum incidamus (*a*), et Judæorum infirmitas hoc modo curetur, ut non Deo adversarius apud eos esse existimetur [1]. Nam dicebant, *Hic non est ex Deo; hic a Deo non venit.* Ut vero hanc suspicionem auferret, non tam sublimia quam humilia adhibebat. Idcirco frequentissime dicebat se missum fuisse, non ut hinc putares inferiorem dici, sed ut illorum ora obstruerot, ideo sæpe ad Patrem confugit, suam tamen auctoritatem interserens. Nam si omnia secundum dignitatem suam dixisset, dicta non admisissent illi: quandoquidem vel ex paucis hisce verbis persequebantur illum sæpe, et lapidabant. Quod si ad illos respiciens semper humilia dixisset, multi postea hinc læsi fuissent. Quapropter doctrinam miscet, per humilia, ut dixi, illis silentium imponens, et per ea quæ dignitatem exprimebant, vilem depellens existimationem apud eos qui mente valerent, ut ostenderet id non sibi prorsus competere. Nam missum esse, translationem indicat: Deus autem ubique est. Cur ergo dicit missum fuisse? Crassiori verbo utitur, dum suum cum Patre consensum declarat: et sic sequentia eadem de causa temperat. 24. *Amen, amen dico vobis, quia qui audit sermones meos, et credit ei qui misit me, habet vitam æternam.* Viden' quam frequenter idipsum repetat, ut illam suspicionem tollat, et hic et in sequentibus, metu et promissis a contentione removens, atque hic rursus ad humilia admodum descendat? Neque enim dixit, Qui audit sermones meos, et credit in me; nam id superbe dictum et verborum fastum putassent. Etenim si post tantum temporis et tot patratis miraculis, cum sic ille loqueretur, hoc suspicati sunt; multo magis tunc id putaturi erant. Ideoque dicebant illi: *Abraham mortuus est, et prophetæ mortui sunt, et quomodo tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, in æternum non gustabit mortem* (*Joan.* 8. 52)? Ne igitur hic quoque efferarentur, vide quid dicat: *Qui verbum meum audit, et credit ei qui me misit, habet vitam æternam.* Hanc loquendi rationem facile admittere poterant, cum discerent eos qui Jesum audirent Patri credere. Cum enim hoc libenter admitterent, cætera facilius accepturi erant. Itaque cum humile quidpiam diceret, sublimioribus viam parabat. Postquam autem dicit, *Habet vitam*

(*a*) Melius legeretur, *ex summa arrogantia.* Vix enim dici potest generatim loquendo extremæ impietatis esse, si is qui humilia de se loqui debet, magna de se proferat? Sed sine Manuscripti auctoritate nihil mutamus.

[1] Hunc locum sic effert Morel....., *Judæorum infirmitas hoc modo curetur: apud illos enim, extrema insania laborantes, quasi Dei adversarius reputabatur.*

(*a*) Sabellius putabat unam esse in Deo personam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

æternam, subjungit : *Et in judicium non venit, sed transiit a morte in vitam.* His duobus sibi fidem conciliat, et quod Patri credendum diceret, et quod obsequenti multa bona polliceretur. Illud autem, *In judicium non venit*, id est, non punitur. Mortem autem non hanc, sed æternam dicit ; ut et vitam dicit immortalem. 25. *Amen, amen dico vobis, venit hora, et nunc est, cum mortui audient vocem Filii hominis, et qui audierint, vivent.* Operibus ipsis verba comprobat. Nam cum dixisset, *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat*, ne viderentur hæc ex jactantia et fastu dicta fuisse, ex operibus rem demonstrat, cum dicit, *Venit hora.* Deinde ne putes diu exspectandum esse, adjicit, *Et nunc est, cum mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent.* Viden' hic auctoritatem et potentiam ineffabilem? Quemadmodum enim in resurrectione, sic et nunc erit, inquit. Nam tunc audita imperantis voce, resurgemus ; *In jussu Dei* [1], inquit, *mortui resurgent* (1. *Thess.* 4. 16). Et unde, inquies, constat illud non ex fastu dictum esse? Ex eo quod additur, *Et nunc est.* Nam si futura tantum nuntiaret, hinc ipsis suspicio orta esset. Jam vero rei demonstrationem præbet. Me, inquit, vobiscum versante hoc eveniet. Neque enim, nisi potestatem habuisset, hoc promissurus erat, ne ridiculus omnibus esset. Deinde dicta sua explicat his verbis : 26. *Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso.*

3. *Patris et Filii æqualitas. Judicium, vitam, resurrectionem cur Christus sæpe memoret. Paulus Samosatenus quomodo legat. Quis sit verus legendi modus.* — Viden' quomodo æqualitatem stabiliat, et hanc solam differentiam statuat, quod unus sit Pater, alter Filius? Nam vox illa, *Dedit*, hanc solum distinctionem induxit : cætera vero omnia æqualia et paria esse ostendit. Unde liquet eum cum eadem potestate et virtute omnia facere, qua Pater, nec aliunde vim illam mutuatus. Ita enim vitam habet, ut Pater. Ideoque rursus adjicit id quod sequitur, ut ex hoc illud intelligamus. Quid illud est? *Et potestatem dedit ei judicium facere.* Et cur resurrectionem et judicium tam frequenter memorat? *Sicut enim Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat;* et rursum, *Neque Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio ;* iterumque, *Sicut Pater habet vitam in semetipso, ita dedit et Filio vitam habere in semetipso;* et, *Qui audient vocem Filii Dei, vivent ;* et hoc loco, *Potestatem ei dedit et judicium facere.* Cur ergo hæc frequentius versat, nempe judicium, vitam, resurrectionem? Quoniam hæc maxime sunt quæ vel obstinatum auditorem flectere possint. Qui enim credit se resurrecturum esse, et scelerum pœnas daturum ; etsi non aliud viderit signum, hoc accepto succurret haud dubie, ut propitium sibi judicem reddat. 27. *Quia Filius hominis est.* 28. *nolite hoc admirari.* Paulus Samosatenus non sic legit ; sed quomodo? *Dedit ei potestatem judicium facere, quia Filius hominis est.* Verum hoc ita lectum nullam habet consequutionem. Non enim ideo judicium accepit, quia homo est : alioquin quid impediret quominus omnes homines judices essent? sed quia ineffabilis illius substantiæ Filius est, ideo judex est. Ita igitur legendum, *Quia Filius hominis est, nolite hoc admirari.* Cum videretur auditoribus pugnantia loqui, et nihil aliud quam purum hominem esse illum putarent, verba autem supra hominem, imo supra angelos essent, et solius Dei ; hanc solvens objectionem subjunxit : *Nolite mirari hoc, quia Filius hominis est : quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem ejus;* 29. *et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ : qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.* Et cur non dixit, Nolite mirari, quia Filius hominis est? nam etiam Filius Dei est ; sed resurrectionem memoravit? Jam illud supra posuerat, dicens : *Audient vocem Filii Dei.* Quod si hic illud tacuit, ne mireris. Nam cum opus dixerit quod Deo proprium erat, hinc inferendum auditoribus relinquit, ipsum esse et Deum et Dei Filium. Nam si id frequenter dixisset, illos ad repugnandum concitasset ; ex miraculis vero comprobatum minus odiosam doctrinam reddebat. Nam qui syllogismos nectunt, positis propositionibus quæ rem probent, sæpe conclusionem non afferunt ; sed benevolentiorem hinc sibi auditorem reddunt, et splendidiorem referunt victoriam, dum adversarium ipsum cogunt sententiam ferre quam volunt : ita ut qui præsentes sunt ipsam ideo statim amplectantur. Cum porro Lazari resurrectionem memoravit, judicium tacuit ; non enim hac de causa suscitatus est Lazarus : cum autem de universali resurrectione, id adjecit, eos qui bona egerunt ituros in resurrectionem vitæ ; qui vero mala, in resurrectionem judicii. Sic et Joannes auditorem excitavit, judicium memorans, et dicens eum qui non credit in Filium, non visurum esse vitam, sed iram Dei mansuram esse super eum (*Joan.* 3. 36). Sic et Nicodemo dixit : *Qui credit in Filium, non judicatur : qui autem non credit, jam judicatus est* (*Ibid.* 3. 18). Sic et hoc loco et judicii et supplicii meminit, malis actibus deputati. Quia enim supra dixerat, *Qui audit verba mea, et credit ei qui me misit, non judicatur :* ne quis putet hoc ad salutem satis esse, vitæ rationem addit, *Qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ ; qui mala, in resurrectionem judicii.* Quoniam igitur dixerat totum orbem ipsi rationem redditurum esse, et omnes a voce ejus esse resurrecturos, rem certe novam, inexspectatam, et a multis nondum creditam, ab iis etiam qui credidisse videntur, nedum a Judæis ; audi quo pacto hæc proferat auditorum infirmitati se attemperans. 30. *Non possum ego a meipso facere quidquam. Sicut audio, judico, et judicium meum justum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Atqui non parvum jam dederat resurrectionis argumentum, cum paralyticum sanavit. Ideoque non ante de resurrectione loquutus est, quam hoc fecisset, quod a resurrectione non multum aberat : judicium vero post curatum corpus subindicavit his verbis : *Ecce sanus factus es ; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid con-*

[1] Alii legunt : *In jussu Dei, in novissima tuba.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δειξιν. Ἐπειδὴ [a] γὰρ ἔλεγεν, *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*· ἵνα μὴ δόξῃ κόμπος εἶναι τὸ πρᾶγμα καὶ τῦφος, παρέχεται καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἀπόδειξιν λέγων· *Ἔρχεται ὥρα*. Εἶτα ἵνα μὴ μακρὸν ὑποπτεύσῃς χρόνον, ἐπάγει· *Καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσουσι τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται*. Εἶδες αὐθεντίαν ἐνταῦθα καὶ ἐξουσίαν ἄφατον; Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ ἀναστάσει, οὕτω καὶ νῦν ἔσται, φησί. Καὶ γὰρ τότε φωνῆς ἀκούσαντες ἐπιταττούσης ἐγειρόμεθα· *Ἐν κελεύσματι* [b] γάρ, φησὶ, *Θεοῦ οἱ νεκροὶ ἀναστήσονται*. Καὶ πόθεν δῆλον, ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι οὐ κόμπος τὰ εἰρημένα; Ἐξ ὧν ἐπήγαγεν, ὅτι *Καὶ νῦν ἐστιν*. Εἰ μὲν γὰρ εἰς τὸν μέλλοντα μόνον ἐπήγγελτο χρόνον, ἐμελλεν ὁ λόγος ὕποπτος εἶναι παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ παρέχει τὴν ἀπόδειξιν. Ἐμοῦ γὰρ, φησὶ, διατρίβοντος μεθ' ὑμῶν, τοῦτο γενήσεται. Οὐκ ἂν δὲ μὴ δυνάμενος ἐπηγγείλατο κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ὥστε μὴ πλείονα γέλωτα ὀφλεῖν ἐκ τῆς ὑποσχέσεως. Εἶτα καὶ λογισμὸν ἐπάγει τῶν εἰρημένων ἀποδεικτικὸν, λέγων· *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ*.

γ'. Ὁρᾷς πῶς τὸ ἀπαράλλακτον, καὶ ἑνὶ μόνῳ τὴν διαφορὰν ἐμφαῖνον, τῷ τὸν μὲν Πατέρα εἶναι, τὸν δὲ Υἱόν; Ἡ γὰρ, *Ἔδωκε*, λέξις, ταύτην εἰσάγει τὴν διαίρεσιν μόνην, τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἴσα καὶ ἀπαράλλακτα δείκνυσιν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι μετὰ τοσαύτης ἐξουσίας πάντα ποιεῖ καὶ δυνάμεως, μεθ' ὅσης ὁ Πατὴρ, καὶ οὐχ ἑτέρωθεν δυναμούμενος. Οὕτω γὰρ ἔχει ζωὴν, ὥσπερ ὁ Πατήρ. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὸ ἐφεξῆς εὐθέως ἐπήγαγε [c] πάλιν, ἵνα ἀπὸ τούτου κἀκεῖνο νοήσωμεν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Τὸ, *Ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν καὶ κρίσιν ποιεῖν*. Καὶ τίνος ἕνεκεν ἀνάστασιν καὶ κρίσιν ἄνω καὶ κάτω στρέφει; *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*· καὶ πάλιν, *Ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ*· καὶ πάλιν, *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ*· καὶ πάλιν, *Οἱ ἀκούσαντες τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ζήσονται*· καὶ ἐνταῦθα δὴ πάλιν, *Ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν καὶ κρίσιν ποιεῖν* [d]. Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα στρέφει συνεχῶς, κρίσιν λέγω καὶ ζωὴν καὶ ἀνάστασιν; Ὅτι ταῦτα μάλιστα πάντων ἐστὶ τὰ καὶ ἐπαγαγέσθαι δυνάμενα καὶ τὸν ἀνένδοτον ἀκροατήν. Ὁ γὰρ [230] πεισθεὶς ὅτι καὶ ἀναστήσεται, καὶ τούτῳ δώσει τὰς εὐθύνας τῶν πεπλημμελημένων· εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον εἶδε σημεῖον, τοῦτο καταδεξάμενος προσδραμεῖται πάντως, ἥμερον κατασκευάζων ἑαυτῷ τὸν δικαστήν. *Ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο*. Παῦλος μὲν ὁ Σαμοσατεὺς οὐχ οὕτω φησὶν, ἀλλὰ πῶς; *Ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν*. Ἀλλ' οὐδεμίαν ἀκολουθίαν ἔχει τοῦτο οὕτω λεγόμενον. Οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἔλαβε κρίσιν ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν, (ἐπεὶ τί ἐκώλυε πάντας ἀνθρώπους εἶναι κριτάς;) ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἀῤῥήτου οὐσίας ἐκείνης ἐστὶν Υἱὸς, διὰ τοῦτό ἐστι κριτής. Οὕτω τοίνυν ἀναγνωστέον, *Ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, μὴ θαυμάζετε τοῦτο*. Ἐπειδὴ ἐδόκει τοῖς ἀκούουσι προσίστασθαι τὸ λεγόμενον, καὶ πλέον οὐδὲν ἐνόμιζον εἶναι ἢ ψιλὸν ἄνθρωπον, τὰ δὲ λεγόμενα μείζονα ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἦν, μᾶλλον δὲ μείζονα ἢ κατὰ ἄγγελον, καὶ Θεοῦ μόνου· ταύτην λύων τὴν ἀντίθεσιν, ἐπήγαγε· *Μὴ θαυμάζετε, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν· ὅτι ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως*. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν· Μὴ θαυμάζετε, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί; καὶ γὰρ καὶ Υἱὸς Θεοῦ ἐστιν· ἀλλὰ τῆς ἀναστάσεως ἐμνημόνευσεν; Ἔθηκε μὲν αὐτὸ ἀνωτέρω, λέγων, *Ἀκούσουσι τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ*. Εἰ δὲ ἐνταῦθα ἀπεσιώπησε, μὴ θαυμάσῃς. Τὸ γὰρ ἔργον εἰπὼν, ὃ Θεοῦ ἴδιον ἦν, δέδωσι τοῖς ἀκροωμένοις ἐξ αὐτοῦ συλλογίσασθαι λοιπὸν, ὅτι καὶ Θεὸς ἦν, καὶ Θεοῦ Παῖς. Παρ' αὐτοῦ μὲν γὰρ λεγόμενον συνεχῶς προσέστη ἂν τότε ἐκείνοις· ἀπὸ δὲ τοῦ συλλογισμοῦ τῶν θαυμάτων δεικνύμενον ἀνεπαχθεστέραν τὴν διδασκαλίαν ἐποίει. Καὶ γὰρ οἱ τοὺς συλλογισμοὺς πλέκοντες, ὅταν τὰ μέρη θέντες, γενναίως ἀποδείξωσι τὸ ζητούμενον, οὐκ ἐπάγουσιν· αὐτοὶ τὸ συμπέρασμα πολλάκις, ἀλλ' εὐγνωμονέστερον κατασκευάζοντες τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὴν νίκην λαμπροτέραν ποιοῦντες, αὐτὸν ἐκεῖνον παρασκευάζουσι τὸν ἀντιλέγοντα τὴν ἀπόφασιν ἐξενεγκεῖν, ὥστε μᾶλλον αὐτοῖς ψηφίσασθαι τοὺς παρόντας τῶν ἀντιδίκων τὴν ὑπὲρ αὐτῶν φερόντων ψῆφον. Τῆς μὲν οὖν κατὰ τὸν Λάζαρον μνημονεύσας ἀναστάσεως, τὴν κρίσιν ἐσίγησεν· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἀνέστη Λάζαρος· τὴν δὲ καθόλου εἰπὼν, καὶ τοῦτο προσέθηκεν, ὅτι *Οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες ἐκπορεύσονται εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· Οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως*. Οὕτω καὶ Ἰωάννης ἐπήγετο τὸν ἀκροατὴν, κρίσεως μνησθεὶς, καὶ ὅτι *Ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν, οὐκ ὄψεται τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ μένει ἐπ' αὐτόν*. Οὕτω καὶ αὐτὸς τὸν Νικόδημον· *Ὁ γὰρ πιστεύων εἰς τὸν Υἱὸν*, ἔλεγε πρὸς αὐτὸν, *οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται*. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα καὶ δικαστηρίου καὶ κολάσεως μέμνηται τῆς ἐπὶ ταῖς πονηραῖς πράξεσιν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνωτέρω, ὅτι *Ὁ ἀκούων μου τὸν λόγον, καὶ πιστεύων τῷ πέμψαντί με, οὐ κρίνεται*· ἵνα μὴ νομίσῃ τις ὅτι τοῦτο ἀρκεῖ πρὸς σωτηρίαν μόνον, καὶ τὰ ἐκ τοῦ βίου προσέθηκεν, εἰπὼν, ὅτι *Οἱ τὰ ἀγαθὰ* [231] *ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως*. Ἐπεὶ οὖν ἔφησεν αὐτῷ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν δώσειν λόγον, καὶ πάντας ἀπὸ τῆς φωνῆς ἀναστήσεσθαι τῆς αὐτοῦ, πρᾶγμα καινὸν καὶ παράδοξον, καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀπιστούμενον παρὰ πολλοῖς, καὶ τῶν δοκούντων πεπιστευκέναι, μήτι γε τότε παρὰ Ἰουδαίοις· ἄκουσον πῶς αὐτὸ κατασκευάζει, πάλιν τῇ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνων τῶν ἀκροωμένων· *Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν. Καθὼς ἀκούω, κρίνω, καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶν, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με*. Καίτοι οὐ μικρὰν τέως ἀναστάσεως ἦν δεδωκὼς ἀπόδειξιν, τὸν παράλυτον σφίγξας. Διόπερ οὐδὲ πρότερον περὶ ἀναστάσεως διελέχθη, ἕως ἐκεῖνο ἐποίησεν, ὃ τῆς ἀναστάσεως οὐ σφόδρα ἀποδέον ἦν. Καὶ τὴν κρίσιν δὲ ἠνίξατο τότε, μετὰ τὴν τοῦ σώματος σφίγξιν εἰπών, *Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε, ἵνα μὴ χεῖρόν τί σοι γένηται*· ἀλλ' ὅμως καὶ τὴν Λαζάρου προαναφωνεῖ, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης. Καὶ ἐπειδὴ δύο ταύτας ἀναστάσεις προεῖπε, τήν τε τοῦ Λαζάρου τὴν

[a] Morel. ζήσονται. Εἶπε λόγοις τὰ μεγάλα ἐκεῖνα, δεῖξαι λοιπὸν βούλεται καὶ ἔργοις αὐτά. Ἐπειδή. [b] Morel. ἐν κελεύσματι καὶ ἐν σάλπιγι. Savilio hæremus. [c] Savil. εὐθέως προσκειται. [d] Alii καὶ ἐνταῦθα δέ φησι, Κρίσιν ἔδωκεν αὐτῷ ποιεῖν.

[e] Quidam οὐδ' ἐπάγουσιν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτίκα μάλα ἐκβησομένην, καὶ τὴν τῆς οἰκουμένης τὴν μακροῖς ὕστερον ἐσομένην χρόνοις, ταύτην μὲν ἀπὸ τοῦ παραλύτου πιστοῦται καὶ τῆς ἐγγύτητος τοῦ καιροῦ, λέγων, *Ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν*· ἐκείνην δὲ, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Λάζαρον ἀναστάσεως, διὰ τῶν ἤδη γενομένων τὰ μηδέπω γενόμενα ὑπ' ὄψιν ἄγων. Καὶ τοῦτο πανταχοῦ ποιοῦντα αὐτὸν ἔστιν ἰδεῖν, δύο τιθέντα προρρήσεις ἢ καὶ τρεῖς, καὶ τὰ ἐσόμενα ἀπὸ τῶν γενομένων ἀεὶ πιστούμενον.

δ'. Ἀλλ' ὅμως τοσαῦτα καὶ εἰπὼν καὶ ποιήσας, ἐπειδὴ τέως ἀσθενέστεροι ἦσαν [a], οὐκ ἀρκεῖται τούτοις, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἐπάγει ῥημάτων αὐτῶν καταστέλλει τὴν φιλονεικίαν [b], λέγων· *Οὐ δύναμαι ἐγὼ ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν. Καθὼς ἀκούω, κρίνω, καὶ ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶν, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.* Ἐπειδὴ γὰρ ξένα τινὰ καὶ παρηλλαγμένα παρὰ τοὺς προφήτας ἐδόκει λέγειν (ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἔλεγον, ὅτι ὁ Θεός ἐστιν ὁ κρίνων τὴν γῆν ἅπασαν, τουτέστι, τὸ ἀνθρώπινον γένος· καὶ τοῦτο ὁ Δαυὶδ πανταχοῦ ἀνακηρύττων ἔλεγε, *Κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι*· καὶ, *Ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος*· καὶ οἱ προφῆται δὲ πάντες καὶ ὁ Μωϋσῆς· ὁ δὲ Χριστὸς ἔλεγεν, *Ὁ Πατὴρ οὐ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ*· ἱκανὸν δὲ τοῦτο ἦν θορυβῆσαι τὸν ἀκούοντα τότε Ἰουδαῖον, καὶ παρασκευάσαι πάλιν ἀντίθεον αὐτὸν ὑποπτεύειν), σφόδρα ἐνταῦθα συγκαταβαίνει τῷ λόγῳ, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἀπῆτει αὐτῶν ἡ ἀσθένεια, ὥστε τὴν ὀλεθρίαν ταύτην ὑποψίαν πρόῤῥιζον ἀνελεῖν, καί φησιν· *Ἐγὼ οὐ δύναμαι ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν*· τουτέστιν, οὐδὲν ξένον, οὐδὲ παρηλλαγμένον, οὐδὲ ὃ μὴ βούλεται ὁ Πατὴρ, παρ' ἐμοῦ γινόμενον ὄψεσθε, ἢ λεγόμενον ἀκούσεσθε. Καὶ πρότερον εἰπὼν, ὅτι Υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶν, καὶ δείξας ὅτι ἄνθρωπον αὐτὸν τέως ὑπεύπτευον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα προστίθησιν. Ὥσπερ [232] οὖν [c] ἀνωτέρω εἰπὼν, *Ὃ ἀκηκόαμεν, λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν, μαρτυροῦμεν*· καὶ ὁ Ἰωάννης, *Ὃ ἑώρακε, μαρτυρεῖ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει*· περὶ ἀκριβοῦς δὲ ἀμφότερα εἴρηται γνώσεως, οὐχ ἁπλῶς περὶ ἀκοῆς καὶ ὄψεως· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἀκοὴν εἰπὼν, οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει, ἢ ὅτι ἀδύνατον ἄλλο τι θελῆσαι αὐτὸν, ἢ ὅπερ ὁ Πατήρ. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτω σαφῶς (οὐ γὰρ ἂν ἐδέξαντο ἐξ εὐθείας τέως οὕτως [d] ἀκούοντες)· ἀλλὰ πῶς; Συγκαβατικῶς καὶ ἀνθρωπίνως σφόδρα· *Καθὼς ἀκούω, κρίνω.* Πάλιν οὐ διδασκαλίαν λέγων ἐνταῦθα (οὐ γὰρ εἶπε, Καθὼς διδάσκομαι, ἀλλὰ, *Καθὼς ἀκούω*), ἀλλ' οὐδὲ ὡς δεόμενος ἀκροάσεως ταῦτά φησιν (οὐ γὰρ μόνον τοῦ διδάσκεσθαι ἀνενδεὴς ἦν, ἀλλὰ καὶ τοῦ δεῖσθαι ἀκούειν), τὴν δὲ ὁμόνοιαν δηλῶν καὶ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς ψήφου. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὕτω κρίνω, ὡς ἂν εἰ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἦν ὁ κρίνων. Εἶτα ἐπάγει, *Καὶ οἶδα ὅτι ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶν, ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.* Τί λέγεις; ἔχεις γὰρ θέλημα ἕτερον παρὰ τὸν Πατέρα; Καὶ μὴν ἀλλαχοῦ εἶπας, *Καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν*· καὶ πάλιν, ἐπὶ θελήματος λέγων καὶ ὁμονοίας· *Δὸς αὐτοῖς, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ἡμῖν ἕν ὦσι*· τουτέστιν, ἐν τῇ περὶ ἡμῶν πίστει. Ὁρᾷς ὅτι τὰ μάλιστα δοκοῦντα εἶναι ταπεινὰ, ταῦτά ἐστιν ἅπερ ἔχει ἐγκεχρυμμένον τὸ ὑψηλὸν νόημα; Ὃ γὰρ αἰνίττεται, τοιοῦτόν ἐστιν· ὅτι οὐκ ἄλλο μὲν τοῦ Πατρὸς τὸ θέλημα, ἄλλο δὲ τὸ αὐτοῦ· ἀλλ' ὥσπερ μιᾶς διανοίας ἓν θέλημα, οὕτως ἐμοῦ καὶ τοῦ Πατρός [e]. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ τοσαύτην εἶπε συνάφειαν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τούτῳ κέχρηται τῷ ὑποδείγματι ὁ Παῦλος, λέγων· *Τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ἐν αὐτῷ; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ.* Οὐδὲν οὖν ἄλλο ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι Οὐκ ἔστι μοι θέλημα ἕτερον καὶ ἴδιον παρὰ τοῦ Πατρὸς [f], ἀλλ' εἴ τι ἐκεῖνος βούλεται, τοῦτο καὶ ἐγώ· καὶ εἴ τι ἐγὼ, τοῦτο καὶ ἐκεῖνος. Ὥσπερ οὖν τῷ Πατρὶ οὐδεὶς ἂν ἐγκαλέσειε κρίνοντι, οὕτως οὐδὲ ἐμοί· ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς γνώμης ἑκατέρα ἡ ψῆφος φέρεται. Εἰ δὲ ἀνθρωπινώτερον ταῦτα διαλέγεται, μὴ θαυμάσῃς. Ἄνθρωπον γὰρ αὐτὸν ἔτι ἐνόμιζον εἶναι ψιλόν. Διὸ χρὴ μάλιστα ἐν τοῖς τοιούτοις μὴ τὰ λεγόμενα ἐξετάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀκροωμένων προστιθέναι, καὶ οὕτω τῶν λεγομένων ἀκούειν, ὡς πρὸς ἐκείνην εἰρημένων ὑπόνοιαν· ἐπεὶ πολλὰ ἕψεται τὰ ἄτοπα.

Σκόπει γάρ· Εἶπεν, *Οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν.* Οὐκοῦν ἕτερόν ἐστι τὸ αὐτοῦ θέλημα, καὶ σφόδρα ἀποδέον· καὶ οὐδὲ ἁπλῶς ἀποδέον, ἀλλ' οὐδὲ ὠφέλιμον οὕτως. Ἐπεὶ εἰ σωτηριῶδες ἦν καὶ συμβαῖνον τῷ τοῦ Πατρὸς, τίνος ἕνεκεν αὐτὸ οὐ ζητεῖς; Ἄνθρωποι μὲν γὰρ εἰκότως ἂν τοῦτο λέγοιεν, ὡς πολλὰ θελήματα ἔχοντες παρὰ τὰ τῷ Θεῷ δοκοῦντα· σὺ δὲ τίνος ἕνεκεν τοῦτο φῂς, κατὰ πάντα ἐοικὼς τῷ Πατρί; [233] Τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἀνδρὸς ἠκριβωμένου καὶ ἐσταυρωμένου εἴποι τις ἂν εἶναι τὸ ῥῆμα. Εἰ γὰρ ὁ Παῦλος οὕτως ἑαυτὸν ἐκέρασε τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ, ὡς εἰπεῖν, *Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστὸς*, πῶς ὁ πάντων Δεσπότης εἶπεν ἄν, ὅτι *Οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με*, ὡς ἑτέρου ὄντος ἐκείνου; Τί οὖν ἐστιν ὃ φησιν; Ὡς ἐπ' ἀνθρώπου προσάγει [g] τὸν λόγον, καὶ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀκροωμένων φθέγγεται. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν ἀπέδειξε τὰ λεγόμενα, τὰ μὲν θεοπρεπῶς, τὰ δὲ ἀνθρωπίνως διαλεχθείς, πάλιν ὡς ἄνθρωπος κατασκευάζει τὰ αὐτὰ, καὶ λέγει, ὅτι *Ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστί.* Καὶ πόθεν δῆλον; *Ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.* Ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων ὁ φιλαυτίας ἀπηλλαγμένος, οὐκ ἂν ἔχοι δικαίως ἐγκαλεῖσθαι ὡς παρὰ τὸ δέον δικάσας· οὕτως οὐδὲ ἐμοὶ νῦν δυνήσεσθε ἐπιτιμᾶν. Ὁ μὲν γὰρ θέλων τὰ ἑαυτοῦ στῆσαι, ἴσως ὑποπτευθείη ἂν παρὰ πολλῶν ταύτῃ παραφθείρειν τὸ δίκαιον· ὁ δὲ μὴ τὰ ἑαυτοῦ σκοπῶν, τίνα ἂν ἔχοι πρόφασιν τοῦ μὴ τὰ δίκαια ψηφίσασθαι; Τοῦτον τοίνυν τὸν λογισμὸν καὶ ἐπ' ἐμοῦ [h] ἐξετάζετε. Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγον μὴ ἀπεστάλθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, μηδὲ εἰς ἐκεῖνον τὴν δόξαν τῶν γινομένων ἀνέφερον, ἴσως ἂν τις ὑμῶν ὑπενόησεν, ὅτι βουλόμενος ἐμαυτὸν ποιῆσαι λαμπρὸν, οὐ λέγω τὰ ὄντα· εἰ δὲ ἑτέρῳ λογίζομαι καὶ ἀνατίθημι τὰ γινόμενα, τίνος ἕνεκεν, ἢ πόθεν ἂν ἔχοιτε ὑποπτεύειν τὰ λεγόμενα; Ὁρᾷς οἱ τὸν [i] λόγον κατεβίβασε, καὶ πόθεν τὴν κρίσιν τὴν ἑαυτοῦ δικαίαν εἶναι ἔφησεν, ὅθεν ἂν καὶ τῶν πολλῶν εἰς ἀπολογούμενος εἶπεν; ὁρᾷς, ὃ πολλάκις εἶπον, πῶς διαλάμπει σαφῶς; Τί δέ ἐστιν ὃ εἶπον; Ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς ταπεινότητος τῶν λέξεων, αὖτη μάλιστα πείθει τοὺς νοῦν ἔχοντας, μὴ ἐκ προχείρου δεχομένους τὰ λεγόμενα καταπίπτειν, ἀλλὰ παρασκευάζειν μᾶλλον ἐπὶ τὸ ὕψος τῶν νοημάτων ἐλθεῖν· αὕτη καὶ τοὺς χαμαὶ συρομένους τότε μετὰ πολλῆς κατὰ μικρὸν ἀνίστησι τῆς εὐκολίας.

[a] Morel. ἐκεῖθεν καὶ οὕτω παχύτεροι ἦσαν. [b] Morel. τὴν ἀναισχυντίαν. [c] Morel. ἐστὶ, διότι ἐκεῖνοι ἄνθρωπον αὐτὸν τέως ὑπώπτευον, οὕτω τότε ταῦτα προστίθησιν. Ὥσπερ οὖν. Savilius melius, quem sequimur. [d] Morel. ἐξ εὐθείας αὐτὰ οὕτως.

[e] Hic longe variant exemplaria. Savil., quem sequimur, cum mss. consentit. Morel. vero sic habet, Ὃ γοῦν αἰνίττεται, τοῦτό ἐστι. Δείκνυσι γὰρ οὐκ ἄλλο ὂν τοῦ Πατρὸς τὸ θέλημα παρὰ τὸ αὐτοῦ, ἀλλ' οὕτως ἓν εἶναι τὸ αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς, ὡς εἰ καὶ μιᾶς ἂν διανοίας ἓν ἦν θέλημα. [f] Alii παρὰ τὸ τοῦ Πατρός. [g] Savil. προάγει. [h] Alii ἐπ' ἐμοί. [i] Savil. ὁρᾷς οὖν πῶς τόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

tingat. Attamen et Lazari et orbis terrarum resurrectionem prædicit. Et quia hasce duas resurrectiones prædixit, Lazari quæ mox futura erat, et orbis terrarum diu postea futuram; Lazari resurrectionem per paralyticum indicat, quamprimum futuram, *Venit hora et nunc est*; universalem autem ex Lazari resurrectione, per ea quæ facta fuerant, nondum gesta sub oculos adducens. Quod ipsum ubique facere videmus: dum duas vel tres prædictiones proponit, et futura ex gestis credibilia reddit.

4. Attamen his dictis atque gestis, quia illi imbecilliores[1] erant, hæc non satis habuit, sed aliis quoque allatis illorum pertinaciam[2] reprimit, dicens: *Non possum a meipso facere quidquam. Sicut audio, judico, et judicium meum justum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Quia enim aliena quædam et a prophetis diversa dicere videbatur (illi quippe dicebant Deum esse qui judicat terram omnem, hoc est, genus humanum. Et hoc David ubique prædicat, *Judicabit populos in æquitate* [*Psal.* 95. 10]; et, *Deus judex justus, fortis et patiens* [*Psal.* 7. 12]; similiterque omnes prophetæ et Moyses: Christus vero dicebat, *Pater neminem judicat, sed judicium dedit Filio;* illud vero auditorem Judæum turbare poterat, inducereque ut Jesum Deo adversarium suspicaretur): hic admodum sese dimittit, quantum scilicet imbecillitas eorum postulabat, ut perniciosam hanc suspicionem radicitus avelleret, atque, *Ego non possum a meipso facere quidquam;* id est, Nihil alienum, diversum, quod Pater nolit, a me factum videbitis, vel dictum audietis. Et cum prius dixerit, Filius hominis est, quia illi cum purum hominem esse arbitrabantur, ideo illa adjecit. Ut ergo supra cum diceret, *Quod audivimus, loquimur, et quod vidimus, testamur;* et Joannes, *Quod vidit, testatur, et testimonium ejus nemo accipit;* de certa loquitur cognitione ad utrumque, non vero simpliciter de auditu et de visu: ita et hic per auditum nihil aliud significat, quam non posse se aliud velle, quam quod vult Pater. Sed id non ita clare dixit (neque enim ferre potuissent si aperte dixisset); verum quo pacto? Admodum demisso et humano more: *Sicut audio, judico.* Non de doctrina hic agitur; neque enim dicit, Sicut doceor, sed, *Sicut audio:* non quod auditu egeat: non modo non doctrina, sed ne auditu quidem indigebat; sed concordiam indicat, et idem ipsum judicium, ac si diceret: Ita judico ac si Pater ipse judicaret. Postea adjicit: *Et novi quod judicium meum justum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Quid dicis? habesne alteram quam Pater voluntatem? Atqui alibi dixisti: *Sicut ego et tu unum sumus;* et rursum, de voluntate et concordia loquens: *Da eis ut et ipsi in nobis unum sint*, hoc est, in fide nostra. Viden' ea quæ magis humilia videntur, sublimem sensum occultum habere? Quod ergo subindicat, hoc est: ostendit non aliam esse Patris voluntatem, quam suam; sed Ita, inquit, una est mea et Patris, ut unius animi voluntas una est. Nec mireris si tantam dicat conjunctionem. Nam de spiritu quoque eodem Paulus exemplo utitur dicens: *Quis scit hominum quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei* (1. *Cor.* 2. 11). Nihil ergo aliud quam hoc dicit: Non est mihi voluntas alia et propria quam quæ Patris est: sed si quid ille vult, hoc et ego volo; et si quid ego, hoc et ille. Quemadmodum ergo Patrem nemo reprehendet judicantem, ita nec me: ex eadem quippe sententia uterque calculus fertur. Quod si hæc ille humano more loquatur, ne mireris: nam illum hominem purum esse putabant. Quamobrem in similibus oportet non dicta solum, sed et hominum opinionem perpendere, et responsionem quasi secundum illam opinionem datam accipere: alioquin multa sequerentur absurda.

In Christo duæ voluntates, quomodo. — Animadverte, quæso; dixit, *Non quæro voluntatem meam.* Ergo alia est ejus voluntas, et longe inferior; nec modo inferior, sed etiam non tam utilis. Nam si salutaris esset, et si consonaret cum voluntate Patris, cur illam non quæris? Homines quippe jure hoc ipsum dixerint, ut qui multas habeant voluntates præter Dei placitum. Tu vero qua de causa sic loqueris, qui per omnia Patri similis es? Hoc enim verbum nemo dixerit esse viri accurati, et qui crucifixus sit. Si namque Paulus ita se voluntati Dei copulat, ut dicat, *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus* (*Gal.* 2. 20), quomodo omnium Dominus dixerit, *Non quæro voluntatem meam, sed ejus qui misit me*, ac si alia sit. Quid ergo sibi vult? Quasi homo loquitur, et secundum auditorum opinionem. Cum enim superius alia ut Deus, alia ut homo dixisse demonstretur, rursus ut homo hæc profert et ait, *Judicium meum justum est.* Et unde hoc liquet? *Quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Sicut enim homo, qui ab affectu liber est, non potest juste accusari quod præter fas judicaverit: sic nec me jam poteritis reprehendere. Nam qui vult sua stabilire, jure fortassis in suspicionem veniat, quod hac de causa justitiam pessumdederit. Qui vero sua non respicit, qua de causa non juste calculum ferat? Hoc itaque ratiocinio quæ ad me spectant explorate. Nam si dicerem me non a Patre missum esse, nec gestorum gloriam ad illum referrem, vestrum fortasse quispiam suspicaretur, me jactabundum vera non dicere: si autem alteri et quæ facta sunt refero, cur dicta illa suspecta habeatis? Viden' quo sermonem deduxerit, et unde judicium suum justum esse asserat? Unde videlicet quivis e vulgo defensionem pararet. Viden' quod sæpe dixi, quomodo clare resplendeat? Quid illud est quod dixi? Illam tantam verborum humilitatem sanæ mentis hominibus suadere, ne dicta statim ad infima deprimant, sed potius in sublimiorem sensum ducant; imo qui jam humi repunt, hinc paulatim ad altiora facile proveniuntur.

Moralis exhortatio ad prudentia simul et simplicitate utendum. Quando aliis peccata non dimittimus, nobis ipsis

[1] Morel. legit, *crassiores.*
[2] Idem habet, *impudentiam*, pro, *pertinaciam.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

non dimittimus. Condonatio injuriarum, charitas, eleemosynaque commendantur. — Hæc omnia cogitantes, quæso, ne dicta prætercurramus, sed accurate omnia exploremus, et causam sic loquendi ubique consideremus : neque putemus sat nobis ad excusationem esse ignorantiam et simplicitatem. Neque enim simplices tantum jussit esse, sed etiam prudentes (*Matth.* 10. 16). Utamur ergo simplicitate, sed cum prudentia, tam in doctrina, quam in operibus ; et nobis ipsis jus dicamus, ut non tunc cum hoc mundo damnemur. Tales nos erga servos nostros exhibeamus, qualem volumus erga nos esse Dominum nostrum. *Dimitte*, inquit, *nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (*Matth.* 6. 12). Scio quidem animam injurias non æquo animo ferre ; sed si cogitemus nos non lædenti, sed nobis ipsis ita consulere, cito iræ venenum abjiciemus. Nam qui centum denarios debitori non remisit, non conservum læsit, sed seipsum centum millium talentorum, quæ sibi prius remissa fuerant, debitorem reddidit. Cum ergo aliis non dimittimus, nobis non dimittimus. Ne ergo tantum Deo dicamus, Ne memineris peccata nostra; sed etiam nobis ipsis singuli dicamus, Ne meminerimus conservorum peccata. Nam tu prior in te justitiam exerces, hinc sequitur Deus. Tu legem scribis de venia et pœna, et de his fers sententiam. Ergo penes te est ut Deus peccatorum tuorum vel recordetur vel non recordetur. Ideo Paulus dimittere jubet, si quis quidpiam adversus alium habeat, nec modo dimittere, sed ita ut nec reliquiæ maneant (*Coloss.* 3. 13). Siquidem Christus non modo peccata nostra in medium non attulit ; sed neque nos peccavisse commemoravit, neque dixit, Hac et hac in re peccasti ; sed dimisit et delevit chirographum, nec peccata recensuit, ut Paulus significat. Hoc et nos faciamus : omnia ex mente deleamus (*Ibid.* 2. 14). Si quid boni ab eo qui nos læsit admissum fuerit, hoc solum reputemus ; si molestum et odiosum quidpiam, ejiciamus et deleamus, ut ne vestigium quidem remaneat. Quod si nihil boni erga nos egerit, tanto major nobis condonantibus merces et laus erit. Alii vigiliis et humi cubando, milleque macerationibus peccata expiant; tibi faciliore via, injuriarum nempe oblivione licet omnia abstergere scelera. Cur contra te gladium ut insanus et furens admoves, teque a futura vita expellis, cum nihil non facere oporteret, ut illam consequaris ? Nam si præsens vita ita desiderabilis est, quid de illa dixeris, unde aufugit omnis dolor, mœror, gemitus, ubi nec mortis timor, nec ullus bonorum finis metuendus ? Beati, ter sæpiusque beati, qui illa fruuntur sorte, ut miseri terque et sæpius miseri, qui illa sese privant beatitudine. Ecquid, inquies, illam nobis vitam acquirit ? Audi ipsum judicem adolescenti cuipiam hac de re loquentem. Ipso namque rogante, *Quid faciendo vitam æternam possidebo* (*Matth.* 19. 16)? cæteris præmissis Christus præceptis, in amorem proximi desiit. At fortasse auditorum quispiam, ut dives ille, dixerit, Hæc nos servavimus ; non furati sumus, non occidimus, non mœchati sumus. Verum hoc dicere non poteris, te proximum ut oportebat dilexisse. Nam vel invidus fuisti, vel maledicta protulisti, vel læso opem non tulisti, vel de bonis non largitus es, non dilexisti. Verum non hoc solum jussit Christus, sed et aliud. Quid illud ? *Vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me* (*Matth.* 19. 21). Sequi Christum, imitari Christum hic significat. Quid hinc discimus ? Primo, eum qui hæc omnia non habet, sortem illam non posse cum primis consequi. Cum dixisset enim ille, Omnia feci, ac si magnum quidpiam deesset ad perfectionem, ait : *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me.* Hoc itaque primo discendum est ; secundo, quod illum frustra venditantem se coarguerit. Qui enim in tanta copia rerum erat, et pauperes contemnebat, quo pacto proximum dilexerit ? Non vera ergo dicebat. At nos et hoc et illud faciamus, omniaque nostra diligenter effundamus ut cælum comparemus. Nam si quidam pro sæculari dignitate omnia sua effudit; dignitate, inquam, quam in hac vita solum, neque diuturno tempore retinere potest (multi namque diu antequam morerentur præfecturam amisere; alii vero pro illa vita etiam mulctati sunt ; attamen licet hoc sciant, omnia pro illa profundunt) : si igitur pro hujusmodi dignitate tot tantaque faciunt : quid miserabilius nobis fuerit, qui pro illa semper manente, quæ tolli numquam potest, ne pauca quidem profundimus, neque ea erogamus quæ paulo post hic amissuri sumus ? Quis furor ille, quæ invitis eripientur, ea nolle sponte dare et nobiscum auferre ? Si quis nos ad mortem duceret, deinde proponeret, num vitam bonis omnibus redimere vellemus, gratias certe illi haberemus. Nunc vero cum proponitur deductis ad gehennam, ut dimidiarum facultatum dono eripiamur, malumus ad supplicium duci, et ea frustra servare, quæ nostra non sunt, ita ut nostra perdamus. Quam excusationem habebimus ? quam veniam merebimur, si, cum tam facilis nobis via aperta sit, per præcipitia feramur, et infructuosum suscipiamus iter, atque his et illis omnibus nos prævemus, cum libere possimus his et illis perfrui ? Sed etsi non ante, saltem nunc ad nos redeamus, et sana mente præsentia bona, ut par est, dispensemus, ut futura facile consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XL.

31. *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.* 32. *Alius est qui testimonium perhibet de me, et scio quia verum est testimonium ejus.*

1. *Lectio Scripturarum quantam discretionem exigat. Discutitur commentaturque illud :* Si testimonium perhibeo de meipso, verum non est.—Si quis metallicam terram fodere aggrediatur, cum sit artis imperitus,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ταῦτα οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, παρακαλῶ, μὴ παρατρέχωμεν ἁπλῶς τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζωμεν ἅπαντα, καὶ τὴν αἰτίαν τῶν λεγομένων πανταχοῦ σκοπῶμεν [a]· μηδὲ νομίζωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν τὴν ἁγνοιαν καὶ τὴν ἁπλότητα. Οὐ γὰρ ἀκεραίους ἐκέλευσε μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ φρονίμους. Ἀσκῶμεν τοίνυν μετὰ τῆς ἁπλότητος καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ ἐπὶ τῶν δογμάτων καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ βίου κατορθωμάτων· καὶ δικάζωμεν ἑαυτοῖς ἐνταῦθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν τότε, καὶ τοιοῦτοι γινώμεθα περὶ τοὺς δούλους, οἷον βουλόμεθα περὶ ἡμᾶς γενέσθαι τὸν Δεσπότην ἡμῶν. *Ἄφες γὰρ ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.* Καὶ οἶδα μὲν, ὅτι οὐ φέρει πράως πληττομένη ἡ ψυχή· ἀλλ' ἐὰν ἐννοήσωμεν ὅτι οὐχὶ τῷ λελυπηκότι, ἀλλ' ἑαυτοῖς χαριζόμεθα, ταχέως ἀφήσομεν τὸν ἰὸν τῆς ὀργῆς. Καὶ γὰρ ὁ τὰ ἑκατὸν δηνάρια [234] μὴ συγχωρήσας τῷ πεπλημμεληκότι, οὐ τὸν ὁμόδουλον ἠδίκησεν, ἀλλ' ἑαυτὸν τοῖς μυρίοις ταλάντοις ὑπεύθυνον ἐποίησεν, ὧν πρότερον τὴν ἄφεσιν ἔλαβεν. Ὅταν οὖν ἑτέροις μὴ ἀφῶμεν, ἑαυτοῖς οὐκ ἀφίεμεν. Μὴ τοίνυν τῷ Θεῷ λέγωμεν μόνον, Μὴ μνησθῇς τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἕκαστοι λέγοντες, μὴ μνησθῶμεν τῶν ἁμαρτημάτων τῶν συνδούλων τῶν εἰς ἡμᾶς γεγενημένων. Καὶ γὰρ σὺ πρότερον δικάζεις τοῖς σοῖς, καὶ τότε ἕπεται ὁ Θεός· σὺ τὸν νόμον γράφεις τὸν περὶ ἀφέσεως καὶ τιμωρίας, καὶ τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἐκφέρεις ψῆφον. Οὐκοῦν καὶ τοῦ μνησθῆναι καὶ τοῦ μὴ μνησθῆναι τὸν Θεὸν σὺ κύριος εἶ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἀφεῖναι κελεύει, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀφεῖναι, ἀλλ' ὥστε μηδὲ λείψανα μένειν. Ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς οὐ μόνον οὐκ ἤνεγκεν εἰς μέσον ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, ἀλλ' οὐδὲ ἡμᾶς αὐτοὺς πεπλημμεληκότας ἀνέμνησεν, οὐδὲ εἶπε, Τὰ καὶ τὰ ἥμαρτες· ἀλλὰ καὶ ἀφῆκε καὶ ἐξήλειψε τὸ χειρόγραφον, μηδὲ λογισάμενος τὰ παραπτώματα, καθὼς καὶ τοῦτο Παῦλος ἐδήλωσε. Τοῦτο δὴ ποιῶμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς διανοίας ἐξαλείφωμεν ἅπαντα. Κἂν μὲν ἀγαθόν τι γεγενημένον ᾖ παρὰ τοῦ λελυπηκότος, τοῦτο λογισώμεθα μόνον· ἂν δὲ λυπηρὸν καὶ ἐπαχθὲς, ἐκβάλωμεν οὕτω καὶ ἐξαλείψωμεν, ὥστε μηδὲ ἴχνος ἐναπομένειν. Εἰ δὲ μηδὲν ἀγαθὸν ἡμῖν γέγονε παρὰ τούτου, πάλιν ὁ μισθὸς μείζων συγχωροῦσιν ἡμῖν, καὶ πλείων ἡ εὐδοκίμησις. Ἄλλοι δι' ἀγρυπνίας καὶ χαμευνίας καὶ μυρίας ταλαιπωρίας ἐξαλείφουσι τὰ ἁμαρτήματα· σοὶ διὰ τῆς εὐκολωτέρας ὁδοῦ, τοῦ μὴ μνησικακεῖν λέγω, πάντα ἔξεστιν ἀφανίσαι τὰ πλημμεληθέντα. Τί τοίνυν κατὰ σαυτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖς, ὡς οἱ μαινόμενοι καὶ παραπαίοντες, καὶ τῆς μελλούσης σεαυτὸν ἐκβάλλεις ζωῆς, δέον πάντα πράττειν, ὥστε αὐτῆς ἐπιτυχεῖν; Εἰ γὰρ ἡ παροῦσα οὕτω ποθεινή, τί ἂν εἴποι τις περὶ ἐκείνης, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός; Ἐκεῖ δεῖσαι θάνατον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ πέρας ἐκείνων ὑποπτεῦσαι τῶν ἀγαθῶν. Μακάριοι καὶ τρισμακάριοι καὶ πολλάκις τοῦτο, οἱ τῆς μακαρίας ἐκείνης ἀπολαύοντες λήξεως· ὥσπερ οὖν ἄθλιοι καὶ τρισάθλιοι καὶ μυριάκις τοῦτο, οἱ τῆς μακαριότητος ἐκείνης ἑαυτοὺς ἐκβάλλοντες. Καὶ τί ποτέ ἐστι, φησὶ, τὸ ποιοῦν ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ζωῆς ἐκείνης; Ἄκουσον αὐτοῦ τοῦ δικάζοντος, νεανίσκῳ τινὶ διαλεγομένου περὶ τούτων. Ἐπειδὴ γὰρ ἠρώτησεν ἐκεῖνος, *Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω;* εἰπὼν ὁ Χριστὸς αὐτῷ τὰς ἄλλας ἐντολὰς, κατέληξεν εἰς τὴν τοῦ πλησίον ἀγάπην. Καὶ τάχα ἐρεῖ τις τῶν ἀκουόντων, κατὰ τὸν πλούσιον ἐκεῖνον, ὅτι Καὶ ἡμεῖς ταῦτα ἐφυλαξάμεθα· οὐδὲ γὰρ ἐκλέψαμεν, οὐκ ἐφονεύσαμεν, οὐκ ἐμοιχεύσαμεν. Ἀλλ' οὐ δήπου καὶ τοῦτο εἰπεῖν δυνήσῃ, ὅτι ἠγάπησας τὸν πλησίον, ὡς ἀγαπῆσαι ἔδει. Ἡ γὰρ ἐβάσκηνέ τις, ἢ ἐκάκηγόρησεν, [235] ἢ οὐκ ἤμυνεν ἀδικουμένῳ, ἢ οὐ μετέδωκε τῶν ὄντων, οὐδ' ἠγάπησε [b]. Νῦν δὲ οὐ τοῦτο μόνον ἐπέταξεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ ἕτερον. Ποῖον δὴ τοῦτο; *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα*, φησὶ, *καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι*· τὴν διὰ τῶν ἔργων μίμησιν λέγων ἀκολούθησιν. Τί τοίνυν ἐντεῦθεν μανθάνομεν; Πρῶτον μὲν, ὅτι τὸν μὴ πάντα ἔχοντα ταῦτα οὐκ ἔνι τῶν πρωτείων ἐπιτυχεῖν τῶν ἐν τῇ λήξει ἐκείνῃ. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν αὐτὸν, ὅτι Πάντα ἐποίησα, ὡς καταλελειμμένου μεγάλου τινὸς εἰς τελείαν εὐδοκίμησιν, λέγει· *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι.* Πρῶτον μὲν οὖν τοῦτο ἔστι μαθεῖν· δεύτερον δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον διήλεγξεν εἰκῇ κομπάζοντα. Ὁ γὰρ ἐν περιουσίᾳ τοσαύτῃ ζῶν, καὶ τοὺς ἄλλους περιορῶν ἐν πενίᾳ, πῶς ἂν τὸν πλησίον ἠγάπησεν; Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκεῖνο ἀληθῶς εἶπεν. Ἀλλ' ἡμεῖς κἀκεῖνο καὶ ταῦτα ποιῶμεν, καὶ σπουδάζωμεν τὰ ὄντα κενῶσαι, καὶ τὸν οὐρανὸν πρίασθαι. Εἰ γὰρ ὑπὲρ ἀξιώματός τις βιωτικοῦ ὅλην πολλάκις τὴν οὐσίαν ἐπέδωκεν, ἀξιώματος τοῦ μέλλοντος ἐνταῦθα μένειν, οὐδὲ πολὺν [c] παραμένοντος χρόνον (πολλοὶ γὰρ καὶ πρὸ πολλοῦ τῆς τελευτῆς ταύτην ἀπεδύσαντο τὴν ἀρχὴν, ἕτεροι δὲ διὰ ταύτην ἐζημιώθησαν καὶ τὴν ζωὴν αὐτὴν πολλάκις· ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα εἰδότες, πάντα κενοῦσιν ὑπὲρ αὐτῆς)· εἰ τοίνυν ὑπὲρ ταύτης τοσαῦτα ποιοῦσιν, ὑπὲρ τῆς μενούσης ἐκείνης, καὶ ἀναφαιρέτου, τί γένοιτ' ἂν ἡμῶν ἀθλιώτερον, μηδὲ ὀλίγα προϊεμένων, μηδὲ ταῦτα παρεχόντων ἃ καὶ μικρὸν ὕστερον ὄντες ἐνταῦθα [d] ἀφήσομεν; Ποίας οὖν ταῦτα οὐκ ἂν εἴη μανίας, ἅπερ ἄκοντες ἀφαιρούμεθα, ταῦτα παρὸν ἑκόντας δοῦναι καὶ μεθ' ἑαυτῶν λαβεῖν μὴ βουληθῆναι; Ἀλλ' εἰ μὲν ἐπὶ θανάτου τις ἦγετο, εἶτα προὔκειτο πάντα τὰ ὄντα προέμενον ἀπαλλαγῆναι, καὶ χάριν ἂν τὸ πρᾶγμα ἐνομίσαμεν· νῦν δὲ παρὸν τὴν ἐπὶ γέενναν ἀγομένους ὁδὸν, τὰ ἡμίση δόντας ἐλευθερωθῆναι, αἱρούμεθα καὶ κολάζεσθαι καὶ κατέχειν εἰκῇ τὰ μὴ ἡμέτερα, ὥστε τὰ ἡμέτερα προέσθαι. Τίνα οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν; ποίαν συγγνώμην, οὕτως εὐκόλου τετμημένης ἡμῖν ὁδοῦ πρὸς ζωὴν, κατὰ κρημνῶν φερόμενοι, καὶ τὴν ἄκαρπον βαδίζοντες ὁδὸν, καὶ τῶν ἐνταῦθα καὶ τῶν ἐκεῖ πάντων ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες, παρὸν ἀμφότερα καρπώσασθαι μετὰ ἀδείας; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, κἂν νῦν γοῦν ἀνενέγκωμεν, καὶ ἡμῶν αὐτῶν γενόμενοι τὰ παρόντα διαθῶμεν εἰς δέον, ἵνα καὶ τὰ μέλλοντα μετ' εὐκολίας λάβωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. καὶ τὴν αἰτίαν... σκοπ. Alii paulum variant.

[b] Alii ἐκακηγόρησεν. Εἰ μὴ ἤμυνεν ἀδικουμένῳ, εἰ μὴ μετέδωκε τῶν ὄντων, οὐκ ἠγάπησε. [c] Savil. et codd. 705, 706 τοῦ μέλλοντος ἐνταῦθα μένειν, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα πολύν. Morel. τοῦ μὴ μέλλοντος ἐνταῦθα μένειν, οὐδὲ τῷ κεκτημένῳ πολύν. [d] Legendum putat Savilius ἄκοντες ἐνταῦθα; id mihi non omnino probatur ob ἀκοντες sequens.

[236] ΟΜΙΛΙΑ Μ'.

Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ [a] *περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ.*

[a] Morel. ἀπ' ἐμαυτοῦ, et mox ἐπ' ἐμοῦ, καὶ οἶδα.

α'. Εἴ τις χώραν μεταλλικὴν ἀνορύττειν ἐπιχειροῖη,

Digitized by Google Библиотека текста ABK/FR

τῆς τέχνης ταύτης ἄπειρος ὤν, χρυσίον μὲν οὐκ ἐργάσεται, πάντα δὲ ἁπλῶς καὶ ὁμοῦ συγχέων, πόνον ἀνόνητον ὑπομενεῖ καὶ ἐπιβλαβῆ. Οὕτω καὶ τῶν θείων Γραφῶν οἱ τὴν ἀκολουθίαν οὐκ εἰδότες, οὐδὲ τὰ ἰδιώματα καὶ τοὺς νόμους αὐτῆς ἐξετάζοντες, ἀλλὰ ἁπλῶς καὶ ἐν τρόπῳ πάντα ἐπιόντες, χρυσίον μετὰ γῆς φύροντες, οὐδέποτε τὸν ἐναποκείμενον αὐτῇ θησαυρὸν εὑρήσουσι. Ταῦτα δὲ εἶπον νῦν, ἐπειδὴ τὸ προκείμενον ἡμῖν χωρίον ἔχει μὲν πολὺν τὸν χρυσόν, οὐ μὴν κατάδηλον, ἀλλὰ πολλῇ κατακεχωσμένον ἄνωθεν ἀσαφείᾳ. Διὸ χρὴ διασκάπτοντας καὶ διακαθαίροντας ἐπὶ τὰ γνήσια τῶν νοημάτων ἐλθεῖν. Τίς γὰρ οὐκ ἂν εὐθέως θορυβηθείη ἀκούων τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· *Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής;* Καὶ γὰρ πολλαχοῦ φαίνεται μαρτυρήσας ἑαυτῷ· τῇ γοῦν Σαμαρείτιδι διαλεγόμενος ἔλεγεν, *Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι*· καὶ τῷ τυφλῷ ὁμοίως, *Ὁ λαλῶν μετά σοῦ, ἐκεῖνός ἐστι*· καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπιτιμῶν, *Ὑμεῖς* [a] *λέγετε, ὅτι Βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰμι.* Καὶ ἑτέρωθι δὲ πολλαχοῦ τοῦτο ποιεῖ. Ἂν οὖν ἅπαντα ταῦτα ψευδῆ ᾖ, τίς ἡμῖν ἔσται σωτηρίας ἐλπίς; Πόθεν δὲ τὴν ἀλήθειαν εὑρήσομεν, ὅταν αὐτὴ ἡ ἀλήθεια λέγῃ, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἡ μαρτυρία μου ἀληθής;* Οὐ τοῦτο δὲ δοκεῖ τὸ ἐναντίωμα εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον οὐκ ἔλαττον τούτου. Προῶν γάρ φησι· *Καὶ ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής* [b] *ἐστι.* Ποῖον οὖν, εἰπέ μοι, δέξομαι; ποῖον δὲ εἶναι νομίσω ψεῦδος; Εἰ γὰρ οὕτως ἐκλάβοιμεν ἁπλῶς ὡς εἴρηται, μὴ πρόσωπον περιεργασάμενοι, μὴ αἰτίαν, μὴ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀμφότερα ἔσται ψευδῆ. Εἰ γὰρ ἡ μαρτυρία αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀληθής, οὐδὲ τοῦτο αὐτὸ ἀληθές· οὐ τὸ δεύτερον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ πρότερον. Τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; Πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς ἀγρυπνίας, μᾶλλον δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, ἵνα μὴ τοῖς ῥήμασιν ἐναπομείνωμεν ψιλοῖς. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ αἱρετικοὶ πλανῶνται, ὅτι μήτε τὸν σκοπὸν ἐξετάζουσι τοῦ λέγοντος, μήτε τὴν ἕξιν τῶν ἀκουόντων. Ἂν οὖν μὴ ταῦτα προσθῶμεν, καὶ ἕτερα δέ, οἷον καιροὺς, καὶ τόπους, καὶ γνώμην ἀκροατοῦ, πολλὰ ἕψεται τὰ ἄτοπα. Τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον [c]; Ἔμελλον ὑποφέρειν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· *Ἐὰν σὺ μαρτυρῇς περὶ σεαυτοῦ, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.* Διὰ τοῦτο ταῦτα προλαβὼν εἶπεν, ὡσανεὶ [237] ἔλεγε· Πάντως ἐρεῖτέ μοι, ὅτι Σοὶ οὐ πιστεύομεν· οὐδεὶς γάρ ποτε ἑαυτῷ [d] μαρτυρῶν ἀξιόπιστός ἐστιν ἐν ἀνθρώποις. Τὸ οὖν, *Οὐκ ἔστιν ἀληθής*, οὐχ ἁπλῶς ἀναγνωστέον, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν [e], οἷον, ὅτι Ὑμῖν οὐκ ἔστιν ἀληθής. Οὐ τοίνυν πρὸς τὴν ἀξίαν τὴν αὐτοῦ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τὴν ἐκείνων ἐφθέγγετο ταῦτα. Καὶ ὅταν μὲν λέγῃ, *Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής*, τὴν γνώμην ἐλέγχει τὴν ἐκείνων, καὶ τὴν μέλλουσαν αὐτῷ παρ' ἐκείνων ἀντίθεσιν ἐπάγεσθαι. Ὅταν δὲ, ὅτι *Κἂν ἐγὼ περὶ ἐμαυτοῦ μαρτυρῶ, ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου*, αὐτὴν δείκνυσι τοῦ πράγματος τὴν φύσιν, ὅτι ὡς Θεὸν ἀξιόπιστον αὐτὸν ἔδει νομίζειν καὶ περὶ ἑαυτοῦ λέγοντα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἀνάστασιν νεκρῶν καὶ κρίσιν, καὶ ὅτι ὁ πιστεύων αὐτῷ οὐ κρίνεται, ἀλλ' εἰς ζωὴν ἔρχεται, καὶ ὅτι καθεδεῖται πάντας εὐθύνας ἀπαιτήσων, καὶ ὅτι τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν ἔχοι τῷ Πατρὶ καὶ δύναμιν· μέλλων πάλιν ἅπαντα ταῦτα κατασκευάζειν καὶ ἑτέρως, ἀναγκαίως τὴν ἀντίθεσιν αὐτῶν τέθεικε πρώτην. Εἶπον, φησὶν, ὅτι *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*· εἶπον, ὅτι *Ὁ Πατὴρ οὐδένα κρίνει, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ*· εἶπον, ὅτι δεῖ τιμᾶν τὸν Υἱὸν, ὡς τὸν Πατέρα· εἶπον, ὅτι *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα τιμᾷ*· εἶπον, ὅτι *Ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους, καὶ πιστεύων, οὐκ ὄψεται θάνατον* [f], *ἀλλὰ μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν*· εἶπον, ὅτι ἡ φωνή μου τοὺς νεκροὺς ἀναστήσει, τοὺς μὲν νῦν, τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα· εἶπον, ὅτι ἀπαιτήσω λόγον τῶν πεπλημμεληκότων ἅπαντας· εἶπον, ὅτι δικαίως κρινῶ καὶ ἀμείψομαι τοὺς κατορθοῦντας. Ἐπεὶ οὖν ἅπαντα ταῦτα ἀπόφασις ἦν, καὶ τὰ μὲν λεγόμενα μεγάλα, ἀπόδειξις δὲ οὐκ ἦν οὐδέπω εἰρημένη σαφὴς ἐκείνοις, ἀλλ' ἀμυδροτέρα [g]· πρότερον τὴν ἀντίθεσιν τίθησι, μέλλων ἐπὶ τὴν κατασκευὴν τῶν εἰρημένων ὁρμᾶν, οὑτωσί πως λέγων, εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασι τούτοις. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖτε, Πάντα ταῦτα σὺ λέγεις, οὐκ εἰ δὲ ἀξιόπιστος μάρτυς σαυτῷ μαρτυρῶν. Τούτῳ τοίνυν πρῶτον καταλύων αὐτῶν τὴν φιλονεικίαν, τῷ θεῖναι ὅπερ ἔμελλον ἐρεῖν, καὶ δεῖξαι ὅτι οἶδεν αὐτῶν τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας, καὶ ταύτην πρώτην ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως παρεχόμενος, ὕστερον μετὰ τὴν ἀντίθεσιν, καὶ ἑτέρας ἀποδείξεις παρέχεται σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους, τρεῖς παράγων μάρτυρας τῶν λεγομένων, τὰ ἔργα τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, τοῦ Πατρὸς τὴν μαρτυρίαν, τοῦ Ἰωάννου τὸ κήρυγμα. Καὶ τίθησι προτέραν τὴν ἐλάττω, τὴν Ἰωάννου. Εἰπὼν γὰρ, *Ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ, καὶ οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία αὐτοῦ*, ἐπήγαγεν· *Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην, καὶ ἐμαρτύρησε τῇ ἀληθείᾳ.* Καίτοι γε εἰ οὐκ ἔστιν ἀληθὴς ἡ μαρτυρία σου, πῶς λέγεις, ὅτι *Οἶδα ὅτι ἀληθής ἐστιν ἡ μαρτυρία Ἰωάννου*, καὶ ὅτι *Ἐμαρτύρησε τῇ ἀληθείᾳ*; [238] Ὁρᾷς πῶς σαφὲς κάντεῦθέν ἐστιν ὅτι τὸ, *Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής*, πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν εἴρηται;

β'. Τί οὖν, εἰ ἐκεῖνος ἐμαρτύρησε χάριτι; φησίν. Ἵνα γὰρ μὴ τοῦτο λέγωσιν, ὅρα πῶς καὶ ταύτην ἀνεῖλε τὴν ὑπόνοιαν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἰωάννης ἐμαρτύρησέ μοι· ἀλλὰ πρότερον, *Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην*· οὐκ ἂν δὲ ἀπεστείλατε [h], εἰ μὴ ἀξιόπιστον ἡγεῖσθε. Καὶ τὸ δὴ μεῖζον· οὐ γὰρ ἔπεμψαν αὐτὸν περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐρωτῶντες, ἀλλ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ· [i] [ὃν δὲ ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑαυτοῦ] ἀξιόπιστον εἶναι ἐνόμιζον, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς ὑπὲρ ἑτέρου. Πεφύκαμεν γὰρ, ὡς εἰπεῖν, ἅπαντες ἄνθρωποι, μὴ οὕτω πιστεύειν τοῖς περὶ ἑαυτῶν λέγουσιν, ὡς τοῖς περὶ ἄλλων. Τοῦτον δὲ οὕτως ἀξιόπιστον εἶναι ἐνόμισαν, ὡς καὶ ἐν τοῖς περὶ ἑαυτοῦ μὴ δεηθῆναι μαρτυρίας ἑτέρας. Οἱ γὰρ ἀποσταλέντες οὐκ εἶπον, Τί λέγεις περὶ τοῦ Χριστοῦ; ἀλλὰ, *Σὺ τίς εἶ; τί λέγεις περὶ σεαυτοῦ;* Οὕτω μέγα τοῦ ἀνδρὸς τὸ θαῦμα εἶχον. Τοῦτο οὖν ὅλον ἠνίξατο, διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ὑμεῖς ἀπεστάλκατε πρὸς Ἰωάννην*. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, οὐχ ὅτι ἀπέστειλαν, εἶπε μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἀπεσταλμένων ἀκριβολογεῖται, ὅτι ἦσαν καὶ ἱερεῖς, καὶ ἐκ τῶν Φαρισαίων, οὐχ οἱ τυχόντες, οὐδὲ ἀπερίμμενοι, οὐδὲ οἷοι διαφθαρῆναι καὶ παραλογισθῆναι, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας ἱκανοὶ μαθεῖν τὰ παρ' ἐκείνου λεγόμενα. *Ἐγὼ δὲ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν οὐ λαμβάνω.* Τίνος οὖν ἕνεκεν τὴν Ἰωάννου παρήγαγες; Καίτοι οὐδὲ ἡ ἐκείνου, ἀνθρώ-

[a] Savil. καὶ τοῖς Ἰουδαίοις· Πῶς ὑμεῖς. [b] Monif. adiderat οὐκ ἀληθής. Negationem expunximus cum Bibl., Savil. et codd. [c] Morel. ἄτοπα. Ἴδωμεν οὖν πρὸς τί ταῦτα εἴρηται. [d] Savil. οὐδεὶς γὰρ ταχέως ἑαυτῷ. [e] Morel. ἀλλὰ προσθέον [προσθετέον?] εἰς τὴν ἐκείνων ὑπ. [f] Alius οὐκ ὄψεται κρίσιν. [g] Morel. ἀμυδρὰ πάντη. Mox Morel. κατασκευὴν χωρεῖν τῶν εἰρημένων, et ibidem Morel. μονονουχὶ συλλογιζόμενος αὐτοὺς δι' ὧν λέγει, εἰ καὶ μή. [h] Morel ἀπεστάλκατε. [i] Verba inclusa acuerunt e Savil. et codd. [j] Morel. ἀκριβολογεῖται δηλῶν ὅτι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

aurum non efficiet, omnia temere miscebit, eritque labor ejus inutilis, imo noxius. Ita qui divinarum Scripturarum consequentiam non norunt, neque proprietates et leges ejus explorant, sed simpliciter et uno modo omnia percurrunt, aurum cum terra miscentes, numquam repositum in illa thesaurum invenient. Hæc porro nunc dixi, quia is qui jam proponitur locus, multum quidem aurum habet, non quidem conspicuum, sed obscuritate multa obvolutum. Quamobrem oportet fodiendo et expurgando ad verum sensum pertingere. Quis enim non statim turbetur audiens Christum dicentem, *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum non est?* Nam sæpe videmus illum de seipso testimonium perhibere; Samaritanæ quippe dicebat, *Ego sum qui loquor tecum* (*Joan.* 4. 26); et cæco similiter, *Qui loquitur tecum, ille est*; et Judæos increpans, *Vos dicitis, Tu blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum* (*Joan.* 9. 37. *et* 10. 36). Et alibi sæpe similiter. Si ergo hæc omnia mendacia essent, quæ nobis esset spes salutis? Unde ergo veritatem reperiemus, cum ipsa veritas dicat, *Testimonium meum verum non est?* Neque hoc tantum contrarium videtur, sed aliud quoque non minus; nam in sequentibus ait: *Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est* (*Joan.* 8. 14). Utrum ergo horum accipiam? utrum falsum putabo? Nam si hæc ita acceperimus, nulla facta personæ, nulla causæ et cæterorum similium perquisitione, utraque falsa erunt. Si enim testimonium ejus verum non est, neque hoc ipsum verum est, neque posterius, neque prius. Quid ergo sibi vult? Multa nobis opus est vigilantia, imo potius Dei gratia, ne nudis verbis insistamus. Ita enim hæretici errant, dum neque scopum dicentis, neque audientium affectum explorant. Nisi ergo hæc adjiciamus, imo alia quoque, ut tempora, loca, auditorum animum; multa consequentur absurda. Quid sibi vult ergo id quod jam dictum est? Dicturi erant Judæi: *Si tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum.* Ideo hæc præoccupat ac si diceret: Dicetis utique mihi, tibi non credimus: nemo enim qui statim de se testimonium perhibeat, apud homines credetur. Illud ergo, *Non est verum*, non temere legendum, sed subintelligendum est secundum illorum opinionem, ac si diceret, Vobis non est verum. Non ergo contra dignitatem suam, sed contra illorum opinionem sic loquitur. Ac cum dicit, *Testimonium meum verum non est*, illorum sententiam coarguit, necnon objectionem, quam ipsi oblaturi erant. Cum vero dicit, *Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum*, ipsam rei naturam ostendit, quod scilicet ipsum, utpote Deum, fide dignum credi oporteret, etiam cum de seipso loqueretur. Quia enim dixerat resurrectionem mortuorum et judicium, et quod qui credit in ipsum non judicatur, sed ad vitam venit, et quod sedens omnium rationes expetiturus, et quod eamdem habeat, quam Pater, potestatem et virtutem; cum hæc omnia confirmaturus esset, alio modo hanc objectionem necessario primam ponit. Dixi, inquit, *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat*; dixi, *Neque Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio*; dixi honorandum esse Filium sicut Patrem; dixi, *Qui non honorificat Filium, neque Patrem honorificat*; dixi, *Qui audit verba mea et credit ea, non videbit mortem* [1], *sed translatus est a morte ad vitam*; dixi, vocem meam mortuos suscitaturam esse, et nunc et postea; dixi, me rationem omnium peccatorum repetiturum esse; dixi, me esse juste judicaturum, ac mercedem bene operantibus daturum. Quia ergo illa omnia prolata fuerant, et magna quidem erant, necdum tamen data fuerat horum clara demonstratio, sed obscura plane; primo quod objiciebatur ponit, ad dictorum veram rationem venturus; ac si ita loqueretur, etsi non iisdem verbis. Sed fortasse dicetis: Hæc omnia tu dicis, nec es fide dignus testis, qui tibi ipsi testimonium perhibeas. Hac itaque ratione primo solvens illorum contentionem, quod ea quæ dicturi erant proferret, ostenderetque se arcana cordis eorum nosse, et hanc primam virtutis suæ demonstrationem exhibens, demum post objectionem prolatam, alias adfert demonstrationes claras et inexpugnabiles; tres adducens testes, opera sua, Patris testimonium, et Joannis prædicationem. Primumque testimonium ponit, id quod minus erat, nempe Joannis. Cum enim dixisset, *Alius est qui testimonium perhibet de me, et scio quia verum est testimonium ejus*; subdidit: 33. *Vos misistis ad Joannem, et testimonium perhibuit veritati.* Atqui si non est verum testimonium tuum, quomodo dicis, Verum est testimonium Joannis; et, *Testimonium perhibuit veritati?* Viden' quam clarum vel inde sit, illud, *Testimonium meum non est verum*, adversus eorum suspicionem dictum fuisse?

2. *Joannis Baptistæ testimonii certitudo; ipsius Dei erat testimonium. Operum Christi testimonium ineluctabile.*— Quid si ille, inquies, testimonium ad gratiam perhibuit? Ne hoc dicerent, vide quomodo hanc amovit suspicionem. Non enim dixit, Joannes testimonium perhibuit de me; sed prius, *Vos misistis ad Joannem*; non misissetis autem, nisi fide dignum existimassetis. Quodque majus est, non miserunt interrogatum illum de Christo, sed de seipso; quem fide dignum putabant de seipso testimonium ferentem, multo magis de alio loquentem. Solemus enim nos homines non perinde credere iis qui de se loquuntur, quam iis qui de aliis. Hunc vero ita veracem putabant, ut etiam de se loquens, alterius testimonio non egeret. Nam qui missi fuerant, non dixerunt, Quid dicis de Christo? sed, *Tu quis es? quid dicis de teipso?* Tam mirabilem putabant hominem. Hoc ergo totum subindicavit, cum dixit, *Vos misistis ad Joannem.* Ideo evangelista non solum dicit, eos misisse, sed de missis expresse dicit, fuisse ex sacerdotibus et ex Pharisæis, non e vulgo, nec qui corrumpi vel decipi possent, sed qui ejus dicta accurate perciperent. 34. *Ego autem non ab homine testimonium accipio.* Cur ergo Joan-

[1] Alius habet, *non videbit judicium.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nis testimonium accipis? Illius certe testimonium, hominis non erat. *Qui misit me*, inquit, *baptizare in aqua, ille mihi dixit.* Itaque Joannis testimonium, Dei erat testimonium : ab illo enim didicerat ea quæ dicebat. Sed ne dicerent, Unde constat illum a Deo didicisse et hinc adversum starent, illorum ora vehementer reprimit, et adhuc contra illorum opinionem edisserit. Neque enim verisimile erat multos hæc scivisse, sed Joanni attendebant, ut ex se loquenti. Ideo ait : *Ego ab homine testimonium non accipio.* Si ab homine testimonium non accepturus, neque illo usurus eras, cur ejus testimonium adduxisti? Ne igitur hæc dicerent, audi quomodo tali objectioni occurrat. Cum dixisset enim, *Ab homine testimonium non accipio ;* subjunxit : *Sed hæc dico, ut vos salvi sitis.* Hoc est : Ego hujus testimonio humano non opus habebam, cum Deus sim ; sed quia illum suspicitis et omnibus fide digniorem putatis ; et ad illum quidem ut ad prophetam accurrebatis (civitas enim ad Jordanem effundebatur), mihi vero ne quidem miracula patranti credidistis : ideo hoc vobis testimonium commemoro. 35. *Ille erat lucerna ardens et lucens : vos autem voluistis exsultare ad horam in luce ejus.* Ne dicerent enim, Quid, si ille dixit, et nos non recepimus? dicta recepisse illos ostendit. Neque enim vulgares homines miserunt, sed sacerdotes et Pharisæos. Sic hominem mirabantur, nec poterant dictis ejus obsistere. Illud autem, *Ad horam*, nimiam illorum facilitatem indicat, quod scilicet cito ab illo resilierint. 36. *Ego autem habeo majus testimonium Joanne.* Si velletis enim secundum veram rerum seriem fidem accipere, ab operibus vos magis induxissem. Quia vero non vultis, ad Joannem vos duco ; non quod ejus egeam testimonio ; sed quia ideo omnia facio ut vobis salutem pariam. Testimonium enim majus habeo quam Joannis : ab operibus. Verum non ad id specto solum, ut a fide dignis viris [1] apud vos commender ; sed ut a vobis notis, qui apud vos mirabiles habeantur. Sic postquam illos incesserat his verbis, *Voluistis exsultare ad horam in luce ejus*, demonstraveratque illud eorum studium temporaneum ac minime firmum fuisse ; cum lucernam ipsum vocavit, ostendit ipsum a seipso lucem non habere, sed a gratia Spiritus. Necdum tamen dixit in quo differret ab ipso, quod scilicet ipse sol justitiæ esset ; sed cum illud subindicasset tantum, in illos vehementer invehitur, ostenditque illos eodem animi proposito, quo illum contempserant, Christo credere noluisse. Nam Joannem *Ad horam* solum admirati sunt : quod nisi fecissent, cito illos ad Jesum ducturus erat. Postquam igitur illos omni ex parte indignos venia ostenderat, addidit : *Ego autem habeo testimonium majus Joanne.* Quale? Operum. *Opera enim*, inquit, *quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea, ipsa opera testimonium perhibent de me, quia Pater me misit.* Hic paralyticum sanatum et alios multos commemorat. Verba quidem, dixisset forte quispiam eorum, illa magnifica Joannes ad gratiam dixerit ; licet tamen hoc dicere non possent de Joanne ita philosophiæ studioso, quem admirabantur : opera autem, vel apud insanos, nulli erant suspicioni obnoxia. Ideo alterum adduxit testimonium dicens : *Opera quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio testantur de me, quoniam misit me Pater.* Hic accusationem de violato sabbato depellit. Quia enim dicebant illi, Quomodo potest a Deo esse, qui sabbatum non custodit? ideo dixit, *Quæ dedit mihi Pater.* Etiamsi ille auctoritate sua ageret ; sed ut validius probaret se Patri nihil contrarium facere, ideo quod longe minus erat posuit.

3. *Quare Christus hic ex operibus suis divinitatem missionis suæ tantum, nulla de sua divinitate mentione facta, adstruat. Pater quomodo audiatur et videatur. Quare Judæos Christus ad Scripturas remiserit.* — Et cur, inquies, non dixit, Opera quæ dedit mihi Pater, testificantur me Patri æqualem esse? Certe utrumque ex operibus edisci poterat, et ipsum nihil contrarium Patri facere, et æqualem genitori esse, id quod et alibi probat cum dicit : *Si mihi non creditis, operibus meis credite, ut sciatis et credatis quia ego in Patre, et Pater in me est* (*Joan.* 10. 38). Utrumque, inquam, testificatus esset, et se æqualem esse Patri, et se nihil facere Patri contrarium. Cur ergo non sic loquutus est, sed majore parte relicta, minorem posuit? Quia hoc primum erat, de quo erat quæstio. Nam etsi longe minus est credi ipsum a Deo venisse, quam credi Deo æqualem esse ; illud enim prophetæ dixerant, hoc vero minime ; attamen ipse de minore parte magnam curam habet, gnarus si hoc admittatur [1], illud etiam facile admissum iri, et majore prætermissa, minorem memorat, ut per hanc et illam reciperent. Hoc peracto rursum adjicit : 37. *Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me.* Et ubi testimonium perhibuit de illo? In Jordane, cum dixit : *Hic est Filius meus dilectus : ipsum audite.* Verum hoc apparatu quodam egebat. Quod ad Joannem pertinebat, manifestum erat : ipsi namque miserant, neque id negare poterant. Signa quoque clara erant. Ipsi facta viderant, atque sanatum audierant, et crediderant, ac propterea illum accusabant. Restabat demum ut Patris testimonium afferretur, quod inducturus subdidit : *Nec vocem ejus umquam audistis.* Et quomodo Moyses dicit, *Deus loquebatur, Moyses respondit* (*Exod.* 19. 19). Quomodo David, *Linguam quam non noverat, audivit* (*Psal.* 80. 6)? Rursum Moyses, Si est gens talis, quæ audivit vocem Dei? *Neque speciem ejus vidistis* (*Deut.* 4. 33). Atqui illum vidisse dicuntur Isaias, Jeremias, Ezechiel et alii plurimi. Quid ergo nunc sibi vult Christus? In philosophicam illos inducit disciplinam, paulatim ostendens, in Deo nec vocem nec speciem esse, sed superiorem illum esse et sonis et figuris hujusmodi. Nam ut dicendo, *Neque vocem ejus audistis*, non significat, illum vocem emittere, nec audiri : sic cum dicit, *Neque speciem ejus vidistis*, non dicit ipsum speciem habere, nec tamen videri ; verum neutrum horum habere Deum intelligit. Nec dicerent enim, Frustra te jactas, Moysi tantum loquutus est Deus ; dicebant

[1] Alii habent, *ut a propinquis vestris.*

[1] Alii legunt, *gnarus si hoc dicatur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

2. Quænam ergo est dicti sententia? Ex veteri lege possumus illam ediscere. Nam ibi quoque dicitur: *Post hæc tentavit Deus Abraham, dicens: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac* (*Gen.* 22. 1. 2). Neque enim id dixit, ut experiretur an obsequuturus esset, necne; utpote qui omnia videat antequam fiant (*Dan.* 13. 42): sed humano more utrumque dictum est. Ut cum dicit, *Scrutatur corda hominum* (*Rom.* 8. 27), non ignorantiam, sed accuratam cognitionem indicat; sic cum dicit, *Tentavit*, nihil aliud sibi vult, quam ipsum accurate novisse. Vel aliud dici possit, ipsum nempe probatiorem eum reddidisse, dum et tunc Abrahamum, et nunc Philippum per interrogationem in majorem signi notitiam deduxit. Quapropter evangelista, ne ex verbi simplicitate quid absurdum suspicareris, addidit: *Ipse enim sciebat quid esset facturus.* Cæterum illud maxime observandum, quomodo cum prava suspicio adest, statim eam evangelista diligenter amoveat. Ut igitur hoc loco ne quid simile suspicarentur auditores, correctionem hanc addidit: *Ipse enim sciebat quid esset facturus*; sic et ibi, cum ait: Judæi illum perseque-

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ΟΜΙΛΙΑ ΜΒ'.

Μετὰ ταῦτα ἀπῆλθεν ὁ Ἰησοῦς πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας εἰς τὰ μέρη Τιβεριάδος· καὶ ἠκολούθει αὐτῷ ὄχλος πολύς, ὅτι ἑώρων τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων. Ἀπῆλθε δὲ εἰς ὄρος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐκεῖ ἐκάθητο μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων.

α'. Τοῖς δεινοῖς ἀνδράσι μὴ ὁμόσε χωρῶμεν, ἀγαπητοί· ἀλλὰ μανθάνωμεν [a], ὅταν μηδὲν παραβλάπτῃ τὴν ἡμετέραν ἀρετὴν, διδόναι τόπον αὐτῶν ταῖς πονηραῖς ἐπιβουλαῖς. Οὕτω γὰρ παύεται πᾶσα θρασύτης. Καὶ [248] καθάπερ τὰ ἀκόντια ὅταν εἰς ἐντεταμένον [b] ἐμπέσῃ τι καὶ σκληρὸν καὶ ἀντιτυπὲς, μετὰ πολλῆς τῆς ῥύμης ἐξακοντίζεται ἐπὶ τοὺς ἀποστείλαντας πάλιν· ὅταν δὲ τὸ ραγδαῖον τῆς ἀφέσεως μὴ ἔχῃ τὸ ἀντιπίπτον, ἐκλύεται ταχέως καὶ λήγει· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θρασυνομένων ἀνθρώπων, ὅταν μὲν αὐτοῖς ὁμόσε χωρῶμεν, ἀγριαίνουσι μᾶλλον· ὅταν δὲ εἴκωμεν καὶ παραχωρῶμεν, χαλῶμεν ῥᾳδίως πᾶσαν αὐτῶν τὴν μανίαν. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὅτι ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει ἢ Ἰωάννης, ἦλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, τὸν φθόνον αὐτῶν σβεννὺς, καὶ τὸν θυμὸν, ὃν εἰκὸς ἦν ἀπὸ τούτων τεχθῆναι τῶν λόγων, διὰ τῆς ἀναχωρήσεως καταπραΰνων. Πλὴν εἰς τὴν Γαλιλαίαν πάλιν ἀπερχόμενος, οὐ τοῖς αὐτοῖς ἐπιβαίνει τόποις· οὐ γὰρ εἰς Κανᾶ ἦλθεν, ἀλλὰ πέραν τῆς θαλάσσης. Διὸ καὶ ἠκολούθουν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει. Ποῖα σημεῖα; διατί μὴ αὐτὰ λέγει [c] κατ' εἶδος; Ὅτι τὸ πλέον τοῦ βιβλίου οὗτος μάλιστα ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν τοῖς λόγοις καὶ ταῖς δημηγορίαις καταναλῶσαι ἐσπούδασεν. Ὅρα γοῦν πῶς ἐν ἑνὶ αὐτῷ ὁλοκλήρῳ, μᾶλλον δὲ πῶς καὶ νῦν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα οὐδὲν πλέον ἡμᾶς ἐδίδαξε σημείων ἕνεκεν, ἢ ὅτι τὸν παράλυτον μόνον ἐθεράπευσε, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ βασιλικοῦ. Οὐ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζεν ὥστε ἅπαντα καταλέγειν, ἐπειδὴ μηδὲ δυνατὸν ἦν· ἀλλ' ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων ὀλίγα. *Καὶ ἠκολούθει*, φησὶν, *αὐτῷ ὄχλος πολὺς, ὅτι ἑώρων τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει.* Οὐ σφόδρα βεβαίας διανοίας ἡ ἀκολούθησις [d]. Τοσαύτης γὰρ διδασκαλίας ἀπολαύσαντες, ἀπὸ τῶν σημείων ἐνήγοντο μᾶλλον· ὃ παχυτέρας γνώμης ἦν. *Τὰ γὰρ σημεῖα*, φησὶ, *τοῖς ἀπίστοις, οὐ τοῖς πιστεύουσιν.* Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνος ὁ δῆμος ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ οὗτος, ἀλλ' ἄκουε πῶς [e]. *Ἐξεπλήσσοντο πάντες ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ*, φησὶν, *ὅτι ἐδίδασκεν αὐτοὺς ὡς ἐξουσίαν ἔχων.* Τί δήποτε δὲ τὸ ὄρος καταλαμβάνει νῦν, καὶ ἐκεῖ κάθηται μετὰ τῶν μαθητῶν; Διὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι σημεῖον. Τὸ δὲ τοὺς μαθητὰς ἀναβῆναι μόνους, κατηγορία τοῦ πλήθους ἦν οὐκ ἀκολουθήσαντος αὐτῷ. Οὐ τούτου δὲ ἕνεκεν μόνον τοῦτο ποιεῖ, τὸ ὄρος καταλαμβάνων, ἀλλὰ καὶ παιδεύων ἡμᾶς ἀεὶ διαναπαύεσθαι ἀπὸ τῶν θορύβων καὶ τῆς ἐν μέσῳ ταραχῆς· ἐπιτήδειον γὰρ πρὸς φιλοσοφίαν ἐρημία. Πολλάκις δὲ καὶ μόνος αὐτὸς τὸ ὄρος καταλαμβάνει, καὶ διανυκτερεύει καὶ εὔχεται, διδάσκων ἡμᾶς ὅτι τὸν μάλιστα Θεῷ προσιόντα πάσης ἀπηλλάχθαι δεῖ ταραχῆς, καὶ καιρὸν καὶ τόπον θορύβου καθαρὸν ἐπιζητεῖν. *Καὶ ἦν ἐγγὺς τὸ Πάσχα, ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων.* Πῶς οὖν οὐκ ἀναβαίνει εἰς τὴν ἑορτὴν, φησὶν, ἀλλὰ πάντων ἐπειγομένων εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, αὐτὸς εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἔρχεται, καὶ οὐκ αὐτὸς μόνος, ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς ἄγων, καὶ ἐκεῖθεν εἰς Καπερναούμ; Ἠρέμα λοιπὸν ὑπεξέλυε τὸν νόμον, ἀφορμὴν λαμβάνων ἀπὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς πονηρίας. *Καὶ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὁρᾷ ὄχλον πολύν.* Ἐνταῦθα δείκνυσιν ὅτι οὐδέποτε ἁπλῶς ἐκάθητο μετὰ τῶν μαθητῶν, [249] ἀλλ' ἴσως ἀκριβολογούμενός τι πρὸς αὐτοὺς καὶ διδάσκων [f], καὶ ἐπιστρέφων αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὸν, οὗ μάλιστα καὶ ἐντεῦθεν τὴν κηδεμονίαν ἔστι μαθεῖν, καὶ τὸ ταπεινὸν καὶ συγκαταβατικὸν τὸ πρὸς ἐκείνους. Συνεκάθηντο γὰρ αὐτῷ τάχα πρὸς ἀλλήλους ὁρῶντες. *Εἶτα ἀναβλέψας ὁρᾷ τὸν ὄχλον παραγινόμενον πρὸς αὐτόν.*

Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ τοὺς μαθητὰς φασι προσελθόντας ἐρωτᾷν καὶ παρακαλεῖν, ὥστε μὴ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις· οὗτος δὲ εἰσάγει τὸν Φίλιππον ἐρωτηθῆναι παρὰ τοῦ Χριστοῦ. Καί μοι δοκεῖ ἀμφότερα εἶναι ἀληθῆ, οὐκ ἐπὶ τῶν αὐτῶν γενόμενα δὲ ὅμως [g] καιρῶν, ἀλλ' ἐκεῖνα τούτων εἶναι πρεσβύτερα· ὥστε ἕτερα μὲν ἐκεῖνα λοιπὸν, ἕτερα δὲ ταῦτά ἐστι. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὸν Φίλιππον ἐρωτᾷ; Ἤδει τῶν μαθητῶν τοὺς μάλιστα πλείονος δεομένους διδασκαλίας. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ μετὰ ταῦτα λέγων· *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν.* Διὰ τοῦτο ἄνωθεν αὐτὸν ἐῤῥύθμιζεν. Εἰ μὲν γὰρ ἁπλῶς τὸ σημεῖον ἐγένετο, οὐκ ἂν τοσοῦτον ἐφάνη τὸ θαῦμα· νῦν δὲ πρότερον αὐτὸν ἀναγκάζει ὁμολογῆσαι τὴν οὖσαν σπάνιν, ἵνα γνοὺς ἐν τίσιν ἦν, ἀκριβέστερον οὕτω μάθῃ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι θαύματος τὸ μέγεθος. Καὶ ὅρα τί φησιν ἐκεῖνος· *Πόθεν ἡμῖν ἄρτοι τοσοῦτοι, ἵνα φάγωσιν οὗτοι;* Οὕτω καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ πρὸς τὸν Μωϋσέα ἔλεγεν. Οὐ γὰρ πρότερον τὸ σημεῖον ἐποίησεν, ἕως ἂν αὐτὸν ἠρώτησε, *Τί ποτέ ἐστιν ἐν τῇ χειρί σου;* Ἐπειδὴ γὰρ τὰ παράδοξα καὶ ἀθρόον συμβαίνοντα, τῶν προτέρων ἡμᾶς εἰς λήθην ἐμβαλεῖν εἴωθε, πρότερον αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ παρόντος κατέδησεν ὁμολογίᾳ, ἵνα τῆς ἐκπλήξεως γενομένης, τὴν μνήμην τῶν ὁμολογηθέντων μὴ δυνηθῇ λοιπὸν ἐκβαλεῖν· εἶθ' οὕτως ἀπὸ τῆς συγκρίσεως μάθῃ καὶ τοῦ σημείου τὸ μέγεθος· ὃ δὴ καὶ ἐνταῦθα γίνεται. Καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνεται λέγων· *Διακοσίων δηναρίων ἄρτοι οὐκ ἀρκοῦσιν, ἵνα ἕκαστος βραχύ τι λάβῃ. Τοῦτο δὲ ἔλεγε πειράζων αὐτόν· αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἔμελλε ποιεῖν.* Τί ἐστι, *Πειράζων αὐτόν;* ἆρα γὰρ ἠγνόει τὸ μέλλον ὑπ' αὐτοῦ ῥηθήσεσθαι; Οὐκ ἔστι τοῦτο εἰπεῖν.

β'. Ἀλλὰ τίς ποτε τῆς λέξεως ἡ διάνοια; Ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς δυνατὸν αὐτὴν καταμαθεῖν. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ φησιν· *Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἐπείραζεν ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν, Λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαάκ.* Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ τοῦτο λέγων φαίνεται, ὅτι ἀπὸ τῆς πείρας ἀνέμενεν ἰδεῖν τὸ τέλος, εἴτε ὑπακούσεται, εἴτε μή· (πῶς γὰρ ὁ τὰ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως [h] αὐτῶν;) ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἀμφότερα εἴρηται. Ὥσπερ γὰρ ὅταν λέγῃ, ὅτι *Ἐρευνᾷ τὰς καρδίας τῶν ἀνθρώπων*, οὐκ ἀγνοίας τὴν ἔρευναν δείκνυσιν, ἀλλ' ἀκριβοῦς εἰδήσεως· οὕτω δὴ καὶ ὅταν λέγῃ ὅτι *Ἐπείρασεν*, οὐδὲν ἄλλο φησὶν, ἀλλ' ἢ ὅτι ἠπίστατο ἀκριβῶς. Κἂν ἕτερον δὲ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι δοκιμώτερον αὐτὸν εἰργάζετο, ὥσπερ οὖν τὸν Ἀβραὰμ τότε, οὕτω καὶ τοῦτον διὰ τῆς τοιαύτης ἐρωτήσεως ἐνάγων νῦν

[a] Morel. ἀλλὰ ἀγαπῶμεν. [b] Alii εἰς διατεταμένον. [c] Quidam habent λέγεις. [d] Savil. οὐ σφόδρα φιλοσόφου γνώμης τὸ εἰρημένον. [e] Alii τῷ Ματθαίῳ τοιοῦτος. Ibid. Savil. ἀλλὰ πῶς.

[f] Savil. καὶ προσέχων. [g] Verba δὲ ὅμως, cum Savil. expungenda. Edit. [h] Savil. putat legendum πρὸ γενέσεως. Non advertit nempe in historia Susannæ sic legi, v. 42.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰς τὴν ἀκριβῆ τοῦ σημείου γνῶσιν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἵνα μὴ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς λέξεως ἐναπομείνας, ὑποπτεύσῃς τι [250] ἄτοπον περὶ τῶν εἰρημένων, ἐπήγαγεν· *Αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἔμελλε ποιεῖν.* Πλὴν ἐκεῖνο παρατηρεῖν ἀναγκαῖον, πῶς, ὅταν ᾖ ὑπόνοια πονηρὰ, εὐθὺς αὐτὴν ὁ εὐαγγελιστὴς μετὰ πολλῆς ἐπιδιορθοῦται [a] τῆς σπουδῆς. Ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα, ἵνα μή τι τοιοῦτον ὑποπτεύσωσιν οἱ ἀκούοντες, προσέθηκε τὴν ἐπιδιόρθωσιν, εἰπών· *Αὐτὸς γὰρ ᾔδει τί ἔμελλε ποιεῖν*· οὕτω καὶ ἐκεῖ λέγων, ὅτι ἐδίωκον αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, *Οὐ μόνον ὅτι ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ*· εἰ μὴ ἀπόφασις ἦν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ διὰ τῶν ἔργων βεβαιουμένη, προσέθηκεν ἂν κἀκεῖ τὴν ἐπιδιόρθωσιν ταύτην. Εἰ γὰρ ἐν οἷς αὐτὸς λέγει, ὑφορᾶται ὁ εὐαγγελιστὴς, μή τις ὑποπτεύσῃ· πολλῷ μᾶλλον ἐν οἷς ἕτεροι περὶ αὐτοῦ τοῦτο ἔλεγον, ὑπείδετο ἄν, εἰ μὴ προσήκουσαν ἐώρα περὶ αὐτοῦ κρατοῦσαν ὑπόνοιαν. Ἀλλ' οὐκ ἐποίησεν· ᾔδει γὰρ αὐτοῦ τὴν γνώμην οὖσαν τοῦτο καὶ ψῆφον ἀκίνητον. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, *Ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ*, οὐκ ἐχρήσατο ἐπιδιορθώσει τινὶ τοιαύτῃ· οὐ γὰρ ἐκείνων ἦν ὑπόνοια διεφθαρμένη τὸ λεγόμενον, ἀλλ' ἀπόφασις αὐτοῦ κεκυρωμένη διὰ τῶν ἔργων. Ἐρωτηθέντος τοίνυν τοῦ Φιλίππου, *Φησὶν Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Σίμωνος Πέτρου· Ἔστιν ὧδε παιδάριον ἕχον πέντε ἄρτους κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια· ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους;* Ὑψηλότερος μὲν τοῦ Φιλίππου ὁ Ἀνδρέας, οὐ μὴν εἰς τὸ πᾶν ἔφθασε. Οἶμαι δὲ μηδὲ ἁπλῶς τοῦτο εἰπεῖν, ἀλλ' ἀκηκοότα αὐτὸν τῶν προφητῶν [b] τὰ θαύματα, καὶ πῶς Ἐλισσαῖος ἐποίησε τὸ ἐπὶ τῶν ἄρτων σημεῖον. Διὰ δὴ τοῦτο ἀνέβη μὲν ἐπί τι ὕψος [c], οὐκ ἴσχυσε δὲ πρὸς αὐτὴν φθάσαι τὴν κορυφήν.

Μάθωμεν ἐντεῦθεν οἱ τῇ τρυφῇ προσέχοντες, τίνα ἀσιτοῦντο οἱ θαυμαστοὶ ἄνδρες ἐκεῖνοι καὶ μεγάλοι, καὶ τῇ ποσότητι [d] τῶν ἐπιφερομένων καὶ τῇ ποιότητι τὴν εὐτέλειαν αὐτῶν τῆς τραπέζης ζηλωμέν τε καὶ μιμησώμεθα. Τὰ γοῦν ἐξῆς τούτων πολλῆς ἀσθενείας. Μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, *Ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους*, ἐπήγαγεν· *Ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους;* Ἐνόμιζε γὰρ ὅτι ἀπὸ μὲν ἐλαττόνων ἐλάττονα, ἀπὸ δὲ πλειόνων πλείονα ἔμελλε ποιεῖν ὁ θαυματουργῶν· ὅπερ οὐκ ἦν. Ὁμοίως γὰρ ἦν αὐτῷ εὔκολον ἀπό τε πλειόνων, ἀπό τε ἐλαττόνων ποιῆσαι πηγάσαι τῶν ἄρτων τὴν φύσιν. Οὐ γὰρ ὕλης ἐδεῖτο τῆς ὑποκειμένης· ἀλλ' ὥστε μὴ δόξαι τὴν κτίσιν ἀλλοτρίαν εἶναι τῆς αὐτοῦ σοφίας, ὡς οἱ μετὰ ταῦτα διαβάλλοντες οἱ τὰ Μαρκίωνος νοσήσαντες ἔλεγον, αὐτῇ τῇ κτίσει κέχρηται πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῶν θαυμάτων. Ἐπεὶ οὖν ἀπέγνωσαν ἀμφότεροι οἱ μαθηταὶ, τότε θαυματουργεῖ λοιπόν· οὕτω γὰρ μᾶλλον ἐκέρδαναν, πρότερον ὁμολογήσαντες τοῦ πράγματος τὴν δυσκολίαν, ἵνα ὅταν γένηται, μάθωσι τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν. Ἐπειδὴ γὰρ γίνεσθαι σημεῖον ἔμελλε τὸ καὶ προφήταις κατορθωθὲν, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως· ἔμελλε δὲ καὶ εὐχαριστήσας αὐτὸ πρότερον ποιεῖν· ἵνα μὴ εἰς ἀσθενῆ τινα καταπέσωσιν ὑπόνοιαν, ὅρα πῶς αὐτὸ καὶ τῷ τρόπῳ διὰ [251] πάντων ἐπῆρε καὶ τὴν διαφορὰν ἔδειξεν. Οὕπω γὰρ τῶν ἄρτων φανέντων, τὸ θαῦμα ποιεῖ, ἵνα μάθῃς ὅτι τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα αὐτῷ ὑφέστηκε, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν· *Ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα.* Ὡς ἑτοίμου γὰρ καὶ παρεσκευασμένης τῆς τραπέζης, ἐκέλευσεν αὐτοὺς εὐθέως ἀναπεσεῖν. Οὕτω καὶ διὰ τούτου τὴν διάνοιαν τῶν μαθητῶν ἀνέστησεν. Ὅτι δὲ [e] καὶ ἐκέρδαναν ἀπὸ τῆς ἐρωτήσεως, εὐθέως ὑπήκουσαν, καὶ οὐκ ἐθορυβήθησαν, οὐδὲ εἶπον· τί ποτε τοῦτό ἐστι; πῶς κελεύεις ἀναπεσεῖν, οὐδενὸς ἐν τῷ μέσῳ φαινομένου; Οὕτω καὶ πρὸ τῆς ὄψεως τοῦ σημείου πιστεύειν ἤρξαντο [f] οἱ παρὰ τὴν ἀρχὴν τοσοῦτον ἀπιστήσαντες ὡς εἰπεῖν, *Πόθεν ἀγοράσομεν ἄρτους;* ὅτι καὶ μετὰ προθυμίας ἀνέκλιναν τοὺς ὄχλους. Ἀλλὰ τί δήποτε τὸν παραλυτικὸν μέλλων ἀνορθοῦν οὐκ εὔχεται, οὐδὲ τὸν νεκρὸν ἐγείρων, οὐδὲ τὴν θάλατταν χαλινῶν· ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τῶν ἄρτων τοῦτο ποιεῖ; Δεικνὺς ὅτι τοὺς τροφῆς ἀρχομένους εὐχαριστεῖν δεῖ τῷ Θεῷ. Καὶ ἄλλως δὲ, ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων αὐτὸ μάλιστα ἐργάζεται, ἵνα μάθῃς ὅτι οὐ δεόμενος αὐτὸ ποιεῖ. Εἰ γὰρ δεόμενος, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν μειζόνων ἂν αὐτὸ ἐποίησεν. Ὁ δὲ ἐκεῖνα αὐθεντίᾳ ποιήσας, εὔδηλον ὅτι καὶ ταῦτα συγκαταβατικῶς ἔπραττεν.

γ'. Ἔτι τε καὶ ὅτι ὄχλος πολὺς ἦν παρὼν [g], καὶ ἐχρῆν αὐτοὺς πεισθῆναι, ὅτι κατὰ γνώμην Θεοῦ παρεγένετο. Διὰ τοῦτο ὅταν μὲν μόνος ποιῇ τι σημεῖον, οὐδὲν τοιοῦτον ἐπιδείκνυται· ὅταν δὲ ἐπὶ πολλῶν αὐτὸ ποιῇ, ὥστε πιστεῦσαι αὐτοὺς ὅτι οὐκ ἀντίθεός τίς ἐστιν, οὐδὲ ἐναντίος τῷ γεγεννηκότι, διὰ τῆς εὐχαριστίας ἀναιρεῖ τὴν ὑποψίαν. *Καὶ ἔδωκε τοῖς ἀνακειμένοις, καὶ ἐνεπλήσθησαν.* Εἶδες πόσον δούλου καὶ δεσπότου τὸ μέσον; Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐκ μέτρου ἔχοντες τὴν χάριν, οὕτως ἐθαυματούργουν· ὁ δὲ Θεὸς ἀπολελυμένῃ δυνάμει ποιῶν, μετὰ πολλῆς ἅπαντα εἰργάζετο τῆς περιουσίας. *Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς· Συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα [h]. Οἱ δὲ συνήγαγον, καὶ ἐγέμισαν δώδεκα κοφίνους.* Οὐκ ἐπίδειξις ἦν τοῦτο περιττὴ, ἀλλ' ὥστε μὴ φαντασίαν νομισθῆναι τὸ πραγμα· διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης δημιουργεῖ. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐ τοῖς ὄχλοις ἔδωκεν βαστάσαι, ἀλλὰ τοῖς μαθηταῖς; Ὅτι μάλιστα τούτους παιδεῦσαι ἠβούλετο τοὺς μέλλοντας εἶναι διδασκάλους τῆς οἰκουμένης. Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος οὐδὲν μέγα ἔμελλε καρπώσασθαι ἐκ τῶν θαυμάτων τέως· εὐθέως γοῦν ἐπελανθάνοντο αὐτοὶ, καὶ ἤτουν ἕτερον θαῦμα· οὗτοι δὲ οὐ τὰ τυχόντα κερδαίνειν ἔμελλον. Ἦν δὲ καὶ τῷ Ἰούδᾳ κατάκριμα τὸ γινόμενον οὐ τὸ τυχὸν, βαστάζοντι τὸν κόφινον. Ὅτι δὲ τῆς αὐτῶν παιδεύσεως ἕνεκεν ταῦτα ἐγένετο, ἐκ τοῦ εἰρημένου ὕστερον δῆλον, οὗπερ ἀνέμνησεν αὐτοὺς λέγων· *Οὔπω νοεῖτε πόσους κοφίνους ἐλάβετε;* Καὶ τὸ ἰσαρίθμους εἶναι τοῖς μαθηταῖς τοὺς κοφίνους τῶν λειψάνων, τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας γέγονεν. Ὕστερον δὲ ἐπειδὴ ἐπαιδεύθησαν, οὐκ ἔτι τοσούτους, ἀλλὰ σπυρίδας ἑπτά. Ἐγὼ δὲ οὐ τὸ πλῆθος θαυμάζω τῶν γεγονότων ἄρτων [252] μόνον, ἀλλὰ μὴν μετὰ τοῦ πλήθους καὶ τὴν ἀκρίβειαν τοῦ περισσεύματος [i], ὅτι οὔτε πλεῖον οὔτε ἔλαττον ἐποίησε περισσευθῆναι, ἀλλὰ τοσοῦτον ὅσον ἐβούλετο, προειδὼς πόσα ἀναλώσουσιν· ὅπερ ἀφάτου δυνάμεως ἦν. Ἐπιστοῦτο μὲν οὖν τὰ κλάσματα τὸ γεγονὸς, ἀμφότερα ἐμφαίνοντα, καὶ ὅτι οὐ φαντασία τις ἦν τὰ γεγενημένα, καὶ ὅτι ἐξ ἐκείνων ἦν ὧν ἐτράφησαν. Τὸ δὲ τῶν ἰχθύων, τότε μὲν ὑποκειμένων ἐγένετο· ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐκ ἔτι ἐξ ὕλης ὑποκειμένης. Τίνος ἕνεκεν; Ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ νῦν τῇ ὕλῃ ἐκέχρητο, οὐ δι' ἔνδειαν, οὐδὲ δεόμενος ὑποβάθρας, ἀλλ' ὥστε τὰ τῶν αἱρετικῶν ἐμφράξαι στόματα. *Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον* [j], *ὅτι Οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης.* Ὦ γαστρι-

[a] Alius ἀποκρούεται. [b] Alii οἶμαι γὰρ αὐτὸν εἰσεληλυθέναι τῶν προφ. [c] Quidam ἀνέβη μὲν περαιτέρω. Paulo post Savil. μάθωμεν τοίνυν οἱ. [d] Savil. καὶ τῇ ποσότητι καὶ τῇ. [e] Alii ὅτι γάρ. Morel. ὅτε δέ. [f] Alii τοῦ σημείου τῆς πίστεως ἤρξαντο. [g] Savil. ἄλλως δὲ καὶ ὁ ὄχλος π. ἦν ὁ π. [h] Quidam habent περιουσίας. Καὶ ἐπερίσσευσε, φησὶ, κλάσματα. [i] Alii τοῦ περισσεύσαντος. [j] Morel. οἱ οὖν ἄνθρωποι ἰδόντες τὸ σημεῖον, ἔλεγον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bantur, *Non solum quia solvebat sabbatum, sed etiam quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo :* nisi ea esset ipsius Christi sententia operibus confirmata, addidisset et ibi correctionem illam. Nam si in verbis Jesu timet evangelista ne quis suspicionem habeat, multo magis in iis quæ de illo alii dicerent suspicatus fuisset, si non vidisset veram de illo opinionem haberi. Sed nihil dixit, sciebat enim Christi sententiam et immobile decretum. Ideoque cum dixisset, *Æqualem se faciens Deo*, non usus est illa correctione; non enim corrupta illorum erat opinio, sed vera de illo sententia operibus confirmata. Cum ergo Philippum interrogasset, 8. *Dicit Andreas frater Simonis Petri :* 9. *Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, et duos pisces ; sed hæc quid sunt inter tantos?* Sublimius cogitat Andreas quam Philippus, neque tamen penitus rem intellexit. Puto autem illum non sine causa ita loqui ; sed cum audisset prophetarum miracula, ut Elisæi circa panes ; hinc ascendit quidem ad quamdam sublimitatem, sed non ad culmen pervenit.

Victus frugalitas commendatur. Marcionistarum error. — Hinc discamus qui deliciis sumus dediti, quis cibus esset tam mirabilium virorum, quam tenuis, cujus generis, ipsosque in mensæ frugalitate et conditione imitemur. Sequentia multam declarant imbecillitatem. Nam postquam dixerat, *Habet quinque panes hordeaceos*, addidit : *Sed hæc quid sunt inter tantos?* Putabat enim miraculorum editorem ex paucioribus pauciora, ex pluribus plura facturum esse ; sed non ita res se habebat. Nam perinde illi erat ex pluribus et ex paucioribus ingentem panum copiam parere. Neque enim subjecta materia opus habebat ; sed ne creatura videretur aliena esse ab ipsius sapientia, id quod perperam Marcionistæ dicebant, ipsa creatura ad miracula patranda usus est. Cum ergo ambo discipuli non sperarent, tunc miraculum edit : sic enim magis illi lucrati sunt, cum prius rei difficultatem confessi essent, ut re peracta Dei virtutem nossent. Quia enim futurum signum erat, quod a prophetis editum fuerat, etiamsi non pari modo, et præmissa gratiarum actione ipsum editurus erat, ne imbecilli in suspicionem inciderent ; vide quomodo per omnia mentes erigat et differentiam ostendat. Cum enim nondum panes apparerent, miraculum edit ; ut intelligas ea quæ non exsistunt, ut ea quæ sunt, ipsi subdita esse, ut Paulus ait : *Qui vocat ea quæ non sunt, ac si essent* (*Rom.* 4. 17). Ac si enim apparata mensa esset, jussit eos statim discumbere, sicque discipulorum mentem erexit. Cum autem ex interrogatione lucrati essent, statim paruerunt, nec turbati sunt, neque dixerunt : Quid hoc est? cur discumbere jubes, cum nihil in medio appareat? Sic antequam signum viderent, credere cœperunt, qui initio ita non credebant, ut dicerent, *Unde ememus panes?* Imo alacriter turbas discumbere jusserunt. Sed cur paralyticum sanaturus, mortuum suscitaturus, mare sedaturus, non precatur ; hic vero, cum de panibus agitur, id facit? Ut doceat, ante cibum gratias esse Deo agendas. Alioquin autem in minimis id facere solet, ut discas illum non quod indigeat, ita facere. Si enim indiguisset, potius id in majoribus fecisset. Qui vero illa cum auctoritate fecit, hæc sese haud dubie demittendo peregit.

3. Ad hæc vero turba magna aderat, cui persuadendum erat, se secundum Dei voluntatem venisse. Quapropter quando solus signum quodpiam edit, nihil hujusmodi exhibet : quando autem multis præsentibus id agit, ut illis suadeat se non esse Deo adversarium, neque Patri contrarium, per gratiarum actionem illam suspicionem tollit. 11. *Et dedit discumbentibus, et impleti sunt.* Viden' differentiam inter servum et dominum ? Illi namque, ut qui ad mensuram gratiam haberent, sic miracula patrabant ; Deus autem absoluta agens potestate, cum auctoritate omnia operabatur. 12. *Et dixit discipulis : Colligite fragmenta.* 13. *Illi vero collegerunt, et impleverunt duodecim cophinos.* Hæc non erat superflua ostentatio ; sed ideo factum, ne præstigiæ viderentur esse ; ideoque ex subjecta materia creat. Cur non turbis gestanda dedit illa, sed discipulis ? Quia hos maxime instituere volebat, qui futuri erant doctores orbis. Multitudo namque non magnum adhuc lucrum ex miraculis reportatura erat ; statim quippe sunt obliti, aliudque miraculum requisierunt : discipuli vero non parvam hinc utilitatem accepturi erant. Nec parva hinc damnatio Judæ fuit, quod cophinum gestaret. Quod autem illud ad eorum institutionem factum sit, liquet ex eo quod postremo dicitur, quod illis in memoriam revocaverit dicens : *Nondum cogitatis quot cophinos accepistis* (*Matth.* 16. 9) ? Eademque de causa factum est ut cophini discipulis numero pares essent. Deinde vero quoniam instituti fuerant, non tot superfuerunt, sed sportæ septem (*Id.* 15. 37). Ego vero non modo miror panum copiam, sed cum copia fragmentorum numeri quoque accurationem, quod neque plus neque minus redundare curaverit, sed quantum voluit, quod præsciret quantum insumendum foret ; quod ineffabilis erat potestatis. Confirmarunt itaque fragmenta utrumque miraculum, et probarunt rem non esse imaginariam, et ex iis quæ comederant superfuisse. Piscium vero miraculum tunc ex subjectis piscibus factum est : post resurrectionem vero, non ex subjecta materia. Quare? Ut discas ipsum etiam nunc materia usum fuisse ; non quod illa ut fundamento egeret, sed ut hæreticorum ora obstrueret.

Judæi non tam ex evidentia miraculi quam e saturationis gaudio ad Christum conversi. Dignitates spernendas docet Christus. — 14. *Turbæ autem dicebant* [1], *Quia hic est vere propheta.* O gulæ aviditatem ! Innumera ediderat his mirabiliora, et nusquam hoc confessi sunt, nisi cum essent exsaturati. Inde ergo liquet ipsos prophetam quemdam eximium exspectavisse. Nam illi dicebant, *Tu es propheta* [2] ? hi vero, *Hic est*

[1] Morel. habet, *turbæ autem videntes signum dicebant.*
[2] Idem legit : *Itaque illi dicebant : « Nonne hic est propheta ? »*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

propheta. 15. *Jesus autem, cum cognovisset quia venturi erant ut raperent eum, et facerent eum regem, secessit iterum in montem.* Papæ, quanta gulæ tyrannis! quanta volubilitas animi! Non ultra legem vindicant, non ultra violatum [1] sabbatum curant, non ultra Dei zelo moventur, sed repleto ventre omnia abjecerunt. Tum propheta apud illos erat, et regem erant coronaturi: Christus autem fugit. Quare? Ut nos doceat spernendas esse dignitates, et ostendat se nulla ex terrenis rebus opus habere. Nam qui omnia vilia elegit, et matrem, et domum, urbem, educationem, vestimenta, non ex terrenis conspicuus futurus erat. Nam cælestia clara magnaque erant, angeli, stella, Pater clamans, Spiritus testificans, prophetæ jam olim prædicantes: in terra autem vilia omnia erant, ut sic ejus potestas magis appareret. Venit certe nos instituturus, ut contemnamus præsentia, neque admiremur ea quæ in hac vita splendida videntur; sed ea omnia irrideamus, futuraque amemus. Nam qui præsentia miratur, non mirabitur ea quæ in cælis sunt. Ideo dicebat Pilato: *Regnum meum non est de hoc mundo* (*Joan.* 18. 36); ne videretur humano metu et potentia ad persuadendum uti. Cur ergo dicit propheta: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super subjugalem* (*Zach.* 9. 9)? Hic de regno loquitur cælesti, non de terreno. Ideo rursum dicebat: *Gloriam ab homine non accipio.*

4. *Gloria non fluxa, sed immortalis amanda. Contra spectacula.* — Discamus ergo, dilecti, humanos honores spernere, non desiderare. Honore namque magno afficimur, cui comparatus humanus honor contumelia est, risus et comœdia; ut et divitiæ terrenæ illis comparatæ paupertas sunt, et vita hæc sine illa mors est (*Sine* [2], inquit, *mortuos sepelire mortuos suos* [*Matth.* 8. 22]): sic gloria hæc, si ad illam conferatur, pudor est et risus. Ne igitur hanc aucupemur. Nam si ii qui dant illam umbra et somniis sunt viliores, multo magis ipsa gloria: *Gloria enim hominis tamquam flos fœni* (*Isai.* 40. 6). Quid flore fœni vilius fuerit (1. *Petr.* 1. 24)? Sed etiamsi diuturna esset, quid hinc animæ lucri? Nihil; imo admodum nocet, et servos efficit, emptitiis servis deteriores, qui non uni domino, sed duobus, tribus, millibus, diversa mandantibus serviant. Quanto melius est liberum esse, quam servum: liberum quidem ab hominum servitute, servum imperanti Deo? Si vis tandem amare gloriam, ama, sed immortalem. Nam ejus et spectaculum splendidius est, et lucrum majus. Hi te jubent dispendio tuo ipsis placere: Christus vero contra centuplum donorum tibi retribuit, et his vitam æternam addit. Quid ergo melius, in terra an in cælis, hominibus an Deo admirationi esse? damno an lucro tuo? coronari ad unam diem, an ad infinita sæcula? Da egenti, non tripudianti, ne cum pecuniis tuis animam illius perdas. Tu enim quod hæc studiose et intempestive colas, perniciei illius auctor es. Si scirent enim illi, qui orchestræ dant operam, ex arte nihil sibi fore lucri, jam pridem destitissent: cum autem te vident plaudentem, accurrentem, sumptus profundentem, tua exhaurientem, etiamsi nollent pergere, lucri cupidine tenentur. Si scirent, neminem sua laudaturum esse, cito desisterent a laboribus, lucro cessante: cum vero rem admirationi multis esse vident, inescantur laudibus. Cessemus inutiliter impendere: discamus qua in re et quando impendere oporteat: ne utrinque Deum ad iram provocemus, et congregando unde non licet, et dispergendo in quæ non oporteret. Qua vindicta non dignus es, cum pauperem prætercurrens meretrici largiris? Etiamsi enim ex justis laboribus erogares, annon culpa esset, nequitiæ mercedem dare, et pro merita pœna honorem impendere? Cum vero spoliatis pupillis, senibusque nudatis, lascivos alis, cogita quis ignis tanto sceleri sit paratus. Audi quid dicat Paulus: *Non tantum qui hæc faciunt, sed qui laudant facientes* (*Rom.* 1. 32). Fortasse acrius vos incessimus; sed si nos non incessamus, supplicia manent eos qui numquam emendantur. Quid juvaret vos gratiose alloqui, reipsa supplicio propter opera afficiendos? Laudas saltantem, celebras, miraris? Ergo illo factus es deterior. Illum paupertas excusare videtur, etiamsi non culpa sit immunis; tu vero etiam hac defensione cares. Illum si interrogem, Cur aliis relictis artibus, hanc impuram et exsecrandam sectaris? respondebit, Quia possum parvo labore multum lucrari. Te vero si interrogem, Cur lascivum miraris, qui ad multorum perniciem vitam ducit? non poteris ad eamdem defensionem confugere, sed cogeris demisso vultu erubescere. Quod si nobis rationem exigentibus, ne mutire quidem potes; quando horrendum illud et inevitabile tribunal apparebit, ubi et cogitationum et actuum reddituri sumus rationem, quomodo stare poterimus? quibus oculis judicem respiciemus? quid dicemus? quam defensionem proferemus? quam excusationem aptam, ineptam habebimus? an nos id facere pro impensa, pro voluptate, pro aliorum pernicie, quos in illa arte perire cogimus? Nihil certe poterimus dicere; sed necessario puniemur, supplicio numquam finiendo, numquam terminando. Quod ne accidat, hic jam summo studio caveamus, ut cum bona spe hinc migrantes, æterna bona consequamur: quæ utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii legunt, *solutum*, pro, *violatum*.
[2] Savil. legit, *sinite*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μαργίας ὑπερβολή· μυρία τούτων εἰργάσατο θαυμαστότερα, καὶ οὐδαμοῦ τοῦτο ὡμολόγησαν, ἀλλ' ὅτε ἐνεπλήσθησαν. Ἆρα ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι προφήτην τινὰ προσεδόκων ἐξαίρετον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἔλεγον· *Σὺ εἶ ὁ προφήτης;* καὶ οὗτοι· *Οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης* [a]. *Ὁ γοῦν Ἰησοῦς, γνοὺς ὅτι μέλλουσιν ἔρχεσθαι καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα ποιήσωσιν αὐτὸν βασιλέα, ἀνεχώρησεν εἰς τὸ ὄρος.* Βαβαὶ πόση τῆς γαστριμαργίας ἡ τυραννίς! πόση τῆς γνώμης ἡ εὐκολία! οὐκ ἔτι αὐτοῖς τῆς τοῦ σαββάτου παραβάσεως [b] μέλει· οὐκ ἔτι ζηλοῦσιν ὑπὲρ Θεοῦ, ἀλλὰ πάντα ἔῤῥιπτο, τῆς γαστρὸς αὐτοῖς ἐμπλησθείσης. Καὶ προφήτης ἦν παρ' αὐτοῖς, καὶ βασιλέα χειροτονεῖν ἔμελλον· ὁ δὲ Χριστὸς φεύγει. Τί δήποτε; Παιδεύων ἡμᾶς τῶν κοσμικῶν καταφρονεῖν ἀξιωμάτων, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐδενὸς δεῖται τῶν ἐπὶ γῆς. Ὁ γὰρ πάντα εὐτελῆ ἐπιλεξάμενος [c], καὶ μητέρα, καὶ οἰκίαν, καὶ πόλιν, καὶ ἀνατροφὴν, καὶ ἱματίων στολὴν, οὐκ ἔμελλεν ὕστερον ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φαίνεσθαι. Τὰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, λαμπρά τε ἦν καὶ μεγάλα, ἄγγελοί τε καὶ ἀστὴρ, καὶ Πατὴρ βοῶν, καὶ Πνεῦμα μαρτυροῦν, καὶ προφῆται πόῤῥωθεν ἀνακηρύττοντες· τὰ δὲ ἐν τῇ γῇ πάντα εὐτελῆ, ἵνα καὶ οὕτω μειζόνως ἡ δύναμις φαίνηται. Ἦλθε δὲ καὶ παιδεύων ἡμᾶς καταφρονεῖν τῶν ἐνταῦθα, καὶ μηδαμοῦ τεθηπέναι μηδὲ ἐκπλήττεσθαι τὰ τοῦ βίου λαμπρὰ, ἀλλὰ καταγελᾷν ἁπάντων τούτων, καὶ τῶν μελλόντων ἐρᾷν. Ὁ γὰρ τὰ ἐνταῦθα θαυμάζων, οὐ θαυμάσεται τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Διὰ τοῦτο καὶ τῷ Πιλάτῳ ἔλεγεν· *Ἡ ἐμὴ βασιλεία οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν·* ἵνα μὴ δόξῃ λοιπὸν ἀνθρωπίνῳ φόβῳ καὶ δυναστείᾳ πρὸς τὸ πείθειν ἀποκεχρῆσθαι. Πῶς οὖν εἶπεν ὁ προφήτης· *Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον;* Ὅτι βασιλείαν ἐκείνην λέγει, τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἀλλ' οὐχὶ ταύτην. Διὰ δὴ τοῦτο πάλιν ἔλεγε· *Δόξαν παρὰ ἀνθρώπου οὐ λαμβάνω.*

δ'. Μάθωμεν τοίνυν, ἀγαπητοὶ, τῆς τιμῆς τῆς παρὰ ἀνθρώποις καταφρονεῖν καὶ μὴ ἐφίεσθαι. Τετιμήμεθα γὰρ τιμὴν μεγίστην, καὶ πρὸς ἣν αὕτη παραβαλλομένη, ὕβρις καὶ γέλως καὶ κωμῳδία ὄντως ἐστὶν [d]· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ πλοῦτος οὗτος πρὸς ἐκεῖνον πενία, [253] καὶ ἡ ζωὴ αὕτη χωρὶς ἐκείνης νέκρωσις (Ἄφες, φησὶ, *τοὺς νεκροὺς* [e] *θάψαι τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς*)· οὕτω καὶ ἡ δόξα αὕτη πρὸς ἐκείνην αἰσχύνη καὶ γέλως ἐστί. Μὴ τοίνυν αὐτὴν διώκωμεν. Εἰ γὰρ οἱ παρέχοντες αὐτὴν σκιᾶς καὶ ὀνείρων εἰσὶν εὐτελέστεροι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὴ ἡ δόξα· *Δόξα γὰρ ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου.* Τί δὲ ἄνθους χόρτου εὐτελέστερον γένοιτ' ἄν; Εἰ δὲ καὶ μόνιμος ἦν, τί τὴν ψυχὴν ὠφελῆσαι ἴσχυσεν ἄν; Οὐδέν· ἀλλὰ καὶ καταβλάπτει τὰ μέγιστα, δούλους ποιοῦσα, δούλους ἀργυρωνήτων χειρους, δούλους οὐχ ἑνὶ δεσπότῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ δυσὶ καὶ τρισὶ καὶ μυρίοις διάφορα ἐπιτάττουσιν ὑπακούοντας. Πόσῳ βέλτιον ἐλεύθερον εἶναι, ἢ δοῦλον, ἐλεύθερον μὲν τῆς τῶν ἀνθρώπων δουλείας, δοῦλον δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ δεσποτείας; Ὅλως δὲ εἰ βούλει δόξης ἐρᾷν, ἔρα δόξης, ἀλλὰ τῆς ἀθανάτου. Καὶ γὰρ λαμπρότερον αὐτῆς τὸ θέατρον, καὶ μεῖζον τὸ κέρδος. Οὗτοι μὲν γάρ σε [f] κελεύουσι δαπανώμενον ἀρέσκειν αὐτοῖς· ὁ δὲ Χριστὸς τοὐναντίον ἅπαν. Καὶ γὰρ ἑκατονταπλασίονά σοι δίδωσι τῶν διδομένων παρὰ σοῦ, καὶ ζωὴν αἰώνιον τούτοις προστίθησι. Τί τοίνυν βέλτιον, ἐν τῇ γῇ, ἢ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὑπὸ ἀνθρώπων, ἢ ὑπὸ Θεοῦ θαυμάζεσθαι; ἐπὶ ζημίᾳ, ἢ ἐπὶ κέρδει; στεφανοῦσθαι πρὸς μίαν ἡμέραν, ἢ πρὸς ἀπείρους αἰῶνας; Δὸς τῷ δεομένῳ, καὶ μὴ δῷς τῷ ὀρχουμένῳ, ἵνα μὴ μετὰ τῶν σῶν χρημάτων καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολέσῃς τὴν ἐκείνου. Σὺ γὰρ αἴτιος εἶ τῆς ἀπωλείας τῆς ἐκείνου διὰ τῆς ἀκαίρου φιλοτιμίας. Εἰ γὰρ οἱ ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας ᾔδεσαν ὅτι τὸ ἐπιτήδευμα αὐτοῖς ἀκερδὲς ἐμελλεν ἔσεσθαι, πάλαι ἂν ἐπαύσαντο ταῦτα ἐπιτηδεύοντες· ὅταν δέ σε κροτοῦντα, συντρέχοντα, ἀναλίσκοντα, ἅπαντα τὰ σαυτοῦ δαπανῶντα θεάσωνται, κἂν μὴ βούλωνται τοῦτο μετιέναι, τῇ τοῦ κέρδους ἐπιθυμίᾳ κατέχονται. Εἰ δὲ ἔγνωσαν, ὅτι οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειε τὰ ἐκείνων, ταχέως ἂν ἀπέστησαν τῶν πόνων διὰ τὸ ἀκερδές· ὅταν δὲ ᾖδωσι τὸ πρᾶγμα παρὰ πολλῶν θαυμαζόμενον, γίνεται δέλεαρ αὐτοῖς ὁ τῶν ἄλλων ἔπαινος. Ἀποστῶμεν τοίνυν τῆς ἀκερδοῦς δαπάνης· μάθωμεν ἐπὶ τίσιν ἀναλίσκειν καὶ πότε χρή. Μὴ δὴ ἀμφοτέρωθεν παροξύνωμεν τὸν Θεὸν, καὶ συνάγοντες ὅθεν οὐ χρὴ, καὶ σκορπίζοντες εἰς ἅπερ οὐ δεῖ. Πόσης γὰρ οὐκ ἂν ἄξιον εἴη ὀργῆς, ὅταν τῇ πόρνῃ διδῷς, παρατρέχων τὸν πένητα; Εἰ γὰρ καὶ ἐκ δικαίων πόνων παρεῖχες, οὐχὶ ἔγκλημα ἦν τὸ πρᾶγμα, μισθὸν κακίας παρέχειν, καὶ ὑπὲρ ὧν κολάζειν ἐχρῆν, ὑπὲρ τούτων τιμᾷν; Ὅταν δὲ καὶ ὀρφανοὺς ἀποδύων, καὶ χήρας [g] ἀδικῶν, τρέφῃς ἀσέλγειαν, ἐννόησον ἡλίκον τοῖς ταῦτα τολμῶσιν ἔσται τὸ πῦρ. Ἄκουσον τί φησιν ὁ Παῦλος· *Οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.* Τάχα σφοδρῶς ὑμῶν καυηψάμεθα, ἀλλὰ κἂν ἡμεῖς μὴ καθαψώμεθα, αἱ διὰ τῶν πραγμάτων μένουσι τιμωρίαι τοὺς ἀδιόρθωτα ἁμαρτάνοντας. Τί οὖν ὄφελος ἐν τοῖς λόγοις χαρίζεσθαι τοῖς διὰ τῶν ἔργων κολάζεσθαι μέλλουσι; Συνευδοκεῖς τῷ ὀρχουμένῳ, ἐπαινεῖς καὶ θαυμάζεις; [254] Οὐκοῦν ἐκείνου γέγονας χείρων. Τῷ μὲν γὰρ ἡ πενία συγγνώμην δίδωσιν, εἰ καὶ λόγον οὐκ ἔχουσαν· σὺ δὲ καὶ ταύτης ἀπεστέρησαι τῆς ἀπολογίας. Κἀκεῖνον μὲν ἐὰν ἔρωμαι, τί δήποτε τὰς ἄλλας τέχνας ἀφεὶς, ἐπὶ ταύτην ἦλθες τὴν ἐναγῆ καὶ μαράν; ἐρεῖ, ὅτι ἔξεστιν ὀλίγα πονοῦντα, πολλὰ καρποῦσθαι. Σὲ δὲ ἐὰν [h] ἔρωμαι, τί δήποτε θαυμάζεις τὸν ἐν ἀσελγείᾳ βιοῦντα καὶ ἐπὶ λύμῃ ζῶντα πολλῶν; οὐκ ἔχεις ἐπὶ τὴν αὐτὴν πρόφασιν καταφεύγειν, ἀλλὰ ἀνάγκη κἀτω κύπτειν, καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ ἐρυθριᾷν. Εἰ δὲ παρ' ἡμῶν εὐθύνας ἀπαιτούμενος οὐδὲν ἂν σχοίης εἰπεῖν [i], ὅταν τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο καὶ ἀπαραίτητον παραγένηται δικαστήριον, ἔνθα τῶν νοημάτων, καὶ πραγμάτων, καὶ πάντων τίνομεν εὐθύνας, πῶς στησόμεθα; ποίοις ὀφθαλμοῖς τὸν κριτὴν ὀψόμεθα; τί ἐροῦμεν; τί ἀπολογησόμεθα; ποίαν εὔλογον, ποίαν ἄλογον προβαλούμεθα πρόφασιν; τὴν τῆς δαπάνης; τὴν τῆς τέρψεως; ἢ τὴν τῆς ἑτέρων ἀπωλείας, οὓς διὰ τῆς ἐκείνου τέχνης ἀπόλλυμεν; Οὐκ ἔστιν οὐδὲν εἰπεῖν, ἀλλ' ἀνάγκη κολάζεσθαι κόλασιν τέλος οὐκ ἔχουσαν, πέρας οὐκ ἐπισταμένην. Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἐντεῦθεν ἤδη πάντα φυλαξώμεθα, ἵνα μετὰ χρηστῆς ἐλπίδος ἀπελθόντες, τύχωμεν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Ita Savil.; Morel. διὸ καὶ ἄλλως ἔλεγον· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ πρ. [b] Savil. παρακλύσεως. [c] Quidam ἐπιδειξάμενος. [d] Alii κωμῳδία εἶναι δοκεῖ. [e] Savil. ἄφετε γὰρ τοὺς νεκροὺς. [f] Morel. μεῖζον τὸ κέρδος· πῶς; ὅτι οὗτοι μέν σε, minus recte. [g] Sic Sav. et cod. 705. Ediderat Montf. χήρας. [h] More.. σὺ δὲ ἐάν. [i] Alii ἂν ἰσχύσῃς εἰπεῖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΟΜΙΛΙΑ ΜΓ'.

Ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν. Καὶ ἀναβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἤρχοντο εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης εἰς Καπερναούμ. Καὶ σκοτία ἤδη ἐγένετο, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς. Ἥ τε θάλασσα, ἀνέμου μεγάλου πνέοντος, διηγείρετο.

α'. Οὐχὶ παρὼν τοῖς μαθηταῖς ὁ Χριστὸς σωματικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ μακρὰν γενόμενος τὸ συμφέρον [a] οἰκονομεῖ. Καὶ γὰρ εὔπορος ὢν καὶ εὐμήχανος, διὰ τῶν ἐναντίων πραγμάτων ἓν καὶ τὸ αὐτὸ κατασκευάζει. Ὅρα γοῦν καὶ ἐνταῦθα τί ποιεῖ. Ἀφίησι τοὺς μαθητάς, καὶ ἀνέρχεται εἰς τὸ ὄρος. Οἱ δὲ τοῦ διδασκάλου ἀπολειφθέντες, ὡς ὀψία ἐγένετο, κατέβησαν εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ μέχρι μὲν τῆς ἑσπέρας περιέμενον αὐτὸν, ἤξειν προσδοκῶντες πρὸς αὐτούς. Γενομένης δὲ ἑσπέρας, οὐκ ἔτι ἀνέχονται μὴ ἐπιζήτησιν [b] αὐτοῦ ἐλθεῖν· τοσοῦτος αὐτοὺς κατεῖχεν ἔρως. Οὐδὲ γὰρ εἶπον· Ἑσπέρα νῦν ἐστι, καὶ νὺξ κατέλαβε, ποῦ νῦν ἀπελευσόμεθα; ἐπικίνδυνος ὁ τόπος, ἐπισφαλὴς ὁ καιρός· ἀλλ' ὑπὸ τοῦ πόθου πυρούμενοι [c], ἐνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ τὸν [255] καιρὸν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ὥστε διὰ τούτου τὴν θερμὴν αὐτῶν ἀγάπην ἐμφῆναι. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἀφίησιν αὐτοὺς καὶ ἀναχωρεῖ; μᾶλλον δὲ, τίνος ἕνεκεν φαίνεται πάλιν μόνος ἐπὶ τῆς θαλάσσης βαδίζων; Ἐκείνῳ μὲν διδάσκων αὐτοὺς πόσον ἐστὶν ἡ ἀπόλειψις, καὶ τὸν πόθον ἐργαζόμενος μείζονα· τούτῳ δὲ πάλιν τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐνδεικνύμενος. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ διδασκαλίᾳ οὐ μετὰ τοῦ ὄχλου πάντα ἤκουον, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν σημείων οὐ μετὰ τοῦ πλήθους πάντα ἑώρων. Ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς μέλλοντας ἐγχειρίζεσθαι τῆς οἰκουμένης τὴν προστασίαν, ἔχειν τι τῶν λοιπῶν πλέον. Καὶ ποῖα σημεῖα καθ' ἑαυτοὺς εἶδον; φησί. Τὴν μεταμόρφωσιν τὴν ἐπὶ τοῦ ὄρους, τοῦτο τὸ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πολλὰ καὶ μεγάλα ὄντα. Ἐγὼ δὲ καὶ ἕτερα στοχάζομαι ἀπὸ τούτων. Ἤρχοντο δὲ εἰς Καπερναούμ, τὸ μὲν σαφὲς οὐκ εἰδότες, ἐκεῖ δὲ προσδοκῶντες, εὑρήσειν αὐτὸν, ἢ καὶ κατὰ μέσον τὸν πλοῦν. Τοῦτο γοῦν ὁ Ἰωάννης ᾐνίξατο εἰπὼν, ὅτι σκοτία ἤδη ἐγεγόνει, καὶ οὐκ ἐληλύθει πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, ἥ τε θάλασσα μεγάλου ἀνέμου πνέοντος διηγείρετο. Τί οὖν ἐκεῖνοι; Ταράσσονται· πολλὰ δὲ ἦν τὰ τοῦτο ποιεῖν αὐτοὺς ἀναγκάζοντα, καὶ πολλαχόθεν· καὶ γὰρ καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ· σκοτία γὰρ ἦν· καὶ ἀπὸ τοῦ χειμῶνος· ἡ γὰρ θάλασσα διηγείρετο· καὶ ἀπὸ τοῦ τόπου· οὐ γὰρ ἦσαν ἐγγὺς τῆς γῆς, ἀλλ' *Ἐληλακότες ὡς σταδίους εἰκοσιπέντε*· καὶ ἀπὸ τοῦ παραδόξου τὸ τελευταῖον· *Θεωροῦσι γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα*· οἷς καὶ ταραχθεῖσι σφόδρα λέγει· *Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε*. Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐφάνη; Δεικνὺς ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τὸν χειμῶνα λύσων. Τοῦτο γὰρ ἐνέφηνεν ὁ εὐαγγελιστὴς εἰπὼν [d], ὅτι *Ἤθελον λαβεῖν αὐτόν*· *καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγγὺς τῆς γῆς ἐγένετο*. Οὐ γὰρ μόνον ἀσφαλῆ, ἀλλὰ καὶ ἐξ οὐρίων αὐτοῖς παρέσχε τὸν πλοῦν. Τῷ ὄχλῳ δὲ οὐκ ἐπέδειξεν ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα· μεῖζον γὰρ ἦ [e] κατὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν τὸ σημεῖον ἦν. Ἀλλ' οὐδὲ τοῖς μαθηταῖς ὤφθη ἐπὶ πολὺ τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ ἅμα τε ὤφθη, καὶ ἀπέστη ἀπ' αὐτῶν. Ἐμοὶ [f] δὲ καὶ τοῦτο δοκεῖ τὸ σημεῖον ἕτερον εἶναι τοῦ παρὰ τῷ Ματθαίῳ κειμένου Καὶ ὅτι ἕτερον, πολλαχόθεν δῆλον. Πολλάκις γὰρ τὰ αὐτὰ [g] ποιεῖ σημεῖα, ὥστε παρασκευάσαι μὴ μόνον σφόδρα ξενίζεσθαι τοὺς ὁρῶντας, ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς αὐτὰ δέχεσθαι πίστεως. *Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε*. Μετὰ τοῦ ῥήματος καὶ τὴν δειλίαν ἐξέβαλεν ἀπὸ τῆς ἐκείνων ψυχῆς. Ἀλλαχοῦ δὲ οὐχ οὕτω ποιεῖ. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Πέτρος ἔλεγε· *Κύριε, εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με πρὸς σὲ ἐλθεῖν*. Πόθεν οὖν τότε μὲν οὐκ εὐθέως τοῦτο ἐδέξαντο, νῦν δὲ ἐπείσθησαν; Ὅτι τότε μὲν ἔτι ὁ χειμὼν ἐπέμενε σαλεύων τὸ πλοῖον· νῦν δὲ μετὰ τῆς φωνῆς ἡ γαλήνη παρεγένετο· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, τὸ πρότερον ἐκεῖνό ἐστιν ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, ὅτι πολλάκις τὰ αὐτὰ ποιῶν σημεῖα, εὐπαρόδεκτα τῷ χρόνῳ τὰ δεύτερα ἀπὸ τῶν προτέρων εἰργάζετο. Τίνος δὲ ἕνεκεν [256] οὐκ ἀνέβη εἰς τὸ πλοῖον; Τὸ θαῦμα μεῖζον ἐργάσασθαι βουλόμενος, καὶ ἅμα τὴν θεότητα αὐτοῖς ἐκκαλύψαι τρανότερον [h], καὶ δεῖξαι ὅτι τότε εὐχαριστήσας, οὐχὶ δεόμενος βοηθείας τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλ' ἐκείνοις συγκαταβαίνων. Καὶ εἶασε μὲν γενέσθαι τὸν χειμῶνα, ἵνα ἀεὶ αὐτὸν ἐπιζητῶσιν· ἔπαυσε δὲ πάλιν εὐθέως [i], ἵνα τὴν δύναμιν αὐτοῦ γνωρίσῃ· οὐκ ἐνέβη δὲ εἰς τὸ πλοῖον, ἵνα τὸ θαῦμα μεῖζον ἐργάσηται. *Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς ἰδὼν ὅτι ἄλλο πλοιάριον οὐκ ἦν ἐκεῖ, εἰ μὴ ἓν εἰς ὃ ἀνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐ συνεισῆλθεν* j · ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς ἕτερα πλοιάρια, ἐλθόντα ἀπὸ Τιβεριάδος. Καὶ τίνος ἕνεκεν ἀκριβολογεῖται ὁ Ἰωάννης; διατί γὰρ οὐκ εἶπεν, ὅτι Οἱ δὲ ὄχλοι τῇ ἑξῆς περάσαντες ἀπῆλθον [k]; Ἕτερόν τι ἡμᾶς βούλεται διδάξαι. Ποῖον τοῦτο; Ὅτι καὶ τοῖς ὄχλοις, εἰ καὶ μὴ οὕτω φανερῶς, ἔδωκε γοῦν ὅμως λανθανόντως ὑπονοῆσαι τὸ γεγενημένον. *Εἶδον* γὰρ, φησὶν, *ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ, εἰ μὴ ἕν, καὶ ὅτι Ἰησοῦς οὐ συνεισῆλθε*, καὶ ἐμβάντες [l] εἰς τὰ ἐκ Τιβεριάδος πλοιάρια, *Ἦλθον ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν εἰς Καπερναούμ*. Τί γὰρ ἦν ἕτερον ὑποπτεῦσαι, ἀλλ' ἢ ὅτι τὴν θάλασσαν πεζεύων παρεγένετο; Οὐδὲ γὰρ ἕνι εἰπεῖν, ὅτι ἑτέρῳ πλοίῳ διέβη. Ἓν γὰρ ἦν, φησὶν, εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Ἀλλ' ὅμως μετὰ θαῦμα τηλικοῦτον ἐλθόντες, οὐκ ἠρώτησαν αὐτὸν πῶς διέβη, πῶς παρεγένετο, οὐδὲ ἐζήτησαν τὸ τοσοῦτον σημεῖον μαθεῖν· ἀλλὰ τί φασι; *Ῥαββὶ, πότε ὧδε γέγονας;* Πλὴν εἰ μὴ τὸ *Πότε* τις ἐνταῦθα λέγοι ἀντὶ τοῦ Πῶς εἰρῆσθαι παρ' αὐτῶν.

β'. Ἄξιον δὲ καὶ ἐντεῦθεν [m] συνιδεῖν τὴν εὐκολον αὐτῶν γνώμην, Οἱ γὰρ λέγοντες, *Οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης*, οἱ σπουδάζοντες ἁρπάσαι καὶ ποιῆσαι βασιλέα, εὑρόντες αὐτὸν, οὐδὲν τοιοῦτον βουλεύονται, ἀλλὰ τὸ θαῦμα ἐκβαλόντες, ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐκ ἔτι λοιπὸν ὑπὲρ τῶν προτέρων θαυμάζουσι. Διὰ τοῦτο ἄρα ἐπεζήτουν, [n] βουλόμενοι πάλιν τραπέζης ἀπολαύειν,

[a] Morel καὶ ἁριστάμενος αὐτῶν τὸ συμ. [b] Lege disjunctim ἐπὶ ζήτησιν. Savil. habet οὐκ ἔτι ἠνείχοντο μὴ ζητεῖν τὸν διδάσκαλον. Edit. [c] Savil. κεντούμενοι. Mox idem τὸν καιρὸν ἐδήλωσεν, ἀλλὰ διὰ τούτου... ἀγάπην ἐμφαίνων. Τίνος οὖν ἕν. αὐτοὺς ἀφίησι, καὶ οὐ φαίνεται; τίνος δὲ ἕνεκεν ρ. π. [d] Morel. γὰρ ἐμφαίνεται τῷ τὸν εὐαγγελιστὴν εἰπεῖν. [e] Morel. διότι μεῖζον ἦ.

[f] Savil. καὶ ἀνεχώρησε. Ἐμοί. [g] Morel. δῆλον· πλὴν πολλάκις τὰ αὐτά. Mox negatio μὴ accessit e Savil. Edit. [h] Savil. γυμνότερον. Morellium sequimur. [i] In Savil. πάλιν εὐθέως; deest. [j] Savil. et Morel. Scripturæ versum varie efferunt, Mss. vero cum neutro consentiunt, neque etiam Græca vulgaris editio; etsi verbis solum, non re differant omnes. Visum est Morelli lectionem intactam relinquere. [k] Morel. ὁ Ἰωάννης; μᾶλλον δὲ διατί οὐκ εἶπεν... περάσαντες ἦλθον. [l] Savil. οὐ συνανέβη τοῖς μαθηταῖς. Καὶ ἐμβάντες. [m] Savil. ἐνταῦθα. Paulo post idem (cum cold. nostris) τὴν εὔθρυπτον αὐτῶν ὁρμήν. [n] Savil. ἐθαύμαζον, ἀλλ' ἐπεζήτουν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

HOMILIA XLIII.

Cap. 6. v. 16. *Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare.* 17. *Et cum ascendissent navem, venerunt trans mare in Capernaum. Et tenebræ jam factæ erant, et non venerat ad illos Jesus.* 18. *Mare autem, vento magno flante, exsurgebat.*

1. *Christus etiam absens suorum utilitati studet. Quæ signa discipuli soli viderint.*—Non præsens tantum corporaliter discipulis Jesus, sed etiam absens et procul versans, eorum studet utilitati. Cum enim et potens sit et sagax, per contraria idem ipsum operatur. Animadverte namque quid hic agat. Relictis discipulis, ascendit in montem. Illi vero, absente magistro, ut sero factum est, descenderunt ad mare; et usque ad vesperam manserunt donec rediret. Adveniente vespera, non ultra se continere potuerunt, quia ipsum quærerent: tanto ejus amore flagrabant. Non dicunt, Vespera jam est, nox adest, quo nunc ibimus? locus, hora periculo non vacant: sed desiderio incensi, navem conscendunt. Neque enim sine causa evangelista tempus indicat, sed ut hoc pacto ferventem illorum amorem declaret. Cur ergo dimissis illis abit? imo cur solus rursum apparet supra mare ambulans? Primo, ut doceret illos, quam grave esset solos relinqui, atque hinc desiderium augeretur: secundo, ut potentiam ostenderet suam. Quemadmodum enim non omnem doctrinam cum turba audiebant, sic non omnia signa cum plebe videbant. Oportebat enim eos, quibus committendus orbis erat, aliquid amplius habere quam cæteros. Ecqua signa, inquies, soli viderunt? Transfigurationem in monte, hoc miraculum in mari, multa et miranda post resurrectionem; atque, ut arbitror, multa alia. Venerunt autem Capernaum, non gnari quidem, sed sperantes se ipsum ibi reperturos esse vel inter navigandum. Hoc subindicavit Joannes, cum dixit jam vesperam fuisse, necdum venisse Jesum, et mare magno reflante vento intumuisse. Cur ergo turbantur? multa certe erant quæ illos perterrefacerent: tempus, tenebræ namque erant; tempestas, mare namque intumuerat; locus, non enim prope terram erant, sed, 19. *Cum remigassent quasi stadia viginti quinque;* tandem adest res inexspectata: *Vident* enim *eum ambulantem super mare*, iisque admodum perturbatis dixit: 20. *Ego sum, nolite timere.* Cur ergo apparuit? Ut ostenderet se tempestatis sedandæ auctorem. Hoc significat evangelista cum dicit: 21. *Voluerunt accipere eum in navim; et statim navis prope terram fuit.* Non modo enim tutam, sed etiam secundam ipsis navigationem præbuit. Turbæ autem non se ambulantem super mare conspiciendum dedit: nam majus signum erat, quam eorum imbecillitas ferret. Sed neque discipulis se ita diu videndum præbuit: sed simul et visus est, et recessit. Videtur porro mihi aliud ab eo signum esse, quod apud Matthæum narratur; imo multa probant diversum esse. Cæterum sæpe eadem signa facit, ut ne insolita viderentur spectantibus, sed illa cum fide magna susciperent. *Ego sum, nolite timere.* Verbo timorem ex eorum animo pellit: non ita alibi, cum Petrus dicebat: *Domine, si tu es, jube me venire ad te* (*Matth.* 14. 28). Cur ergo tunc non statim hoc acceperunt, nunc autem crediderunt? Quoniam tunc tempestas perseverabat agitabatque navem; nunc autem vox tranquillitatem peperit. Si res non ita sit, id certe erit quod supra dixi, illum sæpe eadem edere signa, ut ex prioribus secunda credibiliora sint. Cur autem non ascendit in navem? Ut signum majus operaretur, simulque divinitatem suam clarius ostenderet, atque demonstraret, se cum gratias egit, non quod auxilio egeret id fecisse, sed ut se illis attemperaret. Permisitque tempestatem excitari, ut se semper quærerent; statimque sedavit, ut potentia sua cognosceretur; non ascendit autem in navim, ut majus miraculum faceret. 22. *Altera autem die turba quæ stabat ibi, videns quia navicula alia non erat ibi, nisi una, in quam ascenderant discipuli ejus, et quia Jesus non introisset cum discipulis suis in navim:* ascenderunt et ipsi in alias naviculas quæ venerant ex Tiberiade. Cur hæc minutatim Joannes recenset; imo cur non dixit, altera die turbas transfretantes abiisse? Aliud quidpiam nos vult docere. Quid illud? Christum etsi non palam, clanculum tamen turbis id suspicandum reliquisse: nam ait: *Vidit turba, quia navicula alia non erat ibi, nisi una;* et quod Jesus non ascendisset cum illis, et conscensis naviculis ex Tiberiade, 24. *Venerunt Capernaum quærentes Jesum.* Quid enim aliud suspicandum relinquebatur, quam quod mare pedibus trajiciendo venisset? Non enim dici poterat ipsum in alia navi trajecisse: nam Una, inquit, erat in quam ingressi sunt discipuli ejus. Attamen post tantum miraculum non interrogarunt eum quomodo trajecisset, nec de tanto miraculo inquisierunt: sed quid dicunt? 25. *Rabbi, quando huc venisti?* Nisi quis fortasse dicat hic *Quando* poni pro quomodo.

2. Operæ pretium autem est hic perpendere volubilem illorum voluntatem. Nam qui dixerant, *Hic est propheta;* qui studuerant illum rapere et regem suum constituere, postquam illum invenerunt, nihil hujusmodi cogitant, sed abjecta miraculi memoria, ut puto, non illum ita ulterius mirantur. Et ideo fortassis illum perquirebant, ut cibo fruerentur, sicut antea. Mare Rubrum trajecerunt, Moyse duce, Judæi; sed magna hic erat differentia. Ille namque precans ut servus omnia faciebat; hic vero cum omni potestate. Illic flante noto cessit aqua, ita ut per siccum transire potuerint; hic autem majus fuit miraculum. Aqua enim in sua manens natura, sic Dominum dorso suo gestavit, dictum illud confirmans: *Ambulans supra mare tamquam supra pavimentum* (*Job* 9. 8.) Jure autem in Capernaum ingressurus, duram et immorigeram civitatem, miraculum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

panum edidit ; ut non modo ex miraculis quæ in civitate, sed etiam ex iis quæ extra civitatem fecerat, ejus civium immorigerum animum emolliret. Nam quod tantæ turbæ in civitatem illam adventarent cum tanto fervore, quem lapidem non emollivisset? At illi nihil hujusmodi passi sunt; sed cibum solummodo corporeum cupiebant; ideoque a Jesu reprehenduntur. Hæc cum sciamus, dilecti, gratias agamus Deo, non modo pro sensibilibus, sed multo magis pro spiritualibus donis. Sic enim et ille vult, et propter hæc illa quoque dat, sensibilibusque imperfectiores allicit et prænonet, utpote qui hujus mundi rebus adhuc inhient. Verum si his acceptis, in iisdem perseverent, reprehenduntur et increpantur. Nam paralytico illud primum dare voluit; sed qui præsentes erant, id non patiebantur. Cum enim dixisset, *Remittuntur tibi peccata*, dicebant : *Hic blasphemat* (*Matth.* 9. 2. 3).

Quænam a Deo petenda sint. — Ne, quæso, simile quidpiam patiamur; spiritualium nobis potior sit ratio. Quare? Quia si spiritualia adsint, nihil damni ex corporalium privatione sequetur; si absint, quæ nobis erit spes? quæ consolatio? Quapropter pro his semper Deum rogare oportet, et hæc postulare. Hæc petenda esse Christus docuit. Et si illam orationem exeutiamus, nihil in illa carnale reperiemus, sed omnia spiritualia. Illud porro modicum sensile quod ibi petitur, ex modo spirituale efficitur. Nam nihil amplius petere quam panem supersubstantialem (*Matth.* 6. 11), hoc est, quotidianum, spiritualis et philosophici animi fuerit. Quæ vero præcedunt considera : *Sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra* (*Luc.* 11. 3. *Matth.* 6. 9. 10). Deinde postquam illud sensibile posuit, hoc præterito statim ad spiritualem doctrinam redit : *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (*Matth.* 6. 12). Non principatum, non divitias, non gloriam, non potentiam, sed omnia quæ ad utilitatem animæ conferebant, in oratione posuit : nihil terrenum, sed omnia cælestia. Si ergo jubemur abstinere a præsentibus hujus vitæ rebus, quam miseri erimus, si illa petamus a Deo, quæ si habeamus, ille jussit abjicere, ut nos a curis eximat; et si quæ ille petere jussit, nullo modo curemus, imo ne cupiamus quidem? Illud certe est superflue loqui. Quapropter orando nihil perficimus. Quomodo ergo, inquies, improbi ditescunt? quomodo iniqui, scelesti, raptores, sunt opulenti? Non Deo præbente, absit. Et cur id Deus permittit? Permisit et diviti, ut ad majus illum reservaret supplicium. Audi quid dicatur illi : *Fili, accepisti bona tua, et Lazarus mala : nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris* (*Luc.* 16. 25). Ne autem et nos hanc vocem audiamus, qui in deliciis frustra vivimus et peccata peccatis addimus, veras divitias, accuratam philosophiam sectemur, ut promissa consequamur bona; quorum utinam consortes simus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque sancto Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLIV.

CAP. 6. v. 26. *Respondit eis Jesus, et dixit : Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, et saturati estis.* 27. *Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.*

1. Clementia et lenitas non ubique utilis est, sed interdum magister acriore opus habet sermone. Nam cum ignavus crassiorque est discipulus, utendum stimulo, qui tantam ignaviam pungat. Id hic et alibi sæpe fecit Filius Dei. Accedentibus enim ad Jesum turbis, adulantibus, dicentibusque : *Rabbi, quando huc venisti?* ut ostendat se honores contemnere hominum, et eorum tantum salutem spectare, asperius respondet, non ut corrigat modo; sed ut eorum mentem revelet et in medium referat. Quid enim ait? *Amen, amen dico vobis*, definientis et affirmantis more, *quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis de panibus, et saturati estis.* Non ita vehementer, sed cum indulgentia agit. Non enim dixit : O lurcones, o voraces! tot miracula edidi, nec sequuti me, nec prodigia admirati estis; sed moderatius et clementius, *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis de panibus, et saturati estis*, non de præteritis solum, sed etiam de præsenti signo loquens; ac si diceret : Non vos miraculum perculit, sed quia saturati estis, accedilis. Quod autem illud non per conjecturam diceret, statim illi ostenderunt. Nam ideo rursum accesserunt, ut eodem fruerentur bono. Ideo namque dicebant : *Patres nostri comederunt manna in deserto* (*Joan.* 6. 31). Rursus carnalem cibum expetunt, rem sane multa reprehensione dignam. Verum ille non in reprehensione sistit gradum, sed doctrinam adjicit his verbis : *Operemini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dat vobis. Hunc enim Pater signavit Deus.* Id est, Ne talem cibum, sed spiritualem curetis. Verum quia nonnulli, ut otiose vivant, hoc sermone abutuntur, ac si Christus opus manuum sustulerit : opportune ipsis respondeatur; totum quippe Christianismum calumniantur, et id efficiunt, ut ex desidia traducatur. Sed primo Paulus audiendus. Quid ille ait? *Recordamini Domini dicentis, Beatius est dare quam accipere* (*Act.* 20. 35). Atqui unde det qui nihil habet? Quomodo ergo Marthæ dicit Jesus : *Sollicita es et turbaris erga plurima : porro unum est necessarium; Maria optimam partem elegit* (*Luc.* 10. 41. 42)? et rursus, *Nolite solliciti esse de crastino* (*Matth.* 6. 34)? Operæ pretium fuerit ad hæc omnia respondere, non modo ut pigros excitemus, si tamen velint; sed etiam ne Scriptura divina secum pugnare videatur. Etenim alibi ait apostolus : *Rogamus autem vos ut abundetis, et operam detis ut quieti sitis, et ne-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἷας καὶ πρότερον. Διέβησαν μὲν οὖν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν καὶ Ἰουδαῖοι, Μωϋσέως ἡγουμένου, ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον ἐνταῦθα. Ὁ μὲν γὰρ εὐχόμενος καὶ ὡς δοῦλος πάντα εἰργάζετο· οὗτος δὲ, μετὰ ἐξουσίας ἀπάσης. Κἀκεῖ μὲν, νότου τότε πνέοντος, εἶξε τὸ ὕδωρ, ὥστε ἐπὶ ξηρᾶς ποιῆσαι παρελθεῖν· ἐνταῦθα δὲ τὸ θαῦμα μεῖζον ἐγίνετο. Μένουσα γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἡ θάλασσα, οὕτως ἔφερε τὸν Δεσπότην ἐπὶ τῶν νώτων, μαρτυροῦσα ἐκείνῃ τῇ ῥήσει τῇ λεγούσῃ· *Ὁ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης ὡς ἐπὶ ἐδάφους.* Εἰκότως δὲ μέλλων εἰς Καπερναοὺμ ἐμβαλεῖν τὴν σκληρὰν καὶ ἀπειθῆ, τὸ σημεῖον τῶν ἄρτων εἰργάσατο· οὐ μόνον τοῖς ἐν αὐτῇ γινομένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω τῆς πόλεως θαυματουργουμένοις, μαλάξαι βουλόμενος τῶν ἐν αὐτῇ τὴν ἀπείθειαν. Τὸ γὰρ ὄχλους παραγενέσθαι τοσούτους εἰς [257] τὴν πόλιν ἐκείνην, πολλὴν τεθειμένους σπουδὴν, ποῖον οὐκ ἦν ἱκανὸν μαλάξαι λίθον; Ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοι τοιοῦτον οὐδὲν ἔπαθον, ἀλλὰ πάλιν τροφῆς ἐπεθύμουν σωματικῆς· διὸ καὶ ὀνειδίζονται παρὰ τοῦ Ἰησοῦ. Ταῦτα οὖν εἰδότες, ἀγαπητοὶ, εὐχαριστῶμεν τῷ Θεῷ, καὶ τῶν αἰσθητῶν μὲν ἕνεκεν, πολλῷ δὲ μᾶλλον τῶν πνευματικῶν. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς βούλεται, καὶ διὰ ταῦτα καὶ ἐκεῖνα δίδωσι, τοὺς ἀτελεστέρους ἀνάγων τούτοις καὶ προπαιδεύων, ἐπειδὴ πρὸς τὸν κόσμον ἔτι κεχήνασιν. Ἀλλ' ὅταν αὐτὰ λαβόντες, ἐν αὐτοῖς ἐναπομείνωσιν, ἐγκαλοῦνται καὶ ἐπιτιμῶνται. Ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ παραλυτικοῦ πρῶτον ἐκεῖνο ἐβούλετο δοῦναι, ἀλλ' οὐκ ἠνείχοντο οἱ παρόντες. Εἰπόντος γὰρ, ὅτι *Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι*, ἔλεγον· *Οὗτος βλασφημεῖ.*

Μὴ δὴ, παρακαλῶ, τοιοῦτον πάθωμέν τι ἡμεῖς, ἀλλ' ἐκείνων ἡμῖν πλείων ἔστω λόγος. Διατί; Ὅτι τῶν πνευματικῶν παρόντων, οὐδεμία ἀπὸ τῆς τῶν σαρκικῶν ἀπουσίας γίνεται βλάβη· ἐκείνων δὲ οὐκ ὄντων, τίς ἔσται ἡμῖν λοιπὸν ἐλπίς; τίς δὲ παραμυθία; Διὸ χρὴ περὶ τούτων ἀεὶ τὸν Θεὸν παρακαλεῖν, καὶ ταῦτα αἰτεῖν. Τοιαῦτα γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ἡμᾶς εὔχεσθαι ἐδίδαξεν. Κἂν ἀναπτύξωμεν τὴν εὐχὴν ἐκείνην, οὐδὲν εὑρήσομεν ἐν αὐτῇ σαρκικὸν, ἀλλὰ πάντα πνευματικά. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ μικρὸν, ἐκεῖνο τὸ αἰσθητὸν, τῷ τρόπῳ γινόμενον πνευματικόν. Τὸ γὰρ παραινεῖν μηδὲν πλέον ἐπιζητεῖν τοῦ ἄρτου τοῦ ἐπιουσίου, τουτέστι, τοῦ καθημερινοῦ, πνευματικῆς ἂν εἴη καὶ φιλοσόφου διανοίας. Τὰ δὲ πρὸ τούτου ὅρα· *Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.* Εἶτα εἰπὼν τὸ αἰσθητὸν ἐκεῖνο, ταχέως ἀπηλλάγη αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν πνευματικὴν ἦλθε διδασκαλίαν, *Ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν*, λέγων, *ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.* Οὐδαμοῦ ἀρχὴν, οὐδαμοῦ πλοῦτον, οὐδαμοῦ δόξαν, οὐδαμοῦ δυναστείαν, ἀλλὰ πάντα εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν συντελοῦντα ἐνέθηκε τῇ εὐχῇ· οὐδὲν γήϊνον, ἀλλὰ πάντα οὐράνια. Εἰ τοίνυν κελευόμεθα ἀπέχεσθαι τῶν βιωτικῶν καὶ παρόντων, πῶς οὐκ ἂν εἴημεν ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι ταῦτα αἰτοῦντες παρὰ Θεοῦ, ἃ ἐκέλευσε καὶ ἔχοντας ἐκβάλλειν, φροντίδος ἀπαλλάττων ἡμᾶς, ὑπὲρ ὧν δὲ ἐπέταξε, μηδεμίαν τίθεσθαι σπουδήν· μᾶλλον δὲ μήτε ἔχειν μήτε ἐπιθυμεῖν; Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ βαττολογεῖν. Διὰ τοῦτο καὶ εὐχόμενοι οὐκ ἀνύομεν. Πῶς οὖν οἱ πονηροὶ, φησὶ, πλουτοῦσι; πῶς οἱ ἄδικοι καὶ μιαροὶ, ἁρπάζοντες, πλεονεκτοῦντες; Οὐ τοῦ Θεοῦ παρέχοντες, ἄπαγε. Καὶ πῶς ὁ Θεὸς συγχωρεῖ; Ὅτι καὶ τῷ πλουσίῳ τότε συνεχώρησε, μείζονι τηρῶν αὐτὸν κολάσει. Ἄκουσον οὖν καὶ τί φησι πρὸς αὐτόν· *Τέκνον, ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά· καὶ νῦν οὗτος παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι.* Ἵν' οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς ταύτης ἀκούσωμεν [258] τῆς φωνῆς, τρυφῶντες εἰκῇ καὶ μάτην, καὶ πολλὰ συνάγοντες ἑαυτοῖς ἁμαρτήματα, τὸν ἀληθῆ πλοῦτον ἐλώμεθα καὶ τὴν ἀκριβῆ φιλοσοφίαν, ὥστε τυχεῖν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΔ'.

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. καὶ εἶπεν· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε. Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. »

α'. Τὸ προσηνὲς καὶ λεῖον οὐ πανταχοῦ χρήσιμον, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τοῦ πληκτικωτέρου δεῖ τῷ διδασκάλῳ. Ὅταν γὰρ νωθὴς ᾖ ὁ μαθητὴς καὶ παχὺς, κέντρῳ χρῆσθαι πρὸς αὐτὸν [a] λοιπὸν χρὴ, ὥστε τῆς πολλῆς καθικέσθαι νωθείας. Τοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ πεποίηκεν, ἀλλαχοῦ τε πολλαχοῦ, καὶ ἐν τῷ παρόντι τόπῳ. Ἐλθόντων γὰρ τῶν ὄχλων καὶ εὑρόντων τὸν Ἰησοῦν, καὶ κολακευόντων αὐτὸν, καὶ λεγόντων· *Ῥαββὶ, πότε ὧδε γέγονας;* δεικνὺς ὅτι τῆς παρὰ ἀνθρώπων οὐκ ἐφίεται τιμῆς, ἀλλ' ἓν μόνον ὁρᾷ, τὴν σωτηρίαν αὐτῶν, ἐπιπληκτικῶς αὐτοῖς ἀποκρίνεται· οὐ ταύτῃ μόνον διορθῶσαι βουλόμενος, ἀλλὰ καὶ τῷ τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἐκκαλύψαι καὶ εἰς μέσον ἀγαγεῖν. Τί γάρ φησιν; *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν·* μετὰ διορισμοῦ καὶ βεβαιώσεως· *ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.* Πλήττει μὲν τῷ λόγῳ καὶ ἐλέγχει, ἀλλ' οὐκ ἀποτόμως καὶ σφόδρα, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς φειδοῦς τοῦτο ποιῶν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ὦ λαίμαργοι καὶ γαστρίδουλοι, τοσαῦτα ἐθαυματούργησα, καὶ οὐδαμοῦ οὔτε ἠκολουθήσατε, οὔτε ἐθαυμάσατε τὰ γεγενημένα· ἀλλὰ προσηνῶς οὕτω πως καὶ ἠρέμα, *Ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε·* οὐ περὶ τῶν παρελθόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ παρόντος σημείου ἐμφαίνων. Μονονουχὶ γὰρ τοῦτο λέγει, δι' ὧν πρὸς αὐτοὺς ἀποτείνεται· Οὐ τὸ θαῦμα ὑμᾶς ἐξέπληξε [b] τὸ ἐπὶ τοῖς ἄρτοις, ἀλλὰ τὸ ἐμπλησθῆναι. Καὶ ὅτι οὐ καταστοχαζόμενος αὐτῶν ἔλεγεν, εὐθέως ἔδειξαν ἐκεῖνοι. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο πάλιν ἦλθον, ὡς μέλλοντες τῶν αὐτῶν ἀπολαύσεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγον· *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ·* πάλιν ἐπὶ τροφὴν αὐτὸν ἕλκοντες [c] σαρκικὴν, ὅπερ ἦν ἔγκλημα καὶ κατηγορία μεγίστη. Ἀλλ' αὐτὸς οὐχ ἵσταται μέχρι τῶν ἐλέγχων, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίαν τούτοις προστίθησι, λέγων· *Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δίδωσιν ὑμῖν. Τοῦτον* [259] *γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός.* Ὅ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Μηδεὶς ὑμῖν ἔστω λόγος ταύτης τῆς τροφῆς, ἀλλ' ἐκείνης τῆς πνευματικῆς. Ἀλλ' ἐπειδή τινες τῶν βουλομένων ἀργῶς τρέφεσθαι, ἀποκέχρηνται τούτῳ τῷ λόγῳ, ὡς τὴν ἐργασίαν ἐκκόπτοντος τοῦ Χριστοῦ, εὔκαιρον καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν. Ὅλον γὰρ, ὡς εἰπεῖν, διαβάλλουσι τὸν Χριστιανισμὸν, καὶ ἐπὶ ἀργίᾳ

[a] Savil. κέντρῳ διεγείρειν αὐτόν.

[b] Savil. σημείου λέγων. Οὐ γὰρ τὸ θαῦμά σ' ἐξ. φησί. [c] Savil. ἕλκουσι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κωμῳδεῖσθαι παρασκευάζουσι. Πρότερον δὲ εἰπεῖν ἀναγκαῖον τὸ τοῦ Παύλου. Τί δὲ ἐκεῖνός φησι; *Μνημονεύετε τοῦ Κυρίου εἰρηκότος· Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.* Καίτοι πόθεν ἂν γένοιτο διδόναι τῷ οὐκ ἔχοντι; Πῶς οὖν τῇ Μάρθᾳ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· *Μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία· Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο·* καὶ πάλιν, *Μὴ μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον.* Ἀναγκαῖον γὰρ πάντα νῦν ταῦτα ἐπιλῦσαι [a], οὐχ ἵνα μόνον παύσωμεν αὐτοὺς ἀργοῦντας, εἰ βούλοιντο, ἀλλ' ἵνα μὴ μάχην εἰσάγειν τινὰ δείξωμεν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς περισσεύειν καὶ φιλοτιμεῖσθαι, ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια, ἵνα εὐσχημόνως περιπατῆτε πρὸς τοὺς ἔξω·* καὶ πάλιν, *Ὁ κλέπτων, μηκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιάτω ἐργαζόμενος ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι.* Ἐνταῦθα γὰρ ὁ Παῦλος οὐδὲ ἁπλῶς ἐργάζεσθαι ἐκέλευσεν, ἀλλ' οὕτω μετὰ πόνου, ὡς ἔχειν ἐντεῦθεν καὶ ἑτέρῳ μεταδιδόναι. Καὶ ἑτέρωθι πάλιν ὁ αὐτὸς λέγει, *Ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.* Καὶ Κορινθίοις δὲ ἐπιστέλλων ἔλεγε· *Τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός; Ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ Εὐαγγέλιον.* Καὶ ἐν τῇ πόλει δὲ ἐκείνῃ γενόμενος, *Ἔμεινε πρὸς Ἀκύλαν καὶ Πρίσκιλλαν, καὶ εἰργάζετο.* Ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Ἀλλὰ ταῦτα τὴν μάχην δείκνυσι σφοδροτέραν κατὰ τὸ ῥητόν. Οὐκοῦν ἀνάγκη λοιπὸν τὴν λύσιν ἐπαγαγεῖν.

Τί οὖν ἂν εἴποιμεν πρὸς ταῦτα; Ὅτι τὸ μὴ μεριμνᾷν οὐ τὸ μὴ ἐργάζεσθαί ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μὴ προσηλῶσθαι τοῖς βιωτικοῖς πράγμασι· τουτέστι, τὸ μὴ ποιεῖσθαι φροντίδα περὶ τῆς εἰς αὔριον ἀναπαύσεως, ἀλλὰ πάρεργον αὐτὴν εἶναι νομίζειν. Ἔνεστι γὰρ καὶ ἐργαζόμενον, μηδὲν εἰς τὴν αὔριον θησαυρίζειν, καὶ ἔνεστιν ἐργαζόμενον, μηδὲν μεριμνᾷν. Οὐ γὰρ ταὐτόν ἐστι μέριμνα καὶ ἐργασία. Οὐδὲ γὰρ ὡς τῷ ἔργῳ θαῤῥοῦν ἐργάζεταί τις, ἀλλ' ἵνα μεταδῷ τῷ χρείαν ἔχοντι. Καὶ τὸ πρὸς Μάρθαν δὲ εἰρημένον οὐ περὶ ἔργου καὶ ἐργασίας ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ τοῦ δεῖν καιρὸν εἰδέναι, καὶ μὴ τὸν τῆς ἀκροάσεως χρόνον πρὸς τὰ σαρκικώτερα ἀναλίσκειν. Οὐ τοίνυν εἰς ἀργίαν αὐτὴν ἐμβάλλων, ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλὰ προσηλῶν τῇ ἀκροάσει. Παρεγενόμην, φησὶν, διδάξων ὑμᾶς τὰ δέοντα· σὺ δὲ περὶ ἄριστον ἐσπούδακας; Ὑποδέξασθαί με βούλει, καὶ πολυτελῆ παρασκευάσαι τράπεζαν; Ἑτέραν παρασκεύασον ἑστίασιν, τὴν μετὰ προθυμίας ἀκρόασίν μοι παρεχομένη, καὶ τὸν τῆς ἀδελφῆς μιμουμένη πόθον. Οὔτε οὖν τὴν φιλοξενίαν κωλύων ταῦτα ἔλεγεν· ἄπαγε· πῶς γάρ; ἀλλὰ τὸ μὴ δεῖν ἐν ἀκροάσεως καιρῷ περὶ ἕτερα ἠσχολῆσθαι. Τὸ δὲ λέγειν, *Μὴ ἐργάζεσθε τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην*, [260] οὐ τοῦτό ἐστιν αἰνιττομένου, ὥστε δεῖν ἀργεῖν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μάλιστα ἀπολλυμένη βρῶσίς ἐστι· (*Πᾶσαν γὰρ τὴν κακίαν ἐδίδαξεν ἡ ἀργία*)· ἀλλ' ὥστε ἐργάζεσθαι καὶ μεταδιδόναι. Τοῦτο γὰρ οὐκ ἀπολλυμένη βρῶσίς ἐστι λοιπόν. Εἰ δέ τις ἀργῶν γαστρίζοιτο καὶ τρυφῆς ἐπιμελοῖτο, οὗτος τὴν βρῶσιν ἐργάζεται τὴν ἀπολλυμένην· ὥσπερ εἴ τις ἐργαζόμενος τὸν Χριστὸν τρέφοι, καὶ ποτίζοι, καὶ ἐνδύοι, οὐδεὶς οὕτως ἀναίσθητος καὶ ἀμαθὴς [b], ὡς εἰπεῖν, ἀπολλυμένην βρῶσιν ἐργάζεσθαι τὸν τοιοῦτον, δι' ἣν τῆς βασιλείας ἡ ἐπαγγελία τῆς μελλούσης καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων. Αὕτη γὰρ μένει διηνεκῶς ἡ βρῶσις. Ἄλλως δὲ, καὶ τότε δὲ ἐπειδὴ τῆς μὲν πίστεως οὐδένα λόγον ἐποιοῦντο, οὐδὲ ἐσκόπουν μαθεῖν, τίς ὁ ταῦτα ἐργαζόμενος, καὶ ποίᾳ δυνάμει, ἓν δὲ μόνον ἐβούλοντο, γαστρίζεσθαι μηδὲν ποιοῦντες, τὴν τοιαύτην τροφὴν εἰκότως βρῶσιν ἀπολλυμένην ἐκάλεσεν. Ἔθρεψα ὑμῶν τὰ σώματα, φησὶν, ἵνα ἀπὸ τούτου τὴν ἑτέραν ἐπιζητήσητε τροφὴν, τὴν μένουσαν, τὴν τρέφουσαν ὑμῶν τὴν ψυχήν· ὑμεῖς δὲ πάλιν τὴν γῆτνην τρέχετε. Διὰ τοῦτο οὐ συνίετε ὅτι οὐκ ἐπὶ ταύτην ὑμᾶς ἄγω τὴν ἀτελῆ, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνην τὴν οὐ πρόσκαιρον παρέχουσαν ζωὴν, ἀλλ' αἰώνιον, τὴν οὐ σῶμα, ἀλλὰ ψυχὴν τρέφουσαν. Εἶτα ἐπειδὴ οὕτω μέγα περὶ ἑαυτοῦ ἐφθέγξατο, καὶ ἔφησεν αὐτὸς δώσειν αὐτὴν, ἵνα μὴ πάλιν αὐτοῖς προστῇ τὸ λεγόμενον, ἀξιόπιστον τὸν λόγον ποιῶν, ἐπὶ τὸν Πατέρα τὴν χορηγίαν αὐτῆς ἀνάγει. Εἰπὼν γὰρ, *Ἣν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου δώσει ὑμῖν*, ἐπήγαγε, *Τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός*· τουτέστιν, ἐπὶ τούτῳ ἔπεμψε ταύτην ὑμῖν κομίζοντα τὴν τροφήν. Δηλοῖ δὲ καὶ ἑτέραν ἑρμηνείαν ἡ λέξις. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Χριστός· *Ὁ ἀκούων μου τοὺς λόγους, τοῦτον ἐσφράγισεν ὁ Πατὴρ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι·* τουτέστιν, ἀπέδειξεν ἀναντιῤῥήτως· ὃ δή μοι δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα ἡ λέξις αἰνίττεσθαι. Οὐδὲν γάρ ἐστιν ἄλλο τὸ, *Ἐσφράγισεν ὁ Πατὴρ*, ἀλλ' ἢ ἀπέδειξεν, ἐξεκάλυψε διὰ τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας. Ἔδειξε μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ἑαυτόν· ἐπειδὴ δὲ πρὸς Ἰουδαίους διελέγετο, τὴν τοῦ Πατρὸς μαρτυρίαν εἰς μέσον ἤγαγε.

β'. Μάθωμεν τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ταῦτα αἰτεῖν τὸν Θεὸν, ἃ ἄξιόν ἐστι παρ' αὐτοῦ αἰτεῖν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ, ὅπως ἂν τύχῃ, τὰ βιωτικὰ λέγω, βλάβην οὐδεμίαν φέρει. Ἂν τε γὰρ πλουτήσωμεν, ἐνταῦθα μόνον ἀπολαυσόμεθα τῆς τρυφῆς· ἄν τε εἰς πενίαν καταπέσωμεν, οὐδὲν πεισόμεθα δεινόν. Οὔτε γὰρ τὰ λαμπρὰ τοῦ παρόντος βίου, οὔτε τὰ λυπηρὰ εἰς ἀθυμίας καὶ ἡδονῆς λόγον ἔχει τὴν ἰσχὺν, ἀλλ' ἑκάτερα εὐκαταφρόνητα, καὶ μετὰ πολλῆς παραῤῥεῖ τῆς ταχυτῆτος. Διὸ καὶ ὁδὸς κέκληται εἰκότως ἅτε παροδεύοντα, καὶ ἐπὶ πλεῖστον μένειν οὐ πεφυκότα· τὰ δὲ μέλλοντα ἑκάτερα ἀθάνατα μένει, τά τε κολάσεως, τά τε τῆς βασιλείας. Ὑπὲρ ἐκείνων τοίνυν πολλὴν ποιώμεθα σπουδὴν, ὥστε τὰ μὲν φυγεῖν, τὰ δὲ ἑλέσθαι. Τί γὰρ τῆς ἐνταῦθα τρυφῆς ὄφελος; Σήμερόν ἐστι, καὶ αὔριον [261] οὐκ ἔστι· σήμερον ἄνθος λαμπρὸν, καὶ αὔριον κόνις σκεδαννυμένη· σήμερον πῦρ καιόμενον, καὶ αὔριον τέφρα κατασβεννυμένη. Ἀλλ' οὐ τὰ πνευματικὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ἀεὶ μένει λάμποντα, καὶ ἀνθοῦντα, καὶ φαιδρότερα γινόμενα καθημέραν. Ὁ πλοῦτος ἐκεῖνος οὐδέποτε ἀπόλλυται, οὐδέποτε μεθίσταται, οὐδέποτε λήγει, οὐδέποτε ἐπάγει φροντίδα καὶ φθόνον καὶ κατηγορίαν, οὐ σῶμα ἐξόλλυσιν, οὐ ψυχὴν διαφθείρει, οὐ φθόνον ἔχει, οὐ βασκανίαν ἐπισωρεύει, ἅπερ ἅπαντα ταῦτα τῷ πλούτῳ πρόσεστιν. Ἡ δόξα ἐκείνη οὐκ εἰς ἀπόνοιαν αἴρει, οὐ φλεγμαίνειν παρασκευάζει, οὐδέποτε παύεται, οὐδὲ ἀμαυροτέρα γίνεται. Ἡ ἄνεσις καὶ ἡ τρυφὴ ἐπὶ τοῖς οὐρανοῖς πάλιν μένει, καὶ αὕτη διηνεκὴς, ἀεὶ ἀκίνητος οὖσα καὶ ἀθάνατος· οὐκ ἔστι γὰρ πέρας αὐτῆς καὶ τέλος εὑρεῖν. Ταύτην, παρακαλῶ, ποθήσωμεν τὴν ζωήν. Ἂν γὰρ ποθήσωμεν αὐτὴν, οὐδένα τῶν παρόντων ποιησόμεθα λόγον, ἀλλὰ καταφρονήσομεν τούτων ἁπάντων καὶ καταγελασόμεθα, κἂν εἰς βασιλικὰς αὐλάς τις ἡμᾶς εἰσελθεῖν κελεύῃ, οὐχ αἱρησόμεθα ἐκείνην ἔχοντες τὴν ἐλπίδα· καίτοι τούτου οὐδὲν μακαριώτερον εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ τοῖς κατεχομένοις τῷ τῶν οὐρανῶν ἔρωτι καὶ τοῦτο μικρὸν καὶ εὐτελὲς καὶ οὐδενὸς ἄξιον λόγου. Πᾶν γὰρ ὃ τέλος ἔχει, οὐ σφόδρα περισπούδαστον· πᾶν ὃ παύεται, καὶ σήμερόν ἐστι, καὶ αὔριον οὐκ ἔστι, κἂν σφόδρα ᾖ μέγα, σφόδρα μικρὸν καὶ εὐκαταφρόνητον εἶναι δοκεῖ. Μὴ τοίνυν τῶν φευγόντων ἀντεχώμεθα, μηδὲ τῶν παραῤῥεόντων καὶ ἀπερχομένων, ἀλλὰ τῶν μενόντων καὶ ἀκινήτων, ἵνα καὶ αὐτῶν δυνηθῶμεν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. μὴ μεριμνᾶτε, φησὶν,... διαλῦσαι. [b] Savil. καὶ μωμώδης.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gotium vestrum agatis, et operemini manibus vestris, ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt (1. *Thess.* 4. 10. 11); et rursum, *Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti* (*Ephes.* 4. 28). Hic Paulus non simpliciter præcipit operari, sed cum tanto labore, ut subveniatur indigenti. Et alibi quoque ait, *Necessitatibus meis, et eorum qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ* (*Act.* 20. 34). Et Corinthiis dicebat: *Quæ est ergo merces mea? Ut evangelium prædicans, sine sumptu ponam evangelium* (1. *Cor.* 9. 18). Et in civitatem illam veniens, *Mansit apud Aquilam et Priscillam, et operabatur. Erant enim scenofactoriæ artis* (*Act.* 18. 2). Hæc contra dictum illud pugnare maxime videntur: jam solutio referatur.

Laborandum, sed sine sollicitudine. — Quid ergo respondebimus? Non esse sollicitum non significat, a labore cessare; sed, hujus mundi rebus non hærere, id est, non esse sollicitum de crastina quiete, sed illam curam supervacuam putare. Potest enim qui operatur non in crastinum thesaurizare: potest qui laborat non sollicitus esse: non enim idipsum est cura et operatio. Non ut operi confidens quis operetur, sed ut det egenti. Quod autem ad Martham dicitur, non laborem et operationem respicit: sed tempus considerandum esse statuit, neque concionis tempus circa carnalia expendendum esse. Non igitur hæc dicit, ut in desidiam illam conjiciat, sed ut ad audiendum convertat. Veni, inquit, ut vos necessaria doceam; tu de prandio sollicita es? Me vis excipere, et lautam parare mensam? Alium para cibum, meis attende sermonibus, sororis desiderium imitare. Non ergo hospitalitate cohibet; absit, id ne dicatur; sed docet doctrinæ tempore cætera curanda non esse. Cum porro dicit, *Operemini non cibum qui perit*, non significat, in desidia esse vivendum: hic enim maxime cibus est qui perit, (*Omnem* quippe *malitiam docuit desidia* [*Eccli.* 33. 29]); sed indicat operandum et erogandum esse. Hic porro cibus non perit. Si quis porro otiosus ventri et deliciis deditus sit, is operatur cibum qui perit; contra si quis ex labore suo cibum, potum, vestem Christo dederit, hunc nemo sanæ mentis dicat operari cibum qui perit, cujus cibi causa promittitur regnum, promittuntur illa bona. Hic cibus æternum manet. Tunc quia illi nullam fidei rationem habuere, neque discere studuerunt quis hæc fecisset, qua potestate, sed id unum curabant ut nihil operando ventrem implerent; hoc alimentum jure vocavit cibum qui perit. Corpora vestra, inquit, enutrivi, ut hinc aliam quæreretis escam manentem, quæ animam vestram enutriret: vos autem rursum ad terrenam curritis. Ideo non intelligitis me non ad illam vos ducere imperfectam, sed ad illam non temporaneam, quæ vitam præbeat æternam, quæ non corpus, sed animam alat. Deinde quia magnifice de se loquutus fuerat, cum diceret se datorum; ne iterum hoc dicto offenderentur, ut ipsi fidem faceret, donum ad Patrem refert. Cum dixisset enim, *Quem Filius hominis vobis dabit*; subdidit, *Hunc enim Pater signavit Deus*: hoc est, Propterea misit qui hunc vobis cibum ferret. Quod aliter potest explicari. Nam alibi quoque Christus dicit: *Qui audit sermones meos, hunc signavit Pater, quia Deus verax est* (*Joan.* 3. 33); hoc est, Manifeste ostendit; id quod mihi et hic videtur subindicari. Nihil enim aliud est, *Signavit Pater*, quam ostendit, revelavit testimonio suo. Se enim ipse ostendit; quia vero Judæos alloquebatur, Patris testimonium in medium adduxit.

2. *A Deo quæ petere consentaneum est, petendum. Præsentium rerum vanitas. Futura immortalia sunt, sive supplicia, sive præmia.* — Discamus itaque, dilecti, illa a Deo petere quæ ab illo consentaneum est petere. Sæcularia enim, quoquo modo accidant, nihil afferunt nocumenti. Nam si ditabimur, hic tantum deliciis fruemur: si in paupertatem inciderimus, nihil molesti patiemur. Sive prospera, sive tristia accidant, vim nullam ad voluptatem vel tristitiam habent, sed utraque contemnenda, ut quæ quam celerrime transeant. Ideo hæc jure via vocantur, quod prætereant, nec diu maneant. Futura vero[1] utraque immortalia sunt, tam supplicium, quam regnum. Circa hæc magnam geramus sollicitudinem, ut illa fugiamus, hæc assequamur. Quid enim utilitatis ex præsentibus deliciis? Hodie sunt, cras avolabunt: hodie flos sunt splendidus, cras erunt pulvis dispersus: hodie ignis accensus, cras cinis exstinctus. Spiritualia vero non hujusmodi sunt; sed semper clara et florida, atque in dies splendidiora evadunt. Divitiæ illæ numquam pereunt, numquam transferuntur, vel cessant, numquam sollicitudinem, invidiam et calumniam afferunt, non corpus perdunt, non animam corrumpunt, non livorem vel invidiam attrahunt; quæ omnia in hisce reperiuntur divitiis. Gloria illa non in arrogantiam extollit, non tumorem parit, numquam cessat, vel obscuratur. Quies atque deliciæ in cælo perpetuæ manent, semper immotæ et immortales sine ullo fine vel termino. Hanc, obsecro, vitam desideremus. Si enim ipsam cupiamus, nullam præsentium rationem habebimus, sed hæc omnia spernemus et deridebimus. Etiamsi quis nos in regiam evocet, quo nihil beatius existimatur, non annuemus, tali nempe fulti spe; nam iis, qui cælestium amore capti sunt, id vile et nullius pretii reputatur. Quidquid enim finem habet, non admodum expetendum est: quod cessat, et hodie est, et cras desinit, etiamsi maximum, perquam minimum et contemnendum videtur. Ne igitur ea quæ fugiunt et dilabuntur, sed quæ immota manent sectemur, ut illa consequi possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii habent: *Ideo hæc a Deo via vocantur, via lata, viaque angusta et angoribus plena. Futura vero.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

HOMILIA XLV.

CAP. 6. v. 28. *Dixerunt ergo ad eum : Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* 29. *Et dixit eis Jesus : Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* 30. *Dixerunt ergo ei : Quod ergo tu facis signum, ut videamus et credamus tibi? quid operaris?*

1. *Gulæ pernicies.* — Nihil gula deterius, nihil turpius. Hæc obtusum et crassum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc excæcat, nec sinit respicere. Animadverte quomodo hæc Judæis acciderint. Cum enim gulæ inhiantes, sæcularia solum nihilque spirituale cogitarent, multis illos Christus verbis excitat, acrimonia et indulgentia plenis. Neque tamen sic excitantur, sed adhuc humi jacent. Animum adhibe, quæso; dixerat eis : *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, et saturati estis.* Incessit illos arguendo : ostendit quænam sit esca quærenda, cum ait, *Operemini, non cibum qui perit :* addit præmium his verbis, *Sed qui permanet in vitam æternam :* deinde eorum objectioni occurrit, dicendo se a Patre missum esse (*a*). Quid ergo illi? Quasi nihil audissent, *Quid ergo faciemus,* inquiunt, *ut operemur opera Dei?* Hæc porro dicebant, non ut discerent et facerent, ut sequentia ostendunt; sed ut rursus ad cibum præbendum inducerent, et denuo saturarentur. Quid ergo Christus? *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Ad hæc illi : *Quod signum facis, ut videamus et credamus?* 31. *Patres nostri manducaverunt manna in deserto.* Nihil his insipientius, nihil stultius. Cum signum adhuc in oculis esset, ac si nullum factum esset, dicebant, *Quod signum facis?* neque ipsi optionem signi relinquunt; sed putant se ad necessitatem illum reducturos esse, ut non aliud signum faceret, quam quod majorum suorum temporibus factum est. Ideo dicunt : *Patres nostri manducaverunt manna in deserto;* hoc modo se illum excitaturos esse putantes, ut hujusmodi signum faceret, quod illos carnaliter alere posset. Cur enim non aliud ex prioribus signis commemorarunt : etsi multa tunc facta fuissent in Ægypto, in mari, in deserto; sed solum manna proferunt? annon quia ventris tyrannide admodum tenebantur? Quomodo autem vos qui prophetam illum vocastis, qui regem ipsum constituere voluistis, quia signum videratis, nunc ac si nihil factum sit, ingrati et perfidi estis, et signum petitis, parasitorum et canum famelicorum vocem emittentes? nunc vobis manna admirationi est, cum anima vestra deficit [1]? Et adverte ironiam. Non dixerunt, Moyses hoc fecit signum, tu quid facis? ne illum concitarent; sed honorifice admodum compellant, cibum exspectantes. Neque etiam dixerunt, Deus hoc fecit, tu vero quid facis? ne viderentur illum Deo exæquare; neque Moysem memorant, ne videantur humiliorem facere; sed in medio id posuerunt, dicentes : *Patres nostri manducaverunt manna in deserto.* Poterat vero Christus dicere, Majus nunc miraculum edidi, quam Moyses, nec virga, nec precatione opus habeo, sed omnia a meipso feci : quod si manna commemoratis, ecce panem vobis præbui. Verum non tunc tempus erat ita loquendi, sed unum curabat, ut illos ad spiritualem cibum deduceret. Et vide quam immensa cum prudentia respondeat : 32. *Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Cur non dixit, Non Moyses dedit, sed ego; sed pro Moyse Deum, pro manna seipsum posuit? Quia multa erat auditorum imbecillitas, ut ex sequentibus liquet. Etenim non illos his verbis cohibuit, tametsi initio dixerat, *Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis ex panibus : et saturati estis.* Quia vero id quærebant, in sequentibus quoque ipsos correxit, neque tamen illi destiterunt. Verum cum Samaritanæ se aquam daturum pollicereturr, Patrem non memoravit, sed ita loquutus est : *Si scires quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam;* et rursus, *Aqua quam ego dabo;* nec remittit ad Patrem. Hic vero Patrem memorat, ut discas quanta esset Samaritanæ fides, quanta Judæorum imbecillitas. Non ergo de cœlo manna erat : quomodo igitur de cœlo dicitur esse? Quemadmodum *Volucres cœli* (*Psal.* 8. 9), dicit Scriptura; ac rursum, *Et intonuit de cœlo Dominus* (*Psal.* 17. 14). Panem autem verum vocat illum, non quod falsum esset miraculum de manna, sed quoniam hoc typus erat, non ipsa veritas. Cum vero Moysis meminisset, non se illi prætulit; nondum enim ipsum Moysi anteferebant, imo Moysem adhuc majorem putabant. Ideo cum dixisset, *Non Moyses dedit,* non adjecit, Ego do, sed Patrem dare dicit. Tum illi, *Da nobis panem hunc ad manducandum.* Adhuc enim rem esse sensilem putabant, adhuc ventrem implere exspectabant : idcirco citius accurrerunt. Quid ergo Christus? Illos paulatim erigens adjicit : 33. *Panis Dei est qui descendit de cœlo, et dat vitam mundo;* non Judæis tantum, sed universo orbi, inquit. Neque simpliciter cibum, sed vitam dicit alteram et diversam. Vitam autem dicit, quia omnes mortui erant. Illi vero adhuc terræ adhærent ac dicunt : 34. *Da nobis hunc panem.* Arguit autem illos quod quamdiu sensilem suspicabantur esse mensam, accurrerint; cum autem didicerunt mensam esse spiritualem, jam non accedant; dicitque : 35. *Ego sum panis vitæ : qui venit ad me, non esuriet; et qui credit in me, non sitiet umquam.* 36. *Sed dixi vobis, quia et vidistis me, et non creditis mihi.*

2 *Qua mente Christus suum testimonium a nemine accipi Judæis diceret. Panis vitæ quid sit.* — Hoc et Joannes superius dicere præverterat : *Quod novit lo-*

(*a*) Offendebantur Judæi quod putarent Christum ex semetipso et ex auctoritate propria loqui : quod etiamsi verum esset, ut sæpe dicit Chrysostomus, Christus tamen illorum imbecillitati se attemperans, cum nondum tempus esset divinitatem suam manifestandi, se a Deo et Patre missum dicebat, quod quidem verissimum erat; sed tacebat illud, se non Patris modo, sed sua quoque auctoritate operari. Hoc ipsum non facit, cum se a Patre missum dicit.

[1] Savil. legit, *nunc vobis manna admirationi est? jam non anima vestra deficit.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΟΜΙΛΙΑ ΜΕ'.

Εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· « Τί ποιῶμεν ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ; » Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· « Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. » Εἶπον οὖν αὐτῷ· « Τί οὖν ποιεῖς σημεῖον, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι; Τί ἐργάζῃ; »

α'. Οὐδὲν γαστριμαργίας χεῖρον, οὐδὲν αἰσχρότερον. Τοῦτο παχεῖαν ποιεῖ διάνοιαν, τοῦτο σαρκικὴν ποιεῖ ψυχήν, τοῦτο πηροῖ, καὶ διαβλέπειν οὐκ ἀφίησιν. Ὅρα γοῦν καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων τοῦτο γινόμενον. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς γαστριμαργίαν κεχήνασι, καὶ ὅλοι τῶν βιωτικῶν [a] ἦσαν, καὶ οὐδὲν ἐνενόουν πνευματικόν, μυρίοις αὐτοὺς λόγοις ἐνάγει ὁ Χριστὸς καὶ κέντρον ἔχουσι καὶ φειδώ· καὶ οὐδὲ οὕτως ἀνίστανται, ἀλλ' ἔτι κάτω μένουσι κείμενοι. Σκόπει γάρ. Εἶπεν αὐτοῖς, *Ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.* Ἔπληξε διὰ τοῦ ἐλέγχου· ἔδειξεν [262] ὁποίαν δεῖ ζητεῖν τροφήν, εἰπών· *Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην·* ἔθηκεν αὐτοῖς τὸ ἔπαθλον, εἰπών· *Ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον·* ἔπειτα τὸ προσιστάμενον αὐτοῖς [b] ἐθεράπευσεν, εἰπὼν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἀπεστάλθαι. Τί οὖν ἐκεῖνοι; Ὥσπερ οὐδὲν ἀκηκοότες, *Τί οὖν ποιῶμεν, φασὶν, ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ;* Ταῦτα δὲ ἔλεγον, οὐχ ὥστε μαθεῖν καὶ πρᾶξαι (καὶ δείκνυσι τὰ ἐξῆς), ἀλλὰ πάλιν αὐτὸν ἐπὶ τὴν τῆς τροφῆς χορηγίαν ἄγοντες, καὶ εἰς τὸ κορέσαι αὐτοὺς προκαλέσαι ἐθέλοντες. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.* Οἱ δὲ εἶπον· *Τί σημεῖον ποιεῖς, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμεν; Οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Οὐδὲν τούτων ἀναισθητότερον, οὐδὲν ἀλογώτερον. Τοῦ σημείου ὄντος ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἔτι [b], ὡς οὐδενὸς γεγονότος, οὕτως ἔλεγον, *Τί σημεῖον ποιεῖς;* καὶ εἰπόντες, οὐδὲ αὐτῆς τῆς αἱρέσεως τοῦ σημείου κύριον ἀφιᾶσιν εἶναι, ἀλλ' εἰς ἀνάγκην αὐτὸν οἴονται μεθιστᾶν τοῦ μηδὲν ἕτερον ποιῆσαι, ἀλλ' ἢ τοιοῦτον, οἷον ἐγένετο ἐπὶ τῶν προγόνων. Διὸ δὴ καὶ λέγουσιν· *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ·* διὰ τούτου νομίζοντες αὐτὸν ἐρεθίζειν, ὥστε τοιοῦτον ποιῆσαι σημεῖον, ὅπερ αὐτοὺς θρέψαι δύναται σαρκικῶς. Διατί γὰρ οὐδενὸς ἑτέρου τῶν προτέρων σημείων ἐμνημόνευσαν, καίτοι γε πολλῶν γενομένων τότε, καὶ κατ' Αἴγυπτον καὶ κατὰ τὴν θάλατταν καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἀλλὰ τοῦ μάννα; ἆρ' οὐ διότι σφόδρα αὐτοῦ ἐπεθύμουν διὰ τὴν τῆς γαστρὸς τυραννίδα; Πῶς δὲ οἱ προφήτην αὐτὸν λέγοντες καὶ βασιλέα ἐπιχειροῦντες ποιεῖν, ἐπειδὴ τὸ σημεῖον εἶδετε, νῦν ὡς οὐδενὸς γενομένου ἀχάριστοι καὶ ἀγνώμονες γεγόνατε, καὶ σημεῖον αἰτεῖτε, παρασίτων καὶ κυνῶν λιμωττόντων ῥήματα ἀφιέντες; νῦν τὸ μάννα θαυμαστὸν ὑμῖν, ὅτε ἡ ψυχὴ ὑμῶν κατάξηρος [c]; Καὶ ὅρα εἰρωνείαν. Οὐκ εἶπον, ὅτι Μωϋσῆς τόδε ἐποίησε τὸ σημεῖον, σὺ τί ποιεῖς; νομίζοντες πλήττειν αὐτόν· ἀλλὰ τέως αὐτῷ μετὰ πολλῆς διαλέγονται τῆς τιμῆς, προσδοκίᾳ τῆς τροφῆς. Ἄλλως δὲ οὔτε τοῦτο λέγουσιν [d], ὅτι ὁ Θεὸς τόδε ἐποίησε· Σὺ τί ποιεῖς; ἵνα μὴ δόξωσιν αὐτὸν ἐξισοῦν τῷ Θεῷ· οὔτε Μωϋσέα παράγουσιν, ἵνα μὴ δόξωσιν αὐτὸν ταπεινοῦν· ἀλλὰ μέσον αὐτὸ τεθείκασι, λέγοντες· *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Καὶ ἐνῆν μὲν εἰπεῖν, ὅτι Μωϋσέως μείζονα ἐθαυματούργησα νῦν, οὐ ῥάβδου δεηθείς, οὐκ εὐχῆς χρείαν ἐσχηκώς, ἀλλὰ πάντα ποιήσας ἀπ' ἐμαυτοῦ· εἰ δὲ καὶ τοῦ μάννα μέμνησθε, ἰδοὺ καὶ ἄρτον ὑμῖν παρέσχον. Ἀλλ' οὐκ ἦν ὁ καιρὸς τούτων τῶν λόγων νῦν, ἀλλ' ἓν ἦν τὸ σπουδαζόμενον, ἐπὶ τὴν πνευματικὴν αὐτοὺς ἀγαγεῖν τροφήν. Καὶ ὅρα τὴν ἄπειρον σύνεσιν, πῶς ἀποκρίνεται· *Οὐ Μωϋσῆς ἔδωκεν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸν ἀληθινόν.* Τί δήποτε [263] οὖν οὐκ εἶπεν, Οὐχ ὁ Μωϋσῆς δέδωκεν, ἀλλ' ἐγώ· ἀλλ' ἀντὶ μὲν Μωϋσέως τὸν Θεὸν, ἀντὶ δὲ τοῦ μάννα ἑαυτὸν τέθεικεν; Ὅτι πολλὴ ἦν τῶν ἀκουόντων ἡ ἀσθένεια· καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς. Καὶ γὰρ καὶ οὕτως εἰρηκὼς, οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς κατέσχε, καίτοι γε ἀρχόμενος ἔλεγε, *Ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.* Καὶ ὅτι ταῦτα ζητοῦσι, καὶ διὰ τῶν ἑξῆς αὐτοὺς διωρθώσατο, καὶ οὐδὲ οὕτως ἀφίστανται. Ἀλλ' οὐχ ὅτε τῇ Σαμαρείτιδι ὑπισχνεῖτο δώσειν τὸ ὕδωρ, ἐμνημόνευσε τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὕτω πως εἶπεν· *Εἰ ᾔδεις τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἂν σοι ὕδωρ ζῶν·* καὶ πάλιν, *Τὸ ὕδωρ ὃ ἐγὼ δώσω·* καὶ οὐ παραπέμπει πρὸς τὸν Πατέρα. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ Πατρὸς μέμνηται, ἵνα μάθῃς πόση μὲν τῆς Σαμαρείτιδος ἡ πίστις, πόση δὲ τῶν Ἰουδαίων ἡ ἀσθένεια. Οὐκ ἄρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦν τὸ μάννα· πῶς οὖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγεται; Ὥσπερ *Πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ,* φησὶν ἡ Γραφή· καὶ πάλιν, *Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ Κύριος.* Ἄρτον δὲ ἀληθινὸν καλεῖ ἐκεῖνον, οὐκ ἐπειδὴ ψευδὲς ἦν τὸ θαῦμα τὸ ἐπὶ τοῦ μάννα, ἀλλ' ὅτι τύπος ἦν, οὐκ αὐτοαλήθεια. Μνησθεὶς δὲ Μωϋσέως, οὐχ ἑαυτὸν ἀντέθηκεν ἐκείνῳ· οὕτω γὰρ αὐτὸν προετίμων Μωϋσέως, ἀλλ' ἔτι περὶ ἐκείνου μείζονα δόξαν εἶχον. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, *Οὐ Μωϋσῆς δέδωκεν,* οὐκ ἐπήγαγεν, ὅτι Ἐγὼ δίδωμι, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τὸν Πατέρα φησὶ διδόναι. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, λέγουσι πάλιν, *Δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον φαγεῖν.* Ἔτι γὰρ αἰσθητόν τι πρᾶγμα ἐνόμιζον εἶναι, ἔτι γαστρὸς ἀπολαύειν προσεδόκων· διὸ καὶ ταχέως προσέδραμον. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἀνάγων [e] αὐτοὺς κατὰ μικρὸν, ἐπάγει. *Ὁ ἄρτος τοῦ Θεοῦ ἐστιν ὁ καταβαίνων ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ·* οὐκ Ἰουδαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, φησί. Διὸ καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς τροφὴν, ἀλλὰ ζωὴν ἑτέραν τινὰ καὶ ἐνηλλαγμένην [f], ὥστε δηλῶσαι, ἐπειδὴ ἅπαντες ἦσαν νενεκρωμένοι. Οἱ δὲ ἔτι κάτω νεύουσι καὶ λέγουσι· *Δὸς ὑμῖν τὸν ἄρτον τοῦτον.* Ἐλέγχων δὲ αὐτοὺς, ὅτι ἕως μὲν αἰσθητὴν ὑπώπτευον εἶναι τὴν τράπεζαν, ἐπέτρεχον· ὅταν δὲ ἔμαθον, ὅτι πνευματική τίς ἐστιν, οὐκ ἔτι, λέγει πάλιν· *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσει· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσει πώποτε.* Ἀλλ' *εἶπον ὑμῖν, ὅτι καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετέ μοι.*

β'. Οὕτω καὶ Ἰωάννης φθέγγεται· ἄνωθεν προλαβών· *Ὃ οἶδε λαλεῖ, καὶ ὃ ἑώρακε μαρτυρεῖ, καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ οὐδεὶς λαμβάνει.* Καὶ πάλιν ὁ Χριστός· *Ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε* [g]. Τοῦτο δὲ ποιεῖ, προλαμβάνων αὐτοὺς, καὶ

[a] **Morel.** κεχηνότες ὅλοι τῶν βιωτ. [b] Τὸ προσιστάμενον αὐτοῖς, quod grave illis erat. Videsis notam interpretationi Latinæ subjectam. Edit. [b] Savil. ὄντος αὐτοῖς ἐν χερσὶν ἔτι. [c] Savil. ὑμῖν; οὐκέτι ἡ ψυχὴ ὑμῶν κατάξηρος. [d] Savil. φησὶ· οὔτε οὖν τοῦτο λέγουσιν.

[e] Savil. ἐνάγων, Morel. ἀνάγων, melius, ni fallor. [f] Sic Morel. Savil. paulum variat in dictione. [g] Savil. μαρτυροῦμεν, καὶ οὐ πιστεύετέ μοι, et sic Mss. non pauci. Ant cum Morel. et cum Evangelio ejus consentiunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δεικνὺς ὅτι οὐ ταράττει τὸ πρᾶγμα αὐτὸν, οὐδὲ δόξης ἐφίεται, οὐδὲ ἀγνοεῖ τὰ ἀπόῤῥητα τῆς διανοίας αὐτῶν, οὔτε τὰ παρόντα, οὔτε τὰ μέλλοντα. *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.* Μέλλει λοιπὸν εἰς τὴν τῶν μυστηρίων ἐμβαλεῖν παράδοσιν. Καὶ πρῶτον περὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ [264] διαλέγεται λέγων. *Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς.* Οὐδὲ γὰρ περὶ τοῦ σώματος τοῦτο εἴρηται (περὶ γὰρ ἐκείνου πρὸς τῷ τέλει λέγει· *Καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστίν*)· ἀλλὰ τέως περὶ τῆς θεότητος. Καὶ γὰρ ἐκείνη διὰ τὸν Θεὸν Λόγον ἄρτος ἐστίν· ὥσπερ οὖν καὶ οὗτος ὁ ἄρτος διὰ τὸ ἐπιφοιτῶν αὐτῷ Πνεῦμα ἄρτος οὐράνιος γίνεται. Ἐνταῦθα δὲ οὐ κέχρηται μάρτυσι, καθάπερ ἐπὶ τῆς προτέρας δημηγορίας· εἶχε γὰρ αὐτὸ μαρτυροῦν τὸ ἔργον τῶν ἄρτων, καὶ τέως ὑποκρινομένους αὐτῷ πείθεσθαι. Ἐκεῖ δὲ ἀντέλεγον καὶ ἐνεκάλουν· διὰ τοῦτο ἐνταῦθα καὶ ἀποφαίνεται. Οἱ δὲ ἐπειδὴ προσεδόκων ἐστιάσεως ἀπολαύσεσθαι σαρκικῆς, μένουσι, καὶ οὐ ταράττονται, ἕως[a] ὅτε μετὰ ταῦτα ἀπέγνωσαν τῆς ἐλπίδος. Πλὴν οὐδὲ οὕτως ἐσίγησεν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ πολλὰ ἐντρεπτικὰ λέγει. Οἱ δὲ, ἡνίκα ἤσθιον, προφήτην αὐτὸν λέγοντες, ἐνταῦθα σκανδαλίζονται, καὶ τοῦ τέκτονος καλοῦσι υἱόν· ἀλλ' οὐχ ὅτε τοὺς ἄρτους ἤσθιον, ἀλλ', *Οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης*, ἔλεγον, καὶ ἤθελον αὐτὸν ποιῆσαι βασιλέα. Ἐδόκουν μὲν οὖν ἀγανακτεῖν, ἐπὶ τῷ λέγειν αὐτὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι· τὸ δὲ ἀληθὲς, οὐ τοῦτο ἦν τὸ ποιοῦν τὴν ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ τὸ μὴ προσδοκᾷν ἀπολαύσεσθαι τραπέζης σωματικῆς. Ἐπεὶ εἰ ὄντως ἠγανάκτουν, ἐχρῆν ἐρωτᾷν καὶ πυνθάνεσθαι, πῶς ἄρτος ζωῆς ἐστι, πῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκε· νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐ ποιοῦσι, γογγύζουσι δέ. Καὶ ὅτι οὐ τοῦτο αὐτοὺς ἐσκανδάλιζε, δῆλον ἐκεῖθεν. Εἰπόντος γὰρ ὅτι *Ὁ Πατήρ μου δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον*, οὐκ εἶπον, Παρακάλεσον ἵνα δῷ· ἀλλὰ τί; *Δὸς ἡμῖν τὸν ἄρτον.* Καίτοι οὐκ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ δίδωμι, ἀλλ', ὅτι *Ὁ Πατήρ μου δίδωσιν.* Οἱ δὲ ἐπιθυμίᾳ τῆς τροφῆς καὶ αὐτὸν ἀξιόπιστον εἶναι ἐνόμισαν πρὸς τὴν χορηγίαν. Οἱ τοίνυν ἀξιόπιστον εἶναι νομίσαντες πρὸς τὸ δοῦναι, πῶς ἔμελλον μετὰ ταῦτα σκανδαλίζεσθαι, καὶ ταῦτα ἀκούσαντες ὅτι *Ὁ Πατὴρ δίδωσι*; Τί οὖν ἐστι τὸ αἴτιον; Ἐπειδὴ ἤκουσαν ὅτι φαγεῖν οὐκ ἔνι, πάλιν ἠπίστησαν, καὶ προβάλλονται δῆθεν τῆς ἀπιστίας προκάλυμμα τὸ ὑψηλὸν εἶναι τὸν λόγον. Διὰ τοῦτό φησι, *Καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετε*· τούτῳ μὲν τὰ σημεῖα αἰνιττόμενος, τούτῳ δὲ τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν μαρτυρίαν. *Ἐκεῖναι γάρ εἰσι*, φησὶν, *αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ*· καὶ, *Ὅτι ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με*· καὶ, *Πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀλλήλων*[b] *λαμβάνοντες; Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει, καὶ τὸν ἐρχόμενον πρός με, οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω.* Ὅρα πῶς πάντα ποιεῖ διὰ τοὺς σωζομένους. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐπήγαγεν, ἵνα μὴ δόξῃ περιεργάζεσθαι, καὶ εἰκῇ ταῦτα λέγειν. Τί δέ ἐστιν ὃ φησι; *Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει, καὶ ἀναστήσω αὐτὸν*[c] *τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.* Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως, ἧς καὶ ἀσεβεῖς μετέχουσιν, ὡς ἐξαιρέτου δώρου μέμνηται τῶν πιστευόντων εἰς αὐτόν; Ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἀναστάσεως μέμνηται, ἀλλὰ τῆς τοιᾶσδε ἀναστάσεως. Πρότερον γὰρ εἰπὼν, *Οὐ μὴ ἐκβάλω αὐτὸν*, καὶ, *Οὐ μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ*, τότε εἶπε τὴν [265] ἀνάστασιν. Ἐν γὰρ τῇ ἀναστάσει οἱ μὲν ἐκβάλλονται, ὡς ἔστι μαθεῖν ἐκ τοῦ, *Ἄρατε*[d] *αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον*· οἱ δὲ ἀπόλλυνται, ὡς καὶ αὐτὸ δείκνυται ἐκ τοῦ, *Φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἐν γεέννῃ ἀπολέσαι.* Ὥστε τὸ, *Ζωὴν αἰώνιον δίδωμι*, τοῦτο δηλοῖ· *Ἐκπορεύσονται γὰρ οἱ μὲν τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως, οἱ δὲ τὰ ἀγαθὰ, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς.* Ταύτην τοίνυν τὴν ἀνάστασιν ἐδήλωσεν ἐνταῦθα τὴν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς. Τί δὲ βούλεται δεῖξαι διὰ τοῦ λέγειν, *Πᾶν ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, πρὸς ἐμὲ ἥξει*; Καθάπτεται τῆς ἀπιστίας αὐτῶν, καὶ δείκνυσιν ὅτι ὁ μὴ πιστεύων αὐτῷ, τὸ θέλημα παραβαίνει τοῦ Πατρός. Καὶ οὕτω μὲν αὐτὸ γυμνῶς οὐ φησὶν, ὑφειμένως δέ· καὶ πανταχοῦ τοῦτο ποιοῦντα δῦσαι αὐτὸν, θέλοντα δεῖξαι καὶ τῷ Πατρὶ προσκεκρουκότας τοὺς ἀπιστοῦντας, οὐκ αὐτῷ μόνῳ. Εἰ γὰρ θέλημα αὐτοῦ τοῦτό ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα σώσῃ πάντα τὸν κόσμον[e], οἱ μὴ πιστεύοντες, τὸ θέλημα αὐτοῦ παραβαίνουσιν. Ὅταν οὖν, φησὶν, ὁ Πατὴρ ὁδηγῇ τινα, οὐδέν ἐστι τὸ κωλύον αὐτὸν ἐλθεῖν πρός με. Τοῦτο καὶ προῖὼν λέγει, *Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ἑλκύσῃ αὐτόν.* Ὁ δὲ Παῦλος εἶπεν, ὅτι αὐτὸς παραδίδωσιν αὐτοὺς τῷ Πατρί· *Ὅταν γὰρ παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί.* Ὥσπερ οὖν καὶ διδοὺς ὁ Πατὴρ, οὐκ ἀποστερῶν ἑαυτὸν πρότερον τοῦτο ποιεῖ· οὕτω καὶ παραδιδοὺς ὁ Υἱὸς, οὐκ ἐκβάλλων ἑαυτὸν τοῦτο ποιεῖ. Λέγεται δὲ παραδιδόναι, ὅτι δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν.

γ'. Τὸ δὲ, *Δι' οὗ*, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς εἴρηται, ὥσπερ ὅταν λέγῃ· *Δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*· τουτέστι, διὰ τοῦ θελήματος τοῦ Πατρός· καὶ πάλιν, *Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι.* Ὁ δὲ αἰνίττεται ἐνταῦθα, μονονουχὶ τοῦτό ἐστιν· Οὐ τὸ τυχὸν πρᾶγμα ἡ πίστις ἡ εἰς ἐμὲ, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν δεῖται ῥοπῆς. Καὶ τοῦτο δι' ὅλου κατασκευάζει τοῦ λόγου, δεικνὺς ὅτι ψυχῆς γενναίας τινὸς ὄντως καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐφελκομένης[f] αὕτη δεῖται ἡ πίστις. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τίς· Εἰ πᾶν ὃ δίδωσιν ὁ Πατὴρ, ἔρχεται πρὸς σὲ, καὶ οὓς ἂν ἑλκύσῃ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς σὲ, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἄνωθεν, πάσης αἰτίας εἰσὶν καὶ ἐγκλημάτων ἀπηλλαγμένοι οἷς οὐ δίδωσιν ὁ Πατήρ. Λόγοι ταῦτα ψιλοὶ καὶ πρόφασις· Δεόμεθα γὰρ καὶ τῆς οἴκοθεν προαιρέσεως· τὸ γὰρ διδάσκεσθαι, προαιρέσεώς ἐστι, καὶ τὸ πιστεύειν. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει διὰ τοῦ, *Ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ*, ἀλλ' ἢ ὅτι Οὐ τὸ τυχὸν πρᾶγμά ἐστι τὸ πιστεῦσαι εἰς ἐμὲ, οὐδὲ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄνωθεν ἀποκαλύψεως δεῖ, καὶ ψυχῆς εὐγνωμόνως δεχομένης τὴν ἀποκάλυψιν. Καὶ τὸ, *Ὁ ἐρχόμενος δὲ πρός με, σωθήσεται*, τοῦτο δηλοῖ· Ἐπιμελείας ἀπολαύσεται πολλῆς. Ὑπὲρ γὰρ τούτων καὶ παρεγενόμην, φησὶ, καὶ σάρκα ἀνέλαβον, καὶ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ὑπῆλθον. Εἶτα ἐπήγαγε, *Κατέβην, οὐχ ἵνα τὸ ἐμὸν* [266] *θέλημα ποιῶ, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με.* Τί λέγεις; ἕτερον γὰρ τὸ σὸν[g], καὶ ἕτερον τὸ ἐκείνου; Ἵνα οὖν μὴ τοῦτό τις ὑποπτεύσῃ, τῇ ἐπαγωγῇ θεραπεύει αὐτὸ, λέγων· *Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.* Τοῦτο οὖν οὐκ ἔστι σὸν θέλημα; Καὶ πῶς οὖν ἀλλαχοῦ λέγεις· *Πῦρ ἦλθον*

[a] Savil. σαρκικῆς. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐταράττοντο, ἕως. [b] Savil. παρὰ ἀνθρώπων. [c] Αὐτὸ Savil. Codd. τοῦ et Bibl.

[d] Ita Morel.; Savil. ἐκβάλλονται· Ἄρατε. [e] Savil. τὸ ἀνθρώπων. [f] Savil. τινὸς καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐφελκ. [g] Hæc per interrogationem dicuntur : quapropter γάρ supervacaneum esse videtur, sed in omnibus habetur exemplaribus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quitur, et quod vidit testificatur, et testimonium ejus nemo accipit. Et rursus Christus : *Quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum non accipitis* [1]. Illudque agit, ut præmoneat illos, et ostendat, se non illa re turbari, neque gloriam quærere, vel ignorare secreta mentis eorum, sive præsentia, sive futura. *Ego sum panis vitæ.* Jam in mysteriorum traditionem venturus est. Et primo de divinitate sua disputat dicens, *Ego sum panis vitæ.* Neque enim hoc de corpore dictum est (de illo in fine loquitur : *Et panis quem ego dabo, caro mea est*); sed adhuc de divinitate agit. Etenim ille propter Deum Verbum panis est, quemadmodum hic propter advenientem Spiritum panis cælestis efficitur. Hic porro non utitur testibus, ut in superiori concione : eo quod haberet testimonium panum, et illi adhuc se credere simularent. Illic vero contradicebant, et arguebant ; ideoque hic sententiam profert. Illi spe carnalis cibi manent, neque turbantur, donec postea spe lapsi sunt. Verum neque sic etiam Christus tacuit, sed redarguit et increpat. Illi vero qui, dum comederent, prophetam illum vocarant, hic jam offenduntur, et fabri filium vocant. Non sic vero cum panes manducarent, sed dicebant, *Hic est ille propheta*, ipsumque regem constituere volebant. Indignari porro videbantur, cum diceret se de cælo descendisse ; sed non hæc vera erat indignationis causa, sed quod non ultra sperarent se mensa corporea fruituros esse. Nam si vere indignabantur, quærendum erat quomodo panis vitæ esset, quomodo de cælo descendisset : nunc porro non id faciunt, sed murmurant. Quod autem non illa de causa offenderentur, hinc palam est, quod dicente Jesu, *Pater meus dat vobis panem*, non dixerint, Roga, ut det ; sed quid ? *Da nobis panem.* Atqui non dixerat, Ego do ; sed, *Pater meus dat.* Illi vero ex cibi cupiditate, illum dare cibum posse arbitrabantur. Qui vero ita credebant, quo pacto offendi debuerunt, cum dicentem audirent, Patrem esse qui daret ? Quæ igitur causa est ? Cum audirent non ultra comedendum esse, jam non credunt, et incredulitatis causam obtendunt, quod sublimiora loqueretur. Ideoque ait, *Et vidistis me, et non creditis ;* tum signa, tum Scripturarum testimonium subindicans. *Illæ enim sunt,* inquit, *quæ testimonium perhibent de me ;* et, *Quod veni in nomine Patris mei, et non accipitis me ;* et, *Quomodo potestis credere, qui ab invicem gloriam accipitis ?* 37. *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, et eum qui venit ad me, non ejiciam foras.* Vide quomodo nihil non agat ad hominum salutem ? Ideo autem hoc addidit, ne curiosius agere, et temere loqui videretur. Quid autem dicit ? *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet, et resuscitabo eum in novissimo die.* Cur resurrectionem, cujus et impii consortes erunt, commemorat ut donum credentibus in se concessum ? Quia non resurrectionem simpliciter, sed hanc peculiariter resurrectionem intelligit ; nam cum prius dixisset, *Non ejiciam eum*, et, *Non perdam de eo,* tunc subdit resurrectionem. Nam in resurrectione alii ejiciuntur, ut ait : *Tollite eum, et mittite in tenebras exteriores* (*Matth.* 22. 13) : alii pereunt, ut his significatur, *Timete potius eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* (*Luc.* 12. 5). Itaque illud, *Vitam æternam do*, hoc significat : *Ibunt ii qui mala fecerunt in resurrectionem judicii ; qui autem bona egerunt, in resurrectionem vitæ* (*Joan.* 5. 29). Hanc resurrectionem hic indicat, quæ est bonorum. Quid porro sibi vult cum ait ; *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet ?* Illorum incredulitatem perstringit, ostenditque eum qui non credit in ipsum, Patris voluntatem transgredi. Quod tamen ille non aperte dicit, sed subindicat : quod ubique facere deprehenditur, ut ostendat non se solum, sed Patrem etiam suum offendere eos qui non credunt. Nam si hæc ejus voluntas est, et si ideo venit in mundum, ut salvum faceret universum orbem [1], qui non credunt, ejus voluntatem transgrediuntur. Cum ergo Pater aliquem dirigit, inquit, nihil prohibet eum ad me venire. Deinde pergit, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum.* Paulus vero dixit, Ipse tradit eos Patri : *Cum enim tradiderit regnum Deo et Patri* (1. *Cor.* 15. 24). Quemadmodum ergo Pater cum dat, non se privat eo quod dat : sic et Filius cum tradidit, nullo sese fraudavit. Dicitur autem tradere, quia per eum accessum habuimus.'

3. *Fides in Christum gratia opus habet.* — Illud vero, *Per quem*, de Patre quoque dicitur, ut hoc loco, *Per quem vocati estis in communicationem Filii ejus* (1. *Cor.* 1. 9) ; id est, per voluntatem Patris ; ac rursum, *Beatus es, Simon Bar Jona, quia caro et sanguis non revelavit tibi* (*Matth.* 16. 17). Hoc loco hæc fere subindicat : Fides in me non parva res est, sed superna gratia opus habet. Et hoc ubique statuit, ostendens generosam animam, a Deo attractam, opus habere fide. Sed dicet fortasse quispiam : Si omne quod dat Pater, venit ad te, si illi item quos ille trahit, et si nemo potest ad te venire, nisi ipsi datum fuerit desuper ; ii quibus non id dat Pater, omni sunt crimine liberi. Hæc verba sunt et obtentus. Nam nostra quoque opus est voluntate : doceri quippe et credere ex voluntate est. Hic vero nihil aliud declarat his verbis, *Quod dat mihi Pater*, quam, Non vulgaris res est in me credere, neque id ex humano ratiocinio pendet, sed opus est superna revelatione, et pia anima quæ revelationem recipiat. Et illud, *Qui venit ad me salvus erit*, hoc sibi vult : Magna fruetur providentia. Pro his enim veni, et carnem servique formam accepi. Deinde subdit, 38. *Descendi, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* Quid dicis ? aliane est tua, alia illius ? Ne quis ergo id suspicetur, hanc deinde amovet suspicionem, dicens : 40. *Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam æternam.* Annon hæc est voluntas tua ? cur ergo alibi

[1] Savil. habet.... *testamur, et non creditis mihi.* Alii cum Morel. et cum Evangelio cuso consentiunt.

[1] Savil. pro, *universum orbem*, legit, *omnem hominem.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dicis, *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur* (*Luc.* 12. 49)? Quod si tu hoc vis, palam est unam esse voluntatem : nam alibi quoque dicit : *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat.* Quæ est ergo voluntas Patris? annon ut ne pereat ex eis quisquam? Hoc et tu vis. Non est ergo alia hæc, alia illa voluntas. Sic et alibi quoque æqualitatem cum Patre firmius statuit, cum dicit : *Ego et Pater veniemus, et mansionem apud eum faciemus* (*Joan.* 14. 23). Hoc est : Non aliud facturus veni, quam illud quod Pater vult; nec aliam quam Patris voluntatem habeo. Omnia enim quæ Patris sunt, mea sunt, et quæ mea sunt, illius sunt (*Ibid.* 17. 10). Si igitur Patris et Filii communia omnia, jure ait : *Non ut faciam voluntatem meam.* Verum hic non ita loquitur, sed illud ad finem remittit. Nam sublimia, ut dixi, adhuc celat, et velut sub umbra tegit, ut ostendat, quod si dixisset, Hæc est voluntas mea, contempsissent illi. Ait ergo se illius voluntati cooperari, ut magis illos terreat, ac si diceret : Quid putatis? an quod non credendo me irritetis? Patrem meum ad iracundiam concitatis. *Hæc est enim voluntas ejus qui misit me, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo.* Hic ostendit se non eorum cultu indigere, neque ad usus vel honores suos, sed ad illorum salutem venisse; quod etiam in superiore concione dixit, *Gloriam ab hominibus non accipio;* et iterum, *Hæc dico, ut vos salvi sitis.* Semper enim et ubique hoc ostendere satagit, se illorum salutis causa venisse. Dicit autem se Patri gloriam parare, ut nulli sit suspicioni obnoxius. Quod autem ideo sic loquutus sit, in sequentibus ostendit : *Qui voluntatem suam quærit*, inquit, *gloriam propriam quærit; qui autem quærit gloriam ejus qui misit illum hic verax est, et injustitia in illo non est. Hæc est autem voluntas Patris, ut omnis qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die* (*Joan.* 7. 18). Cur tam frequenter resurrectionem memorat? Ne præsentibus solum in rebus Dei providentiam statuant : ut si hic bonis non fruantur, ne ideo segniores sint, sed futura sperent; et si in præsenti non puniantur, ne ipsum contemnant, sed aliam exspectent vitam.

4. Verum si illi nihil lucrati sunt, nos lucrari studeamus, de resurrectione sæpe loquentes. Si ditescendi, rapiendi, aut pravum quid faciendi voluntas subeat, statim diem illam cogitemus, et tribunal illud nobis describamus; hæcque cogitatio efficacius, quam frenum quodlibet, animi nostri impetum coercebit. Et aliis et nobis semper dicamus : Resurrectio est, et terribile tribunal nos manet. Si quempiam lætum et de præsentibus bonis tumentem videamus, idipsum dicamus, declarantes omnia hic esse mansura; sin alium dolentem ærumnisque pressum videamus, idipsum illi repræsentemus, nempe hæc tristia finem habitura esse; sin supinum et effusum, idipsum illi accinamus, ipsum nempe segnitiei suæ pœnas daturum. Hoc dictum plus quam medicina quævis animam nostram curabit. Est enim resurrectio, et resurrectio in januis est, non procul posita. *Adhuc enim modicum*, inquit Paulus, *qui venturus est veniet, et non tardabit* (*Hebr.* 10. 37); et rursum, *Omnes oportet nos manifestari ante tribunal Christi* (2. *Cor.* 5. 10); id est, et malos et bonos; illos, ut coram omnibus ignominia afficiantur; hos, ut coram omnibus splendidiores evadant. Quemadmodum enim judices hic malos palam puniunt, bonos publice afficiunt honore : sic et illic fiet; ita ut illis pudor major, bis gloria illustrior appareat. Hæc itaque nobis singulis diebus præscribamus. Hæc si semper versemus, nulla rerum præsentium et fluxarum [1] nos occupare poterit. Nam quæ videntur temporanea, quæ non videntur æterna sunt. Hæc ergo frequenter nobis ipsis et mutuo dicamus : Resurrectio est, et judicium; et operum reddenda ratio. Quotquot putant esse fatum, hoc dicant, et mox hujus morbi labe liberabuntur. Nam si resurrectio est et judicium, non est fatum, quantumvis ipsi contendant. Verum pudet me Christianos docere resurrectionem. Nam qui docendus est esse resurrectionem, nec persuasum habet nullam esse necessitatem, nec res casu ac temere ferri, is certe non est Christianus. Ideo, quæso et obsecro, ab omnibus nos malis purgemus, nihilque non agamus ut consequamur veniam excusationemque in illo die. Sed forte dicet quispiam : Quandonam consummatio, quando resurrectio erit? quantum temporis effluxit, et nihil horum contigit? Sed erit, credite. Nam ante diluvium hoc dicebant, et deridebant Noe : sed venit diluvium, et hos omnes non credentes absorbuit, ille solus credens servatus est. Et tempore Loti divinitus immissam illam plagam non exspectabant, donec ignes et immissa fulmina omnes consumpserunt. Neque tunc autem, neque tempore Noe fuit aliquis futurorum index prævius; sed omnibus convivantibus, ebrietati indulgentibus, intolerabilia illa mala irruerunt. Sic erit resurrectio : nihil eam prænuntiabit, sed hominibus lætantibus et rebus prosperis, superveniet. Ideo ait Paulus : *Cum enim dicent pacem et securitatem, tunc repentinus ipsis superveniet interitus : sicut et dolor in utero habenti, et non effugient* (1. *Thess.* 5. 3) Illud autem ideo ita providit Deus, ut semper simus expediti ad cavendum nobis, nec vel in ipsa securitate fidamus.

Probatur et resurrectionem et judicium esse futura. — Quid dicis? non exspectas resurrectionem et judicium? hæc dæmones confitentur, et tu non confiteris [2]? *Venisti huc*, inquiunt, *ante tempus torquere nos* (*Matth.* 8. 29). Qui vero cruciatum futurum dicunt, illi et judicium, et rationes reddendas, et supplicia norunt. Ne itaque Deum provocemus, dum stulta audemus, et resurrectioni non credimus. Sicut enim in aliis nobis principium fuit Christus, ita et in hoc quoque. Nam ideo primogenitus mortuorum dicitur (*Col.* 1. 18). Quod si resurrectio non esset, quomodo

[1] Ita Morel. In Savil. autem legitur, *nulla rerum præsentium cura.*

[2] Savil. habet, *et tu non erubescis?*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ τί ἤθελον, εἰ ἤδη ἀνῆφθη; Εἰ δὲ καὶ σὺ τοῦτο θέλεις, εὔδηλον ὅτι ἓν θέλημα· καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· *Ὥσπερ* [a] *ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ.* Τί οὖν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός; ἆρ' οὐχ ἵνα μὴ ἀπόληται ἐξ αὐτῶν μηδὲ εἷς; Τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς θέλεις. Οὐ τοίνυν ἕτερον μὲν ἐκεῖνο, ἕτερον δὲ τοῦτο. Οὕτω καὶ ἀλλαχοῦ φαίνεται τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἴσον ἔτι βεβαιότερον παριστῶν τῷ λέγειν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.* Ὃ οὖν λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐκ ἄλλο τι πράξων ἦλθον, ἢ τοῦτο ὅπερ καὶ ὁ Πατὴρ βούλεται· οὐκ ἰδιόν τι ἐμὸν παρὰ τὸ τοῦ Πατρὸς ἔχων θέλημα· πάντα γὰρ τὰ τοῦ Πατρὸς ἐμά ἐστι, καὶ τὰ ἐμὰ ἐκείνου. Εἰ τοίνυν κοινὰ τὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, εἰκότως φησίν· *Οὐχ ἵνα τὸ ἐμὸν θέλημα ποιῶ.* Ἀλλ' οὕτω μὲν ἐνταῦθα οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ πρὸς τῷ τέλει τοῦτο τηρεῖ. Τὰ γὰρ ὑψηλὰ, ὅπερ ἔφην, τέως ἐγκρύπτει, καὶ συσκιάζει, καὶ βούλεται δεῖξαι ὅτι εἰ εἶπεν, ὅτι Τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν τοῦτό ἐστι, κατεφρόνησαν ἄν. Λέγει τοίνυν, ὅτι Καὶ ἐγὼ ἐκείνῳ συμπράττω τῷ θελήματι, βουλόμενος αὐτοὺς μᾶλλον πλῆξαι, ὡσανεὶ ἔλεγε· Τί νομίζετε; ὅτι ἐμὲ παροργίζετε ἀπιστοῦντες; Τὸν Πατέρα μὲν οὖν τὸν ἐμὸν παροξύνετε· *Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ.* Δείκνυσιν ἐνταῦθα οὐκ αὐτὸν δεόμενον τῆς αὐτῶν θεραπείας, οὐδὲ δι' οἰκείαν χρείαν παραγενόμενον [b], ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκείνων σωτηρίαν, οὐ διὰ τὴν παρ' αὐτῶν τιμήν. Ὅπερ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ δημηγορίᾳ φησὶν, ὅτι *Δόξαν παρὰ ἀνθρώπων οὐ λαμβάνω·* καὶ πάλιν· *Ταῦτα λέγω, ἵνα ὑμεῖς σωθῆτε.* Ἄνω γὰρ καὶ κάτω τοῦτο σπουδάζει δεῖξαι [c], ὅτι διὰ τὴν ἐκείνων σωτηρίαν παρεγένετο. Λέγει δὲ καὶ τῷ Πατρὶ δόξαν παρασκευάζειν, ὥστε ἀνύποπτος δόξαι. Καὶ ὅτι διὰ τοῦτο οὕτως εἶπε, διὰ τῶν ἑξῆς τοῦτο σαφέστερον ἀπεκάλυψεν. *Ὁ γὰρ ζητῶν,* φησὶ, *τὸ θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, τὴν δόξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ· ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαντος αὐτὸν, ἀληθής ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν, καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον, καὶ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.* Τί δήποτε συνεχῶς ἄνω καὶ κάτω στρέφει τὴν ἀνάστασιν; Ἵνα μὴ τοῖς παροῦσι πράγμασι κρίνωσι μόνον τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν· ἵνα κἂν ἐνταῦθα μὴ ἀπολαύωσι, μὴ διὰ τοῦτο ὑπτιώτεροι γένωνται, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα ἐλπίζωσι, καὶ ἵνα μὴ διὰ τὸ μὴ κολάζεσθαι πρὸς τὸ παρὸν, αὐτοῦ καταφρονῶσιν, ἀλλ' ἑτέραν προσδοκῶσι ζωήν.

δ'. [267] Ἀλλ' εἰ καὶ ἐκεῖνοι οὐδὲν ἐκέρδαναν, ἡμεῖς κερδᾶναι σπουδάσωμεν [d] ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ ἀναστάσεως διαλέγεσθαι. Κἂν πλεονεκτῆσαι βουληθῶμεν, κἂν ἁρπάσαι, κἂν ἄτοπόν τι πρᾶξαι, εὐθέως τὴν ἡμέραν ἐκείνην εἰς νοῦν λαμβάνωμεν, καὶ τὸ δικαστήριον ὑπογράφωμεν· καὶ παντὸς χαλινοῦ σφοδρότερον κεκθέξει τὴν ὁρμὴν τὴν ἄτοπον ὁ λογισμὸς οὗτος. Καὶ λέγωμεν πρὸς ἄλλους [e] τε ἀεὶ καὶ πρὸς ἑαυτούς· ἀνάστασίς ἐστι, καὶ δικαστήριον ἡμᾶς μένει φοβερόν. Κἂν ἴδωμέν τινα γαυρούμενον, καὶ ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς φλεγμαίνοντα, τὸ αὐτὸ ἐπιλέγωμεν, ἐμφαίνοντες ὅτι πάντα ἐνταῦθα μένει· κἂν ἕτερον ἀλγοῦντα ἴδωμεν καὶ ἀποδυσπετοῦντα, καὶ πρὸς ἐκεῖνον τὸ αὐτὸ φθεγγώμεθα, δηλοῦντες ὅτι τέλος ἕξει τὰ λυπηρά. Κἂν ῥᾳθυμοῦντα καὶ διακεχυμένον, τὸ αὐτὸ πάλιν ἐπᾴδωμεν, δηλοῦντες ὅτι ἀνάγκη, τῆς ῥᾳθυμίας εὐθύνας διδόναι. Ἱκανὸν τοῦτο τὸ ῥῆμα παντὸς φαρμάκου μᾶλλον τὴν ἡμετέραν θεραπεῦσαι ψυχήν. Καὶ γάρ ἐστιν ἀνάστασις, καὶ ἀνάστασις ἐπὶ θύραις, οὐ μακρὰν οὐδὲ πόρρω. *Ἔτι γὰρ μικρὸν,* φησὶ Παῦλος, *ὁ ἐρχόμενος* [f] *ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ·* καὶ πάλιν, *Πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ·* τουτέστι, καὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, ἵνα κἀκεῖνοι ἐπὶ πάντων αἰσχύνωνται, καὶ οὗτοι πάλιν ἐπὶ πάντων λαμπρότεροι γένωνται. Καθάπερ γὰρ οἱ ἐνταῦθα δικάζοντες καὶ πονηροὺς κολάζουσι, καὶ ἀγαθοὺς τιμῶσι δημοσίᾳ· οὕτω δὴ καὶ ἐκεῖ γίνεται· ὥστε τοῖς μὲν τὴν αἰσχύνην μείζω, τοῖς δὲ τὴν λαμπρότητα γενέσθαι περιφανεστέραν. Ταῦτα τοίνυν καθ' ἑκάστην ὑπογράφωμεν ἑαυτοῖς τὴν ἡμέραν. Ταῦτα ἂν ἀεὶ στρέφωμεν, οὐδὲν ἡμᾶς τῶν παρόντων καὶ ἐπικήρων κατασχεῖν δυνήσεται [g] πραγμάτων. *Τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια.* Συνεχῶς τοίνυν καὶ πρὸς ἑαυτοὺς φθεγγώμεθα, καὶ πρὸς ἀλλήλους [h]· Ἀνάστασίς ἐστι, καὶ κρίσις, καὶ εὐθῦναι τῶν πεπραγμένων. Καὶ ὅσοι νομίζουσιν εἱμαρμένην εἶναι, τοῦτο λεγέτωσαν, καὶ εὐθέως ἀπαλλαγήσονται τῆς σηπεδόνος τοῦ νοσήματος. Εἰ γὰρ ἀνάστασίς ἐστι καὶ κρίσις, οὐκ ἔστιν εἱμαρμένη, κἂν μυρία φιλονεικῶσι καὶ ἀποπνίγωνται. Ἀλλὰ γὰρ αἰσχύνομαι Χριστιανοὺς περὶ ἀναστάσεως διδάσκων. Ὁ γὰρ δεόμενος μαθεῖν ὅτι ἔστιν ἀνάστασις, καὶ μὴ σφόδρα πεπεικὼς ἑαυτὸν, ὅτι οὐκ ἀνάγκῃ, καὶ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε, τὰ πράγματα φέρεται, οὐκ ἂν εἴη Χριστιανός. Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ καὶ δέομαι, πάντων τῶν πονηρῶν ἑαυτοὺς ἐκκαθάρωμεν, καὶ πάντα πράξωμεν, ὥστε συγγνώμης τυχεῖν καὶ ἀπολογίας κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· Καὶ πότε συντέλεια; πότε δὲ ἀνάστασις ἔσται; ἰδοὺ πόσος γέγονε χρόνος, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον συνέβη; Ἀλλ' ἔσται, πιστεύσατε. Καὶ γὰρ οἱ πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ τοιαῦτα ἔλεγον, καὶ κατεγέλων τοῦ Νῶε· ἀλλ' ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ παρέσυρε τούτους [i] μὲν ἅπαντας ἀπιστοῦντας, ἐκεῖνον δὲ διέσωσε μόνον τὸν πιστεύσαντα. Καὶ οἱ ἐπὶ τοῦ Λὼτ οὐ προσεδόκων τὴν θείαλατον πληγὴν ἐκείνην, ἕως οἱ πρησῆρες ἐκεῖνοι, καὶ κεραυνοὶ, κατενεχθέντες [268] ἅπαντας ἠφάνισαν. Καὶ οὔτε ἐπὶ τούτων, οὔτε ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν Νῶε ἐγένετο προοίμιον τῶν μελλόντων συμβήσεσθαι· ἀλλὰ τρυφώντων, μεθυόντων, ἐμπαροινούντων ἁπάντων, οὕτως ἐκεῖνα γέγονε τὰ ἀφόρητα. Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις ἔσται, οὐ μετὰ προοιμίων τινῶν, ἀλλ' ἐν μέσαις ὄντων ἡμῶν εὐημερίαις. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλός φησιν· *Ὅταν δὲ λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσι.* Τοῦτο δὲ οὕτως ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς, ἵνα διὰ παντὸς ὦμεν ἐναγώνιοι, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἀσφαλείᾳ μὴ θαῤῥῶμεν.

Τί λέγεις; οὐ προσδοκᾷς τὴν ἀνάστασιν ἔσεσθαι καὶ κρίσιν; δαίμονες ὁμολογοῦσι ταῦτα, καὶ σὺ οὐχ ὁμολογεῖς [j]; *Ἦλθες* γάρ, φησὶν, *ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.* Οἱ δὲ βάσανον ἔσεσθαι λέγοντες, καὶ κρίσιν ἔσασι, καὶ εὐθύνας, καὶ τιμωρίας. Μὴ τοίνυν παροξύνωμεν τὸν Θεὸν πρὸς τὸ φαῦλα τολμᾶν, καὶ ἀπιστοῦντες τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις ἦρξεν ἡμῶν ὁ Χριστὸς, οὕτω καὶ ἐν τούτῳ. Καὶ γὰρ πρωτότοκος διὰ τοῦτο λέγεται ἐκ τῶν νεκρῶν.

[a] Sic Savil. Morel. vero πῶς δὲ καὶ ἐνταῦθα προεῖπε, ὅτι, Ὥσπερ. [b] Alii δι' οἰκείαν διακονίαν παραγ. [c] Δεῖξαι pro δεῖξαι Savil. Et mox idem εἶναι pro δόξαι. [d] Alii ἡμεῖς κερδάνωμεν. [e] Quidam πρὸς ἀλλήλους.

[f] Savil. μικρὸν ὅσον ὁ ἐρχόμενος. [g] Ita Morel. Savil. οὐδεμία φροντὶς τῶν παρόντων ἡμᾶς δάκνειν δυν. [h] Savil. πρὸς ἄλλους. [i] Alii καὶ κατέλαβε τούτους. [j] Savil. καὶ σὺ ἀναισχυντεῖς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εἰ δὲ μὴ ἀνάστασις ἦν, πῶς ἔμελλε πρωτότοκος ἔσεσθαι, μηδενὸς αὐτῷ τῶν[a] νεκρῶν ἑπομένου; Εἰ μὴ ἀνάστασις ἦν, ποῦ τοῦ Θεοῦ τὸ δίκαιον σωθήσεται, τοσούτων μὲν πονηρῶν εὐημερούντων, τοσούτων δὲ ἀγαθῶν θλιβομένων, καὶ ἐν τῇ θλίψει τὸν βίον καταλυόντων; Ποῦ γὰρ τὰ κατ' ἀξίαν ἕκαστος ἀπολήψεται τούτων, εἴ γε ἀνάστασις μὴ ἔστιν; Οὐδεὶς τῶν ὀρθῶς βεβιωκότων τῇ ἀναστάσει διαπιστεῖ, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην εὔχονται τὴν ἡμέραν, τὴν ῥῆσιν ἐκείνην τὴν ἁγίαν λέγοντες· *Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.* Τίνες οὖν εἰσιν οἱ τῇ ἀναστάσει διαπιστοῦντες; Οἱ βεβήλους ἔχοντες τὰς ὁδοὺς καὶ ἀκάθαρτον τὸν βίον, καθάπερ ὁ Προφήτης φησί· *Βεβηλοῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ· ἀνταναιρεῖται τὰ κρίματά σου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ.* Οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον βίον ἔχειν καθαρὸν, ἀναστάσει διαπιστοῦντα· ὡς οἵ γε μηδὲν συνειδότες ἑαυτοῖς πονηρὸν, καὶ λέγουσι, καὶ βούλονται, καὶ πιστεύουσιν ὥστε τὴν ἀνταπόδοσιν λαβεῖν. Μὴ τοίνυν αὐτὸν παροξύνωμεν, ἀλλ' ἀκούωμεν αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι *Φοβήθητε τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ·* ἵνα διὰ τοῦ φόβου γενώμεθα βελτίους, καὶ τῆς ἀπωλείας ταύτης ἀπαλλαγέντες, καταξιωθῶμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν τῷ προσκυνητῷ καὶ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. μηδενὸς ἐκ τῶν.

[269] ΟΜΙΛΙΑ ΜΓ'.

Ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ, ὅτι εἶπεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι;

α'. Ὅρα ὁ θεὸς ἡ κολία, *καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν*, γράφων Φιλιππησίοις ὁ Παῦλος περί τινων ἔλεγεν. Ὅτι δὲ καὶ Ἰουδαῖοι τοιοῦτοι, δῆλον[a] μὲν καὶ ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν, δῆλον δὲ καὶ ἀφ' ὧν τῷ Χριστῷ προσελθόντες διελέγοντο. Ὅτε μὲν γὰρ ἄρτον ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ τὴν γαστέρα ἐνέπλησε, καὶ προφήτην ἔλεγον εἶναι, καὶ βασιλέα ποιῆσαι ἐζήτουν· ὅτε δὲ αὐτοὺς ἐδίδασκε περὶ τῆς πνευματικῆς τροφῆς, περὶ ζωῆς αἰωνίου, ὅτε ἀπήγαγεν αὐτοὺς τῶν αἰσθητῶν, ὅτε περὶ ἀναστάσεως διελέγετο, καὶ ὑψηλοτέραν ἐποίει τὴν γνώμην· ὅτε μάλιστα θαυμάζειν αὐτὸν ἐχρῆν, τότε γογγύζουσι καὶ ἀποπηδῶσι. Καὶ μὴν, εἰ οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης, καθὼς ἔφθησαν[b] εἰπόντες· *Οὗτός ἐστι περὶ οὗ φησιν ὁ Μωϋσῆς, ὅτι Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε·* ἐχρῆν αὐτοὺς τούτου ἀκούειν λέγοντος, ὅτι *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα.* Ἀλλὰ οὐκ ἤκουον, ἀλλ' ἐγόγγυζον. Ἔτι γὰρ αὐτὸν ᾔδοῦντο διὰ τὸ νεαρὸν εἶναι τὸ τῶν ἄρτων σημεῖον. Διὰ τοῦτο φανερῶς μὲν οὐκ ἀντέλεγον, τῷ δὲ γογγύζειν ἐνέφαινον ὡς ἠγανάκτουν, ὅτι μὴ ἔδωκεν αὐτοῖς τράπεζαν ἥνπερ ἐβούλοντο. Καὶ γογγύζοντες ἔλεγον· *Οὐκ ἔστιν οὗτος ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ;* Ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐδὲ τὴν θαυμαστὴν αὐτοῦ καὶ παράδοξον οὐδέπω ᾔδεισαν γέννησιν. Διὰ τοῦτο γοῦν υἱὸν Ἰωσὴφ ἔτι λέγουσιν αὐτόν. Καὶ οὐκ ἐπιτιμᾷ, οὐδὲ λέγει αὐτοῖς· Οὐκ εἰμὶ υἱὸς Ἰωσήφ· οὐχ ὅτι υἱὸς Ἰωσὴφ ἦν, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδέπω ἠδύναντο τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον ἀκοῦσαι τόκον. Εἰ δὲ τὸν κατὰ σάρκα οὐκ ἠδύναντο σαφῶς ἀκοῦσαι, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἄῤῥητον τὸν ἄνω. Εἰ τὸ ταπεινὸν οὐκ ἀπεκάλυψε, πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖνα οὐκ ἂν ἐνεχείρησε. Καίτοι τοῦτο αὐτοὺς σφόδρα ἐσκανδάλιζε, τὸ ἐξ εὐτελοῦς εἶναι πατρὸς, καὶ τοῦ τυχόντος· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπεκάλυψεν, ἵνα μὴ, ἕτερον σκάνδαλον ἀναιρῶν, ἕτερον ποιήσῃ. Τί οὖν αὐτὸς, γογγυζόντων αὐτῶν, ἀποκρίνεται; *Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν.* Τούτῳ[c] ἐπιπηδῶσι Μανιχαῖοι λέγοντες, ὅτι οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν κεῖται· ὅπερ μάλιστα βεβαιοῖ κυρίους ὄντας τῆς γνώμης. Εἰ γάρ τις ἔρχεται πρὸς αὐτὸν, φησὶ, τί δεῖ τῆς ἕλξεως; Ὅθ καὶ αὐτὸ οὐ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἐμφαίνει ἡμᾶς βοηθείας δεομένους, ὅτι δείκνυσιν ἐνταῦθα, οὐ τὸν τυχόντα ἐρχόμενον, ἀλλὰ τὸν πολλῆς ἀπολαύοντα [270] συμμαχίας. Εἶτα δείκνυσι καὶ τὸν τρόπον καθ' ὃν ἕλκει. Ἵνα γὰρ μὴ πάλιν αἰσθητόν τι περὶ τὸν Θεὸν ὑποπτεύσωσιν, ἐπήγαγεν· *Οὐχ ὅτι τὸν Θεόν τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Πῶς οὖν ἕλκει, φησί; Τοῦτο ὁ προφήτης ἄνωθεν ἔδειξε, προαναφωνῶν καὶ λέγων· *Ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ.* Εἶδες τῆς πίστεως τὸ ἀξίωμα; Καὶ πῶς οὐ παρὰ ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ προεῖπεν ὅτι μέλλουσι[d] μανθάνειν; Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὸν λόγον ποιῶν ἀξιόπιστον, ἐπὶ τοὺς προφήτας αὐτοὺς παρέπεμψεν. Καὶ εἰ εἴρηται, φησὶν, ὅτι Ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ, πῶς τινες οὐ πιστεύουσιν; Ὅτι τὸ εἰρημένον περὶ τῶν πλειόνων εἰρημένον ἐστίν. Ἄλλως δὲ καὶ χωρὶς τούτου[e], οὐχ ἁπλῶς πάντας τὸ προφητικὸν, ἀλλὰ πάντας δηλοῖ τοὺς βουλομένους. Διδάσκαλος γὰρ προκάθηται πᾶσιν ἕτοιμος ὢν τὰ αὐτοῦ παρασχεῖν, εἰς πάντας ἐκχέων τὴν διδασκαλίαν τὴν ἑαυτοῦ. *Καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.* Οὐ μικρὸν ἐνταῦθα τοῦ Υἱοῦ τὸ ἀξίωμα, εἴ γε ὁ Πατὴρ προσάγει, καὶ οὗτος ἀνίστησιν· οὐχὶ διαιρούμενος πρὸς τὸν Πατέρα τὰ ἔργα· πῶς γάρ; ἀλλὰ δεικνὺς τὸ ἰσότιμον[f] τῆς δυνάμεως. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖ λέγων, *Καὶ ὁ πέμψας με Πατὴρ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ·* εἶτα ἵνα τινὲς μὴ φωνὴν περιεργάζωνται παρέπεμψεν αὐτοὺς ταῖς Γραφαῖς· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, μὴ τὸ αὐτὸ ὑποπτεύσωσι, παραπέμπει αὐτοὺς τοῖς προφήταις, τούτους συνεχῶς ἄνω καὶ κάτω στρέφων, δεικνὺς ἑαυτὸν οὐκ ἐναντίον ὄντα τῷ Πατρί. Τί δὲ οἱ πρὸ τούτου, φησίν; οὐχὶ διδακτοὶ ἦσαν ἄρα Θεοῦ; τί οὖν ἐνταῦθα τὸ ἐξαίρετον; Ὅτι τότε μὲν δι' ἀνθρώπων ἐμάνθανον τὰ τοῦ Θεοῦ· νῦν δὲ διὰ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Εἶτα ἐπάγει· *Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα τις ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ·* οὐ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον ἐνταῦθα τοῦτο λέγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τρόπον τῆς οὐσίας. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἔλεγε, πάντες παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐσμέν· ποῦ οὖν τὸ ἐξαίρετον τοῦ Υἱοῦ καὶ κεχωρισμένον; Τίνος δὲ ἕνεκεν τρανότερον αὐτὸ οὐ τέθεικε, φησί; Διὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν. Εἰ γὰρ εἰπόντος, *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα,* οὕτως ἐσκανδαλίσθησαν· τί οὐκ ἂν ἔπαθον, εἰ καὶ τοῦτο προσέθηκεν; Ἄρτον δὲ ζωῆς ἑαυτὸν καλεῖ, ὅτι τὴν ζωὴν ἡμῖν συγκροτεῖ καὶ ταύτην καὶ τὴν μέλλουσαν· διὸ καὶ

[a] Alii ὁ Παῦλος περὶ Ἰουδαίων διαλεγόμενος ἔλεγε, καὶ τοῦτο δῆλον. [b] Alii ἔφθητε. Ibid. Morel. οὗτος γὰρ ἦν. [c] Savil. τούτοις.

[d] Savil. τοῦ Θεοῦ μέλλουσι. [e] Savil. πλειόνων εἴρηται, καὶ χωρὶς τούτου, quæ alii Codices sic continuant, δὲ ἐκεῖνο δηλοῖ τὸ προφητικὸν ὅτι πάντας φησὶ τούς. [f] Sic Morel. et quidam Mss. Savil. et alii τὸ ἰσοστάσιον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

primogenitus futurus esset, nullo ex mortuis ipsum sequente? Si resurrectio non est, quomodo justitia Dei servabitur, cum tot improbi in prosperis, tot probi in ærumnis vitam exigant? Ubinam horum singuli secundum merita accipient, si non sit resurrectio? Nemo recte viventium resurrectionem non credit; sed probi quotidie diem illam optant, sanctam illam vocem proferentes, *Adveniat regnum tuum* (*Matth.* 6. 10). Quinam ergo sunt qui resurrectionem non credunt? Qui in viis inquinatis ambulant, et impuram vitam ducunt, ut ait propheta: *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore: auferuntur judicia tua a facie ejus* (*Psal* 9. 26). Non est enim, non est utique homo vitam ducens puram, qui non credat resurrectioni: ac qui nullius sibi conscii sunt mali, dicunt, sperant, et credunt, retributionem se esse accepturos. Ne itaque Deum irritemus, sed audiamus cum dicentem, *Timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* (*Matth.* 10. 28); ut metu meliores facti, et hac pernicie liberati regno cælorum digni habeamur: quod utinam omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria cum adorando, sanctissimo et vivifico ejus Spiritu, nunc et semper, et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLVI.

Cap. 6. v. 41. *Murmurabant ergo Judæi de illo, quod dixisset, Ego sum panis, qui de cælo descendit,* 42. *et dicebant: Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus nos cognoscimus patrem et matrem? Quomodo ergo dicit se e cælo descendisse?*

1. *Quorum Deus venter est, et gloria in ignominia eorum* (*Philipp.* 3. 19), inquit de quibusdam Paulus[1], Philippensibus scribens. Quod autem hi Judæi essent, palam est a præcedentibus, palam item est ab iis quæ Christum adeuntes dicebant. Nam cum panem ipsis dedit, ipsorumque ventres implevit, prophetam vocabant, et regem constituere volebant; cum autem spiritualem cibum et vitam æternam docuit, cum illos a sensilibus abduxit, cum de resurrectione loquutus est, ipsorumque mentem erexit; cum oportuisset illum maxime mirari, tunc murmurant et resiliunt. Atqui si hic erat propheta, ut prius dixerant[2]: *Hic est enim de quo dixit Moyses, Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus de fratribus vestris, tamquam me: ipsum audite* (*Deut.* 18. 15); oportuit ipsum audire dicentem, *De cælo descendi.* Verum non audiebant, sed murmurabant. Adhuc enim ipsum reverebantur ob recens panum miraculum. Ideo non manifeste contradicebant; murmurando tamen indignationem præ se ferebant, quia non qualem volebant ipsis mensam parabat. Et murmurantes dicebant, *Nonne hic est filius Joseph?* Unde palam est ipsos mirabilem ejus generationem nondum novisse. Idcirco adhuc eum Josephi filium dicunt. Neque tamen corripit eos, neque dicit, Non sum filius Josephi: non quod Josephi filius esset, sed quod nondum possent admirabilem illum partum audire. Quod si partum illum secundum carnem nondum poterant audire, multo minus ineffabilem illum et supernum. Si quod humilius erat non revelavit, multo minus illa dixerit. Atqui hoc ipsos offendebat quod esset ex vili patre natus: attamen non revelavit, ne aliud tollens offendiculum, aliud inferret. Sed quid illis murmurantibus respondet? 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Hic insurgunt Manichæi dicentes, nihil nos ex nobis ipsis posse: quia id maxime probat, voluntatem nostram in nostra esse potestate. Sed si quis venit ad illum, inquit, quid opus habet ut trahatur? Verum hoc nostrum non tollit arbitrium, sed potius declarat nos auxilio opus habere. Hic autem non agitur de quovis homine accedente, sed de illo qui multo fruitur auxilio. Deinde modum ostendit quo trahit. Ne enim sensibile quidpiam de Deo suspicarentur, subjunxit: 46. *Non quia Deum vidit quisquam, nisi qui est a Deo, hic vidit Patrem.* Quomodo trahit? inquit ille. Hoc propheta jam olim declaravit his verbis, 45. *Erunt omnes docibiles Dei.* Vidistin' fidei dignitatem, et quomodo non ab hominibus, nec per hominem sed per Deum ipsum illud edocendi sint? Ideoque ut sermoni suo faceret fidem, ad prophetas ipsos remisit. Et si dictum est, inquit, ipsos fore docibiles Dei, cur aliqui non credunt? Quia illud de pluribus dictum est. Alioquin autem non omnes prorsus, sed omnes qui voluerint, per prophetam significantur. Magister enim omnibus proponitur, paratus ad sua tradenda, qui doctrinam suam omnibus effundit. *Et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Non parva hoc in loco Filii dignitas: siquidem Pater trahit, et hic resuscitat, non dividens Patris et Filii opera: quomodo enim posset? sed ostendens potestatis æqualitatem. Nam ut illo loco, *Et qui misit me Pater, testimonium perhibet de me,* deinde ne quidam de voce curiosius inquirerent, remisit illos ad Scripturas: ita et hic remittit eos ad prophetas, hos subinde adducens, ut ostendat se non esse Patri contrarium. At, inquies, quid antehac fuerunt? annon docibiles Dei erant? quid hoc in loco eximium est? Quod tunc per homines res divinas discerent; nunc autem per unigenitum Filium Dei et per Spiritum sanctum. Deinde infert: *Non quod Patrem viderit quisquam, nisi is qui a Deo est.* Non secundum causæ rationem hic loquitur, sed secundum modum substantiæ. Nam si secundum causæ rationem diceret, omnes a Deo sumus; in quo est præstantia et differentia Filii? Et cur, inquies, non illud clarius expressit? Ob illorum infirmitatem. Nam si cum dixit, *De cælo descendi,* ita scandalizati sunt; quid futurum erat, si illud addidisset? Panem autem vitæ seipsum vocat, quia vitam nobis parit et hanc et fu-

[1] Alii habent, *inquit, de Judæis loquens Paulus.*
[2] Alii legunt, *dixeratis,* pro, *dixerant.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

turam : ideo adjicit : *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Panem vero hic dicit doctrinam salutarem, fidem in se, sive corpus suum. Utrumque enim animam roborat. Atqui alibi dixit, *Si quis sermonem meum audierit, non gustabit mortem* (*Joan.* 8. 52), et scandalizati sunt : hic vero non item ; forte quia adhuc reverebantur eum ob subministratos panes.

2. *Differentia inter manna et panem verum et vivum.* —Animadverte autem quam ponat inter hunc panem et manna differentiam, ex utriusque nempe fine. Quod enim ille cibus nihil novum intulerit, adjicit : 49. *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt.* Deinde id præcipue agit ut illis suadeat, se multo majoribus dignatos esse bonis quam patres ipsorum, de Moyse subobscure loquens et de viris illis mirabilibus. Ideo cum dixisset eos qui manna comederant mortuos esse, intulit : *Qui manducat ex hoc pane, vivet in æternum.* Illud vero, *In deserto*, non sine causa posuit, sed indicans, illud non diu durasse, neque in terram promissionis venisse. Hic autem panis non est hujusmodi. 52. *Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo, pro mundi vita.* Merito quis dubitans hic quæsierit, cur hoc tempore hæc loquutus sit, quæ nihil proficerent, nihil ædificarent, imo potius ædificatis nocerent [1]. *Ex hoc*, inquit, *multi ex discipulis ejus retro abierunt dicentes, Durus est hic sermo, quis potest eum audire ?* Erant enim hæc solis discipulis communicanda, ut Matthæus ait, *Seorsim loquebatur eis* (*Marc.* 4. 34). Quid ad hoc dicemus ? quænam horum utilitas ? Magna certe utilitas et necessitas. Quia enim instabant cibum petentes, sed corporeum, et majoribus suis præbitam escam memorantes, manna magnum quidpiam esse dicebant, ostendens illa omnia figuram et umbram esse, hunc vero cibum rei veritatem, escam memorat spiritualem. At, inquies, dicendum erat, Patres vestri manducaverunt manna in deserto, ego vero panem dedi vobis. Sed magnum erat discrimen : hoc videbatur minus esse, quod illud de cælo venisset, hoc autem panum miraculum in terra factum esset. Quia ergo quærebant cibum de cælo delatum, ideo sæpe dicebat, *De cælo descendi.* Si quis vero sciscitetur, cur de mysteriis loquutus sit, respondebimus, tempus opportunum fuisse hæc dicendi. Nam verborum obscuritas auditorem semper excitat, et attentiorem efficit. Non ergo offendi oportuit, sed potius interrogare. Nunc autem illi abeunt. Nam si prophetam ipsum esse credebant, dictis credere oportuit. Itaque quod offensi sint, id ex eorum insipientia venit, non ex obscuritate sermonis. Tu vero consideres velim quomodo discipulos suos paulatim alliciat ; hi enim sunt qui dicunt, *Verba vitæ habes : quo ibimus* (*Joan.* 6. 68)? Cæterum hic se datorem dicit, non Patrem : *Panis* [2] *quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Verum non sic turbæ, sed contra, *Durus est hic sermo*, inquiunt. Ideoque recedunt. Atqui non nova erat, neque variabat doctrina : nam Joannes illud [1] supra subindicaverat, cum Agnum ipsum vocavit. Sed, inquies, ipsi non intellexerant. Hoc et ego novi ; sed neque discipuli id sciebant. Nam si resurrectionem nondum satis clare intelligebant, ideoque ignorabant quid illud esset, *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* (*Joan.* 2. 19) ; multo minus supra dicta capiebant, quæ obscuriora erant. Quod enim prophetæ surrexissent (*a*), norant, licet id Scripturæ non clare dicant : quod vero carnem quis manducaverit, nemo eorum dixerat. Attamen obtemperabant et sequebantur, atque confitebantur ipsum verba vitæ æternæ habere. Illud enim discipuli est, magistri verba non curiosius inquirere, sed audire et obsequi, ac tempus ad solutionem opportunum exspectare. Cur ergo contrarium, accidit, inquient, et retrorsum abierunt ? Id ex illorum insipientia evenit. Quando enim subit animum illa quæstio, *Quomodo*, tunc una ingreditur incredulitas. Sic et Nicodemus turbabatur dicens : *Quomodo potest homo intrare in ventrem matris suæ ?* sic et hi nunc turbantur dicentes : 52. *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum ?* Nam si illud, *Quomodo*, inquiris, cur de panibus non dicis, Quomodo quinque panes in tot alios multiplicavit ? Nam tunc saturari curabant solummodo, nec considerabant miraculum. Sed experientia, inquies, tunc docuit. Ergo ob illam experientiam hæc facilius credi oportuit. Ideo namque prius illud tam mirabile patravit, ut illo edocti, non ultra dictis fidem negarent. Illi quidem tunc temporis nihil utilitatis ex dictis retulerunt, nos reipsa beneficio fruimur. Quapropter discendum quid sit miraculum mysteriorum, cur data sint, quæ illorum utilitas. *Unum corpus sumus*, inquit, *et membra ex carne et ossibus ejus* (*Ephes.* 5. 30). Initiati dictis obsequantur.

3. Ut ergo non solum per dilectionem, sed etiam reipsa, cum illa carne commisceamur : id quod efficitur per cibum quem ille dedit, ut ostendat nobis quanto erga nos ferveat amore. Ideo se nobis commiscuit, et in unum corpus totum constituit, ut unum simus, quasi corpus junctum capiti. Nam ardentis amoris hoc est indicium. Hoc subindicans Job, de servis suis dicebat, a quibus sic amabatur, ut ejus carnibus admisceri peroptarent : ut enim ardentem amorem ostenderent, dicebant : *Quis det nobis de carnibus suis, ut saturemur* (*Job* 31. 31)? Quod et Christus fecit, ad majorem nos amicitiam inducens, et suum nobis demonstrans amorem ; neque se concupiscentibus videndum modo præbuit ; sed tangendum, comedendum, dentibus terendum, commiscendum ; desideriumque implevit omne. Ab illa ergo

[1] Juxta Morel. legendum esset.... *Hæc locutus sit, quæ neminem ædificarent, nemini prodessent, imo potius iis nocerent qui antea ædificati erant.*

[2] Juxta Savil., post illud, *suos paulatim alliciat*, legendum esset : *Hic enim se dantem inducit, non Patrem : « Panis*, etc. »

[1] In Savil. legitur.... *pro mundi vita. Verum, nova hæc doctrina est, inquiunt, et inaudita : Joannes tamen illud*, etc. Morelli lectionem sequimur, quam item secutus est Franciscus Aretinus. Verum ambæ lectiones, si quis attente legat, eodem redeunt.

(*a*) Sic habent omnia exemplaria. Sed fateor non capere me quid hic sibi velit Chrysostomus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπήγαγεν· *Ὃς ἂν φάγῃ ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἄρτον δὲ ἤτοι τὰ δόγματα λέγει ἐνταῦθα τὰ σωτήρια, καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς αὐτὸν, ἢ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ. Ἀμφότερα γὰρ νευροῖ τὴν ψυχήν. Καίτοι γε ἀλλαχοῦ εἰπόντος· *Ἐάν τίς μου τὸν λόγον ἀκούσῃ, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου*, καὶ ἐσκανδαλίσθησαν· ἐνταῦθα δὲ οὐδέν τι τοιοῦτον ἔπαθον, τάχα διὰ τὸ ἔτι δυσωπεῖσθαι αὐτὸν ἀπὸ τῶν γεγενημένων ἄρτων.

β'. Ὅρα δὲ καὶ πόθεν ποιεῖται τὴν πρὸς τὸ μάννα διαφοράν. Ἀπὸ τοῦ οἷον τὸ τέλος ἀκοῦσαι ἑκατέρας τῆς τροφῆς. Δεικνὺς γὰρ, ὅτι οὐ ξένην τινὰ ἐκείνη παρεῖχε τὴν χρείαν, ἐπήγαγεν· *Οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον.* Εἶτα κατασκευάζει [271] τὸ μάλιστα πεῖθον αὐτοὺς, ὅτι πολλῷ τῶν πατέρων αὐτῶν μειζόνων αὐτοὶ ἠξίωνται, τοὺς περὶ Μωϋσέα αἰνιττόμενος θαυμαστοὺς ἄνδρας ἐκείνους. Διὰ τοῦτο ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι ἀπέθανον οἱ τὸ μάννα φαγόντες, ἐπήγαγεν· *Ὁ τρώγων ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.* Καὶ τὸ *Ἐν τῇ ἐρήμῳ* δὲ οὐχ ἁπλῶς τέθεικεν, ἀλλ' αἰνιττόμενος ὅτι οὐδὲ ἐξετάθη ἐπὶ χρόνον πολὺν, οὐδὲ συνεισῆλθεν εἰς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν. Οὗτος δὲ ὁ ἄρτος οὐ τοιοῦτος. *Καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς.* Εἰκότως ζητήσειεν ἂν τις ἐνταῦθα διαπορῶν, ποῖος τῶν λόγων τούτων καιρὸς ἦν, οἰκοδομούντων μὲν οὐδὲν[a] οὐδὲ χρησιμευόντων, μᾶλλον δὲ τοῖς οἰκοδομηθεῖσι καὶ λυμαινομένων. *Ἐκ τούτου*, φησὶ, *πολλοὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω. Λέγοντες· Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος, τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;* Ἑνῆν γὰρ ταῦτα μόνοις παραδοθῆναι τοῖς μαθηταῖς, καθάπερ ὁ Ματθαῖος ἔλεγεν, ὅτι *Ἰδίᾳ διελέγετο αὐτοῖς.* Τί ποτε οὖν πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; Ὅτι καὶ νῦν τῶν τοιούτων ῥημάτων πολὺ καὶ τὸ χρήσιμον καὶ τὸ ἀναγκαῖον. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπέκειντο τροφὴν αἰτοῦντες μὲν, ἀλλὰ τὴν σωματικὴν, καὶ τῆς ἐπὶ τῶν προγόνων παρασχεθείσης ἀναμιμνήσκοντες αὐτὸν τροφῆς, τὸ μάννα μέγα ἔλεγον, δεικνὺς ὅτι πάντα ἐκεῖνα τύπος ἦν καὶ σκιὰ, ἡ δὲ πραγμάτων ἀλήθεια ἡ παροῦσά ἐστι, μέμνηται τροφῆς πνευματικῆς. Ἀλλ' ἔδει, φησὶν, εἰπεῖν, ὅτι οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα· ἐγὼ δὲ ἄρτον παρέσχον ὑμῖν. Ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον ἦν. Ἐδόκει γὰρ τοῦτο καὶ ἔλαττον ἐκείνου, τῷ ἐκεῖνο μὲν ἄνωθεν φέρεσθαι, τοῦτο δὲ κάτω γεγενῆσθαι τὸ θαῦμα τῶν ἄρτων. Ἐπεὶ οὖν ἐζήτουν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φερομένην τροφὴν, διὰ τοῦτο συνεχῶς ἔλεγεν, *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα.* Εἰ δὲ ἐξετάζοι τις, τί δήποτε καὶ τὸν περὶ μυστηρίων ἐνέβαλε λόγον; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι καὶ τούτων σφόδρα τῶν λόγων ὁ καιρὸς ἦν. Τὸ γὰρ ἀσαφὲς τῶν εἰρημένων ἀεὶ τὸν ἀκροατὴν διανίστησι καὶ προσεκτικώτερον ἐργάζεται. Οὐ τοίνυν σκανδαλίζεσθαι ἔδει, ἀλλ' ἐρωτᾷν μᾶλλον καὶ πυνθάνεσθαι. Νῦν δὲ ἀναχωροῦσιν[b]. Εἰ γὰρ προφήτην αὐτὸν εἶναι ἐνόμιζον, ἐχρῆν πιστεῦσαι τοῖς λεγομένοις. Ὥστε τῆς ἐκείνων ἀνοίας τὸ σκάνδαλον ἦν, οὐ τῆς ἀπορίας τῶν λεγομένων. Σὺ δὲ ὅρα πῶς κατὰ μικρὸν τοὺς μαθητὰς συνέδησεν ἑαυτῷ· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ λέγοντες, *Ῥήματα ζωῆς ἔχεις· ποῦ ἀπελευσόμεθα;* Πλὴν ἑαυτὸν ἐνταῦθα εἰσάγει διδόντα, οὐ τὸν Πατέρα[c], *Ὁ ἄρτος*, λέγων, *ὃν ἐγὼ δώσω, σάρξ μού ἐστιν.* Ἀλλ' οὐχ οἱ ὄχλοι οὕτως, ἀλλ' ἀπεναντίας· *Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος.* Διὸ καὶ ἀναχωροῦσι. Καίτοι οὐδὲ ξένη τις ἦν ἡ διδασκαλία, καὶ παρηλλαγμένη. Ὁ γὰρ Ἰωάννης[d] ἄνωθεν τοῦτο ᾐνίξατο, ἀμνὸν αὐτὸν προσειπών. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ᾔδεσαν, φησίν. Οἶδα κἀγώ· ἀλλ' οὐδὲ οἱ μαθηταὶ ἠπίσταντο. Εἰ γὰρ περὶ ἀναστάσεως οὐδέπω τι ᾔδεσαν σαφὲς, διὰ [272] τοῦτο δὲ καὶ ἠγνόησαν τί ποτέ ἐστι τὸ, *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*· πολλῷ μᾶλλον περὶ τῶν εἰρημένων· ταῦτα γὰρ ἐκείνων ἀσαφέστερα ἦν. Ὅτι μὲν γὰρ προφῆται ἀνέστησαν[e], ᾔδεσαν, εἰ καὶ μὴ οὕτω σαφῶς εἰρήκασιν αἱ Γραφαί· ὅτι δὲ σάρκα τις ἔφαγεν, οὐδέποτε οὐδεὶς εἶπεν ἐκείνων. Ἀλλ' ὅμως ἐπείθοντο καὶ ἠκολούθουν, καὶ ὡμολόγουν ῥήματα ζωῆς αἰωνίου αὐτὸν ἔχειν. Τοῦτο γὰρ μαθητοῦ, τὸ μὴ περιεργάζεσθαι τὰ τοῦ διδασκάλου, ἀλλ' ἀκούειν καὶ πείθεσθαι, καὶ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἀναμένειν τῆς λύσεως. Τί οὖν, φησὶν, ὅτι τοὐναντίον συνέβη, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω; Τοῦτο παρὰ τὴν ἐκείνων ἄνοιαν. Ὅταν γὰρ ἡ ζήτησις τοῦ πῶς εἰσέλθῃ, συνέρχεται καὶ ἀπιστία. Οὕτω καὶ Νικόδημος ἐθορυβεῖτο λέγων· *Πῶς δύναται ἄνθρωπος εἰσελθεῖν εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ;* οὕτω καὶ οὗτοι ταράττονται λέγοντες, *Πῶς δύναται δοῦναι ἡμῖν φαγεῖν οὗτος τὴν σάρκα αὐτοῦ;* Εἰ γὰρ τὸ πῶς ζητεῖς, διατί τοῦτο ἐπὶ τῶν ἄρτων οὐκ εἶπες, πῶς τοὺς πέντε εἰς τοσούτους ἐξέτεινεν; Ὅτι τοῦ κορεσθῆναι μόνον ἦσαν τότε, οὐ τοῦ θαῦμα ἰδεῖν. Ἀλλ' ἡ πεῖρα τότε, φησὶν, ἐπαίδευσεν. Οὐκοῦν ἐξ ἐκείνης ἔδει καὶ ταῦτα γενέσθαι εὐπαράδεκτα. Διὰ γὰρ τοῦτο προλαβὼν ἐθαυματούργησε τὸ παράδοξον ἐκεῖνο, ἵνα δι' ἐκείνου διδαχθέντες, μηκέτι διαπιστῶσι τοῖς μετὰ ταῦτα λεγομένοις. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὐδὲν ἐκαρπώσαντο τότε ἐκ τῶν εἰρημένων· ἡμεῖς δὲ τῆς εὐεργεσίας δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἀπολελαύκαμεν. Διὸ καὶ ἀναγκαῖον μαθεῖν τὸ θαῦμα τῶν μυστηρίων, τί ποτέ ἐστι, καὶ διατί ἐδόθη, καὶ τίς ἡ ὠφέλεια τοῦ πράγματος. *Ἐν σῶμα γινόμεθα, καὶ μέλη*, φησὶν, *ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ.* Οἱ δὲ μεμυημένοι παρακολουθείτωσαν τοῖς λεγομένοις.

γ'. Ἵν' οὖν μὴ μόνον κατὰ τὴν ἀγάπην τοῦτο γενώμεθα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, εἰς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τὴν σάρκα. Διὰ τῆς τροφῆς γὰρ τοῦτο γίνεται ἧς ἐχαρίσατο, βουλόμενος ἡμῖν δεῖξαι τὸν πόθον, ὃν ἔχει περὶ ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο ἀνέμιξεν ἑαυτὸν ἡμῖν, καὶ ἀνέφυρε τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἕν τι ὑπάρξωμεν, καθάπερ σῶμα κεφαλῇ συνημμένον. Τῶν γὰρ σφόδρα ποθούντων ἐστὶ τοῦτο δεῖγμα. Τοῦτο γοῦν[f] καὶ ὁ Ἰὼβ αἰνιττόμενος, ἔλεγε περὶ τῶν ἑαυτοῦ οἰκετῶν, οἷς ἦν οὕτω μεθ' ὑπερβολῆς ποθεινὸς, ὡς προσφύναι ταῖς σαρξὶν αὐτοῦ ἐπιθυμεῖν. Ἐκεῖνοι γὰρ τὸν πολὺν αὐτῶν ἐνδεικνύμενοι πόθον ὃν εἶχον, *Τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ*, ἔλεγον, *ἐμπλησθῆναι;* Διὸ δὴ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸ πεποίηκεν, εἰς φιλίαν ἡμᾶς ἐνάγων μείζονα, καὶ τὸν αὐτοῦ πόθον ἐπιδεικνὺς[g] τὸν περὶ ἡμᾶς, οὐκ ἰδεῖν αὐτὸν μόνον παρέσχε τοῖς ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλὰ καὶ ἅψασθαι, καὶ φαγεῖν, καὶ ἐμπῆξαι τοὺς ὀδόντας τῇ σαρκὶ, καὶ συμπλακῆναι, καὶ τὸν πόθον ἐμπλῆσαι πάντα. Ὡς λέοντες τοίνυν πῦρ πνέοντες, οὕτω; ἀπὸ τῆς τραπέζης ἀναχωροῦμεν ἐκείνης, φοβεροὶ τῷ διαβόλῳ γινόμενοι, καὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἡμετέραν ἐννοοῦντες, καὶ τὴν ἀγάπην ἣν περὶ ἡμᾶς [273] ἐπ-

[a] Morel. μὲν οὐδένα. [b] Savil. ἀνεχώρησαν. [c] Savil. κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀνήγαγε πρὸς αὐτόν. Ἐνταῦθα γὰρ ἑαυτὸν φησὶ διδόναι, οὐ τὸν Πατέρα. Morelli lectionem sequimur, quam secutus est Interpres.

[d] Savil. μοῦ ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Ἀλλὰ ξένη τις ἦν ἡ διδασκαλία, φησὶ, καὶ παρηλλαγμένη. Καίτοι γε ὁ Ἰωάννης. [e] Ὅτι μὲν γὰρ προεφῆται ἀνέστησαν. *Videsis quæ ad interpretationem Latinam notata sunt.* [f] Savil. ἐστὶ τοῦτο. Τοῦτο γοῦν. [g] Ἐνδεικνύμενος, Savil. recte.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δείξατο. Οἱ μὲν οὖν γεννήσαντες, πολλάκις ἑτέροις τρέφειν διδόασι τὰ τεχθέντα· ἐγὼ δὲ οὐχ οὕτω, φησίν, ἀλλὰ ταῖς σαρξὶ τρέφω ταῖς ἐμαῖς, ἐμαυτὸν ὑμῖν παρατίθημι, πάντας ὑμᾶς εὐγενεῖς εἶναι βουλόμενος, καὶ χρηστὰς ὑμῖν περὶ τῶν μελλόντων ὑποτείνων· ἐλπίδας. Ὁ γὰρ ἐνταῦθα ὑμῖν ἐκδοὺς ἑαυτὸν, πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ μέλλοντι. Ἀδελφὸς ἠθέλησα ὑμέτερος γενέσθαι· ἐκοινώνησα σαρκὸς καὶ αἵματος δι' ὑμᾶς, πάλιν αὐτὴν ὑμῖν τὴν σάρκα καὶ τὸ αἷμα, δι' ὧν συγγενὴς ἐγενόμην, ἐκδίδωμι.

Τοῦτο τὸ αἷμα τὴν εἰκόνα ἡμῖν ἀνθηρὰν ἐργάζεται τὴν βασιλικὴν, τοῦτο κάλλος ἀμήχανον τίκτει, τοῦτο ἀπομαρανθῆναι τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν οὐκ ἀφίησιν, ἄρδον αὐτὴν συνεχῶς καὶ τρέφον. Τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν σιτίων ἡμῖν αἷμα γινόμενον, οὐκ εὐθέως τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἕτερόν τι· τοῦτο δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' εὐθέως τὴν ψυχὴν ἀρδεύει, καὶ μεγάλην τινὰ δύναμιν ἐμποιεῖ. Τοῦτο τὸ αἷμα ἀξίως [b] λαμβανόμενον ἐλαύνει μὲν δαίμονας καὶ πόρρωθεν ἡμῶν ποιεῖ, καλεῖ δὲ ἀγγέλους πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸν Δεσπότην τῶν ἀγγέλων. Ὅπου γὰρ ἂν ἴδωσι τὸ αἷμα τὸ Δεσποτικὸν, φεύγουσι μὲν δαίμονες, συντρέχουσι δὲ ἄγγελοι. Τοῦτο τὸ αἷμα ἐκχυθὲν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξέπλυνε [c]. Πολλὰ περὶ τοῦ αἵματος τούτου καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐφιλοσόφησε. Τοῦτο τὸ αἷμα τὰ ἄδυτα καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἐκάθηρεν. Εἰ δὲ ὁ τύπος αὐτοῦ τοσαύτην ἔσχεν ἰσχὺν, ἔν τε τῷ ναῷ τῶν Ἑβραίων, ἔν τε Αἰγύπτῳ μέσῃ, ταῖς [d] φλιαῖς ἐπιχριόμενον· πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια. Τοῦτο τὸ αἷμα, τὸ χρυσοῦν θυσιαστήριον ἡγίασε· τούτου χωρὶς οὐκ ἐτόλμα ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὰ ἄδυτα εἰσιέναι· τοῦτο τὸ αἷμα ἱερέας ἐχειροτόνει· τοῦτο ἀπέλουεν ἁμαρτίας ἐν τοῖς τύποις. Εἰ δὲ ἐν τοῖς τύποις τοσαύτην ἔσχεν ἰσχὺν, εἰ τὴν σκιὰν οὕτως ὁ θάνατος ἔφριξε, τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν, εἰπέ μοι, πῶς οὐκ ἂν ἐφοβήθη; Τοῦτο ἡ σωτηρία τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τούτῳ λούεται [e] ἡ ψυχὴ, τούτῳ καλλωπίζεται, τούτῳ πυροῦται, τοῦτο πυρὸς λαμπρότερον ἐργάζεται τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον, τοῦτο χρυσίου φαιδροτέραν τὴν ψυχὴν ποιεῖ, τοῦτο ἐξεχύθη τὸ αἷμα, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐποίησε βατόν.

δ'. Φρικτὰ ὄντως τὰ μυστήρια τῆς Ἐκκλησίας, φρικτὸν ὄντως τὸ θυσιαστήριον. Ἀνέβαινεν ἐκ τοῦ παραδείσου πηγὴ, ποταμοὺς αἰσθητοὺς προχέουσα [f]· ἀπὸ τῆς τραπέζης ταύτης ἄνεισι πηγὴ, ποταμοὺς ἀφιεῖσα πνευματικούς. Παρὰ ταύτην τὴν πηγὴν πεφυτευμέναι εἰσὶν, οὐκ ἰτέαι ἄκαρποι, ἀλλὰ δένδρα πρὸς αὐτὸν φθάνοντα τὸν οὐρανὸν, καρπὸν ἔχοντα ὥριμον ἀεὶ καὶ ἀμάραντον. Εἴ τις καυσοῦται, παρὰ ταύτην ἡκέτω τὴν πηγὴν, καὶ καταψυχέτω τὸ καῦσος. Καὶ γὰρ αὐχμοὺς λύει, καὶ τὰ διακαῆ πάντα παραψύχει, οὐ τὰ ἐξ ἡλίου διακαιόμενα, ἀλλὰ τὰ [g] ἀπὸ τῶν βελῶν τῶν πεπυρωμένων. Καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἄνωθεν ἔχει, καὶ τὴν ῥίζαν ἐκεῖθεν, ὅθεν καὶ ἄρδεται. Πολλοὶ ταύτης οἱ ῥύακες τῆς πηγῆς, οὓς ἀφίησιν ὁ Παράκλητος· καὶ μεσίτης ὁ Υἱὸς γίνεται, οὐ δίκελλαν ἔχων καὶ ὁδοποιῶν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν ἀνοίγων τὴν παρ' ἡμῖν. [274] Αὕτη ἡ πηγὴ φωτός ἐστι πηγὴ, ἀναβλύζουσα ἀληθείας ἀκτῖνας. Ταύτῃ καὶ αἱ ἄνω παρεστήκασι δυνάμεις, πρὸς τὸ κάλλος ἐνορῶσαι τῶν ῥείθρων, ἐπειδὴ καὶ σαφέστερον ἐκεῖναι τῶν προκειμένων θεωροῦσι τὴν δύναμιν, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τὰς ἀπροσίτους. Ὥσπερ γὰρ χρυσοῦ τηκομένου, ἄν τε τὴν χεῖρά τις ἐμβάλῃ, εἰ οἷόν τε ἦν, ἄν τε τὴν γλῶτταν, χρυσῆν εὐθέως αὐτὴν ἐποίησεν ἄν· οὕτω δὴ καὶ πολλῷ πλέον ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν ἐργάζεται τὰ προκείμενα. Ἀναζεῖ μὲν γὰρ πυρὸς σφοδρότερον ὁ ποταμὸς, ἀλλ' οὐ καίει, ἀλλὰ βαπτίζει μόνον ὅπερ ἂν λάβῃ. Τοῦτο τὸ αἷμα ἄνωθεν προετυποῦτο ἀεὶ, ἐν θυσιαστηρίοις, ἐν δικαίων σφαγαῖς· τοῦτο ἡ τιμὴ τῆς οἰκουμένης, τούτῳ ἠγόρασε τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Χριστὸς, τούτῳ κατεκόσμησεν αὐτὴν ἅπασαν. Καθάπερ γὰρ ἄνθρωπος οἰκέτας ὠνούμενος χρυσίον δίδωσι, καὶ καλλωπίσαι πάλιν αὐτοὺς βουλόμενος, χρυσῷ τοῦτο ποιεῖ· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, καὶ ἠγόρασεν ἡμᾶς αἵματι, καὶ ἐκόσμησεν αἵματι. Οἱ τούτου μετέχοντες τοῦ αἵματος, μετὰ ἀγγέλων, καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων ἑστήκασιν, αὐτὴν περικείμενοι τοῦ Χριστοῦ τὴν βασιλικὴν στολὴν, τὰ ὅπλα ἔχοντες τὰ πνευματικά. Ἀλλ' οὐδὲν εἶπον οὐδέπω μέγα· αὐτὸν γὰρ εἰσιν ἐνδεδυμένοι τὸν βασιλέα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶ μέγα καὶ θαυμαστὸν, οὕτως ἂν μὲν μετὰ καθαρότητος προσέλθῃς, εἰς σωτηρίαν προσῆλθες· ἂν δὲ μετὰ πονηροῦ συνειδότος, εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν. *Ὁ γὰρ ἐσθίων*, φησὶ, *καὶ πίνων ἀναξίως τοῦ Κυρίου, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει.* Εἰ τοίνυν οἱ ῥυποῦντες τὴν πορφύραν τὴν βασιλικὴν κολάζονται ὁμοίως, ὥσπερ οἱ διαῤῥηγνύντες· τί ἀπεικὸς [h] καὶ τοὺς ἀκαθάρτῳ διανοίᾳ δεχομένους τὸ σῶμα, τὴν αὐτὴν ὑπομεῖναι τιμωρίαν τοῖς αὐτὸ διαῤῥήξασι διὰ τῶν ἥλων; Ὅρα γοῦν πῶς φοβερὰν ἔδειξεν ὁ Παῦλος τὴν κόλασιν, εἰπών· *Ἀθετήσας τις νόμον Μωϋσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· πόσῳ, δοκεῖτε, χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος ἐν ᾧ ἡγιάσθη;* Προσέχωμεν τοίνυν ἑαυτοῖς, ἀγαπητοὶ, τοιούτων ἀπολαύοντες ἀγαθῶν· καὶ ὅταν βουληθῶμεν αἰσχρόν τι εἰπεῖν, ἢ συναρπαζομένους ἑαυτοὺς ἴδωμεν ὑπὸ ὀργῆς, ἢ ἑτέρου τινὸς τοιούτου πάθους, λογισώμεθα τίνων κατηξιώθημεν, ὅσου Πνεύματος ἀπηλαύσαμεν· καὶ ἔσται σωφρονισμὸς [i] ἡμῖν τῶν ἀλόγων παθῶν οὗτος ὁ λογισμός. Μέχρι γὰρ τίνος τοῖς παροῦσι προσηλώμεθα; μέχρι τίνος οὐ διεγειρόμεθα; μέχρι τίνος οὐ φροντίζομεν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας; Ἐννοήσωμεν τίνων ἡμᾶς κατηξίωσεν ὁ Θεὸς, εὐχαριστήσωμεν, δοξάσωμεν, μὴ διὰ πίστεως μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν· ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Alii παρατείνων. [b] Alii τοῦτο τὸ αἷμα τὸ μυστικὸν ἀξίως. [c] Morel. ἐξέλκυσε. [d] Morel. μέσῃ αὐταῖς ταῖς. Infra pro ἀπέλουεν Savil. et Cod. 706 ἐκάθηρεν, Cod. 705. ἐκάθαιρεν, idemque ἁμαρτήματα τὰ ἐν. [e] Morel. τούτῳ ἥδεται. [f] Savil. αἰσθητοὺς ἀφιεῖσα. [g] Savil. πάντα παραμυθεῖται. Οὐ τὰ ἐξ ἡλίου, ἀλλὰ τά.

[h] Savil. οὐδὲν ἀπεικός. Morel. τί ἀπεικός, et sic legit Franciscus Aretinus. [i] Alii ἔστω σωφρονισμός.

[275] ΟΜΙΛΙΑ ΜΖ'.

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· « Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν αἰώνιον ἐν ἑαυτοῖς. Ὁ δὲ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ. »

α'. Ὅταν περὶ πνευματικῶν διαλεγώμεθα, μηδὲν ἔστω βιωτικὸν ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, μηδὲν γῆϊνον· ἀλλὰ πάντα ἀναχωρείτω, πάντα ἐξοριζέσθω τὰ τοιαῦτα, καὶ ὅλοι [a] γινώμεθα τῆς τῶν θείων λογίων

[a] IIa Savil. Morel., ἀλλὰ πάντων ἀπαγορεύσαντες τούτων, καὶ πάντα ἐξορίσαντες ἐκ τῆς διανοίας ἡμῶν ταῦτα, ὅλοι Mox Codd. nostri ἐπιβαίνοντος sine πόλει, quod uncis inclusum habet Savil.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mensa recedamus, tamquam leones ignem spirantes, diabolo terribiles, cogitantes quod sit caput nostrum, et quantam nobis dilectionem exhibuerit. Parentes sæpe liberos suos aliisque alendos tradunt; ego contra carnibus illos meis alo, meipsum appono, vos omnes nobiles esse volo, et bonam de futuris spem adfero. Nam qui in hac vita se vobis tradidit, multo magis in futura favebit. Frater esse vester volui, propter vos communem habui carnem et sanguinem : rursum vobis carnem et sanguinem trado per quæ congener vobis factus sum.

Sanguinis Christi encomia. — Hic sanguis in nobis regiam, floridamque exhibet imaginem, pulchritudinem parit incredibilem, animæ nobilitatem marcescere non sinit, dum frequenter irrigat et nutrit. Sanguis enim non statim in nobis fit ex cibo, sed aliud quidpiam : hic vero sanguis confestim irrigat animam, et magnam vim indit. Hic sanguis[1] digne acceptus dæmonas procul pellit, angelos ad nos advocat, ipsumque angelorum Dominum. Dæmones quippe fugiunt, ubi vident sanguinem Dominicum; accurrunt autem angeli. Hic sanguis effusus totum orbem abluit[2]. Multa de hoc sanguine beatus Paulus in Epistola ad Hebræos philosophice tradidit. Hic sanguis adyta et sancta sanctorum purgavit. Quod si ejus figura tantam vim habuit in Hebræorum templo, in media Ægypto, liminibus aspersus, multo majorem ipsa veritas habet. Hic sanguis aram auream sacravit : sine hoc non audebat princeps sacerdotum in adyta ingredi. Hic sanguis sacerdotes ordinabat, hic in figuris peccata abluebat. Si in figuris tantam vim habuit, si umbram ita mors horruit; veritatem, quæso, quantum formidabit? Hic sanguis salus animarum nostrarum est : hoc abluitur[3] anima, hoc ornatur, hoc incenditur : hic igne splendidiorem mentem nostram reddit : hic sanguis effusus cælum pervium fecit.

4. Tremenda vere mysteria Ecclesiæ; horrendum vere altare. Ex paradiso fons scaturiit sensiles emittens fluvios : ex hac mensa fons scaturit fluvios emittens spirituales. Ad hunc fontem eriguntur non salices infructuosæ, sed arbores ad ipsum cælum pertingentes, quæ fructus semper producunt tempestivos, qui numquam marcescunt. Si quis æstuat, hunc adeat fontem, et ardorem temperet. Nam æstum fugat, et adusta omnia refrigerat : non quæ ex solis ardore æstuant, sed quæ igneis sagittis exusta sunt. Supernum enim habet principium et radicem, unde et irrigatur. Ex hoc fonte multi rivi manant, quos emittit Paracletus, Filiusque mediator est : non bidente viam parat, sed affectum nostrum aperit. Hic fons lucis est, veritatis radios diffundens. Huic etiam adstant supernæ virtutes, alveorum pulchritudinem intuentes : quia clarius propositæ rei vim, et inaccessos radios perspiciunt. Ut enim si quis in liquefactum aurum manum vel linguam injiciat, si tamen id fieri possit, statim inauratam reddit; id proposita mysteria longe melius animæ præstant. Fluvius enim igne ferventius ebullit; at non urit, sed abluit tantum. Hunc sanguinem olim præfigurabant in altaribus, in legitimis cædibus : hoc est orbis pretium, hoc est quo Christus Ecclesiam emit, hoc illam totam ornavit. Ut enim qui servos emit, aurum dat, et illos si ornare velit, auro ornat : ita et Christus nos sanguine suo et emit et ornavit. Qui hujus sanguinis participes sunt, cum angelis stant et archangelis et supernis potestatibus, regia Christi stola induti et armis spiritualibus instructi. Sed nihil magnum hactenus dixi : nam ipso sunt induti rege. Sed sicut res est magna et mirabilis : ita si cum puritate accesseris, ad salutem accessisti; si cum mala conscientia, ad supplicium et ultionem. *Qui enim manducat,* inquit, *et bibit indigne Domino, judicium sibi manducat et bibit* (1. *Cor.* 11. 29). Si itaque ii qui regiam purpuram inquinant, ac si discinderent, puniuntur : quid mirum si ii qui immundo animo hoc corpus accipiunt, idem subeant supplicium, quod ii qui illud corpus clavis transfixerunt? Vide quam terribile Paulus exhibeat supplicium : *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur : quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est* (*Hebr.* 10. 28. 29)? Attendamus igitur nobis ipsis, dilecti, cum tantis fruamur bonis; et cum turpe quidpiam loqui subit animum, vel quando ira, vel pravo quopiam affectu nos corripi cernimus, nobiscum reputemus quibus dignati simus beneficiis, quem Spiritum acceperimus. Hæc cogitatio nostros temperabit[4] affectus. Quousque enim rebus præsentibus hærebimus? quousque non excitabimur? quousque nullam salutis nostræ curam habebimus? Cogitemus quibusnam nos Deus dignatus sit, gratias agamus, gloriam referamus, non modo per fidem, sed etiam per opera : ut futura consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, una cum sancto Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii legunt, *hic sanguis mysticus.*
[2] Juxta Morel. legendum, *eripuit,* pro, *abluit.*
[3] Idem legit, *lætificatur,* pro, *abluitur.*
[4] Alii habent, *temperet.*

HOMILIA XLVII.

Cap. 6. v. 53. *Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam æternam in vobis.* 54. *Qui autem manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam in semetipso.*

1. Cum de rebus spiritualibus disserimus, nihil sæculare sit in animis nostris, nihil terrenum, sed his omnibus abdicatis ac depulsis, divinis sermonibus toti hæreamus. Nam si rege in urbem veniente, tumultus omnis depellitur; multo magis Spiritu nos alloquente, cum multa quiete, cum multo terrore audire nos par est. Horrore namque digna hodie lecta sunt. Audi enim. *Amen dico vobis,* inquit, *nisi*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quis manducaverit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit vitam in semetipso[1]. Quia prius dixerant id impossibile esse, ostendit id non modo non impossibile, sed etiam valde necessarium esse. Quamobrem subdit : *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Quia enim dixerat, *Si quis manducaverit ex hoc pane, non morietur in æternum ;* verisimileque erat hinc illos offensos fore, ut prius cum dicerent, *Abraham mortuus est, et prophetæ mortui sunt, et quomodo tu dicis, non gustabit mortem ?* resurrectionem ponit solvens quæstionem, et ostendens non moriturum esse usque in finem. Frequenter autem in mysteriis versatur, ut ostendat quam necessaria res sit, et quod omnino fieri oporteat. Nam 55. *Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.* Quid sibi vult illud? Aut vult significare, hunc esse verum cibum, qui animam servet ; aut vult dictis suis fidem facere, ne putent id quod dictum fuit, ænigma vel parabolam esse, sed sciant oportere omnino corpus comedere. Deinde ait, 56. *Qui manducat meam carnem, in me manet,* ut significet quod se cum ipso admiscebat. Quod autem sequitur, non cohærere videtur, nisi attendamus. Quæ, inquit, est consequentia, postquam dixerat, *Qui manducat meam carnem, in me manet,* subjungere, 57. *Sicut misit me vivens Pater, ita et ego vivo propter Patrem ?* Imo hæc magnam habent consonantiam. Nam cum vitam æternam sæpe dixisset, ad id confirmandum addit, *In me manet.* Si enim in me manet, et ego vivo, palam est et illum esse victurum. Deinde ait : *Sicut misit me vivens Pater.* Hæc est comparatio et similitudo, ac si diceret, Vivo ego sicut et Pater. Et ne ingenitum putares, statim addidit, *Propter Patrem,* non quod operatione quadam ad vivendum opus habeat. Superius enim hanc amovens suspicionem dicebat : *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso.* Quod si egeat operatione, sequetur aut Patrem non dedisse, et id falsum esse ; vel si dederit, nullo postea opitulante opus habiturum esse. Quid sibi vult, *Propter Patrem ?* Causam solum indicat. Hoc porro vult significare : Sicut vivit Pater, et ego vivo. *Et qui manducat me, et ille vivet propter me.* Vitam hic dicit non qualemcumque, sed conspicuam. Quod autem id non de simplici vita dicat, sed de gloriosa et ineffabili illa, hinc palam est, quod omnes infideles et non initiati vivant, licet de ejus carne non manducent. Viden' quod non de hac vita sermo sit, sed de illa ? Quod autem dicit, hujusmodi est. Qui manducat meam carnem, morieudo non peribit, neque punietur. Imo non de communi resurrectione loquitur ; omnes quippe resurgent ; sed de eximia et gloriosa resurrectione, quam merces sequetur. 59. *Hic est panis qui de cælo descendit : non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Frequenter id repetit, ut in mentem auditorum infigat (ultima enim hæc erat doctrina), et de resurrectione, et de vita æterna fides confirmaretur. Ideoque resurrectionem addit ; tum quia dixit, *Vitam æternam,* tum ut ostendat illam vitam non nunc esse, sed post resurrectionem. Et undenam, inquies, hoc probatur ? Ex Scripturis. Nam ubique illos eo mittit, ut inde discant. Cum vero dixit, *Qui dat vitam mundo,* in æmulationem deducit, ut alios dono tanto frui videntes, non extra maneant. Frequenter autem manna commemorat, tum ut differentiam indicet, tum ut illos ad fidem inducat. Nam si potuit Deus sine messe, sine frumento, et reliquo apparatu illos per quadraginta annos alere ; multo magis nunc, postquam ad majora patranda venit, id poterit. Alioquin si illa figuræ erant, et sine sudore laboreque colligebant escam ; multo magis nunc hoc erit, ubi tanta differentia, ubi nulla vere mors, ubi vita vera fruimur.

Cur Christus sæpe vitam memorat. — E re autem vitæ sæpe meminit, quia illud apud homines in optatis est ; nihilque suavius, quam non mori. Nam in Veteri Testamento diuturnitas vitæ promittebatur ; sed nunc non diuturnitas modo, sed vita sine fine promittitur. Simul etiam vult ostendere, se supplicium a peccato inductum nunc revocare, sententiam illam mortis solvendo, dum vitam non qualemcumque, sed æternam, contra quam prius statutum fuerat, induceret. 59. *Hæc dixit in synagoga docens in Capernaum,* ubi multa mirabilia patrarat ; quare maxime audiendus erat.

2. Cur porro in synagoga docebat, et in templo ? Tum ut multitudinem traheret, tum ut ostenderet se non contrarium esse Patri. 60. *Multi autem ex discipulis audientes dicebant, Durus est hic sermo.* Quid sibi vult hoc, *Durus est ?* Id est, asper, laboriosus. Atqui nihil tale dicebat : neque enim de vitæ instituto loquebatur, sed de doctrina, identidem de fide in Christum habenda loquens. Cur ergo durus est sermo ? An quod vitam promittat et resurrectionem ? an quod dicat se ex cælo descendisse ? an quod nemo salvus esse possit, nisi carnem ejus manducet ? Hæccine, quæso, dura sunt ? Quis hoc dixerit ? Quid sibi vult ergo illud, *Durus ?* Captu difficilis, infirmitatem illorum superans, terrore plenus. Putabant enim ipsum ea loqui quæ ejus dignitatem et gradum superarent. Ideo dicebant, *Quis potest eum audire ?* idque forte ad sui excusationem, quod essent discessuri. 61. *Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurabant de hoc discipuli ejus* (hoc enim divinitatis illius erat, secreta in medium proferre) deinde dicit : *Hoc vos scandalizat ?* 62. *Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, ubi erat prius.* Idem Nathanaeli dixit : *Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis ? majora his videbis* (*Joan.* 1. 50) ; et Nicodemo, *Nemo ascendit in cælum, nisi Filius hominis, qui est in cælo* (*Joan.* 3. 13). Quid igitur ? difficultates difficultatibus addit ? Minime, absit ; sed doctrinæ magnitudine et copia ipsos allicere conatur. Nam qui dixerat, *De cælo descendi*, si nihil ulterius addidisset, majus offendiculum obtulisset : cum vero dicit, *Corpus meum vita*

[1] Alias legitur, *non habet vitam æternam.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀκροάσεως μόνης. Εἰ γὰρ βασιλέως ἐπιβαίνοντος πόλει, ἅπας ἀπελαύνεται θόρυβος· πολλῷ μᾶλλον τοῦ Πνεύματος ἡμῖν διαλεγομένου, μετὰ πολλῆς μὲν ἡσυχίας, μετὰ πολλῆς δὲ τῆς φρίκης [a] ἀκούειν ἡμᾶς δεῖ. Καὶ γὰρ φρίκης ἄξια τὰ λεγόμενα σήμερον. Καὶ πῶς, ἄκουε. Ἀμὴν γὰρ, φησὶ, *λέγω ὑμῖν, ἐὰν μή τίς μου φάγῃ τὴν σάρκα, καὶ πίῃ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ* [b]. Ἐπειδὴ ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὅτι ἀδύνατον τοῦτό ἐστι, δείκνυσιν αὐτὸς οὐ μόνον οὐκ ἀδύνατον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀναγκαῖον. Διὸ καὶ ἐπάγει· *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν, ὅτι *Ὁ τρώγων ἐκ τοῦ ἄρτου τούτου οὐκ ἀποθανεῖται εἰς τὸν αἰῶνα*· εἰκὸς δὲ ἦν αὐτοῖς προσστῆναι τοῦτο, καθὼς καὶ πρότερον ἔλεγον, *Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον, καὶ πῶς σὺ λέγεις, οὐ μὴ γεύσεται θανάτου;* τὴν ἀνάστασιν ἔθηκε, λύων τὸ ζητούμενον, καὶ δηλῶν ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται εἰς τέλος. Συνεχῶς δὲ στρέφει τὸν περὶ τῶν μυστηρίων λόγον, δεικνὺς τοῦ πράγματος τὸ ἀναγκαῖον, καὶ ὅτι αὐτὸ πάντως γενέσθαι δεῖ. *Ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις.* Τί ἐστιν ὃ λέγει; Ἢ τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀληθῆς βρῶσις αὕτη ἐστὶν ἡ ψυχὴν σώζουσα· ἢ πιστώσασθαι αὐτοὺς περὶ τῶν εἰρημένων, ὥστε μὴ νομίζειν αἴνιγμα εἶναι τὸ εἰρημένον καὶ παραβολήν, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι πάντως δεῖ φαγεῖν τὸ σῶμα. Εἶτά φησιν· *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, ἐν ἐμοὶ μένει.* Τοῦτο δὲ ἔλεγε δηλῶν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἀνακιρνᾶται. Τὸ δὲ ἐξῆς δοκεῖ μὲν ἀσυνάρτητον εἶναί τι, ἂν μὴ τὸν νοῦν ἐξετάσωμεν. Ποία γὰρ, φησὶν, ἀκολουθία, μετὰ τὸ εἰπεῖν, *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα ἐν ἐμοὶ μένει*, ἐπαγαγεῖν, *Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα;* Ἔχει δὲ πολλὴν τὴν ἁρμονίαν τὸ λεγόμενον. Ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω ἔλεγε ζωὴν αἰώνιον, κατασκευάζων αὐτὸ ἐπήγαγε τὸ, Ἐν ἐμοὶ μένει. Εἰ γὰρ ἐν ἐμοὶ μένει, ζῶ δὲ ἐγὼ, δῆλον ὅτι κἀκεῖνος ζήσεται. Εἶτά φησι· *Καθὼς ἀπέστειλέ* [276] *με ὁ ζῶν Πατήρ.* Τοῦτο δέ ἐστι συγκριτικὸν καὶ ὁμοιωματικόν. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Ζῶ ἐγὼ οὕτως, ὡς ὁ Πατήρ. Καὶ ἵνα μὴ ἀγέννητον νομίσῃς, προσέθηκεν εὐθὺς τὸ, *Διὰ τὸν Πατέρα*, οὐ τοῦτο δεικνὺς, ὅτι ἐνεργείας τινὸς χρείαν ἔχει πρὸς τὸ ζῆν. Ἀνωτέρω γὰρ τοῦτο ἀναιρῶν ἔλεγεν· *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ἔχειν ζωὴν ἐν ἑαυτῷ.* Εἰ δὲ δεῖται ἐνεργείας, εὑρεθήσεται ἢ ὁ Πατὴρ μὴ δεδωκὼς οὕτω, καὶ ψευδὴς ὁ λόγος· ἢ εἰ οὕτως ἔδωκεν, οὐδενὸς αὐτὸς λοιπὸν δεηθήσεται ἑτέρου τοῦ συγκροτοῦντος. Τί οὖν ἐστι, *Διὰ τὸν Πατέρα;* Τὴν αἰτίαν ἐνταῦθα αἰνίττεται μόνον. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Καθώς ἐστι ζῶν ὁ Πατὴρ, οὕτω κἀγὼ ζῶ. *Καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσει δι' ἐμέ.* Ζωὴν δέ ἐνταῦθα λέγει, οὐ τὴν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν εὐδόκιμον. Καὶ ὅτι οὐ περὶ τῆς ἁπλῶς ζωῆς εἶπεν, ἀλλὰ περὶ τῆς ἐνδόξου καὶ ἀπορρήτου ἐκείνης, δῆλον ἐκεῖθεν. Καὶ γὰρ πάντες, καὶ οἱ ἄπιστοι ζῶσι καὶ οἱ ἀμύητοι, μὴ φαγόντες ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐκείνης. Ὁρᾷς ὅτι οὐ περὶ ταύτης ὁ λόγος ἐστὶ τῆς ζωῆς, ἀλλὰ περὶ ἐκείνης; Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, οὐκ ἀπολεῖται τελευτήσας, οὐδὲ κολασθήσεται. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῆς κοινῆς φησι· καὶ γὰρ ὁμοίως πάντες ἀνίστανται· ἀλλὰ περὶ τῆς ἐξαιρέτου, τῆς ἐνδόξου, καὶ μισθὸν ἐχούσης.

[a] Savil. διαλεγομένου, πολλῆς μὲν ἡσυχίας, πολλῆς δὲ ἡμῖν δεῖ τῆς φρίκης. [b] Codd. 703, 706 οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, καὶ ἀπέθανον. Ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον, ζήσει εἰς τὸν αἰῶνα. Συνεχῶς τὸ αὐτὸ περιστρέφει, ὥστε αὐτὸ ἐντυπῶσαι τῇ τῶν ἀκουόντων διανοίᾳ (ἐσχάτη γάρ τις ἦν διδασκαλία ἡ περὶ τούτων), καὶ τὸ περὶ ἀναστάσεως δόγμα πιστῶσαι, καὶ τὸ περὶ ζωῆς αἰωνίου. Διὸ καὶ τὴν ἀνάστασιν προστίθησιν, ὁμοῦ μὲν ἐπειδὴ εἶπε, ζωῆς αἰωνίου, ὁμοῦ δὲ δεικνὺς ὅτι οὐ νῦν ἐστιν αὕτη, ἀλλὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Καὶ πόθεν ταῦτα δῆλα, φησίν; Ἀπὸ τῶν Γραφῶν. Πανταχοῦ γὰρ αὐτοὺς ἐκεῖ παραπέμπει, παρ' αὐτῶν κελεύων ταῦτα μαθεῖν. Εἰπὼν δὲ, Ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, καὶ εἰς ζῆλον αὐτοὺς ἐνάγει, ὥστε κἂν ἀλγήσαντας ἐπὶ τῷ ἄλλους ἀπολαύειν τῆς δωρεᾶς, μὴ μεῖναι ἔξω. Συνεχῶς δὲ ἀναμιμνήσκει τοῦ μάννα, καὶ τὸ διάφορον παριστὰς, καὶ αὐτοὺς εἰς πίστιν ἐνάγων. Εἰ γὰρ δυνατὸν ἐγένετο τεσσαράκοντα ἔτεσιν ἀμητοῦ χωρὶς καὶ σίτου καὶ τῆς ἄλλης ἀκολουθίας διακρατῆσαι τὴν ἐκείνων ζωήν· πολλῷ μᾶλλον νῦν, ἅτε ἐπὶ μείζοσι παραγενόμενος, δυνήσεται τοῦτο. Ἄλλως δὲ, καὶ εἰ ἐκεῖνα τύποι τινὲς ἦσαν, καὶ χωρὶς ἱδρώτων καὶ πόνων συνέλεγον τὸ φερόμενον· πολλῷ μᾶλλον νῦν τοῦτο ἔσται, ἔνθα πολλὴ ἡ διαφορὰ, καὶ τὸ μηδέποτε τελευτᾷν, καὶ τὸ ζωῆς ἀπολαύειν τῆς ἀληθοῦς.

Καλῶς δὲ ζωῆς πολλάκις μέμνηται, ἐπειδὴ τοῦτο ποθεινὸν ἀνθρώποις, καὶ οὐδὲν οὕτως ἡδὺ, ὡς τὸ μὴ ἀποθανεῖν. Ἐπεὶ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ τοῦτο ἦν ἡ ὑπόσχεσις, μῆκος βίου, καὶ πολλαὶ ἡμέραι· ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔστι μῆκος ἁπλῶς, ἀλλὰ ζωὴ τέλος οὐκ ἔχουσα. Ἅμα δὲ καὶ δεῖξαι βούλεται, ὅτι τὴν ἐκ τῆς ἁμαρτίας [277] γενομένην κόλασιν ἀνακαλεῖται νῦν, τὴν ψῆφον λύων ἐκείνην τὴν θανατοῦσαν· καὶ ζωὴν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' αἰώνιον εἰσάγων, ἀπεναντίας τοῖς προτέροις. *Ταῦτα εἶπεν ἐν συναγωγῇ διδάσκων ἐν Καπερναούμ*, ἔνθα αἱ πλεῖσται γεγένηνται δυνάμεις, ὥστε ἐχρῆν αὐτὸν ἀκουσθῆναι μάλιστα.

β'. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἐν συναγωγῇ ἐδίδασκε, καὶ ἐν ἱερῷ; Ὁμοῦ μὲν τὸ πλῆθος αὐτῶν θηρεύσαι θέλων, ὁμοῦ δὲ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐκ ἐναντίος ἐστὶ τῷ Πατρί. *Πολλοὶ δὲ ἐκ τῶν μαθητῶν ἀκούσαντες ἔλεγον· Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος.* Τί ἐστι, *Σκληρός ἐστι*; Τραχὺς, ἐπίπονος, μόχθον ἔχων. Καὶ μὴν οὐδὲν τοιοῦτον ἔλεγεν· οὐδὲ γὰρ περὶ πολιτείας διελέγετο, ἀλλὰ περὶ δογμάτων, ἄνω καὶ κάτω στρέφων τὴν πίστιν τὴν εἰς ἑαυτόν. Τί οὖν ἐστι, Σκληρός ἐστιν ὁ λόγος; Ὅτι ζωὴν ἐπαγγέλλεται καὶ ἀνάστασιν; ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔφη καταβεβηκέναι; ἀλλ' ὅτι σωθῆναι ἀδύνατον τὸν μὴ φαγόντα αὐτοῦ τὴν σάρκα; Ταῦτα οὖν, εἰπέ μοι, σκληρά; Καὶ τίς ἂν ταῦτα εἴποι; Τί οὖν ἐστι, *Σκληρός;* Δυσπαράδεκτος, ὑπερβαίνων αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν, πολὺν ἔχων τὸν φόβον. Ἐνόμιζον γὰρ μείζονα τῆς οἰκείας φθέγγεσθαι καὶ ὑπὲρ αὐτόν. Διὸ καὶ ἔλεγον· *Τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν;* ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀπολογούμενοι τάχα, ἐπειδὴ ἔμελλον ἀποπηδᾶν. *Εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ, ὅτι γογγύζουσιν οἱ μαθηταὶ περὶ τούτου* (καὶ γὰρ τοῦτο τῆς αὐτοῦ θεότητος, τὸ τὰ ἀπόῤῥητα φέρειν εἰς μέσον), εἶτα λέγει· *Τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει; Ἐὰν οὖν ἴδητε τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα, ὅπου ἦν τὸ πρότερον.* Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Ναθαναὴλ ἐποίησε, λέγων, Ὅτι *εἶπόν σοι ὅτι, Εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις; μείζονα τούτων ὄψει*· καὶ ἐπὶ Νικοδήμου, ὅτι *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.* Τί οὖν; ἀπορίας ἀπορίαις συνάπτει; Οὐχί· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ μεγέθει τῶν δογμάτων καὶ τῷ πλήθει αὐτοὺς ἐπαγαγέσθαι βούλεται. Ὁ μὲν γὰρ εἰπὼν ἁπλῶς, ὅτι *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα*, καὶ μηδὲν πλέον προσθείς, μᾶλλον ἂν ἐσκανδάλισεν· ὁ δὲ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰπὼν, ὅτι *Τὸ σῶμά μου ζωὴ τοῦ κόσμου*, καὶ ὁ εἰπὼν, ὅτι *Καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν Πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα*· καὶ ὁ εἰπὼν, ὅτι *Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα*, τὴν ἀπορίαν λύει. Ὁ μὲν γὰρ ἔν τι μέγα περὶ ἑαυτοῦ φθεγγόμενος, κἂν ὕποπτος γένοιτο, ὡς πλάττων· ὁ δὲ τοσαῦτα συνείρων ἐφεξῆς, πᾶσαν ἀναιρεῖ τὴν ὑποψίαν. Πάντα δὲ ποιεῖ καὶ λέγει, ὥστε αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν τοῦ νομίζειν αὐτοῦ πατέρα τὸν Ἰωσήφ. Οὐ τοίνυν τὸ σκάνδαλον ἐπιτεῖναι θέλων, τοῦτο ἔλεγεν, ἀλλὰ λῦσαι μᾶλλον. Ὁ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ αὐτὸν εἶναι νομίζων, οὐκ ἂν παρεδέξατο τὰ λεγόμενα· ὁ δὲ πεισθεὶς, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ ἐκεῖ ἀναβήσεται, εὐκολώτερον ἂν προσέσχε τοῖς λεγομένοις. Μετὰ δὲ τούτων καὶ ἑτέραν λύσιν ἐπάγει, λέγων· *Τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν*. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Πνευματικῶς δεῖ τὰ περὶ ἐμοῦ ἀκούειν· ὁ γὰρ σαρκικῶς ἀκούσας, οὐδὲν ἀπώνατο, οὔτε χρηστόν τι ἀπέλαυσε [a]. Σαρκικὸν δὲ [278] ἦν τὸ ἀμφισβητεῖν πῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκε, καὶ τὸ νομίζειν, ὅτι υἱός ἐστιν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ, *Πῶς δύναται ἡμῖν τὴν σάρκα δοῦναι φαγεῖν;* Ταῦτα πάντα σαρκικά· ἅπερ ἔδει μυστικῶς νοεῖν καὶ πνευματικῶς. Καὶ πόθεν, φησὶν, ἠδύναντο νοῆσαι τί ποτέ ἐστιν τὸ σάρκα φαγεῖν ἐκεῖνοι; Οὐκοῦν ἔδει τὸν προσήκοντα ἀναμεῖναι καιρὸν, καὶ πυνθάνεσθαι, καὶ μὴ ἀπαγορεύειν. *Τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λελάληκα ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι, καὶ ζωή*· τουτέστιν, θεῖα καὶ πνευματικά ἐστιν, οὐδὲν ἔχοντα σαρκικὸν, οὐδὲ ἀκολουθίαν φυσικήν· ἃ καὶ ἀπήλλακται [b] πάσης μὲν τοιαύτης ἀνάγκης, καὶ ὑπέρκειται καὶ τῶν νόμων τῶν ἐνταῦθα κειμένων· ἕτερον δὲ ἔχει νοῦν ἐξηλλαγμένον. Ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα εἶπεν ἀντὶ τοῦ πνευματικὰ, οὕτω σάρκα εἰπὼν, οὐ σαρκικὰ εἶπεν, ἀλλὰ τὸ σαρκικῶς ἀκοῦσαι, ἅμα καὶ αὐτοὺς αἰνιττόμενος, ὅτι ἀεὶ σαρκικῶν ἐπεθύμουν, δέον πνευματικῶν ἐφίεσθαι. Ἐὰν γὰρ [c] αὐτὸ σαρκικῶς τις ἐκλάβοι, οὐδὲν ἀπώνατο. Τί οὖν; οὐκ ἔστι ἡ σὰρξ αὐτοῦ σάρξ; Καὶ σφόδρα μὲν οὖν. Καὶ πῶς εἶπεν, *Ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν;* Οὐ περὶ τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς λέγων· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ περὶ τῶν σαρκικῶς ἐκλαμβανόντων τὰ λεγόμενα. Τί δέ ἐστι τὸ σαρκικῶς νοῆσαι; Τὸ ἁπλῶς εἰς τὰ προκείμενα ὁρᾷν, καὶ μὴ πλέον τι φαντάζεσθαι. Τοῦτο γάρ ἐστι σαρκικῶς. Χρὴ δὲ μὴ οὕτω κρίνειν τοῖς ὁρωμένοις, ἀλλὰ πάντα τὰ μυστήρια τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς κατοπτεύειν. Τοῦτο γάρ ἐστι πνευματικῶς. Ἆρα ὁ μὴ τρώγων αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνων αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ· πῶς οὖν οὐδὲν ὠφελεῖ ἡ σὰρξ, ἧς ἄνευ ζῆν οὐκ ἔνι; Ὁρᾷς ὅτι τὸ, Ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδὲν, οὐ περὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ εἴρηται, ἀλλὰ περὶ τῆς σαρκικῆς ἀκροάσεως; *Ἀλλ' εἰσί τινες ἐξ ὑμῶν, οἳ οὐ πιστεύουσι.* Πάλιν κατὰ τὸ σύνηθες αὐτοῦ τοῖς λόγοις ἀξίωμα περιτίθησι, τά τε μέλλοντα προλέγων, καὶ δεικνὺς ὡς οὐ τῆς ἐκείνων δόξης ἐφιέμενος ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλ' αὐτῶν κηδόμενος. Εἰπὼν δὲ, *Τινὲς*, τοὺς μαθητὰς ὑπεξήγαγε. Παρὰ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἔλεγε· *Καὶ ἑωράκατέ με, καὶ οὐ πιστεύετέ μοι* [d]· ἐνταῦθα δὲ, *Εἰσί τινες ἐξ ὑμῶν, οἳ οὐ πιστεύουσιν. Ἤδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς, τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν. Καὶ ἔλεγε, Διὰ τοῦτο εἴρηκα, Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἄνωθεν ἐκ τοῦ Πατρός μου.* Τὸ ἐκούσιον ἐνταῦθα τῆς οἰκονομίας ὁ εὐαγγελιστὴς ἡμῖν αἰνίττεται, καὶ τὸ ἀνεξίκακον. Καὶ τὸ *Ἐξ ἀρχῆς* δὲ οὐχ ἁπλῶς ἐνταῦθα κεῖται, ἀλλ' ἵνα μάθῃς αὐτοῦ τὴν ἄνωθεν πρόγνωσιν, καὶ ὅτι πρὸ τῶν ῥημάτων τούτων, καὶ οὐ μετὰ τὸ γογγύσαι, οὐδὲ μετὰ τὸ σκανδαλισθῆναι τὸν προδότην ᾔδει, ἀλλὰ καὶ πρὸ τούτου, ὅπερ ἦν θεότητος. Εἶτα καὶ ἐπήγαγεν, *Ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἄνωθεν ἐκ τοῦ Πατρός μου*, πείθων αὐτοὺς Πατέρα αὐτοῦ νομίζειν τὸν Θεὸν, ἀλλὰ μὴ τὸν Ἰωσὴφ, καὶ δεικνὺς ὅτι οὐκ [279] ἔστι τὸ τυχὸν τὸ πιστεῦσαι εἰς αὐτόν. Μονονουχὶ γὰρ τοῦτό φησιν, Οὐ θορυβοῦσιν [e], οὐδὲ ταράττουσιν, οὐδὲ ξενίζουσί με οἱ μὴ πιστεύοντες· οἶδα τοῦτο ἄνωθεν πρὶν ἢ γενέσθαι· οἶδα τίσιν ἔδωκεν ὁ Πατήρ.

γ'. Ὅταν δὲ ἀκούσῃς, ὅτι *Δέδωκε*, μὴ ἀποκλήρωσιν ἁπλῶς νόμιζε, ἀλλ' ἐκεῖνο πίστευε, ὅτι ὁ παρασχὼν ἑαυτὸν ἄξιον τοῦ λαβεῖν, αὐτὸς ἔλαβεν. *Ἐκ τούτου πολλοὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκ ἔτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν.* Καλῶς καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς οὐκ εἶπεν, ἀνεχώρησαν, ἀλλά, *Ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω*, δηλῶν ὅτι τῆς κατὰ ἀρετὴν ἐπιδόσεως ὑπετέμοντο, καὶ ὅτι ἦν εἶχον πάλαι πίστιν ἀπώλεσαν, ἀποσχίσαντες ἑαυτούς. Ἀλλ' οὐχ οἱ δώδεκα τοῦτο ἔπαθον. Διὸ καὶ φησὶ πρὸς αὐτούς· *Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν;* δεικνὺς πάλιν ὅτι οὐ δεῖται τῆς διακονίας αὐτῶν καὶ τῆς θεραπείας, οὐδὲ διὰ τοῦτο αὐτοὺς περιῆγεν ἐπιδεικνύμενος. Πῶς γὰρ, ὁ καὶ τούτοις ταῦτα λέγων; Διατί οὖν αὐτοὺς μὴ ἐπῄνεσε; διατί μὴ ἐθαύμασεν; Ὁμοῦ μὲν τὸ τοῦ διδασκάλου πρέπον ἀξίωμα τηρῶν, ὁμοῦ δὲ δεικνὺς, ὅτι διὰ τούτου μᾶλλον ἐφέλκεσθαι ἔδει τοῦ τρόπου. Εἰ μὲν γὰρ ἐπῄνεσε, νομίζοντες αὐτῷ χάριν διδόναι, κἂν ἔπαθόν τι ἀνθρώπινον· τῷ δὲ δεικνύναι μὴ δεόμενον αὐτὸν τῆς ἀκολουθήσεως αὐτῶν, κατεῖχε μᾶλλον. Καὶ ὅρα πῶς αὐτὸ συνετῶς εἴρηκεν. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἀπέλθετε· τοῦτο γὰρ ἀπωθουμένου ἦν· ἀλλ' ἐρωτᾷ [f] λέγων, *Μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν;* Ὅπερ πᾶσαν ἦν ἀφαιροῦντος βίαν καὶ ἀνάγκην, καὶ οὐ βουλομένου αἰδοῖ τινι προσηρτῆσθαι, ἀλλὰ μετὰ τοῦ χάριν εἰδέναι. Τῷ δὲ μήτε ἐκείνων κατηγορῆσαι φανερῶς, ἀλλ' ἠρέμα καθάψασθαι, ἔδειξεν ὅπως δεῖ φιλοσοφεῖν ἐν τοῖς τοιούτοις. Ἡμεῖς δὲ τἀναντία πάσχομεν· εἰκότως, ἐπειδὴ τῆς οἰκείας ἐχόμενοι δόξης, ἅπαντα πράττομεν. Διὸ καὶ ἐλαττοῦσθαι νομίζομεν τὰ ἡμέτερα διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τῶν θεραπευόντων. Οὕτως δὲ οὔτε ἐκολάκευσεν, οὔτε διεκρούσατο, ἀλλ' ἠρώτησεν. Οὐκ ἄρα καταφρονοῦντος ἦν, ἀλλὰ μὴ βουλομένου βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ κατέχεσθαι. Τὸ γὰρ οὕτω μένειν ἴσον ἐστὶ τοῦ ἀπελθεῖν. Τί οὖν ὁ Πέτρος; *Πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις. Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν καὶ ἐγνώκαμεν, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.* Ὁρᾷς ὅτι οὐ τὰ ῥήματα ἦν τὰ σκανδαλίζοντα, ἀλλ' ἡ ἀπροσεξία καὶ ἡ ῥᾳθυμία καὶ ἀγνωμοσύνη τῶν ἀκουόντων; Καὶ γὰρ καὶ εἰ μὴ εἶπεν, ἐσκανδαλίσθησαν ἄν, καὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο, τροφῇ προσέχοντες ἀεὶ σωματικῇ, καὶ τῇ γῇ προσηλωμένοι. Ἄλλως δὲ, καὶ οὗτοι μετ' ἐκείνων ἦκουον· ἀλλ' ὅμως τἀναντία ἐκείνων ἀπεφήναντο, λέγοντες· *Πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα;* Πολλῆς τὸ ῥῆμα φιλοστοργίας ἐμφαντικόν. Δείκνυσι γὰρ ὅτι παντὸς αὐτοῖς ἐστιν ὁ Διδάσκαλος [g] τιμιώτερος, καὶ πατέρων, καὶ μητέρων, καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων, καὶ ἀποστάντας αὐτοῦ οὐκ ἔνι λοιπὸν ποῦ καταφυγεῖν. Εἶτα, ἵνα μὴ ὀκῇ τὸ, *Πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα;* διὰ τοῦτο εἰρηκέναι αὐτὸν, ὡς οὐκ ὄντων τῶν ὑποδεξαμένων αὐτοὺς, εὐθέως ἐπήγαγε· [280] *Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις.* Οἱ μὲν γὰρ σαρκικῶς καὶ μετὰ λογισμῶν ἀνθρωπίνων ἤκουον, οὗτοι δὲ πνευματικῶς,

[a] Alii οὔτε τοῦ κέρδους τι ἀπ. [b] Savil: φυσικὴν, ἀλλ' ἀπήλλ. [c] Morel. ἂν τοίνυν. [d] Alii οὐκ ἐπιστεύετέ μοι. [e] Savil. εἰς αὐτόν· ὡσανεὶ ἔλεγεν, Οὐ θορ. [f] Alii ἠρώτησε. [g] Alii ὁ Χριστός.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est mundi; et, *Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem;* et, *de cœlo descendi*, ille difficultatem solvit. Qui enim aliquid magnum de se loquitur, suspectus erit mendacii; qui vero talia deinde subdit, omnem tollit suspicionem. Nihil vero non agit ac dicit, ne putent eum esse Josephi filium. Non ergo hæc dixit, ut scandalum augeret, sed ut tolleret. Quisquis enim eum filium Josephi putasset, dicta non accepisset : qui vero persuasus esset ipsum de cœlo descendisse, et eo ascensurum esse facilius libentiusque dictis attendisset. Sub hæc aliam adduxit solutionem : 63. *Spiritus est*, inquit, *qui vivificat, caro non prodest quidquam :* hoc est, Quæ de me dicuntur, spiritualiter sunt accipienda : nam qui carnaliter audit, nihil lucratur, nihil proficit. Carnale erat dubitare quomodo de cœlo descendisset, putareque ipsum esse filium Josephi; necnon illud, *Quomodo potest nobis carnem suam dare ad manducandum?* Hæc omnia carnalia; quæ oportebat mystice et spiritualiter intelligere. Et quomodo poterant, inquies, intelligere quid esset carnem comedere? Oportebat certe opportunum tempus exspectare et interrogare, nec desistere. *Verba quæ ego loquutus sum vobis, spiritus et vita sunt;* id est, divina et spiritualia sunt, nihil habent carnale, nec naturalem consequentiam; sed omni hujusmodi necessitate, et hujus vitæ legibus libera sunt, aliumque et diversum sensum habent. Sicut ergo hoc loco spiritum pro spiritualibus dixit, sic cum carnem dicit, non carnalia intelligit; sed carnaliter eos audire subindicat, qui semper carnalia cupiebant, cum oportuisset spiritualia appetere. Si quis enim hoc carnaliter accipiat, nihil lucratur. Quid ergo? an caro ejus non est caro? Est certe. Quomodo ergo dixit, *Caro non prodest quidquam?* Non de carne sua intelligit, absit; sed de iis qui dicta carnaliter acciperent. Quid est autem carnaliter intelligere? Proposita simpliciter intelligere, neque ultra quidpiam excogitare. Hoc est carnaliter videre. Non oportet autem de iis quæ videntur ita judicium ferre, sed omnia mysteria interioribus oculis perspicere, id est, spiritualiter. An is qui non manducat carnem ejus, nec bibit ejus sanguinem, non habet vitam in semetipso : quomodo ergo caro non prodest quidquam, sine qua non possumus vivere? Non de carne ipsius hoc dictum esse vides, sed de carnali audiendi modo. 64. *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt.* Rursum pro more suo dignitatem verbis adjicit, futuraque prædicit et ostendit, se non ut gloriam apud illos captaret, sed quod eorum saluti prospiceret, hoc dicere. Cum dicit autem, *Quidam*, discipulos subduxit. Initio namque dixerat, *Et vidistis me, et non credidistis mihi;* hic vero, *Sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio, quinam essent qui non crederent, et quis traditurus esset eum.* 65. *Et dicebat, Ideo dixi vobis, Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum desuper a Patre meo.* Spontaneam ejus œconomiam hic evangelista subindicat, ejusque patientiam. Illudque, *Ab initio*, non sine causa hic ponitur; sed ut ejus præscientiam intelligas, atque ipsum ante hæc verba, neque postquam illi offensi murmuraverant, proditorem novisse; id quod divinitatis erat. Deinde adjicit, *Nisi fuerit ei datum desuper a Patre meo*, suadens eis ut Patrem suum putarent Deum, non Josephum, et ostendens rem non esse vulgarem, in eum credere : ac si diceret, Non turbant, non obstupefaciunt me, qui non credunt : hoc jam olim novi antequam fieret : novi quibusnam Pater dederit.

5. Cum illud audis, *Dedit*, ne putes esse sortem quamdam; sed crede eum qui se dignum præbuerit, id accipere. 66. *Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro, et jam non cum illo ambulabant.* Recte evangelista non dixit, Recesserunt, sed, *Abierunt retro*, ostendens a virtutis profectu excisos, et eam quam olim habuerant fidem perdidisse, cum sese abscinderent. Verum duodecim illi non item. Quapropter dixit illis, 67. *Numquid et vos vultis abire?* ostendens se illorum ministerio et cultu non egere, neque ideo illos circumducere. Quomodo enim illis opus habere potuit qui hæc dixit? Cur eos non laudavit? cur non prædicavit? Primo, ut magistri dignitatem servaret, atque ut ostenderet, sic illos trahi oportuisse. Nam si laudasset, putantes se gratiam illi præstitisse, aliquid humanum passi fuissent : cum autem ostendit se illorum non egere comitatu, magis eos continuit. Et animadverte quam prudenter loquatur. Non dixit, Abite : id enim repellentis fuisset; sed interrogat, *Num et vos vultis abire?* Quod omnem auferebat vim et necessitatem, ne pudore detinerentur, sed et gratiam haberent. Cum autem illos non palam accusavit, sed modeste tetigit, ostendit quomodo oporteat in similibus philosophari. Nos autem jure contraria patimur, quia omnia gloriæ causa facimus, ideoque ex famulorum recessu nostra minui putamus. Sic porro nec adulatus est, nec repulit, sed interrogavit. Non ergo spernentis hoc erat, sed nolentis eos vi et necessitate detinere; nam ita manere, idem fuisset atque abire. Quid ergo Petrus? 68. *Ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes.* 69. *Et nos credidimus et cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei vivi.* Viden' non verba offensionem peperisse, sed socordiam, desidiam, et improbitatem auditorum? Nam etiamsi hoc non dixisset, nihilominus offensi fuissent, nec destitissent, cibum semper corporeum curantes, ac terræ affixi. Alioquin autem hi una cum illis audierunt, sed contrarie affecti modo dixerunt, *Ad quem ibimus?* Verbum magni affectus indicium. Significat enim Magistrum sibi omnibus esse cariorem, patribus, matribus, facultatibus, eosque qui ab ipso discedunt, non habere quo se recipiant. Deinde ne videretur illud, *Ad quem ibimus?* ideo dixisse, quod non essent qui ipsos reciperent, statim adjicit, *Verba vitæ æternæ habes.* Alii enim carnaliter et humana mente audiebant; hi vero spiritualiter, et fidei totum committentes. Ideo Christus dicebat : *Verba quæ loquutus sum vobis, spiritus sunt;* id est, Ne suspiceris doctrinam meam, rerum consequentiæ ac necessitati subjacere. Non hujusmodi sunt spiritualia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nec terrenis legibus subdi patiuntur. Id Paulus quoque declarat his verbis : *Ne dicas in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? hoc est, Christum deducere; aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum ex mortuis revocare* (*Rom.* 10. 6. 7). *Verba vitæ æternæ habes.* Jam hi resurrectionem acceperant, et totam illam sortem. Vide, quæso, fratrum amantem, quomodo totius cœtus causam agat : non dixit enim, Cognovi, sed, *Cognovimus :* imo potius animadverte quomodo ad ipsa Magistri verba accedat, non eadem quæ Judæi loquens. Illi enim dicebant, *Hic est filius Joseph;* hic autem, *Tu es Christus Filius Dei vivi;* et, *Verba vitæ æternæ habes.* Forte quia sæpe ipsum dicentem audierat : *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Demonstrat enim se dicta omnia retinere, cum ipsa verba usurpat. Quid ergo Christus? Non laudavit, nec celebravit Petrum, quod tamen alibi fecit. Sed quid dicit? 70. *Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est?* Quia enim ille dixerat, *Et nos credidimus*, excipit ex numero Judam. Alibi enim nihil de discipulis dixit : sed cum Christus dixisset, *Vos autem quem me esse dicitis?* respondit, *Tu es Christus Filius Dei viventis* (*Matth.* 16. 15). Hic vero quia dixerat, *Et nos credidimus*, merito Judam eximit ex illo choro; id vero facit, jam diu ante proditoris perfidiam propulsans. Gnarus se nihil proficere, quod in se erat fecit.

4. Et intuere sapientiam : non illum manifestum reddidit, neque latere omnino permisit; tum ne impudentior pervicaciorque fieret; tum ne se latere putans, audacius illud facinus adiret. Idcirco in sequentibus apertius illum coarguit. Prius certe illum cum aliis connumeravit, cum dixit, *Sunt quidam ex vobis qui non credunt*, id quod declarat evangelista : *Sciebat enim ab initio qui essent non credentes, et quis traditurus esset ipsum.* Quia vero ille persistebat, acrius arguit, *Unus ex vobis diabolus est*, communemque omnibus metum incutit, ut illum obtegeret. Hic jure quæratur : Cur nihil discipuli nunc dicunt, sub hæc autem dubitant, timent, se mutuo respiciunt rogantes, *Numquid ego sum, Domine* (*Matth.* 26. 22)? Et Joanni Petrus innuit, ut Magistrum percontetur quis sit proditor. Qua ergo de causa? Nondum audierat Petrus, *Vade post me, satana.* Ideo non timebat : postquam autem increpatus est, et multo cum affectu loquutus, non laudatus est, sed et satanas audivit; hac percepta voce, *Unus ex vobis tradet me*, jure timuit. Alioquin, non dicit nunc, *Unus ex vobis tradet me;* sed, *Unus ex vobis est diabolus.* Quare non intelligebant quid diceretur, sed malitiam tantum reprehendi putabant. Cur autem dixit, *Nonne ego vos duodecim elegi, et unus ex vobis diabolus est?* Doctrinam suam omni adulatione vacuam indicans. Cum enim abscedentibus omnibus, ipsi soli manerent, et Petri ore Christum confiterentur; ne putarent se ideo ipsis adulaturum esse, hanc amovet suspicionem; ac si diceret : Nihil me cohibet quominus malos arguam : ne putetis me vobis, quia manetis, adulaturum esse; aut quia me sequimini, improbos non reprehensurum. Nam quod magis posset Magistrum flectere, id non me flectit. Qui manet, amoris sui dat indicium. Qui electus est a Magistro, ab insipientibus, ac si insaniat, repelletur. Attamen neque hoc me a reprehendendo abducit. Hac de re etiam nunc gentiles Christum accusant, sed frigide et stulte. Non enim necessitate aut vi Deus bonos facere solet, neque electio ejus est violenta, sed a suasione perficitur. Ut autem discas vocationem non vim inferre, perpende quot vocati perierint. Unde palam est, in nostro sitam esse arbitrio vel salutem, vel perniciem nostram.

5. Hæc itaque audientes, instituamur ad cavendum vigilandumque semper. Nam si ille qui in sancto illo choro censebatur, qui tantum consequutus erat donum, qui signa fecerat (etenim cum aliis missus fuerat ad mortuos suscitandos leprososque mundandos), quia gravissimo avaritiæ morbo captus est, Dominum suum prodidit, nihilque illi profuere beneficia, dona, non consuetudo, non lotio pedum, non mensæ societas, non loculorum custodia; imo hæc illi aditus ad supplicium fuere : timeamus et nos, ne quando Judam per avaritiam imitemur. Christum non prodis? Sed quando pauperem fame tabescentem, aut frigore enectum contemnis, eidem obnoxius es damnationi. Et cum indigne mysteria participamus, eamdem in perniciem imus, quam qui Christum occiderunt. Cum rapimus, cum egenos opprimimus, maximam nobis ultionem attrahimus; ac jure merito. Usquequo enim rerum præsentium amor, inutilium et supervacuarum nos occupabit? Divitiæ namque inter superflua et inutilia numerantur. Usquequo inanibus rebus affixi erimus? usquequo non respiciemus cœlos? non vigilabimus, non in fastidium fluxarum terrenarumque rerum veniemus? annon experimento illarum vilitatem ediscimus? Cogitemus divites illos qui ante nos fuerunt. Annon hæc omnia somnium sunt? annon umbra et flos? annon unda præterfluens? annon verba et fabulæ? Ille dives fuit; sed quo abierunt divitiæ? Perierunt, corruptæ sunt; sed peccata per divitias parta manent, et propter peccata supplicium. Imo vero etsi nec supplicium esset, nec regnum, contribules, congeneres et consortes revereri oporteret. At nunc canes alimus; multi etiam onagros, ursos, variasque feras (*a*) : hominem autem fame confectum negligimus, ac pluris facimus alienum genus, quam nostrum. Annon pulchra res est, aies, splendidas ædes construere, multos servos habere, aurea laquearia jacentes conspicere? Res est supervacanea et inutilis. Sunt alia ædificia his multo splendidiora et honestiora : his oculos oblectare operæ pretium fuerit : ac nemo est qui impediat. Vis tectum pulcherrimum intueri? Appetente vespera vide cœlum stellis ornatum. Sed non est tectum meum, inquies. Imo magis tuum, quam illud aliud. Propter te namque factum est, et commune tibi est cum fratribus tuis. Hoc autem aliud non tuum est,

(*a*) Hic feras alendi mos Chrysostomi ætate vigebat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ τῇ πίστει τὸ πᾶν ἐπιτρέποντες. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγε· *Πεπεῖμαί ἐστι τὰ ῥήματα, ἃ λελάληκα ὑμῖν*· τουτέστι, μὴ ὑπολάβῃς τῇ τῶν πραγμάτων ἀκολουθίᾳ, καὶ τῇ τῶν γινομένων ἀνάγκῃ τῶν ῥημάτων τῶν ἐμῶν τὴν διδασκαλίαν ὑποκεῖσθαι. Οὐ τοιαῦτα τὰ πνευματικά· οὐκ ἀνέχεται δουλεύειν νόμοις τοῖς ἐπὶ γῆς. Τοῦτο καὶ Παῦλος δηλοῖ, λέγων· *Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι, Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι, Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις.* Ἤδη τὴν ἀνάστασιν οὗτοι παρεδέξαντο καὶ τὴν ἐκεῖ λῆξιν ἅπασαν. Ὅρα δὲ τὸν φιλάδελφον, τὸν φιλόστοργον, πῶς ὑπὲρ παντὸς ἀπολογεῖται τοῦ χορηγοῦ· οὐ γὰρ εἶπεν Ἔγνωκα, ἀλλ' *Ἐγνώκαμεν*· μᾶλλον δὲ σκόπει πῶς ἐπ' αὐτῶν ἔρχεται τῶν ῥημάτων τοῦ διδασκάλου, οὐ τὰ αὐτὰ τοῖς Ἰουδαίοις φθεγγόμενος. Οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον· *Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσήφ*· οὗτος δέ, ὅτι *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*· καὶ, ὅτι *Ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις*· τάχα πολλάκις ἀκούσας αὐτοῦ λέγοντος [a], ὅτι *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἔχει ζωὴν αἰώνιον*. Ἔδειξε γὰρ ὅτι πάντα κατέχει τὰ εἰρημένα, αὐτῶν ἀναμνήσας τῶν ῥημάτων. Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐκ ἐπῆνεσε τὸν Πέτρον, οὐδὲ ἐθαύμασε, καίτοι ἀλλαχοῦ τοῦτο ποιήσας· ἀλλὰ τί φησιν; *Οὐχὶ ἐγὼ ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν;* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν*, ἐξαιρεῖ τοῦ χοροῦ τὸν Ἰούδαν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ [b] οὐδὲν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτὸς εἶπε, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ εἰπόντος· *Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε;* φησί· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*. Ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ εἶπε, *Καὶ ἡμεῖς πεπιστεύκαμεν*, εἰκότως οὐκ ἀφίησι τὸν Ἰούδαν εἰς τὸν ἐκείνων χορόν. Τοῦτο δὲ ἐποίει, πόῤῥωθεν καὶ ἄνωθεν τοῦ προδότου τὴν κακίαν ἀνακρουόμενος, εἰδὼς μὲν ὅτι οὐδὲν ὀνήσει, τὸ δὲ ἑαυτοῦ πράττων.

δ'. Καὶ θέα τὴν σοφίαν· οὔτε αὐτὸν φανερὸν ἐποίησεν, οὔτε λαθεῖν εἴασεν· ἐκεῖνο μέν, ἵνα μὴ ἀναισχυνθῇ καὶ φιλονεικότερος γένηται· τοῦτο δὲ, ἵνα μὴ νομίζων λανθάνειν, ἀδεῶς ἐργάσηται τὸ τόλμημα. Διὸ καὶ προῶν φανερωτέρους ἐπάγει τοὺς ἐλέγχους. Πρότερον μὲν γὰρ καὶ αὐτὸν μετὰ τῶν ἄλλων ἠρίθμησεν, εἰπών, ὅτι *Εἰσί τινες ἐξ ὑμῶν, οἳ οὐ πιστεύουσιν* (ὅτι δὲ καὶ τὸν προδότην ἠρίθμησεν, ἐδήλωσεν εἰπὼν ὁ εὐαγγελιστής [c]· *Ἤδει γὰρ ἐξ ἀρχῆς τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν*)· ἐπειδὴ δὲ ἐνέμεινε, σφοδρότερον ἐπάγει τὸν ἔλεγχον, *Εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν*, καὶ κοινὸν πᾶσι τὸν φόβον καθίστησιν, ἐκεῖνον συσκιάσαι βουλόμενος. Ἄξιον δὲ ἐνταῦθα διαπορῆσαι, τί δήποτε νῦν μὲν οὐδὲν λέγουσιν οἱ μαθηταί, ὕστερον δὲ δεδοίκασι καὶ διαποροῦνται πρὸς ἀλλήλους ὁρῶντες καὶ πυνθανόμενοι, *Μή τι ἐγώ εἰμι, Κύριε*; Καὶ τῷ Ἰωάννῃ ὁ Πέτρος ἐννεύει μαθεῖν [281] τὸν προδότην, καὶ πυθέσθαι τοῦ Διδασκάλου τίς ἐστιν. Τί ποτε οὖν [d] ἐστι τὸ αἴτιον; Οὔπω ἦν ὁ Πέτρος ἀκούσας, *Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ*. Διὰ τοῦτο οὐδέ τι δέος εἶχεν· ἐπειδὴ δὲ ἐπετιμήθη, καὶ ἀπὸ πολλῆς διαθέσεως εἰπὼν, οὐκ εὐδοκίμησεν, ἀλλὰ καὶ σατανᾶς ἤκουσεν· ἀκούων ὅτι *Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με*, εἰκότως λοιπὸν ἔδεισε. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ νῦν φησιν, *Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με*, ἀλλ', *Εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστι*. Διόπερ οὐδὲ ᾔδεσαν τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ πονηρίας ᾤοντο σκώπτεσθαι μόνον. Τί δήποτε δὲ τὸ *Οὐχὶ ἐγὼ ὑμᾶς*, εἶπεν, *τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστι;* Κολακείας ἀπηλλαγμένην αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν δεικνύς. Ἐπειδὴ γὰρ πάντων αὐτὸν ἐγκαταλειψάντων αὐτοὶ παρέμειναν μόνοι, καὶ διὰ τοῦ Πέτρου ὁμολόγουν εἶναι Χριστὸν, ἵνα μὴ νομίσωσιν ὅτι διὰ τοῦτο ἔμελλεν αὐτοὺς κολακεύειν, ἀπάγει ταύτης τῆς ὑποψίας. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Οὐδέν με δυσωπεῖ πρὸς τὸ τοὺς κακοὺς μὴ ἐλέγχειν· μὴ νομίσητε ὅτι ἐπειδὴ ἐπεμείνατε, κολακεύσαι ὑμᾶς αἱρήσομαι· ἢ ἐπειδὴ ἠκολουθήσατε, οὐκ ἐλέγχω τοὺς πονηρούς. Ὃ γὰρ πολὺ τούτου μεῖζόν ἐστιν εἰς τὸ δυσωπῆσαι τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ τοῦτό με δυσωπεῖ. Ὁ μὲν γὰρ παραμένων, τῆς αὐτοῦ φιλοστοργίας παρέχεται τεκμήριον· ὁ δὲ ἐκλεγεὶς παρὰ τοῦ διδασκάλου, περιάπτει δόξαν ἀνοίας, ἐκριπτούμενος παρὰ τοῖς ἀνοήτοις. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τοῦτό με ἀπάγει τῶν ἐλέγχων. Τοῦτο γοῦν καὶ νῦν ἐγκαλοῦσι τῷ Χριστῷ Ἕλληνες ψυχρῶς καὶ ἀνοήτως. Οὐ γὰρ ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ ποιεῖν ἀγαθοὺς εἴωθεν ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἡ ἐκλογὴ αὐτοῦ καὶ ἡ αἵρεσις βιαστικὴ τῶν καλουμένων ἐστὶν [f], ἀλλὰ προτρεπτική. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐ βιάζεται ἡ κλῆσις, σκόπει πόσους συνέδη τῶν κληθέντων ἀπολέσθαι. Ὅθεν φανερὸν, ὅτι καὶ ἐν τῇ γνώμῃ κεῖται τῇ ἡμετέρᾳ, τὸ σωθῆναι καὶ ἀπολέσθαι.

ε'. Ταῦτα οὖν ἀκούοντες, παιδευώμεθα νήφειν ἀεὶ καὶ ἐγρηγορέναι. Εἰ γὰρ ὁ εἷς τὸν ἅγιον ἐκεῖνον χορὸν τελῶν, ὁ τοσαύτης ἀπολελαυκὼς δωρεᾶς, ὁ σημεῖα πεποιηκώς (καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἦν τῶν πεμφθέντων νεκροὺς ἐγεῖραι καὶ λεπροὺς καθαρίσαι), ἐπειδὴ ἐάλω νοσήματι δεινῷ τῷ τῆς φιλαργυρίας κακῷ, καὶ τὸν Δεσπότην τὸν ἑαυτοῦ προδέδωκεν, οὐδὲν αὐτὸν ὠφέλησαν, οὔτε αἱ εὐεργεσίαι, οὐχ αἱ δωρεαὶ, οὐ τὸ μετ' αὐτοῦ εἶναι, οὐ θεραπεία, οὐ τὸ τοὺς πόδας νίψαι, οὐ τὸ τῆς τραπέζης κοινωνῆσαι, οὐ τὸ γλωσσόκομον κατέχειν, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια αὐτῷ ταῦτα κολάσεως γέγονε· φοβηθῶμεν καὶ ἡμεῖς, μή ποτε τὸν Ἰούδαν μιμησώμεθα διὰ τῆς φιλαργυρίας. Οὐ προδίδως τὸν Χριστόν; Ἀλλ' ὅταν περιίδῃς πένητα λιμῷ τηκόμενον, ἢ ὑπὸ ψύχους διαφθειρόμενον, τὴν αὐτὴν καὶ αὐτὸς ἐφέλκῃ καταδίκην [g]. Καὶ ὅταν ἀναξίως μετέχωμεν τῶν μυστηρίων, ὁμοίως ἀπολλύμεθα τοῖς χριστοκτόνοις. Ὅταν ἁρπάζωμεν, ὅταν ἅγχωμεν τοὺς καταδεεστέρους, μεγίστην ἐπισπασόμεθα τὴν τιμωρίαν· καὶ μάλα εἰκότως. Μέχρι γὰρ τίνος ὁ ἔρως ἡμᾶς οὕτω κατέχει τῶν παρόντων πραγμάτων τῶν περιττῶν καὶ ἀνονήτων; Ὁ γὰρ πλοῦτος ἐν τοῖς περιττοῖς, ἐν οἷς [282] οὐδὲν ὄφελος γίνεται. Μέχρι τίνος προσηλώμεθα τοῖς ματαίοις; μέχρι τίνος οὐ διαποβλέπομεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὐ νήφομεν, οὐ λαμβάνομεν κόρον τῶν γηΐνων τούτων καὶ παραῤῥεόντων; οὐ παιδευόμεθα διὰ τῆς πείρας αὐτῶν τὴν εὐτέλειαν; Ἐννοήσωμεν τοὺς πρὸ ἡμῶν πλουτήσαντας. Οὐχὶ ὄναρ πάντα ἐκεῖνα; οὐχὶ σκιὰ καὶ ἄνθος, οὐ ῥεῦμα πταῤῥέον; οὐχὶ διήγημα καὶ μῦθος; Ὁ δεῖνα πεπλούτηκε· καὶ ποῦ νῦν ὁ πλοῦτος; Ἀπώλετο καὶ διέφθαρται· ἀλλὰ τὰ δι' αὐτὸν ἁμαρτήματα διαμένει, καὶ ἡ διὰ τὰ ἁμαρτήματα κόλασις. Μᾶλλον δὲ, εἰ μὴ κόλασις ἦν, μηδὲ βασιλεία προῦκειτο, τὸ ὁμόφυλον καὶ τὸ ὁμογενὲς αἰδεσθῆναι ἐχρῆν, τὸ ὁμοιοπαθὲς δυσωπηθῆναι. Νῦν δὲ κύνας μὲν τρέφομεν· πολλοὶ δὲ καὶ ὀνάγρους καὶ ἄρκτους, καὶ διάφορα θηρία· ἄνθρωπον δὲ περιορῶμεν λιμῷ τηκόμενον, καὶ τιμιώτερον ἡμῖν τὸ ἀλλότριον τοῦ συγγενοῦς, καὶ ἀτιμότερον ἡμῖν τὸ οἰκεῖον τοῦ μὴ ὄντος οὐδὲ προσήκοντος. Ἀλλ' οἰκοδομεῖσθαι λαμπρὰς οἰκίας καὶ πολλοὺς ἔχειν οἰκέτας, καὶ εἰς χρυσοῦν δροφον κατακειμένους ὁρᾷν καλόν; Περιττὸν μὲν οὖν καὶ ἀνόνητον. Ἔστιν ἄλλα οἰκοδομήματα, λαμπρότερα πολλῷ καὶ σεμνότερα

[a] Savil. et Morel. αὐτοῦ λέγοντος Alii τοῦ διδασκάλου λέγοντος. [b] Morel. μὲν οὖν. [c] Alii ἠρίθμησεν. Ἄκουσον τί φησιν ὁ εὐαγγελιστής. [d] Morel. μή ποτε οὖν.

[e] Alii δεικνὺς τοῦτό φησιν. Ἔπειδή. [f] Alii βιαστικὴ τῶν μελλόντων ἐστίν. [g] Alii ἐφέλκῃ τιμωρίαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τούτων· ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εὐφραίνειν τοὺς ὀφθαλμούς ἀναγκαῖον· ὁ γὰρ κωλύσων οὐδείς. Βούλει κάλλιστον δρυφον ἰδεῖν; Ἐσπέρας καταλαβούσης, ἴδε κατηστερισμένον τὸν οὐρανόν. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἔμος δρυφος, φησί. Καὶ μὴν οὗτος μᾶλλον σὸς, ἢ ἐκεῖνος. Καὶ γὰρ διὰ σὲ γέγονε, καὶ κοινός σοι μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐστιν· οὗτος δὲ οὐ σὸς, ἀλλὰ τῶν μετὰ τὴν τελευτὴν κληρονομούντων. Καὶ ὁ μὲν τὰ μέγιστα ὠφελῆσαι δυνήσεται, διὰ τοῦ κάλλους πρὸς τὸν Δημιουργὸν παραπέμπων· οὗτος δὲ τὰ μέγιστά σε καταβλάψει, κατήγορός σου μέγιστος ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως γινόμενος, ὅταν αὐτὸς μὲν χρυσῷ περιβεβλημένος ᾖ, ὁ δὲ Χριστὸς μηδὲ ἀναγκαῖον ἔχων ἱμάτιον. Μὴ δὴ τοσαύτην ἄνοιαν ὑπομένωμεν· μηδὲ διώκωμεν τὰ φεύγοντα, καὶ φεύγωμεν τὰ μένοντα· μηδὲ προδῶμεν ἡμῶν τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' ἀντεχώμεθα τῆς μελλούσης ἐλπίδος· οἱ μὲν γεγηρακότες, ἅτε εἰδότες φανερῶς, ὅτι ὀλίγος ἡμῖν ὑπολείπεται τῆς ζωῆς χρόνος· οἱ δὲ νέοι, ἅτε πεπεισμένοι σαφῶς, ὅτι οὐ πολὺ τὸ λειπόμενον. *Ὡς γὰρ κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἔρχεται.* Ταῦτ' οὖν εἰδότες, καὶ γυναῖκες ἄνδρας παρακαλῶμεν, καὶ ἄνδρες γυναῖκας νουθετῶμεν, καὶ νεωτέρους καὶ παρθένους διδάσκωμεν, καὶ πάντες ἀλλήλους παιδεύωμεν, τῶν μὲν παρόντων ὑπερορᾷν, τῶν δὲ μελλόντων ἐφίεσθαι, ἵνα καὶ τυχεῖν αὐτῶν δυνηθῶμεν[a], χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. τυχεῖν δυνηθῶμεν.

[283] ΟΜΙΛΙΑ ΜΗ'.

Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς μετὰ ταῦτα ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. Ἦν δὲ ἐγγὺς ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, ἡ Σκηνοπηγία.

α'. Οὐδὲν φθόνου χεῖρον καὶ βασκανίας· οὕτως ὁ θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδενό διάβολος τὸν ἄνθρωπον τιμώμενον, οὐκ ἐνεγκὼν τὴν εὐημερίαν, πάντα ἔπραττεν ὥστε αὐτὸν ἀνελεῖν. Καὶ πανταχοῦ τῆς ῥίζης ταύτης τοῦτον ἴδοι τις ἂν τὸν καρπὸν γινόμενον. Οὕτω καὶ Ἄβελ ἐσφάγη, οὕτω καὶ ὁ Δαυὶδ ἐμελλεν, οὕτω καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν δικαίων· ἐντεῦθεν καὶ Ἰουδαῖοι χριστοκτόνοι γεγόνασι. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ εὐαγγελιστὴς ἔλεγε· *Μετὰ ταῦτα περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· οὐ γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν*[a] *ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι.* Τί λέγεις, ὦ μακάριε Ἰωάννη; Οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν ὁ δυνηθεὶς πάντα ὅσα ἠθέλησεν; ὁ εἰπὼν, *Τίνα ζητεῖτε*, καὶ ῥίψας αὐτοὺς εἰς τὰ ὀπίσω; ὁ παρὼν καὶ μὴ ὁρώμενος, οὗτος οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν; Πῶς δὲ καὶ ὕστερον εἰς μέσον αὐτῶν παρελθὼν, ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ, ἐν μέσῃ τῇ ἑορτῇ, συνόδου οὔσης, καὶ τῶν φονώντων παρόντων, διελέγετο ταῦτα, ἃ μᾶλλον αὐτοὺς παρώξυνε; Τοῦτο γοῦν καὶ ἐθαύμαζον λέγοντες, *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι; Καὶ ἴδε παῤῥησίᾳ λαλεῖ, καὶ οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι.* Τίνα δή ἐστι ταῦτα τὰ αἰνίγματα; Ἄπαγε· οὐχ ἵνα αἰνίγματα λέγειν νομισθῇ, οὕτως εἶπεν, ἀλλ' ἵνα δηλώσῃ ὅτι καὶ τὰ[b] τῆς θεότητος ἐπεδείκνυτο, καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος. Ὅταν μὲν γὰρ λέγῃ, ὅτι *Ἐξουσίαν οὐκ εἶχεν*, ὡς περὶ ἀνθρώπου διαλέγεται, πολλὰ καὶ ἀνθρωπίνως ποιοῦντος· ὅταν δὲ λέγῃ, ὅτι ἐν μέσοις αὐτοῖς εἱστήκει, καὶ οὐ κατεῖχον αὐτὸν, τῆς θεότητος τὴν δύναμιν ἐνδείκνυται δηλονότι. Καὶ γὰρ ἔφευγεν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἐφαίνετο ὡς Θεός· ἀμφότερα ἀληθεύων. Τό τε γὰρ ἐν μέσοις ὄντα τοῖς ἐπιβουλεύουσι μὴ κατέχεσθαι, τὸ ἀκαταγώνιστον αὐτοῦ καὶ ἄμαχον ἐδήλου· τό τε ὑποστέλλεσθαι, τὴν οἰκονομίαν ἐβεβαίου καὶ ἐπιστοῦτο, ἵνα μήτε Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἔχῃ τι λέγειν, μήτε Μαρκίων, καὶ οἱ τὰ ἐκείνων νοσοῦντες. Διὰ τοῦτου τοίνυν πάντων ἐμφράττει[c] τὰ στόματα. *Μετὰ ταῦτα ἦν ἡ ἑορτὴ τῶν Ἰουδαίων, ἡ Σκηνοπηγία.* Τὸ, *Μετὰ ταῦτα*, οὐδὲν ἄλλο δηλοῖ, ἢ ὅτι πολὺν μεταξὺ χρόνον ἐπιτεμὼν ὑπερεπήδησε. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκεῖθεν· ὅτε γὰρ εἰς τὸ ὄρος ἐκάθητο, φησὶν, ἦν ἡ[d] ἑορτὴ τοῦ Πάσχα· ἐνταῦθα δὲ τῆς Σκηνοπηγίας μέμνηται, καὶ ἐν τοῖς πέντε μησὶν οὐδὲν ἕτερον ἡμῖν διηγήσατο, οὔτε ἐδίδαξεν [284] ἡμᾶς ἄλλο τι, ἢ τὸ κατὰ τοὺς ἄρτους σημεῖον, καὶ τὴν πρὸς τοὺς φαγόντας γενομένην δημηγορίαν· καίτοι αὐτὸς οὐ διελίμπανε σημεῖα ποιῶν καὶ διαλεγόμενος, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ, οὐκ ἐν ἑσπέρᾳ, πολλάκις δὲ καὶ νυκτός. Τοῖς γοῦν μαθηταῖς οὕτως ἐπέστη, ὡς πάντες φασὶν οἱ εὐαγγελισταί. Τί δή ποτε οὖν παρέλιπον ἐκεῖνο; Ὅτι οὐκ ἐνῆν ἅπαντα καταλέγειν. Ἄλλως δὲ, καὶ ταῦτα λέγειν ἐσπουδάκασιν, ὑπὲρ ὧν ἡ μέμψις ἢ ἀντιλογία τις παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἔμελλε παρακολουθεῖν[e]. Ἐκείνοις μὲν γὰρ πολλὰ ὅμοια ἦν. Καὶ γὰρ ὅτι νοσοῦντας ἐθεράπευσε, καὶ νεκροὺς ἤγειρε, καὶ ὅτι ἐθαυμάσθη, πολλάκις ἀνέγραψαν· ἔνθα δὲ ξένον ἔχουσι λέγειν τι, ἢ μέμψιν τινὰ δοκοῦσαν κατ' αὐτοῦ φύεσθαι διηγεῖσθαι, ταῦτα τιθέασιν· οἷον δὴ καὶ τὸ νῦν ἐστιν, ὅτι οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἠπίστουν αὐτῷ· καὶ γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔχει διαβολὴν τὸ πρᾶγμα. Καὶ ἄξιον θαυμάσαι τὸ φιλάληθες αὐτῶν ἦθος, πῶς οὐκ αἰσχύνονται λέγοντες ταῦτα, ἃ δοκεῖ τῷ διδασκάλῳ φέρειν αἰσχύνην, ἀλλὰ καὶ ταῦτα μάλιστα τῶν ἄλλων ἐσπουδάκασιν ἀπαγγέλλειν. Καὶ νῦν γοῦν πολλὰ παραδραμὼν καὶ σημεῖα καὶ θαύματα καὶ δημηγορίας, ἐπὶ τοῦτο εὐθέως ἐπεπήδησεν. *Εἶπον* γὰρ, φησὶ, *πρὸς αὐτὸν οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ· Μετάβηθι ἐντεῦθεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἵνα καὶ οἱ μαθηταί σου θεωρήσωσι τὰ ἔργα ἃ ποιεῖς. Οὐδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι. Φανέρωσον σεαυτὸν τῷ κόσμῳ. Οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν.* Καὶ ποία, φησὶν, ἀπιστία ἐνταῦθα; Παρακαλοῦσι γὰρ αὐτὸν θαυματουργῆσαι. Πολλὴ σφόδρα. Ἀπιστίας γὰρ καὶ τὰ[f] ῥήματα καὶ ἡ θρασύτης, καὶ ἡ ἄκαιρος παῤῥησία. Ὅρα γὰρ ἀπὸ τῆς συγγενείας ἐξεῖναι αὐτοῖς μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι. Καὶ δοκεῖ μὲν ἡ ἀξίωσις δῆθεν φίλων εἶναι· πολλῆς δὲ πικρίας[g] ἦν τὰ λεγόμενα· ἐνταῦθα γὰρ αὐτῷ καὶ δειλίαν καὶ φιλοδοξίαν ὀνειδίζουσι. Τὸ μὲν οὖν εἰπεῖν, *Οὐδείς τι ἐν κρυπτῷ ποιεῖ*, δειλίαν ἐγκαλούντων ἐστὶν, ἅμα καὶ ὑποπτευόντων τὰ γινόμενα ὑπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ ἐπαγαγεῖν, ὅτι *Ζητεῖ ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι*, φιλοδοξίας.

β'. Σὺ δέ μοι σκόπει τοῦ Χριστοῦ τὴν δύναμιν. Ἀπὸ γὰρ τούτων τῶν ταῦτα λεγόντων τὰ ῥήματα, ὁ πρῶτος τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος γέγονεν, ὁ μακάριος Ἰάκωβος, περὶ οὗ καὶ Παῦλός φησιν· *Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου.* Λέγεται δὲ καὶ ὁ Ἰούδας θαυ-

[a] Hic omnino Chrysostomus in titulo legisse arguitur, οὐ γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν, quod postea mutatum fuerit in οὐκ ἤθελεν. *Videsis quæ ad interpretationem Latinam notata sunt* EDIT. [b] Alii οὐκ ἔστιν αἰνίγματα, μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἐκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ τά. [c] Alii τοίνυν ἀμφοτέρων ἐμφράττει. [d] Morel. ὅτε μὲν γὰρ καθήμενον αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος ἐδείκνυ, φησὶν, ἦν ἡ. [e] Savil. Ἰουδαίων παρηκολουθήκει. [f] Alii καὶ ποῖον ῥῆμα ἀπιστίας ἐφθέγξαντο παρακαλοῦντες αὐτὸν θαυματουργῆσαι. Πολλῆς μὲν ἦν ἀπιστίας καὶ τά. [g] Alii πολλῆς δὲ πικρίας. Savil. et Morel. πονηρίας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sed heredum post mortem tuam. Illud maxime tibi esse utile poterit, cum ex pulchritudine sua te ad Creatorem advocet; hoc autem aliud maxime nocebit, teque graviter in die judicii accusabit, quando ipsum quidem auro undique fulgebit, Christus vero ne veste quidem necessaria contectus erit. Ne itaque in tantam insaniam incidamus; ne insequamur fugientia, ne fugiamus manentia, ne prodamus salutem nostram, sed futuræ spei hæreamus: senes, quod sciamus parvum nobis vitæ cursum superesse; juvenes, quod persuasi sint non multum sibi superesse temporis. *Ut enim fur in nocte, ita dies ille adveniet* (1. *Thess.* 5. 2). Hæc itaque cum sciamus, et uxores viros hortentur, et viri uxores moneant, juniores ac virgines doceamus, nosque omnes mutuo instituamus ad præsentia contemnenda, et futura concupiscenda, ut illa consequi possimus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLVIII.

Cap. 7. v. 1. *Post hæc autem ambulabat Jesus in Galilæa: non enim volebat in Judæa ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.* 2. *Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia.*

1. *Invidia quantum malum.* — Nihil livore, nihil invidia deterius; per eam mors in mundum intravit. Quia enim vidit diabolus hominem in honore haberi, ejus felicitatem non ferens, nihil non egit ut eum perderet (*Sap.* 2. 24). A tali radice talem fructum erumpere semper videmus. Per hanc Abel occisus est; per hanc David in mortis periculum venit; per hanc multi alii justi passi sunt; per hanc Christum Judæi interfecerunt. Hoc declarans evangelista dicebat: *Post hæc ambulabat Jesus in Galilæa: non enim poterat* (a) *in Judæa ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.* Quid dicis, beate Joannes? Non poterat qui potest omnia quæ vult? qui dixit, *Quem quæritis*, et eos retro pulsos prostravit? qui præsens non videtur, hiccine potestatem non habuit? Quomodo postea in medio eorum, in templo, in solemnitate, ipsis congregatis, præsentibus homicidis, ea loquebatur quæ magis illos exasperarent? Hoc illi mirabantur dicentes, *Nonne hic est quem quærunt interficere? Et ecce palam loquitur, et nihil illi dicunt.* Quæ sunt hæc ænigmata? Apage: non enim hæc dixit, ut ænigmata esse putarentur; sed ut declararet et divinitatis et humanitatis opera exhibita fuisse. Cum enim dixit, *Potestatem non habebat*, quasi de homine loquitur, multa humano more agente: cum vero dicit ipsum in medio eorum stetisse, nec apprehensum fuisse, divinitatis utique potestatem indicat. Nam fugiebat ut homo, apparebat ut Deus; utrumque vere repræsentans. Cum enim in mediis insidiatoribus non capiebatur, invictam potestatem suam significabat; cum vero secederet, incarnationi fidem faciebat; ut nec Paulus Samosatenus, nec Marcion, nec qui eodem morbo laborant, contradicere possent. Iis igitur illorum omnium [1] os obstruit. *Post hæc erat festus Judæorum, Scenopegia.* Hæc particula, *Post hæc*, nihil aliud significat, quam multum postea temporis intercessisse. Inde vero liquet, quod cum in monte sederet, festum esset Paschæ; hic autem Scenopegiæ meminit, et quinque mensium spatio nihil aliud narravit vel docuit, quam panum miraculum, et concionem habitam iis qui comederant: etiamsi ille non cessaverit signa facere et concionari, non die tantum et vespera, sed etiam sæpe nocte. Ad discipulos enim sic advenit, ut omnes evangelistæ narrant. Cur ergo illud omiserunt? Quia non poterant omnia recensere. Alioquin illa dicere studuerunt, ex quibus quædam reprehensio vel contradictio ex Judæis consequutura erat. Multa enim istis similia erant. Quod enim ægros curaret, mortuos suscitaret, quod admirationi esset, sæpe scripserunt: ubi autem aliquid insolens narrandum suppetit, vel quamdam reprehensionem ipsi oblatam referendam habent, hæc apponunt; ut nunc narrant, fratres ejus non ipsi credidisse: quæ res odiosum quidpiam præ se ferre videtur. Et est sane res mirabilis, quam veraces ipsi fuerint; quomodo ea non vereantur referre, quæ Magistro suo ignominiosa esse videntur; imo hæc potius curent enarrare, quam cætera. Et nunc itaque Joannes, multis prætermissis signis, prodigiis, concionibus, ad hanc rem narrandam accurrit. 3. *Dixerunt*, inquit, *ad eum fratres ejus: Transi hinc in Judæam, ut et discipuli tui videant opera quæ facis.* 4. *Nemo quippe in occulto aliquid facit, et quærit ipse palam esse. Manifesta teipsum mundo.* 5. *Neque enim fratres ejus credebant in eum.* Ecqua, inquies, hinc incredulitas, dum rogant eum ut signa edat? Magna utique. Nam et verba, et audacia, et intempestiva libertas, incredulitatem denotant. Putabant enim se cognationis causa fideuter loqui posse. Et videtur quidem compellatio amicorum esse; sed dicta acerbitate sunt plena: etenim ipsi et timiditatem et vanam gloriam exprobrant. Cum enim dicunt, *Nemo in occulto aliquid facit*, accusantium partes agunt, qui timiditatem objiciant et gesta ejus suspecta habeant: cum autem addunt, *Quærit palam esse*, vanam gloriam suspicantur.

re tali conceperant opinionem. Aliud quoque illos docere volebat, non ex ipsorum violentia rem ita fore, sed id jam pridem præfiguratum esse, et his verbis resurrectionem prædixit. Dicebant ergo : 22. *Numquid interficiet semetipsum?* Quid ergo Christus? Illorum ut removeret suspicionem, et ostenderet rem illam esse peccatum, ait : 23. *Vos deorsum estis ;* id est, Nihil mirum si vos homines carnales talia cogitatis, qui nihil spirituale concipitis. At ego non simile quidpiam faciam ; *De supernis enim sum : vos de hoc mundo estis.* Hic rursum mundanas carnalesque cogitationes dicit. Unde palam est illud, *Ego non sum de hoc mundo*, non significare ipsum non accepisse carnem, sed procul esse ab illorum nequitia. Etenim discipulos ex mundo non esse dicit ; habebant tamen illi carnem. Quemadmodum igitur Paulus dicens, *Non estis in carne* (*Rom.* 8. 9), non incorporeos intelligit : sic discipulos non esse de hoc mundo, id illorum philosophiam testificatur. 24. *Dixi ergo vobis, quia si non credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini.* Nam si ideo venit, ut tolleret peccatum mundi, et si non potest exui peccatum nisi per lavacrum, necesse est non credentem veterem habere hominem. Nam qui non vult sese per fidem morti tradere et sepulturæ, cum veteri homine morietur, et illo migrabit peccatorum pœnas daturus. Ideo dicebat : *Qui non credit, jam judicatus est*, non solum quod non credat, sed etiam quia cum prioribus peccatis abit. Dicebant ergo : 25. *Tu quis es?* O dementiam! Post tantum temporis, post signa et doctrinam, interrogant, *Tu quis es?* Quid igitur Christus? *Principium qui et loquor vobis.* Hoc est, Indigni estis, qui verba mea audiatis, nedum discatis quis ego sim. Vos enim me semper tentantes loquimini, nihilque dictis meis attenditis : et his de rebus omnibus nunc coarguere possim ; hoc enim significat illud, 26. *Multa habeo de vobis loqui et judicare ;* nec tantum reprehendere, sed etiam punire. Sed qui misit me, hoc est, Pater, hoc non vult. *Non enim veni judicare mundum, sed salvum facere. Non enim misit Deus Filium suum, ut judicet mundum, sed ut salvum faciat mundum* (*Joan.* 12. 47. *et* 3. 17). Si ergo ad hoc me misit, et verax est, jure neminem ego nunc judico. Sed ea loquor quæ ad salutem sunt, non ad reprehensionem. Hæc porro dicit, ne putent ipsum, cum tot et tanta audierit, præ imbecillitate non posse ultionem inferre, vel eorum mentem irrisionesque non cognoscere. 27. *Illi autem de Patre sermonem haberi non intellexerunt.* O stultitiam! Non desistebat de Patre loqui, et non intelligebant. Deinde cum neque ex tot signis, neque ex doctrina illos pertraxisset, de cruce demum edisserit his verbis : 28. *Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, et a meipso non loquor;* 29. *et quod qui me misit mecum est, et non reliquit me solum Pater.* Ostendit se merito dixisse, *Principium qui et loquor vobis.*

2. Usque adeo non attendebant iis quæ dicebantur. *Cum exaltaveritis Filium hominis.* Nonne tunc me sublato speratis a me nihil vobis ultra molestiæ allatum iri? Ego autem dico vobis, *Tunc* maxime *cognoscetis, quia ego sum*, per signa, per resurrectionem, per excidium. Hæc quippe omnia ejus potentiam comprobabant. Neque dixit, Tunc cognoscetis quis sim. Cum videritis, inquit, me nihil ex morte passurum, *Tunc cognoscetis quia ego sum :* nempe Christus Filius Dei, qui omnia fero et duco, nec contrarius Patri. Ideo adjicit, *Et a meipso nihil loquor.* Utrumque enim cognoscetis, et potentiam meam, et cum Patre consensum. Illud enim, *A meipso nihil loquor*, eamdem esse substantiam denotat, et se nihil ultra paternum sensum loqui. Quando a cultu vestro excidetis, nec concedetur vobis pristino more ipsum colere; tunc scietis ipsum me ulcisci, indignatum adversus eos qui me non audierunt ; ac si diceret : Si alienus et Deo contrarius essem, non tantam ille contra vos iram concepisset. Hoc et Isaias dicit, *Dabit impios pro sepultura ejus* (*Isai.* 53. 9) ; et David, *Tunc loquetur ad eos in ira sua* (*Psal.* 2. 5) ; et ipse, *Ecce relinquetur domus vestra deserta* (*Matth.* 23. 38) ; idipsum et in parabolis, *Quid faciet dominus vineæ hujus agricolis illis? Malos male perdet* (*Matth.* 21. 40. 41). Viden' eum ubique sic loqui, quod illi nondum crederent. Quod si ipsos perdat, ut revera perdet; nam ait, *Adducite huc eos qui me nolunt regnare, et interficite* (*Luc.* 19. 27) ; cur illud non suum, sed Patris opus esse dicit? Ut illorum se imbecillitati attemperet, simulque Genitorem suum honoret. Ideo non dixit, Relinquo domum vestram desertam ; sed, *Relinquetur*, impersonaliter loquens. Cum porro dicit, *Quoties volui congregare filios vestros, et noluistis* (*Luc.* 13. 34)? deindeque addit, *Relinquetur*, se desolationis auctorem ostendit. Quia, inquit, beneficiis noluistis ad credendum induci, ex supplicio cognoscetis quis sum ego. *Et Pater mecum est.* Ne putarent, illud, *Qui misit me*, minorem ipsum declarare, addit, *Mecum est.* Aliud enim dispensationis, aliud divinitatis est. *Et non reliquit me solum, quia, quæ placita sunt ei, facio semper.* Rursum ad humiliora descendit, illud frequenter tractans quod dicebant, ipsum ex Deo non esse, sabbatumque non servare : ideo dicit, *Quæ placita sunt ei, facio semper :* indicans placitam ipsi esse sabbati solutionem. Sic cum ad crucem duceretur, ait : *An putatis quia non possum rogare Patrem meum?* Atqui hoc solum dicto, *Quem quæritis?* supinos illos prostravit. Cur ergo non dicit, An putatis me non posse vos perdere? cum id reipsa demonstraverit? Illorum infirmitati se attemperat. Multum enim curabat ostendere, se nihil Patri contrarium facere. Sic et hoc loco humana more loquitur. Ut autem illud, *Non reliquit me solum*, dictum fuit : sic et illud, *Quæ placita sunt ei, facio semper.* 30. *Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.* Cum ad humiliora descendit, tunc multi crediderunt. An adhuc interrogas cur humiliter loquatur? Atqui id manifeste indicavit evangelista dicens : *Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum ;* tantum non clamans ex rebus ipsis : Ne turberis, auditor, si quid humile audias. Qui enim post tantam doctrinam nondum persuasi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

erant ipsum a Patre esse, merito humiliora audierunt, ut crederent. Et hæc jam defensio præmittitur pro iis quæ postea humiliter dicturus est. Crediderunt ergo; non tamen quantum oportebat, sed utcumque, in humilitate verborum placide consistentes. Quod enim non perfectam haberent fidem, monstrat evangelista in sequentibus, ubi ipsi contumeliam inferunt. Quod autem iidem ipsi essent, indicavit his verbis : 31. *Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderant ei Judæos : Si vos manseritis in sermone meo;* ostendens ipsos nondum suscepisse doctrinam, sed dictis attendere tantum. Quapropter vehementius loquitur. Illic enim simpliciter dicebat, *Quæretis me;* nunc vero addit, *In peccatis vestris moriemini.* Et quomodo id fiat ostendit, Quia cum eo veneritis, non poteritis me rogare. *Hæc quæ loquor in mundo.* His declarat se jam exiturum ad gentes. Cum vero non scirent ipsum de Patre prius loquutum esse, rursum de illo loquitur, et causam, cur humiliter loquutus sit, affert evangelista.

3. Si sic ergo Scripturas accurate scrutari velimus, non perfunctorie, salutem consequi poterimus; si assidue in illis versemur, et in vera doctrina et vitæ probitate instituèmur. Ac licet durus sit quispiam, immitis, mollis; licet præcedenti tempore nihil lucratus fuerit, nunc saltem proficiet, et aliquam, etsi non sentiat, utilitatem decerpet. Nam si unguentariam officinam quis adiens, si in illa moretur, vel invitus suavem aliquem consequetur odorem; multo magis qui ecclesiam frequentat. Ut enim ex desidia, negligentia : sic ex operatione, animi ardor oritur. Etsi malis sis innumeris refertus, etsi impurus, noli hanc vitare frequentiam. Quid vero, inquis, si audita non exsequar? Non parum lucri est, si te miserum prædicaveris; non inutilis hic timor est, non intempestiva formido : si solum ingemueris, quod audita non exsequaris, aliquando ad agendum te comparabis. Non potest enim qui Deum alloquitur, ipsumque audit, non aliquid lucri consequi. Statim enim nos colligimus manusque abluimus, cum librum accipere volumus. Viden' quanta vel ante lectionem pietas? Quod si diligenter pergamus, magnam carpemus utilitatem. Neque enim nisi anima pie affecta, manus abluemus : et mulier, si non operta sit, statim velum assumit, in argumentum pietatis interioris : vir, si operto sit capite, nudat caput. Viden' quomodo externus habitus internæ sit pietatis indicium? Inde sedens ad audiendum, frequens ingemiscit, et præteritam vitam damnat. Scripturis ergo animum adhibeamus, dilecti, et saltem evangelia studiose tractemus. Statim enim atque librum aperueris, Christi nomen videbis, et dicentem illum audies : *Jesu autem Christi generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, inventa est in utero habens de Spiritu sancto* (*Matth.* 1. 18). Qui autem hæc audierit, statim virginitatis amore capietur, partum mirabitur, a terra migrabit. Nec pro modico habendum est, si vel carptim obiterque videris Spiritu sancto dignatam Virginem, et angelum ipsam alloquentem. Hæc adhuc in superficie sunt : sed si hæc speculando usque in finem perseveres, sæcularia statim omnia respues, terrena omnia deridebis : si dives sis, divitias nihil esse duces, ubi audies illam fabri uxorem in humili domo, matrem Domini fuisse; si pauper, de paupertate non erubesces, cum didiceris Creatorem mundi vilissimam casam non erubuisse. Hæc si cogites, non rapies, non avarus eris, non in aliena involabis; sed potius paupertatis amator eris, divitiasque despicies : hinc mala omnia eliminabis. Rursus cum videris Jesum in præsepio jacentem, non ultra curabis filio tuo ornatum aureum circumponere, non lectum argento decoratum uxori parare. His abjectis curis, jam non avaritiæ vel rapinæ studebis. Multa alia hinc lucra sequuntur, quæ nunc non possumus singulatim recensere; sed scient ii qui experimento didicerint. Quapropter rogo, libros hujusmodi vobis comparetis, librorum sensa percipiatis, atque in mentibus vestris describatis. Judæi namque, quia non animum adhibebant, jussi sunt libros manibus appendere : nos autem non in manibus, sed domi deponimus, cum oporteret in corde exarare. Sic enim abstersis vitæ sordibus, futura consequemur bona : quæ utinam adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LIV.

Cap. 8. v. 31. *Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderunt ei Judæos : Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis,* 32. *et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos.*

1. Multa nobis patientia opus est, dilecti. Patientia autem tunc acquiritur, cum dogmata in corde radices egerunt. Ut enim quercum profundis instructam radicibus quævis venti violentia non evellit : sic animam divino confixam timore nemo poterit evertere : clavis enim affixum esse amplius est, quam radicatum esse. Id precabatur propheta, *Confige timore tuo carnes meas* (*Psal.* 118. 120). Sic et tu confige et alliga, quasi clavo altius impacto. Ut enim sic affecti vix capiantur, sic secus compositi captu faciles, nullo negotio dejiciuntur. Quod tunc Judæi passi sunt. Cum audissent enim et credidissent, rursus eversi sunt. Cum ergo fidem illorum Christus firmiorem reddere vellet, ne ultra in sola superficie maneret, vehementiore sermone animum configit. Credentium enim erat reprehensiones facile tolerare : illi vero statim exanduerunt. Quomodo id agit? Primo hortatur : *Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et veritas liberabit vos;* ac si diceret : Altam facturus sum incisionem; sed ne exagitemini. Imo vero his illorum superbiam repressit. A quo, quæso, liberabit? A peccatis. Quid ergo arrogantes illi? 33. *Semen Abrahæ sumus, et nemini servivimus unquam.* Statim animo deciderunt, quia terrenis inhiabant. Illud, *Si manse-*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πληκτικώτερον εἶπεν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, *Ζητήσετέ με*· νῦν δὲ μεῖζον [a] προσέθηκεν, ὅτι *Ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε*. Καὶ τὸ πῶς δείκνυσιν, ὅτι οὐ δύνασθε ἐλθόντες ἐκεῖ, παρακαλέσαι με λοιπόν. *Ταῦτα δὲ λαλῶ εἰς τὸν κόσμον*. Διὰ τούτων ἐδήλωσε λοιπὸν ἐξερχόμενον αὐτὸν εἰς τὰ ἔθνη. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔγνωσαν λοιπὸν ὅτι τὸν Πατέρα αὐτοῖς λέγει ἔμπροσθεν, πάλιν φθέγγεται περὶ αὐτοῦ· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ταπεινότητος τῶν ῥημάτων τέθεικεν ὁ εὐαγγελιστής.

γ'. Ἂν οὖν τοίνυν θέλωμεν τὰς Γραφὰς ἐρευνᾷν μετὰ ἀκριβείας καὶ μὴ ἁπλῶς, δυνησόμεθα τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας ἐπιτυχεῖν· ἂν διὰ παντὸς αὐταῖς ἐνδιατρίβωμεν, καὶ δογμάτων ὀρθότητα, καὶ βίον εἰσόμεθα ἠκριβωμένον. Κἂν σφόδρα σκληρός τις εἴη, καὶ ἀπηνής, καὶ χαῦνος, κἂν μηδὲν κερδαίνῃ ἐν ταῖς ἄλλοις χρόνοις, τὸν χρόνον γοῦν καρπώσεται τοῦτον, καὶ λήψεταί τινα ὠφέλειαν, εἰ καὶ μὴ τοσαύτην, ὡς αἴσθησιν ἔχειν, ἀλλ' ὅμως λήψεται. Εἰ γὰρ μυρεψεῖόν τις παριὼν καὶ προσκαθήμενος ἐργαστηρίοις τοιούτοις, καὶ ἄκων ἀναχρώννυται ἐκ τῆς εὐωδίας· πολλῷ μᾶλλον εἰς ἐκκλησίαν ἀπιών. Ὥσπερ γὰρ ἐξ ἀργίας ἀργία τίκτεται· οὕτω καὶ ἐκ τῆς ἐνεργείας προθυμία γεννᾶται. Κἂν μυρίων ᾖς γέμων κακῶν, κἂν ἀκάθαρτος, μὴ φύγῃς τὴν ἐνταῦθα διατριβήν. Τί οὖν, φησίν, ὅτι ἀκούων οὐ ποιῶ; Οὐ μικρὸν τὸ κέρδος ταλανίζειν ἑαυτόν· οὐκ ἄχρηστος οὗτος ὁ φόβος· οὐκ ἄκαιρον τοῦτο τὸ δέος. Ἐὰν στενάξῃς μόνον, ὅτι ἀκούων οὐ ποιῶ, πάντως καὶ ἐπὶ τὸ ποιεῖν ἥξεις ποτέ. Οὐ γὰρ ἔνεστι τῷ Θεῷ διαλεγόμενον, καὶ ἀκούοντα Θεοῦ διαλεγομένου, μὴ κερδαίνειν. Εὐθέως γοῦν συστελλόμεθα, καὶ τὰς χεῖρας νιπτόμεθα, ὅταν βιβλίον βουλώμεθα λαβεῖν. Ὁρᾷς καὶ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως πόση εὐλάβεια; Ἂν δὴ καὶ μετὰ ἀκριβείας ἐπέλθωμεν, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν ὠφέλειαν. Οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ ἐν εὐλαβείᾳ καθίστη τὴν ψυχήν, τὰς χεῖρας ἂν ἀπενιψάμεθα· καὶ γυνὴ. κἂν ἀκατακάλυπτος ᾖ, περιτίθεται εὐθέως τὸ φάρος, τῆς ἔνδοθεν εὐλαβείας τὸ δεῖγμα ἐνδεικνυμένη· καὶ ἀνὴρ, ἐὰν κατακεκαλυμμένος ᾖ, γυμνοῖ τὴν κεφαλήν. Ὁρᾷς πῶς κήρυξ γίνεται τῆς ἔνδον εὐλαβείας τὸ ἔξωθεν σχῆμα; Εἶτα καὶ εἰς ἀκρίασιν καθίσας [b], ἐστέναξε πολλάκις καὶ κατέγνω τοῦ [314] βίου τοῦ παρόντος. Προσέχωμεν τοίνυν ταῖς Γραφαῖς, ἀγαπητοί· καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, τὰ γοῦν εὐαγγέλια περισπούδαστα ἡμῖν γινέσθω, καὶ ταῦτα μεταχειριζώμεθα. Εὐθέως γὰρ, ἀναπτύξας [c] τὸ βιβλίον, τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα ὄψει ἐγκείμενον, καὶ ἀκούσῃ εὐθέως· λέγοντος· *Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις ἦν οὕτω. Μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου*. Ὁ δὲ ταῦτα ἀκούων, ἐπιθυμήσει παρθενίας εὐθέως, θαυμάζεται τὸν τόκον, ἀπαλλαγήσεται τῆς γῆς. Οὐ μικρὰ καὶ ταῦτα, ὅταν ἴδῃς καὶ Πνεύματος καταξιουμένην τὴν παρθένον, καὶ ἄγγελον αὐτῇ διαλεγόμενον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐξ ἐπιπολῆς· εἰ δὲ ἐπιμείνῃς μέχρι τέλους ἐπιὼν, πάντα εὐθέως διαπτύσεις τὰ βιωτικὰ, πάντων καταγελάσῃ τῶν ἐνταῦθα· κἂν πλούσιος ᾖς, οὐδὲν ἡγήσῃ τὸν πλοῦτον, ἀκούσας ὅτι τέκτονος οὖσα ἐκείνη καὶ ταπεινῆς οἰκίας. μήτηρ τοῦ Δεσπότου σου γέγονε· κἂν πένης ᾖς, οὐκ ἐπαισχυνθήσῃ τὴν πενίαν, μαθὼν ὅτι τὴν εὐτελεστάτην οἰκίαν οὐκ ἐπῃσχύνθη ὁ τοῦ κόσμου Δημιουργός. Ταῦτα ἐννοῶν, οὐχ ἁρπάσεις, οὐ πλεονεκτήσεις, οὐ λήψῃ τὰ τῶν ἑτέρων σύ· ἀλλ' ἐραστὴς ἔσῃ μᾶλλον πενίας, καὶ ὑπεράψει τὸν πλοῦτον. Ἂν δὲ τοῦτο γένηται, πάντα ἐξορίεις τὰ κακά. Πάλιν ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἐπὶ φάτνης κείμενον, οὐ σπουδάσεις τῷ παιδίῳ σου περιθεῖναι κόσμον χρυσοῦν, οὐδὲ τῇ γυναικὶ ἀργυρένδετον ποιῆσαι κλίνην. Ταῦτα δὲ μὴ σπουδάζων [d], οὐδὲ τὰς ἐκ τούτων ἐργάσῃ πλεονεξίας καὶ ἁρπαγάς. Πολλὰ καὶ ἕτερα ἔστι κερδᾶναι, ἅπερ οὐκ ἔνεστι νῦν κατὰ μέρος λέγειν· εἴσονται δὲ οἱ πεῖραν εἰληφότες. Διὸ παρακαλῶ καὶ κτᾶσθαι βιβλία, καὶ μετὰ τῶν βιβλίων τὰ νοήματα κατέχειν, καὶ ταῖς διανοίαις ἐγγράφειν. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι, ἐπειδὴ οὐ προσεῖχον, τῶν χειρῶν ἐκελεύοντο τὰ βιβλία ἐξαρτᾷν· ἡμεῖς δὲ οὔτε ἐν χερσὶν, ἀλλ' ἐν οἰκίᾳ τίθεμεν, δέον ἐντυποῦν τῇ καρδίᾳ. Οὕτω γὰρ τὸν παρόντα ἐκκαθαίροντες βίον, τευξόμεθα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Vox μεῖζον e Savil. accessit et cod. 706. Edit. [b] Sav. ὁ καθίσας.

[c] Sic Savil. et alii. Morel. vero γὰρ ἂν ἀναπτύξας, non male. [d] Alii ταῦτα δὲ σπουδάζων

[315] ΟΜΙΛΙΑ ΝΔ'.

Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας αὐτῷ Ἰουδαίους· « Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μού ἐστε, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. »

α'. Πολλῆς ὑπομονῆς δεῖται τὰ ἡμέτερα, ἀγαπητοί. Ἡ δὲ ὑπομονὴ γίνεται, ὅταν κατὰ βάθους ἐῤῥιζωμένα τὰ δόγματα ᾖ. Καθάπερ γὰρ τὴν δρῦν τὴν εἰς τοὺς κάτω κόλπους ἀφεῖσαν τὰς ῥίζας καὶ περισφιγγομένην μετὰ ἀκριβείας, οὐδεὶς ἄνεμος προσπεσὼν ἀνασπάσαι δυνήσεται· οὕτω δὴ καὶ τὴν ψυχὴν τὴν καθηλωμένην τῷ τοῦ Θεοῦ φόβῳ, οὐδεὶς περιτρέψαι δυνήσεται· τοῦ γὰρ ἐῤῥιζῶσθαι, τὸ καθηλῶσθαι πλέον ἐστί. Τοῦτο γοῦν ὁ Προφήτης εὔχεται, λέγων· *Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου*. Οὕτω καὶ σὺ καθήλωσον καὶ σύναψον, ὡσανεὶ ἦλῳ προσπεπερονημένῳ. Ὥσπερ γὰρ οὗτοι δυσάλωτοι, οὕτως οἱ ἐναντίοι εὐάλωτοι γίνονται καὶ καταῤῥιπτοῦνται ῥᾳδίως· ὅπερ [a] καὶ τότε ἔπασχον οἱ Ἰουδαῖοι. Ἀκούσαντες γὰρ καὶ πιστεύσαντες, πάλιν ἐξετράπησαν. Βουλόμενος οὖν ἐμβαθῦναι τὴν πίστιν αὐτῶν ὁ Χριστὸς, ὥστε μὴ ἐπιπολαίαν εἶναι, διασκάπτει τὴν ψυχὴν πληκτικωτέροις λόγοις. Τῶν γὰρ πιστευόντων ἦν καὶ ἐλέγχων ἀνέχεσθαι· οἱ δὲ εὐθέως ἠγρίαινον. Πῶς δὲ τοῦτο ποιεῖ; Πρῶτον παραγγέλλει· *Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ὄντως μαθηταί μού ἐστε, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς*· μονονουχὶ λέγων, Μέλλω βαθεῖαν διδόναι τομὴν, ἀλλὰ μὴ σαλεύεσθε. Μᾶλλον δὲ καὶ διὰ τούτων αὐτῶν τὸν τύφον αὐτῶν τῆς διανοίας κατέστειλε. Τίνος ἐλευθερώσει, εἰπέ μοι; Ἁμαρτημάτων. Τί οὖν οἱ ἁλαζόνες ἐκεῖνοι; *Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώποτε*. Κατέπεσεν εὐθέως αὐτῶν ἡ διάνοια· τοῦτο δὲ γέγονεν, ἀπὸ τοῦ πρὸς τὰ κοσμικὰ ἐπτοῆσθαι. *Ἐὰν μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ*, δηλοῦντος ἦν τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, καὶ εἰδότος ὅτι ἐπίστευσαν μὲν, οὐκ ἔμειναν δέ. Καὶ μέγα ἐπαγγέλλεται, τὸ μαθητὰς αὐτοῦ ἐκείνους γενέσθαι. Ἐπειδὴ γάρ τινες ἀνεχώρησαν πρώην, αἰνιττόμενος αὐτούς φησιν, *Ἐὰν μείνητε*· ἐπεὶ κἀκεῖνοι ἤκουσαν καὶ ἐπίστευσαν, καὶ ἀνεχώρησαν, ἐπειδὴ οὐκ ἔμειναν. *Πολλοὶ γὰρ τῶν*·

[a] Morel. ὥσπερ, minus recte.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκ ἔτι μετ' αὐτοῦ παῤῥησίᾳ [a] *περιεπάτουν. Γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν*· τουτέστιν, Ἐμέ· *Ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ ἀλήθεια*. Τὰ μὲν Ἰουδαϊκὰ πάντα τύπος ἦν· τὴν δὲ ἀλήθειαν παρ' ἐμοῦ εἴσεσθε, καὶ ἐλευθερώσει ὑμᾶς τῶν ἁμαρτημάτων. Ὥσπερ γὰρ ἐκείνοις ἔλεγεν· *Ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε*· οὕτω καὶ τούτοις ἔλεγεν, *Ἐλευθερώσει ὑμᾶς*.

Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀπαλλάξω ὑμᾶς δουλείας· ἀλλὰ τοῦτο αὐτοῖς εἴασε συνιδεῖν. Τί οὖν ἐκεῖνοι; *Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν* [316] *πώποτε*. Καίτοι εἰ ἐχρῆν ἀγανακτῆσαι, ἐπὶ τῷ προτέρῳ εἰκὸς ἦν, τῷ εἰρηκέναι, *Γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν*, καὶ εἰπεῖν· Τί οὖν; νῦν τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἴσμεν; ὁ νόμος οὖν ψεῦδος καὶ ἡ γνῶσις ἡ ἡμετέρα; Ἀλλ' οὐδενὸς τούτων αὐτοῖς ἔμελεν, ἀλλ' ἐπὶ κοσμικοῖς πράγμασιν [b] ἀλγοῦσι, καὶ ταῦτα δουλείαν ὑποπτεύσαντες. Εἰσὶ γάρ, εἰσὶ καὶ νῦν πολλοὶ οἱ ἐπὶ μὲν τοῖς ἀδιαφόροις αἰσχύνονται, καὶ ἐπὶ τῇ δουλείᾳ ταύτῃ· ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας τῆς ἁμαρτίας οὐκέτι, καὶ ἕλοιντο ἂν μυριάκις ἐκείνην κληθῆναι δοῦλοι τὴν δουλείαν, ἢ ταύτην ἅπαξ. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν κἀκεῖνοι, καὶ οὐδὲ ἥδεσαν ἄλλην δουλείαν, καί φασι· Δούλους ἐκάλεσας τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ Ἀβραὰμ, τοὺς εὐγενεῖς; οὓς οὐκ ἐχρῆν διὰ τοῦτο καλέσαι δούλους. *Οὐδέποτε* γάρ, φησὶν, *ἐδουλεύσαμεν*. Τοιαῦτα γὰρ τῶν Ἰουδαίων τὰ αὐχήματα· *Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν, Ἰσραηλῖταί ἐσμεν*. Οὐδαμοῦ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων μέμνηνται. Διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ἀνέκραγεν Ἰωάννης, λέγων· *Μὴ δόξητε λέγειν, ὅτι πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ*. Διατί δὲ μὴ ἤλεγξεν αὐτοὺς ὁ Χριστός; καὶ γὰρ πολλάκις ἐδούλευσαν, καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ Βαβυλωνίοις, καὶ ἑτέροις πολλοῖς. Ὅτι οὐ πρὸς φιλοτιμίαν αὐτῷ τὰ λεγόμενα ἦν, ἀλλὰ πρὸς σωτηρίαν, καὶ πρὸς εὐεργεσίαν, καὶ πρὸς τοῦτο ἠπείγετο. Ἐπεὶ εἶπεν ἂν τὰ τετρακόσια ἔτη· εἶπεν ἂν τὰ ἑβδομήκοντα· εἶπεν ἂν τὰ ἐπὶ τῶν κριτῶν, τὰ ποτὲ μὲν εἴκοσι, ποτὲ δὲ δύο, ποτὲ δὲ ἑπτά· εἶπεν ἄν, πῶς οὐδέποτε διέλιπον δουλεύοντες. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐσπούδαζε δεῖξαι, δούλους ἀνθρώπων γενομένους, ἀλλὰ τῆς ἁμαρτίας, ἥπερ ἐστὶ καὶ χαλεπωτάτη δουλεία, ἧς Θεὸς μόνος ἀπαλλάξαι δύναται. Τὸ γὰρ ἀφεῖναι ἁμαρτίας, οὐδενὸς ἑτέρου ἐστί· καὶ τοῦτο καὶ αὐτοὶ ὡμολόγουν. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο ὡμολόγουν Θεοῦ ἔργον εἶναι, εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐνάγει, καί φησι· *Πᾶς ὁ ποιῶν τὴν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας*, δεικνὺς ὅτι περὶ ταύτης λέγει τῆς ἐλευθερίας, τῆς ἀπὸ ταύτης τῆς δουλείας. *Ὁ δὲ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ· ὁ δὲ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα*. Ἠρέμα καὶ ἐντεῦθεν τὰ τοῦ νόμου καταβάλλει [c], αἰνιττόμενος τοὺς προτέρους χρόνους. Ἵνα γὰρ μὴ ἀνατρέχωσι καὶ λέγωσι· Θυσίας ἔχομεν ἃς ἐπέταξε Μωϋσῆς· ἐκεῖναι ἡμᾶς ἀπαλλάξαι δύνανται· διὰ τοῦτο ταῦτα ἐπήγαγεν. Ἐπεὶ ποίαν ἀκολουθίαν εἶχε τὰ εἰρημένα; *Πάντες γὰρ ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι* [d], καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτοί. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλός φησι περὶ τοῦ ἱερέως· ὅτι *Ὀφείλει*, φησὶ, *προσφέρειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθὼς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν*. Καὶ τοῦτο δηλοῦται διὰ τοῦ εἰπεῖν, *Ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ*. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ ὁμότιμον αὐτοῦ δείκνυσι τὸ πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ τὸ διάφορον δούλου καὶ ἐλευθέρου· ἡ γὰρ παραβολὴ τοῦτο βούλεται, τουτέστιν. οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ δοῦλος· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *Οὐ μένει*.

β'. Διατί δὲ περὶ ἁμαρτημάτων διαλεγόμενος, οἰκίας ἐμνημόνευσε; Δεικνὺς ὅτι ὥσπερ ἐπὶ οἰκίας ὁ δεσπότης, [317] οὕτω πάντων αὐτὸς ἐξουσιάζει. Τὸ δὲ, *Οὐ μένει*, τοῦτό ἐστιν· Οὐκ ἔχει ἐξουσίαν χαρίζεσθαι, ἅτε μὴ ὢν οἰκοδεσπότης· ὁ δὲ υἱὸς οἰκοδεσπότης ἐστί. Τοῦτο γάρ ἐστι, *Μένει εἰς τὸν αἰῶνα*, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀνθρωπίνων, ἵνα μὴ λέγωσι, Σὺ τίς εἶ; Ἐμά ἐστι πάντα· Υἱὸς γάρ εἰμι, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ μένω τοῦ Πατρός· οἰκίαν τὴν ἐξουσίαν καλῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ οἰκίαν καλεῖ τοῦ Πατρὸς τὴν ἀρχήν· *Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν*. Ἐπειδὴ γὰρ περὶ ἐλευθερίας καὶ δουλείας ὁ λόγος, εἰκότως ταύτῃ κέχρηται τῇ μεταφορᾷ, λέγων ὅτι οὐκ εἶχον ἐξουσίαν ἐκεῖνοι ἀφιέναι. *Ἐὰν οὖν ὁ Υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ*. Εἶδες τὸ ὁμοούσιον τὸ πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ πῶς δείκνυσι τὴν αὐτὴν ἔχοντα αὐτὸν ἐξουσίαν ἐκείνῳ; *Ἐὰν ὁ Υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ*, οὐδεὶς ἀντιλέγει λοιπὸν, ἀλλὰ βεβαίαν ἔχετε τὴν ἐλευθερίαν. *Θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν· τίς ὁ κατακρίνων*; Ἐνταῦθα δείκνυσι καὶ ἁμαρτίας ἑαυτὸν καθαρὸν, καὶ τὴν μέχρι προσηγορίας ἐλευθερίαν αἰνίττεται· ταύτην γὰρ καὶ ἄνθρωποι διδόασιν, ἐκείνην δὲ μόνος ὁ Θεός. Καὶ διὰ τούτου πείθει αὐτοὺς μὴ αἰσχύνεσθαι ἐπὶ τῇ δουλείᾳ ταύτῃ, ἀλλ' ἐπὶ τῇ τῆς ἁμαρτίας. Καὶ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι εἰ καὶ δοῦλοι οὐκ ἦσαν, διὰ τοῦ ἐκείνην ἀποκρούσασθαι [e] μᾶλλον γεγόνασι δοῦλοι, ἐπήγαγεν εὐθέως, *Ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε*. Διὰ δὲ τῆς ἐπαγωγῆς καὶ ἐμφαίνει, ὅτι αὕτη ἡ ἐλευθερία οὐκ ἀληθής. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσιν, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἔχομεν (εἰκὸς γὰρ τοῦτο ἦν εἰπεῖν), ὅρα πῶς αὐτοὺς εἰς τὴν κατηγορίαν ἐνέβαλε ταύτην. Ἄφεις γὰρ πάντα αὐτῶν ἐλέγξαι τὸν βίον, τοῦτο τὸ μετὰ χεῖρας, ὃ ἔτι πράττειν ἐβούλοντο, ἄγει εἰς μέσον, καί φησιν· *Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι*. Ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν ἐκβάλλει τῆς συγγενείας αὐτοὺς ἐκείνης, παιδεύων μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τούτῳ. Ὥσπερ γὰρ ἐλευθερία καὶ δουλεία ἀπὸ τῶν ἔργων, οὕτω καὶ συγγένεια. Καὶ οὐκ εἶπεν εὐθέως, Οὐκ ἐστὲ τοῦ Ἀβραὰμ, οἱ ἀνδροφόνοι τοῦ δικαίου· ἀλλὰ καὶ συντρέχει τέως, καί φησιν· *Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε· ἀλλὰ οὐ τοῦτό* [f] ἐστι τὸ ζητούμενον, καὶ λοιπὸν καταφορικωτέρᾳ κέχρηται τῇ δημηγορίᾳ ταύτῃ. Καὶ γὰρ ἔστιν ὡς τὰ πολλὰ παρατηρῆσαι, ὅτι μέλλων μέγα ἐργάζεσθαί τι, μετὰ τὸ ἐργάσασθαι, πλείονι κέχρηται τῇ παῤῥησίᾳ, ὡς τῆς μαρτυρίας τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων ἐπιστομιζούσης αὐτούς. *Ἀλλὰ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι*. Τί οὖν, εἰ δικαίως, φησίν; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο· διὸ καὶ τὴν αἰτίαν τίθησιν, ὅτι *Ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν*. Πῶς οὖν φησιν, ὅτι ἐπίστευον εἰς αὐτόν; Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, μετετίθεντο πάλιν. Διὸ καὶ σφόδρα αὐτῶν καθήψατο. Εἰ γὰρ τὴν συγγένειαν αὐχεῖτε ἐκείνου, καὶ τὸν βίον ἐπιδείξασθαι χρή. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐ χωρεῖτε τὸν λόγον, ἀλλ', *Οὐ χωρεῖ ὁ ἐμὸς λόγος ἐν ὑμῖν*, τὸ ὑψηλὸν αὐτοῦ τῶν δογμάτων [318] ἐπιδεικνύμενος. Καίτοι οὐδὲ ὑπὲρ τούτου ἀναιρεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ μᾶλλον τιμᾷν καὶ θεραπεύειν, ὥστε μαθεῖν. Τί οὖν, φησὶν, ἂν ἀπὸ σαυτοῦ ταῦτα λαλῇς; Διὰ τοῦτο ἐπ-

[a] Παῤῥησίᾳ deest in quibusdam mss. [b] Alii ἀλλ' οὐδενὸς αὐτοῖς ἔμελεν ἐπὶ κοσμικοῖς πράγμασι. Infra καὶ ἐπὶ τῇ δουλείᾳ ταύτῃ· ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας τῆς ἁμαρτίας, eodem regimine dicendum videbatur ἐπὶ δὲ τῇ δουλείᾳ τῆς. Sed omnia exemplaria ἐπὶ δὲ τῆς δουλείας habent. [c] Sic unus codex, isque optimus, recte. Et ita legendum conjicit Boisius. Editi et alii codices καὶ διὰ τοῦ νόμου, male. [d] τῇ αὐτοῦ χάριτι deest in quibusdam.

[e] Ille ipse codex optimus addit τὴν δουλείαν. Editi vero sic habent, καὶ βουλ. δεῖξαι ὅτι δοῦλοι... ἀποκρούσασθαι. Μᾶλλον δὲ δείκνυσιν ὄντας δούλους τῷ εἰπεῖν, Ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε. Τοῦτο δὲ ἐμφαίνοντός ἐστιν ὅτι. Unus habet καὶ βουλομένους δεῖξαι, quæ lectio, meo quidem judicio, non quadrat. [f] Morel. ἀλλὰ τοῦτο, male.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ritis in sermone meo, est indicantis quid in corde versarent, et scientis ipsos credidisse quidem, non autem mansisse in fide. Et magnum quidpiam promittit, ipsos nempe discipulos ejus fore. Cum enim nonnulli nuper recessissent, ipsos subindicans dicit, *Si manseritis :* nam illi audierant, crediderant, et recesserant, quoniam non manserant. *Multi enim discipulorum ejus abierunt retro, et jam non cum illo palam*[1] *ambulabant* (*Joan.* 6. 67). *Cognoscetis veritatem ;* hoc est, me; nam *Ego sum veritas.* Judaica quidem omnia typus erant; veritatem autem a me discetis, quæ vos a peccatis liberabit. Quemadmodum enim illis dicebat, *In peccatis vestris moriemini ;* sic et his dixit, *Liberabit vos.*

Servitus peccati.—Non dixit, Liberabo vos a servitute, sed hoc illis intelligendum reliquit. Quid ergo illi? *Semen Abrahæ sumus, et nemini servivimus unquam.* Atqui si indignandum fuisset, de priori utique oportuerat, cum dixit, *Cognoscetis veritatem*, et dicendum erat : Quid ergo? an veritatem ignoramus? lex ergo et notitiæ nostræ mendacia sunt? Verum hæc non curabant, sed de terrenis tantum rebus dolebant, et hæc servitutem esse suspicabantur. Sunt enim, sunt utique nunc etiam multi qui de rebus indifferentibus et de hac servitute erubescant; de servitute peccati non item : ac mallent millies illa servitute servi vocari, quam hac semel. Tales illi erant, neque aliam noverant servitutem ; dicuntque : Servos vocasti eos qui ex genere Abrahæ sunt, nobiles illos? quos ideo non oportebat servos vocare. *Numquam*, inquiunt, *servivimus.* Talis Judæorum fastus est. *Semen Abrahæ sumus, Israelitæ sumus.* Nusquam gesta sua commemorant. Ideo in eos clamabat Joannes, *Nolite dicere, Patrem habemus Abraham* (*Matth.* 3. 9). Cur autem non coarguit illos Christus? siquidem sæpe servierunt Ægyptiis, Babyloniis, aliisque multis. Quia non ad contentionem, sed ad salutem loquutus fuerat, et ad beneficia præstanda, id illi curæ erat. Potuisset enim quadringentorum annorum servitutem afferre, hinc septuaginta annorum; et quæ sub judicibus, modo viginti, modo duorum, modo septem annorum : potuisset dicere ipsos numquam serviendi finem fecisse. Verum eos non hominum servos ostendere voluit, sed peccati ; quæ servitus est gravissima, a qua solus Deus liberare potest. Dimittendi enim peccata potestatem nemo habet nisi Deus : idque illi confitebantur. Ideoque ad hoc illos inducit his verbis : 34. *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati ;* ostendens se loqui de libertate ab hujusmodi servitute. 35. *Servus autem non manet in domo ; filius autem manet in æternum.* Sensim hinc legem dejicit, priora tempora subindicans. Ne enim eo recurrerent dicentes : Sacrificia habemus quæ Moyses præcepit, illa nos eruere poterunt, ideo hæc intulit. Alioquin quam hæc consequentiam haberent? *Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam illius*[2] (*Rom.* 3. 23. 24), etiamque ipsi sacerdotes. Ideo Paulus de sacerdote ait, *Debet offerre pro seipso, ut pro populo, quoniam ipse circumdatus est infirmitate* (*Hebr.* 5. 3. *et* 2); et hoc significat dicendo : *Servus non manet in domo.* Hic autem et parem cum Patre honorem, et servi a libero differentiam significat : nam hoc sibi vult parabola ; id est, Non habet potestatem servus ; quod indicatur per illud, *Non manet.*

2. Cur autem cum de peccatis sermonem habet, domum memoravit? Ut ostenderet sicut in domo habet herus, sic se in omnia potestatem habere. Illud vero, *Non manet*, id est, non habet largiendi potestatem, quod non sit herus; filius porro herus est : id enim significat illud, *Manet in sæculum*, secundum humanarum rerum metaphoram : ne dicant, Tu quis es? Mea sunt omnia; Filius enim sum, et in paterna domo maneo : domum vocat potestatem. Nam alibi quoque domum Patris vocat principatum : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt* (*Joan.* 14. 2). Nam cum de libertate et de servitute sit sermo, jure hac usus est metaphora, dicens illos non habuisse dimittendi potestatem. 36. *Si ergo Filius vos liberaverit.* Viden' cum Patri esse consubstantialem, et quomodo ostendat se parem habere potestatem? *Si vos Filius liberaverit*, nemo contradicet amplius, sed firmam habebitis libertatem. Nam *Deus est qui justificat, quis est qui condemnet?* Hic a peccato se purum ostendit, illamque significat quæ nomine tenus est libertatem, quam dant homines : illam vero aliam, solus Deus. Hinc illis suadet ne propter hanc servitutem erubescant, sed propter peccati servitutem. Et ostendere volens ipsos, etsi servi non sint, quia illam respuerunt servitutem, magis tamen servos factos esse, statim intulit, *Vere liberi eritis ;* indeque declarat hanc non esse veram libertatem. Deinde ne dicerent se peccatum non habere (nam credibile erat hoc esse dicturos), vide quomode illos accuset. Omissis cæteris in illorum vita reprobandis, hoc facinus, quod jam agitabant, in medium adducit : 37. *Scio quia semen Abrahæ estis, sed quæritis me interficere.* Sensim ejicit illos ab Abrahæ cognatione illa, docens ne altum illa de re saperent. Sicut enim libertas et servitus ab operibus pendent, ita et cognatio. Nec statim dixit, Non estis filii Abrahæ illius justi, vos homicidæ; sed cum illis adhuc consonat dicitque, *Scio quia semen Abrahæ estis ;* verum non hoc est quod quæritur : et jam asperius in illos invehitur. Etenim ut plurimum observandum est, ipsum cum magnum quidpiam est operaturus, postquam id fecerit, majore uti loquendi fiducia, utpote cum ipsa opera contentiosos reprimant. *Sed quæritis me interficere.* Quid, si juste? At non sic se res habet : quapropter causam ille affert, quia *Sermo meus non capit in vobis.* Quomodo ergo ait in ipsum credidisse? Verum, ut dixi, iterum mutati fuerant. Ideo vehementer in illos invehitur. Nam si de cognatione illa gloriamini, ut vita consonet oportet. Nec dixit, Non capitis verbum; sed, *Sermo meus non capit in vobis*, dogmatum suorum sublimitatem declarans. Atqui non ideo interficere oportuit; imo potius honorare et colere?

[1] Vox, *palam*, in quibusdam Mss. deest.
[2] Hæc, *per gratiam illius*, desunt in quibusdam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ut discerent. Sed quid, si tu a temetipso hæc loqueris, ut hæc præveniat, ait : 38. *Quæ ego vidi apud Patrem meum, hæc loquor : et vos quæ audistis apud patrem vestrum, facitis.* Ut ego, inquit, et re et verbis ostendo Patrem, ita et vos re tantum. Non modo enim eamdem substantiam, sed eamdem quam Pater veritatem habeo. 39. *Dicunt ei : Nos patrem habemus Abraham. Dicit eis Jesus : Si patrem haberetis Abraham, opera ejus faceretis.* 40. *Nunc autem quæritis me interficere.* Frequenter hic illorum sanguinarium animum exagitat, et Abrahamum commemorat : idque, ut illos ab hac cognatione abducat, et superfluam illam jactantiam auferat, suadeatque ne illa in re spem salutis habeant, neque in cognatione naturæ, sed in cognatione propositi. Hoc enim illos impediebat quominus ad Christum accederent, quod putarent cognationem talem illis esse satis ad salutem. Quam veritatem dicit? Quod sit æqualis Patri. Ideo enim quærebant illum Judæi interficere, ut ait ille : *Quæritis me interficere, quia veritatem vobis loquutus sum, quam audivi a Patre meo.* Ostendens hæc non esse Patri contraria, rursus ad illum confugit. 41. *Dicunt ei : Nos ex fornicatione non sumus nati ; unum Patrem habemus, Deum.* Quid dicitis? Vos Patrem habetis Deum, et Christum incusatis hoc dicentem? Viden' illum præcipuo quodam modo dixisse Deum esse Patrem suum?

3. Quia igitur illos ex Abrahæ cognatione ejecit; cum nihil habeant quod objiciant, aliud quidpiam majus audent ad Deum se referentes. Sed hoc etiam honore illos dejicit dicens : 42. *Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me, quia ego ex Deo exivi, et venio : neque a meipso veni, sed ille me misit.* 43. *Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.* 44. *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur.* Exclusit eos a cognatione Abrahæ; et quia majora ausi sunt, tunc demum plagam infligit, cum dicit eos non modo ex Abraham non esse, sed etiam ex diabolo esse, impudentiæ par vulnus infligens; neque id sine testimonio, sed adhibita probatione. Interficere enim, inquit, diabolicæ est malitiæ. Nec simpliciter opera dixit, sed *Desideria;* ostendens et diabolum et Judæos cædibus esse debitos, idque invidiæ causa. Adamum enim occidit non alia quam invidiæ causa. Hoc et nunc quoque subindicat. *Et in veritate non stetit;* id est, in vitæ probitate. Quia enim illum frequenter incusabant quod non esset ex Deo, dicit hoc inde provenire. Ille namque prior peperit mendacium, cum dixit : *In quacumque die comederitis, aperientur oculi vestri* (*Gen.* 3. 5). Ille primus mendacio est usus. Homines enim illo ut non sibi proprio utuntur, sed ut alieno; hic ut proprio. 45. *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.* Qua consequentia arguit? Nulla oblata accusatione vultis me interficere. Quia enim inimici veritatis estis, ideo me persequimini : sin minus, peccatum meum dicite. Ideo pergit : 46. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Hinc illi : *Nos ex fornicatione nati non sumus.* Atqui multi ex fornicatione nati erant, utpote illicitis coitibus assueti : verum non ideo arguit, sed in hoc institit. Quia enim ostenderat illos non ex Deo, sed ex diabolo esse, ex his omnibus procedit. Nam interficere, diabolicum est, ut et mentiri, quod utrumque facitis. Ostendit vero ex amore probari quempiam ex Deo esse. *Quare loquelam meam non cognoscitis?* Cum enim semper dubitarent dicerentque : *Quid est quod dicit, Quo ego vado, vos non potestis venire?* ideo ait : *Non cognoscitis loquelam meam, quia sermonem Dei non habetis.* Idque accidit, quia mens vestra humi repit, et quod mea longe sublimiora sint. Quid ergo si intelligere non poterant? Hic non posse, est nolle, Quia vos ita instituistis, ut abjecti sitis, quod nihil magnum cogitatis. Quia enim dicebant se ideo illum persequi, quod Dei cultui studerent; ideo ubique ostendere conatur, quod se persequi sit Deum odisse, contra vero se amare, sit, Deum nosse. *Unum Patrem habemus, Deum.* Hinc gloriam aucupantur ab honore, non ab operibus. Incredulitas ergo vestra probat non me alienum a Deo esse; sed vos Deum non nosse. In causa autem est quod mentiri, et diaboli opera facere velitis. Illud autem ex abjecto animo proficiscitur, ut apostolus inquit : *Cum enim sit inter vos zelus et contentio, nonne carnales estis* (1. *Cor.* 3. 3)? Quare autem non potestis? *Quia desideria patris vestri vultis facere*, id curatis et contenditis.

Judæorum opera Abrahæ operibus contraria. — Viden' illud, *Non potestis*, significare quod non velint? *Hoc Abraham non fecit.* Sed quænam sunt ejus opera? Mansuetudo, modestia, obsequium. Vos contra inhumani et crudeles estis. Unde autem moti sunt, ut ad Deum confugerent? Illos Abrahamo indignos ostenderat. Cum illud vitare vellent, in majus quidpiam ascenderunt. Cum enim cædes illis exprobraret, quasi ad defensionem dicunt se Deum ulcisci. Ostendit ergo illud ipsum esse Deo adversantium. Illud autem, *Exivi*, significat illum inde venisse. *Exivi* enim subindicat ejus ad nos adventum. Quia autem verisimiliter dicturi erant, Aliena et nova loqueris, se a Deo venisse dicit. Ideo hæc non auditis, inquit, quia ex diabolo estis. Cur me vultis interficere? quid criminis offerre potestis? Si nihil, cur non creditis mihi? Sic ergo cum ex mendacio et cæde illos ex diabolo esse ostendisset, probat et ab Abrahamo et a Deo alienos esse; tum quod odio haberent eum qui se nihil læserat, tum quod non audirent sermonem ejus. Demonstrat autem ubique se non esse Deo adversarium, neque ideo illos sibi non credere, sed quod alieni essent a Deo. Nam eum qui peccatum non fecit, qui dicit se a Deo venire et ab ipso missum esse, qui veritatem loquebatur, et ita loquebatur, ut omnes ad se redarguendum provocaret, neque tamen credebatur : palam erat ideo non credi, quod illi carnales essent. Noverat enim, noverat utique peccata animam abjectam reddere. Ideo, inquit, *Quoniam imbeciles facti estis ad audiendum* (*Hebr.* 5. 11). Quando enim terrena non potest quis contemnere, quomodo de cælestibus philosophari poterit?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἤγαγεν· Ἃ ἐγὼ κύρακα παρὰ τῷ Πατρί μου, ταῦτα λαλῶ· καὶ ὑμεῖς ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ποιεῖτε. Ὥσπερ, φησίν, ἐγὼ καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐμφαίνω τὸν Πατέρα, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀπὸ τῶν πραγμάτων. Οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν οὐσίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτὴν ἀλήθειαν ἔχω τῷ Πατρί. Λέγουσιν αὐτῷ· Ἡμεῖς πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ πατέρα ἔχετε τὸν Ἀβραάμ, τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐποιεῖτε[a]. Νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι. Συνεχῶς ἐνταῦθα τὴν φονικὴν αὐτῶν στρέφει προαίρεσιν, καὶ τοῦ Ἀβραὰμ μέμνηται. Ποιεῖ δὲ τοῦτο, καὶ ταύτης αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν βουλόμενος τῆς συγγενείας, καὶ τὸ περιττὸν καύχημα ἐξελεῖν, καὶ πεῖσαι μηκέτι ἐν ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχειν, μηδὲ ἐν τῇ κατὰ φύσιν συγγενείᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ κατὰ προαίρεσιν. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ κωλύον αὐτοὺς προσελθεῖν τῷ Χριστῷ, τὸ νομίζειν ἀρκεῖν αὐτοὺς τὴν συγγένειαν ἐκείνην εἰς σωτηρίαν. Ποίαν δὲ ἀλήθειαν λέγει; Ὅτι ἴσος ἐστὶ τῷ Πατρί. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι, καί φησι· Ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου. Δεικνὺς, ὅτι οὐκ ἐναντία τῷ Πατρὶ ταῦτά ἐστι. πάλιν ἐπ' αὐτὸν καταφεύγει. Λέγουσιν αὐτῷ· Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα Πατέρα ἔχομεν, τὸν Θεόν. Τί λέγεις; ὑμεῖ; Πατέρα τὸν Θεὸν ἔχετε, καὶ τῷ Χριστῷ ἐγκαλεῖτε τοῦτο λέγοντι; Ὁρᾷς ὅτι ἐξαιρέτως ἔλεγεν αὐτοῦ Πατέρα εἶναι τὸν Θεόν;

γ'. Ἐπειδὴ τοίνυν τῆς συγγενείας αὐτοὺς ἐξέβαλε τοῦ Ἀβραὰμ, οὐδὲν ἔχοντες εἰπεῖν, ἕτερόν τι μεῖζον τολμῶσιν εἰς τὸν Θεὸν ἀνατρέχοντες. Ἀλλὰ καὶ ταύτης αὐτοὺς ἐκβάλλει τῆς τιμῆς, λέγων· Εἰ ὁ Θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ, ὅτι ἐγὼ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον καὶ ἥκω· καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἐκεῖνός με ἀπέστειλε. Διατί οὐκ οἴδατε τὴν λαλιὰν τὴν ἐμήν; Ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν. Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστὲ, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. Ἐκεῖνος ἀνθρωποκτόνος ἦν ἀπ' ἀρχῆς· καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν. Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ. Ἐξέβαλεν αὐτοὺς τῆς συγγενείας τοῦ Ἀβραάμ· καὶ ἐπειδὴ μείζονα[b] ἐτόλμησαν, τότε λοιπὸν ἐπάγει τὴν πληγήν, λέγων, ὅτι οὐ μόνον τοῦ Ἀβραὰμ οὐκ εἰσὶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῦ διαβόλου εἰσὶν, ἀντίῤῥοπον τῆς ἀναισχυντίας δοὺς τὴν τομήν· καὶ οὐδὲ ἀμάρτυρον αὐτὴν ἀφίησιν, ἀλλ' ἐλέγχοις αὐτὴν κατασκευάζει. Τὸ γὰρ φονεύειν[c], φησὶ, τῆς ἐκείνου κακίας ἐστί. Καὶ οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, τὰ ἔργα, ἀλλὰ, Τὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ ποιεῖτε, δεικνὺς ὅτι σφοδρῶς κἀκεῖνος καὶ οὗτοι φόνων ἔχονται[d], καὶ ὅτι φθόνος ἦν ἡ αἰτία. Οὐδὲ γὰρ ἔχων τι τῷ Ἀδὰμ ἐγκαλεῖν, ἀλλ' ἢ βασκαίνων μόνον, ἀνεῖλε. Τοῦτο οὖν καὶ ἐνταῦθα αἰνίττεται. Καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκε· τουτέστιν, [319] ἐν τῷ ὀρθῷ βίῳ. Ἐπειδὴ γὰρ συνεχῶς αὐτοῦ κατηγόρουν, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστι, λέγει ὅτι καὶ τοῦτο ἐκεῖθέν ἐστιν. Ἐκεῖνος γὰρ ἔτεκε τὸ ψεῦδος πρῶτος, λέγων· Ἧ ἂν ἡμέρα φάγητε, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοί. Καὶ αὐτὸς αὐτῷ πρῶτος ἐχρήσατο. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ οὐχ ὡς ἰδίῳ αὐτῷ χρῶνται, ἀλλ' ὡς ἀλλοτρίῳ· οὗτος δὲ ὡς ἰδίῳ. Ἐγὼ δὲ ὅτι ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι. Ποία αὕτη ἀκολουθία; Οὐδὲν ἐγκαλοῦντες, ἀνελεῖν με θέλετε. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχθροί ἐστε τῆς ἀληθείας, διὰ τοῦτό με διώκετε. Ἐπεὶ εἰ μὴ διὰ τοῦτο, εἴπατε τὸ ἔγκλημα. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐπήγαγε· Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγξει με περὶ ἁμαρτίας; Εἶτα ἐκεῖνοι· Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα. Καὶ μὴν ἐκ πορνείας ἐγεννήθησαν πολλοί· καὶ γὰρ οὐ προσηκούσας ἐπιμιξίας ἐποιοῦντο· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο ἐλέγχει, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνο ἵσταται. Ἐπειδὴ γὰρ ἔδειξεν οὐκ ὄντας ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐκ τοῦ διαβόλου, ἐκ τούτων ἁπάντων (καὶ γὰρ τὸ φονεύειν διαβολικὸν, καὶ τὸ ψεύδεσθαι διαβολικόν· ἅπερ ἀμφότερα ὑμεῖς ποιεῖτε) δείκνυσιν ὅτι τὸ ἀγαπᾶν, τοῦτο σημεῖον τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι. Διατί οὐκ οἴδατε τὴν λαλιὰν τὴν ἐμήν; Ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ ἠπόρουν λέγοντες· Τί ἐστιν ὅ τι λέγει, Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; διὰ τοῦτό φησιν· Οὐκ οἴδατε τὴν ἐμὴν λαλιὰν, ὅτι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔχετε. Τοῦτο δὲ ὑμῖν γίνεται διὰ τὸ χαμαίζηλον τῆς διανοίας, καὶ διὰ τὸ πολὺ μείζονα εἶναι τὰ ἐμά. Τί οὖν, εἰ μὴ δύναιντο συνιδεῖν; Ἐνταῦθα τὸ μὴ δύνασθαι, τὸ μὴ βούλεσθαί ἐστιν, ὅτι ταπεινοὺς ἑαυτοὺς εἶναι ἐπαιδεύσατε, ὅτι οὐδὲν μέγα φαντάζεσθε. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον διώκειν αὐτὸν ὡς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ ζηλοῦντες, διὰ τοῦτο πανταχοῦ πειρᾶται δεῖξαι, ὅτι τὸ διώκειν αὐτὸν, τοῦτο μισούντων ἐστὶ τὸν Θεόν· τοὐναντίον δὲ τὸ ἀγαπᾶν εἰδότων τὸν Θεὸν, φησίν. Ἕνα Πατέρα ἔχομεν, τὸν Θεόν. Ἀπὸ τούτων σεμνύνονται, ἀπὸ τιμῆς, οὐκ ἀπὸ κατορθωμάτων. Οὐκ ἄρα τοῦ ἀλλότριόν με εἶναι, τὸ μὴ πιστεύειν ὑμᾶς τεκμήριον· ἀλλὰ τοῦ ὑμᾶς μὴ εἰδέναι τὸν Θεὸν, ἡ ἀπιστία σημεῖον. Τὸ δὲ αἴτιον, ἐκ τοῦ θέλειν ψεύδεσθαι καὶ τὰ τοῦ διαβόλου ποιεῖν. Τοῦτο δὲ ποιεῖ ψυχῆς εὐτέλεια, καθάπερ ὁ Ἀπόστολός φησιν· Ὅπου γὰρ ἐν ὑμῖν ἔρις καὶ ζῆλος, οὐχὶ σαρκικοί ἐστε; Διατί δὲ οὐ δύνασθε; Ὅτι τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν, σπουδάζετε, φιλονεικεῖτε.

Ὁρᾷς ὅτι τὸ, Οὐ δύνασθε, τὸ μὴ θέλειν λέγει; Ὅτι Ἀβραὰμ τοῦτο οὐκ ἐποίησεν. Ἀλλὰ τίνα ἐστὶν αὐτοῦ τὰ ἔργα; Τὸ ἥμερον, τὸ ἐπιεικὲς, τὸ πειθήνιον. Ὑμεῖς δὲ ἐξ ἐναντίας ἵστασθε, ἀπηνεῖς ὄντες καὶ ὠμοί. Πόθεν δὲ αὐτοῖς ἐπῆλθεν ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφυγεῖν; Ἀναξίους αὐτοὺς ἔδειξε τοῦ Ἀβραάμ. Βουλόμενοι οὖν τοῦτο διαφυγεῖν, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀνέβησαν. Ἐπειδὴ γὰρ ὠνείδισε φόνον, ὥσπερ ἀπολογίαν τινὰ ποιούμενοι ὅτι τὸν Θεὸν ἐκδικοῦσι, τοῦτο λέγουσι. Δείκνυσιν οὖν ὅτι τοῦτο αὐτὸ ἐναντιουμένων ἐστὶ τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ, Ἐξῆλθον, δείκνυσιν αὐτὸν ἐκεῖθεν ὄντα. Ἐξῆλθον δὲ λέγει, τὴν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν αἰνιττόμενος. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς εἰπεῖν, ὅτι Ξένα τινὰ λέγεις καὶ καινὰ[e], [320] παρὰ τοῦ Θεοῦ φησιν ἥκειν. Εἰκότως οὖν οὐκ ἀκούετε αὐτῶν, φησὶν, ἐκ τοῦ διαβόλου ὄντες. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἀναιρεῖτε; τί ἔχοντες ἐγκαλέσαι; Εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, διατί οὐ πιστεύετέ μοι; Οὕτως οὖν αὐτοὺς ὄντας ἐκ τοῦ διαβόλου ἀπὸ τοῦ ψεύδους καὶ τοῦ φόνου δείξας, ἔδειξε καὶ ἀλλοτρίους ὄντας τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ, ἀπό τε τοῦ μισεῖν τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα, ἀπό τε τοῦ μὴ ἀκούειν τὸν λόγον αὐτοῦ. Καὶ δείκνυσιν ἄνω καὶ κάτω, ὅτι οὔτε ἀντίθεος ἦν, οὔτε διὰ τοῦτο οὐκ ἐπίστευον, ἀλλ' ὅτι ἀλλότριοι ἦσαν τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ ἁμαρτίαν μὴ πεποιηκὼς, ὁ λέγων ἑαυτὸν ἥκειν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκεῖθεν ἀπεσταλθαι, ὁ τὴν ἀλήθειαν λαλῶν, καὶ οὕτω τὴν ἀλήθειαν λαλῶν, ὡς πάντας πρὸς ἔλεγχον προσκαλεῖσθαι, εἶτα μὴ πιστευόμενος, εὔδηλον ὅτι διὰ τὸ σαρκικοὺς ἐκείνους εἶναι οὐ πιστεύεται. Οἶδε γὰρ, οἶδε ταπεινὴν ψυχὴν ποιεῖν ἁμαρτήματα. Διὰ τοῦτό φησιν, Ἐπεὶ ῥωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς ὑμῶν. Ὅταν γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ καταφρονεῖν μὴ δύνηταί τις, πῶς ὑπὲρ τῶν ἐν οὐρανοῖς φιλοσοφήσει ποτέ;

[a] Ἐποιεῖτε ἄν Savil. [b] Quidam habent μεῖζον. [c] Alii φονᾶν. [d] Alii οὗτοι φονῶσι.

[e] Morel. καὶ κενά. Ibidem quidam habent ἥκειν, ut Savil.; alii ἥκει, ut Morel.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δ'. Διὰ τοῦτο, παρακαλῶ, πάντα πράττωμεν, ὥστε τὸν βίον ἡμῶν κατορθωθῆναι, ὥστε καθαρθῆναι τὴν διάνοιαν, ὥστε μηδὲν ἡμῖν ῥυπαρὸν γενέσθαι κώλυμα. Φωτίσατε γὰρ ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως, καὶ μὴ σπείρητε ἐπ' ἀκάνθαις. Ὁ γὰρ μὴ εἰδὼς ὅτι τὸ πλεονεκτεῖν κακὸν, πότε εἴσεται τὸ μεῖζον; ὁ μὴ ἀπεχόμενος τούτων, πότε ἐκείνων ἀνθέξεται; Καλὸν τὸ ἁρπάζειν, ἀλλ' οὐχὶ τὰ ἀπολλύμενα, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. *Βιασταὶ* γὰρ, φησὶν, *ἁρπάζουσιν αὐτήν*. Οὐκ ἄρα μετὰ ῥᾳθυμίας ἔστιν ἐπιτυχεῖν αὐτῆς, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς. Τί δέ ἐστι, *Βιασταί;* Βίας χρεία πολλῆς (στενὴ γὰρ ἡ ὁδὸς), καὶ νεανικῆς δεῖ ψυχῆς καὶ γενναίας. Οἱ ἁρπάζοντες πάντας βούλονται προλαβεῖν· πρὸς οὐδὲν ὁρῶσιν, οὐ πρὸς κατάγνωσιν, οὐ πρὸς κατηγορίαν, οὐ πρὸς τιμωρίαν· ἀλλ' ἑνὸς γίνονται μόνου, τοῦ λαβεῖν ἅπερ βούλονται ἁρπάσαι, καὶ πάντας τοὺς ἔμπροσθεν παρατρέχουσιν. Ἁρπάσωμεν τοίνυν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐνταῦθα ἔγκλημα τὸ ἁρπάσαι, ἀλλ' ἔπαινος· ἔγκλημα δὲ, τὸ μὴ ἁρπάσαι. Ἐνταῦθα οὐ τῆς ἑτέρου ζημίας ὁ ἡμέτερος γίνεται πλοῦτος. Σπουδάσωμεν οὖν αὐτὴν ἁρπάσαι· κἂν ἐνοχλῇ θυμὸς, κἂν ἐνοχλῇ ἐπιθυμία, βιασώμεθα τὴν φύσιν· ἡμερώτεροι γενώμεθα· κάμωμεν ὀλίγον, ἵνα ἀναπαυσώμεθα διηνεκῶς. Μὴ ἁρπάσῃς χρυσὸν, ἀλλὰ ἅρπασον πλοῦτον, τὸν βόρβορον δεικνύντα τὸν χρυσόν. Εἰπὲ γάρ μοι· εἰ πρόκειτο μόλυβδος καὶ χρυσὸς, τί ἂν ἥρπασας; οὐκ εὔδηλον ὅτι τὸν χρυσόν; Εἶτα ἔνθα μὲν ὁ ἁρπάζων κολάζεται, τὸ μεῖζον τιμᾷς· ἔνθα δὲ ὁ ἁρπάζων τιμᾶται, προδίδως τὸ μεῖζον; Εἰ γὰρ ἀμφοτέρωθεν κόλασις ἦν, οὐκ ἂν ἐπὶ τοῦτο μᾶλλον ἦλθες; Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν, ἀλλὰ [321] καὶ μακαρισμός. Καὶ πῶς ἔστιν ἁρπάσαι, φησί; Ῥίψον τὰ ὄντα ἐν χερσίν. Ἕως γὰρ ἂν αὐτὰ κατέχῃς[a], ἐκεῖνα ἁρπάσαι οὐ δυνήσῃ. Ἐννόησον γάρ μοι ἄνδρα ἀργυρίου τὰς χεῖρας πεπληρωμένας ἔχοντα· μὴ δυνήσεται, ἕως ἂν κατέχῃ τοῦτο, ἁρπάσαι χρυσίον, ἐὰν μὴ ῥίψῃ αὐτὸ καὶ εὔλυτος γένηται; Τὸν γὰρ ἁρπάζοντα εὔζωνον εἶναι δεῖ, ὥστε μὴ κατασχεθῆναι. Καὶ γὰρ καὶ νῦν εἰσιν ἐναντίαι δυνάμεις κατατρέχουσαι ἡμῶν, ἵνα ἀφέλωνται. Ἀλλὰ φεύγωμεν αὐτὰς, φεύγωμεν, μηδεμίαν ἐπισυρόμενοι λαβὴν ἔξωθεν. Διατέμωμεν τὰ σχοινία, γυμνοὶ γενώμεθα τῶν βιωτικῶν. Τίς χρεία τῶν σηρικῶν ἱματίων; μέχρι πότε τὸν γέλωτα τοῦτον ἀνελίττομεν; μέχρι πότε τὸ χρυσίον κατορύττομεν; Ἐβουλόμην παύσασθαι ταῦτα λέγων ἀεί· ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ ἐᾶτε, ἀεί μοι παρέχοντες ἀφορμὰς καὶ ὑποθέσεις. Ἀλλὰ νῦν γοῦν ἀποστῶμεν, ἵνα καὶ ἑτέρους διὰ τοῦ βίου παιδεύσαντες, τύχωμεν τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Alii γὰρ ἂν τὰ παρόντα κατέχῃς.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΕ'.

Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ· « Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις; » Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· « Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα. »

α'. Ἀναίσχυντον ἡ κακία καὶ ἰταμὸν, καὶ ὅταν καταδύεσθαι δέῃ, τότε μᾶλλον ἀγριοῦται· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων γέγονε. Δέον γὰρ ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι κατανυγῆναι, θαυμάσαντας τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν τῶν εἰρημένων ἀκολουθίαν· οἱ δὲ καὶ ὑβρίζουσι, Σαμαρείτην καλοῦντες καὶ δαιμονῶντα λέγοντες, καί φασιν· *Οὐχὶ καλῶς ἐλέγομεν, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;* Ὅταν γὰρ ὑψηλόν τι εἴπῃ, μανία τοῦτο δοκεῖ παρὰ τοῖς λίαν ἀναισθήτοις εἶναι. Καίτοι γε οὐδαμοῦ ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν ἔμπροσθεν, ὅτι Σαμαρείτην ἐκάλεσαν· ἀλλ' εἰκὸς ἐκ τῆς ῥήσεως ταύτης πολλάκις παρ' αὐτῶν εἰρῆσθαι τοῦτο. *Δαιμόνιον ἔχεις*, φησί. Καίτοι τίς ὁ δαιμόνιον ἔχων; ὁ τιμῶν τὸν Θεὸν, ἢ ὁ τὸν τιμῶντα ὑβρίζων; Τί οὖν ὁ Χριστὸς, ἡ πραότης, ἡ ἐπιείκεια; *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν Πατέρα τὸν πέμψαντά με.* Ἔνθα μὲν διδάξαι αὐτοὺς ἐχρῆν καὶ τὸν πολὺν αὐτῶν κατασπάσαι τύφον, καὶ παιδεῦσαι μὴ μέγα φρονεῖν ἐπὶ τῷ Ἀβραὰμ, σφοδρὸς ἦν· ἔνθα δὲ ὑβριζόμενον αὐτὸν ἔδει ἐνεγκεῖν, πολλῇ πραότητι κέχρηται.

Ὅτε μὲν γὰρ ἔλεγον, ὅτι Πατέρα τὸν Θεὸν ἔχομεν καὶ τὸν Ἀβραὰμ, σφόδρα αὐτῶν καθήψατο· ὅτε δὲ αὐτὸν δαιμονῶντα ἐκάλουν, ὑφειμένως τῷ λόγῳ κέχρηται, παιδεύων ἡμᾶς, τὰ μὲν [322] εἰς τὸν Θεὸν ἐκδικεῖν, τὰ δὲ εἰς ἡμᾶς παροῤῥᾶν. *Ἐγὼ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν τὴν ἐμήν.* Ταῦτα εἶπον, φησὶ, δεικνὺς ὅτι οὐ προσῆκεν ὑμῖν τὸν Θεὸν καλεῖν πατέρα, ἀνδροφόνοις οὖσιν. Ὥστε τῇ τιμῇ τῇ πρὸς ἐκεῖνον ταῦτα ἐφθεγξάμην, καὶ δι' ἐκεῖνον ταῦτα ἀκούω, καὶ δι' αὐτὸν ἀτιμάζετέ με. Ἀλλ' οὐδέν μοι μέλει τῆς ὕβρεως ταύτης[a]· ἐκείνῳ γὰρ εὐθύνας ὀφείλετε τῶν λεχθέντων, δι' ὃν ταῦτα ἀκούω νῦν. *Ἐγὼ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν τὴν ἐμήν.* Διὰ τοῦτο ἀφεὶς τὸ κολάζειν ὑμᾶς, ἐπὶ παραίνεσιν τρέπομαι, καὶ συμβουλεύω ταῦτα ποιεῖν, ἐξ ὧν οὐ μόνον τὴν κόλασιν διαφεύξεσθε, ἀλλὰ καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπιτεύξεσθε. *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τίς μου τὸν λόγον τηρήσῃ, οὐ μὴ θεωρήσει θάνατον εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἐνταῦθα οὐ τὴν πίστιν μόνον φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον τὸν καθαρόν. Καὶ ἄνω μὲν ἔλεγε, *Ζωὴν αἰώνιον ἔξει*· ἐνταῦθα δὲ, φησὶ, *θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει*· ἅμα δὲ καὶ αἰνίττεται, ὅτι οὐδὲν δύνανται αὐτῷ ποιῆσαι. Εἰ γὰρ ὁ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶν οὐκ ἀποθανεῖται, πολλῷ μᾶλλον αὐτός. Τοῦτο γοῦν συνειδότες καὶ αὐτοὶ, λέγουσι· *Νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις. Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον*· τουτέστιν, οἱ τὸν λόγον ἀκούσαντες τοῦ Θεοῦ ἀπέθανον· καὶ οἱ τὸν σὸν ἀκούσαντες οὐκ ἀποθανοῦνται; *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ;* Ὦ τῆς κενοδοξίας! πάλιν ἐπὶ τὴν συγγένειαν αὐτοῦ καταφεύγουσι. Καίτοι ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν· *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ Θεοῦ;* ἢ οἱ ἀκούσαντές σου, τοῦ Ἀβραάμ; Ἀλλ' οὐ λέγουσι τοῦτο, ἐπειδὴ καὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐλάττονα αὐτὸν εἶναι ἐνόμιζον. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἔδειξεν ἀνδροφόνους, καὶ ταύτῃ αὐτοὺς ἀπήγαγε τῆς συγγενείας· ὡς δὲ ἐνέμειναν, ἑτέρως αὐτὸ μεθοδεύει πάλιν, δεικνὺς ὅτι ἀνόνητα πονοῦσι, καὶ περὶ μὲν τοῦ θανάτου οὐδὲν αὐτοῖς διελέχθη, οὐδὲ ἀπεκάλυψεν, οὐδὲ εἶπε, ποῖον λέγει θάνατον· τέως δὲ πείθει, ὅτι τοῦ Ἀβραὰμ κρείττων ἐστὶν, ἵνα καὶ τούτῳ δυσωπήσῃ. Μάλιστα μὲν γὰρ εἰ καὶ ὁ τυχὼν, φησὶν, ἤμην, οὐκ ἔδει ἀποθανεῖν οὐδὲν ἀδικήσαντα· ὅταν δὲ καὶ τὴν ἀλήθειαν λέγω, καὶ μηδεμίαν ἁμαρτίαν ἔχω, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεσταλμένος ὦ, καὶ Ἀβραὰμ ὢν κρειττων, πῶς οὐ μαίνεσθε καὶ ἀνόνητα πονεῖτε, ἐπιχειροῦντες ἀνελεῖν; Τί οὖν ἐκεῖνοι; *Νῦν ἐγνώκαμεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις.* Ἀλλ' οὐχ ἡ Σαμαρεῖτις οὕτως· οὐ γὰρ εἶπεν αὐτῷ· Δαιμόνιον ἔχεις· ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον, *Μὴ σὺ μεί-*

[a] Quidam τῆς ὑβρίσεως ταύτης.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

4. *Moralis exhortatio. Rapere oportet, non peritura bona, sed regnum cœlorum.* — Quamobrem, obsecro, nihil non agamus ut rectam instituamus vitam, animum purgemus, ut nihil sordium nobis impedimento sit. Accendite vobis lucem cognitionis, et ne seminetis in spinis. Qui non intelligit malam esse avaritiam, quomodo id quod majus est sciet? Qui ab his non abstinet, quomodo illis hærebit? Rapere bonum est, at non peritura, sed regnum cœlorum; nam *Violenti*, inquit, *rapiunt illud* (*Matth.* 11. 12). Non igitur desides possumus illud consequi, sed cum diligentia et studio. Sed quid sibi vult, *Violenti?* Violentia multa est opus (nam angusta est via), et strenuo opus est animo. Qui rapiunt, omnes volunt antevertere: nihil respiciunt, non damnationem, non accusationem, non supplicium, sed unum tantum, id rapere quod appetunt, et omnes qui ante sunt antevertere student. Rapiamus ergo regnum cœlorum. Non est culpa id rapere, sed laudi datur; culpa vero est non rapere. Hic divitiæ nostræ non in alterius detrimentum vertunt. Studeamus ergo illud rapere. Si ira, si concupiscentia instent, naturæ vim inferamus, mansuetiores simus, paululum laboremus, ut perpetuo quiescamus. Ne rapias aurum; sed illas rape divitias, quæ te aurum pro luto habere suadeant. Dic mihi, si plumbum et aurum prostarent, quid raperes? nonne aurum? Tu vero ubi is qui rapit punitur, quod majus est honoras; ubi autem raptor honoratur, quod majus est prodis. Quod si utrinque punitio esset, annon ad hoc magis venisses? Hic autem nihil tale est, sed beatitudo. Et quomodo, inquies, rapi potest? Projice ea quæ præ manibus habes. Donec enim hæc [1] tenueris, illa rapere non potes. Cogita virum argento plenas manus habentem; num poterit hoc retento aurum rapere, nisi illud prius projiciat et expeditus sit? Raptorem enim expeditum esse oportet, ne retineatur. Nam sunt quædam adversariæ potestates quæ nos invadunt, ut illud auferant. Sed fugiamus illas, fugiamus, nullam relinquamus foris ansam. Funes incidamus, nudi rebus sæcularibus simus. Quis usus est sericarum vestium? quousque his ridiculis implicabimur? quousque aurum defodiemus? Vellem hæc perpetuo dicendi finem facere: sed vos non sinitis, mihi semper ansam præbentes. Verum nunc tandem absistamus, ut exemplo alios instituentes promissa consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simulque sancto Spiritui, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii legunt, *præsentia*, pro, *hæc*.

HOMILIA LV.

Cap. 8. v. 48. *Responderunt ergo Judæi et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes?* 49. *Respondit Jesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem.*

1. Impudens petulansque est malitia, quæ cum erubescere deberet, magis exasperatur; ut Judæis usu venit. Cum oportuisset enim ex dictis compungi, et admirari fiduciam, verborumque consequentiam, Jesum contumeliis incessunt, Samaritanumque ac dæmoniacum vocant, dicuntque: *Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes?* Quando enim sublime quidpiam dicebat, id furor esse ab insensatis existimabatur. Atqui nusquam evangelista ante dixit ipsum Samaritanum appellatum fuisse; hinc tamen credibile est ipsum sæpe hoc nomine vocatum fuisse. *Dæmonium habes*, inquis. Atque uter dæmonium habet? an qui Deum honorat, an qui ipsum honorantem contumelia afficit? Quid ergo Christus, ipsa mansuetudo, ipsa modestia? *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem qui misit me?* Ubi oportebat docere illos, fastum illorum deprimere, et instituere ne de Abrahamo altum saperent, ibi vehemens erat; ubi contumelias ferre, multa utebatur mansuetudine.

Quæ contra Deum dicuntur ulcisci, quæ contra nos, patienter ferre par est. — Cum dicebant, Patrem habemus Deum et Abraham, in illos invehebatur; cum autem dæmoniacum appellabant, modeste loquutus est; ut nos institueret, quatenus ea quæ in Deum proferebantur ulciscceremur, quæ in nos autem patienter ferremus. 50. *Ego non quæro gloriam meam.* Hæc dixi, inquit, ut ostenderem vobis non competere Deum vocare patrem, qui homicidæ estis. Itaque honoris ipsius causa hæc dixi, et propter illum hoc audio, atque propter ipsum me inhonoratis. Verum hanc contumeliam non curo. Illi enim ideo pœnas debetis dictorum, propter quem hæc nunc audio. *Ego non quæro gloriam meam.* Ideo omissa vindicta ad cohortationem vertor, et auctor vobis sum, ut illa faciatis, quorum gratia non modo supplicium effugietis, sed etiam vitam æternam consequemini. 51. *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, non videbit mortem in æternum.* Hic non modo de fide agit, sed etiam de vita pura. Ac superius ait, *Vitam æternam habebit;* hic vero, *Mortem non videbit:* et una subindicat illos nihil adversum se posse. Nam si qui sermonem ejus servaverit, non morietur, quanto minus ipse? Id cum illi intelligerent, aiunt: 52. *Nunc cognoscimus quia dæmonium habes: Abraham mortuus est, prophetæ mortui sunt;* id est, Qui Dei sermonem audierunt, mortui sunt, et qui tuum audierunt, non morientur? 53. *Numquid tu major es patre nostro Abraham?* O jactantiam! Rursus ad ejus cognationem refugiunt. Atqui par fuisset dicere, Numquid tu major es Deo? aut qui te audiunt, majores sunt Abrahamo? Sed non hoc dicunt, quia illum Abrahamo minorem putabant. Primum itaque illos homicidas ostendit, atque hac ratione ipsos a cognatione abducit: et cum persisterent, alia id aggreditur via, demonstrans ipsos frustra laborare. De morte vero nihil dicit, aut revelat, neque explicat de qua loqueretur morte. Interim autem suadet illis se majorem Abrahamo esse, ut sic

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illis pudorem inferret. Sane, inquit, etiamsi de vulgo essem, non oporteret innoxium morte mulctari; cum autem veritatem dicam, nullumque admiserim peccatum, atque a Deo missus major sim Abrahamo, annon furore pleni frustra laboratis, cum me tentatis interficere? Quid ergo illi? *Nunc cognoscimus quia dæmonium habes.* At non ita Samaritana; neque enim dixit illi, Dæmonium habes; sed tantum, *Numquid tu major es patre nostro Jacob?* Illi quippe contumeliosi et arrogantes erant; illa vero discendi cupida. Ideo dubitavit, et debita cum modestia respondit, Dominumque vocat illum. Qui enim longe majora pollicitus, et fide dignus erat, non contumelia afficiendus, imo admirationi habendus erat: hi vero dæmoniacum illum appellant. Samaritanæ verba dubitantis erant; hæc autem incredulorum et perversorum. *Numquid tu major es patre nostro Abraham* (*Joan.* 4. 12)? Itaque hoc eum majorem facit, quam Abrahamum. Cum autem illum exaltatum videritis, ipsum majorem esse confitebimini. Ideo dicebat, *Cum exaltaveritis me, tunc cognoscetis quia ego sum.* Et vide prudentiam. Primo, illis a cognatione semotis, ostendit se illo majorem esse, ut prophetis longe excellentior esse intelligeretur. Cum enim illum semper prophetam appellarent, ideo dicebat: *Sermo meus non capit in vobis* (*v.* 37). Illic porro dicebat, se mortuos suscitare; hic vero, illum qui crederet, non visurum esse mortem: quod multo majus erat, quam non concedere ut a morte retineretur. Ideo magis exasperabantur. Quid ergo dicunt? *Quem teipsum facis?* Et hoc contumeliose; Tu, inquiunt, te venditas. Ad hæc Christus: 54. *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.*

2. Quid hic dicunt hæretici? Audivit, *Numquid major es patre nostro Abraham?* nec ausus est respondere, Etiam; sed obscure loquitur. Quid ergo? nihilne est gloria ejus? Apud illos nihil. Quemadmodum enim dicit, *Testimonium meum non est verum*, nempe secundum illorum opinionem: sic et hoc loco dicit, *Est qui glorificat me.* Et cur non dixit, Pater qui misit me? ut supra dixit, sed, *Quem vos dicitis quia Deus vester est, et non novistis eum?* Volebat ostendere ipsos non modo Patrem, sed etiam Deum ignorare. *Ego autem novi eum.* Itaque cum dico, *Novi eum*, non est jactantia; si dicerem me non nosse, mendacium esset; vos autem cum dicitis vos illum nosse, mendaces estis. Atque ut vos nosse falso dicitis, ita ego me non nosse falso dicerem. *Si ego glorifico meipsum.* Quia dicebant, *Quem teipsum facis?* respondet ille, *Si ego meipsum* facio, *gloria mea nihil est.* Ut ergo illum perfecte novi, sic vos ignoratis ipsum. Ut cum de Abrahamo ageretur, non totum abstulit, sed dixit, Scio quia semen Abrahæ estis, ut hinc majorem inferret accusationem; sic et hoc loco non totum abstulit, sed quid? *Quem vos dicitis.* Illam concedens gloriam, majorem effecit criminationem. Quomodo autem illum ignoratis? Quia illum, qui omnia ad ejus gloriam facit et dicit, contumelia afficitis, licet ab ipso missus sit. Verum hoc sine testimonio est, sed quod sequitur ad illud probandum usa veniet. 55. *Et sermonem ejus servo.* Hic si quid contra habuissent, objicere poterant; magnum quippe hoc erat indicium, ipsum a Deo missum fuisse. 56. *Abraham pater vester exsultavit ut videret diem meum; et vidit, et gavisus est.* Rursum probat illos ab Abrahamo alienos esse, quando de quibus ille gaudebat, ipsi dolent. Diem autem crucis hic indicare puto, quam arietis et Isaaci sacrificio præfiguraverat. Quid ergo illi? 57. *Quadraginta*[1] *annos nondum habes, et Abraham vidisti?* Itaque quadraginta annos prope jam attigerat Christus. Dixit eis: *Priusquam Abraham fieret, ego sum.* 59. *Et acceperunt lapides, ut jacerent in eum.* Viden' quomodo se Abrahamo majorem esse probaverit? Qui enim gavisus est ut videret diem, et id optabile putavit, sine dubio id beneficio esse putavit, quod ille major esset. Nam cum Judæi illum fabri filium dicerent (*Matth.* 13. 55), neque amplius quidquam de illo existimarent, paulatim eos ad sublimiorem intelligentiam erigit. Cum ergo audierunt se Deum non nosse, id non ægre tulerunt; cum autem audierunt, *Antequam Abraham fieret, ego sum*, ac si eorum nobilitas degeneraret, exasperantur et lapides jaciunt. *Vidit diem meum, et gavisus est.* Ostendit se non invitum ad crucem venire: siquidem laudat eum qui de cruce gaudet, quæ salus mundi erat. Illi autem lapidabant: ita erant ad cædes parati, et sine ullo examine id ex se faciebant.

In Christo vox, Sum, *perpetuitatem significat.* — Cur vero non dixit, Priusquam Abraham fieret, ego eram, sed, *Ego sum?* Sicut ipsius Pater illa usus est voce, *Sum*, sic et ille. Hæc quippe vox significat ipsum perpetuo esse, ab omni liberum tempore; ideoque ipsis blasphema vox esse videbatur. Qui vero comparationem illam cum Abrahamo non ferebant, licet illa non tanta esset; si sæpe se Patri coæquasset, annon illum perpetuo impetiissent? Deinde fugit iterum humano more, et abscondit se, cum satis eos docuisset et sua implesset; exivit de templo, et secessit ad cæci curationem, operibus fidem sibi concilians, quod nempe ante Abraham esset. Sed forte dicet quispiam: Cur illorum conatum non fregit? sic enim forte credidissent. Paralyticum sanavit, nec crediderunt; mille signa fecit, et in ipsa passione supinos illos prostravit, illorum oculos obtenebravit, et non crediderunt; et quomodo credidissent, si vim et conatum eorum solvisset? Animo quippe desperato nihil pejus: sive signa viderit, sive prodigia, in eadem perseverat impudentia. Nam Pharao mille plagis acceptis, cum castigaretur tantum, resipiscebat, et usque ad ultimum diem idem perstitit, illos quos dimiserat persequutus. Ideo Paulus sæpe dicit, *Ne obduretur quis ex vobis fallacia peccati* (*Hebr.* 3. 8). Quemadmodum enim vires corporis[2] demum extinguuntur, et omnem sen-

[1] Sic omnes Mss. et Editi Chrysostomi, atque ita legitur, inquiunt, in quodam Barberino Codice. Sed aliorum Novi Testamenti exemplarium recepta lectio est, *quinquaginta.*

[2] Hic, inquit Savil., inserendum conjicit doctissimus Boisius, *morbis diuturnis exhaustæ*, et quidem aliquid hujusmodi desiderari clarum est. Verum reclamant omnia exemplaria, et sic posse stare textum arbitror.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὢν εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ; Οὗτοι μὲν γὰρ ἦσαν ὑβρισταὶ ἁλάστορες· ἐκείνη δὲ μαθεῖν ἐβούλετο. Διὸ καὶ ἠπόρησε[a], καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης συμμετρίας ἀπεκρίνατο, καὶ Κύριον αὐτὸν καλεῖ. Τὸν γὰρ πολλῷ μείζονα ἐπαγγελλόμενον, καὶ ἀξιόπιστον ὄντα, οὐχ ὑβρίζεσθαι ἔδει, ἀλλὰ καὶ θαυμάζεσθαι· οὗτοι δὲ δαιμονῶντα αὐτὸν λέγουσιν. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τὰ τῆς Σαμαρείτιδος ἀπορούσης ἦν· ταῦτα δὲ, ἀπιστούντων καὶ διεστραμμένων. *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ;* [323] Ὥστε τοῦτο μείζονα εἶναι ποιεῖ τοῦ Ἀβραάμ. Ὅταν οὖν ὑψωθέντα[b] ἴδητε, ὁμολογήσετε ὅτι μείζων ἐστί. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, *Ὅταν ὑψώσητέ με, τότε γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι.* Καὶ θέα σύνεσιν. Πρῶτον αὐτοὺς ἀποσχίσας τῆς συγγενείας, δείκνυσιν ἑαυτὸν ἐκείνου μείζονα ὄντα, ἵνα ἐκ πολλῆς τῆς ὑπεροχῆς μείζων θεωρηθῇ καὶ τῶν προφητῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀεὶ προφήτην ἔλεγον αὐτὸν, διὰ ταῦτα ἔλεγεν· *Ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν.* Ἐκεῖ μὲν οὖν ἔλεγεν, ὅτι ἐγείρει τοὺς νεκρούς· ἐνταῦθα δὲ, *Οὐ μὴ θεωρήσει θάνατον ὁ πιστεύων·* ὃ πολλῷ μεῖζον ἦν τοῦ μὴ συγχωρῆσαι κρατηθῆναι θανάτῳ· διὸ μᾶλλον ἠγριαίνοντο. Τί οὖν ἐκεῖνοι; *Τίνα σεαυτὸν ποιεῖς;* Καὶ τοῦτο ὑβριστικῶς· Σὺ, φησὶ, χαρίζῃ σαυτῷ. Πρὸς τοῦτο οὖν ὁ Χριστός· *Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτὸν, φησὶν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστι.*

β'. Τί λέγουσιν ἐνταῦθα οἱ αἱρετικοί; Ἤκουσε, *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ;* καὶ οὐκ ἐθάρρησεν εἰπεῖν αὐτοῖς, ὅτι ναὶ, ἀλλὰ συνεσκιασμένως αὐτὸ ποιεῖ. Τί οὖν; οὐδέν ἐστιν ἡ δόξα αὐτοῦ; Πρὸς ἐκείνους οὐδέν ἐστιν. Ὥσπερ γὰρ λέγει, *Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς,* πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν· οὕτω καὶ ἐνταῦθά φησιν· *Ἔστιν ὁ δοξάζων με.* Καὶ διατί μὴ εἶπεν, Ὁ Πατήρ ὁ πέμψας με; ὡς ἄνω ἔλεγεν, ἀλλ'[c] *Ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι, καὶ οὐκ οἴδατε αὐτόν.* Ἐβούλετο γὰρ δεῖξαι, ὅτι οὐ μόνον Πατέρα αὐτὸν οὐκ ἴσασιν, ἀλλ' οὐδὲ Θεόν. *Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν.* Ὥστε οὐ τὸ λέγειν, *Ἐγὼ οἶδα αὐτὸν,* κόμπος ἐστὶν· ἀλλὰ τὸ εἰπεῖν μὴ εἰδέναι, ψεῦδος· ὑμεῖς δὲ λέγοντες εἰδέναι αὐτὸν, ψεύδεσθε. Ὥσπερ οὖν ὑμεῖς εἰδέναι λέγοντες ψεύδεσθε· οὕτως ἐγὼ, ἐὰν εἴπω μὴ εἰδέναι. *Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν.* Ἐπειδὴ ἔλεγον, *Τίνα σεαυτὸν ποιεῖς;* φησίν· *Ἐὰν ἐγὼ παιῶ, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν.* Ὥσπερ οὖν ἐγὼ αὐτὸν οἶδα ἀκριβῶς, οὕτως αὐτὸν ἀγνοεῖτε ὑμεῖς. Καθάπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ οὐ τὸ πᾶν ἀνεῖλεν, ἀλλά φησιν, Οἶδα ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε, ὥστε μείζονα ποιῆσαι τὴν κατηγορίαν· οὕτως ἐνταῦθα οὐ τὸ πᾶν ἀνεῖλεν, ἀλλὰ τί; *Ὃν ὑμεῖς λέγετε.* Δοὺς τὴν διὰ τῶν ῥημάτων καύχησιν, μεῖζον ἐποίησε τὸ ἔγκλημα. Πῶς δὲ οὐκ οἴδατε αὐτόν; Ὅτι τὸν πάντα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ λέγοντα καὶ ποιοῦντα, ὥστε αὐτὸν δοξασθῆναι, ὑβρίζετε, καίτοι παρ' ἐκείνου ἀποσταλέντα. Ἀλλὰ τοῦτο ἁμάρτυρον· ἀλλὰ τὸ ἐξῆς κατασκευαστικόν. *Καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ.* Ἐνταῦθα δὲ[d] εἴ γέ τι εἶχον, ἠδύναντο ἐλέγξαι· μεγίστη γὰρ ἦν ἀπόδειξις τὸ παρ' ἐκείνου ἀπεσταλθαι. *Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.* Πάλιν δείκνυσιν αὐτοὺς ὄντας ἀλλοτρίους ἐκείνου, εἴ γε ἐφ' οἷς ἐκεῖνος ἔχαιρεν, οὗτοι ἀλγοῦσι. Τὴν δὲ ἡμέραν ἐνταῦθά μοι δοκεῖ λέγειν τὴν τοῦ σταυροῦ, ἣν ἐν τῇ τοῦ κριοῦ προσφορᾷ καὶ τῇ τοῦ Ἰσαὰκ προδιετύπωσε. [324] Τί οὖν ἐκεῖνοι; *Τεσσαράκοντα*[e] *ἔτη οὔπω ἔχεις καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας;* Ὡς ἐγγὺς τῶν τεσσαράκοντα ἐτῶν λοιπὸν εἶναι τὸν Χριστόν. Λέγει αὐτοῖς· *Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι. Καὶ ἦραν λίθους, ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν.* Ὁρᾷς πῶς τὸ μείζονα εἶναι τοῦ Ἀβραὰμ κατεσκεύασεν; Ὁ γὰρ χαρείς, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν, καὶ περισπούδαστον αὐτὸ θέμενος, εὐδηλον ὅτι τὴν ἐπὶ εὐεργεσίᾳ γενομένην, καὶ ὡς μείζονος. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον· *Ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς,* καὶ οὐδὲν πλέον ἐφαντάζοντο, κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἐνάγει πρὸς ὑψηλὴν διάνοιαν. Ὅτε μὲν οὖν ἤκουσαν, ὅτι Οὐκ οἴδατε τὸν Θεὸν, οὐκ ἤγνησαν· ὅτε δὲ ἤκουσαν, *Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι,* ὡς τῆς εὐγενείας αὐτῶν ταπεινουμένης, ἠγριαίνον καὶ ἐλίθαζον. *Εἶδε τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ ἐχάρη.* Δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται, εἴ γε ἐπαινεῖ τὸν ἡσθέντα ἐπὶ τῷ σταυρῷ. Τοῦτο γὰρ σωτηρία τῆς οἰκουμένης ἦν. Οἱ δὲ λίθους ἔβαλλον· οὕτω πρὸς φόνους ἕτοιμοι ἦσαν, καὶ δι' ἑαυτῶν ταῦτα ἔπραττον, μηδὲν ἐξετάζοντες.

Διατί δὲ μὴ εἶπε, Πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ ἤμην· ἀλλ' *Ἐγώ εἰμι;* Ὥσπερ ὁ Πατὴρ αὐτοῦ ταύτῃ κέχρηται τῇ λέξει τῇ, *Εἰμί·* οὕτω καὶ αὐτός. Τοῦ διηνεκῶς γὰρ εἶναι σημαντικὴ αὕτη, παντὸς ἀπηλλαγμένη χρόνου· διὰ τοῦτο καὶ βλάσφημον αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ ῥῆμα. Εἰ δὲ τὴν πρὸς Ἀβραὰμ σύγκρισιν οὐκ ἠνεγκαν, καίτοι γε μικρὰν οὖσαν· εἰ συνεχῶς ἑαυτὸν ἐξίσου τῷ Πατρὶ, ἆρα ἂν διέλιπον αὐτὸν βάλλοντες; Εἶτα φεύγει πάλιν ἀνθρωπίνως, καὶ κρύπτεται, ἱκανὴν διδασκαλίαν αὐτοῖς παραβέμενος· καὶ τὰ αὐτοῦ πληρώσας, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἀνεχώρησεν ἐπὶ τὴν ἴασιν τοῦ τυφλοῦ, διὰ τῶν ἔργων πιστούμενος, ὅτι πρὸ τοῦ Ἀβραάμ ἐστιν. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· Τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐξέλυσεν αὐτῶν τὴν δύναμιν; οὕτω γὰρ ἂν ἐπίστευσαν. Παραλελυμένον ἐθεράπευσε, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν· ἄλλα μυρία εἰργάσατο, καὶ ἐν αὐτῷ δὲ πάθει ἔβριψεν αὐτοὺς ὑπτίους, καὶ ἐσκότωσεν αὐτῶν τὰς ὄψεις, καὶ οὐκ ἐπίστευσαν· καὶ πῶς ἂν ἐπίστευσαν, εἰ τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐξέλυσε; Ψυχῆς γὰρ[f] ἀπεγνωκυίας χεῖρον οὐδέν· κἂν σημεῖα ἴδῃ, κἂν τέρατα, μένει τὴν αὐτὴν ἀναισχυντίαν ἔχουσα. Καὶ γὰρ ὁ Φαραὼ μυρίας δεχόμενος πληγὰς, ὅτε ἐκολάζετο μόνον, ἐσωφρονίζετο, καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας τοιοῦτος ἔμεινε, διώκων οὓς ἀπέλυσε. Διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω ὁ Παῦλός φησι· *Μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας.* Καθάπερ γὰρ οἱ στῦλοι τοῦ σώματος[g] νεκροῦνται λοιπὸν, καὶ οὐδεμίαν αἴσθησιν ἔχουσιν· οὕτω καὶ ψυχὴ, ὅταν πολλοῖς κατασχεθῇ πάθεσι, νεκροῦται πρὸς τὴν ἀρετήν. Κἂν εἰτιοῦν προσενέγκῃς, οὐ λαμβάνει τοῦ πράγματος αἴσθησιν· ἀλλὰ κἂν κόλασιν, κἂν ὁτιοῦν ἀπειλήσῃς, ἀνάλγητος μένει.

[a] Alii διηπόρησε. [b] Alii ἐξελθόντα. [c] Conjunctionem ἀλλὰ e Savil. et codd. 708, 706, sensu postulante, recepimus. Edit. [d] Morel. ἐνταῦθα καὶ. Savil. melius ἐνταῦθα δέ. Paulo post alii τοῦ παρ' ἐκείνου.

[e] N. T. πεντήκοντα. [f] In aliis γὰρ deest. [g] Inter σώματος et νεκροῦνται inserit ex conjectura Boisius, νόσοις διηνεκέσι δαπανηθέντες, vel καταβληθέντες, reclamantibus omnibus exemplaribus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γ'. Διὸ δὴ δέομαι, ἕως ἐλπίδας ἔχομεν σωτηρίας, [325] ἕως δυνάμεθα ἐπιτρέψαι, πάντα ποιεῖν. Οἱ γὰρ ἀπηλγηκότες, καθάπερ τῶν κυβερνητῶν οἱ ἀπογνόντες τῇ πνεούσῃ τὸ σκάφος παραδιδόντες, οὐδὲν περ' ἑαυτῶν εἰσφέρουσιν· οὕτω καὶ οὗτοι πειρῶνται λοιπόν. Ὅ τε γὰρ βάσκανος εἰς ἓν ὁρᾷ μόνον, τὴν ἐπιθυμίαν πληρῶσαι τὴν ἑαυτοῦ· κἂν κολάζεσθαι μέλλῃ, κἂν ἀναιρεῖσθαι, τοῦ πάθους γίνεται μόνου· καὶ ὁ ἀκόλαστος καὶ ὁ φιλοχρήματος. Εἰ δὲ τῶν παθῶν τοσαύτη ἡ τυραννίς, πολλῷ μᾶλλον τῆς ἀρετῆς. Εἰ δι' ἐκεῖνα θανάτου καταφρονοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον διὰ ταύτην. Εἰ ἐκεῖνοι τῆς ψυχῆς καταφρονοῦσι τῆς ἑαυτῶν, πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας τοῦτο ποιεῖν χρή. Τίς γὰρ ἡμῖν ἔσται λόγος, ὅταν τῶν ἀπολλυμένων οὕτω σπουδαζόντων ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας, ἡμεῖς ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας μηδὲ τοσαύτην ἐπιδειξώμεθα σπουδήν, ἀλλ' ἀεὶ φθόνῳ τηκόμενοι διαμένωμεν; Οὐδὲν γὰρ βασκανίας χεῖρον· ἵνα ἕτερον ἀπολέσῃ, καὶ ἑαυτὸν προσαπολλύει. Βασκάνου ὀφθαλμός; ἐκτήκεται λύπῃ, θανάτῳ συζῇ διηνεκεῖ, πάντας ἐχθροὺς ἡγεῖται, τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας. Ἀλγεῖ ὅτι ὁ Θεὸς τιμᾶται, χαίρει ἐφ' οἷς ὁ διάβολος χαίρει. Ὃ δεῖνα τετίμηται παρὰ ἀνθρώποις; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν αὕτη τιμή, μὴ βασκάνῃς. Ἀλλὰ παρὰ Θεῷ τετίμηται; Ζήλωσον καὶ γένου ὅμοιος. Ἀλλ' οὐ βούλει; Τί τοίνυν καὶ σαυτὸν προσαπολλύεις; τί καὶ ὃ ἔχεις, ῥίπτεις; Οὐ δύνασαι γενέσθαι ἴσος ἐκείνῳ, οὐδὲ λαβεῖν τι καλόν; τί καὶ κακὸν προσλαμβάνεις; δέον συνήδεσθαι, ἵνα κἂν κοινωνῆσαι τῶν πόνων μὴ δυνηθῇς, ἐκ τοῦ συνήδεσθαι κερδάνῃς [a]. Ἀρκεῖ γὰρ πολλαχοῦ καὶ προαίρεσις μέγα ποιῆσαι ἀγαθόν. Ὁ γοῦν Ἰεζεκιὴλ φησι διὰ τοῦτο τοὺς Μωαβίτας κολάζεσθαι, διὰ τὸ ἐπιχαίρειν τοῖς Ἰσραηλίταις· καὶ ἄλλους τινὰς σώζεσθαι, ὅτι ἔστενον ἐπὶ τοῖς ἑτέρων κακοῖς. Εἰ δὲ τοῖς στενάζουσιν ἐπὶ τοῖς ἑτέρων κακοῖς ἐστί τις παραμυθία, πολλῷ μᾶλλον τοῖς ἡδομένοις ἐπὶ ταῖς ἑτέρων τιμαῖς. Ἐνεκάλει τοῖς Μωαβίταις, ὅτι ἐπέχαιρον τοῖς Ἰσραηλίταις· καίτοι γε ὁ Θεὸς ἐκόλαζεν· ἀλλ' οὐδὲ ὅταν αὐτὸς [b] κολάζῃ, ἐφήδεσθαι ἡμᾶς βούλεται τοῖς κολαζομένοις· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς βούλεται αὐτοὺς κολάσαι. Εἰ δὲ συναλγεῖν χρὴ κολαζομένοις, πολλῷ μᾶλλον τιμωμένοις μὴ φθονεῖν. Οὕτω γοῦν οἱ περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν ἀπώλοντο, τοὺς μὲν φθονουμένους λαμπροτέρους ποιήσαντες, ἑαυτοὺς δὲ κολάσει παραδόντες. Θηρίον γάρ ἐστιν ἰσβόλον ὁ φθόνος, θηρίον ἀκάθαρτον, καὶ κακία προαιρέσεως, συγγνώμην οὐκ ἔχουσα, πονηρία ἀπολογίας ἀπεστερημένη, πάντων αἰτία καὶ μήτηρ τῶν κακῶν. Διὸ πρόρριζον αὐτὴν ἀνέλωμεν, ἵνα καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγῶμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. κερδαίνῃς. [b] Sic correctum e Savil. Legebatur αὐτοῖς. Edit.

---

[326] ΟΜΙΛΙΑ ΝΖ'.

Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες· « Ῥαββί, τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; »

α'. *Καὶ παράγων ὁ Ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς.* Σφόδρα φιλάνθρωπος ὢν, καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κηδόμενος, καὶ τῶν ἀγνωμόνων τὰ στόματα ἐμφράξαι θέλων, οὐδὲν τῶν εἰς αὐτὸν ἡκόντων παραλιμπάνει, κἂν μηδεὶς ὁ προσέχων ᾖ. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Προφήτης εἰδὼς ἔλεγεν· *Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.* Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα, ἐπειδὴ τὸ τῶν λόγων ὕψηλὸν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ καὶ δαιμονῶντα ἐκάλεσαν, καὶ ἀνελεῖν ἐπεχείρουν, ἐξελθὼν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, θεραπεύει τυφλὸν, τῇ τε ἀπουσίᾳ τὸν θυμὸν παραμυθούμενος, καὶ διὰ τῆς ἐργασίας τοῦ σημείου τὸ σκληρὸν αὐτῶν καὶ ἀπηνὲς καταμαλάσσων, καὶ τὰ εἰρημένα πιστούμενος· καὶ ποιεῖ σημεῖον, οὐ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ τότε πρῶτον συμβάν. *Ἀπὸ γὰρ τοῦ αἰῶνος, φησὶν, οὐκ ἠκούσθη, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου.* Τυφλοῦ μὲν γὰρ ἴσως ἤνοιξέ τις· γεγεννημένου δὲ, οὐκ ἔτι. Καὶ ὅτι ἐξελθὼν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, ἐπὶ τὸ ἔργον ἦλθεν ἐπίτηδες, δῆλον ἐκεῖθεν· αὐτὸς γὰρ εἶδε τὸν τυφλὸν, οὐχ ὁ τυφλὸς αὐτῷ προσῆλθε· καὶ οὕτω σπουδαίως ἀνέβλεψεν, ὡς καὶ τοῖς μαθηταῖς αἰσθησιν παρασχεῖν. Ἀπὸ τούτου γοῦν καὶ ἐπὶ τὴν ἐρώτησιν ἦλθον. Ὁρῶντες γὰρ αὐτὸν σπουδαίως προσέχοντα, ἐπυνθάνοντο λέγοντες· *Τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ;* Ἐσφαλμένη ἡ ἐρώτησις. Πῶς γὰρ ἂν ἥμαρτε, πρὶν ἢ γεννηθῆναι; πῶς δὲ, τῶν γονέων ἁμαρτόντων, αὐτὸς ἂν ἐκολάσθη; Πόθεν οὖν ἦλθον ἐπὶ τὴν ἐρώτησιν ταύτην; Ἡρὸ τούτου τὸν παραλελυμένον θεραπεύων, ἔλεγεν· *Ἰδοὺ ὑγιὴς γέγονας· μηκέτι ἁμάρτανε.* Οὗτοι τοίνυν ἐνοήσαντες, ὅτι ἐκεῖνος δι' ἁμαρτίας παρελύθη, λέγουσιν· Ἔστω, ἐκεῖνος δι' ἁμαρτήματα παρελύθη· περὶ τούτου δὲ τί [a] ἂν εἴποις; οὗτος ἥμαρτεν; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· ἐκ γενετῆς γάρ ἐστι τυφλός. Ἀλλ' οἱ γονεῖς αὐτοῦ; Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο. Παῖς γὰρ ὑπὲρ πατρὸς οὐ δίδωσι δίκην. Ὥσπερ οὖν παιδίον κακούμενον ὁρῶντες λέγομεν· Τί ἂν τις εἴποι περὶ τούτου; τί ἐποίησε τὸ παιδίον; οὐκ ἐρωτῶντες, ἀλλὰ διαποροῦντες· οὕτω δὴ καὶ οἱ μαθηταὶ οὐ τοσοῦτον ἐρωτῶντες τοῦτο ἔλεγον, ἀλλ' ἀποροῦντες. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ.* Τοῦτο δὲ οὐχ ἁμαρτημάτων ἀπαλλάττων αὐτούς φησιν (οὐ γὰρ ἁπλῶς εἶπεν, *Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ*· ἀλλ' ἐπήγαγεν· *Ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ* [b]), ἀλλ' ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἥμαρτε μὲν γὰρ καὶ οὗτος, καὶ οἱ γονεῖς αὐτοῦ· ἀλλ' οὐκ ἐντεῦθεν, φησὶν, ἡ πήρωσις.

Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ τοῦτο ἐμφαίνων, ὅτι οὗτος μὲν οὐχ οὕτως, [327] ἄλλοι δέ τινες ἐκ τούτων ἐτυφλώθησαν τῶν αἰτιῶν, διὰ τὰς τῶν γονέων ἁμαρτίας. Οὐδὲ γὰρ ἕνι, ἁμαρτάνοντος ἑτέρου, κολάζεσθαι ἕτερον. Ἐπεὶ εἰ τοῦτο δώσομεν, κἀκεῖνο δώσομεν, ὅτι πρὸ γενέσεως ἥμαρτεν. Ὥσπερ οὖν εἰπὼν, ὅτι *Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν*, οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἕνι ἐκ γενετῆς ἁμαρτεῖν καὶ κολασθῆναι· οὕτως εἰπὼν, *Οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ*, οὐ τοῦτο εἶπεν, ὅτι ἕνι διὰ γονέας κολασθῆναι. Καὶ γὰρ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ταύτην ἀναιρεῖ τὴν ὑπόνοιαν· *Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, εἰ ἔσται ἡ παραβολὴ αὕτη ἡ λεγομένη· Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, καὶ οἱ ὀδόντες τῶν τέκνων ὠμοδίασαν* [c]. Καὶ ὁ Μωϋσῆς δέ φησιν· *Οὐκ ἀποθανεῖται πατὴρ ὑπὲρ τέκνου.* Καὶ περί τινος βασιλέως φησὶν, ὅτι διὰ τοῦτο τοῦτο οὐκ ἐποίησε, φυλάττων τὸν Μωϋσέως νόμον. Εἰ δὲ λέγει τις, Πῶς οὖν εἴρηται, *Ὁ ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας γονέων ἐπὶ τέκνα ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεάν*; ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι οὐκ ἔστι καθολικὴ ἡ ἀπόφασις, ἀλλ' ἐπί τινων εἴρηται τῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐξελθόντων. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐπειδὴ οἱ ἐξ Αἰγύπτου ἐξελθόντες, μετὰ τὰ σημεῖα

[a] Alii περὶ τούτου τί.

[b] Verba ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ nusquam in Evangelio reperiuntur. [c] Sic Savil. Alii ἠμωδίασαν, Morel. ωμοδίτασαν, mendose.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sum amittunt : sic et anima multis affectibus detenta, ad virtutem fit velut mortua. Quidquid ipsi obtuleris, nihil sentit ; sed sive supplicium, sive quidvis aliud commineris, sine sensu manet.

3. *Contra invidos ; invidus ut alium perdat, ipse perit.* — Quamobrem, obsecro, donec spem salutis habemus, donec converti possumus, omnia faciamus. Nam qui sensu carent, tamquam gubernatores desperantes, navem ventis committunt, nihil ex se afferentes ; sic se denique isti gerunt. Invidus hoc unum spectat, ut cupiditatem suam impleat : etsi supplicium et mortem sit subiturus, morbum animi curat solum ; ut et impudicus et avarus. Si vero tanta sit morborum animi tyrannis, multo major virtutis vis esse debet. Si propter illa mortem despicimus, propter hanc multo magis despiciamus. Si suam illi animam spernunt, multo magis nobis pro salute omnia spernenda sunt. Quæ enim nobis erit excusatio, si cum illi qui pereunt, tantam perniciei suæ dant operam, non parem nos pro salute nostra exhibeamus, sed semper invidia tabescamus? Nihil enim invidia pejus ; ut alium perdat invidus, ipse perit. Invidi oculus dolore tabescit, in morte vivit perpetua, omnes arbitratur sibi inimicos, qui etiam nihil se læserunt. Dolet quod Deus honoretur, gaudet de quibus lætatur diabolus. Ille honoratur ab hominibus? Sed non est hic honor, ne invideas. Sed a Deo honoratur? Imitare illum. Sed non vis? Cur ergo teipsum perdi ? cur projicis id quod habes? Non potes illi par esse, neque virtutem assequi? cur malitiam amplecteris? Oporteret illi gratulari, ut si non possis laborum consors esse, saltem ex congratulatione lucreris. Sæpe namque propositum sufficit ad magnum præstandum opus. Ait quippe Ezechiel (*Cap.* 35. 15), ideo Moabitas puniri, quod de Israelitarum malis gauderent : aliosque salutem consequi, quod de aliorum malis ingemiscerent. Quod si aliquid boni et solatii sit iis qui gemunt de aliorum malis, multo magis iis qui de aliorum honoribus gaudent. Moabitas incusabat quod de Israelitarum malis gauderent : atqui Deus castigabat illos : sed non vult nos gaudere de suppliciis ab se illatis : neque enim lætatur dum ulciscitur. Quod si condolendum est patientibus, multo magis oportet honoratis non invidere. Sic perierunt Core et Dathan, qui eos, quibus invidebant, splendidiores reddiderunt, sesoque ultioni tradiderunt. Fera quippe est venenosa invidia, fera impura ; malitia voluntaria, quæ veniam non mereatur, nequitia quæ defendi nequit, omnium malorum causa et mater. Ideo illam radicitus evellamus, ut et a præsentibus malis liberemur, et futura consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LVI.

Cap. 9. v. 1. *Et præteriens Jesus vidit hominem cæcum a nativitate : 2. et interrogaverunt eum discipuli ejus, dicentes : Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes ejus, ut cæcus nasceretur?*

1. *Et præteriens Jesus vidit hominem cæcum a nativitate.* Humanus cum sit, et nostræ salutis cupidus, ut improborum ora obstrueret, nihil omittit eorum quæ adhibere par erat, etsi nemo ei attenderet. Hoc videns propheta dicebat : *Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris* (*Psal.* 50. 6). Ideo nunc, quia verborum sublimitatem non capiebant, sed etiam dæmoniacum illum vocabant, atque interficere tentabant, e templo egressus, cæcum sanat, ut et absentia sua illorum furorem sedaret, et signo facto duritiem illorum immanitatemque emolliret, ac fidem dictis conciliaret ; signumque edit non vulgare, sed quod tunc primum visum fuerat. *A sæculo*, inquit, *non est auditum, quod aperuerit quis oculos cæci nati* (*Joan.* 9. 32). Cæci enim oculos forte quis aperuerit ; cæci nati, non item. Ac quod egressus e templo ad hoc data opera venerit, inde palam est, quod ipse cæcum viderit, cæcus vero ad ipsum non venerit. Et tam diligenter illum intuitus est, ut id discipuli adverterent, et ad interrogandum inducerentur. Videntes enim eum studiose conspicientem, interrogaverunt eum : *Quis peccavit, hic, aut parentes ejus?* Falso nixa interrogatio. Quomodo enim peccasset antequam nasceretur? quomodo ob parentum peccatum hic punitus esset? Quomodo ergo ad hanc venerunt interrogationem? Antehac cum paralyticum sanavit, dixit : *Ecce sanus factus es; noli amplius peccare* (*Joan.* 5. 14). Discipuli ergo considerantes illum propter peccatum in paralysin incidisse, dicunt : Esto, ille propter peccata in paralysin inciderit ; de hoc quid dixeris? num hic peccavit? Verum id dici nequit : nam a nativitate cæcus est. Num forte parentes ejus? Neque hoc dici potest : filius enim pro patre non dat pœnas. Ut ergo puerum morbo laborantem videntes dicimus : Quid de hoc dicendum, quid fecit hic puer? non rogando, sed dubitando : sic discipuli non tam interrogando quam dubitando, id dicebant. Quid ergo Christus? 3. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus.* Quod non dicit, ut eos prorsus peccatis liberos indicet (neque enim simpliciter dixit, *Neque hic peccavit, neque parentes ejus ;* sed addidit : Ut cæcus nasceretur) (*a*), sed ut glorificetur Filius Dei. Peccavit namque hic et parentes ejus : sed non inde cæcitas venit.

Nemo de peccatis aliorum, ne de parentum quidem dat pensa. — Hæc porro dicit, non ut indicaret, non hunc quidem, sed alios his de causis cæcos fuisse, nempe ob parentum iniquitatem : neque enim licet, alio peccante, alium castigare. Nam si hoc concedamus, illud etiam concedamus oportet, ipsum antequam nasceretur peccavisse. Ut ergo cum dicit, *Neque hic peccavit*, non intelligit ab ortu quempiam

(*a*) Atqui hæc verba, *ut cæcus nasceretur* nusquam in Evangelio reperiuntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

peccare et puniri : sic cum dicit, *Neque parentes ejus*, non declarat quempiam de peccatis parentum pœnas dare. Nam Ezechielis ore hanc tollit opinionem : *Vivo ego, dicit Dominus, si erit hæc parabola dicens : Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt* (*Ezech.* 18. 3 *et* 2). Moyses item ait : *Non morietur pater pro filio* (*Deut.* 24. 16). Et de quodam rege dicit, quod propterea id non fecerit, servans legem Moysis (4. *Reg.* 14. 6). Quod si quis objecerit : Quomodo ergo dicitur : *Qui reddit peccata parentum in filios usque ad tertiam et quartam generationem* (*Deut.* 5. 9)? reponemus, sententiam non esse universalem ; sed de quibusdam dici, qui ex Ægypto exierant ; hoc est, Quia ii qui ex Ægypto exierant, post tot signa et prodigia parentibus suis pejores evaserunt, qui tamen parentes nihil horum viderant, eadem illa patientur, inquit, quæ illi passi sunt, quia eadem scelera perpetrarunt. Et quod res sic intelligenda sit, probe capiet, si quis locum exploret. Cur ergo cæcus natus est? *Ut manifestaretur*, inquit, *gloria Dei*. Hinc rursus alia exsurgit quæstio : Num absque hujus punitione, non poterat gloria Dei apparere? Certe non dicitur non potuisse ; poterat enim : sed ut in hoc etiam appareret. Ergone, inquies, injuriam propter Dei gloriam accepit? Quam, quæso, injuriam? qui, si nunquam illum nasci voluisset? Ego vero etiam ex cæcitate beneficium accepisse dico ; nam interioribus quoque vidit oculis. Quid juvant oculi Judæos? Majus enim supplicium habuerunt, quod videndo cæci essent. Quid vero huic damni fuit ex cæcitate? Propter illam visum accepit. Itaque ut mala hujus vitæ, mala non sunt ; sic bona non sunt bona ; sed unum peccatum malum est, cæcitas vero non mala. Qui autem ex nihilo producit, potuit illum sic relinquere. Quidam vero dicunt hanc particulam non esse causalem, sed ex eventu dici ; ut quando dicit : *In judicium veni in hunc mundum, ut non videntes videant, et qui vident, cæci fiant* (*Joan.* 9. 39). Non enim venit ut videntes cæci fierent. Et rursum Paulus : *Nam quod notum est Dei, manifestum est in illis, ut sint inexcusabiles* (*Rom.* 1. 19). Etsi non ideo manifestaverit, ut excusatione privarentur, sed ut illam haberent. Et rursum alibi, *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum* (*Rom.* 5. 20). Atqui non ideo subintravit, sed ut cohiberetur peccatum.

2. Vidon' ubique adverbium ex eventu poni? Ut enim architectus optimus partem ædium perfecit, partem imperfectam reliquit, ut ex residuo apud incredulos de toto sese defendat : ita et Deus corpus nostrum conglutinat et perficit, tamquam domum quamdam labantem, cum manum aridam sanat, paralytici membra firmat, claudos erigit, leprosos mundat, ægros sanat, crura debilia confirmat, mortuos suscitat, clausos oculos aperit, non habenti oculos visum dat. Quæ omnia infirmæ naturæ vitia dum corrigit, potestatem ostendit suam. Cum dicit autem, *Ut manifestetur gloria Dei*, de se, non de Patre loquitur. Illius quippe gloria manifesta erat. Quia enim audierant, Deum, cum hominem formaret, accepisse limum de terra : ideo sic ille lutum formavit. Si enim dixisset : Ego sum qui accepi pulverem de terra, et hominem formavi, id auditoribus offensioni fuisset ; ubi vero id ipso opere ostendit, non repugnare potuerunt. Accepto itaque pulvere, quem cum sputo commiscuit, sic occultam gloriam suam manifestam reddidit. Non parva enim gloria erat, quod creaturæ opifex putaretur. Ex hoc enim cætera sequebantur : ex parte totum credebatur. Majoris namque fides id quod minus erat confirmabat. Creaturarum enim rerum omnium præstantissimus est homo, et membrorum pretiosissimum est oculus : idcirco non simpliciter, sed illo modo hic oculos creavit. Etsi enim parvum sit membrum, est tamen maxime necessarium corpori : hoc Paulus declarat : *Et si dixerit auris, Non sum oculus, non sum de corpore : num ideo non est de corpore* (1. *Cor.* 12. 16)? Omnia quippe quæ in nobis sunt, divinam potentiam demonstrant ; multo magis oculus, qui totum corpus gubernat, qui toti corpori pulchritudinem indit, qui faciem ornat, qui lucerna est omnium membrorum. Nam quod sol est orbi, id oculus est corpori. Si solem exstinguas, omnia perdidisti, omnia turbasti : si exstinguas oculos, pedes sunt inutiles, manus, item ipsa anima. Cognitio enim his labefactatis abit : his namque Deum novimus. *Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur* (*Rom.* 1. 20). Non ergo corpori solum lucerna est oculus, sed animæ plus quam corpori. Quapropter ceu in regio quodam loco superne locatur, cæterisque superponitur sensibus. Hunc itaque format. Deinde ne putes ipsum materia opus habuisse ad agendum, et discas non luto opus habuisse initio (nam qui substantias majores ex nihilo produxit, multo magis hanc sine prævia materia fecisset) : ut ergo discas illa non indiguisse, docens se Creatorem in principio fuisse, apposito luto dicit (v. 7) : *Vade, lavare*, ut intelligas me ad formandos oculos luto opus non habere, sed ut manifestetur in ipso gloria mea. Quod enim de seipso loquatur cum dicit, *Ut manifestetur gloria Dei*, intulit, 4. *Me oportet facere opera ejus qui misit me* ; id est, Oportet me manifestare meipsum ; et ea facere, quæ demonstrare possint me eadem facere quæ Pater facit ; non similia, sed eadem, quod majorem significat æqualitatem, diciturque de iis, qui ne vel tantillum inæquales sunt. Quis ergo jam contradixerit, videns eum eadem posse quæ Pater potest? Non modo enim oculos formavit, nec solum aperuit, sed et visum largitus est, quod argumentum etiam est, ipsum animam quoque inspirasse. Illa enim non operante, oculus etsi sanus et integer fuerit, nihil unquam viderit. Itaque animæ etiam operationem [1] indidit, et membrum dedit omnibus instructum arteriis, nervis, venis, sanguine, cæterisque omnibus, ex quibus corpus nostrum constituitur. *Me oportet operari, dum dies est.* Quid hæc sibi volunt? et quam habent consequentiam? Multam. Hoc enim vult significare :

[1] Morel. legit, *nobilitatem*, pro, *operationem*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ τὰ θαύματα τῶν προγόνων, γεγόνασι χείρους τῶν οὐδὲν τούτων θεασαμένων, τὰ αὐτὰ πείσονται, φησὶν, ἅπερ ἔπαθον ἐκεῖνοι, ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ τετολμήκασι. Καὶ ὅτι περὶ ἐκείνων εἴρηται, τῷ τόπῳ τις ἐπιστήσας ἀκριβέστερον εἴσεται. Τίνος οὖν ἕνεκεν τυφλὸς ἐγεννήθη; *Ἵνα φανερωθῇ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ*, φησίν. Ἰδοὺ πάλιν ἄπορον ἄλλο, εἰ χωρὶς τῆς τούτου κολάσεως οὐκ ἐνῆν φανῆναι τοῦ Θεοῦ τὴν δόξαν. Μάλιστα μὲν οὐ τοῦτο εἴρηται, ὅτι οὐκ ἐνῆν· ἐνῆν γάρ· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτῳ ἵνα φανερωθῇ. Τί οὖν, φησίν; ἠδικήθη διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν; Ποίαν ἀδικίαν; εἰπέ μοι· εἰ γὰρ μηδὲ ὅλως παραγαγεῖν αὐτὸν ἐβούλετο. Ἐγὼ δὲ καὶ εὐεργετῆσθαι αὐτόν φημι ἀπὸ τῆς πηρώσεως. Τοὺς γὰρ ἔνδον ἀνέβλεψεν ὀφθαλμούς [a]. Τί γὰρ ὄφελός ἐστι τοῖς Ἰουδαίοις τῶν ὀμμάτων; Μείζονα γὰρ κόλασιν ἔσχον, πεπηρωθέντες ἐν τῷ βλέπειν. Τί δὲ τούτῳ βλάβος ἀπὸ τῆς πηρώσεως; Διὰ γὰρ ταύτης ἀνέβλεψεν. Ὥσπερ οὖν τὰ κακὰ οὐκ ἔστι κακὰ τὰ κατὰ τὸν παρόντα βίον· οὕτως οὐδὲ τὰ ἀγαθὰ ἀγαθά· ἀλλ' ἁμαρτία μόνη κακόν, πήρωσις δὲ οὐ κακόν. Ὁ δὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν, ἐξουσίαν εἶχε καὶ οὕτως αὐτὸν ἀφεῖναι. Φασὶ δέ τινες, ὅτι τοῦτο οὐδὲ αἰτιολογικόν ἐστι τὸ ἐπίρρημα, ἀλλὰ τῆς ἐκβάσεως· οἷον ὡς ὅταν λέγῃ, *Εἰς κρίμα ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέψωσι, καὶ οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται.* Καὶ μὴν οὐ διὰ τοῦτο ἦλθεν, ἵνα οἱ βλέποντες τυφλοὶ γένωνται. Καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· *Τὸ γὰρ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους.* Καίτοι οὐ διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἔδειξεν, ἵνα ἀποστερηθῶσιν ἀπολογίας, ἀλλ' ἵνα τύχωσιν ἀπολογίας. Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· *Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα.* Καίτοι οὐ διὰ τοῦτο παρεισῆλθεν, ἀλλ' ἵνα κωλυθῇ ἡ ἁμαρτία.

β'. [328] Ὁρᾷς πανταχοῦ τὸ ἐπίρρημα τῆς ἐκβάσεως δυ; Καθάπερ γάρ τις οἰκοδόμος ἄριστος, τῆς οἰκίας τὸ μὲν εἰργάσατο, τὸ δὲ ἀφῆκεν ἀτέλεστον, ὥστε τοῖς ἀπιστοῦσι διὰ τοῦ λειψάνου καὶ περὶ τοῦ παντὸς ἀπολογήσασθαι· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, καθάπερ οἰκίαν τινὰ σεσαθρωμένην, τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον συγκολλᾷ καὶ ἀναπληροῖ, τήν τε χεῖρα τὴν ξηρὰν θεραπεύων, τὰ παραλελυμένα μέλη σφίγγων, τοὺς χωλοὺς διορθούμενος, τοὺς λεπροὺς καθαίρων, τοὺς νοσοῦντας ἐγείρων, τοὺς τὰ σκέλη πεπηρωμένους ἀρτίους ποιῶν, τοὺς νεκροὺς ἀπὸ θανάτου καλῶν, μεμυκότας ὀφθαλμοὺς διανοίγων, οὐκ ὄντας ἐπιτιθείς· ἅπερ ἅπαντα τῆς κατὰ φύσιν ἀσθενείας ὄντα πηρώματα, εἶτα διορθούμενος, ἐδείκνυ αὐτοῦ τὴν δύναμιν. Εἰπὼν δὲ, *Ἵνα φανερωθῇ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ*, περὶ ἑαυτοῦ φησιν, οὐ περὶ τοῦ Πατρός. Ἐκείνου γὰρ ἡ δόξα ἦν φανερά. Ἐπειδὴ γὰρ ἤκουον, ὅτι τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐποίησε λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, διὰ τοῦτο οὕτω καὶ αὐτὸς ἔπλασε. Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ λαβὼν χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πλάσας τὸν ἄνθρωπον, πρόσαντες ἐδόκει εἶναι τοῖς ἀκούουσι· διὰ δὲ τοῦ ἔργου τοῦτο δεικνύμενον, οὐκ ἔτι λοιπὸν προσίστατο. Διὸ δὴ καὶ αὐτὸς χοῦν λαβὼν, καὶ φύρων τῷ πτύσματι, οὕτω τὴν κεκρυμμένην αὐτοῦ δόξαν ἐφανέρωσεν. Οὐ μικρὰ γὰρ δόξα, τὸ δημιουργὸν αὐτὸν νομισθῆναι τῆς κτίσεως. Ἀπὸ γὰρ τούτου καὶ τὰ ἄλλα συνεισέρχετο, ἀπὸ τοῦ μέρους καὶ τὸ ὅλον ἐπιστοῦτο. Ἡ γὰρ περὶ τοῦ μείζονος πίστις καὶ τὸ ἔλαττον ἐβεβαίου. Τῆς κτίσεως γὰρ ἁπάσης τιμιώτερον ἄνθρωπος, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν μελῶν τιμιώτερος ὀφθαλμός. Διὰ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ τὰ ὄμματα ἐδημιούργησεν. Εἰ γὰρ καὶ μικρὸν τῷ μεγέθει τὸ μέλος, ἀλλ' ὅλου τοῦ σώματός ἐστιν ἀναγκαιότερον. Καὶ τοῦτο Παῦλος δηλῶν ἔλεγεν· *Ἐὰν εἴπῃ ἡ ἀκοὴ, ὅτι Οὐκ εἰμὶ ὀφθαλμὸς, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος*; οὐ διὰ τοῦτο [b] οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; Πάντα μὲν γὰρ τὰ ἐν ἡμῖν τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐστὶν ἀπόδειξις· πολλῷ δὲ μᾶλλον ὀφθαλμός. Τοῦτο γοῦν τὸ πᾶν διακυβερνᾷ σῶμα, τοῦτο τῷ παντὶ σώματι τὸ κάλλος ἐργάζεται, τοῦτο κοσμεῖ τὴν ὄψιν, τοῦτο λύχνος ἐστὶν ἁπάντων τῶν μελῶν. Ὅπερ γὰρ ἥλιος κατὰ τὴν οἰκουμένην, τοῦτο ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι. Ἂν σβέσῃς τὸν ἥλιον, πάντα ἀπώλεσας καὶ συνετάραξας· ἂν σβέσῃς τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ πόδες ἄχρηστοι, καὶ χεῖρες καὶ ψυχή. Οἴχεται γὰρ ἡ γνῶσις, πηρωθέντων τούτων· διὰ γὰρ τούτων τὸν Θεὸν ἐγνώκαμεν. *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται.* Οὐκ ἄρα τῷ σώματι λύχνος ὁ ὀφθαλμὸς; μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ σώματος τῇ ψυχῇ. Διόπερ ὥσπερ ἔν τινι βασιλικῷ χωρίῳ ἵδρυται, τὴν ἄνω λῆξιν [c] λαχὼν, καὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων προκαθήμενος. Τοῦτον οὖν διαπλάττει. Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ὕλης δεῖται ὅταν ποιῇ, καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν πηλοῦ χρείαν εἶχεν (ὁ γὰρ οὐκ οὔσας οὐσίας τὰς μείζους παραγαγὼν, πολλῷ μᾶλλον ταύτην χωρὶς ὕλης ἐποίησεν)· ἵνα οὖν μάθῃς ὅτι οὐ χρείας ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ διδάσκων ἑαυτὸν εἶναι [329] δημιουργὸν τὸν ἐν ἀρχῇ, χρίσας τὸν πηλόν φησιν· *Ἄπελθε, νίψαι*· ἵνα εἰδῇς ὅτι οὐ πηλοῦ δέομαι πρὸς τὸ ποιῆσαι ὀφθαλμοὺς, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ ἐν αὐτῷ ἡ δόξα ἡ ἐμή. Ὅτι γὰρ περὶ ἑαυτοῦ φησιν, εἰπὼν, *Ἵνα φανερωθῇ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ*, ἐπήγαγεν· *Ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με*· τουτέστιν, Ἐμὲ δεῖ φανερῶσαι ἐμαυτὸν, καὶ ποιῆσαι τὰ δυνάμενά με δεῖξαι τὰ αὐτὰ τῷ Πατρὶ ποιοῦντα, οὐ τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ, ὃ μείζονός ἐστιν ἀπαραλλαξίας, καὶ ὅπερ ἐπὶ τῶν οὐδὲ κατὰ μικρὸν διεστηκότων λέγεται. Τίς οὖν ἀντιβλέψει λοιπὸν, ὁρῶν αὐτὸν τὰ αὐτὰ δυνάμενον τῷ Πατρί; Οὐ γὰρ ἔπλασε μόνον ὀφθαλμοὺς, οὐδὲ ἀνέῳξεν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὁρᾷν ἐχαρίσατο· ὅπερ τεκμήριόν ἐστι τοῦ καὶ ψυχὴν ἐμφυσῆσαι. Ἐκείνης γὰρ μὴ ἐνεργούσης, ὀφθαλμὸς κἂν ἀπηρτισμένος ᾖ, οὐκ ἂν ἴδοι ποτὲ οὐδέν. Ὥστε καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐνέργειαν [d] ἐχαρίσατο, καὶ τὸ μέλος ἔδωκε πάντα ἔχον, καὶ ἀρτηρίας, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβας, καὶ αἷμα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἐξ ὧν σύγκειται ἡμῖν τὸ σῶμα. *Ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι ἕως ἡμέρα ἐστί.* Τί ταῦτα βούλεται τὰ ῥήματα; ποίαν δὲ ἀκολουθίαν ἔχει; Πολλήν. Ὁ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἕως ἡμέρα ἐστὶν, ἕως ἔξεστι τοῖς ἀνθρώποις πιστεύειν εἰς ἐμὲ, ἕως ὁ βίος οὗτος ἐνέστηκε, δεῖ με ἐργάζεσθαι. *Ἔρχεται νὺξ*, τουτέστιν, ὁ μέλλων καιρός· ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι. Οὐκ εἶπεν, Ὅτε ἐγὼ οὐ δύναμαι ἐργάζεσθαι· ἀλλ' *Ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι*, τουτέστιν, ὅτε οὐκ ἔτι πίστις ἐστὶν, οὔτε πόνοι, οὔτε μετάνοια. Ὅτι γὰρ ἔργον τὴν πίστιν λέγει, λέγουσιν αὐτῷ· *Τί ποιήσομεν, ἵνα ἐργασώμεθα τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ*; Λέγει· *Τοῦτό ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος.* Πῶς οὖν τοῦτο τὸ ἔργον οὐδεὶς δύναται ἐργάζεσθαι τότε; Ὅτι οὔτε πίστις ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἑκόντες καὶ ἄκοντες ὑπακούουσιν. Ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ, ὅτι φιλοτιμούμενος τοῦτο ποιεῖ, δείκνυσιν ὅτι φειδόμενος αὐτῶν πάντα ἐργάζεται, ἐνταῦθα μόνον ἐξουσίαν ἐχόντων πιστεύειν,

[a] Legendum putant Savilius et Boisius τοῖς... ὀφθαλμοῖς. Sed τοὺς ὀφθαλμούς in casu simili dici posse arbitror.

[b] Savil. παρὰ τοῦτο. [c] Suspicatur Savilius legendum τὴν ἄνω τάξιν. Sed puto τὴν λῆξιν hic probe quadrare. [d] Morel εὐγένειαν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ μηκέτι δυναμένων ἐκεῖ καρποῦσθαί τι. Διὰ τοῦτο οὐδὲ προτελθόντος τοῦ τυφλοῦ ἐποίησεν ὅπερ ἐποίησεν. Ὅτι μὲν γὰρ ἄξιος ἦν θεραπευθῆναι, καὶ εἰ ἔβλεπεν, ἐπίστευσεν ἂν καὶ προσῆλθεν, καὶ εἰ παρά τινος ἤκουσε παρόντα, οὐδ' ἂν οὕτως ἠμέλησεν, ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον, ἐκ τῆς ἀνδρείας [a], ἐκ τῆς πίστεως αὐτῆς. Καὶ γὰρ ἦν εἰκὸς αὐτὸν ἐννοῆσαι καὶ εἰπεῖν· *Τί ποτε τοῦτό ἐστι; πηλὸν ἐποίησε, καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς καὶ εἶπέ μοι, Ὕπαγε, νίψαι.* Οὐκ ἠδύνατο θεραπεῦσαι, καὶ τότε πέμψαι εἰς τὸ Σιλωάμ; Πολλάκις ἐνιψάμην ἐκεῖ μετὰ ἑτέρων πολλῶν, καὶ οὐδενὸς ἀπήλαυσα χρηστοῦ. Εἴ τινα δύναμιν εἶχε, παρὼν ἂν ἐθεράπευσεν· ὅπερ καὶ ὁ Νεεμὰν πρὸς τὸν Ἐλισσαῖον ἔλεγε. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος κελευσθεὶς ἀπελθεῖν λούσασθαι εἰς τὸν Ἰορδάνην, ἠπίστει, καὶ ταῦτα φήμης τοσαύτης οὔσης περὶ τοῦ Ἐλισσαίου. Ἀλλ' οὐχ ὁ τυφλὸς ἠπίστησεν, οὐδὲ ἀντεῖπεν, οὐδὲ ἐλογίσατο πρὸς ἑαυτόν, *Τί ποτε τοῦτό ἐστι; πηλὸν ἐχρῆν ἐπιθεῖναι; τοῦτο πηρῶσαι μᾶλλόν* [330] *ἐστι· τίς οὕτως ἀνέβλεψέ ποτε;* Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐλογίσατο. Εἶδες πίστιν στερρὰν καὶ προθυμίαν; *Ἔρχεται νύξ.* Δείκνυσιν ἐκ τούτου, ὅτι καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν μέλλει προνοεῖν τῶν ἀσεβῶν, καὶ ἐπάγεσθαι πολλούς. *Ἔτι γὰρ ἡμέρα ἐστί.* Μετὰ δὲ τοῦτο τέλεον αὐτοὺς ἀποσχίζει. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν· *Ὅταν ὦ ἐν τῷ κόσμῳ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου·* ὃ καὶ ἑτέροις ἔλεγε· *Πιστεύετε, ἕως τὸ φῶς μεθ' ὑμῶν ἐστι.*

γ'. Τί δήποτε ὁ Παῦλος νύκτα μὲν τὸν παρόντα βίον ἐκάλεσεν, ἐκεῖνον δὲ ἡμέραν; Οὐκ ἐναντιούμενος τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ λέγων, εἰ καὶ μὴ τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ ταῖς ἐννοίαις. Καὶ γὰρ, φησὶν, *Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε.* Νύκτα γὰρ τὸν παρόντα καλεῖ καιρὸν, διὰ τοὺς ἐν σκότῳ καθημένους, ἢ διὰ τὸ παραλαβεῖν αὐτὴν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· ὁ δὲ Χριστὸς νύκτα τὸ μέλλον καλεῖ, διὰ τὸ τῶν ἁμαρτημάτων ἀνενέργητον. Ὁ δὲ Παῦλος νύκτα τὸν παρόντα βίον καλεῖ, διὰ τὸ ἐν σκότῳ εἶναι τοὺς ἐν κακίᾳ διατρίβοντας καὶ ἀπιστίᾳ. Πιστοῖς τοίνυν διαλεγόμενος ἔλεγεν· *Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν,* ὡς μελλόντων ἀπολαύεσθαι τοῦ φωτὸς ἐκείνου· καὶ νύκτα τὸν παλαιὸν βίον καλεῖ. *Ἀποθώμεθα* γὰρ, φησὶ, *τὰ ἔργα τοῦ σκότους.* Ὁρᾷς ὅτι ἐκείνους εἶναι νύκτα φησί; Διὸ λέγει· *Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν,* ἵνα τοῦ φωτὸς ἀπολαύσωμεν ἐκείνου. Εἰ γὰρ τοῦτο οὕτω καλὸν τὸ φῶς, ἐννόησον ἡλίκον ἔσται ἐκεῖνο. Ὅσον γὰρ τοῦ λυχνικοῦ φωτὸς τὸ ἡλιακὸν κρεῖττον, τοσοῦτον, καὶ πολλῷ πλέον ἐκεῖνο βέλτιον τούτου. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν, ὅτι *Ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται,* τουτέστι, διὰ τὴν περιουσίαν ἐκείνης τῆς μαρμαρυγῆς, οὔτε οὗτος φανεῖται. Εἰ δὲ νῦν ὑπὲρ τοῦ φωτεινὰς ἔχειν οἰκίας, καὶ εὐαερεῖς, μυρία δαπανῶμεν χρήματα, οἰκοδομοῦντες, ταλαιπωρούμενοι· ἐννόησον πῶς χρὴ καὶ τὰ σώματα αὐτὰ δαπανᾶν, ὑπὲρ τοῦ λαμπρὰς ἡμῖν οἰκίας ἐν οὐρανοῖς οἰκοδομηθῆναι, ἔνθα τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ ἀπόῤῥητον. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ μάχαι καὶ φιλονεικίαι περὶ ὅρων καὶ τοίχων· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν· οὐ φθόνος, οὐ βασκανία· οὐδὲ φιλονεικήσει τις ἡμῖν περὶ ὀροθεσίων. Καὶ ταύτην μὲν ἀπολιπεῖν ἀνάγκη πάντως, ἐκείνη δὲ συμπαραμένει διηνεκῶς· καὶ ταύτην μὲν ἀνάγκη σαθροῦσθαι τῷ χρόνῳ, καὶ μυρίαις ὑποκεῖσθαι βλάβαις, ἐκείνην δὲ μένειν ἀῤῥήγνυτον διηνεκῶς· καὶ ταύτην μὲν ὁ πένης οὐ δύναται οἰκοδομεῖν, ἐκείνην δὲ ἔστι καὶ διὰ δύο ὀβολῶν οἰκοδομῆσαι, καθάπερ ἡ χήρα. Διὰ ταῦτα ἀποπνίγομαι, ὅτι, τοσούτων ἡμῖν προκειμένων ἀγαθῶν, ῥᾳθυμοῦμεν, ὀλιγωροῦμεν, καὶ ὅπως μὲν ἐνταῦθα λαμπρὰς σκοίημεν οἰκίας, ἅπαντα πράττομεν· ὅπως δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κἂν μικρὸν κτησώμεθα καταγώγιον, οὐ μεριμνῶμεν, οὐ φροντίζομεν. Εἰπὲ γάρ μοι· ποῦ ἐβούλου οἰκίαν ἔχειν ἐνταῦθα; ἆρα ἢ ἐν ἐρημίᾳ, ἢ ἐν μιᾷ τῶν πόλεων τῶν μικρῶν; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι· ἀλλ' ἐν ταῖς βασιλικωτάταις καὶ μεγάλαις, ἔνθα πλείων ἡ ἐμπορία, ἔνθα μείζων ἡ περιφάνεια. Ἐγὼ δέ σε εἰς πόλιν ἄγω τοιαύτην, ἧς [331] τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός. Ἐκεῖ παρακαλῶ κτίζειν τε καὶ οἰκοδομεῖν, δι' ἐλαττόνων χρημάτων, δι' ἐλάττονος πόνου [b]. Ἐκείνην τὴν οἰκίαν τῶν πενήτων οἰκοδομοῦσιν αἱ χεῖρες, καὶ τοῦτο μάλιστά ἐστιν οἰκοδομή· ὡς τά γε νῦν γινόμενα, ἐσχάτης ἀνοίας. Καὶ γὰρ εἴ τις σε εἰς Περσικὴν ἤγαγε γῆν, ὀψόμενον τὰ ἐκεῖ, καὶ ἐπανήξοντα· εἶτα ἐκέλευσεν οἰκίας δείμασθαι· ἆρα οὐκ ἂν αὐτοῦ κατέγνως ἄνοιαν τὴν ἐσχάτην, ὡς ἀκαίρως δαπανᾷν κελεύοντος; Πῶς οὖν ἐπὶ τῆς γῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖς, ἣν μικρὸν ὕστερον ἀπολείψῃ; Ἀλλὰ τοῖς παιδίοις καταλείψω, φησίν. Ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνοι μικρὸν ὕστερον καταλείψουσι μετὰ σέ· πολλάκις δὲ καὶ πρὸ σοῦ· καὶ οἱ μετ' ἐκείνους πάλιν. Καὶ γίνεταί σοι καὶ ἐνταῦθα τὸ πρᾶγμα ἀθυμίας ὑπόθεσις, ὅταν τοὺς κληρονόμους κατέχοντας μὴ ἴδῃς. Ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν ὑποπτεῦσαι· ἀλλ' ἀκίνητος ἡ κτῆσις μένει, καὶ σοὶ, καὶ τοῖς παιδίοις καὶ τοῖς ἐγγόνοις, ἂν τὴν αὐτὴν ἀρετὴν μιμήσωνται. Ἐκείνης τῆς οἰκοδομῆς ὁ Χριστὸς ἐφάπτεται· ἐκείνην οἰκοδομοῦντα, οὐκ ἀνάγκη ἐπιμελητὰς ἐφιστᾷν, οὐδὲ φροντίζειν [c], οὐδὲ μεριμνᾷν. Ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς τὸ ἔργον ἀναδέξηται, τίς χρεία φροντίδος; Ἐκεῖνος πάντα συνάγει, καὶ ἀνίστησι τὴν οἰκίαν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι οὕτως αὐτὴν οἰκοδομεῖ, ὡς σοι ἀρεστόν ἐστιν· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ἀρεστὸν, καὶ ὑπὲρ ὃ βούλει. Τεχνίτης γάρ ἐστιν ἄριστος, καὶ σφόδρα σου κήδεται τῶν συμφερόντων. Κἂν πένης ᾖς, καὶ βουληθῇς οἰκοδομῆσαι τὴν οἰκίαν ταύτην, οὐ φέρει σοι φθόνον, οὐδὲ τίκτει σοι βασκανίαν. Οὐδεὶς γὰρ αὐτὴν ὁρᾷ [c] τῶν ἐπισταμένων φθονεῖν, ἀλλ' οἱ ἐπιστάμενοι χαίρειν ἄγγελοι τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς σοῖς· οὐδεὶς αὐτὴν παροικεῖ τῶν τὰ τοιαῦτα νοσούντων. Γείτονας ἔχεις ἐκεῖ, τοὺς ἁγίους, τοὺς περὶ Παῦλον καὶ Πέτρον, τοὺς προφήτας ἅπαντας, τοὺς μάρτυρας, τὸν δῆμον τῶν ἀγγέλων, τῶν ἀρχαγγέλων. Διὰ δὴ ταῦτα πάντα, τὰ ὄντα εἰς τοὺς πένητας κενώσωμεν, ἵνα ἐκείνων ἐπιτύχωμεν τῶν σκηνῶν [d]· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. ἀνδρίας, minus recte.

[b] Δι' ἐλάττονος πόνου, hæc desunt in quibusdam mss.

[c] Verba οὐδὲ φροντίζειν e Savil. et codd. 705, 706 recepimus. Edit.

[d] Legendum putat Boisius in notis Savilianis αὐτῇ παροικεῖ.

[d] Τῶν σκηνῶν deest in quibusdam mss.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Donec dies est, donec possunt homines in me credere, dum vivo, operandum mihi est. *Venit nox*, hoc est futurum tempus, *quando nemo potest operari*. Non dixit, Quando ego operari non possum ; sed, *Quando nemo potest operari;* id est, Quando non est amplius fides, non labores, non pœnitentia. Quod enim fidem opus appellat, dicunt ei, *Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* Respondet, *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ille misit*. Quare ergo hoc opus nemo potest tunc operari ? Quia tunc fides non erit, sed velint, nolint, omnes audient. Ne quis enim diceret, illum ambitione motum hoc facere, ostendit se eorum gratia omnia facere, quippe qui hic solum habeant credendi facultatem, nec quidpiam ibi lucri consequi possint. Ideo nec accedentem cæcum curavit. Quod enim dignus esset qui curaretur : quodque si vidisset, credidisset accessissetque ; et si ab aliquo audisset præsentem, non neglexisset, ex iis quæ sequuta sunt palam est, ex fortitudine nempe et ex fide ejus. Poterat enim secum cogitare ac dicere : Quid hoc est ? lutum fecit, et lenivit oculos meos ; et dixit mihi, *Vade, lavare*. Annon poterat curare me, et tunc in Siloam mittere ? Sæpe ibi me lavi cum aliis, nihilque mihi profuit. Si quam potestatem haberet, præsens me sanavisset. Quod etiam dicebat Naaman Elisæo. Jussus enim lavare se in Jordane, non credebat, cum tamen tanta esset Elisæi fama (*4. Reg.* 5. 11). At cæcus non fuit incredulus, nec contradixit, nec secum reputavit : Quid hoc est ? an lutum imponere oportuit ? hoc potius cæcum reddiderit : quis unquam sic visum recepit ? Sed nihil horum cogitavit. Vidistin' fidem et animum firmum ? *Venit nox*. Hinc ostendit, etiam post crucem se impiorum curam habiturum esse, multosque attracturum. *Adhuc dies est*. Posthac vero illos penitus abscindet, quod ita declarat : 5. *Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi*. Quod etiam aliis dixit : *Credite, donec lux vobiscum est* (*Joan.* 12. 36).

3. Cur ergo Paulus præsentem vitam noctem vocavit, illam autem vitam diem ? Non contraria Christi verbis, sed eadem ipsa dicens mente, non litera, nempe, *Nox præcessit, dies autem appropinquavit* (*Rom.* 13. 12). Noctem enim præsens tempus vocat, propter eos qui in tenebris sedent, vel comparando eam cum illa die : Christus vero noctem appellat futurum tempus, quod tunc a peccando cessetur. Paulus vero præsentem vitam noctem appellat, quia ii qui in nequitia et incredulitate vivunt, in tenebris sunt. Fideles igitur alloquens ait, *Nox præcessit, dies autem appropinquavit*, utpote qui luce illa fruituri sint : noctem vero veterem vitam appellat. *Abjiciamus*, inquit, *opera tenebrarum* (*Ibid*). Viden' illum noctem ipsis esse dicere ? Quare addit : *Sicut in die honeste ambulemus*, ut illa fruamur luce. Nam si lux hæc tam pulchra est, cogita qualis erit illa. Quantum enim solaris radius est lucernæ lumine splendidior, tanto, imo longe magis erit lux illa hac præstantior. Et hoc significabat his verbis, *Sol obtenebrabitur ;* id est, ob vim splendoris illius non apparebit. Quod si nunc ut splendidas et bono aere fruentes ædes habeamus, infinitas opes expendimus misere exædificando : cogita quot sint subeundi corporei labores, ut splendidas ædes nobis in cælis exstruamus, ubi lux illa ineffabilis. Hic enim et pugnæ et contentiones de terminis et parietibus : ibi vero nihil simile, nulla invidia vel livor ; nemo de terminis nobiscum contendet. Hæc porro necessario relinquenda domus est ; illa perpetuo manet : hæc tempore teritur, immerisque obnoxia est detrimentis ; illa semper stat : hanc pauper excitare nequit ; illa vel duobus obolis construitur, ut vidua illa construxit. Ideo præfocor, quod tot nobis propositis bonis, ita segnes desidesque simus, nihilque non agamus, ut hic conspicuis fruamur ædibus, dum nihil curamus ut in cælis vel minimum paremus nobis diversorium. Dic, quæso, ubi hic domum habere velles ? in deserto, aut in aliquo parvo oppidulo ? Non puto : sed in magnis regiisque urbibus, ubi majus commercium, ubi splendor major est. Ego in talem te duco civitatem, cujus opifex et auctor est Deus. Hic, quæso, construamus, hic exædificemus minore sumptu et labore[1]. Has ædes construunt manus pauperum, hoc optimum est ædificium ; quæ autem hic construimus, extremæ sunt dementiæ argumentum. Nam si quis te in Persidem ageret, visurum illam regionem et mox reversurum ; atque te illic juberet ædes exstruere : annon stultissimum illum diceres, qui tibi inanem sumptum suaderet ? cur ergo in terra idipsum facis, unde brevi migraturus es ? At, inquies, filiis relinquam. Verum illi quoque te paulo post sequuturi sunt ; imo sæpe te præcedent, illorumque similiter posteri ; hincque tibi mœroris causa, cum heredes non tibi superesse videas. Ibi vero nihil hujusmodi timendum, sed immota manet hereditas tibi, filiis, nepotibus, si eamdem virtutem imitabuntur. Illam Christus ædificat : quo opifice nullis curatoribus, nulla sollicitudine est opus. Ubi enim Deus in se suspicit opus, quid ultra curandum ? Ille omnia colligit, et domum excitat. Neque id solum mirabile est ; sed quod ita illam exstruat ut optare, imo melius quam optare possis. Est enim artifex optimus, qui tibi utilissima curat. Si pauper sis, et hanc construere domum velis, nullam invidiam, nullum tibi pariet livorem. Nemo enim invidus illam videt[2], sed angeli tantum, qui de bonis tuis gaudent : nemo illius fines invadere poterit, quia hoc morbo laborantium nullus vicinus erit. Vicinos illic habebis sanctos, Paulum, Petrum, prophetas omnes, martyres, angelorum et archangelorum cœtus. Illis vero de causis facultates pauperibus effundamus, ut illa tabernacula consequamur, quæ nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Hæc, *et labore*, desunt in quibusdam Mss.

[2] Legendum ; utat Boisius in notis savilianis, *in illa habitat*, loco, *illam videt*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

HOMILIA LVII.

CAP. 9. v. 6. *Hæc cum dixisset Jesus, exspuit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos cæci, et dixit :* 7. *Vade, lavare in piscina Siloe.*

1. *Scripturæ non perfunctorie legendæ. Cur Christus cæcum sanaturus in terram exspuerit. Cæci nati fides quanta.* — Qui aliquam ex lectionibus utilitatem carpere volunt, ne minimum quid in prætercurrant. Ideo namque Scripturas scrutari jubemur, quia multa quæ statim facilia videntur, magnam habent latentem sententiæ profunditatem. Vide namque quid in præsenti proponatur. *Hæc cum dixisset*, inquit, *exspuit in terram* (v. 3 *et* 4). Cur hoc? Ut manifestetur gloria Dei, et quod oporteat me facere opera ejus qui misit me. Neque enim sine causa hæc memoravit evangelista, addiditque ipsum exspuisse; sed ut declararet Jesum operibus sermonem confirmare. Et cur non aqua usus est, sed sputo ad lutum faciendum? Missurus illum erat in Siloe. Ne quid ergo fonti adscriberetur, sed disceres, ex ore ejus exiisse virtutem, quæ efformavit et aperuit oculos, exspuit in terram. Hoc significans evangelista dicebat, *Et lutum fecit ex sputo.* Deinde ne putaretur opus ex terra processisse, lavare jussit. Cur ergo non statim hoc fecit, sed in Siloam misit? Ut cæci fidem discas, utque Judæorum pervicacitas reprimeretur. Credibile enim est omnes vidisse illum abeuntem, illitumque lutum in oculis habentem. Res enim inexspectata omnium oculos ad ipsum convertit : tum qui viderunt, tum qui ignorabant, ad rei exitum intenti erant. Quia enim non facile creditu erat cæcum visum recuperasse, per longam viam multos parat testes, et tam insolitæ rei spectatores; ut attentiores facti, jam non possent dicere, Hic est, non est hic. Ad hæc vero vult illud ostendere, se veteri legi contrarium non esse, dum in Siloe mittit. Neque enim metuendum erat, ne facti gloria Siloe referretur. Multi namque istic oculos laverant, qui nihil inde boni sunt consequuti Hic enim virtus Christi omnia operatur : ideoque interpretationem hic adjicit evangelista. Cum dixisset enim, *In Siloe*, adjicit, *Hoc est, Missus*, ut intelligas illic a Christo curatum esse, ut Paulus ait : *Bibebant autem de spirituali consequente illos petra : petra autem erat Christus* (1. *Cor.* 10. 4). Ut ergo Christus erat spiritalis petra, ita et spiritalis Siloe. Videtur autem mihi repentina illa aquæ præsentia arcanum nobis significare mysterium. Quodnam illud? Inexspectatum præter spem omnem adventum. Sed vide mihi cæci animum in omnibus obsequentem. Neque enim dixit, Si lutum aut sputum mihi oculorum usum restituunt, quid opus est Siloe? si vero Siloe, quid opus est sputo? cur linivit, cur lavare jussit? Nihil horum vel cogitavit; sed unum in proposito habebat, ut jubenti obtemperaret : nihil ipsum retinuit, nihil offendit. Si quis vero dicat, Quo pacto luto deposito visum recepit? nihil a nobis audiet aliud, quam nos modum nescire. Et quid mirum si nesciamus, quando ne evangelista quidem sciebat, neque etiam ipse qui sanatus fuit? Sed quid factum fuisset noverat, modum vero deprehendere non poterat. Illud vero interrogatus dicebat : *Lutum imposuit oculis meis, et lavi, et video.* Id autem quomodo factum sit, dicere nequit, etiamsi millies interrogent. 8. *Itaque vicini*, inquit, *et qui viderant eum prius, quia mendicus erat*[1], *dicebant : Nonne hic est qui sedebat, et mendicabat?* 9. *Alii dicebant, Hic est.* Rei insolentia ad incredulitatem ducebat eos, licet tam multa provisa essent, quæ ipsos ad credendum inducerent. Alii autem dicebant : *Nonne hic est qui sedebat, et mendicabat?*

Dei benignitas erga omnes cujusvis conditionis. — Papæ, quanta Dei humanitas! Quousque descendit dum cum tanta benevolentia mendicos curat, et hinc Judæis silentium imponit, quia non claros, illustres ac principes viros, sed obscuros etiam sua providentia dignabatur : nam ad omnium salutem venerat. Quod autem accidit in paralytico, hic quoque evenit. Neque enim ille quis se curasset norat, neque hic. Hoc autem accidit ob Christi discessum : qui eum curabat, semper secedere solebat, ut circa signa omnis suspicio tolleretur. Qui enim non noverant quis esset, quomodo in ejus gratiam circa res gestas aliquid finxissent? Neque enim hic cæcus erro quispiam erat, sed ad templi januas sedebat. Dubitantibus ergo omnibus circa illum, quid dicit? *Ego sum.* Non puduit pristinæ cæcitatis, non formidavit populi furorem, neque veritus est sese ostendere, ut beneficum prædicaret. 10. *Dicunt ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?* 11. *Respondit eis : Homo qui dicitur Jesus.* Quid dicis? an homo hæc operatur? Sed nihil adhuc de eo magnum opinabatur. *Homo qui dicitur Jesus*[2], *fecit lutum et unxit.*

2. *Cæci a Christo sanati veracitas. In iis quæ videri nequeunt, fide est opus.* Vide quam verax sit. Non dixit unde fecerit : quod enim non viderat, non dicit. Neque enim viderat illum exspuisse in terram, sed quod unxisset, sensu et ex tactu perceperat. *Et dixit mihi, Vade, lavare in natatoria Siloe.* Hoc ex auditu testificabatur. Et unde Christi vocem noverat? Ex ejus cum discipulis colloquio. Hæc omnia narrat, allato ex operibus testimonio : modum dicere nequit. Quod si in iis quæ sensu et tactu percipiuntur, fide est opus; multo magis in iis quæ videri nequeunt. 12. *Dicunt ei, Ubi est ille? Respondit, Nescio.* Id porro dicebant, *Ubi est ille?* occidendi animo. Vide autem hic quam sit Christus a fastu alienus, quomodo non aderat post restitutam sanitatem, non gloriam, non populi plausum quærebat. Vide autem quam veraciter ad omnia cæcus respondeat. Quærebant ergo Christum, ut ad sacerdotes ducerent; eum autem

[1] Vulgata Latina, *quia mendicus erat.* In Editis Græcis Evangelii legitur ὅτι τυφλὸς ἦν, *quia cæcus erat.*

[2] Hæc, *Homo qui dicitur Jesus*, desunt in quibusdam Mss.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΟΜΙΛΙΑ ΝΖ'.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς, ἔπτυσε χαμαὶ, καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ πτύσματος, καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, καὶ εἶπεν· Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ.

α'. Τοὺς μέλλοντάς τι παρὰ τῶν ἀναγινωσκομένων καρποῦσθαι, οὐδὲ τὸ μικρὸν τῶν λεγομένων παρατρέχειν δεῖ. Διὰ γὰρ τοῦτο ἐρευνᾶν τὰς Γραφὰς ἐκελεύσθημεν, ἐπειδὴ δοκεῖ τὰ πολλὰ, καίτοι γε αὐτόθεν [332] ὄντα εὔκολα, πολλὴν ἐν τῷ βάθει διάνοιαν ἔχειν ἀποκεκρυμμένην. Ὅρα γὰρ οἷόν ἐστι καὶ τὸ παρόν. *Ταῦτα γὰρ εἰπὼν*, φησὶν, *ἔπτυσε χαμαί*. Ποῖα ταῦτα; Ἵνα φανερωθῇ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ, καὶ ὅτι *Δεῖ με ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με*. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀνέμνησεν ἡμᾶς τῶν εἰρημένων ὁ εὐαγγελιστὴς, καὶ ἐπήγαγεν, ὅτι *Ἔπτυσεν*· ἀλλὰ δηλῶν ὅτι τὸν λόγον διὰ τῶν ἔργων ἐπιστώσατο. Καὶ διατί μὴ ὕδατι κέχρηται, ἀλλὰ πτύσματι εἰς τὸν πηλόν; Ἔμελλεν αὐτὸν πέμπειν εἰς τὸν Σιλωάμ. Ἵν' οὖν μηδὲν ἐπιγραφῇ τῇ πηγῇ, ἀλλὰ μάθῃς ὅτι ἡ ἐκ τοῦ στόματος ἐξελθοῦσα δύναμις αὐτὴ καὶ διέπλασε καὶ ἀνέῳξε τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἔπτυσε χαμαί. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπισημηνάμενος ἔλεγε, *Καὶ ἐποίησε πηλὸν ἀπὸ τοῦ πτύσματος*. Εἶτα, ἵνα μὴ δόξῃ τῆς γῆς εἶναι τὸ κατόρθωμα, ἐκέλευσε νίψασθαι. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐκ εὐθέως τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Σιλωὰμ ἔπεμψεν; Ἵνα μάθῃς τοῦ τυφλοῦ τὴν πίστιν· καὶ ἵνα ἐπιστομισθῇ τῶν Ἰουδαίων ἡ ἀγνωμοσύνη. Εἰκὸς γὰρ ἦν ἅπαντας ὁρᾶν αὐτὸν ἀπιόντα, τὸν πηλὸν ἔχοντα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κεχρισμένον. Τῷ γὰρ παραδόξῳ πάντας ἂν ἐπέστρεψε πρὸς ἑαυτὸν, τούς τε εἰδότας αὐτὸν, τούς τε ἀγνοοῦντας, καὶ μετὰ ἀκριβείας ἂν αὐτῷ προσέσχον. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εὔκολον τυφλὸν ἀναβλέψαντα γνωρίσαι, πολλοὺς ποιεῖ γενέσθαι πρότερον μάρτυρας διὰ μακρᾶς τῆς ὁδοῦ, καὶ ἀκριβεῖς θεατὰς [a] τῷ παραδόξῳ τῆς θέας, ἵνα προσεκτικώτεροι γενόμενοι μηκέτι δύνωνται λέγειν, Οὗτός ἐστιν, οὐκ ἔστιν οὗτος. Πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο βούλεται κατασκευάζειν, ὅτι οὐκ ἀλλότριός ἐστι τοῦ νόμου καὶ τῆς Παλαιᾶς, πέμπων εἰς τὸν Σιλωάμ. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο λειπὸν [b] ὑποπτεῦσαι ἦν, μὴ ὁ Σιλωὰμ λάβῃ τὴν δόξαν. Καὶ γὰρ πολλοὶ πολλάκις ἐκεῖ ταὺς ὀφθαλμοὺς ἀπονιψάμενοι, οὐδενὸς ἀπήλαυσαν τοιούτου. Κἀκεῖ γὰρ ἡ δύναμις ἦν τοῦ Χριστοῦ, ἡ πάντα ἐργαζομένη. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἑρμηνείαν ἡμῖν προστίθησιν ὁ εὐαγγελιστής. Εἰπὼν γὰρ, *Εἰς τὸν Σιλωὰμ*, προσέθηκεν, *Ὃ ἐστιν, ἀπεσταλμένος*· ἵνα μάθῃς ὅτι κἀκεῖ ὁ Χριστὸς αὐτὸν ἐθεράπευσε, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν· *Ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός*. Ὥσπερ οὖν πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς πνευματικὴ, οὕτω καὶ Σιλωὰμ ἦν πνευματικός. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ τὸ ἀθρόον τῆς τοῦ ὕδατος παρουσίας αἰνίττεσθαι μυστήριον ἡμῖν ἀπόῤῥητον. Ποῖον δὴ τοῦτο; Τὸ ἀπροσδόκητον τῆς ἐπιφανείας καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν. Ἀλλ' ὅρα τοῦ τυφλοῦ τὴν γνώμην πρὸς πάντα ὑπακούουσαν. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Εἰ ὅλως ὁ πηλός ἐστιν, ἢ τὸ πτύσμα τὸ παρέχον τοὺς ὀφθαλμοὺς, τί μοι χρεία τοῦ Σιλωάμ; εἰ δὲ χρεία τοῦ Σιλωὰμ, τίς χρεία τοῦ πηλοῦ; τίνος ἕνεκεν ἔγχρισεν; τίνος ἕνεκεν νίψασθαι ἐκέλευσεν; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐλογίσατο· ἀλλὰ πρὸς ἓν παρεσκεύαστο μόνον, ἅπαντα πείθεσθαι τῷ κελεύοντι, καὶ οὐδὲν αὐτὸν τῶν γινομένων ἐσκανδάλιζεν. Εἰ δὲ λέγοι τις· Πῶς οὖν ἀνέβλεψεν ἀποθέμενος τὸν πηλόν; οὐδὲν ἄλλο ἀκούσεται παρ' ἡμῶν ἢ ὅτι τὸν τρόπον οὐκ ἴσμεν. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν; Οὐδὲ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς ἠπίστατο, οὐδὲ αὐτὸς ὁ τεθεραπευμένος· [333] ἀλλὰ τὸ μὲν γεγενημένον οἶδε, τὸν δὲ τρόπον καταλαβεῖν οὐ δύναται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐρωτώμενος ἔλεγεν, ὅτι *Πηλὸν ἐπέθηκέν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω*. Πῶς δὲ τοῦτο γέγονεν, οὐκ ἔχει λέγειν, κἂν μυριάκις ἐρωτήσωσιν. *Οἱ οὖν γείτονες*, φησὶ, *καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν ὅτι προσαίτης ἦν, ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος καὶ προσαιτῶν; Ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστι*. Τὸ γὰρ παράδοξον τοῦ γεγενημένου, καὶ εἰς ἀπιστίαν αὐτοὺς ἦγε· καίτοι γε τοσούτων οἰκονομηθέντων ὥστε μὴ ἀπιστῆσαι. Οἱ δὲ ἔλεγον· *Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος καὶ προσαιτῶν;*

Βαβαὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας! ποῦ κατέβαινε, τοὺς προσαιτοῦντας μετὰ πολλῆς τῆς εὐνοίας θεραπεύων, κἀντεῦθεν τοὺς Ἰουδαίους ἐπιστομίζων! Ὅτι οὐ τοὺς λαμπροὺς, οὐδὲ τοὺς περιφανεῖς, οὐδὲ τοὺς ἄρχοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσήμους τῆς αὐτῆς ἠξίου προνοίας. Καὶ γὰρ ἐπὶ σωτηρίᾳ πάντων ἀφῖκτο. Ὃ δὲ ἐπὶ τοῦ παραλυτικοῦ γέγονε, τοῦτο καὶ ἐπὶ τούτου γίνεται. Οὔτε γὰρ ἐκεῖνος ᾔδει τίς ἐστιν ὁ θεραπεύσας αὐτὸν, οὔτε οὗτος. Ἐγίνετο δὲ τοῦτο διὰ τὴν ἀναχώρησιν τοῦ Χριστοῦ. Ἀνεχώρει δὲ ἀεὶ θεραπεύων ὁ Ἰησοῦς, ὥστε πᾶσαν ὑποψίαν περιαιρεθῆναι τῶν σημείων. Οἱ γὰρ μὴ εἰδότες αὐτὸν ὅστις ἐστὶ, πῶς ἂν ἐχαρίσαντο αὐτῷ καὶ συγκατεσκεύασαν τὰ γεγενημένα; Οὐδὲ γὰρ τῶν περιόντων ἦν οὗτος, ἀλλὰ τῶν καθημένων παρὰ τὰς θύρας τοῦ ἱεροῦ. Ἀμφισβητούντων δὲ πάντων περὶ αὐτοῦ, τί φησιν ἐκεῖνος; *Ἐγώ εἰμι*. Οὐκ ἠσχύνθη τὴν προτέραν πήρωσιν, οὐδὲ ἔδεισε τοῦ δήμου τὸν θυμὸν, οὐδὲ παρῃτήσατο δεῖξαι ἑαυτὸν, ἵνα κηρύξῃ τὸν εὐεργέτην. *Λέγουσιν αὐτῷ· Πῶς ἀνεῴχθησάν σου οἱ ὀφθαλμοί; Λέγει αὐτοῖς· Ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς*. Τί λέγεις; ἄνθρωπος τοιαῦτα ἐργάζεται; Ἀλλ' οὐδὲν μέγα τέως ᾔδει περὶ αὐτοῦ. *Ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς* [c] *ἐποίησε πηλὸν καὶ ἐπέχρισέν*.

β'. Ὅρα πῶς ἀληθής ἐστιν. Οὐκ εἶπεν, πόθεν ἐποίησε· ὃ γὰρ οὐκ οἶδεν, οὐ λέγει. Οὐδὲ γὰρ εἶδεν ὅτι χαμαὶ ἔπτυσεν· ὅτι δὲ ἐπέχρισε, διὰ τῆς αἰσθήσεως ἐμάνθανε καὶ τῆς ἁφῆς. *Καὶ εἶπέ μοι, Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ*. Καὶ τοῦτο ἡ ἀκοὴ ἐμαρτύρησε. Καὶ πόθεν ἐπεγίνωσκεν αὐτοῦ τὴν φωνήν; Ἀπὸ τῆς διαλέξεως τῆς πρὸς τοὺς μαθητάς. Καὶ ταῦτα λέγων ἅπαντα, καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων μαρτυρίαν λαβὼν, τὸν τρόπον εἰπεῖν οὐ δύναται. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ ψηλαφωμένων πίστεως δεῖ, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἀοράτων. *Λέγουσιν αὐτῷ· Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; Λέγει· Οὐκ οἶδα*. Ἔλεγον δὲ τοῦτο, τὸ [d], *Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος;* φωνῶντες ἤδη κατ' αὐτοῦ. Θέα δὲ τοῦ Χριστοῦ τὸ ἀκόμπαστον, πῶς οὐ παρῆν τοῖς θεραπευομένοις. Οὐ γὰρ δόξαν καρπώσασθαι ἐβούλετο, οὐδὲ ὀχλαγωγεῖν, οὐδὲ ἐπιδείκνυσθαι. Ὅρα πῶς ἅπαντα φιλαλήθως ἀποκρίνεται ὁ τυφλός. Ἐβούλοντο μὲν οὖν τὸν Χριστὸν εὑρεῖν, ὥστε αὐτὸν ἀγαγεῖν πρὸς τοὺς ἱερεῖς· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐπέτυχον, ἄγουσι τὸν τυφλὸν [334] πρὸς τοὺς Φαρισαίους, ὡς σφοδρότερον ἐρωτήσοντας. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐπισημαίνεται ὅτι σάββατον ἦν,

[a] Sic Savil. recte. Morel. vero καὶ ἀκριβεῖσθε αὐτῷ, perperam. [b] Vox λοιπὸν accessit e Savil. et Cod. 706. Edit.

[c] Hæc, ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς, desunt in quibusdam mss. [d] Hæc, τοῦτο, τό, desunt in quibusdam mss.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἵνα τὴν πονηρὰν αὐτῶν γνώμην ἐνδείξηται, καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐζήτουν, ὡς λαβὴν δῆθεν εὑρίσκοντες, καὶ δυνάμενοι τὸ θαῦμα διαβαλεῖν, διὰ τῆς δοκούσης εἶναι τοῦ νόμου παραβάσεως. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τοῦ εὐθέως ἰδόντας αὐτὸν μηδὲν ἄλλο εἰπεῖν, ἀλλ' ἢ, *Πῶς ἀνέῳξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς*; Καὶ ὅρα πῶς λέγουσιν. Οὐ γὰρ εἶπον, Πῶς ἀνέβλεψας; ἀλλὰ, *Πῶς ἀνέῳξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς*; διδόντες αὐτῷ πρόφασιν τοῦ διαβαλεῖν αὐτὸν ἐπ' ἐργασίᾳ. Ὁ δὲ ὡς πρὸς ἀκηκοότας συντομώτερον φθέγγεται. Οὔτε γὰρ τὸ ὄνομα εἶπὼν, οὔτε, ὅτι Εἰπέ μοι, Ὑπαγε, *νίψαι*, εὐθέως φησί· *Πηλὸν ἐπέθηκεν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἐνιψάμην, καὶ βλέπω*. Ὡς πολλῆς ἤδη γεγενημένης διαβολῆς, κἀκείνων εἰρηκότων, Ἴδε ὁ Ἰησοῦς οἷα ἐργάζεται ἐν σαββάτῳ, πηλὸν χρίει. Σὺ δέ μοι σκόπει, πῶς οὐ ταράττεται ὁ τυφλός. Ὅτε μὲν γὰρ ἐπ' ἐκείνων ἔλεγεν ἀκινδύνως ἐρωτώμενος, οὐχ οὕτω μέγα ἦν τὸ τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν· τὸ δὲ θαυμαστόν ἐστι νῦν, ὅτι καὶ ἐν πλείονι φόβῳ καταστὰς, οὔτε ἀρνεῖται, οὔτε ἐναντία λέγει τοῖς πρότερος. Τί οὖν οἱ Φαρισαῖοι; μᾶλλον δὲ καὶ οἱ ἄλλοι; Ἤγαγον μὲν αὐτὸν ὡς ἀρνησόμενον· τοὐναντίον δὲ ἔπαθον ὅπερ οὐκ ἐβούλοντο, καὶ ἀκριβέστερον ἔμαθον. Καὶ τοῦτο πανταχοῦ τῶν σημείων ὑπομένουσι· μᾶλλον δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦτο σαφέστερον ἀποδείξομεν. Τί οὖν οἱ Φαρισαῖοι; *Ἐλεγόν τινες*, οὐ πάντες, ἀλλ' οἱ ἰταμώτεροι· *Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ· ἄλλοι ἔλεγον, Πῶς δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν*; Ὁρᾷς ὅτι ἀπὸ τῶν σημείων ἀνήγοντο[a]; Οἱ γὰρ πρὸ τούτου πέμψαντες, ὥστε ἀγαγεῖν αὐτὸν, ἄκουσον τί λέγουσι νῦν, εἰ καὶ μὴ πάντες. Καὶ γὰρ ἄρχοντες ὄντες ὑπὸ τῆς φιλοδοξίας εἰς ἀπιστίαν ἔπιπτον. Ὅμως δὲ καὶ τῶν ἀρχόντων οἱ πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· οὐχ ὡμολόγουν δέ. Ὁ μὲν οὖν πολὺς λαὸς εὐκαταφρόνητος ἦν, ἅτε μηδὲ μέγα συντελῶν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν· οἱ δὲ ἄρχοντες μᾶλλον περίβλεπτοι ὄντες, δυσκολώτερον ἐπαῤῥήσιάζοντο. Τοὺς μὲν γὰρ φιλαρχία κατεῖχε, τοὺς δὲ δειλία καὶ ὁ παρὰ τῶν πολλῶν φόβος. Διὸ καὶ ἔλεγε· *Πῶς δύνασθε πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀνθρώπων λαμβάνοντες*; Καὶ αὐτοὶ μὲν φονεύειν ζητοῦντες ἀδίκως, τοῦ Θεοῦ ἔλεγον εἶναι· τὸν δὲ τυφλὸν θεραπεύοντα οὐ δύνασθαι εἶναι ἐκ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ σάββατον μὴ τηρεῖν. Πρὸς ταῦτα ἀντέθηκαν οὗτοι, ὅτι ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα οὐ δύναται ποιεῖν. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν κακούργως τὸ γεγονὸς σιγῶντες, τὴν δοκοῦσαν εἶναι παράβασιν εἰς μέσον ἔφερον. Οὐ γὰρ ἔλεγον, ὅτι ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύει, ἀλλ' ὅτι *Τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ*· οὗτοι δὲ πάλιν ἀσθενῶς. Δέον γὰρ ἐπιδεῖξαι πῶς τὸ σάββατον οὐ λύεται, ἀπὸ τῶν σημείων ἰσχυρίζονται μόνον· καὶ εἰκότως. Ἔτι γὰρ ἄνθρωπον αὐτὸν ἐνόμιζον εἶναι. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, καὶ ἑτέρως εἶχον ἀπολογήσασθαι, ὅτι τοῦ σαββάτου κύριος ἦν, καὶ αὐτὸς [335] αὐτὸ πεποίηκεν· ἀλλ' οὐδέπω ταύτην εἶχον τὴν γνώμην[b]. Οὐδεὶς μέντοι αὐτῶν ἑτοίμα ἅπερ ἐβούλετο φανερῶς εἰπεῖν, οὐδὲ ἐν ἀποφάσει, ἀλλ' ἐν ἀμφισβητήσει, οἱ μὲν διὰ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, οἱ δὲ διὰ φιλαρχίαν. *Σχίσμα οὖν ἦν ἐν αὐτοῖς*. Τοῦτο τὸ σχίσμα πρῶτον ἤρξατο ἐν τῷ λαῷ· εἶτα ὕστερον καὶ ἐν τοῖς ἄρχουσι. *Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι Ἀγαθός ἐστιν, ἄλλοι δὲ, Οὐχί, ἀλλ' ἀπατᾷ τὸν ὄχλον*. Ὁρᾷς; πῶς ἀσυνετώτεροι τῶν πολλῶν οἱ ἄρχοντες σχιστέντες ὕστερον; Ἀλλὰ μετὰ τὸ σχισθῆναι πάλιν, οὐδὲν ἐπεδείξαντο γενναῖον, ὁρῶντες τοὺς Φαρισαίους ἐπικειμένους. Ὡς εἴ γε τέλεον ἀπεσχίσθησαν, ταχέως ἂν τὴν ἀλήθειαν ἐπέγνωσαν. Ἔστι γὰρ σχισθῆναι καλῶς. Διὸ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν· *Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν*. Ἔστι γὰρ καὶ κακὴ ὁμόνοια, ἔστι καὶ καλὴ διαφωνία. Καὶ γὰρ οἱ τὸν πύργον οἰκοδομοῦντες, ὡμονόησαν ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν· καὶ οἱ αὐτοὶ οὗτοι πάλιν, ἄκοντες μὲν, ἐπὶ συμφέροντι δὲ ὅμως ἐσχίσθησαν. Καὶ οἱ περὶ Κορὲ δὲ κακῶς ὡμονόησαν, διὰ τοῦτο καλῶς ἐσχίσθησαν καὶ Ἰούδας ὡμονόησε μετὰ τῶν Ἰουδαίων κακῶς. Ἔστιν οὖν σχισθῆναι καλῶς, καὶ ἔστιν ὁμονοῆσαι κακῶς. Διὰ τοῦτό φησιν· *Ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζῃ σε, ἔκκοψον αὐτόν· ἐὰν ὁ ποῦς σου, ἔκτεμε αὐτόν*. Εἰ δὲ ἀπὸ μέλους ἀποσχίζεσθαι χρὴ κακῶς συνημμένου, οὐ πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ φίλων κακῶς ἡνωμένων ἡμῖν; Ὥστε οὐ πανταχοῦ ὁμόνοια καλὸν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ πανταχοῦ ἡ διάστασις κακόν.

γ'. Ταῦτα λέγω, ἵνα φεύγωμεν πονηροὺς, καὶ διώκωμεν ἀγαθούς. Εἰ γὰρ ἐν τοῖς μέλεσι τὸ σεσηπὸς καὶ ἀνιάτως ἔχον ἐκκόπτομεν, φοβούμενοι μὴ καὶ τὸ λοιπὸν τὴν αὐτὴν λύμην ὑποδέξηται σῶμα· καὶ ποιοῦμεν τοῦτο, οὐκ ἐκείνου καταφρονοῦντες, ἀλλὰ τὸ λοιπὸν διαφυλάξαι βουλόμενοι· πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῶν συνόντων ἡμῖν ἐπὶ κακίᾳ τοῦτο πράττειν ἀναγκαῖον; Εἰ μὲν γὰρ δυνάμεθα κἀκείνους διορθῶσαι, καὶ αὐτοὶ μὴ παραβλαβῆναι, πάντα ποιεῖν χρή· εἰ δὲ κἀκεῖνοι μένοιεν ἀδιόρθωτοι, καὶ ἡμᾶς παραβλάπτοιεν, ἐκκόπτειν αὐτοὺς καὶ ῥίπτειν ἀναγκαῖον. Πολλάκις γὰρ οὕτω κερδανοῦσι[c] μᾶλλον. Διὸ καὶ Παῦλος οὕτω παῤῥήνει λέγων· *Καὶ ἐξαρεῖτε τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν*· καὶ, *Ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας*. Δεινὸν γὰρ, δεινὸν συνουσία πονηρῶν. Οὐχ οὕτω ταχέως λοιμὸς ἅπτεται, καὶ ψώρα διαφθείρει τοὺς ἀναχρωννυμένους, τοὺς τῷ νοσήματι κατεχομένους, ὡς ἡ τῶν πονηρῶν κακία ἀνδρῶν. *Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί*. Καὶ ὁ προφήτης πάλιν, *Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε*. Μηδεὶς τοίνυν φαῦλον ἐχέτω φίλον. Εἰ γὰρ υἱοὺς φαύλους ἔχοντες ἐκκηρύττομεν, καὶ οὐκ αἰδούμεθα τὴν φύσιν, οὐδὲ τοὺς ταύτης νόμους, οὐδὲ τὴν ἐξ αὐτῆς ἀνάγκην· πολλῷ μᾶλλον τοὺς συνήθεις καὶ γνωρίμους φεύγειν δεῖ, πονηροὺς ὄντας. Κἂν γὰρ μηδεμίαν παρ' αὐτῶν δεξώμεθα βλάβην, τὴν γοῦν πονηρὰν δόξαν διαφυγεῖν οὐκ ἰσχύσομεν. Οἱ γὰρ ἔξωθεν οὐ τὸν βίον ἐρευνῶσιν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν συνόντων ἡμᾶς κρίνουσι. Ταῦτα καὶ [336] γυναιξὶ καὶ παρθένοις παρεγγυῶ. *Προνοούμενοι* γὰρ, φησὶ, *καλὰ, οὐ μόνον ἐνώπιον Κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώπιον ἀνθρώπων*. Πάντα τοίνυν πράττωμεν, ὥστε μὴ σκανδαλισθῆναι τὸν πλησίον. Βίος γὰρ κἂν σφόδρα ὀρθὸς ᾖ, σκάνδαλον ἑτέροις παρέχων, τὸ πᾶν ἀπώλεσε. Καὶ πῶς ἕνι τὸν ὀρθὸν βίον σκανδαλίσαι; Ὅταν ἡ συνουσία τῶν οὐκ ὀρθῶν πονηρὰν αὐτῷ περιθῇ δόξαν. Ἐπειδὰν γὰρ θαῤῥοῦντες ἑαυτοῖς συνῶμεν τοῖς πονηροῖς, κἂν αὐτοὶ μὴ βλαβῶμεν, ἑτέρους ἐσκανδαλίσαμεν. Ταῦτα καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ λέγω καὶ παρθένοις, καταλιμπάνων αὐτῶν τῷ συνειδότι μετὰ ἀκριβείας εἰδέναι πόσα ἐντεῦθεν τίκτεται κακά. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲν ὑποπτεύω πονηρὸν, οὐδὲ ἄλλος τις ἴσως τῶν τελειοτέρων· ὁ δὲ ἀφελέστερος ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ παραβλάπτεται τελειότητι. Δεῖ δὲ καὶ τῆς ἀσθενείας τῆς ἐκείνου προνοεῖν. Κἂν οὗτος μὴ βλαθῇ, ἀλλ' ὁ Ἕλλην παραβλάπτεται. Ὁ δὲ Παῦλος ἐκέλευσεν ἀπροσκόπους εἶναι, καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ πονηρὸν οὐδὲν ὑποπτεύω περὶ

[a] Savil. et Morel. ἀνήγοντο. Sed Savil. putat legendum ἐνήγ. Utraque lectio quadrat. [b] Suspicatur Savilius legendum τὴν γνῶσιν. At γνώμην etiam hic apte adhibetur

[c] Alii κερδαίνουσι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non invenirent, cæcum ducunt ad Pharisæos, qui asperius interrogarent. Ideo namque evangelista sabbatum fuisse dicit, ut pravum eorum animum ostenderet, et quam calumniandi miraculum ansam captarent, quod scilicet legem transgressus videretur. Hinc que palam est, quod ubi primum illum viderunt, nihil aliud dixerint, quam, 15. *Quomodo aperuit oculos tuos?* Et animadverte non dixisse illos, Quomodo visum recepisti; sed, *Quomodo aperuit oculos tuos?* occasionem ipsi offerentes calumniandi ipsum ob opus editum. Ille vero quasi non ignaris brevius loquitur: non nomen protulit, non ait, Dixit mihi, *Vade, lavare;* sed statim ait, *Lutum imposuit super oculos meos, et lavi, et video.* Utpote cum jam illi multum calumniati essent dixissentque, Vide quanta Jesus operetur in sabbato; lutum illinit. Tu vero perpende quomodo non turbetur cæcus. Nam ubi primum interrogatus sine periculo respondit, non tam magna res erat veritatem profiteri: hoc vero mirum est, in majori constitutum metu, non negare, non contraria prioribus dicere. Quid ergo Pharisæi? imo etiam alii? Adduxerunt eum tanquam negaturum. Contra vero evenit quam optabant ipsi, et accuratius rem didicerunt: id quod illis ubique circa signa accidit; in sequentibus autem id clarius ostendemus. Quid ergo Pharisæi? *Dixerunt quidam* (non omnes, sed petulantiores): 16. *Hic homo non est a Deo, quia sabbatum non custodit. Alii dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Viden' illos a signis allectos? Nam qui miserant, ut adduceretur audi quid nunc dicant, etsi non omnes. Cum enim principes essent, ex gloriæ cupiditate in incredulitatem deciderunt. Attamen ex principibus multi crediderunt in eum, neque tamen confitebantur. Populus despectui erat, ut qui nihil magni conferret in synagogam. Principes autem difficilius se credere profitebantur, alii principatus amore, alii metu cæterorum detenti. Quare dicebat: *Quomodo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis* (*Joan.* 5. 44)? Et ipsi quidem qui injuste interficere conabantur, se Dei esse dicebant; illum vero, qui cæcos curabat; non posse ex Deo esse, quia sabbatum non servabat. His opponebant isti, non posse peccatorem talia facere signa. Illi versute tacito signo, quam transgressionem vocabant, in medium afferebant. Non enim dicebant, In sabbato curat; sed, *Sabbatum non custodit.* Ili rursum ignave agunt. Cum enim oportuisset ostendere non violari sabbatum, ex signis tantum arguunt; et jure quidem. Adhuc enim illum esse hominem putabant. Alioquin poterant illum alio modo defendere, quod nempe sabbati Dominus esset, qui illud statuisset: sed nondum hæc erant sententia[1]. Nemo certe eorum audebat ea quæ sentiebat aperte profiteri, sed dubitando proponebat, alii metu repressi erant, alii principatus amore. *Schisma igitur erat inter illos.* Quod prius fuit in populo, deinde in principibus. *Alii dicebant, Bonus est; alii, Non, sed seducit turbam* (*Joan.* 7. 12). Viden, plebe imprudentiores principes discissos? Sed postquam ita scissi sunt, nihil generosum exhibuere, cum instare Pharisæos viderent. Qui si penitus discissi fuissent, statim veritatem cogniturі erant. Potest enim dissensio recta esse. Ideo ille dicebat, *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* (*Matth.* 10. 34). Est enim etiam mala concordia, et discordia bona. Nam qui turrim ædificabant, in damnum suum concordes erant; atque iidem ipsi, licet inviti, in commodum suum divisi sunt. Core autem cum sociis male consenserant; ideo bene divisi sunt. Judas quoque cum Judæis male consensit. Potest ergo bona discordia, et mala concordia esse. Ideo ait, *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum; et si pes tuus, abscinde* (*Matth.* 5. 29. *et* 18. 8). Si membrum male conjunctum abscindendum, nonne multo magis ab amicis male conjunctis abscindi oportet? Itaque concordia non semper bona est, ut nec semper discordia mala.

5. Hæc dico ut malos fugiamus, sequamur bonos. Nam si membra putrida incurabilia exscindimus, ne reliquum corpus perdant; idque facimus, non quod membrum despiciamus, sed ut cætera servemus: quanto magis hoc agendum circa eos qui male nobis juncti sunt? Quod si possimus illis emendatis, nihil damni accipere; id omni conatu tentandum: sin illi corrigi nequeant, nobisque noceant, exscindere et abjicere oportet. Hinc enim illi sæpe magis lucrabuntur. Unde Paulus sic hortatur: *Auferte malum de medio vestrum* (1 *Cor.* 8. 13), et, *Ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit* (*Ibid. v.* 2). Perniciosum enim, perniciosum utique est pravorum consortium. Non tam cito pestis grassatur, et scabies corrumpit illa affectos, ut pravorum nequitia: nam *Corrumpunt bonos mores colloquia prava* (1. *Cor.* 15. 33). Propheta quoque, *Egredimini de medio eorum, et segregamini* (*Jer.* 51. 45). Nemo itaque improbo utatur amico. Nam si pravos filios exheredamus, neque naturam reveremur, vel leges ejus, neque necessitudinem quamvis: multo magis notos et familiares fugere oportet, si mali sint. Quamvis enim nullo hinc damno afficiamur, malam tamen famam vitare non poterimus. Extranei namque non vitam explorant, sed ex sociis judicant. Hæc ipsa et nuptas et virgines rogo. *Providentes*, inquit, *bona, non solum coram Domino sed etiam coram hominibus* (*Rom.* 12. 17). Nihil ergo non agamus, ne proximo offendiculo simus. Vita enim, etsi rectissima, si offendiculo aliis sit, totum perdidit. Et quomodo potest recta vita offensioni esse? Cum malorum consortium malam parit famam. Cum enim fidenter cum improbis versamur, etsi nihil nobis damni accidat, aliis offendiculo sumus. Hæc viris, mulieribus, virginibus dico, eorum conscientiæ explorandum relinquens, quanta hinc oriantur mala. Ego quidem nihil mali suspicor, neque alius fortasse perfectiorum; sed simplicior frater in tua offenditur perfectione. Oportet autem illius consulere imbecillitati. Etiamsi hinc ille non lædatur,

[1] suspicatur Savilius legendum, *nondum hanc habebant cognitionem.* Sed locus, ut est in textu, ferri potest.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sed gentilis offendetur. Jubet autem Paulus sine offensione esse Judæis, et Græcis, et Ecclesiæ Dei (*1. Cor.* 10. 3). Ego nihil mali de virgine suspicor; virginitatem quippe amo; *Caritas* autem *non cogitat malum* (*1. Cor.* 13.) Hoc institutum vitæ admodum diligo, neque absurdum quid cogitare possum. Quomodo id externis persuadebimus? Oportet enim illorum etiam rationem habere. Sic itaque nostra disponamus, ne quis infidelium contra nos ansam reperire possit. Sicut enim ii qui vitam rectam exhibent, Deo gloriam referunt: ita qui secus agunt, in causa sunt cur blasphemetur. Verum absit ut tales apud nos sint; sed ita luceant opera nostra ut glorificetur Pater noster qui in cœlis est, et nos ejus gloria fruamur: quam utinam nos omnes consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LVIII.

Cap. 9. v. 17. *Dicunt cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia propheta est.* 18. *Non crediderunt ergo Judæi.*

1. Scripturæ non simpliciter neque perfunctorie, sed quam diligentissime legendæ sunt, ne quid obicis oriatur. Etenim jam quis merito quæstionem moveat, Quomodo, postquam dixerunt, *Hic non est a Deo, quia sabbatum non servat*, jam dicunt ei, *Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?* Non dixerunt, Tu quid dicis de illo, qui sabbatum solvit? sed excusationem nunc pro accusatione ponunt. Quid ergo dicendum? Non iidem sunt qui dicebant, *Hic non est ex Deo;* sed ii qui ab ipsis sententia disjuncti dicebant: *Homo peccator non potest hæc signa facere.* Cum enim vellent ii os comprimere, ne Christum ipsi defendere viderentur, illum qui virtutis ejus experimentum ceperat, in medium adducunt et interrogant. Vide ergo pauperis sapientiam, qui prudentius quam illi omnes loquutus est. Et primo quidem ait: *Propheta est:* neque formidavit perversum Judæorum judicium, repugnantium dicentiumque: *Quomodo potest hic a Deo esse, qui sabbatum non custodit?* sed dixit, *Propheta est. Et non crediderunt Judæi quod cæcus fuisset et vidisset, donec vocaverunt parentes ejus.* Animadverte quot modis miraculum obtegere et abolere conentur. Verum ipsa veritatis natura iisdem ipsis firmatur, quibus ab insidiatoribus impetitur; iisdem fulget, quibus obscurari tentatur. Nisi enim hæc facta essent, miraculum apud multos suspectum esse potuisset: nunc vero ac si studiose veritatem indagarent, ita omnia faciunt, neque aliter fecissent, si pro Christo hæc operati essent. His tamen ipsum deprimere tentabant, cum dicerent, *Quomodo aperuit oculos tuos?* id est, Num quibusdam præstigiis? Nam alibi quoque cum nihil objiciendum haberent, modum curandi calumniari conantur dicentes: *Non ejicit dæmonia nisi in Beelzebub*[1] (*Matth.* 12. 24)? Et hic etiam cum nihil opponendum habeant, ad tempus et sabbati solutionem confugiunt, dicuntque, *Solvit sabbatum;* et, *Peccator est.* Atqui ille vos invidos, qui gesta ejus carpere studebatis, ille aperte interrogavit, *Quis ex vobis arguet me de peccato* (*Joan.* 8. 46)? Et nemo respondit, neque dixit, Blasphemas, dum te impeccabilem dicis. Atqui si dicere potuissent, haud dubie non tacuissent. Nam qui dicentem, se ante Abraham esse, lapidibus impetierunt, et ipsum a Deo non esse, sed vero esse a Deo gloriati sunt, licet homicidæ essent; et eum qui hujusmodi signa operabatur, ex Deo non esse dicebant, quia sabbatum non custodiret: si vel accusandi umbram habuissent, non præteriissent utique. Si autem ideo peccatorem vocant, quia sabbatum solvere videbatur, futile certe crimen erat, vel sociorum judicio, qui ut frigidum illud et ex simultate profectum damnabant. Undique ergo cohibiti, aliud quidpiam impudentius ac petulantius aggrediuntur. Quodnam illud? *Non crediderunt,* inquit, *quod cæcus fuisset, et vidisset.*

Mendacium ubique in seipsum impingit. — Cur ergo accusarunt quod sabbatum non custodiret, nisi illud credidissent? cur non fidem habetis tantæ multitudini, et vicinis qui ipsum cognoscunt? Verum, ut dixi, ubique mendacium in seipsum impingit, per ea ipsa quæ veritatem oppugnat; ipsamque veritatem clariorem efficit: quod etiam nunc evenit. Ne quis enim diceret vicinos et spectatores nihil accurate dixisse, sed de simili loquutos esse, parentes in medium adducunt, et sic inviti veritatem patefecerunt. Nam hi maxime omnium filium suum noverant. Quia enim ipsum perterrefacere non poterant, sed audacter ipse beneficum prædicabat, per parentes se miraculum infirmare posse sperabant. Et vide interrogationis nequitiam. Quid enim ait? Illos in medium adductos, ut terrorem incuterent, cum vehementia furentes interrogant: 19. *Hic est filius vester?* Nec dicunt, Qui pridem cæcus erat: sed quomodo? *Quem vos dicitis quia cæcus natus est;* ac si illi versute fingerent, ut opera Christi confirmarent. O exsecrandi, et plus quam exsecrandi! Ecquis pater hæc de filio confinxerit? Ac si dicerent: Quem vos cæcum dixistis; neque id tantum; sed hoc ubique sparsistis. *Quomodo ergo nunc videt?* O stultitiam! Vestrum est, inquiunt, hoc commentum, hæc simulatio vestra. Dupliciter ad id negandum inducunt, et his verbis, *Quem vos dicitis*, et illis, *Quomodo ergo nunc videt?*

2. Cum tres essent interrogationes, si filius eorum esset, si cæcus fuisset, et quomodo visum recepisset, duo tantum confitentur, tertium non addunt. Illudque ad veritatem firmandam conduxit, ut nemo alius, quam cæcus curatus, qui fide dignus erat, hæc confiteretur. Et quomodo ad gratiam loquuti essent parentes, qui etiam quædam ex iis, quæ sciebant, tacuerunt propter metum Judæorum? Quid enim di-

[1] Vs. Orientalis Savil. post *Beelzebub*, addit, *principe dæmoniorum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῆς παρθένου (ἀγαπῶ γὰρ τὴν παρθενίαν· *Ἡ δὲ ἀγάπη οὐ λογίζεται τὸ κακόν*)· ἐγὼ σφόδρα ἐραστής εἰμι τῆς πολιτείας ταύτης, καὶ οὐδὲ λογίσασθαί τι δύναμαι ἄτοπον. Πῶς τοὺς ἕξω πείσομεν; δεῖ γὰρ κἀκείνων ποιεῖσθαι πρόνοιαν. Οὕτω τοίνυν τὰ καθ' ἑαυτοὺς οἰκονομῶμεν, ἵνα μηδὲ τῶν ἀπίστων τις ἔχῃ καθ' ἡμῶν δικαίαν εὑρεῖν λαβήν. Ὥσπερ γὰρ οἱ βίον ὀρθὸν ἐπιδεικνύμενοι δοξάζουσι τὸν Θεὸν οὕτως οἱ τὸν ἐναντίον, βλασφημηθῆναι παρασκευάζουσιν. Ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινας τοιούτους εἶναι παρ' ἡμῖν[a], ἀλλ' οὕτω λάμψαι τὰ ἔργα ἡμῶν, ὥστε δοξασθῆναι τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δόξης ἡμᾶς ἀπολαῦσαι· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. παρ' ἡμῶν.

ΟΜΙΛΙΑ ΝΗ'.

Λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν· Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἠνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὅτι προφήτης ἐστίν. Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι.

α'. Τὰς Γραφὰς οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ παρέργως ἐπιέναι χρὴ, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, ὥστε μὴ συμποδίζεσθαι. Καὶ γὰρ καὶ νῦν εἰκότως ἂν τις ἐνταῦθα διαπορήσειε, πῶς εἰπόντες, *Οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ*, λέγουσιν αὐτῷ· *Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἠνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς;* Καὶ οὐκ εἶπον, Σὺ τί λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι παρέλυσε τὸ σάββατον; ἀλλὰ τὸ τῆς ἀπολογίας νῦν ἀντὶ τῆς κατηγορίας τιθέασι. Τί οὖν ἔστιν εἰπεῖν; Οὐκ εἰσὶν αὐτοὶ οἱ λέγοντες, *Οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ*· ἀλλ' οἱ σχισθέντες [337] ἀπ' αὐτῶν· οἱ καὶ εἶπον[a], *Ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς οὐ δύναται τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν*. Βουλόμενοι γὰρ αὐτοὺς ἐπιστομίσαι πλέον, ἵνα μὴ δόξωσιν αὐτοὶ συνηγορεῖν τῷ Χριστῷ, τὸν λαβόντα τῆς δυνάμεως αὐτοῦ πεῖραν εἰς μέσον ἄγουσι καὶ ἐρωτῶσιν. Ὅρα τοίνυν τοῦ πένητος τὴν σοφίαν. Ἀπάντων γὰρ τούτων συνετωτέρως φθέγγεται. Καὶ πρῶτον μέν φησιν, ὅτι *Προφήτης ἐστὶ*, καὶ οὐ κατέπτηξεν αὐτῶν τῶν διεστραμμένων Ἰουδαίων τὴν κρίσιν, τῶν ἀντιλεγόντων[b], καὶ λεγόντων· *Πῶς δύναται οὗτος εἶναι παρὰ τοῦ Θεοῦ, τὸ σάββατον οὐ τηρῶν;* ἀλλ' ἔλεγεν, ὅτι *Προφήτης ἐστί. Καὶ οὐκ ἐπίστευσαν ὅτι τυφλὸς ἦν καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως οὗ ἐφώνησαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ*. Καὶ σκόπει πόσοις τρόποις ἐπιχειροῦσι τὸ θαῦμα συσκιάσαι καὶ ἀνελεῖν. Ἀλλ' αὐτὴ τῆς ἀληθείας ἡ φύσις, δι' ὧν δοκεῖ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλεύεσθαι, διὰ τούτων ἰσχυροτέρα γίνεται· διὰ τούτων λάμπει, δι' ὧν συσκιάζεται. Εἰ γὰρ μὴ ταῦτα ἐγένετο, κἂν ὑπωπτεύθη παρὰ τοῖς πολλοῖς τὸ θαῦμα· νυνὶ δὲ ὡς σπουδάζοντες γυμνῶσαι τὴν ἀλήθειαν, οὕτως ἅπαντα πράττουσι, καὶ οὐκ ἂν ἑτέρως ἐποίησαν, εἴ γε ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ πάντα ἐποίουν. Καὶ γὰρ ἐπεχείρησαν διὰ τούτου τοῦ τρόπου καταβαλεῖν αὐτὸν, λέγοντες, *Πῶς ἀνέῳξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς*; τουτέστι, μὴ γοητείᾳ τινί; Καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ μηδὲν ἔχοντες ἐπισκῆψαι, τῷ τρόπῳ τῆς θεραπείας ἐπηρεάζειν ἐπιχειροῦσι λέγοντες· *Οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβούλ*[c]. Καὶ ἐνταῦθα πάλιν, οὐδὲν ἔχοντες εἰπεῖν, ἐπὶ τὸν καιρὸν καταφεύγουσι λέγοντες, ὅτι *Λύει τὸ σάββατον*· καὶ πάλιν, ὅτι *Ἁμαρτωλός ἐστι*. Καὶ μὴν φθονοῦντας[d] ὑμᾶς καὶ ἑτοίμους ὄντας ἐπιλαβέσθαι τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, μετὰ πάσης ἠρώτησεν ἀκριβείας, λέγων, *Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας;* Καὶ οὐδεὶς ἐφθέγξατο, οὐδὲ εἶπεν, ὅτι[e] *Βλασφημεῖς, ἀναμάρτητον λέγων σεαυτόν*. Καίτοι γε εἰ εἶχον εἰπεῖν, οὐκ ἂν ἐσίγησαν. Οἱ γὰρ διὰ τὸ ἀκοῦσαι, ὅτι πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐστι, λιθάσαντες αὐτὸν καὶ εἰπόντες ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἑαυτοὺς μὲν ἐκ τοῦ Θεοῦ αὐχοῦντες εἶναι, ἀνδροφόνους ὄντας, τὸν δὲ τοιαῦτα σημεῖα πράττοντα, ἐπειδὴ ἐθεράπευσεν, οὐκ εἶναι ἐκ τοῦ Θεοῦ διὰ τὸ μὴ τηρεῖν τὸ σάββατον λέγοντες· εἰ σκιὰν[f] γοῦν εἶχον ἐγκλήματος, οὐκ ἂν παρέδραμον. Εἰ δὲ διὰ τοῦτο ἁμαρτωλὸν καλοῦσι, διότι τὸ σάββατον ἐδόκει λύειν, καὶ τοῦτο ἕωλον ἐφάνη τὸ ἔγκλημα, τῶν μετ' αὐτῶν τεταγμένων, ψυχρότητα πολλὴν καὶ μικροψυχίαν[g] καταγνόντων αὐτῶν. Πάντοθεν τοίνυν συμποδισθέντες, ἐφ' ἕτερον ἔρχονται λοιπὸν ἀναισχυντότερον καὶ ἰταμώτερον. Ποῖον δὴ τοῦτο; *Οὐκ ἐπίστευσαν*, φησὶν, *ὅτι ἦν τυφλὸς καὶ ἀνέβλεψε.*

Πῶς οὖν ἐνεκάλεσαν ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ, ἢ δηλονότι ὡς πιστεύσαντες; πῶς δὲ οὐ προσείχετε τῷ πολλῷ λαῷ; τοῖς γείτοσι τοῖς εἰδόσιν αὐτόν; Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, πανταχοῦ [338] τὸ ψεῦδος ἑαυτῷ μὲν περιπίπτει, δι' ὧν ἐπηρεάζειν τῇ ἀληθείᾳ δοκεῖ, τὴν δὲ ἀλήθειαν λαμπροτέραν ἐμφαίνει[h], ὃ δὴ καὶ νῦν γέγονεν. Ἵνα γὰρ μή τις λέγοι, ὅτι οὐδὲν ἀκριβὲς εἶπον οἱ γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν, ἀλλὰ παρωμοίαζον, ἄγουσιν εἰς μέσον τοὺς γονεῖς, δι' ὧν ἐποίουν ἅπαντες τὸ γεγενημένον ἀληθὲς δεικνύντες. Καὶ γὰρ οὗτοι[i] μάλιστα πάντων τὸ τέκνον ἠπίσταντο τὸ ἑαυτῶν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν καταπλήξασθαι οὐκ ἴσχυσαν, ἀλλ' ἐώρων μετὰ πάσης παῤῥησίας τὸν εὐεργέτην κηρύττοντα, ἀπὸ τῶν γονέων προσεδόκων τιτρώσκειν τὸ θαῦμα. Καὶ ὅρα τῆς ἐρωτήσεως τὴν κακίαν. Τί γάρ φησιν; Στήσαντες αὐτοὺς εἰς τὸ μέσον, ὥστε εἰς ἀγωνίαν ἐμβαλεῖν, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος καὶ τοῦ θυμοῦ προσάγουσι τὴν πεῦσιν· *Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν;* Καὶ οὐκ εἶπαν, Ὁ ποτὲ τυφλός· ἀλλὰ πῶς; *Ὃν ὑμεῖς λέγετε ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη*, ὡσανεὶ κακουργούντων αὐτῶν, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ j συγχροτούντων. Ὦ μιαροὶ, καὶ παμμίαροι! καὶ τίς ἂν ἕλοιτο πατὴρ τοιαῦτα καταψεύσασθαι παιδός; Μονονουχὶ γὰρ λέγουσιν, Ὃν ὑμεῖς ἐποιήσατε τυφλόν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ διεδώκατε πανταχοῦ τὸν λόγον. *Πῶς οὖν βλέπει νῦν;* Ὦ τῆς ἀνοίας! Ὑμῶν, φησὶν, ἐστὶ τὸ σκευώρημα[k] καὶ ἡ κατασκευή. Δύο γὰρ τούτοις αὐτοὺς εἰς ἄρνησιν ἄγειν ἐπιχειροῦσι, τῷ τε εἰπεῖν, *Ὃν ὑμεῖς λέγετε*, καὶ τῷ εἰπεῖν, *Πῶς οὖν βλέπει ἄρτι;*

β'. Τριῶν τοίνυν ἐρωτήσεων γενομένων, εἰ υἱὸς αὐτῶν ἦν, εἰ τυφλὸς ἦν, καὶ πῶς ἀνέβλεψε, τὰς δύο μόνας ὁμολογοῦσι, τὴν δὲ τρίτην οὐ προστιθέασι. Καὶ τοῦτο δὲ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας γέγονεν, ὥστε μηδένα ἄλλον,

[a] Manuscriptus Savilii Orientalis, quem ad hanc solam homiliam contulit, οἱ εἰπόντες, et mox βουλόμενος γὰρ τοὺς διεστραμμένους τῶν Ἰουδαίων ἐπιστ... ἵνα μὴ δέξωσιν οἱ σχισθέντες ἀπ' αὐτῶν. Paulo post pro φθέγγεται ms. Orient. ἀποκρίνεται. [b] Alii οὐ κατέπληξεν αὐτὸν . . ἡ κρίσις τῶν ἀντ. [c] Ms. Orient Savil. ἐν Βεελζεβοὺλ τῷ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων.. [d] Savil., qui secutus est veterem interpretem, φονῶντας. Edit. [e] In aliis ὅτι deest. Paulo post ms. Orient. πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐγὼ εἰμι.... καὶ εἰπόντες πάλιν ἐπὶ τὸν τυφλὸν, ὅτι

[f] Idem. ἐθεράπευσεν ἐν σαββάτῳ διὰ τὸ μὴ τηρεῖν τὸ σάββατον λέγοντες ἁμαρτωλὸν, εἰ σκιάν. [g] Non infrequenter monuimus μικροψυχίαν apud Patres Ecclesiæ significare *simultatem, rixas*. Paulo post pro λοιπὸν ms. Orient. λόγον. [h] Idem ἀποφαίνει. [i] Idem ἄκοντες, συνιστῶντες τὸ γεγενημένον. Καὶ γὰρ οὗτοι. [j] Morel. καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ. [k] Alii σκαιώρημα. Ms. Orient. σκευώρημα. Sic etiam unus ex mss. nostris, et hæc vera lectio est. Ibid. ἄγειν, idem ms. τρέπειν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλὰ τὸν τεθεραπευμένον, τὸν καὶ ἀξιόπιστον ὄντα [a], ταῦτα ὁμολογεῖν. Πῶς γὰρ ἂν ἐχαρίσαντο οἱ γονεῖς, οἱ καὶ ὧν ἤδεσάν τινα σιγήσαντες διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων; Τί γάρ φασιν; *Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν, ἡμεῖς οἴδαμεν, καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη· πῶς δὲ νῦν βλέπει, ἢ τίς ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν· αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λόγον λαλήσει.* Ἀξιόπιστον αὐτὸν ποιήσαντες, οὕτω παρῃτήσαντο· Οὐκ ἔστι παιδίον, φησίν, οὐδὲ ἀτελής, ἀλλ' ἱκανὸν [b] ἑαυτῷ μαρτυρῆσαι. Ταῦτα δὲ εἶπον διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. Ὅρα πῶς πάλιν τὴν δόξαν αὐτῶν ὁ εὐαγγελιστὴς καὶ τὴν γνώμην εἰς μέσον ἄγει. Ταῦτα λέγω, διὰ τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο, ὃ ἔμπροσθεν ἔλεγον, εἰπόντες, ὅτι *Ἴσον ἑαυτὸν ποιεῖ τῷ Θεῷ*· ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνο τῆς γνώμης ἦν τῶν Ἰουδαίων, ἀλλὰ μὴ τῆς κρίσεως τοῦ Χριστοῦ, προσεθηκεν ἂν καὶ εἶπεν, ὅτι γνώμη ἦν Ἰουδαϊκή. Ἔπειτα οὖν παρέπεμψαν αὐτοὺς πρὸς [c] τὸν τεθεραπευμένον, πάλιν ἐφώνησαν ἐκ δευτέρου. Καὶ φανερῶς μὲν καὶ ἀναισχύντως οὐ λέγουσιν· Ἄρνησαι ὅτι ὁ Χριστὸς ἐθεράπευσε· προσχήματι δὲ εὐλαβείας τοῦτο κατασκευάσαι βούλονται. *Δὸς γάρ, φησί, δόξαν τῷ Θεῷ.* Τοῖς μὲν γὰρ γονεῦσιν εἰπεῖν, Ἀρνήσασθε ὅτι υἱὸς ὑμῶν ἐστι, καὶ ὅτι τυφλὸν [339] ἐγεννήσατε, σφόδρα ἐδόκει καταγέλαστον εἶναι· αὐτῷ δὲ πάλιν εἰπεῖν τοῦτο, φανερὰ ἦν ἀναισχυντία. Διὰ τοῦτο μὲν οὐ λέγουσιν, ἑτέρως δὲ αὐτὸ μεθοδεύουσι, *Δὸς* [d] *δόξαν τῷ Θεῷ*, λέγοντες· τουτέστιν, Ὁμολόγησον ὅτι οὗτος οὐδὲν εἰργάσατο. *Ἡμεῖς οἴδαμεν ὅτι οὗτος ἄνθρωπος ἁμαρτωλός ἐστι.* Πῶς οὖν αὐτὸν οὐκ ἠλέγξατε λέγοντα· *Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας;* πόθεν δὲ ἴστε ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι; Εἰπόντων δὲ αὐτῶν, *Δὸς δόξαν τῷ Θεῷ*, καὶ τούτου μηδὲν εἰπόντος, ἀπαντήσας ὁ Χριστὸς, ἐπῆνεσε καὶ οὐκ ἐνεκάλεσεν, οὐδὲ εἶπε, Διατί οὐκ ἔδωκας δόξαν τῷ Θεῷ; ἀλλὰ τί; *Πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ* [e]; ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτό ἐστι δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ.

ἀκολουθοῦντες. Ἀλλ' αὐτὸς, δεικνὺς ὅτι ἅπαντας ὁδηγήσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀπεναντίας ἐκείνοις ποιεῖ· ὥσπερ οὖν καὶ ὅτε τὰ πρόβατα ἔπεμπε, [οὐκ ἔξω τῶν λύκων, ἀλλ' ἐν μέσῳ τῶν λύκων ἔπεμπε.] Πολὺ γὰρ παραδοξοτέρα αὕτη ἡ ποιμαντικὴ τῆς παρ' ἡμῖν.

γ'. Δοκεῖ δέ μοι καὶ περὶ τοῦ τυφλοῦ αἰνίττεσθαι· Καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐξήγαγε καλέσας ἐκ μέσου τῶν Ἰουδαίων, [348] καὶ ἤκουσε αὐτοῦ τῆς φωνῆς, καὶ ἐπέγνω. *Ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσουσιν, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν ἀλλοτρίων τὴν φωνήν.* Ἦτοι τοὺς περὶ Θευδᾶν λέγει ἐνταῦθα καὶ Ἰούδαν (καὶ γὰρ *Ἅπαντες, ὅσοι ἐπίστευσαν* αὐτοῖς, *διεσκορπίσθησαν*, φησίν)· ἢ τοὺς μετὰ ταῦτα μέλλοντας ἀπατᾷν ψευδοχρίστους. Ἵνα γὰρ μὴ λέγωσιν ἕνα ἐκείνων τοῦτον εἶναι, διὰ πολλῶν ἑαυτὸν ἀπ' ἐκείνων διαιρεῖ. Καὶ πρῶτον μὲν τίθησι διαφορὰν, τὴν ἀπὸ τῶν Γραφῶν διδασκαλίαν· αὐτὸς μὲν γὰρ διὰ τούτων αὐτοὺς προσήγετο, ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐφείλκοντο. Δευτέραν τὴν τῶν προβάτων ὑπακοήν· αὐτῷ μὲν γὰρ οὐ ζῶντι μόνον, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντι πάντες ἐπίστευσαν· ἐκείνους δὲ εὐθέως εἴασαν. Καὶ τρίτην δὲ μετὰ τούτων ἔστιν εἰπεῖν οὐ μικράν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὡς τύραννοι, καὶ ἐπὶ ἀποστασίᾳ πάντα [a] ἐποίουν· αὐτὸς δὲ οὕτω πόῤῥω ἑαυτὸν τοιαύτης κατέστησεν ὑποψίας, ὡς καὶ θελόντων αὐτὸν ποιῆσαι βασιλέα φυγεῖν, καὶ ἐπερωτώντων, εἰ ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, κελεῦσαι καταθεῖναι, καὶ αὐτὸν ἐπιδοῦναι τὸ δίδραχμα. Πρὸς τούτοις αὐτὸς μὲν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν προβάτων ἦλθεν, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι, φησίν· ἐκεῖνοι δὲ καὶ τῆς παρούσης αὐτοὺς ζωῆς ἀπεστέρησαν. Καὶ οἱ μὲν προῦδωκαν τοὺς ἐμπιστευθέντας, καὶ ἔφυγον· αὐτὸς δὲ οὕτως ἔστη γενναίως, ὡς καὶ τὴν ψυχὴν ἐπιδοῦναι. Καὶ οἱ μὲν ἄκοντες καὶ ἀναγκαζόμενοι καὶ φεύγοντες ἔπαθον ἃ ἔπαθον [b]· οὗτος δὲ ἑκὼν καὶ προαιρούμενος ὑπέμεινεν ἅπαντα. *Ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς.* Καὶ τίνος ἕνεκεν ἀσαφῶς εἶπεν αὐτοῖς [c]; Προσεκτικωτέρους αὐτοὺς ποιῆσαι βουλόμενος. Ἐπεὶ οὖν τοῦτο κατεσκεύασε, λύει λοιπὸν τὴν ἀσάφειαν, οὕτω λέγων· *Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει·* οἷον, ἐν ἀσφαλείᾳ ἔσται καὶ ἀδείᾳ (νομὴν δὲ τὴν τροφὴν ἐνταῦθα λέγει καὶ βοσκὴν τῶν προβάτων, καὶ ἐξουσίαν καὶ κυριότητα), τουτέστιν, Ἔνδον μενεῖ, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἐξωθήσεται· ὅπερ οὖν ἐπὶ τῶν ἀποστόλων γέγονεν, οἱ μετὰ ἀδείας εἰσῆλθον καὶ ἐξῆλθον, ὡς πάσης κύριοι γεγενημένοι τῆς οἰκουμένης, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς ἐκβαλεῖν ἴσχυσε. *Πάντες ὅσοι ἦλθον, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα.* Οὐ περὶ τῶν προφητῶν φησιν ἐνταῦθα, καθὼς οἱ αἱρετικοί φασιν (ἐκείνων γὰρ ἤκουσαν, καὶ δι' ἐκείνων ἐπίστευσαν, ὅσοι καὶ ἐπίστευσαν τῷ Χριστῷ), ἀλλὰ περὶ Θευδᾶ καὶ Ἰούδα λέγει, καὶ τῶν ἄλλων στασιαστῶν. Ἄλλως δὲ καὶ τὸ, *Οὐκ ἤκουσαν τὰ πρόβατα*, ἐπαινῶν εἶπεν· οὐδαμοῦ δὲ φαίνεται ἐπαινῶν τοὺς παρακούσαντας τῶν προφητῶν, ἀλλὰ τοὐναντίον κακίζων καὶ διαβάλλων σφοδρῶς. Ὅθεν δῆλον, ὅτι τὸ, *Οὐκ ἤκουσαν*, νῦν περὶ τῶν στασιαστῶν ἐκείνων εἴρηται. *Ὁ κλέπτης οὐ μὴ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ·* ὅπερ τότε γέγονε, πάντων σφαγέντων καὶ ἀπολομένων. *Ἐγὼ δὲ ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι.* Καὶ τί ζωῆς περισσότερον, εἰπέ μοι; Βασιλεία οὐρανῶν. Ἀλλ' οὔπω λέγει τοῦτο, ἀλλὰ τὸ τῆς ζωῆς [349] ὄνομα περιστρέφει, ὅπερ ἦν αὐτοῖς γνώριμον. *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.* Ἐνταῦθα λοιπὸν περὶ τοῦ πάθους διαλέγεται, δεικνὺς ὅτι ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας τοῦτο γίνεται, καὶ οὐκ ἄκων ἐπὶ τοῦτο ἔρχεται. Εἶτα λέγει τὸ δεῖγμα τοῦ ποιμένος πάλιν καὶ τοῦ μισθωτοῦ. *Ὁ μὲν γὰρ ποιμὴν τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τίθησιν· ὁ μισθωτὸς δὲ καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει, καὶ ἔρχεται ὁ λύκος, καὶ ἁρπάζει αὐτά.* Ἐνταῦθα δείκνυσιν ἑαυτὸν οὕτω κρατοῦντα ὡς τὸν Πατέρα, εἴ γε ποιμὴν αὐτός ἐστι, καὶ ἴδια αὐτοῦ ἐστι τὰ πρόβατα. Ὁρᾷς πῶς ἐν ταῖς παραβολαῖς ὑψηλότερον φθέγγεται, ἔνθα συνεσκίασται ὁ λόγος, καὶ οὐ δίδωσι λαβὴν φανερὰν τοῖς ἀκροωμένοις; Τί οὖν ὁ μισθωτὸς οὗτος ποιεῖ; *Θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ ἔρχεται ὁ λύκος, καὶ ἁρπάζει αὐτά.* Τοῦτο ἐκεῖνοι πεποιήκασιν· αὐτὸς δὲ τοὐναντίον. Καὶ γὰρ, ἡνίκα συνελήφθη, φησίν· *Ἄφετε τούτους ὑπάγειν*, ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος, ὅτι οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο. Ἔστι δὲ ἐνταῦθα καὶ νοητὸν ὑποπτεῦσαι λύκον. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνον εἴασεν ἀπελθόντα ἁρπάσαι τὰ πρόβατα. Οὐ λύκος δέ ἐστιν οὗτος μόνον, ἀλλὰ καὶ λέων. *Ὁ γὰρ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος*, φησὶν, *ὡς λέων περιέρχεται ὠρυόμενος.* Οὗτος καὶ ὄφις καὶ δράκων ἐστί· *Πατεῖτε γὰρ ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων.*

δ'. Διὸ, παρακαλῶ, μένωμεν ὑπὸ τῷ ποιμένι νεμόμενοι· μενοῦμεν δὲ, ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούωμεν, ἐὰν αὐτῷ πειθώμεθα, ἐὰν μὴ ἀλλοτρίῳ ἑπώμεθα. Καὶ ποία αὐτοῦ ἐστιν ἡ φωνή; *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· μακάριοι οἱ ἐλεήμονες.* Ἂν ταῦτα πράττωμεν, ὑπὸ τῷ ποιμένι μενοῦμεν, καὶ ὁ λύκος ἔνδον γενέσθαι οὐ δυνήσεται· ἀλλὰ κἂν ἐπέλθῃ, ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτοῦ τοῦτο ἐργάσεται. Ποιμένα γὰρ ἔχομεν οὕτω φιλοῦντα ἡμᾶς, ὡς καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἐπιδοῦναι. Ὅταν οὖν καὶ δυνατὸς ᾖ καὶ φιλῇ, τί τὸ κωλύον ἡμᾶς σωθῆναι; Οὐδὲν, εἰ μὴ ἡμεῖς αὐτοὶ ἀποσταίημεν. Πῶς δὲ ἀποστησόμεθα; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Οὐ δύνασθε δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, Θεῷ καὶ μαμωνᾷ.* Ἂν τοίνυν τούτῳ δουλεύωμεν, οὐχ ὑποστησόμεθα τὴν ἐκείνου τυραννίδα. Καὶ γὰρ τυραννίδος ἁπάσης πικρότερον ἡ τῶν χρημάτων ἐπιθυμία. Ἡδονὴν μὲν γὰρ οὐδεμίαν ἔχει· φροντίδας δὲ καὶ φθόνους, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ μῖσος, καὶ συκοφαντίας, καὶ ἀρετῆς μυρία κωλύματα, ῥᾳθυμίαν, ἀσέλγειαν, πλεονεξίαν, μέθην· ἃ καὶ τοὺς ἐλευθέρους δούλους ποιεῖ καὶ ἀργυρωνήτων χείρους, καὶ δούλους, οὐκ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τοῦ χαλεπωτέρου τῶν παθῶν καὶ τῶν νοσημάτων τῆς ψυχῆς. Ὁ τοιοῦτος πολλὰ τῶν καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις μὴ ἀρεσκόντων τολμᾷ, δεδοικὼς μή τις αὐτοῦ τὴν δεσποτείαν ἀφέληται ταύτην. Ὦ πικρᾶς δουλείας καὶ διαβολικῆς δυναστείας! τοῦτο γὰρ μάλιστα πάντων ἐστὶ τὸ χαλεπώτατον [d], ὅτι ἐν τοσούτοις κατεχόμενοι κακοῖς ἡδόμεθα, καὶ τὴν ἄλυσιν ἀσπαζόμεθα, καὶ δεσμωτήριον οἰκοῦντες σκότους πεπληρωμένον εἰς φῶς ἐξελθεῖν οὐ βουλόμεθα, ἀλλ' ἐπισφίγγομεν ἑαυτοῖς τὰ κακὰ, καὶ ἐνηδόμεθα τῷ νοσήματι. Ὅθεν οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι δυνάμεθα, [350], ἀλλὰ τῶν τὰ μέταλλα ἐργαζομένων χαλεπώτερον διακείμεθα, τοὺς μὲν πόνους καὶ τὴν ταλαιπωρίαν ὑπομένοντες, τῶν δὲ καρπῶν οὐκ ἀπολαύοντες. Καὶ τὸ δὴ χεῖρον πάντων, ὅτι κἂν ἀπαλλάξαι βουληθῇ τις τῆς πικρᾶς ταύτης αἰχμαλωσίας ἡμᾶς, οὐκ ἀνεχόμεθα, ἀλλὰ καὶ δυσχεραίνομεν καὶ ἀγανακτοῦμεν, οὐδὲν ἄμεινον τῶν μαινομένων διακείμενοι ταύτῃ, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πάντων ἐκείνων ἀθλιώτεροι, καὶ τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι τῆς μανίας ἐθέλομεν. Μὴ γὰρ διὰ τοῦτο παρῆχθης εἰς τὸν κόσμον, ὦ ἄνθρωπε, τοῦτον; μὴ γὰρ διὰ τοῦτο γέγονας ἄνθρωπος, ἵνα τὰ μέταλλα ταῦτα ἐργάζῃ, καὶ συλλέγῃς χρυσίον; Οὐ διὰ ταῦτα ἔπλασέ

[a] Morel. πάντων. [b] Verba ἃ ἔπαθον e Savil. et codd 705, 706. [c] Αὐτοῖς deest in Savil. [d] Morel. χαλεπώτερον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dispersi sunt (*Act.* 5. 36. 37); sive etiam futuros pseudochristos qui multos postea seducturi erant. Ne diceret enim, se quemdam ipsorum esse, longe se ab illis diversum ostendit. Primam differentiam affert, doctrinam ex Scripturis sumptam, quarum ductu illos agebat : alii vero secus. Secunda differentia erat ovium obedientia. Ipsi namque non viventi tantum, sed etiam mortuo crediderunt : illos vero statim reliquerunt. Tertiam nec modicam adjicere possumus. Illi ut tyranni ad defectionem omnia faciebant : ipse tantum a tali suspicione aberat, ut cum vellent ipsum regem facere, fugerit ; et cum interrogarent an liceret censum dare Cæsari, solvere juberet, atque ipse etiam didrachma daret. Ad hæc ipse pro salute ovium venit, ut vitam haberent, et abundantius haberent : illi vero præsenti etiam vita suos privarunt. Illi eos qui sibi crediti erant prodiderunt, et fugerunt : Christus vero ita fortiter stetit, ut animam suam traderet. Illi inviti, coacti et fugientes passi sunt : hic libens et volens omnia pertulit. 6. *Hoc proverbium dixit eis Jesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.* Cur obscure loquebatur? Ut attentiores redderet. Ubi autem illud effecit, obscuritatem tollit his verbis : 9. *Ego sum ostium : per me si quis introierit, ingredietur et egredietur, et pascua inveniet.* Hoc est, In securitate et libertate vivet (pascua autem hic vocat pabulum ovium, potestatemque et dominatum) ; hoc est, Intus manebit, et nemo inde expellet : quod etiam apostolis evenit, qui libere intrabant et exibant, quasi universi orbis domini ; nemoque illos ejicere potuit. 8. *Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt et latrones ; sed non audierunt eos oves.* Non de prophetis hic loquitur, ut aiunt hæretici (illos enim audierunt, et per illos crediderunt quotquot in Christum crediderunt) ; sed de Theuda et Juda aliisque seditiosis agit. Præterea verbum illud, *Non audierunt oves*, in earum laudem dicit : nusquam vero laudat eos qui prophetas non audierunt ; imo illos admodum improbat et reprehendit. Hinc palam est illud, *Non audierunt*, de seditiosis illis dictum fuisse. 10. *Fur non venit, nisi ut furetur et mactet et perdat :* ut hic contigit ; omnes enim mactati occisique sunt. *Ego autem veni ut vitam habeant, et abundantius habeant.* Quid, quæso, vita abundantius? Regnum cælorum. Verum id nondum dicit, sed vitæ nomen affert, ut notum illis. 11. *Ego sum pastor bonus.* Hic demum de passione loquitur, ostendens illam pro mundi salute futuram esse, nec se invitum illam adire. Deinde exemplum rursus affert pastoris et mercenarii. *Bonus enim pastor animam suam ponit.* 12. *Mercenarius autem, qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit, et venit lupus, et rapit eas.* Hic se perinde atque Patrem imperantem exhibet ; siquidem pastor ipse est cujus propriæ sunt oves. Viden' quomodo in parabolis sublimius loquatur, ubi obscurior est sermo, neque auditoribus carpendi ansam præbeat? Quid ergo facit mercenarius? *Videt lupum venientem, et dimittit oves, et venit lupus, et rapit eas.* Hoc illi fecerunt, ipse contra. Etenim cum apprehensus fuit, dixit : *Sinite illos abire* (*Joan.* 18. 8), ut impleretur sermo, quod nullus eorum perierit. Hic potest etiam spiritualis lupus intelligi, quem non sivit oves abripere. Non lupus tantum hic est, sed etiam leo. Nam *Adversarius noster diabolus tamquam leo rugiens circuit* (1 *Pet.* 5, 8). Hic serpens et draco est : *Calcate super serpentes et scorpiones* (*Luc.* 10. 19).

4. *Vox Christi audienda ipsique soli hærendum. Avaritia servitus omnium deterrima. Eleemosyna commendatur.* — Quare rogo, maneamus sub pastoris cura : manebimus autem si vocem ejus audiamus, si ipsi morem geramus, si alienum non sequamur. Ecqua vox ejus est? *Beati pauperes spiritu : beati mundo corde : beati misericordes* (*Matth.* 5. 3. 8. 7). Si hæc servemus, sub pastore manebimus, et lupus ingredi non poterit. Sed etiamsi irruat, id in perniciem suam faciet. Pastorem enim ita nos amantem habemus, ut animam suam pro nobis tradiderit. Cum ergo et potens sit et diligat, quid impedit quominus salutem consequamur? Nihil, nisi nos ipsi deficiamus. Quomodo deficiemus? Illum audi dicentem : *Non potestis duobus dominis servire, Deo et mamonæ* (*Matth.* 6. 24). Si ergo huic serviamus, illius tyrannidi subjecti non erimus. Nam tyrannide quavis acerbior est pecuniarum concupiscentia. Nullam habet voluptatem, sed sollicitudines, invidiam, insidias, odium, sycophantias, et mille virtutis impedimenta, desidiam, lasciviam, avaritiam, ebrietatem, quæ liberos in servitutem redigunt, et servis deteriores constituunt : servos, inquam, reddunt, non hominum, sed gravissimi omnium animi morborum. Hic multa audet quæ nec Deo nec hominibus placent, metuens ne quis se ab hac servitute liberet. O acerbam servitutem, et diabolicam potestatem! Hæc quippe est omnium gravissima, quod tot detenti malis delectemur, et catenas amplectamur, et quod tenebrosum carcerem habitantes, lucem fugiamus, sed nos malis constringamus, et in morbo oblectemur. Quare nec liberari possumus, et pejore quam qui metalla fodiunt conditione sumus, dum labore et miseria obruti, nullum inde fructum percipimus. Quodque omnium deterrimum est, si quis nos ab acerba hujusmodi captivitate eruere velit, id non patimur ; imo etiam ægre ferimus et indignamur ; nihil melius affecti quam qui insania capti sunt, imo longe miserabiliores illis, quod nolimus ab insania liberari. Numquid ea de causa in mundum venisti, o homo? an ideo homo factus es, ut hæc metalla operareris et aurum colligeres? Non ideo certe ad imaginem suam te formavit ; sed ut ipsi placeres, ut futura consequereris, ut cum angelis choreas ageres[1]. Cur te ab hac nobilitate ejicis, et in extremam conjicis ignobilitatem et infamiam? Qui eodem quo tu partu natus est, partu dico spirituali, fame tabescit : tu copia rerum dirumperis. Frater nudum

[1] Hæc, *ut cum angelis choreas ageres*, deerant in Morel

corpus circumfert : tu vestes vestibus addis, tineis hunc amictum apparans. Quanto melius esset pauperum corpora his obtegere? Ita enim illa non consumerentur, te cura omni liberarent, et futuram tibi parerent vitam. Si nolis ea a tineis consumi, da pauperibus : illi namque hæc vestimenta probe sciunt excutere. Christi namque corpus qualibet arca pretiosius et tutius est ; neque tantum ea custodit incorrupta, sed etiam splendidiora reddit. Arca sæpe cum vestibus abrepta extremo te affecit damno: hanc vero custodiam ne mors quidem potest labefactare. Neque enim portis aut vectibus hic nobis est opus, non servis vigilantibus, nec alia quavis cautione. Ab insidiis profsus libera sunt, ut par est, quæ in cœlis sunt recondita. Locus enim ille a nequitia nulla adiri potest. Hæc nos dicendi finem non facimus, vosque audientes non obtemperatis. Cujus rei causa est, quod pusilli simus animi, et terrenis inhiemus. Imo absit ut omnes vos damnem, ac si omnes incurabiliter ægrotetis. Etiamsi enim ii qui divitiis inebriantur, obstruant aures ne audiant ; at ii qui in paupertate vitam agunt, dictis attendere poterunt. Et quid hæc ad pauperes, inquies, qui nec aurum, nec vestimenta hujusmodi habent? Verum illi panem habent et aquam frigidam ; habent duos obolos et pedes, queis ægros invisant ; habent linguam et sermonem, ut consolentur male affectum ; habent domum et tectum, quo recipiant hospitem. Neque enim tot et tot talenta auri a pauperibus, sed a divitibus exigimus. Quod si ad pauperis ostium venerit Dominus, non pudebit eum vel obolum accipere ; sed se plura accepisse dicet, quam ab iis qui multa deposuerunt. Quot nunc homines illo tempore fuisse optarent, quo Christus in carne terram obibat, ut colloquii et mensæ cum eo consortes essent ! Ecce jam licet, possumus illum ad prandium vocare, cum ipso convivari, et cum majori lucro. Eorum enim qui cum illo convivabantur multi perierunt, ut Judas et hujusmodi homines ; quicumque vero illum jam dominum vocabunt, ut mensæ et tecti consortem efficiant, benedictione magna fruentur. *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, possidete præparatum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare : sitivi, et dedistis mihi bibere : hospes eram, et suscepistis me : infirmus, et visitastis me : in carcere eram, et venistis ad me* (*Matth.* 25. 34-36). Ut ergo hæc audiamus verba, nudum vestiamus, colligamus hospitem, nutriamus esurientem, sitienti potum demus, ægrum et carcere detentum invisamus, ut fiduciam et veniam peccatorum accipiamus, et illa bona quæ omnem sermonem et mentem superant consequamur: quæ utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LX.

CAP. 10. v. 14. *Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ.* 15. *Sicut novit me Pater, et ego cognosco Patrem, et animam meam pono pro ovibus meis.*

1. *Pastor Ecclesiæ fortis esse debet. Pastores mali qui.* — Magnum quidpiam, magnum certe est Ecclesiæ præfectura, quæ multa egeat philosophia et fortitudine, ac quanta Christus dixit, ita ut animam ponat pro ovibus, numquam illas deserat, et contra lupum stet fortiter. In hoc differt pastor a mercenario. Hic enim contemptis ovibus propriæ saluti semper advigilat : ille vero, sua demissa, salutem curat ovium. Post data ergo pastoris indicia, duos gregi perniciosos memorat : furem mactantem et rapientem oves ; et alterum qui non ipse perdit, sed furem non arcet nec impedit. Per illum autem Theudam significat, per hunc Judæorum doctores traducit, qui de commissis sibi ovibus nullam habebant curam ; qua de re jam olim Ezechiel illos incusabat his verbis : *Væ pastoribus Israel! Nonne pastores pascebant semetipsos? nonne oves pascuntur a pastoribus* (*Ezech.* 34. 2)? Sed illi contrarium faciebant, quod malitiæ maximæ genus est, aliorumque causa malorum. Ideo namque dicit : Neque errantes oves reducebant, neque quod perierat quærebant (*Ibid. v.* 4), neque quod contritum erat alligabant, neque quod infirmum curabant, quia seipsos, non oves, pascebant. Idipsum Paulus alio verbo significabat : *Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi* (*Philip.* 2. 21) ; et rursum, *Nemo quæ sua sunt quærat, sed proximi unusquisque* (I. *Cor.* 10. 24). Ab utroque genere se Christus segregat : ab illis qui ad perniciem veniunt, cum ait, *Ideo veni ut vitam habeant, et abundantius habeant* ; ab his vero qui nihil curant, si oves a lupis rapiantur ; cum illas non relinquit, sed animam suam ponit ne illæ pereant. Cum enim consultarent illum occidere, neque a doctrina destitit, neque credentes prodidit ; sed stetit, et mortem subiit. Ideo ubique dicebat, *Ego sum pastor bonus.* Deinde cum nullum adesse videretur rei testimonium (nam illud, *Animam meam pono*, brevi postea accidit ; illud vero, *ut vitam habeant, et abundantius habeant*, post suum ex hac vita discessum futurum erat), quid facit? Alterum ab altero confirmat ; nempe ex eo quod det animam, quod det etiam vitam. Quod et Paulus dicebat : *Si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus : multo magis reconciliati salvi erimus* (*Rom.* 5. 10). Et rursum alibi : *Qui etiam Filio suo non pepercit,* (*a*) [*sed pro nobis omnibus tradidit illum,*] *quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit* (*Rom.* 8. 32)? Sed cur non jam accusant illum ut prius, dicentes : *Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum* (*Joan.* 8. 13)? Quia sæpe illos silere coegerat ; et a signis major accesserat fiducia, ut illis obsisteret. Deinde quia superius dixerat : *Et oves vocem ejus audiunt, et sequuntur eum* ; ne quis diceret, Quid ad nos

(*a*) Uncinis clausa desunt in quibusdam Mss.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σε κατ' εἰκόνα· ἀλλ' ἵνα αὐτῷ ἀρέσῃς, ἵνα τῶν μελλόντων ἐπιτύχῃς, ἵνα μετ' ἀγγέλων χορεύσῃς [a]. Τί τοίνυν ἐκβάλλεις σεαυτὸν τῆς τοιαύτης συγγενείας, καὶ πρὸς τὴν ἰσχάτην ἀτιμίαν καὶ δυσγένειαν ἐξωθεῖς; Ὁ τὰς αὐτὰς σοὶ λύσας ὠδῖνας, ὠδῖνας δὲ λέγωτὰς πνευματικάς, λιμῷ διαφθείρεται· σὺ δὲ ὑπὸ πλησμονῆς διαῤῥήγνυσαι. Ὁ ἀδελφὸς γυμνὸς τὸ σῶμα περιάγει, σὺ δὲ καὶ τοῖς ἱματίοις ἱμάτια κατασκευάζεις, ἐπιτειχίζων τοῖς σκώληξι τὴν τοιαύτην περιβολήν. Καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν τὰ σώματα περιβάλλειν τὰ τῶν πενήτων! Οὕτω γὰρ καὶ ἀνάλωτα ἔμενε [b], καὶ φροντίδος ἁπάσης ἀπήλλαττε, καὶ τὴν μέλλουσάν σοι ζωὴν ἐκόμιζεν. Εἰ γὰρ μὴ βούλει ταῦτα γενέσθαι σητόβρωτα, δὸς τοῖς πτωχοῖς· ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν οἱ τὰ ἱμάτια ταῦτα εἰδότες τινάσσειν καλῶς. Καὶ γὰρ τοῦ κιβωτίου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τιμιώτερόν τε καὶ ἀσφαλέστερον. Οὐδὲ γὰρ μόνον φυλάσσει τὰ ἱμάτια, οὐδὲ ἀνάλωτα διατηρεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ λαμπρότερα ἐργάζεται. Τὸ κιβώτιον πολλάκις μετὰ τῶν ἱματίων ληφθὲν ἐσχάτῃ σε περιέβαλε ζημίᾳ· ταύτην δὲ οὐδὲ θάνατος λυμήνασθαι δύναται τὴν φυλακήν. Οὐδὲ γὰρ θυρῶν ἐνταῦθα ἡμῖν δεῖ καὶ μοχλῶν· οὐκ οἰκετῶν ἀγρυπνούντων, οὐκ ἄλλης τινὸς τοιαύτης ἀσφαλείας. Καὶ γὰρ πάσης ἐπιβουλῆς ἀπήλλακται, καὶ ἀπόκειται φυλαττόμενα· ὥσπερ εἰκὸς, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς κείμενα. Πάσῃ γὰρ κακίᾳ ἐκεῖνος ὁ τόπος ἄβατος. Ταῦτα οὔτε ἡμεῖς ἀεὶ λέγοντες διαλιμπάνομεν, οὔτε ὑμεῖς ἀκούοντες πείθεσθε. Τὸ δὲ αἴτιον, ψυχῆς ἐσμεν εὐτελοῦς, καὶ πρὸς τὴν γῆν κεχηνυίας, καὶ χαμαὶ συρομένης. Μᾶλλον δὲ μὴ γένοιτο πάντων ὑμῶν καταγνῶναι κακίαν, ὡς πάντας ἀνίατα νοσεῖν. Εἰ γὰρ καὶ οἱ τῷ πλούτῳ μεθύοντες, ἐμφράττουσι τὴν ἀκοὴν πρὸς τὰ λεγόμενα, ἀλλ' οἱ πενίᾳ συζῶντες δυνήσονται διαβλέψαι πρὸς τὰ λεγόμενα. Καὶ τί ταῦτα πρὸς τοὺς πένητας, φησίν; οὐ γὰρ χρυσὸς αὐτοῖς ἐστιν, οὐδὲ ἱμάτια τοσαῦτα, φησίν. Ἀλλὰ ἄρτος ἐστὶν αὐτοῖς καὶ ὕδωρ ψυχρόν· ἀλλ' ὀβολοὶ δύο, καὶ πόδες, ὥστε ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀῤῥωστοῦντας· ἀλλὰ γλῶσσα καὶ λόγος, ὥστε παρακαλέσαι τὸν βεβλημένον· ἀλλ' οἰκία καὶ στέγη, ὥστε ὁμοδίαιτον ποιῆσαι τὸν ξένον. Οὐ γὰρ δὴ τάλαντα χρυσοῦ τόσα καὶ τόσα ἀπαιτοῦμεν παρὰ τῶν πενήτων· ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρὰ τῶν πλουτούντων. Εἰ δέ τις πένης εἴη, καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ἄλλων ἔρχεται θύρας, οὐδὲ ὀβολὸν λαβεῖν ὁ Δεσπότης ἡμῶν ἐπαισχύνεται· ἀλλὰ καὶ μείζονα [351] ἐρεῖ τῶν πολλὰ βεβληκότων εἰληφέναι παρ' αὐτοῦ. Πόσοι τῶν νῦν ἑστηκότων ἠξιώθησαν κατ' ἐκεῖνον γενέσθαι τὸν καιρὸν, καθ' ὃν μετὰ σαρκὸς ὁ Χριστὸς περιεπόλει τὴν γῆν, ὥστε καὶ ὁμοδίαιτοι αὐτῷ γενέσθαι, καὶ σύσσιτοι; Ἰδοὺ νῦν ἔξεστι τοῦτο γενέσθαι, καὶ καλεῖν αὐτὸν μᾶλλον ἐπὶ ἄριστον καὶ ἑστιαθῆναι μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ μείζονι κέρδει. Τῶν μὲν γὰρ τότε αὐτῷ συνεστιαθέντων πολλοὶ καὶ ἀπώλοντο, οἷος καὶ ὁ Ἰούδας ἦν, καὶ ἕτεροι δὲ τοιοῦτοι· τῶν δὲ καλούντων αὐτὸν ἕκαστος νῦν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ μεταδιδόντων αὐτῷ τραπέζης καὶ στέγης, εὐλογίας ἀπολαύσεται μεγάλης. *Δεῦτε* γάρ, φησὶν, *οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Ἐπείνασα* γὰρ [c], *καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με.* Ἵν' οὖν τούτων ἀκούσωμεν τῶν ῥημάτων, ἐνδύσωμεν τὸν γυμνὸν, συναγάγωμεν τὸν ξένον, θρέψωμεν τὸν πεινῶντα, ποτίσωμεν τὸν διψῶντα, ἐπισκεψώμεθα τὸν ἀῤῥωστοῦντα, ἴδωμεν τὸν ἐν φυλακῇ, ἵνα παῤῥησίας ἀπολαύσωμεν, καὶ ἁμαρτημάτων συγχώρησιν λάβωμεν, καὶ τῶν ἀγαθῶν μετάσχωμεν ἐκείνων, τῶν καὶ λόγον ὑπερβαινόντων καὶ νοῦν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Ἵνα μετ' ἀγγέλων χορεύσῃς deest in Morel. [b] Aretinus male, *quæ si hoc pacto consumerentur.* [c] Γάρ deest in quibusdam mss.

ΟΜΙΛΙΑ Ξ'.

Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.

α'. Μέγα, ἀγαπητοὶ [a], μέγα Ἐκκλησίας προστασία, καὶ πολλῆς δεόμενον φιλοσοφίας, καὶ ἀνδρείας τοσαύτης, ὅσης ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὥστε τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων θεῖναι, ὥστε μηδέποτε ἐγκαταλιπεῖν αὐτὰ ἔρημα καὶ γυμνὰ, ὥστε πρὸς τὸν λύκον ἱστασθαι γενναίως. Τούτῳ γὰρ ὁ ποιμὴν τοῦ μισθωτοῦ διέστηκεν. Ὁ μὲν γὰρ τὴν ἰδίαν σωτηρίαν πανταχοῦ σκοπεῖ, τῶν προβάτων ἀμελῶν· οὗτος δὲ πανταχοῦ τὴν τῶν προβάτων ἐπιζητεῖ, τὴν ἑαυτοῦ παρατρέχων. Εἰπὼν τοίνυν τοῦ ποιμένος τὰ δείγματα, δύο τίθησι τοὺς λυμεῶνας· ἕνα τὸν κλέπτην τὸν θύοντα καὶ ἁρπάζοντα· ἕτερον δὲ τὸν τούτων μὲν οὐδὲν ποιοῦντα, γινομένων δὲ τούτων οὐκ ἐπιστρεφόμενον, οὐδὲ κωλύοντα· δι' ἐκείνων μὲν τοὺς περὶ Θευδᾶν αἰνιττόμενος, διὰ τούτων δὲ τοὺς Ἰουδαίων διδασκάλους ἐκπομπεύων, οὐ κηδομένους οὐδὲ φροντίζοντας τῶν ἐμπεπιστευμένων αὐτοῖς προβάτων. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ ἄνωθεν ἐγκαλῶν αὐτοῖς ἔλεγεν· *Οὐαὶ οἱ ποιμένες* [b] *Ἰσραὴλ· μὴ βόσκουσιν* [352] *ἑαυτοὺς οἱ ποιμένες; οὐχὶ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες;* Ἀλλ' ἐκεῖνοι τοὐναντίον ἐποίουν, ὅπερ μέγιστόν ἐστιν εἶδος κακίας, καὶ τῶν ἄλλων αἴτιον πάντων. Διὰ τοῦτο γάρ φησιν· οὔτε τὸ πεπλανημένον ἐπέστρεφον, οὐδὲ τὸ ἀπολωλὸς ἐζήτουν, οὐδὲ τὸ συντετριμμένον ἐδέσμουν, οὐδὲ τὸ ἀῤῥωστοῦν ἐθεράπευον, ἐπειδὴ ἑαυτοὺς, καὶ οὐ τὰ πρόβατα, ἔβοσκον. Ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος ἑτέρῳ ῥήματι πάλιν ἐδήλου λέγων· *Οἱ γὰρ πάντες τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Χριστοῦ Ἰησοῦ·* καὶ πάλιν, *Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον ἕκαστος.* Ἀλλ' ἀμφοτέρων ἑαυτὸν διίστησιν ὁ Χριστός· ἐκείνων μὲν τῶν ἐπὶ λύμῃ παραγενομένων, τῷ εἰπεῖν, *Διὰ τοῦτο ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι·* τούτων δὲ τῶν περιορώντων ὑπὸ τῶν λύκων ἁρπαζόμενα τὰ πρόβατα, τῷ μὴ καταλιπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ αὐτῶν, ὥστε μὴ τὰ πρόβατα ἀποθανεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸν ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν, οὔτε τῆς διδασκαλίας μετέθετο, οὔτε τοὺς πιστεύοντας προὔδωκεν, ἀλλ' ἔστη, καὶ εἵλετο ἀποθανεῖν. Διὰ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω ἔλεγεν· *Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.* Εἶτα ἐπειδὴ ἁμάρτυρα ἐδόκει τὰ λεγόμενα εἶναι (τὸ μὲν γὰρ, *Τὴν ψυχήν μου τίθημι*, οὐ μετὰ πολὺ τὴν ἀπόδειξιν ἔλαβε· τὸ δὲ, *Ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσι*, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐμελλεν ἀποδημίαν συμβήσεσθαι, κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα), τί ποιεῖ; Θάτερον ἀπὸ θατέρου

[a] Hic desinit cod. 706 (olim 1949), succeditque cod 709 (olim 2535), homilias in Joannem continens a 30 ad 84. [b] Savil. οὐαὶ ὦ ποιμένες. Sed οὐαὶ deest in edit. Morelli inque codd. 705, 709 et in edit. Romana τῶν Ο', ubi illud ὦ pro אוי Hebraice legitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πιστοῦται, ἀπὸ τοῦ δοῦναι τὴν ψυχὴν, ὅτι καὶ τὴν ζωὴν δίδωσιν. Ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι *Εἰ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα.* Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ· *Ὃς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν* [a], *πῶς οὐχὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίεται;* Ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ νῦν, ἃ καὶ πρότερον, λέγοντες· *Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής;* Ὅτι πολλάκις ἐπεστόμισεν αὐτοὺς, καὶ πλείων ἡ παῤῥησία πρὸς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν σημείων ἐγένετο. Εἶτα, ἐπειδὴ εἶπεν ἀνωτέρω, *Καὶ τὰ ῥήματα τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούει, καὶ ἀκολουθεῖ αὐτῷ,* ἵνα μή τις εἴπῃ· *Τί οὖν πρὸς τοὺς μὴ πιστεύσαντας;* ἄκουσον τί ἐπήγαγε· *Καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαί ὑπὸ τῶν ἐμῶν.* Ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν, ἔλεγεν· *Οὐκ ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ ὃν προέγνω·* καὶ ὁ Μωϋσῆς, *Ἐγὼ Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ·* ἐκείνους λέγω, φησὶν, οὓς προέγνων. Εἶτα, ἵνα μὴ τῆς γνώσεως ἴσον τὸ μέτρον νομίσῃς, ἄκουσον πῶς διορθοῦται αὐτὸ τῇ ἐπαγωγῇ· *Γινώσκω τὰ ἐμὰ,* φησὶ, *καὶ γινώσκομαί ὑπὸ τῶν ἐμῶν.* Ἀλλ' οὐκ ἴση ἡ γνῶσις· ἀλλὰ ποῦ ἴση; Ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐμοῦ. Ἐκεῖ γὰρ, *Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.* Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἐβούλετο κατασκευάσαι, τίνος ἕνεκεν αὐτὸ ἐπήγαγεν; Ἐπειδὴ γὰρ πολλαχοῦ ἑαυτὸν τίθησιν ἐν τάξει τῶν πολλῶν, ἵνα μή τις νομίσῃ ὅτι ὡς ἄνθρωπος οὕτως ἐγίνωσκεν, ἐπήγαγε· *Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.* Οὕτως ἀκριβῶς αὐτὸν [353] ἐπίσταμαι, ὡς αὐτὸς ἐμέ. Διὰ τοῦτο καὶ ἔλεγεν· *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς,* κεχωρισμένην τινὰ γνῶσιν λέγων, καὶ τοιαύτην, οἵαν οὐδεὶς ἕτερος δύναται σχεῖν. *Ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου.* Συνεχῶς τοῦτο λέγει, δηλῶν ὅτι οὐκ ἔστι πλάνος. Ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὅτε αὐτὸν [b] ἐβούλετο δεῖξαι γνήσιον ὄντα διδάσκαλον, καὶ πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους ἀντιπαρεξήγαγε τὸν λόγον, ἀπὸ τῶν κινδύνων καὶ τῶν θανάτων ἑαυτὸν συνίστησι λέγων· *Ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις.* Τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ὅτι *Φῶς εἰμι,* καὶ, *Ζωή εἰμι,* ἐδόκει εἶναι τύφου παρὰ τοῖς ἀνοήτοις· τὸ δὲ λέγειν, Ἀποθανεῖν βούλομαι, οὐδεμίαν βασκανίαν εἶχεν, οὐδὲ φθόνον. Διὰ τοῦτο οὐδὲ λέγουσιν αὐτῷ· *Σὺ μαρτυρεῖς περὶ σεαυτοῦ· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.* Πολλὴν γὰρ ἐδείκνυ τὸ ῥῆμα κηδεμονίαν, εἴ γε ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐβούλετο ἑαυτὸν ἐκδοῦναι.

β'. Διὰ τοῦτο καὶ εὐκαίρως τὸν περὶ τῶν ἐθνῶν εἰσάγει λόγον. *Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω,* φησὶν, *ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν.* Ἰδοὺ πάλιν τὸ, *Δεῖ,* ῥῆμα κείμενον, οὐκ ἀνάγκης ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ πάντως ἐσομένου δηλωτικόν· ὡσανεὶ ἔλεγε· Τί θαυμάζετε, εἰ οὗτοί μοι μέλλουσιν ἕπεσθαι, καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς μου ἀκούειν; Ὅταν γὰρ καὶ ἄλλα ἴδητέ μοι ἀκολουθοῦντα, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούοντα, τότε ἐκπλαγήσεσθε μειζόνως. Εἰ δὲ λέγει, *Ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης,* μὴ θορυβηθῇς. Ἡ γὰρ διαφορὰ περὶ τὸν νόμον μόνον, καθάπερ καὶ ὁ Παῦλός φησιν· *Οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία. Κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν.* Δείκνυσιν ἀμφοτέρους ἐσκορπισμένους καὶ μεμιγμένους καὶ ποιμένας οὐκ ἔχοντας, κἀκείνους καὶ τούτους, οὕπω τοῦ καλοῦ παραγενομένου ποιμένος. Εἶτα καὶ τὴν μέλλουσαν αὐτῶν προαναφωνεῖ συνάφειαν, ὅτι *Ἔσονται μία ποίμνη.* Ὅπερ καὶ αὐτὸ πάλιν [c] ὁ Παῦλος ἐδήλωσεν εἰπών· *Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτό με ἀγαπᾷ ὁ Πατὴρ, ὅτι ἐγὼ τὴν ψυχήν μου τίθημι, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν.* Καὶ τί τοῦ ῥήματος τούτου ταπεινότερον γένοιτ' ἄν, εἴ γε δι' ἡμᾶς ὁ Δεσπότης ἀγαπᾶσθαι μέλλει ὁ ἡμέτερος, ἐπειδὴ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθνήσκει; Τί οὖν, εἰπέ μοι; τὸν ἔμπροσθεν χρόνον οὐκ ἠγαπᾶτο, ἀλλὰ νῦν τῆς ἀγάπης ἤρξατο ὁ Πατὴρ, καὶ ἡμεῖς γεγόναμεν τῆς ἀγάπης αὐτῷ αἴτιοι; Ὁρᾷς πῶς κέχρηται τῇ συγκαταβάσει; Τί οὖν ἐνταῦθα κατασκευάσαι βούλεται; Ἐπειδὴ ἀλλότριον αὐτὸν ἔλεγον τοῦ Πατρὸς καὶ πλάνον, καὶ ἐπὶ λύμῃ ἥκειν αὐτὸν καὶ ἀπωλείᾳ, λέγει· Καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, τοῦτο γοῦν με ἔπειθεν ἀγαπᾷν ὑμᾶς, τὸ οὕτω ὑμᾶς ἀγαπᾶσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐμέ· καὶ διὰ τοῦτο ἀγαπᾶσθαι παρ' αὐτοῦ, ἐπειδὴ ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθνήσκω. Καὶ μετὰ τούτου δὲ καὶ ἐκεῖνο κατασκευάσαι βούλεται, ὅτι τε οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἔρχεται (εἰ γὰρ ἄκων, πῶς ἀγάπης ἦν ποιητικὸν τὸ γινόμενον;), καὶ ὅτι καὶ τῷ Πατρὶ μεθ' ὑπερβολῆς τοῦτο δοκεῖ. Εἰ δὲ ὡς ἄνθρωπος τοῦτο διαλέγεται [d], μὴ θαυμάσῃς· πολλάκις γὰρ τὴν ὑπὲρ τούτων εἰρήκαμεν αἰτίαν, καὶ πάλιν τὰ αὐτὰ λέγειν περιττὸν καὶ ἐπαχθές. *Ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν* [354] *λάβω αὐτήν· καὶ οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ. Ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀπ' ἐμαυτοῦ. Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.* Ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις ἐβουλεύοντο αὐτὸν ἀνελεῖν, λέγει, ὅτι Μὴ βουλομένου ἐμοῦ, ἀνόνητος ὑμῖν ἐστιν ὁ πόνος· καὶ ἐκ τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον κατασκευάζει, ἀπὸ τοῦ θανάτου τὴν ἀνάστασιν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον. Καὶ γὰρ ἀμφότερα καινῶς γέγονε, καὶ ὑπὲρ τὴν κοινὴν συνήθειαν.

Προσέχωμεν δὲ μετὰ ἀκριβείας τῷ λεγομένῳ· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι,* φησὶ, *τὴν ψυχήν μου.* Καὶ τίς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν θεῖναι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ; Ἑκάστῳ γὰρ βουλομένῳ δυνατὸν ἑαυτὸν ἀνελεῖν. Ἀλλ' οὐχ οὕτω φησίν· ἀλλὰ πῶς; Οὕτως ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι, ὡς μηδένα δυνηθῆναι ἄκοντος ἐμοῦ τοῦτο ποιῆσαι· ὅπερ ἐπὶ ἀνθρώπων οὐκ ἔνι. Ἡμεῖς γὰρ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἄλλως θεῖναι, ἀλλ' ἀναιροῦντες ἑαυτούς. Εἰ δὲ ἐμπίπτοιμεν εἰς ἐπιβουλεύοντάς τινας καὶ κυρίους ἀνελεῖν, οὐκ ἔτι ἔχομεν ἐξουσίαν τοῦ θεῖναι καὶ μή, ἀλλὰ καὶ ἀκόντων ἡμῶν ἐκεῖνοι αὐτὴν ἀναιροῦσιν. Ἐπ' αὐτοῦ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἐπιβουλευόντων κύριος ἦν αὐτὸς μὴ θεῖναι αὐτήν. Εἰπὼν οὖν, ὅτι *Οὐδεὶς αὐτὴν αἴρει ἀπ' ἐμοῦ,* τότε ἐπήγαγεν· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου·* τουτέστιν, Ἐγὼ μόνος εἰμὶ κύριος τοῦ θεῖναι αὐτήν· ὅπερ ἐφ' ὑμῶν οὐκ ἔστι. Καὶ γὰρ καὶ ἄλλοι πολλοὶ κύριοί εἰσι τοῦ λαβεῖν αὐτὴν ἀφ' ἡμῶν. Ἀλλὰ τοῦτο παρὰ τὴν ἀρχὴν οὐκ εἶπεν· οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν ὁ λόγος ἀξιόπιστος εἶναι· ἀλλ' ὅτε τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἔλαβε μαρτυρίαν, καὶ πολλάκις ἐπιβουλεύσαντες οὐκ ἴσχυσαν αὐτὸν κατασκεῖν (καὶ γὰρ ἐξῆλθεν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν μυριάκις)· τότε λοιπόν φησιν, *Οὐδεὶς αὐτὴν αἴρει ἀπ' ἐμοῦ.* Εἰ δὲ τοῦτο ἀληθὲς, κἀκεῖνο ἕπεται, τὸ ἑκόντα ἐπὶ τοῦτο ἔρχεσθαι. Τούτου δὲ ὄντος ἀληθοῦς, κἀκεῖνο συνέστηκε, τὸ ἡνίκα ἂν βουληθῇ λαβεῖν αὐτὴν, δυνηθῆναι πάλιν. Εἰ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν μεῖζον ἦ κατὰ ἄνθρωπον ἦν, μηδὲ περὶ ἐκείνου λοιπὸν ἀμφίβαλλε. Τὸ γὰρ αὐτὸν μόνον εἶναι κύριον τοῦ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι, δείκνυσι καὶ τοῦ λαβεῖν αὐτὴν κύριον ὄντα ἀπὸ τῆς αὐτῆς

[a] Hæc ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν π. π. αὐτόν, desunt in quibusdam mss. [b] Savil. putat legendum ἑαυτόν. [c] Alii καὶ αὐτὸς πάλιν. [d] Quidam ἄνθρωπος ταῦτα διαλ

Digitized by Google Bibliothèque nationale de France ABK/FR

credentes? audi quid addat : *Et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ.* Quod et Paulus significavit : *Non repulit Deus populum suum quem præcognovit* (*Rom.* 11. 1); et Moyses : *Cognovit Dominus qui sunt ejus* (2. *Tim.* 2. 19) : illos dico, inquit, quos præscivi. Deinde ne parem cognitionis modum putares, audi quomodo illud per sequentia corrigat. *Cognosco meas*, inquit, *et cognoscunt me meæ.* Sed non æqualis est cognitio : sed ubi æqualis est? In Patre et in me : nam *Sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem.* Nisi enim hoc probare voluisset, cur id addidisset? Quia enim se frequenter in cæterorum ordine ponit, ne quis putaret se ita cognoscere Patrem ut homo cognoscit, subdidit : *Sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem.* Ita perfecte ipsum cognosco, ut ipse me. Ideo dicebat, *Nemo cognoscit Filium, nisi Pater, et Patrem, nisi Filius* (*Luc.* 10. 22), peculiarem quamdam cognitionem indicans, et qualem nemo alius potest attingere. *Ego pono animam meam.* Id frequenter dicit, se non deceptorem esse declarans. Quandoquidem apostolus ut se verum magistrum ostenderet, seque falsis apostolis opponeret, ex periculis et mortibus sese commendat dicens : *In plagis supra modum, in mortibus frequenter* (2. *Cor.* 11. 23). Cum enim diceret, *Sum lux, Sum vita,* ex fastu loqui apud insipientes videbatur; cum vero dicebat, Mori volo, nullam sibi invidiam pariebat. Ideo hic non dicunt ei, *Tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum verum non est.* Hoc verbo magnam exhibebat curam, siquidem pro lapidantibus volebat se tradere.

2. Propterea de gentibus opportune sermonem inducit. 16. *Etenim alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili : et illas oportet me adducere.* En rursus vocem *Oportet* adhibet, quæ non necessitatem indicat, sed rem prorsus esse futuram; ac si diceret : Quid miramini, si hi me sequuturi sunt, et si oves vocem meam sint audituræ? Cum enim alias me sequentes videbitis, et vocem meam audientes, tunc magis obstupescetis. Etsi vero dicat, *Quæ non sunt ex hoc ovili*, ne turberis. Differentia enim in lege solum est, ut ait Paulus : *Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium. Et illas oportet me adducere* (1. *Cor.* 7. 19). Declarat utrosque dispersos et commixtos esse, sine pastoribus, cum nondum pastor ille bonus venisset. Deinde futuram illorum conjunctionem prænuntiat : *Et erit unum ovile.* Quod ipsum Paulus significavit : *Ut duos condat in semetipso in unum novum hominem* (*Ephes.* 2. 15). 17. *Propterea me diligit Pater, quia ego animam meam pono, ut iterum accipiam eam.* Ecquid hoc verbo humilius? siquidem propter nos Dominus amandus est, quoniam pro nobis moritur. Quid ergo, dic mihi? an superiori tempore non diligebatur, sed nunc diligere incepit Pater, et nos in causa amoris ipsi fuimus? Viden' quantum nostræ se accommodet infirmitati? Quid hic ergo vult probare? Cum alienum illum a Patre et deceptorem diceret, ipsumque in pestem ac perniciem venisse, dicit ille : Si non aliud, illud saltem me ad vos amandos induxit, quod vos, ut et ego, a Patre amemini, et ideo ab illo amemini, quia ego pro vobis morior. Præterea illud vult demonstrare, se non invitum mortem adire; (nam si invitus moreretur, quomodo id amoris vinculum fuisset)? et quod ea maxime sit Patris voluntas. Si autem ut homo hoc loquatur, ne mireris : sæpe namque hujus rei causam diximus, superfluumque et onerosum esset id repetere. *Ego pono animam meam, ut iterum sumam eam :* 18. *et nemo tollit eam a me. Ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo sumendi eam.* Quia enim sæpe consilium inierant ut illum interficerent, dicit : Me nolente, inutilis labor vester erit; et a priori secundum confirmat, a morte resurrectionem. Hoc enim stupendum admirandumque est. Etenim utrumque novum fuit et præter communem consuetudinem.

Christus quomodo potestatem habet ponendi et resumendi animam. — Dicto igitur diligenter attendamus. *Potestatem habeo*, inquit, *ponendi animam meam.* Ecquis potestatem non habeat ponendi animam suam? Quisque enim potest se interimere. Verum non hoc sensu loquitur. Quomodo ergo? Ita potestatem habeo ponendi eam, ut nemo possit me nolente id facere. Secus autem cæteri homines. Nos enim potestatem non habemus animam ponendi, nisi occidendo nos ipsos. Si autem in insidiatores incidamus, qui occidere possint, non ultra potestatem habemus ponendi, necne; sed invitis nobis illi occidunt. In Christo secus : nam aliis insidiantibus, poterat ille non ponere animam. Cum dixisset ergo, *Nemo tollit eam a me;* addidit, *Potestatem habeo ponendi animam meam;* id est, Ego solus possum ponere illam : quod vobis non competit. Nam multi alii possunt animam nobis abripere. Sed hoc in principio non dixit; neque enim id creditum fuisset, sed cum ex rebus ipsis testimonium accepit, ac sæpe insidiantes non potuerunt eum comprehendere (frequenter enim ex manibus eorum elapsus est), tunc demum ait : *Nemo tollit eam a me.* Si hoc verum est, hinc sequitur eum libenter ad hoc venisse; indeque confirmatur, illum posse cum voluerit eam resumere. Nam si ita mori plus quam humanum est, de reliquo ne dubites. Etenim cum solus sit vitam ponendi dominus, cum eadem potestate illam cum voluerit resumet. Viden' quomodo a priori secundum probet, et a morte resurrectionem indubitatam ostendat? *Hoc præceptum accepi a Patre* (*Joan.* 12. 49). Quodnam? Ut moriar pro mundo. Num exspectavit donec audiret, et tunc acquievit, et an opus habuit discere? Ecquis sanus hoc dixerit? Verum ut supra cum dicit, *Propterea me Pater diligit*, liberam ostendit voluntatem, et contrariam amovit suspicionem : sic et hoc loco cum dicit se præceptum accepisse a Patre, nihil aliud declarat, quam Patri placere quod ipse facit; ne occisum postea illum, a Patre putarent derelictum et proditum, nec exprobrarent, ut revera exprobrarunt : *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere;* et, *Si Filius Dei es, descende de cruce* (*Matth.* 27. 42. *et* 40). Atqui ideo non descendit, quia Filius Dei est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

3. Deinde ne audiens, *Præceptum accepi a Patre*, alienum ab eo hoc opus esse putares, jam prius dixerat, *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus*, his ostendens oves esse suas, et opus gestum totum esse suum, nec se egere præcepto. Nam si præcepto opus habuisset, cur dixisset, *A meipso pono?* Nam qui a seipso ponit, non eget præcepto. Causam quoque addit cur hoc faciat. Quænam illa? Quod pastor sit, et bonus pastor. Bonus vero pastor non eget alio qui ad rem illam se hortetur. Quod si id in hominibus, multo magis in Deo. Ideo Paulus dicebat, *Semetipsum exinanivit* (*Philip.* 2. 7). Nihil ergo aliud hic sibi vult præceptum, quam concordiam cum Patre ostendere. Quod si tamen humano et humili more dictum sit, id auditorum imbecillitati tribuendum. 19. *Dissensio itaque facta est inter Judæos.* 20. *Dicebant alii, Dæmonium habet et insanit. Quid eum auditis?* 21. *Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* Cum enim plus quam humana essent quæ dicebantur, et præter communem consuetudinem, dæmoniacum illum dicebant, jamque quater (*a*) sic illum vocarunt. Nam antea dicebant: *Dæmonium habes: quis te quærit interficere?* ac rursum, *Nonne bene diximus quia Samaritanus es tu, et dæmonium habes?* et hic, *Dæmonium habet et insanit; quid eum auditis* (*Joan.* 7. 20. *et* 8. 48)? Imo non quater, sed sæpius id illum audivisse constat. Nam quod dicunt, *Nonne bene diximus quia dæmonium habes?* non bis vel ter, sed sæpius illud dictum fuisse confirmant. *Alii dicebant*, inquit, *Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?* Quia enim ex verbis non poterant illis silentium imponere, ex operibus id demonstrant. Certe verba non sunt dæmoniaci. Quod si verbis non obtemperatis, opera revereamini (*Joan.* 10. 38). Quod si non dæmoniaci, sed plus quam humana illa sunt, palam est a divina quadam virtute proficisci. Viden' syllogismum? Quod enim supra hominem essent, hinc palam erat quod dicerent, *Dæmonium habet:* quod vero dæmonium non haberet, ex iis quæ fecit demonstravit. Quid ergo Christus? Nihil ad hæc respondit. Prius enim responderat, *Ego dæmonium non habeo;* nunc vero non item. Quia enim ex rebus ipsis demonstrationem concinnaverat, demum tacuit. Neque enim responsione digni erant ii qui dæmoniacum dicebant, ex operibus quæ admirari oportebat, et Deum ipsum esse putare. Ecquid opus erat, ut illos confutaret, cum jam ipsi inter se dissidirent et digladiarentur? Ideo silebat et omnia æquo animo ferebat. Non ea solum de causa, sed ut nos institueret ad mansuetudinem et patientiam.

4. *Discipuli Christi officia.* — Hunc itaque imitemur. Neque solum enim tacuit, sed etiam iterum stat, et interrogatus respondet, et providentiæ suæ signa dat: atque dæmoniacus appellatus et insanus, ab hominibus qui mille ab se beneficiis affecti fuerant, idque non semel aut bis, sed pluries, non modo se non ultus est, sed etiam beneficia conferendi finem non fecit. Ecquid dico beneficia conferendi? Pro ipsis animam ponit, et crucifixus pro ipsis Patrem alloquitur. Hæc et nos imitemur. Hoc enim est Christi esse discipulum, si mansueti simus et mites. Unde autem ad hanc perveniemus mansuetudinem? Si peccata nostra frequenter cogitemus, si lugeamus, si lacrymemur. Anima quippe in dolore hujusmodi versans, non indignatur. Ubi namque luctus est, ibi ira esse nequit; ubi dolor, ibi iracundia eliminatur; ubi contritio animi, nulla ibi indignatio. Luctu affectus animus non spatium temporis habet ut excitetur; sed acerbe ingemiscet, amarius flebit. Scio multos hæc audientes ridere; at ego non finem faciam illos deplorandi qui rident. Luctus enim est præsens tempus, planctus et gemituum. Multa quippe et in verbis et in rebus peccamus. Talia vero perpetrantes excipient gehenna, fluvius ardens igneo alveo, regni cælorum amissio, quod est omnium gravissimum. Post hanc comminationem, dic mihi, rides, in deliciis vivis? ac Domino tuo irato et comminante, in lapsu perstas, nec times ne tibi sic ardentem fornacem compares? Non audis quid quotidie clamet? *Esurientem me vidistis, et non dedistis mihi manducare; sitientem, et non dedistis mihi bibere. Discedite in ignem paratum diabolo et angelis ejus* (*Matth.* 25. 42. *et* 41). Hæc quotidie comminatur. Sed cibum illi dedi, inquies. Quando et quot diebus? decem aut viginti? At non hoc satis habet ille; sed quanto tempore in terra versaris. Nam et virgines oleum habuerunt; sed non quantum ad salutem satis erat. Siquidem et ipsæ lampades accenderunt; exclusæ tamen sunt a thalamo, ac jure quidem: exstinctæ quippe sunt ante sponsi adventum. Propterea multo nobis opus est oleo, et magna liberalitate. Audi quid dicat propheta: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam* (*Psal.* 50. 1). Itaque nos ita proximi oportet misereri, quanta possumus misericordia. Quales enim erga conservos fuerimus, talem experiemur Dominum. Quænam magna est misericordia? Quando non ex superfluis dabimus, sed ex iis quibus egemus. Quod si ne ex superfluis quidem demus, quæ nobis spes supererit? unde a malis liberabimur? quo fugiemus ut salutem consequamur? Si enim virgines post tot sudores nullam prorsus invenere consolationem, quis nobis patrocinabitur cum illa tremenda verba Judicis exprobrantis audiemus: Esurientem non me nutrivistis; et, Quod non fecistis uni ex istis minimis, nec mihi fecistis (*Matth.* 25. 42. 40). Non de discipulis, neque de monachis tantum hæc dicit, sed et de quovis fideli. Nam qui talis est, etsi servus sit, etsi in foro mendicet, si modo credat in Deum, jure omni fruitur benevolentia. Si despiciamus illum nudum aut esurientem, hæc audiemus verba, et merito quidem.

(*a*) Hic notat Boisjus: *Atqui tria tantum loca adducuntur, ut forte legendum sit* ter, *hoc loco et mox.* Verum licet tria loca tantum afferat, post tertium dicit alia superesse. Quare cum *quater* dixisset, post allata tria loca quartum sic expresserit, *sæpeque alias.* Certe *quater* habent omnia exemplaria, et bis hic habetur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐξουσίας. Ὁρᾷς πῶς ἀπὸ τοῦ προτέρου τὸ δεύτερον κατεσκεύασε [a], καὶ ἀπὸ τοῦ θανάτου καὶ τὴν ἀνάστασιν ἔδειξεν ἀναμφισβήτητον; *Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ Πατρός.* Ποίαν δὴ ταύτην; Τὸ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ κόσμου. Ἆρ' οὖν ἀνέμεινεν ἀκοῦσαι πρότερον, καὶ τότε εἵλετο, καὶ ἐδέησεν αὐτὸ μαθεῖν; Καὶ τίς ἂν τοῦτο νοῦν ἔχων εἴποι; Ἀλλ' ὥσπερ ἀνωτέρω εἰπὼν, *Διὰ τοῦτό με ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ*, τὴν ἑκούσιον ἐδήλωσεν ὁρμὴν, καὶ τὴν τῆς ἐναντιότητος ἀνεῖλεν ὑπόνοιαν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἐντολὴν εἰληφέναι παρὰ τοῦ Πατρὸς εἰπὼν, οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνει, ἢ ὅτι Ἐκείνῳ δοκεῖ τοῦτο, ὃ ἐγὼ ποιῶ· ἵν' ὅταν αὐτὸν ἀνέλωσι, μὴ νομίσωσιν ὡς ἐγκαταλελειμμένον καὶ προδιδόμενον ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἀνῃρηκέναι, μηδὲ ὀνειδίσωσιν ἅπερ ὠνείδισαν· *Ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι*· καὶ, *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, καταβήθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*. Καὶ μὴν διὰ τοῦτο οὐ καταβαίνει, ἐπειδὴ Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ.

γ'. [355] Εἶτα ἵνα μὴ ἀκούων, ὅτι *Ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ Πατρὸς*, ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα εἶναι νομίσῃς, προλαβὼν ἔλεγεν· *Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων*· διὰ τούτων δεικνὺς αὐτοῦ ὄντα τὰ πρόβατα, καὶ ὅτι αὐτοῦ τὸ κατόρθωμα ἦν πᾶν τὸ γεγενημένον, καὶ οὐ δεόμενον αὐτὸν ἐντολῆς. Εἰ γὰρ ἐντολῆς ἐδεῖτο, πῶς ἔλεγεν· *Ἀπ' ἐμαυτοῦ τίθημι*; Ὁ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τιθεὶς οὐ δέεται ἐντολῆς. Καὶ τὴν αἰτίαν δὲ τίθησι, δι' ἣν τοῦτο ποιεῖ. Ποία δὲ αὕτη ἐστί; Τὸ ποιμένα αὐτὸν εἶναι, καὶ καλὸν ποιμένα. Ὁ δὲ καλὸς ποιμὴν οὐ δεῖται ἑτέρου τοῦ πρὸς τοῦτο αὐτὸν διαναστήσοντος. Εἰ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων τοῦτο, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, ὅτι *Ἑαυτὸν ἐκένωσεν*. Οὐδὲν οὖν ἄλλο ἡ ἐντολὴ ἐνταῦθα βούλεται κειμένη, ἀλλ' ἢ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ὁμόνοιαν δεῖξαι. Εἰ δὲ οὕτω ταπεινῶς εἴρηται καὶ ἀνθρωπίνως, τῆς τῶν ἀκουόντων ἐστὶν ἀσθενείας ἡ αἰτία. *Σχίσμα οὖν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον, ὅτι δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται. Τί αὐτοῦ ἀκούετε; Οἱ δὲ, ὅτι Τὰ ῥήματα ταῦτα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου. Μὴ δαιμόνιον δύναται ὀφθαλμοὺς τυφλῶν ἀνοῖξαι;* Ἐπειδὴ γὰρ μείζονα ἦ κατὰ ἄνθρωπον τὰ λεγόμενα, καὶ οὐ τῆς κοινῆς συνηθείας, δαιμονῶντα αὐτὸν ἔλεγον, τέταρτον [b] ἤδη τοῦτῳ αὐτὸν προσειπόντες (καὶ γὰρ ἔμπροσθεν ἔλεγον· *Δαιμόνιον ἔχεις, τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι;* καὶ πάλιν· *Οὐ καλῶς ἐλέγομεν, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;* καὶ ἐνταῦθα· *Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε;*)· μᾶλλον δὲ οὐ τέταρτον, ἀλλὰ καὶ πολλάκις αὐτὸν ἀκηκοέναι. Τὸ γὰρ λέγειν, *Οὐ καλῶς ἐλέγομεν ὅτι δαιμόνιον ἔχεις;* οὐ τοῦ δεύτερον καὶ τρίτον, ἀλλὰ τοῦ πολλάκις εἰρηκέναι τοῦτο, σημεῖόν ἐστι. *Οἱ δὲ ἔλεγον* [c], φησὶν· *Ταῦτα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου. Μὴ δαιμόνιον δύναται ὀφθαλμοὺς τυφλῶν ἀνοῖξαι;* Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ ῥημάτων οὐκ ἠδύναντο ἐπιστομίζειν, τὴν ἀπόδειξιν λοιπὸν ἀπὸ τῶν ἔργων ἐποιοῦντο. Μάλιστα μὲν γὰρ οὐδὲ τὰ ῥήματα δαιμονῶντός ἐστιν· εἰ δὲ οὐ πείθεσθε ἀπὸ τῶν ῥημάτων, ἀπὸ τῶν ἔργων δυσωπήθητε. Εἰ δὲ μὴ δαιμονῶντός ἐστι, μείζονα δὲ ἢ κατὰ ἄνθρωπον, εὔδηλον ὅτι θείας τινὸς ταῦτά ἐστι δυνάμεως. Εἶδες συλλογισμόν; Ὅτι γὰρ μείζονα ἦ κατὰ ἄνθρωπον ἦν, δῆλον ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι *Δαιμόνιον ἔχει*· ὅτι δὲ δαιμόνιον οὐκ εἶχεν, ἐδήλωσεν ἀφ' ὧν ἐποίησε. Τί οὖν ὁ Χριστός; Οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀποκρίνεται. Πρότερον μὲν γὰρ ἀπεκρίνατο, *Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω*· νυνὶ δὲ οὐ τοῦτο. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων παρέσχεν ἀπόδειξιν, ἐσίγα λοιπόν. Οὐδὲ γὰρ ἀποκρίσεως ἦσαν ἄξιοι οἱ δαιμονῶντα αὐτὸν καλοῦντες ὑπὲρ τούτων, ὑπὲρ ὧν θαυμάζειν, καὶ Θεὸν ἡγεῖσθαι αὐτὸν ἐχρῆν. Τί δὲ καὶ ἔδει [356] τῶν παρ' αὐτοῦ λοιπὸν ἐλέγχων, αὐτῶν κατ' ἀλλήλων ἱσταμένων καὶ διελεγχόντων ἀλλήλους; Διὰ τοῦτο ἐσίγα καὶ πράως πάντα ἔφερεν. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς παιδεύων ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν πᾶσαν.

δ'. Τοῦτον τοίνυν ζηλώσωμεν. Οὐδὲ γὰρ ἐσίγησε μόνον, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐπέστη, καὶ ἐρωτηθεὶς ἀποκρίνεται, καὶ τὰ τῆς προνοίας αὐτοῦ ἐπιδείκνυται· καὶ δαιμονῶν κληθεὶς καὶ μαινόμενος, παρὰ ἀνθρώπων μυρία εὐηργετημένων, καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, οὐ μόνον οὐκ ἠμύνατο, ἀλλὰ καὶ εὐεργετῶν αὐτοὺς οὐ διέλιπε. Καὶ τί λέγω εὐεργετῶν; Ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκε, καὶ σταυρούμενος ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Πατρὶ διαλέγεται. Ταῦτ' οὖν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα. Τοῦτο γάρ ἐστι Χριστοῦ εἶναι μαθητὴν, τὸ πρᾶον εἶναι καὶ ἐπιεικῆ. Πόθεν δὲ γένοιτ' ἂν ἡμῖν αὕτη ἡ πραότης; Ἂν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν λογιζώμεθα συνεχῶς, ἂν πενθῶμεν, ἂν δακρύωμεν. Οὐδὲ γὰρ ἀνέχεται ψυχὴ τοσαύτη συνοικοῦσα ὀδύνῃ παροξύνεσθαι καὶ ὀργίζεσθαι. Ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ πένθος, ὀργὴν εἶναι ἀμήχανον· ἔνθα λύπη, πᾶσα ἐκπόδων ὀργή· ἔνθα συντριβὴ διανοίας, οὐδεὶς παροξυσμός. Ὑπὸ γὰρ πένθους μαστιζομένη ἡ διάνοια οὐδὲ σχολὴν ἔχει διεγερθῆναι· ἀλλὰ στενάζει [d] πικρὸν, καὶ κλαύσεται πικρότερον. Καὶ οἶδα μὲν, ὅτι πολλοὶ γελῶσι ταῦτα ἀκούοντες· ἀλλ' ἐγὼ τοὺς γελῶντας θρηνῶν οὐ παύσομαι. Πένθους γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς καὶ θρήνων καὶ ὀδυρμῶν. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐν ῥήμασι καὶ ἐν πράγμασιν ἁμαρτάνομεν. Τοὺς δὲ τοιαῦτα πλημμελοῦντας γέεννα ἐκδέχεται, καὶ ποταμὸς ζέων τῷ ῥοθίῳ τοῦ πυρὸς, καὶ βασιλείας ἔκπτωσις, τὸ πάντων χαλεπώτατον. Τούτων οὖν ἠπειλημένων, εἰπέ μοι, γελᾷς σὺ καὶ τρυφᾷς; καὶ τοῦ Δεσπότου σου παροξυνομένου καὶ ἀπειλοῦντος, ἔστηκας ἀναπεπτωκώς; καὶ οὐ δέδοικας μὴ τούτῳ σαυτῷ λαμπρὰν ἀνάψῃς τὴν κάμινον; Οὐκ ἀκούεις τί καθ' ἑκάστην ἡμέραν βοᾷ; *Πεπωρῶτά με εἴδετε, καὶ οὐκ ἐθρέψατε· διψῶντα, καὶ οὐκ ἐποτίσατε. Πορεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*· καὶ ταῦτα ἀπειλεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Ἀλλ' ἔθρεψα, φησὶν, αὐτόν. Πότε καὶ πόσας ἡμέρας; δέκα καὶ εἴκοσι; Ἀλλ' οὐ τοσοῦτον βούλεται χρόνον μόνον, ἀλλ' ὅσον ἐπὶ τῆς γῆς διατρίβεις. Ἐπεὶ καὶ αἱ παρθένοι εἶχον ἔλαιον, ἀλλ' οὐκ ἀρκοῦν πρὸς σωτηρίαν αὐταῖς. Καὶ γὰρ καὶ αὗται ἀνῆψαν τὰς λαμπάδας, ἀλλ' ἀπεκλείσθησαν τοῦ νυμφῶνος· καὶ μάλα εἰκότως. Ἔφθησαν γὰρ σβεσθεῖσαι πρὸ τῆς τοῦ νυμφίου παρουσίας. Διὰ τοῦτο πολλοῦ ἡμῖν δεῖ τοῦ ἐλαίου, καὶ δαψιλοῦς τῆς φιλανθρωπίας. Ἄκουσον γοῦν τί φησιν ὁ προφήτης· *Ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου*. Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς τοὺς πλησίον οὕτως ἐλεεῖν δεῖ, κατὰ τὸ μέγα ἔλεος τὸ παρ' ἡμῖν. Οἷοι γὰρ ἂν γενώμεθα περὶ τοὺς ὁμοδούλους, τοιούτου τευξόμεθα τοῦ Δεσπότου. Ποῖον δὲ ἔλεος μέγα; Ὅταν μὴ ἐκ τοῦ περισσεύματος δῶμεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὑστερήματος. [357] Εἰ δὲ μηδὲ ἐκ τοῦ περισσεύματος, τίς ἡμῖν ἔσται ἐλπίς; πόθεν τῶν κακῶν ἐκείνων ἀπαλλαγή; ποῦ δυνησόμεθα φυγεῖν καὶ σωτηρίαν εὑρεῖν; Εἰ γὰρ αἱ παρθένοι μετὰ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἱδρῶτας οὐδεμίαν οὐδαμόθεν ἔσχον παραμυθίαν· τίς

[a] Morel. et quidam παρεσκεύασε. Savil. et alii κατεσκεύασε. [b] Notat Boisius forte legendum esse τρίτον, hoc loco et mox. Certe τέταρτον habent omnia exemplaria. [c] Alii ἄλλοι δὲ ἔλεγον

[d] Sic Morel. cum codd. 703, 709. Savil. et alii στενάξει.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμῶν προστήσεται, ὅταν ἀκούσωμεν ἐκεῖνα τὰ φοβερὰ ῥήματα αὐτοῦ τοῦ δικάζοντος, λέγοντος καὶ ὀνειδίζοντος ἡμᾶς, ὅτι Πεινῶντά με οὐκ ἐθρέψατε; *Ἐφ' ὅσον γὰρ οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ*, φησὶ, *τῶν ἐλαχίστων τούτων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε*· οὐ περὶ τῶν μαθητῶν λέγων ταῦτα μόνον, οὐδὲ περὶ τῶν ἀνηρημένων τὸν τῶν μοναχῶν βίον, ἀλλὰ περὶ παντὸς ἀνθρώπου πιστοῦ. Ὁ γὰρ τοιοῦτος, κἂν δοῦλος ᾖ, κἂν τῶν ἐν ἀγορᾷ προσαιτούντων, πιστεύῃ δὲ εἰς τὸν Θεὸν, δίκαιον πάσης αὐτὸν ἀπολαύειν εὐνοίας. Κἂν περιίδωμεν τὸν τοιοῦτον γυμνὸν ἢ πεινῶντα, ταῦτα ἀκουσόμεθα τὰ ῥήματα· καὶ μάλα εἰκότως.

Τί γὰρ βαρὺ, ἢ τί ἐπαχθὲς ᾔτησε παρ' ἡμῶν; τί δὲ οὐ τῶν σφόδρα εὐκολωτάτων καὶ ῥᾳστων; Οὐδὲ γὰρ εἶπεν· Ἀσθενῶν ἤμην, καὶ οὐκ ἀνεστήσατέ με· ἀλλ', *Οὐκ ἐπεσκέψασθέ με*. Οὐκ εἶπεν· Ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ οὐκ ἐξεβάλετέ με· ἀλλ', *Οὐκ ἤλθετε πρός με*. Ὅσῳ τοίνυν κοῦφα τὰ ἐπιτάγματα, τοσούτῳ μείζων ἡ κόλασις τοῖς παρακούουσι. Τί γὰρ κουφότερον, εἰπέ μοι, τοῦ βαδίσαι καὶ εἰς δεσμωτήριον εἰσελθεῖν; τί δὲ ἥδιον; Ὅταν γὰρ ἴδῃς τοὺς μὲν δεδεμένους, τοὺς δὲ αὐχμῶντας, τοὺς δὲ κομῶντας, καὶ ῥάκια περικειμένους, τοὺς δὲ ὑπὸ λιμοῦ φθειρομένους, καὶ ὡς κύνας τοῖς ποσὶ προστρέχοντας· ἑτέρους τὰς πλευρὰς διωρυγμένους, ἄλλους ἐκ τῆς ἀγορᾶς νῦν ἐπανιόντας δεδεμένους, καὶ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐπαιτοῦντας, καὶ οὐδὲ τὴν ἀναγκαίαν συλλέγοντας τροφὴν, ἐν ἑσπέρᾳ δὲ παρὰ τῶν ἐφεστώτων τὴν πονηρὰν ἐκείνην καὶ ὠμὴν ἀπαιτουμένους λειτουργίαν· κἂν λίθος τις ᾖς, πάντως ἔσῃ φιλανθρωπότερος· κἂν τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον ζῶν βίον, πάντως ἔσῃ φιλοσοφώτερος, τὰ ἀνθρώπινα πράγματα ἐπὶ ταῖς ἀλλοτρίαις ἐπισκοπῶν συμφοραῖς. Καὶ γὰρ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ἡμέρας ἔννοιαν λήψῃ πάντως, καὶ τῶν ποικίλων κολάσεων. Ταῦτα δὲ στρέφων καὶ λογιζόμενος, καὶ θυμὸν, καὶ ἡδονὴν, καὶ τὸν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἔρωτα ἐκβαλεῖς πάντως, καὶ παντὸς λιμένος γαληνοτάτου γαληνοτέραν ἐργάσῃ τὴν ψυχήν· καὶ περὶ τοῦ δικαστηρίου φιλοσοφήσεις ἐκείνου, ἐννοῶν ὅτι εἰ παρὰ ἀνθρώποις τοσαύτη πρόνοια, καὶ τάξις, καὶ φόβος, καὶ ἀπειλαὶ, πολλῷ μᾶλλον παρὰ Θεῷ. *Οὐ γὰρ ἔστιν ἐξουσία, εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ*. Ὁ τοίνυν τοῖς ἄρχουσι ταῦτα δοὺς διατάσσειν, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς αὐτὰ ἐργάσεται.

ε'. Καὶ γὰρ εἰ μὴ οὗτος ἦν ὁ φόβος, πάντα ἂν ἀπολώλει· ὅπου γε τοσούτων κολάσεων ἐπικειμένων, πολλοὶ οἱ πρὸς τὴν κακίαν αὐτομολοῦντές εἰσι. Ταῦτα [καὶ] φιλοσοφῶν, καὶ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην ἔσῃ προθυμότερος, καὶ πολλὴν καρπώσῃ τὴν ἡδονὴν, καὶ πολλῷ μείζονα τῶν ἀπὸ θεάτρου καταβαινόντων. Οἱ μὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἀναστάντες, φλέγονται ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας καιόμενοι. Ὅταν γὰρ ἴδωσι τὰς ἀνεπτερωμένας [358] ἐκείνας ἐπὶ τῆς σκηνῆς γυναῖκας, καὶ μυρία λάβωσιν ἐκεῖθεν τραύματα, θαλάσσης κυμαινούσης οὐδὲν ἄμεινον διακείσονται, τοῦ τύπου τῶν ὄψεων, τῶν σχημάτων, τῶν ῥημάτων, τῆς βαδίσεως, τῶν ἄλλων πάντων πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένων, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῖς πολιορκούντων. Οἱ δὲ ἐντεῦθεν ἐξελθόντες, οὐδὲν ὑποστήσονται τοιοῦτον, ἀλλὰ πολλὴν καρπώσονται τὴν γαλήνην καὶ τὴν ἀταραξίαν. Ἡ γὰρ κατάνυξις ἡ ἐκ τῆς ὄψεως τῶν ὀδεμένων ἐγγενομένη, ἅπαν ἐκεῖνο σβέννυσι τὸ πῦρ. Κἂν ἀπαντήσῃ γυνὴ πορνευομένη καὶ ἀκόλαστος ἐξελθόντι τῶν δεσμωτῶν, οὐδὲν αὐτὸν ἐργάσεται χαλεπόν. Ὡς γὰρ ἄπλαστος λοιπὸν γενόμενος, οὕτως οὐχ ἁλώσεται τοῖς δικτύοις τῆς ὄψεως ἐκείνης, ἀντὶ τῆς ὄψεως τῆς ἀκολάστου, τοῦ φόβου τῆς κρίσεως πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτῷ τότε κειμένου. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ πᾶν εἶδος τρυφῆς ἐπελθὼν ἔλεγεν· *Ἀγαθὸν πορευθῆναι εἰς οἶκον πένθους, ἢ πορευθῆναι εἰς οἶκον γέλωτος*. Καὶ ἐνταῦθα μὲν τοσαύτην ἐπιδείξει τὴν φιλοσοφίαν, ἐκεῖ δὲ ἀκούσῃ τὰ μυρίων μακαρισμῶν ἄξια ῥήματα. Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν τῆς τοιαύτης πράξεως καὶ πραγματείας. Κἂν γὰρ μὴ δυνηθῶμεν τροφὴν εἰσενεγκεῖν, μηδὲ ἀργύριον βοηθῆσαι δόντες, ἀλλὰ παρακαλέσαι λόγῳ, καὶ τὴν κειμένην ἀναστῆσαι ψυχὴν δυνησόμεθα, καὶ ἕτερα ἐπικουρῆσαι πολλὰ, καὶ τοῖς ἐμβαλοῦσι διαλεγόμενοι, καὶ τοὺς ἐφεστῶτας ἡμερωτέρους ποιοῦντες, καὶ ἢ μικρὸν ἢ μέγα πάντως ἐργασόμεθα κέρδος. Εἰ δὲ λέγεις ὅτι οὐκ εὐδαίμονές εἰσιν ἐκεῖ, οὐδὲ εὔχρηστοι, οὐδὲ ἐπιεικεῖς ἄνδρες, ἀλλ' ἀνδροφόνοι καὶ τυμβωρύχοι, καὶ βαλαντιοτόμοι, καὶ μοιχοὶ, καὶ ἀκόλαστοι, καὶ πολλῶν γέμοντες κακῶν, πάλιν ἀναγκαίαν μοι καὶ ἐντεῦθεν δεικνύεις τῆς ἐκεῖ διατριβῆς τὴν πρόφασιν. Οὐ γὰρ δὴ τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἐλεεῖν, τοὺς δὲ πονηροὺς κολάζειν ἐκελεύσθημεν· ἀλλὰ περὶ πάντας ἐνδείκνυσθαι τὴν φιλανθρωπίαν ταύτην. *Γίνεσθε* γὰρ, φησὶν, *ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους*. Μὴ τοίνυν κατηγόρει τῶν ἀλλοτρίων πικρῶς, μηδὲ ἔσο σφοδρὸς δικαστὴς, ἀλλ' ἥμερος καὶ φιλάνθρωπος. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς, εἰ καὶ μὴ μοιχοὶ, μηδὲ τυμβωρύχοι, μηδὲ βαλαντιοτόμοι γεγόναμεν, ἀλλ' ἔχομεν ἕτερα πλημμελήματα μυρίας ἄξια κολάσεως. Καὶ γὰρ καὶ τὸν ἀδελφὸν μωρὸν ἐκαλέσαμεν πολλάκις, ὅπερ τὴν γέενναν ἡμῖν προξενεῖ· καὶ γυναῖκας ἀκολάστοις εἴδομεν ὀφθαλμοῖς, ὅπερ μοιχείαν ἀπηρτισμένην συνίστησι· καὶ τὸ πάντων χαλεπώτερον, τῶν μυστηρίων οὐ μετέχομεν ἀξίως, ὅπερ ἐνόχους ἡμᾶς ποιεῖ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. Μὴ τοίνυν πικροὶ γενώμεθα τῶν ἄλλων ἐξετασταὶ, ἀλλὰ τὰ ἡμῶν αὐτῶν ἐννοῶμεν, καὶ οὕτω παυσόμεθα τῆς ἀπανθρωπίας ταύτης καὶ τῆς ὠμότητος. Χωρὶς δὲ τούτων κἀκεῖνο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἐπιεικεῖς ἄνδρας πολλοὺς εὑρήσομεν αὐτόθι, καὶ τῆς πόλεως πολλάκις ἀνταξίους πάσης. Ἐπεὶ καὶ τὸ δεσμωτήριον ἐκεῖνο, ἔνθα ὁ Ἰωσὴφ ἦν, πολλοὺς εἶχε πονηρούς· ἀλλ' ὅμως πάντων ἐπεμελεῖτο ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, καὶ ἦν καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων, κρυπτόμενος ὅστις ἦν. Καὶ γὰρ τῆς Αἰγύπτου πάσης ἀντάξιος ἦν, καὶ τὸ δεσμωτήριον [359] ὅμως ᾤκει, καὶ οὐδεὶς ᾔδει τῶν ἔνδον ὄντων. Καὶ νῦν τοίνυν πολλοὺς εἶναι εἰκὸς χρηστοὺς καὶ ἐπιεικεῖς, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν εἶεν κατάδηλοι· καὶ ἡ περὶ τοὺς τοιούτους ἐπιμέλεια, τῆς περὶ πάντας σπουδῆς δίδωσί σοι τὴν ἀμοιβήν. Ἂν δὲ καὶ μηδεὶς ᾖ τοιοῦτος, καὶ ἐνταῦθα πολλὴ ἡ ἀντίδοσις. Ἐπεὶ καὶ ὁ Δεσπότης ὁ σὸς οὐχὶ δικαίοις διελέγετο μόνον, τοὺς δὲ ἀκαθάρτους ἔφευγεν· ἀλλὰ καὶ τὴν Χαναναίαν μετὰ πολλῆς ἐδέξατο τῆς εὐνοίας, καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν τὴν ἐναγῆ καὶ ἀκάθαρτον, καὶ ἑτέραν δὲ πόρνην πάλιν, ὑπὲρ ἧς καὶ ὠνείδιζον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐδέξατο καὶ ἐθεράπευσε, καὶ τοὺς πόδας βρεχομένους ὑπὸ τῶν δακρύων τῆς ἐναγοῦς ἠνείχετο, παιδεύων ἡμᾶς συγκατιέναι τοῖς ἐν ἁμαρτίαις οὖσι. Τοῦτο γὰρ μάλιστα φιλανθρωπία. Τί φῄς; λῄσται καὶ τυμβωρύχοι τὸ δεσμωτήριον οἰκοῦσι; Τὴν δὲ πόλιν, εἰπέ μοι, δίκαιοι πάντες εἰσὶν οἱ κατοικοῦντες; ἀλλ' οὐχὶ πολλοὶ καὶ τούτων χείρους μετὰ πλείονος λῃστεύοντες ἀναισχυντίας; Οἱ μὲν γὰρ εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, τὴν γοῦν ἐρημίαν καὶ τὸ σκότος προβάλλονται, καὶ τὸ λανθάνοντες ταῦτα ποιεῖν· οἱ δὲ τὸ προσωπεῖον ῥίψαντες, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ τὰ κακὰ μετέρχονται, βίαιοι καὶ ἅρπαγες ὄντες καὶ πλεονέκται. Καὶ γὰρ δύσκολον εὑρεῖν ἄνθρωπον ἀδικίας καθαρόν.

ς'. Εἰ δὲ μὴ χρυσίον ἁρπάζομεν, μηδὲ πλέθρα γῆς

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Officia Christiana quam facilia. — Quid enim grave, quid onerosum a nobis exigit, quid non facillimum? Neque enim dixit, Infirmus eram, et non sanastis me; sed, *Non visitastis me.* Non dixit, In carcere eram, et non eduxistis me; sed, *Non venistis ad me.* Quanto igitur faciliora sunt præcepta, tanto majus supplicium non servantibus. Quid enim, quæso, facilius, quam carcerem adire? quid suavius? Cum videris alios vinctos, alios squalidos, comatos, et pannis indutos, alios fame tabescentes, et ad pedes canum more accurrentes, alios discerptis lateribus, alios ex foro ligatos revertentes, qui tota die mendicantes, ne cibum quidem necessarium collegerunt; vespere autem a custodibus ad laboriosum et immane ministerium coactos; etiamsi lapis esses, humanissimus hinc evades; etiamsi vitam mollem dissolutamque ducas, hinc plane philosophus evades, dum humanæ vitæ conditionem in alienis calamitatibus intueberis. Tunc in mentem veniet tremendus ille dies, variaque supplicia. Hæc animo versans, iram, voluptatem, sæcularium rerum amorem abjicies, et tranquillo quovis portu tranquilliorem animam efficies. De judicio illo philosophaberis, tecum reputans, si apud homines tantus ordo rerum, tantus terror, tantæ comminationes, multo magis apud Deum. *Nulla enim potestas est, nisi a Deo* (*Rom.* 13. 1). Qui principibus hæc ordinanda commisit, multo magis ipse exsequetur.

5. *Majus ex officio caritatis quam e theatralibus spectaculis gaudium percipitur. Visendi sunt incarcerati.* —Nam nisi ille instaret timor, omnia sane perirent: quando tot imminentibus suppliciis multi ad nequitiam sese conferunt. Hæc si philosopheris, ad eleemosynam eris promptior, magna frueris voluptate, et longe majore, quam qui a theatro descendunt. Nam qui a theatro surgunt, concupiscentia ardent. Cum vident enim illas in scena mulieres, ornatibus splendentes, mille affecti vulneribus, instar maris æstuantis erunt, dum earum aspectu, habitu, verbis, incessu, cæterisque omnibus animus obsidetur. Qui autem ab illo alio spectaculo egrediuntur, nihil tale patientur, imo magna fruentur tranquillitate. Compunctio enim ex vinctorum aspectu parta hujusmodi ignem totum exstinguit. Si exeunti ex carcere occurrat lasciva meretrix, nihil illi mali inferet. Nam fuco nulli obnoxius, aspectus hujusmodi retibus non capietur, cum contra talem aspectum metus judicii ob oculos versetur. Ideo ille qui omne voluptatis genus expertus erat, dicebat, *Melius est ire in domum luctus, quam in domum risus* (*Eccle.* 7. 3). Et hic talem sectatus philosophiam, illic beatissima audiet verba. Ne ergo illud negligamus opus. Etiamsi enim non possimus eo cibum inferre, nec argentum, at poterimus verbis lapsum animum consolari, et in aliis multis juvare, sive eos qui in carcerem truserunt alloquentes, sive custodes mansuetiores reddentes, et vel quantulumcumque opis afferemus. Si dixeris, nec frugi nec probos viros illic esse, sed homicidas, sepulcrorum effossores, fures, mœchos, lascivos, multisque sceleribus obnoxios, rursus mihi necessarium hunc aditum probas. Non enim jubemur bonos miserari, et malos punire; sed hujusmodi humanitatem omnibus impertire. Nam ait, *Estote similes Patri vestro, qui in cœlis est, qui oriri facit solem suum super malos et bonos, et pluit super justos et injustos* (*Matth.* 5. 45). Ne ergo alios acrius insecteris, neve sis judex vehementior, sed mitis et humanus. Nos etenim etsi non mœchi simus, non sepulcrorum effossores, non fures, sed aliis sumus obnoxii vitiis, quæ mille suppliciis digna sunt. Nam vel fratrem fatuum vocavimus, quod nos gehennæ obnoxios reddit; vel mulieres impudicis oculis aspeximus, quod est consummatum adulterium: quodque omnium gravissimum est, indigne mysteria participavimus, quod reos facit corporis et sanguinis Christi. Ne ergo acerbi aliorum scrutatores simus; sed nostra cogitemus, et sic inhumanitatem hanc et crudelitatem sedabimus. Ad hæc vero dicendum etiam, nos ibi probos viros multos reperturos esse, toti plerumque civitati exæquandos. Nam carcer ille, in quo Joseph erat, multos improbos continebat; et tamen omnium curam gerebat justus ille, et cum aliis occultus erat. Nam cum toti Ægypto esset exæquandus, in carcere tamen erat nemini notus. Nunc quoque verisimile est ibi multos esse probos et frugi viros, etsi non omnibus notos; et cura illis exhibita, officium aliis præstitum abunde tibi compensat. Etiamsi vero nullus ibi talis esset, magna tamen tibi reposita est merces. Certe Dominus tuus non justos modo alloquebatur, nec impuros fugiebat; sed et Chananæam cum multa benevolentia excepit, et Samaritanam scelestam et impuram, aliamque meretricem, quod Judæi exprobrarunt, excepit et curavit, passusque est ut impuræ mulieris lacrymis pedes sui rigarentur, ut nos doceret humane peccatores excipere. Hæc enim maxima humanitas est. Quid dicis? fures et sepulcrorum effossores carcerem occupant? Num, quæso civitatis incolæ omnes justi sunt? annon hic multi pejores sunt, qui impudentius furantur? Alii enim solitudinem saltem et tenebras obtendunt, et hæc clam faciunt: alii, posita larva, nudo capite, mala perpetrant, violenti, raptores, avari. Difficile namque est virum reperire insontem.

6. Quod si non aurum rapimus, si non tot et tot jugera terræ, at fraude et furto idipsum in minoribus pro virili facimus. Nam cum in commercio, vel in emendo et vendendo, minus quam oportet numerare contendimus, omnemque machinam movemus, annon illud latrocinium est? annon furtum et rapina? Ne mihi dixeris, te nec domum nec servum abstulisse. Injustitia namque non raptæ rei pretio, sed rapientis voluntate penditur. Justitia namque et injustitia in magnis et parvis rebus eamdem vim habent: et furem appello tam eum qui exsecta crumena aurum abripit, quam mentem, qui aliquid defraudat de pretio; et parietis effossorem voco, non eum modo qui, rupto pariete, aliquid intus furatur; sed etiam eum qui, jure violato, aliquid a proximo aufert. Ne ergo rebus nostris omissis, alienarum judices simus; neque dum humanitatis tempus est, nequitiam scru-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

temur : sed cogitantes quomodo nos olim affecti fuerimus, simus tandem mansueti et benigni. Quomodo ergo affecti eramus? Audi Paulum dicentem : *Eramus enim aliquando et nos inobedientes, insipientes, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis, odibiles, odientes invicem* (*Tit.* 3. 3) ; et rursum, *Eramus enim natura filii iræ* (*Ephes.* 2. 3). Sed Deus nos quasi in carcere detentos videns, et gravibus constrictos catenis, quæ ferreis longe graviores, non erubuit, sed venit in carcerem, et innumeris dignos supplicii eduxit inde, et in regnum induxit ; cæloque splendidiores effecit, ut et nos pro virili nostra hoc ipsum faciamus. Nam cum discipulis dicit : *Si ego lavi pedes vestros Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes : exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis* (*Joan.* 13. 14) : non de lavandis pedibus tantum hic legem dat, sed et de aliis omnibus, quæ ipse nobis contulit. Homicida est in carcere? At nos hanc facere ne desistamus. Sepulcrorum effossor est, aut mœchus? Sed ne malitiæ, verum calamitatis misereamur. Sæpe autem, ut dixi, reperietur ibi quispiam innumeris viris exæquandus ; et si sæpe vinctos adeas, hunc venatum assequeris. Sicut Abraham, qui quosvis excipiebat, in angelos incidit : sic et nos in viros magnos incidemus, si id frequentemus. Si vero liceat quid admirandum dicere, non tanta laude dignus est, qui magnum quempiam excipit, quam is qui miserum et infelicem. Ille namque non parvum argumentum affert sui recipiendi, nempe vitam suam ; homo autem omnibus abjectus et miser unum habet portum, nempe misericordiam ejus qui se bene excipit : itaque hæc humanitas pura est. Qui clare et conspicuo officia exhibet, sæpe ad ostentationem id facit : qui vero abjectum excipit despectumque hominem, ob solum Dei præceptum id facit. Quare si convivium paremus, claudos et cæcos excipere jubemur ; si eleemosynam erogemus, minimis et vilissimis elargiri præcipimur : nam ait, *Quantum uni ex his minimis fecistis, mihi fecistis* (*Matth.* 25. 45). Cum ergo illic reconditum thesaurum sciamus, eo frequenter ingrediamur, et ibi negotiemur, ac theatrorum studium illo vertamus[1]. Si nihil aliud afferendum habeas, verborum consolationem adhibe. Non modo enim alentem, sed et intrantem Deus mercede donat. Nam si ingressus, trementem metuentemque animum confirmaveris, hortando, juvando, opem promittendo, philosophiam docendo, non parvam hinc mercedem recipies. Extra positi multi, te ita loquente, ridebunt, multis perfusi deliciis ; sed qui in calamitate versantur, animo compuncto cum modestia multa dictis attendent, te laudabunt, et meliores evadent. Nam et Paulum prædicantem Judæi sæpe deriserunt, vincti autem cum summo silentio audiebant. Nihil enim ita animum ad philosophiam præparat, ut calamitas, tentatio, ærumnæ. Hæc itaque cogitantes, quot nempe in carcere positis bona, quot nobis ipsis conferemus, si sæpe cum illis versemur, forenses illas et intempestivas consuetudines eo vertamus, ut et illos lucremur, et nobis ipsis lætitiam pariamus, ac Dei gloriam curantes, æterna consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Morel legit, *sepeliamus*, pro, *vertamus*.

HOMILIA LXI.

CAP. 10. v. 22. *Facta sunt autem encænia in Jerosolymis, et hiems erat.* 23. *Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis.* 24. *Circumdederunt ergo eum Judæi, et dicebant ei : Quousque animam nostram tollis?*

1. *Christus mansuetudinem verbo et exemplo prædicavit. Malus Judæorum animus.* — Omnis quidem virtus bona est, maxime autem mansuetudo et clementia. Hæc nos homines esse demonstrat, et a feris dirimit : hæc nos angelis exæquat. Ideo Christus frequenter de hac virtute verba facit, cum mites et mansuetos esse jubet. Neque verba tantum facit, sed et operibus ad id nos instituit, modo alapas perferens, modo convicia et insidias, ac rursum cum insidiantibus versans. Nam qui dæmoniacum illum et Samaritanum appellaverant, qui sæpe occidere illum voluerant, qui lapidibus impetierant, hi circumsistunt et interrogant, *Si tu es Christus?* Neque illos post tot talesque insidias repulit, sed mansuete admodum respondit. At necessarium est hunc sermonem altius repetere. *Facta sunt*, inquit, *encænia in Jerosolymis, et hiems erat.* Magnus hic dies festus et solemnis erat. Qua enim die templum constructum fuerat, ex longa et Persica (*a*) reversi captivitate, hanc celebritatem solemniter agebant. Diei festo aderat Christus. Instante namque morte, frequenter in Judæam veniebat. *Circumdederunt ergo eum Judæi et dicebant : Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam.* Non dixit, Quid a me quæritis? dæmoniacum sæpe vocastis, furiosum, Samaritanum : Deo adversarium et deceptorem me putastis esse : et nuper dicebatis, *Tu testimonium perhibes de teipso ; testimonium tuum non est verum* (*Joan.* 8. 13) : cur ergo interrogatis et de me audire vultis, cujus testimonium rejicitis? Nihil horum dixit, etsi nosset malum interrogantium animum. Nam quod eum circumdederint, ac dixerint, *Quousque animam nostram tollis?* id videbatur ex amore quodam et discendi studio proficisci. Mens autem interrogantium corrupta et subdola erat. Quia enim opera calumniis non obvia erant, verbis capere quærebant, aliter quam prius interrogantes, ac frequenter sciscitantes, ex ipsis verbis eum confutare volebant ; et cum opera carpere non possent, ex verbis

(*a*) Sæpe Chrysostomus Persidem vocat Babyloniam et Assyriam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τόσα καὶ τόσα· ἀλλ' ὅμως ἀπάτῃ τινὶ καὶ κλοπῇ τὸ αὐτὸ ἐπ' ἐλάττοσι, καὶ οἷς δυνάμεθα κατεργαζόμεθα. Ὅταν γὰρ ἐν τοῖς συμβολαίοις, καὶ ἡνίκα δ' ἂν ἀγοράσαι δέῃ τι ἢ καὶ ἀποδόσθαι, φιλονεικῶμεν καὶ βιαζώμεθα ἔλαττον τῆς ἀξίας καταβαλεῖν, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ποιῶμεν, οὐ λῃστεία τὸ πρᾶγμά ἐστιν; οὐ κλοπὴ καὶ πλεονεξία; Μὴ γάρ μοι εἴπῃς, ὅτι οὐκ οἰκίαν, οὐκ ἀνδράποδα παρεσπάσω. Ἡ γὰρ ἀδικία οὐ τῷ μέτρῳ τῶν ἀφαιρουμένων, ἀλλὰ τῇ προαιρέσει τῶν κλεπτόντων κρίνεται. Τὸ γὰρ ἄδικον καὶ τὸ δίκαιον ἐν μεγάλοις καὶ ἐν μικροῖς τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν· καὶ βαλαντιοτόμους ὁμοίως ἐγὼ καλῶ, κἂν βαλάντιόν τις διατεμὼν χρυσίον λάβῃ, κἂν ὠνούμενος παρά τινος τῶν ἀγοραίων τῆς ἀξίας παρασπάσῃ τι τιμῆς· καὶ τοιχωρύχος δὲ οὐχ ὁ τοῖχον διελὼν μόνον καὶ ὑφελόμενός τι τῶν ἔνδον, ἀλλὰ καὶ ὁ δίκην διαφθείρας καὶ ἀφελόμενός τι τοῦ πλησίον. Μὴ τοίνυν τὰ ἡμέτερα παρατρέχοντες, τῶν ἀλλοτρίων γενώμεθα δικασταί· μηδὲ ὅπου φιλανθρωπίας καιρὸς, ἐξετάζωμεν πονηρίαν· ἀλλ' ἐννοήσαντες πῶς καὶ ἡμεῖς διεκείμεθα πάλαι, γενώμεθά ποτε ἥμεροι καὶ φιλάνθρωποι. Πῶς οὖν διεκείμεθα; Ἄκουσον Παύλου λέγοντος, *Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀπειθεῖς, ἀνόητοι, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, στυγητοὶ, μισοῦντες ἀλλήλους*· καὶ πάλιν, *Ἦμεν γὰρ φύσει τέκνα ὀργῆς*. Ἀλλ' ὁ Θεὸς ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ κατεχομένους ἰδὼν, καὶ ἀλύσεσι χαλεπαῖς δεδεμένους, πολὺ τῶν ἀπὸ σιδήρου χαλεπωτέραις, οὐκ ἐπῃσχύνθη, ἀλλ' ἦλθε καὶ ἐπέστη τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τοὺς μυρίων ἀξίους κολάσεων ἐξήγαγέ τε ἐκεῖθεν, καὶ εἰς βασιλείαν ἤγαγε, καὶ τοῦ οὐρανοῦ λαμπροτέρους ἐποίησεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ αὐτὰ ποιῶμεν κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ [a] τοῖς μαθηταῖς· [360] *Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα τοὺς πόδας ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας· ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε*· οὐκ ἐπὶ τῷ νίπτειν τοὺς πόδας τοῦτον γράφει τὸν νόμον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷς περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο. Ἀνδροφόνος ἐστὶν ὁ τὸ δεσμωτήριον οἰκῶν; Ἀλλ' ἡμεῖς τὸ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. Τυμβωρύχος ἐστὶ καὶ μοιχός; Ἀλλὰ μὴ τὴν κακίαν, ἀλλὰ τὴν συμφορὰν ἐλεῶμεν. Πολλάκις δὲ, ὅπερ ἔφην, εὑρεθήσεται ἐκεῖ καὶ εἷς μυρίων ἀντάξιος ἀνδρῶν. Κἂν συνεχῶς ἀπίῃς πρὸς τοὺς δεδεμένους, οὐκ ἀποτεύξῃ τῆς τοιαύτης θήρας. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ἀβραὰμ καὶ τοὺς τυχόντας ξενοδοχῶν, ἐπέτυχέ ποτε καὶ ἀγγέλων· οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐπιτευξόμεθα καὶ μεγάλων ἀνδρῶν, ἂν ἔργον τὸ πρᾶγμα ποιησώμεθα. Εἰ δὲ χρὴ καὶ θαυμαστόν τι εἰπεῖν, οὐχ οὕτως ἐπαίνων ἄξιος ὁ μέγαν ὑποδεχόμενος, ὡς ὁ τὸν οἰκτρὸν καὶ ταλαίπωρον. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐ μικρὰν ἀφορμὴν ἔχει τὸν ἑαυτοῦ βίον πρὸς τὸ παθεῖν εὖ· ὁ δὲ ἀπερριμμένος καὶ ὑπὸ πάντων προδεδομένος, ἕνα λιμένα μόνον ἔχει, τὸν ἔλεον τοῦ ποιοῦντος αὐτὸν εὖ· ὥστε φιλανθρωπία καθαρὰ τοῦτο μάλιστά ἐστι. Καὶ ὁ μὲν τὸν θαυμαστὸν καὶ περιφανῆ θεραπεύων, πολλάκις καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἐπίδειξιν τοῦτο ἐποίησεν· ὁ δὲ τὸν ἀπερριμμένον καὶ ἀπεγνωσμένον, διὰ μόνην τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ τοῦτο ἐργάζεται. Διὸ κἂν δοχὴν ποιῶμεν, χωλοὺς καὶ ἀναπήρους ὑποδέχεσθαι κελευόμεθα· κἂν ἐλεημοσύνην ἐργαζώμεθα, ἐλαχίστους καὶ εὐτελεῖς ἐλεεῖν ἐπετάγημεν. *Ἐφ' ὅσον γὰρ ἐποιήσατε, φησὶν, ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Εἰδότες τοίνυν τὸν ἐκεῖ κείμενον θησαυρὸν, εἰσίωμεν συνεχῶς καὶ πραγματευώμεθα, καὶ τὰς περὶ τὰ θέατρα σπουδὰς ἐκεῖ τρέψωμεν [b]. Κἂν μηδὲν ἔχῃς εἰσενεγκεῖν, εἰσάγαγε τὴν ἀπὸ τῶν λόγων παράκλησιν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τὸν τρέφοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν εἰσιόντα ὁ Θεὸς ἀμείβεται. Ὅταν γὰρ εἰσελθὼν τρέμουσαν καὶ δεδοικυῖαν τὴν ψυχὴν διαναστήσῃς, παρακαλῶν, βοηθῶν, ὑπισχνούμενος ἀμύνειν, φιλοσοφεῖν παρασκευάζων, οὐ μικρὸν καὶ ἐντεῦθεν λήψῃ τὸν μισθόν. Ἔξω μὲν γὰρ σοῦ τοιαῦτα διαλεγομένου, πολλοὶ καὶ γελάσονται ὑπὸ τῆς πολλῆς τρυφῆς διακεχυμένοι· οἱ δὲ ἐν συμφοραῖς ὄντες, κατεσταλμένης αὐτοῖς [c] τῆς διανοίας, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας καὶ προσέξουσι τοῖς λεγομένοις, καὶ ἐπαινέσονται, καὶ ἔσονται βελτίους. Ἐπεὶ καὶ Παύλου δημηγοροῦντος, Ἰουδαῖοι μὲν πολλάκις κατεγέλων· οἱ δὲ δεσμῶται μετὰ πολλῆς ἐπηκροῶντο τῆς ἡσυχίας. Οὐδὲν γὰρ οὕτως εἰς φιλοσοφίαν ἐπιτηδείαν κατασκευάζει τὴν ψυχὴν ὡς συμφορὰ, καὶ πειρασμὸς, καὶ θλῖψις ἐπικειμένη. Ταῦτ' οὖν ἐννοήσαντες ἅπαντα, ὅσα μὲν τοὺς ἔνδον ἀγαθὰ, ὅσα δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς ἐργασόμεθα, συνεχῶς αὐτοῖς ἀναμιγνύμενοι [d], καὶ τὰς ἐν ἀγορᾷ διατριβὰς, καὶ τὰς ἀκαίρους [361] ἀσχολίας ἐκεῖ καταναλώσωμεν, ἵνα κἀκείνους κερδάνωμεν, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εὐφράνωμεν, καὶ τὸν Θεὸν δοξασθῆναι παρασκευάσαντες, τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. ὅταν λέγει.

[b] Savil. et codd. ἐκεῖ τρέψωμεν, Morel. ἐκεῖ θρέψωμεν, alii ἐκεῖ θάψωμεν. [c] Alii κατεσταλμένης αὐτῶν. [d] Alii ἀναμιγνύμεθα.

ΟΜΙΛΙΑ ΞΑ'.

Ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν. Καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος. Ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἔλεγον αὐτῷ· « Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; »

α'. Πᾶσα μὲν ἀρετὴ καλὸν, μάλιστα δὲ ἐπιείκεια καὶ πραότης. Τοῦτο ἀνθρώπους δείκνυσιν ἡμᾶς, τοῦτο τῶν θηρίων διίστησι, τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις ἀμιλλᾶσθαι παρασκευάζει. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς συνεχῶς περὶ ταύτης πολλοὺς λόγους ἀναλίσκει τῆς ἀρετῆς, πράους εἶναι καὶ ἐπιεικεῖς κελεύων. Οὐ λόγους δὲ ἀναλίσκει μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων τοῦτο παιδεύει· νῦν μὲν ῥαπιζόμενος καὶ φέρων, νῦν δὲ λοιδορούμενος καὶ ἐπιβουλευόμενος, καὶ πάλιν ἐπὶ τοῖς ἐπιβουλεύουσι ἐφιστάμενος. Οἱ γὰρ καὶ δαιμονῶντα καλέσαντες, καὶ Σαμαρείτην, καὶ πολλάκις θελήσαντες ἀνελεῖν, καὶ λιθάσαντες, οὗτοι κυκλώσαντες αὐτὸν ἠρώτων, *Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός;* Καὶ οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς διεκρούετο μετὰ τοσαύτας καὶ τοιαύτας ἐπιβουλὰς, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς ἀπεκρίνατο τῆς ἐπιεικείας· μᾶλλον δὲ ἄνωθεν ἀναγκαῖον ἐξετάσαι τὸν λόγον ἅπαντα. *Ἐγένετο* γὰρ, φησὶ, *τὰ ἐγκαίνια ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ χειμὼν ἦν.* Μεγάλη τις ἦν αὕτη ἡ ἑορτὴ καὶ δημοτελής. Τὴν γὰρ ἡμέραν καθ' ἣν ὁ ναὸς ὠκοδομήθη, ἐπανελθόντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς μακρᾶς αἰχμαλωσίας, τῇς ἐν τῇ Περσίδι, ταύτην ἦγον μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς. Ἐν ταύτῃ παρῆν καὶ ὁ Χριστὸς τῇ ἑορτῇ. Λοιπὸν γὰρ τῇ Ἰουδαίᾳ συνεχῶς ἐπεχωρίαζεν, ἐπειδὴ τὸ πάθος ἦν ἐπὶ θύραις. *Ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἔλεγον· Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ.* Καὶ οὐκ εἶπε, Τί ζητεῖτε πρός με; δαιμονῶντα ἐκαλέσατε πολλάκις καὶ μαινόμενον, καὶ Σαμαρείτην, καὶ ἀντίθεον εἶναι ἐνομίσατε καὶ πλάνον· καὶ πρώην

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐλέγετε, *Σὺ μαρτυρεῖς περὶ σεαυτοῦ· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής*· πῶς οὖν ἐξετάζετε καὶ παρ' ἐμοῦ βούλεσθε μαθεῖν, οὗ τὴν μαρτυρίαν ἐκβάλλετε; Ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἶπε, καίτοι γε εἰδὼς τὴν γνώμην μεθ' ἧς ἐξήταζον πονηρὰν οὖσαν. Τὸ μὲν γὰρ κυκλῶσαι αὐτὸν καὶ εἰπεῖν, *Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις;* ἐδόκει πόθου τινὸς εἶναι καὶ φιλομαθείας· ἡ δὲ διάνοια, μεθ' ἧς ἠρώτων, διεφθαρμένη τις ἦν καὶ ὕπουλος. Ἐπεὶ [a] γὰρ τὰ μὲν ἔργα οὐκ ἀνεδέξαντο συκοφαντίαν τε καὶ ἐπήρειαν, τοῖς δὲ λόγοις ἐπισκήπτειν εἶχον, ἑτέρως ἐξετάζοντες ἢ ὡς εἴρηται, ἀεὶ πεύσεις [362] προσῆγον, ἐπιστομίζειν αὐτὸν ἀπὸ τῶν λόγων βουλόμενοι, καὶ τοῖς ἔργοις οὐδὲν ἐγκαλεῖν δυνάμενοι, λαβήν τινα ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐπεθύμουν εὑρεῖν. Διὰ τοῦτο ἔλεγον, *Εἰπὲ ἡμῖν·* καίτοι πολλάκις εἶπε. Καὶ γὰρ τῇ Σαμαρείτιδι ἔλεγεν· *Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι·* καὶ τῷ τυφλῷ, *Καὶ ἑώρακας αὐτόν, καὶ ὁ λαλῶν μετά σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν.* Κἀκείνοις δὲ εἶπεν, εἰ καὶ μὴ οὕτως, ἀλλά δι' ἑτέρων ῥημάτων. Καίτοι γε εἰ νοῦν εἶχον, καὶ ὀρθῶς ἐξετάζειν ἠβούλοντο, διὰ λόγων αὐτὸν ὁμολογῆσαι λοιπὸν ἐκείνων ἦν· διὰ γὰρ τῶν ἔργων αὐτὸς ἐπεδείξατο τοῦτο πολλάκις. Νυνὶ δὲ σκόπει τὸ διεστραμμένον αὐτῶν καὶ φιλόνεικον. Ὅταν μὲν γὰρ δημηγορῇ καὶ διὰ λόγων παιδεύῃ, λέγουσι· *Τί σημεῖον δεικνύεις;* Ὅταν δὲ διὰ τῶν ἔργων παρέχηται τὰς ἀποδείξεις, λέγουσιν αὐτῷ, *Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ*, τῶν ἔργων βοώντων, ῥήματα ζητοῦντες· καὶ τῶν ῥημάτων διδασκόντων, ἐπὶ τὰ ἔργα καταφεύγουσι, πρὸς τὸ ἐναντίον ἀεὶ [b] ἱστάμενοι. Ὅτι γὰρ οὐ τοῦ μαθεῖν ἕνεκεν ἐζήτουν, τὸ τέλος ἔδειξεν. Ὃν γὰρ οὕτως ἀξιόπιστον εἶναι ἐνόμιζον, ὡς καὶ περὶ ἑαυτοῦ μαρτυροῦντα δέξασθαι, μικρά τινα φθεγξάμενον, εὐθέως ἐλίθασαν, ὥστε καὶ τὸ κυκλῶσαι καὶ τὸ ἐπικεῖσθαι μετὰ πονηρίας ἐγίνετο. Καὶ ὁ τρόπος δὲ τῆς ἐρωτήσεως πολλῆς ἔγεμεν ἀπειθείας. *Εἰπὲ γὰρ ἡμῖν* [c] *παῤῥησίᾳ, εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός.* Καίτοι γε μετὰ παῤῥησίας ἅπαντα ἔλεγεν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἐπιχωριάζων ἀεί, καὶ οὐδὲν κρύφα ἐλάλει· ἀλλὰ διὰ τοῦτο κολακείας προβάλλονται ῥήματα, λέγοντες, *Ἕως πότε τὴν ψυχήν ἡμῶν αἴρεις;* ἵνα αὐτὸν ἐκκαλεσάμενοι, πάλιν τινὰ λαβὴν εὕρωσιν. Ὅτι γὰρ πανταχοῦ διὰ τοῦτο ἠρώτων, οὐχ ἵνα μάθωσιν, ἀλλ' ἵνα τοῖς λεγομένοις ἐπισκήψωσιν, οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχόθεν πολλαχόθεν δῆλόν ἐστι. Καὶ γὰρ ὅτε προσῆλθον ἐρωτῶντες, εἰ *Ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ·* καὶ ὅτε περὶ ἀφέσεως γυναικὸς διελέγοντο· καὶ ὅτε περὶ ἐκείνης ἐπυνθάνοντο, ἣν ἔφασαν ἑπτὰ ἄνδρας ἐσχηκέναι, ἐάλωσαν, οὐκ ἀπὸ φιλομαθείας, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης σκαιᾶς πεύσεις αὐτῷ προσάγοντες. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν αὐτοὺς ἐλέγχει λέγων· *Τί με πειράζετε, ὑποκριταί;* δεικνὺς ὅτι οἶδεν αὐτῶν τὰ ἀπόῤῥητα· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον φθέγγεται, παιδεύων ἡμᾶς μὴ πάντοτε ἐλέγχειν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, ἀλλ' ἐπιεικείᾳ καὶ πραότητι πολλὰ φέρειν. Ἐπεὶ οὖν ἀνοίας ἦν, τῶν ἔργων αὐτὸν ἀνακηρυττόντων, τὴν ἀπὸ τῶν λόγων ζητεῖν μαρτυρίαν, ἄκουσον πῶς αὐτοῖς ἀποκρίνεται· ὁμοῦ μὲν αὐτοὺς αἰνιττόμενος ὅτι περισσῶς ταῦτα ἐζήτουν, καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν· ὁμοῦ δὲ δηλῶν, ὅτι καὶ τῆς διὰ τῶν ῥημάτων σαφεστέραν ἀφῆκε φωνὴν, τὴν διὰ τῶν ἔργων. *Πολλάκις* γὰρ, φησὶν, *εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετέ μοι· τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, ἐκεῖνά ἐστι τὰ μαρτυροῦντα περὶ ἐμοῦ.* Ὅπερ καὶ οἱ ἀνεκτότεροι αὐτῶν συνεχῶς πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· *Οὐ γὰρ δύναται ἄνθρωπος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν·* καὶ πάλιν, *Οὐ δύναται δαιμόνιον ὀφθαλμοὺς τυφλῶν ἀνοίγειν·* καὶ, *Οὐδεὶς δύναται σημεῖα τοιαῦτα ποιεῖν, ἐὰν μὴ ᾖ μετ' αὐτοῦ ὁ Θεός.* Καὶ θεωροῦντες τὰ σημεῖα ἃ [363] ἐποίει, ἔλεγον· *Μή τι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;* Ἄλλοι δὲ ἔλεγον, *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Χριστὸς, μὴ πλείονα σημεῖα ποιήσει ὧν ἐποίησεν οὗτος;* Καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι ἐντεῦθεν ἐβούλοντο πιστεῦσαι αὐτῷ λέγοντες· *Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ἵνα ἴδωμεν καὶ πιστεύσωμέν σοι;*

β'. Ἐπεὶ οὖν προσεποιοῦντο τότε ἀπὸ ψιλοῦ πείθεσθαι ῥήματος, οἱ τοσούτους μὴ πεισθέντες ἔργους, ἐλέγχει τὴν πονηρίαν αὐτῶν λέγων, ὅτι *Εἰ τοῖς ἔργοις οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ῥήμασι πιστεύσετε;* Ὥστε περιττὴ ἡ ἐρώτησις. *Ἀλλ' εἶπον ὑμῖν*, φησὶ, *καὶ οὐ πιστεύετέ μοι, ὅτι οὐκ ἐστὲ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν.* Ἐγὼ μὲν γὰρ τὰ παρ' ἐμαυτοῦ πάντα ἐπλήρωσα, ἃ τὸν ποιμένα ποιῆσαι ἐχρῆν· εἰ δὲ μὴ ἀκολουθεῖτέ μοι, οὐκ ἐπειδὴ οὐκ εἰμὶ ποιμὴν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ πρόβατα τὰ ἐμά. *Τὰ γὰρ πρόβατα τὰ ἐμὰ, φησὶ, τῆς φωνῆς μου ἀκούει, καὶ ἀκολουθεῖ μοι· καὶ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς, καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ οὐδεὶς δύναται ταῦτα ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρός μου. Ὅτι ὁ Πατήρ, ὃς ἔδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί· καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν αὐτὰ ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου.* Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. Σκόπει πῶς ἐν τῷ ἀπαγορεύειν προτρέπει εἰς τὴν ἀκολούθησιν αὐτούς. *Ὑμεῖς οὐκ ἀκούετέ μου*, φησὶν· *οὐδὲ γάρ ἐστε πρόβατα·* οἱ δὲ ἀκολουθοῦντες, οὗτοι τῆς ποίμνης εἰσί. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ἵνα φιλονεικήσωσι γενέσθαι πρόβατα. Εἶτα εἰπὼν ὧν τεύξονται, παρακινίζει τούτους, ὥστε αὐτοὺς διεγεῖραι καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐμβαλεῖν. Τί οὖν; εἰ [d] διὰ τὴν δύναμιν τοῦ Πατρὸς οὐδεὶς ἁρπάζει, σὺ δὲ οὐκ ἰσχύεις, ἀλλ' ἀσθενὴς εἶ πρὸς τὴν φυλακήν; Οὐδαμῶς. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ, *Ὁ Πατὴρ, ὃς ἔδωκέ μοι*, δι' ἐκείνους εἴρηται, ἵνα μὴ πάλιν αὐτὸν ἀντίθεον εἴπωσιν· εἰπὼν, ὅτι *Οὐδεὶς ἁρπάζει αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου*, προῖὼν ἔδειξε τὴν αὐτοῦ χεῖρα καὶ τοῦ Πατρὸς μίαν οὖσαν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, ὅτι Ὁ Πατὴρ, ὃς ἔδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ὁρπάζειν αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου. Ἀλλ' οὐκ εἶπεν οὕτως, ἀλλ' *Ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ Πατρός μου.* Εἶτα, ἵνα μὴ νομίσῃς, ὅτι αὐτὸς μέν ἐστιν ἀσθενὴς, διὰ δὲ τὴν τοῦ Πατρὸς δύναμιν ἐν ἀσφαλείᾳ τὰ πρόβατά ἐστιν, ἐπήγαγεν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν·* ὡσανεὶ ἔλεγεν, Οὐ διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι διὰ τὸν Πατέρα οὐδεὶς αὐτὰ ἁρπάζει, ὡς αὐτὸς ἀσθενῶν τηρῆσαι τὰ πρόβατα. *Ἐγὼ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν·* κατὰ τὴν δύναμιν ἐνταῦθα λέγων· καὶ γὰρ περὶ ταύτης ἦν ὁ λόγος· ἅπας αὐτῷ. Εἰ δὲ ἡ δύναμις ἡ αὐτὴ, εὐδηλον ὅτι καὶ ἡ οὐσία. Ἐπειδὴ γὰρ μυρία ἐποίουν οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπιβουλεύοντες, ἀποσυναγώγους ποιοῦντες, λέγει, ὅτι πάντα αὐτοῖς εἰκῆ καὶ μάτην μεμηχάνηται. Ἐν γὰρ τῇ χειρὶ τοῦ Πατρός μού ἐστι τὰ πρόβατα, ὥσπερ ὁ προφήτης λέγει· *Ἐν τῇ χειρί μου ἐζωγράφησά σου τὰ τείχη.* Εἶτα δεικνὺς μιαν οὖσαν τὴν χεῖρα, ποτὲ μὲν αὐτοῦ, ποτὲ δὲ τοῦ Πατρὸς εἶναί φησιν αὐτήν. Χεῖρα δὲ ὅταν ἀκούσῃς, μηδὲν αἰσθητὸν νομίσῃς, ἀλλὰ τὴν δύναμιν, τὴν ἐξουσίαν. Εἰ δὲ διὰ τοῦτο οὐδεὶς ἥρπαζεν, ὅτι αὐτὸν ἐνεδυνάμου, [364] περιττὸν ἦν τὸ ἐξῆς εἰπεῖν, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν.* Εἰ γὰρ ἐλάττων ἦν, πολλῆς τοῦτο τόλμης τὸ ῥῆμα. Οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἢ τὸ τῆς δυνάμεως ἰσοστάσιον δείκνυσιν· ὅπερ οὖν καὶ Ἰουδαῖοι συνειδότες, λίθοις

[a] Alii ἐπειδή. [b] Vox ἀεὶ ex codd. et Savil. [c] Alii om. γάρ. [d] Sic Savil. et codd. Alterat εἰ in Montf. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ansam quærebant. Ideo dicebant, *Dic nobis.* Atqui sæpe dixit. Nam sic Samaritanam alloquutus est : *Ego sum qui loquor tecum* (*Joan.* 4. 26) et cæco dixit : *Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ille est* (*Ibid.* 9. 37). Illis quoque dixit, sed aliis verbis. Atqui si mente valuissent, et recte explorare voluissent, verbis ipsum confiteri debuissent, qui operibus hoc ipsum sæpe comprobaverat. Nunc vero illorum perversitatem considera. Cum concionatur et verbis docet, aiunt : *Quod signum ostendis?* Cum autem operibus demonstrationes profert, dicunt illi : *Si tu es Christus, dic nobis palam.* Dum opera clamant, verba quærunt; et cum verba docent, ad opera confugiunt, contrariisque semper insistunt. Quod enim non discendi causa interrogarent, exitus demonstravit. Quem enim ita fide dignum putabant, ut de seipso testificantem admitterent, vel pauca loquentem, statim lapidibus impetunt. Itaque quod circumdarent eum et instarent, id ex nequitia proficiscebatur. Modus quoque interrogandi multum præ se ferebat odium. *Dic nobis palam, si tu es Christus.* Atqui palam ille loquebatur in solemnitatibus, quibus semper aderat, nihilque clam dicebat; ideoque adulantes dicunt, *Quousque animam nostram tollis?* ut provocantes, aliquam criminandi ansam reperiant. Quod enim semper illo animo interrogarent, non ut discerent, sed ut dicta carperent, non hinc solum, sed et aliunde sæpe probatur. Nam cum accesserunt dicentes : *Licet censum dare Cæsari, necne* (*Matth.* 22. 17)? et cum de repudianda uxore agerent, cumque de illa sciscitarentur, quam dicebant septem habuisse viros, deprehensi sunt, non discendi studio, sed ex pravo animo sciscitari. Sed tunc illos coarguit his verbis, *Quid me tentatis, hypocritæ?* ostendens se illorum secretam mentem cognoscere. Hic vero nihil loquitur simile, ut nos doceat, insidiatores non semper esse arguendos, sed multa modeste et mansuete esse ferenda. Quia ergo stultum erat, ipsis operibus prædicantibus, verborum testimonia quærere, audi quomodo ipsis respondeat, simul subindicans hæc illos frustra quærere, non discendi causa, et significans, se jam verbis ipsis clariorem emisisse vocem, per opera scilicet. Nam ait : 25. *Sæpe dixi vobis, et non creditis mihi : opera quæ ego facio in nomine Patris mei, illa testimonium perhibent de me.* Quod ii, qui apud illos moderatiores erant, sæpe mutuo dicebant : *Neque enim potest homo peccator hæc signa facere* (*Joan.* 9. 16); et rursum, *Non potest dæmonium cæcorum oculos aperire;* et, *Nemo potest talia signa facere, nisi sit cum illo Deus.* Et videntes signa quæ faciebat, dicebant : *Numquid hic est Christus?* Alii autem dicebant : *Quando venerit Christus, num plura signa faciet, quam hic fecit* (*Ibid.* 7. 31)? Iidem vero ipsi ex operibus volebant in illum credere dicentes : *Quod signum ostendis nobis, ut videamus et credamus tibi* (*Ibid.* 2. 18)?

2. *Quomodo Christus Judæos increpando simul allicit et invitet. Eadem potentia Patris et Filii, eadem manus.* — Quia ergo tunc simulabant se ex solo verbo credituros, qui tot tantisque operibus non crediderant, illorum nequitiam arguit his verbis : *Si operibus non creditis, quomodo verbis credetis?* Quare superflua est interrogatio. 26. *Sed dixi vobis,* inquit, *et non creditis mihi, quia non estis de ovibus meis.* Ego totum pastoris officium exhibui : si vero me non sequimini, non quod ego non pastor sim renuistis, sed quod vos oves meæ non sitis. Nam 27. *Oves meæ,* inquit, *vocem meam audiunt, et sequuntur me,* 28. *et vitam æternam do eis, et non peribunt in æternum : et nemo potest eas rapere de manu mea.* 29. *Quia Pater, qui dedit mihi, major est omnibus : et nemo potest eas rapere de manu Patris mei.* 30. *Ego et Pater unum sumus.* Animadverte quomodo illos rejiciendo, hortetur tamen ut se sequantur. *Vos,* inquit, *non auditis me; neque enim estis oves;* qui vero sequuntur, hi sunt ex ovili. Hæc porro dicebat, ut illi oves esse conarentur. Deinde ubi quid consequuturi sint exposuit, incitat illos, ut sequendi desiderium inferat. Quid ergo? num ob Patris potentiam nemo rapit, tu vero nihil potes, et custodire non vales? Minime. Ut discas enim, illud, *Pater, qui dedit mihi,* ideo dictum fuisse, ne illum denuo Deo adversarium diceret; postquam dixerat, *Nemo rapit eas de manu mea,* pergit ostendens suam et Patris manum unam esse. Nisi enim hoc ita esset, dicturus erat : Pater qui dedit mihi, major omnibus est, et nemo potest eas rapere de manu mea. Verum non ita dixit, sed, *De manu Patris mei.* Deinde ne putes ipsum esse infirmum, sed per Patris potentiam oves in tuto esse, subdidit : *Ego et Pater unum sumus;* ac si diceret, Non ideo dixi, ob Patris potentiam neminem eas esse rapturum, quasi illas ego servare non valeam. Nam *Ego et Pater unum sumus;* id est, secundum potentiam : nam de illa hic sermo erat. Si autem eadem est potentia, palam est eamdem esse substantiam. Cum enim multa facerent Judæi, insidias pararent, extra synagogam ejicerent, dicit illos omnia incassum machinatos esse. Nam in manu Patris mei sunt oves, ut propheta dicit : *In manu mea depinxi muros tuos* (*Isai.* 49. 16). Deinde unam esse manum ostendens, illam modo suam, modo Patris esse dicit. Cum manum audis, nihil sensile cogites, sed virtutem, potentiam. Si autem nemo rapuit, quia Pater sibi potestatem indidisset, superfluum fuisset addere, *Ego et Pater unum sumus.* Nam si minor Filius esset, temerarium esset dictum. Nihil certe aliud declarat, quam potentiæ æqualitatem : quod cum Judæi intelligerent, lapidibus ipsum impetebant. Neque tamen ille hanc amovit opinionem. Atqui si id falso opinati fuissent, illos emendare oportuit ac dicere : Cur hoc facitis? non hæc dixi, ut parem paternæ meam potentiam indicarem. Nunc contra, illis ferocientibus, illam opinionem confirmat et probat. Non sese purgat, ut qui male et falso dixerit; imo illos increpat, ut qui non consentaneam de se habeant opinionem. Cum enim dicerent : 33. *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, et quia homo cum sis, facis teipsum Deum;* audi quid dicat : 35. *Si illos dicit Scriptura deos, ad quos sermo Dei factus est,* 36. *quomodo vos dicitis quia blasphemo, quia dixi, Filius Dei sum?* Id est,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Si ii qui per gratiam hoc acceperunt, non accusantur cum se deos vocant; qui ex natura sua hoc habet, quo jure increpetur? Verum non ita dixit, sed demum id probavit, postquam demissius loquutus est his verbis: *Quem Pater sanctificavit et misit;* et postquam illorum furorem sedavit, tunc claram affert demonstrationem. Interim vero, ut admitteretur id quod dicebat, humilius loquutus est, ac demum ad majora ipsos adducit, dicens: 37. *Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi;* 38. *sin autem facio, etsi mihi non creditis, operibus meis credite.* Viden' quomodo probet, ut dixi, se Patre in nullo inferiorem esse, sed æqualem omnino? Quia enim non poterat substantia ipsius videri, ab operum æqualitate et identitate æqualis potestatis demonstrationem affert.

3. Ecquid, quæso, credemus? *Quod ego in Patre, et Pater in me sit.* Nihil enim aliud ego sum, quam Pater, manens Filius; nihil aliud est ille, quam quod ego, manens Pater: et qui me novit, novit et Patrem, Filiumque didicit. Quod si potentia minor esset, etiam cognitio falsa esset. Neque enim alia per aliam vel substantia vel potentia disci potest. 39. *Voluerunt ergo eum apprehendere: et exiit de manibus eorum,* 40. *et abiit trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans primum.* 41. *Et multi venerunt ad eum, et dicebant: Joannes quidem signum fecit nullum; omnia autem quæcumque dixit Joannes de hoc, vera sunt.* Postquam enim magnum quidpiam et sublime dixit, statim secedit, illorum cedens furori, ut per absentiam illius sedetur et sopiatur. Quod etiam tunc fecit. Sed cur evangelista locum indicat? Ut discas ipsum ideo istuc abiisse, ut ipsis in memoriam illa revocaret, quæ Joannes illic fecerat dixeratque, necnon testimonium ipsius. Istuc ergo cum venissent, statim Joannis recordati sunt; ideo dicunt, *Joannes nullum fecit signum;* nam alias quid ad rem fecisset id addere? sed quia locus Baptistæ memoriam revocavit, necnon ejus testimonii. Vide autem quam certos syllogismos concinnent. Joannes, inquiunt, nullum fecit signum; hic signa facit: hinc ergo ejus præcellentia ostenditur. Si ergo illi nullum signum edenti credidimus, multo magis huic credemus. Deinde, quia Joannes erat qui testimonium perhibuerat, ne quia signum non fecerat, indignus fuisse putaretur qui testimonium ferret, adjiciunt, etiamsi signum non fecerit, vera tamen omnia de Christo dixisse, ita ut non Christus ex illo, sed ille ex operibus Christi fide dignus haberetur. 42. *Multi ergo crediderunt in eum.* Multa enim illos attrahebant. Nam recordati sunt verborum ejus, cum ipsum se fortiorem dicebat, lucem, vitam, veritatem cæteraque omnia; vocis quoque desuper allatæ, Spiritusque specie columbæ apparentis, ipsumque omnibus ostendentis. Ad hæc miraculorum demonstratio accedebat; qua confirmabantur. Nam si Joanni, inquiunt, credendum, multo magis huic. Si absque signis illi credidimus, multo magis huic, qui illius testimonio celebratus, et ex signis demonstratus est.

Tranquillitas quantum animæ prosit. Anima a negotiis vacans, in portu sedet. Mulierum officium.— Viden' quantum illis locus profuerit, quantum sequestratio a viris improbis? Ideo illos frequenter ab istorum consortio abducit. Quod etiam in veteri lege fecisse deprehenditur. Judæos procul ab Ægyptiis in deserto informans, et sic in omnibus instituens. Id quod etiam nobis faciendum suadet, jubens forum vitare, tumultumque et turbam, atque in cubiculo tranquille orare. Navicula enim tempestate non agitata, secundo vento navigat: animaque a negotiis vacans in portu sedet. Ideoque mulieres philosophiæ magis deditas esse oporteret, quam viros, quæ rei familiari ut plurimum incumbunt. Sic Jacob simplicior fuit, qui domi habitaret, a tumultibus liber. Neque enim sine causa hæc Scriptura dixit, *Habitans domum* (*Gen.* 25. 27). Atqui domi etiam, inquies, magnus tumultus. Siquidem tu vis, et multas tibi attrahis curas. Vir certe in medio foro, et pro tribunali, externis rebus quasi fluctibus agitatur: mulier vero, seu in quodam philosophiæ gymnasio, domi sedens, mentem colligens, poterit et precibus et lectioni cæterisque philosophiæ exercitiis incumbere. Ac quemadmodum ii qui desertum incolunt, a nemine turbantur: sic mulier semper intus manens, perpetua poterit frui tranquillitate. Si quando autem domo sit exeundum, nulla inde perturbationis causa. Sive enim in ecclesiam veniant, sive ad balneum sit pergendum, sæpe coguntur quidem mulieres exire: ut plurimum autem domi sedet mulier, potestque philosophari, adventantemque virum perturbatum sedare, compescere, superfluos ac molestos ejus cogitatus eliminare, et sic rursus emittere curis in foro susceptis vacuum, et bona quæ domi didicit secum ferentem. Nihil enim, nihil utique fortius muliere pia et prudente, ut virum informet, ejusque animam, ut voluerit, instituat. Non amicos, non doctores, non principes perinde feret, ut uxorem monentem, et consilium dantem. Monitio quippe talis cum quadam voluptate conjuncta est, quod illa multum ametur. Multos possem afferre viros asperos, immorigeros, ab uxoribus mitigatos. Uxor viri et mensæ et lecti et liberorum procreationis consors, ipsa conscia dictorum et arcanorum, ingressus et exitus, plurimorumque aliorum, in omnibus marito dedita, et sic illi juncta, ut par est corpus capiti copulari, si prudens sit et diligens, plus quam omnes alii conjugem fovebit et curabit.

4. *Uxoris christianæ agendi ratio qualis esse debeat; quale sit ipsius verum decus.*— Quamobrem hortor, ut operam illi rei dent, et quæ decent suadeant. Ut enim ad virtutem uxor, sic et ad nequitiam inducendam multam vim habet. Mulier Absalonem, mulier Amnonem perdidit, mulier Jobum perdere conata est: uxor Nabalem a cæde eripuit, mulier totam gentem servavit. Nam Debora et Judith, et aliæ multæ imperatorum probe functæ sunt officio. Ideo Paulus ait: *Quid enim scis, mulier, an virum salvum facies* (1. *Cor.* 7. 16)? Illisque temporibus Persida, et Mariam et Priscillam, apostolicis certaminibus se dedidisse scimus (*Rom.* 16). Quas et vos imitari debetis, nec verbis solum, sed etiam operibus conjuges infor-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτὸν ἔβαλ[λ]ον. Ἀλλ' οὐδὲ οὕτω καθεῖλε τὴν δόξαν ταύτην καὶ τὴν ὑπόνοιαν. Καὶ μὴν εἰ κακῶς ὑπώπτευσαν ἐκεῖνοι, ἔδει διορθῶσαι καὶ εἰπεῖν· Τίνος ἕνεκεν ταῦτα ποιεῖτε; οὐκ ἴσην μαρτυρῶν ἐμοὶ καὶ τῷ Πατρὶ δύναμιν ταῦτα εἶπον ἐγώ. Νῦν δὲ πᾶν τοὐναντίον ποιεῖ, καὶ ἵστησι τὴν ὑπόνοιαν, καὶ συγκροτεῖ· καὶ ταῦτα ἀγριουμένων ἐκείνων. Οὐ γὰρ ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῶν εἰρημένων ὡς κακῶς λεχθέντων, ἀλλὰ καὶ ἐκείνοις ἐπιτιμᾷ, ὡς μὴ τὴν προσήκουσαν [a] δόξαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὅτι *Περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, καὶ ὅτι ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν*, ἄκουσον τί φησιν· *Εἰ ἐκείνους εἶπεν ἡ Γραφὴ θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, πῶς ὑμεῖς λέγετε ὅτι βλασφημῶ, ὅτι εἶπον, Υἱὸς Θεοῦ εἰμι;* Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ οἱ χάριτι τοῦτο λαβόντες, οὐκ ἐγκαλοῦνται θεοὺς ἑαυτοὺς καλοῦντες· ὁ τῇ φύσει τοῦτο ἔχων, πῶς ἂν εἴη δίκαιος ἐπιτιμᾶσθαι; Ἀλλ' οὕτω μὲν οὐκ εἶπεν, ὕστερον δὲ αὐτὸ κατεσκεύασε, πρότερον χαλάσας καὶ καθυφείς τῷ λόγῳ, καὶ εἰπών· *Ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλε*· καὶ παραμυθησάμενος αὐτῶν τὸν θυμὸν, τότε ἐπάγει σαφῆ τὴν ἀπόφασιν. Τέως μὲν γὰρ ὥστε δεχθῆναι τὸν λόγον, ταπεινότερον διελέχθη· ὕστερον δὲ ἐπὶ τὸ μεῖζον αὐτὸν ἀνήγαγεν, οὕτω; εἰπών· *Εἰ μὴ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ οὐ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις μου πιστεύσατε.* Ὁρᾷς πῶς τοῦτο ὅπερ εἶπον κατασκευάζει, ὅτι εἰς οὐδέν ἐστιν ἐλάττων αὐτοῦ, ἀλλὰ πανταχοῦ ἴσος; Ἐπειδὴ γὰρ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἰδεῖν ἀμήχανον ἦν, ἀπὸ τῆς τῶν ἔργων ἰσότητός τε καὶ ταυτότητος τὴν ἀπόδειξιν τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀπαραλλαξίας παρέχεται.

γ'. Καὶ τί πιστεύσομεν, εἰπέ; *Ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί.* Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐγὼ, ἢ ὅπερ ὁ Πατὴρ, μένων Υἱός· οὐδὲν ἄλλο ἐκεῖνος, ἢ ὅπερ ἐγὼ, μένων Πατήρ. Κἂν ἐμὲ γνῷ τις, τὸν Πατέρα ἔγνω, καὶ τὸν Υἱὸν ἔμαθεν. Εἰ δὲ ἐλάττονα ἦν τὰ τῆς δυνάμεως, καὶ τὰ τῆς γνώσεως διέψευστο. Οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἄλλην δι' ἄλλης οὔτε οὐσίαν οὔτε δύναμιν μαθεῖν. *Ἠθέλησαν οὖν αὐτὸν πιάσαι, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν, καὶ ἀπῆλθεν πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων τὸ πρότερον, καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον· ὅτι Ἰωάννης ἐποίησε σημεῖον οὐδέν· πάντα δὲ ὅσα εἶπεν Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ, ἐστὶν ἀληθῆ.* Ὅταν γάρ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν φθέγξηται, ἀναχωρεῖ ταχέως, ἐνδιδοὺς αὐτῶν τῷ θυμῷ ὥστε λωφῆσαι καὶ λῆξαι τὸ πάθος διὰ τῆς ἀπουσίας αὐτοῦ· ὃ δὴ καὶ τότε ἐποίησε. Τίνος δὲ ἕνεκεν τὸν τόπον ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει; Ἵνα μάθῃς ὅτι διὰ τοῦτο ἀπῆλθεν ἐκεῖ, ἀναμιμνήσκων αὐτοὺς τῶν ἐκεῖ γενομένων τε [365] καὶ λεχθέντων παρὰ Ἰωάννου, καὶ τῆς μαρτυρίας τῆς ἐκείνου. Ἐλθόντες γοῦν ἐκεῖ, εὐθέως ἀνεμνήσθησαν τοῦ Ἰωάννου· διὰ τοῦτο καὶ λέγουσιν, ὅτι *Ἰωάννης μὲν οὐδὲν σημεῖον ἐποίησεν*· ἐπεὶ ποία ἀκολουθία τοῦτο ἦν προσθεῖναι; ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ τόπος αὐτοὺς εἰς μνήμην ἤγαγε τοῦ Βαπτιστοῦ, καὶ εἰς τὴν τῆς μαρτυρίας αὐτοῦ μνήμην ἦλθον. Ὅρα δὲ πῶς συλλογισμοὺς πλέκουσιν ἀναμφισβητήτους. Ἰωάννης μὲν σημεῖον οὐδὲν ἐποίησεν· οὗτος δὲ ποιεῖ, φησίν, Οὐκοῦν κἀντεῦθεν ἡ ὑπεροχὴ δείκνυται. Εἰ τοίνυν, ἐκείνου σημεῖον οὐδὲν ποιήσαντος, ἐπιστεύσαμεν [b], πολλῷ μᾶλλον τούτῳ. Εἶτα, ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν ὁ μαρτυρήσας, ἵνα μὴ τὸ σημεῖον αὐτὸν μὴ πεποιηκέναι δόξῃ ἀνάξιον τῆς μαρτυρίας ἀποφαίνειν, ἐπήγαγον· Εἰ καὶ σημεῖον οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλ' ὅμως πάντα ἠλήθευσε τὰ περὶ αὐτοῦ, οὐκ ἔτι τοῦτον ἐξ ἐκείνου, ἀλλ' ἐκεῖνον ἀφ' ὧν οὗτος ἐποίησεν ἀξιόπιστον ἀποφαίνοντες. *Πολλοὶ τοίνυν ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν.* Πολλὰ γὰρ ἦν αὐτοὺς τὰ ἐφελκόμενα. Καὶ γὰρ ἐμέμνηντο τῶν ῥημάτων ὧν ἔλεγεν, ἰσχυρότερον ἑαυτοῦ καλῶν αὐτὸν, καὶ φῶς, καὶ ζωὴν, καὶ ἀλήθειαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπαντα, καὶ τῆς φωνῆς τῆς ἄνωθεν ἐνεχθείσης, καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἐν περιστερᾷ εἴδει φανέντος τότε καὶ δείξαντος αὐτὸν ἅπασι· καὶ μετὰ τούτων, τὴν ἀπὸ τῶν θαυμάτων ἀπόδειξιν [c], εἰς ἣν ὁρῶντες ἐβεβαιοῦντο λοιπόν. Εἰ γὰρ Ἰωάννῃ, φησὶ, πιστεύειν ἐχρῆν, πολλῷ μᾶλλον τούτῳ. Εἰ χωρὶς σημείων ἐκείνῳ, πολλῷ μᾶλλον τούτῳ, μετὰ τῆς ἐκείνου μαρτυρίας καὶ τὴν ἀπὸ τῶν σημείων ἀπόδειξιν ἔχοντι.

Ὁρᾷς ὅσον αὐτοὺς ὤνησεν ἡ περὶ τὸν τόπον διατριβὴ, καὶ ἡ τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων ἀπαλλαγή; Διὰ τοῦτο αὐτοὺς συνεχῶς ἐξάγει καὶ ἀπάγει τῆς ἐκείνων συνουσίας· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς ποιήσας φαίνεται, πόρρω τῶν Αἰγυπτίων ἐπὶ τῆς ἐρήμου τοὺς Ἰουδαίους διαπλάττων καὶ ῥυθμίζων ἐν ἅπασιν. Ὃ καὶ ἡμῖν παραινεῖ ποιεῖν, ἀγορὰς μὲν φεύγειν κελεύων καὶ θορύβους καὶ ταραχὰς, ἐν δὲ τῷ ταμιείῳ προσεύχεσθαι μετὰ τῆς ἡσυχίας. Καὶ γὰρ πλοῖον ταραχῆς ἀπηλλαγμένον, ἐξ οὐρίας πλεῖ· καὶ ψυχὴ πραγμάτων οὖσα ἐκτὸς, ἐν λιμένι κάθηται. Διὸ καὶ τὰς γυναῖκας φιλοσοφωτέρας τῶν ἀνδρῶν ἐχρῆν εἶναι, οἰκουρίᾳ προσηλωμένας τὰ πλείονα. Οὕτω γοῦν καὶ ὁ Ἰακὼβ ἁπλαστος ἐγένετο, ἐπειδὴ οἰκίαν ᾤκει, καὶ τῶν ἐν μέσῳ θορύβων ἐλεύθερος ἦν. Οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς αὐτὸ τέθεικεν ἡ Γραφὴ εἰποῦσα, *Οἰκῶν οἰκίαν*. Ἀλλὰ καὶ ἐν οἰκίᾳ πολὺς, φησὶν, ὁ θόρυβος. Ἐπειδὴ σὺ βούλει, καὶ περιιστᾷς σαυτῇ φροντίδων ὄχλον. Ὁ μὲν γὰρ ἀνὴρ ἐν μέσαις στρεφόμενος ταῖς ἀγοραῖς καὶ δικαστηρίοις, ὥσπερ ὑπό τινων κυμάτων τῶν ἔξωθεν περιαντλεῖται θορύβων· ἡ δὲ γυνὴ καθάπερ ἔν τινι διδασκαλείῳ φιλοσοφίας τῇ οἰκίᾳ καθημένη, καὶ τὸν νοῦν συνάγουσα εἰς ἑαυτὴν, καὶ εὐχαῖς προσέχειν καὶ ἀναγνώσεσι καὶ τῇ ἄλλῃ δυνήσεται φιλοσοφίᾳ. Καὶ καθάπερ οἱ τὰς ἐρήμους οἰκοῦντες, οὐδένα ἔχουσι τὸν ἐνοχλοῦντα· [366] οὕτω καὶ αὕτη διαπαντὸς ἔνδον οὖσα, διηνεκῶς δύναται ἀπολαύειν γαλήνης. Εἰ δέ ποτε καὶ ἐξελθεῖν ἀνάγκη γένοιτ' ἄν, οὐδὲ τότε ἐκεῖ θορύβων ὑπόθεσις. Ἡ γὰρ μέχρι τῆς ἐνταῦθα παρουσίας, ἣ ἡνίκα ἂν τὸ σῶμα λουτρῷ θεραπευθῆναι δέῃ, ἀναγκαῖαι ταῖς γυναιξὶν αἱ ἔξοδοι· τὸν δὲ πλείονα χρόνον ἔνδον κάθηται, καὶ δυνατὸν αὐτὴν τε φιλοσοφεῖν, καὶ τὸν ἄνδρα δεχομένην, τεταραγμένον κατάστελλειν, ῥυθμίζειν, περικόπτειν αὐτοῦ τὰ περιττὰ καὶ ἄγρια τῶν λογισμῶν, καὶ οὕτω πάλιν ἐκπέμπειν, ὅσα μὲν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἐφελκύσατο κακὰ, ἀποθέμενον, ὅσα δὲ ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔμαθε καλὰ μεθ' ἑαυτοῦ φέροντα. Οὐδὲν γὰρ, οὐδὲν ἰσχυρότερον γυναικὸς εὐλαβοῦς καὶ συνετῆς, πρὸς τὸ ῥυθμίζειν ἄνδρα, καὶ διαπλάττειν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν οἷς ἂν θέλῃ. Οὔτε γὰρ φίλων, οὔτε διδασκάλων, οὔτε ἀρχόντων οὕτως ἀνέξεται, ὡς τῆς συνοίκου παραινούσης, καὶ συμβουλευούσης. Ἔχει γάρ τινα καὶ ἡδονὴν ἡ παραίνεσις, διὰ τὸ σφόδρα φιλεῖσθαι τὴν συμβουλεύουσαν. Καὶ πολλοὺς ἂν ἔχοιμι λέγειν ἄνδρας σκληροὺς καὶ ἀπειθεῖς καταμαλαγέντας οὕτως. Αὕτη γὰρ καὶ τραπέζης αὐτῷ καὶ εὐνῆς, καὶ παιδοποιίας, καὶ ῥητῶν καὶ ἀπορρήτων, καὶ εἰσόδων καὶ ἐξόδων, καὶ πολλῷ πλειόνων κοινωνοῦσα ἑτέρων, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτῷ δεδεμένη [d], καὶ οὕτως αὐτῷ συνημ-

[a] Προσήκουσαν deest in quibusdam. [b] Sic unus codex optimus, et sic legendum opinabatur Savilius, mss. auctoritate destitutus. Vulgo ἐπίστευσαν. Paulo post Morel. αὐτὸν πεποιηκέναι, et mox ἐπήγαγεν, male. Ibidem, ἀνάξιον τὴν μαρτυρίαν, legi in Quæst. in Joan. testatur. Sav.

[c] Legendum videtur τῆς ἀπὸ τῶν θαυμάτων ἀποδείξεως, ut suspicatur etiam Savilius. [d] Hæc est lectio cod. 709. Legebatur δεδομένη. Edit.

Digitized by Google Национальная библиотека текста АВК/FR

μένη, ὡς εἰκὸς σῶμα κεφαλῇ συνῆφθαι, ἂν τύχῃ συνετή τις οὖσα καὶ ἐμμελής, ἅπαντας ὑπερβήσεται καὶ νικήσει εἰς τὴν τοῦ συνοικοῦντος ἐπιμέλειαν.

δ'. Διὰ τοῦτο παραινῶ, ἔργον τοῦτο τίθεσθαι, καὶ τὰ δέοντα συμβουλεύειν. Ὥσπερ γὰρ πρὸς ἀρετὴν, οὕτω καὶ πρὸς κακίαν πολλὴν ἔχει τὴν ἰσχύν. Αὕτη τὸν Ἀβεσσαλὼμ ἀπώλεσεν, αὕτη τὸν Ἀμνών, αὕτη τὸν Ἰὼβ ἔμελλεν· αὕτη τὸν Νάβαλ ἐξήρπασε τῆς σφαγῆς, αὕτη ὁλόκληρον ἔθνος διέσωσε. Καὶ γὰρ Δεββώρα καὶ Ἰουδὶθ ἀνδρῶν στρατηγῶν κατορθώματα ἐπεδείξαντο· καὶ ἄλλαι δὲ μυρίαι γυναῖκες. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλός φησι· *Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις;* Καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων δὲ ἐκείνων τὴν Περσίδα καὶ τὴν Μαριὰμ καὶ τὴν Πρίσκιλλαν ἀποστολικῶν ἁψαμένας σκαμμάτων εἴδομεν. Ἄσπερ ἀναγκαῖον καὶ ὑμᾶς ζηλοῦν, καὶ μὴ ῥήμασι μόνον, ἀλλὰ καὶ πράγμασι ῥυθμίζειν τὸν συνοικοῦντα. Πῶς δὲ αὐτὸν παιδεύσομεν διὰ τῶν πραγμάτων; Ὅταν σὲ μὴ πονηρὰν οὖσαν ἴδῃ, μηδὲ πολυτελῆ καὶ φιλόκοσμον, μηδὲ προσόδους χρημάτων ἀπαιτοῦσαν περιττὰς, ἀλλ' ἀρκουμένην τοῖς οὖσι· τότε γὰρ, τότε καὶ συμβουλευούσης ἀνέξεται. Ἐὰν δὲ φιλοσοφῇς μὲν τοῖς ῥήμασιν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασι τἀναντία ποιῇς, καταγνώσεταί σου φλυαρίαν πολλήν. Ὅταν δὲ μετὰ τῶν ῥημάτων καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων παρέχῃς αὐτῷ διδασκαλίαν, τότε καὶ ἀποδέξεταί σε καὶ πεισθήσεται μᾶλλον· οἷον ὅταν χρυσίον μὴ ζητῇς, μηδὲ μαργαρίτας, μηδὲ ἱματισμῶν πολυτέλειαν· ἀλλ' ἀντὶ τούτων κοσμιότητα, σωφροσύνην, εὔνοιαν, καὶ παρὰ σαυτῆς ταῦτα εἰσαγάγῃς, καὶ παρ' ἐκείνου ταῦτα ἀπαιτῇς. Εἰ γὰρ χρή τι εἰς ἀρέσκειαν ποιεῖν ἀνδρὸς, ψυχὴν δεῖ, οὐ σῶμα κοσμεῖν καὶ διαφθείρειν. Οὐδὲ γὰρ οὕτω χρυσίον περικείμενον ποιήσει ἐπέρασ τον καὶ ποθεινὴν [367] ἐκείνῳ, ὡς σωφροσύνη καὶ εὔνοια περὶ αὐτόν, καὶ τὸ ὑπεραποθανεῖν τοῦ συνοικοῦντος. Ταῦτα μᾶλλον χειροῦται τοὺς ἄνδρας. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ κόσμος καὶ προσίσταται αὐτῷ, εἰς στενὸν τὰ χρήματα αὐτῷ καθιστὰς, καὶ δαπάνην καὶ φροντίδα πολλὴν παρέχων [a]· τὰ δὲ εἰρημένα προσηλώσει τῇ γυναικὶ τὸν ἄνδρα. Εὔνοια γὰρ καὶ φιλία καὶ πόθος οὔτε φροντίδας παρέχει, οὔτε δαπάνην ἐργάζεται, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαν. Κἀκεῖνος μὲν ὁ κόσμος ὑπὸ τῆς συνηθείας προσκορὴς γίνεται· ὁ δὲ τῆς ψυχῆς καὶ' ἑκάστην ἀνθεῖ τὴν ἡμέραν, καὶ μείζονα ἀνάπτει τὴν φλόγα. Ὥστε εἰ βούλει ἀνδρὶ ἀρέσκειν, κόσμει τὴν ψυχὴν σωφροσύνῃ, εὐλαβείᾳ, προστασίᾳ οἰκίας. Ταῦτα καὶ μᾶλλον χειροῦται, καὶ οὐδέποτε παύεται. Οὐ γῆρας καταλύει τὸν κόσμον τοῦτον, οὐ νόσος ἀπόλλυσι. Τὸν μὲν γὰρ τοῦ σώματος κόσμον χρόνος πολὺς ἐξέλυσε, καὶ νόσος ἀνάλωσε, καὶ ἕτερα πλείονα· τὰ δὲ τῆς ψυχῆς πάντων ἐστὶν ἀνώτερα τούτων. Κἀκεῖνος μὲν ὁ κόσμος καὶ φθόνον ἔχει καὶ ζηλοτυπίαν ἀνάπτει· οὗτος δὲ καθαρός ἐστι νοσήματος, καὶ πάσης ἀπήλλακται κενοδοξίας. Οὕτω καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν εὐκολώτερα ἔσται, καὶ ἡ πρόσοδος μετ' εὐμαρείας, ὅταν τὸ χρυσίον μὴ τῷ σώματι τῷ σῷ περικείμενον ᾖ, μηδὲ τὰς χεῖρας δεσμοῦν, ἀλλ' εἰς ἀναγκαίας παραχωρῇ [b] χρείας· οἷον, εἰς διατροφὴν οἰκετῶν, καὶ παίδων ἐπιμέλειαν ἀναγκαίαν, καὶ ἑτέρας χρειώδεις προφάσεις. Ἂν δὲ μὴ ταῦτα ᾖ, περικέηται δὲ αὐτὰ τῇ ὄψει [c], καὶ ἡ καρδία στενοχωρῆται, τί τὸ κέρδος; πολὺν τὸ ὄφελος; Οὐκ ἀφίησι τὸ ταύτης θαῦμα ὀφθῆναι ἐκείνη λυπουμένη. Ἴστε γὰρ, ἴστε ὅτι, κἂν αὐτὴν πασῶν εὐπρεπεστάτην ἴδῃ τις γυναῖκα, οὐ δύναται τέρπεσθαι ἐν ὀδυνωμένῃ τῇ ψυχῇ· τὸν γὰρ μέλλοντα τέρπεσθαι, χαίρειν δεῖ πρότερον καὶ ἀγάλλεσθαι. Τοῦ χρυσίου δὲ παντὸς σεσωρευμένου εἰς τὸν κόσμον τοῦ σώματος τοῦ γυναικείου, καὶ στενοχωρίας οὔσης κατὰ τὴν οἰκίαν, οὐδεμία τέρψις ἐστὶ τῷ συνοικοῦντι. Ὥστε εἰ βουλόμεθα ἀρέσκειν τοῖς ἀνδράσιν, ἐν ἡδονῇ αὐτοὺς καταστήσομεν· ἐν ἡδονῇ δὲ καταστήσομεν, ἂν περιέλωμεν τὸν κόσμον καὶ τοὺς καλλωπισμούς. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα παρ' αὐτὸν τῆς νυμφαγωγίας τὸν καιρὸν ἔχειν τινὰ τέρψιν δοκεῖ· ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ μαραίνεται. Εἰ γὰρ τὸν οὐρανὸν οὕτω καλὸν ὄντα, καὶ τὸν ἥλιον οὕτω λαμπρὸν, οὗ σῶμα οὐδὲν ἂν ἔχοις ἴσον εἰπεῖν, οὐχ ὁμοίως θαυμάζομεν διὰ τὴν συνήθειαν· πῶς σῶμα κεκαλλωπισμένον θαυμάσομεν; Ταῦτα λέγω, βουλόμενος ὑμᾶς κοσμεῖσθαι τὸν κόσμον τὸν ὑγιῆ, ὃν ὁ Παῦλος ἐπέταξε· *Μὴ χρυσῷ ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ' ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελλομέναις θεοσέβειαν δι' ἔργων ἀγαθῶν.* Ἀλλὰ τοῖς ἔξω ἀρέσκειν βούλει, καὶ ἐπαινεῖσθαι παρ' αὐτῶν; Μάλιστα μὲν οὖν οὐ σώφρονος γυναικὸς ὁ πόθος οὗτος. Πλὴν εἰ βούλει, καὶ τούτους οὕτως ἐραστὰς ἕξεις σφοδροὺς καὶ τῆς σωφροσύνης ἐπαινέτας. Ἐκείνην μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐπαινέσεται ἐπιεικὴς καὶ μέτριος, ἀλλὰ ἀκόλαστοι καὶ λάγνοι· μᾶλλον δὲ, οὐδὲ οὗτοι ἐπαινέσονται, ἀλλὰ καὶ κακῶς ἐροῦσιν, ἀναπτερούμενοι τὰς ὄψεις ὑπὸ τῆς περὶ τὴν γυναῖκα ἀσωτίας· ταύτην δὲ κἀκεῖνοι καὶ οὗτοι, καὶ πάντες ἀποδέξονται, ἅτε μηδὲν [368] κακὸν παρ' αὐτῆς λαμβάνοντες, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίαν φιλοσοφίας· καὶ πολὺς μὲν ἔσται παρὰ ἀνθρώποις ὁ ἔπαινος, πολὺς δὲ παρὰ τῷ Θεῷ ὁ μισθός. Τοῦτον τοίνυν ζηλώσωμεν τὸν κόσμον, ἵνα καὶ ἐνταῦθα μετὰ ἀδείας ζήσωμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Alii παρέχει.

[b] Quidam προχωρῇ. [c] Savil. et cod. 705 αὐτὰ ἡ ὄψις.

ΟΜΙΛΙΑ ΞΒ'.

Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς. Ἦν δὲ Μαριὰ ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ.

α'. Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅταν ἴδωσί τινας τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ πάσχοντάς τι δεινὸν, οἷον ἢ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσόντας, ἢ πενίᾳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ, σκανδαλίζονται· οὐκ εἰδότες, ὅτι τῶν μάλιστα τῷ Θεῷ φίλων τὸ ταῦτα πάσχειν ἐστίν· ἐπεὶ καὶ ὁ Λάζαρος τῶν φίλων ἦν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἠσθένει. Τοῦτο γοῦν καὶ οἱ πέμψαντες ἔλεγον· *Ἴδε ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ.* Ἀλλ' εἴδωμεν ἄνωθεν τὴν περικοπήν. *Ἦν τις* [a], φησὶν, *ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας.* Οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ὡς ἔτυχεν εἶπε πόθεν ἦν ὁ Λάζαρος, ἀλλὰ διά τινα αἰτίαν ἣν μετὰ ταῦτα ἐρεῖ. Τέως δὲ τοῦ προκειμένου ἐχώμεθα. Καὶ τὰς ἀδελφὰς δὲ αὐτοῦ ἡμᾶς διδάσκει χρησίμως· καὶ ἔτι δὲ πλέον εἶχε Μαρία, ἐπάγων καὶ λέγων· *Ἦν δὲ Μαριὰ* [b] *ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ.* Ἐνταῦθά τινες διαπορεῖντες, Πῶς, φησὶν, ἠνέσχετο ὁ Χριστὸς γυναικὸς τοιαύτα ποιούσης; Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο ἀναγκαῖον μαθεῖν, ὅτι οὐχ αὕτη ἐστὶν ἡ πόρνη ἡ ἐν τῷ Ματθαίῳ, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ Λουκᾷ· ἄλλη γὰρ αὕτη. Ἐκείναι [c] μὲν γὰρ πόρναι δή τινες ἦσαν καὶ πολλῶν γέμουσαι κακῶν· αὕτη δὲ καὶ σεμνὴ καὶ σπουδαία. Καὶ γὰρ περὶ τὴν ὑποδοχὴν ἐσπούδαζε τοῦ Χριστοῦ. Δείκνυσι δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι καὶ αἱ ἀδελφαὶ ἐφίλουν αὐτὸν, καὶ ὅμως συνεχώρησε τὸν Λάζαρον ἀποθανεῖν. Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ ἐάσασαι τὸν

[a] Morel. ἦν γάρ τις. Savil. et alii ἦν τις.

[b] Alii λέγων· Αὕτη γάρ ἦν, φησὶ, Μαρία. [c] Mor Λουκᾷ· ἀλλ' ἑτέρα τις σεμνή. Ἐκείναι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mare. Et quomodo maritum operibus erudiemus? Cum te videbit nec improbam, nec curiosam, nec ornatus amantem, non superfluos sumptus expetentem, sed præsentibus contentam; tunc te consulentem feret. Si autem verbis philosopheris, rebus vero contraria feceris, tunc loquacitatem tuam damnabit. Sin verbis simul et operibus doctrinam inferas, tunc te excipiet atque magis obtemperabit: ut cum aurum non quæres, neque margaritas, neque vestimentorum magnificentiam; sed horum loco, modestiam, temperantiam, benevolentiam: utque ex teipsa hæc afferes, sic ab illo eadem exiges. Nam si quid ad placendum viro sit agendum, animam oportet, non corpus ornare, imo corrumpere. Neque enim ita te illi amabilem àurum reddet, ut temperantia et benevolentia, atque animus ad vitam pro marito ponendam paratus. Hæc viros capiunt. Nam cultus ille superfluus displicet illi, rem familiarem coarctat, et sumptum et curas parit. At quæ prius dicta sunt, virum uxori copulant. Benevolentia quippe, amicitia, desiderium, nec curas faciunt, nec impensam exigunt; imo contrarium omnino. Ornatus quidem ille a consuetudine fastidium ingenerat: animæ vero ornatus quotidie floret, et majorem accendit flammam. Itaque si viro placere velis, orna animam castitate, pietate, rei domesticæ cura. Hæc maxime alliciunt, et numquam desinunt. Hunc ornatum non senectus solvit, non morbus aufert; sed corporis cultum diuturnum tempus atterit, morbus consumit, aliaque multa perdunt. At animæ bona his omnibus sunt superiora. Ille ornatus invidiam parit et zelotypiam; hic vero a morbo quovis et a vana gloria liber est. Hoc pacto res domestica facilior erit, et proventus uberior, quando aurum non corpori tuo circumpositum erit, nec manus ligabit; sed pro necessariis expendetur usibus: ut in cibum servorum, filiorum curam necessariam, aliaque rationi consentanea. Alioquin si hæc in luxum præponantur, dum cor angitur, quod lucrum? quæ utilitas? Tantum cultum non sinit dolor aspicere. Scitis enim, scitis utique, quod si quis mulierem omnium ornatissimam videat, delectari non potest, si animus sit in mœrore: qui enim vult delectari, hilaris sit oportet. Si autem aurum totum ad ornandum uxoris corpus insumptum est, in angustia rei familiaris nulla potest esse heri voluptas. Quapropter si vultis placere viris, dabitis voluptati locum: dabitis porro, si talem cultum et ornatum tollatis. Hæc quippe omnia sponsalium tempore quamdam videntur habere voluptatem; demumque tempore marcescunt. Si enim cælum tam pulchrum, solem tam splendidum, cui nullum par esse corpus dixeris, ob consuetudinem non usque adeo miramur, quomodo ornatum corpus diu mirabimur? Hoc dico, quod velim vos ornari vero cultu, quem Paulus præcepit: *Non auro et margaritis, aut veste pretiosa, sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona* (1. *Tim.* 2. 9 *et* 10). Sed vis externis placere, ab iisque laudari? Certe non castæ mulieris est desiderium. At si velis, etiam illos habebis et amatores et castitatis laudatores. Illam enim talem mulierem nemo æquus æstimator laudabit, sed lascivi tantum et molles homines; imo ne hi quidem laudabunt, sed maledicent, cum mulieris lasciviam intuebuntur: probam vero hanc mulierem et hi et illi omnesque laudabunt; quippe qui nihil ab illa mali acceperint, sed philosophiæ doctrinam: magna apud homines laus aderit, magna apud Deum merces. Hunc ergo quæramus ornatum, ut et hic cum libertate vivamus, et futura consequamur bona: quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXII (*a*).

CAP. 11. v. 1. *Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, ex castello Mariæ et Marthæ sororis ejus.* 2. *Maria autem erat ea quæ unxit Dominum unguento.*

1. *Ærumnæ amicis Dei maxime competunt. De Maria sorore Lazari quæstio.* — Multi cum aliquos vident homines Deo acceptos, in ærumnam quampiam, ut morbum, paupertatem, aut quid simile incidisse, perturbantur, nescii Deo amicis id maxime competere. Nam Lazarus ex Christi amicis erat, et infirmabatur: id quod dicebant ii qui miserunt: *Ecce quem amas infirmatur.* Sed locum altius repetamus. *Erat*, inquit, *quidam languens Lazarus a Bethania.* Non abs re dixit unde esset Lazarus, sed ea de causa, quam postea dicturus est. Interim vero præsentia tractemus. Sorores utiliter indicat, et Mariam quæ in aliquo præstabat, hoc adjiciens, *Erat autem Maria quæ Dominum unxerat unguento.* Hic quidam quæstionem movent, cur Dominus hoc mulierem facere permiserit? Primo itaque discas oportet, non hanc esse meretricem de qua Matthæus et Lucas, sed aliam honestam mulierem. Illæ namque mulieres erant peccatis onustæ: hæc vero et honesta et studiosa. Nam Christum excipere curavit. Narrat autem evangelista, sorores quoque ipsum amavisse; et tamen Lazarum mori permisit. Quare non, ut centurio et regulus, relicto fratre ægrotante, Christum adeunt, sed mittunt? Admodum Christo fidebant, ipsique familiares erant. Alioquin mulieres erant infirmæ, et luctu detinebantur. Quod enim non ex contemptu sic fecerint, postea demonstrarunt. Quod igitur hæc illa non esset palam est. Sed illam, inquies, cur admisit Christus? ut solveret nequitiam, ut humanitatem exhiberet, ut discas nullum esse morbum, qui ejus bonitatem superet.

(*a*) Hanc homiliam et duas sequentes edidere olim Parisienses typographi tomo secundo Bibliothecæ Patrum, Editione secunda, nomine sancti Basilii Seleuciæ episcopi, Latine versas per Theodorum Peltanum Societatis Jesu Theologum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ne itaque hoc tantum respicias quod illam admiserit, sed et illud considera, quomodo mutaverit. Et cur hanc memorat historiam evangelista? imo vero quid nos vult docere, cum ait: 5. *Amabat autem Jesus Martham et sororem ejus, et Lazarum?* Ne umquam indignemur vel ægre feramus, si viri virtute præditi et Dei amici, in morbum incidant. 3. *Ecce quem amas, infirmatur.* In commiserationem Christum pertrahere volebant. Adhuc enim hominem esse putabant, quod ex dictis eorum arguitur, *Si fuisses hic, non fuisset mortuus.* Neque dixerunt, Ecce Lazarus infirmatur; sed, *Ecce quem amas, infirmatur.* Quid ergo Christus? 4. *Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.* Vide quomodo rursum eamdem dicat gloriam suam et Patris. Cum enim dixisset, *Dei*, subdidit, *Ut glorificetur Filius Dei. Hæc infirmitas non est ad mortem.* Cum enim illic biduo mansurus esset, remittit illos ut hæc nuntient. Qua in re mirandum est, quod sorores cum audissent non esse ad mortem, et postea mori vidissent, offensæ non fuerint, rem contra cessisse cernentes; verum accesserunt, nec putarunt mentitum illum esse. Illa autem particula, *Ut*, non causalis est, sed eventum significat. Alia namque fuit morbi causa; illo autem ad Dei gloriam usus est. 6. *Et cum hæc dixisset, mansit in eo loco duos dies.* Cur mansit? Ut expiraret ille et sepeliretur: ne quis diceret, Nondum defunctum suscitavit, sopitus tantum erat; vel, Solutus defecerat, non mors erat. Ideo tanto tempore manet, ut illo jam corrupto, dicere possent, *Jam fœtet* (*Joan* 11. 39). 7. *Deinde dicit discipulis: Eamus in Judæam.* Cur cum nusquam ita prædixerit, hic prædicit? Valde timebant: et quia sic affecti erant, prædicit, ne statim turbentur. Quid vero discipuli? 8 *Nunc quærebant te Judæi lapidare, et rursus eo vadis?* Timebant enim etiam ei, sed sibi magis; nondum enim perfecti erant. Quapropter timore exagitatus Thomas dicit ei: *Eamus, ut et nos moriamur* (*Ibid.* 16). Infirmior namque et magis incredulus[1] quam cæteri erat. Sed vide quomodo Christus dictis suis illos confirmet. 9. *Nonne duodecim horæ sunt diei?* Vel hoc dixit, ut declararet, nihil timendum esse nullius sibi mali conscio; sed eum qui male fecerit puniendum (quare nobis nihil timendum, cum nihil morte dignum fecerimus): vel sic intelligas, Qui lucem hujus mundi videt, in tuto est; si autem ille in tuto est, multo magis is qui mecum est, nisi a me discesserit. His verbis illos confirmavit, et necessariam causam subdidit, cur illo migrandum esset: et postquam declarasset, non iturus Jerosolymam, sed Bethaniam, dixit: 11 *Lazarus amicus dormit, et vado ut illum excitem.* Hoc est, Non iterum vado cum Judæis disputaturus et congressurus, sed amicum nostrum excitaturus. 12. *Dicunt discipuli: Domine, si dormit, salvus erit.* Id vero non sine causa dixerunt, sed ut impedirent quominus iret. Dicis, inquiunt, illum dormire? ergo nihil cogit illo abire. Atqui ille ideo dixerat, *Amicus noster*, ut ostenderet necessariam esse profectionem.

2. Quia vero illi segniores erant, dixit tandem, 14. *Mortuus est.* Primo itaque ut fastum tolleret, sic loquutus fuerat; cum autem id illi non intelligerent, adjecit, *Mortuus est*, 15. *et gaudeo propter vos.* Cur, *Propter vos?* Quod absens prædixerim: itaque cum resuscitavero, nulla remanebit suspicio. Viden' quomodo adhuc imperfectiores essent discipuli, nec ejus virtutem ut par erat cognoscerent? Quod ex metu illorum animos turbante proveniebat. Et cum dixit, *Dormit*, addidit, *Vado ut excitem eum;* cum autem dixit, *Mortuus est*, non jam addidit, *Vado, ut suscitem eum.* Non enim volebat ex verbis prædicere, quæ opere confirmaturus erat, nos semper docens, vanam gloriam esse fugiendam, neque temere esse promittendum. Quod si rogatus hoc centurioni fecit (dixit enim, *Ego veniam; et curabo eum* [*Matth.* 8. 7]); id dixit, ut ejus fidem ostenderet. Si quis vero dixerit, Cur somnum suspicabantur esse discipuli, neque noverunt mortuum esse, cum diceret, Vadam et curabo eum? (stultum enim erat si putarent Jesum quindecim stadia confecturum esse, ut illum expergefaceret): respondebo, putasse illos hoc ænigma esse, ut alia multa quæ dicebat.

Thomas omnium infirmissimus postea fortissimus effectus est. — Omnes itaque Judæorum impetum formidabant: omnium maxime Thomas: ideo dixit, 16. *Eamus, ut et nos moriamur cum eo.* Quidam vero dicunt, ipsum mori optasse; sed non ita res est: nam potius ex timore loquebatur. Sed non increpatus fuit. Ejus enim infirmitatem adhuc tolerabat; demum certe his omnium fortissimus effectus est et insuperabilis. Nam, quod admiratione dignum est, is quem ita infirmum ante crucem vidimus, post crucem et post resurrectionis fidem ferventissimum omnium conspicimus. Tanta est Christi virtus. Nam qui cum Christo Bethaniam ire non audebat, hic Christo non præsente orbem fere percurrit, in mediis populis versabatur sanguinariis, qui illum interficere quærebant. Si autem stadiis quindecim distabat Bethania, quæ sunt milliaria duo, quomodo quatriduanus erat Lazarus? Mansit duobus diebus, et pridie venerat nuntius, eo ipso mortis die: deinde quarta die advenit. Ideo donec vocaretur exspectavit; neque non accersitus venit ne qua oriretur suspicio. Neque ipsæ, quæ amalcantur, venerunt; sed alii mittuntur. 18. *Erat autem Bethania quasi stadiis quindecim.* Hinc significatur multos ex Jerosolymis adfuisse; nam statim adjicit, multos ex Judæis adfuisse qui consolarentur eas (*Joan.* 11. 19). Quomodo[1] a Christo dilectæ Judæi consolabantur? Atqui convenerant ut si quis Christum confiteretur, extra synagogam fieret?

[1] In Morel. legitur, *timidior*, pro, *magis incredulus*.

[1] Omnes fere vss. nostri locum, ut in textu jacet, efferunt; Editi vero sic..... « *quasi stadiis quindecim* ». *Neque illud sine causa notatur: sed ostendere voluit Evangelista locum esse proximum, et ex illa proximitate verisimilem fieri multorum præsentiam. Itaque subjunxit:* « *Multi autem ex Judæis venerant ut consolarentur eas.* » *Quomodo*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀδελφὸν κάμνοντα, ὅπερ ἐποίησεν ὁ ἑκατόνταρχος καὶ ὁ ἄρχων ὁ βασιλικὸς, ἀπῆλθον πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ πέμπουσι; *Σφόδρα ἐθάρρουν τῷ Χριστῷ*, καὶ πολλὴν πρὸς αὐτὸν εἶχον οἰκείωσιν. Ἄλλως δὲ, καὶ γυναῖκες ἦσαν ἀσθενεῖς, καὶ τῷ πένθει κατείχοντο· ἐπεὶ ὅτι οὐ καταφρονοῦσαι τοῦτο ἐποίουν, ὕστερον ἐδήλωσαν. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἦν αὕτη ἐκείνη, δῆλον. Ἀλλὰ καὶ ἐκείνην τίνος ἕνεκεν ἐδέξατο ὁ Χριστὸς, φησίν; Ἵνα λύσῃ τὴν κακίαν· ἵνα δείξῃ τὴν φιλανθρωπίαν· ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἔστι νόσημα νικῶν αὐτοῦ τὴν ἀγαθότητα. Μὴ τοίνυν τοῦτο μόνον ἴδῃς, ὅτι ἐδέξατο, ἀλλὰ κἀκεῖνο σκόπει, πῶς μετέβαλε. Καὶ τίνος ἕνεκεν ἀναμιμνήσκει[a] τῆς ἱστορίας ταύτης ἡμᾶς ὁ εὐαγγελιστής; μᾶλλον δὲ τί διδάξαι βούλεται τῷ λέγειν, *Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς, καὶ τὸν* [369] *Λάζαρον*; Μηδέποτε ἀγανακτεῖν μηδὲ δυσχεραίνειν, εἴ τις ἀσθένεια γένοιτο περὶ τοὺς σπουδαίους ἄνδρας καὶ τῷ Θεῷ φίλους. *Ἴδε ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ*. Εἰς οἶκτον ἐπισπάσασθαι ἐβούλοντο τὸν Χριστόν. Ἔτι γὰρ ὡς ἀνθρώπῳ προσεῖχον· καὶ δῆλον ἐξ ὧν λέγουσιν· *Εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανε*· καὶ ἐκ τοῦ μὴ εἰπεῖν, Ἴδε[b] Λάζαρος ἀσθενεῖ, ἀλλ', *Ἴδε ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ*. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ δι' αὐτῆς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ*. Ὅρα πῶς πάλιν μίαν τὴν δόξαν φησὶν αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρός. Εἰπὼν γὰρ, *Θεοῦ*, ἐπήγαγεν, *Ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ*. *Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον*. Ἐπειδὴ γὰρ[c] ἔμελλεν ἐκεῖ ἡμέρας δύο μένειν, τέως αὐτοὺς ἀποπέμπεται τοῦτο ἀπαγγέλλοντας. Ἐφ' ᾧ καὶ θαυμάσαι ἔστι τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ, πῶς ἀκούσασαι, ὅτι *Οὐκ ἔστι πρὸς θάνατον*, καὶ ἰδοῦσαι αὐτὸν ἀποθανόντα, οὐκ ἐσκανδαλίσθησαν, ἀπεναντίας τοῦ πράγματος γενομένου· ἀλλὰ προσῆλθον καὶ οὕτω, καὶ οὐκ ἐνόμισαν αὐτὸν διαψεύσασθαι. Τὸ δὲ, *Ἵνα*, ἐνταῦθα οὐκ αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεώς ἐστι. Συνέβη μὲν γὰρ ἑτέρωθεν ἡ ἀῤῥωστία· ἐχρήσατο δὲ αὐτῇ εἰς δόξαν Θεοῦ. *Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἔμεινεν ἡμέρας δύο*. Τίνος ἕνεκεν ἔμεινεν; Ἵνα ἀποπνεύσῃ, καὶ ταφῇ, ἵνα μηδεὶς ἔχῃ λέγειν, ὅτι οὕτω τελευτήσαντα αὐτὸν ἀνέστησεν· ὅτι κάρος ἦν, ὅτι ἔκλυσις ἦν, ὅτι καταγωγὴ ἦν, καὶ οὐ θάνατος. Διὰ τοῦτο καὶ χρόνον τοσοῦτον μένει[d], ὡς καὶ φθορὰν γενέσθαι, καὶ εἰπεῖν, *Ἤδη ὄζει. Εἶτα λέγει τοῖς μαθηταῖς· Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν*. Τί δήποτε οὐδαμοῦ προειπὼν ἀλλαχοῦ, ἐνταῦθα προλέγει; Ἐδεδοίκεισαν σφόδρα· καὶ ἐπεὶ ταύτῃ διέκειντο, προλέγει[e], ἵνα μὴ τὸ ἀθρόον ταράξῃ αὐτούς. Τί δὲ οἱ μαθηταί; *Νῦν ἐζήτουν σε Ἰουδαῖοι λιθάσαι, καὶ πάλιν ὑπάγεις ἐκεῖ;* Ἐδεδοίκεισαν μὲν οὖν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ· τὸ δὲ πλέον, μᾶλλον ὑπὲρ ἑαυτῶν· οὕπω γὰρ ἦσαν ἀπηρτισμένοι. Διὸ καὶ τῷ δέει κατασειόμενος λέγει Θωμᾶς· *Ἄγωμεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀποθάνωμεν*. Ἀσθενέστερος γὰρ τῶν ἄλλων ἦν καὶ ἀπιστότερος[f]. Ἀλλ' ὅρα πῶς αὐτοὺς δι' ὧν φησι παραθαῤῥύνει ὁ Ἰησοῦς. *Οὐχὶ δώδεκά ὥραί εἰσι τῆς ἡμέρας;* Ἢ τοῦτο τοίνυν φησὶν, ὅτι ὁ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς πονηρὸν, οὐδὲν πείσεται δεινόν· ὁ δὲ τὰ φαῦλα πράσσων πείσεται (ὥστε ἡμᾶς οὐ χρὴ δεδοικέναι· οὐδὲν γὰρ ἄξιον θανάτου ἐπράξαμεν)· ἢ ὅτι ὁ τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπων, ἐν ἀσφαλείᾳ ἐστίν[g]. Εἰ δὲ ὁ τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπων, πολλῷ μᾶλλον ὁ μετ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ ἀποστήσῃ ἑαυτὸν ἐμοῦ. Τούτοις παραθαῤῥύνας, ἐπάγει καὶ τὴν αἰτίαν ἀναγκαίαν τῆς ἀφίξεως τῆς ἐκεῖσε· καὶ δεικνὺς, ὅτι οὐκ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα μέλλουσιν ἀπιέναι, ἀλλ' εἰς Βηθανίαν, *Λάζαρος ὁ φίλος, φησὶ, κεκοίμηται, καὶ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν*· τουτέστιν, Οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ἄπειμι πάλιν διαλεξόμενος καὶ ὁμόσε χωρήσων τοῖς [370] Ἰουδαίοις, ἀλλὰ τὸν φίλον ἐξυπνίσων τὸν ἡμέτερον. *Λέγουσιν οἱ μαθηταί· Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται*. Τοῦτο δὲ οὐχ ἁπλῶς εἶπον, ἀλλ' ἐγκόψαι βουλόμενοι τὴν ἐκεῖ παρουσίαν. Λέγεις, φησὶν, ὅτι καθεύδει; οὐκοῦν οὐ κατεπείγει τὸ ἀπελθεῖν. Καίτοι αὐτὸς διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι *Ὁ φίλος ἡμῶν, ἵνα δείξῃ ἀναγκαίαν τὴν παρουσίαν*.

β'. Ἔπειτ οὖν ὀκνηρότερον διέκειντο. τότε λέγει, *Ἀπέθανε*. Τὸ μὲν οὖν πρότερον, τὸ ἀκόμπαστον παραστῆσαι βουλόμενος, ἔλεγεν· ἐπειδὴ δὲ οὐ συνῆκαν, ἐπάγει· *Ἀπέθανε, καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς*. Τί δήποτε, *Δι' ὑμᾶς*; Ὅτι προεῖπον οὐκ ὢν ἐκεῖ, καὶ ὅτι ἐπειδὰν[h] ἀναστήσω, οὐδεμία ἔσται ὑποψία. Ὁρᾷς πῶς ἔτι ἀτελέστερον διέκειντο οἱ μαθηταὶ, καὶ οὐκ ᾔδεσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν ὡς ἐχρῆν; Τοῦτο δὲ ἐποίουν οἱ μεταξὺ φόβοι[i], ταράττοντες αὐτῶν τὰς ψυχὰς καὶ θορυβοῦντες. Καὶ ὅτε μὲν ἔλεγε, *Κεκοίμηται*, λέγει· *Πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν*· ὅτε δὲ εἶπεν, *Ἀπέθανεν*, οὐκέτι προσέθηκε, *Πορεύομαι ἵνα ἀναστήσω αὐτόν*. Οὐ γὰρ ἠβούλετο τοῖς ῥήμασι προλέγειν, ἃ διὰ τῶν ἔργων ἔμελλε βεβαιοῦσθαι, τὸ ἀκενόδοξον πανταχοῦ διδάσκων ἡμᾶς, καὶ τὸ μὴ δεῖν ἁπλῶς ὑπισχνεῖσθαι. Εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ ἑκατοντάρχου τοῦτο ἐποίησε παρακληθεὶς (εἶπε γὰρ, *Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτὸν*), ἵνα δείξῃ τὴν ἐκείνου πίστιν, τοῦτο εἶπεν. Εἰ δὲ λέγοι τις, Πόθεν ὕπνον ὑπέλαβον οἱ μαθηταὶ, καὶ οὐδὲ ἀπὸ τούτου συνέγνωσαν θάνατον εἶναι, λέγω δὲ τοῦ εἰπεῖν, *Πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν*; (καὶ γὰρ ἀνοίας ἦν εἴ γε προσεδόκων στάδια πέντε καὶ δέκα αὐτὸν πορεύεσθαι, ὥστε ἐξυπνίσαι·) ἐκεῖνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι ἐνόμιζον τοῦτο αἴνιγμα εἶναι, οἷα πολλὰ διελέγετο.

Πάντες μὲν οὖν ἐδεδοίκεισαν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἔφοδον, ὑπὲρ δὲ τοὺς ἄλλους ὁ Θωμᾶς· διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ἄγωμεν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ*. Καί τινες μέν φασιν, ὅτι ἐπεθύμει καὶ αὐτὸς ἀποθανεῖν· οὐκ ἔστι δέ· δειλίας γὰρ μᾶλλον τὸ ῥῆμα. Ἀλλ' οὐκ ἐπετιμήθη. Διεβάσταζε γὰρ αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν ἔτι· ὕστερον μέντοι πάντων ἰσχυρότερος γέγονε καὶ ἄληπτος. Τὸ γοῦν θαυμαστὸν ἰ τοῦτό ἐστιν, ὅτι τὸν οὕτως ἀσθενῆ πρὸ τοῦ σταυροῦ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πιστεῦσαι τῇ ἀναστάσει θερμότερον πάντων αὐτὸν ὁρῶμεν· τοσαύτη ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις. Ὁ γὰρ μετὰ τοῦ Χριστοῦ εἰς Βηθανίαν μὴ τολμῶν ἀπελθεῖν, οὗτος τὸν Χριστὸν οὐχ ὁρῶν, σχεδὸν τὴν οἰκουμένην[k] διέδραμε, καὶ ἐν μέσοις δήμοις ἐστρέφετο φονῶσι καὶ βουλομένοις αὐτὸν ἀνελεῖν. Εἰ δὲ ἀπὸ δεκαπέντε σταδίων ἦν ἡ Βηθανία, ὅπερ ἐστὶ μίλια δύο, πῶς τεταρταῖος ὁ Λάζαρος; Ἔμεινε δύο, καὶ πρὸ τῶν δύο ἦλθέ τις ἀπαγγέλλων καθ' ἣν καὶ ἐτελεύτησεν· εἶτα κατ' αὐτὴν τὴν τετάρτην ἡμέραν παρεγένετο. Διὰ τοῦτο καὶ κληθῆναι ἀνέμεινε, καὶ οὐχὶ αὐτεπάγγελτος ἦλθεν, ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ τὸ γεγονός. Καὶ οὐδὲ αὐταὶ παρεγένοντο αἱ φιλούμεναι, ἀλλὰ ἄλλοι πέμπονται. *Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε*. Ἐντεῦθεν [371] δηλοῦται ὅτι πολλοὺς ἀπὸ Ἱεροσολύμων εἰκὸς παρεῖναι. Εὐθέως γοῦν ἐπήγαγεν, ὅτι Ἰουδαίων ἦσαν πολλοὶ παραμυθούμενοι. Πόθεν παρεμυθοῦντο[l] αὐ-

[a] Alii ὑπομιμνήσκει. [b] Alii καὶ οὐκ εἶπεν· Ἴδε. [c] Sic Savil. recte pro eo quod legebatur, ἐπειδήπερ. Edit. [d] Savil. τοσοῦτον ἔμεινεν. [e] Alii σφόδρα. Διὰ τοῦτα προλέγει. [f] Morel. καὶ δειλότερος. Deinde post τῆς ἡμέρας Morel. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐμφῆναι βουλόμενος ὅτι ὁ μηδὲν. [g] Morel. ἔσται.

[h] Morel. ἐκεῖ, ὥστε ἐπειδή. [i] Savil. τὸ γὰρ θαυμ. [k] Alii οὐχ ὁρῶν μόνος τὴν οἰκ. [l] Omnes fere mss. nostri post δεκαπέντε sic habent, ut in serie legitur. Editi vero δεκαπέντε. Οὐχ ἁπλῶς τοῦτο ἐπισημαίνεται· ἀλλὰ βούλεται διδάξαι ὅτι ἐγγὺς ἦν, καὶ εἰκὸς ἀπὸ τούτου παρεῖναι πολλούς. Διὸ καὶ τοῦτο δηλῶν ἐπάγει λέγων· Πολλοὶ ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἦλθον ἵνα παραμυθήσωνται αὐτάς. Καὶ πῶς παρεμυθοῦντο, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABKAFR

τῆς φιλουμένας ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ; καίτοι συνέθεντο, ἐάν τις ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἵνα ἀποσυνάγωγος γένηται; Ἢ διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς συμφορᾶς, ἢ ὡς εὐγενεστέρας αἰδούμενοι, ἢ οἱ μὴ πονηροὶ, οὗτοι παρῆσαν· πολλοὶ γοῦν καὶ ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν. Ταῦτα δὲ λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς, πιστούμενος ὅτι τέθνηκε Λάζαρος. Τί δήποτε δὲ οὐ παραλαμβάνει τὴν ἀδελφὴν εἰς ἀπάντησιν ἐρχομένη τοῦ Χριστοῦ; Βούλεται κατ' ἰδίαν αὐτῷ συντυχεῖν, καὶ τὸ γεγονὸς ἀπαγγεῖλαι. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὴν εἰς ἐλπίδας χρηστὰς ἦγαγε, τότε ἄπεισι καὶ καλεῖ τὴν Μαρίαν, καὶ ἀπήντησεν αὐτῷ, τοῦ πένθους ἀκμάζοντος ἔτι. Ὁρᾷς πῶς ζέον τὸ φίλτρον ἦν; Αὕτη ἐστὶ περὶ ἧς ἔλεγε· *Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο.* Πῶς οὖν [a] αὕτη θερμοτέρα ἐφαίνετο, φησίν; Οὐ θερμοτέρα αὕτη· οὐ γὰρ ἤκουσεν ἐκείνη· ἐπεὶ αὕτη ἀσθενεστέρα ἦν. Ἡ γὰρ ἀκούσασα τοσαῦτα, αὕτη φησὶ πάλιν, *Ἤδη ὄζει· τεταρταῖος γάρ ἐστιν.* Ἐκείνη δὲ, καίτοι μηδὲν ἀκούσασα, τοιοῦτον οὐδὲν ἐφθέγξατο, ἀλλ' εὐθὺς πιστεύσασα λέγει [b]· *Κύριε, εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἀπέθανεν.*

γ'. Ὁρᾶτε ὅση φιλοσοφία γυναικῶν, εἰ καὶ ἀσθενὴς αὐτῶν ἡ γνώμη; Ἰδοῦσαι γὰρ τὸν Χριστὸν, οὐκ εὐλέως εἰς θρήνους, οὐδὲ εἰς κωκυτοὺς, οὐδὲ ὀλολυγμοὺς ἐκπίπτουσιν· ὅπερ πάσχομεν ἡμεῖς, ἐπειδάν τινας γνωρίμους ἐπεισιόντας ἴδωμεν τῷ πένθει· ἀλλ' εὐθέως τὸν διδάσκαλον θαυμάζουσιν. Ἐπίστευον μὲν οὖν καὶ ἀμφότεραι εἰς τὸν Χριστὸν, ἀλλ' οὐχ ὡς προσῆκεν. Οὕπω γὰρ ἀκριβῶς ἠπίσταντο [c], οὔτε ὅτι Θεὸς ἦν, οὔτε ὅτι οἰκείᾳ δυνάμει καὶ αὐθεντίᾳ ταῦτα ποιεῖ· ἅπερ ἀμφότερα αὐτὰς ἐδίδαξεν. Ὅτι δὲ οὐκ ἤδεσαν, δῆλον καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν, *Εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανεν ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν·* καὶ ἐκ τοῦ ἐπαγαγεῖν, *Ὅσα ἂν αἰτήσῃ* [d] *τὸν Θεὸν, δώσει σοι,* ὡς περὶ ἐναρέτου τινὸς καὶ εὐδοκίμου διαλεγόμεναι. Ὅρα δὲ καὶ τί φησιν ὁ Χριστός· *Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου.* Ἐκεῖνο τέως ἀνατρέπει τὸ, *Ὅσα ἂν αἰτήσῃ.* Οὐ γὰρ εἶπεν, Αἰτῶ· ἀλλὰ τί; *Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου.* Τὸ μὲν οὖν εἰπεῖν, Ὦ γύναι, ἔτι κάτω βλέπεις; οὐ δέομαι βοηθείας ἑτέρας, ἀπ' ἐμαυτοῦ πάντα ποιῶ, σφόδρα ἦν φορτικὰ, καὶ προσέστη ἂν τῇ γυναικί· νῦν δὲ εἰπὼν, *Ἀναστήσεται,* μέσον ἐποίησεν ἀναγκαίως τὸν λόγον, καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δὲ ταῦτα ἅπερ εἶπον ἠνίξατο. Εἰπούσης [372] γὰρ, *Οἶδα ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ,* σαφέστερον δεικνὺς αὐτοῦ τὴν αὐθεντίαν, λέγει, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή·* δηλῶν, ὅτι οὐ δεῖται ἑτέρου βοηθοῦντος, εἴ γε αὐτός ἐστιν ἡ ζωή. Εἰ δὲ δεῖται ἑτέρου, πῶς [e] ἂν εἴη αὐτὸς ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή; Ἀλλ' οὕτω φανερῶς οὐκ εἶπεν, ἠνίξατο δὲ αὐτό. Πάλιν δὲ ἐκείνης εἰπούσης, *Ὅσα ἂν αἰτήσῃ,* αὐτὸς πάλιν λέγει· *Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται·* δεικνὺς, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ χορηγὸς τῶν ἀγαθῶν, καὶ παρ' αὐτοῦ δεῖ αἰτεῖν. *Καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα.* Ὅρα πῶς αὐτῆς ἀνάγει τὸν νοῦν. Οὐ γὰρ τοῦτο ἦν τὸ ζητούμενον μόνον, τὸ Λάζαρον ἀναστῆσαι, ἀλλ' ἔδει καὶ ταύτην καὶ τοὺς παρόντας μετ' αὐτῆς τὴν ἀνάστασιν μαθεῖν. Διὰ τοῦτο πρὸ τῆς ἀναστάσεως φιλοσοφεῖ διὰ τῶν ῥημάτων. Εἰ δὲ ἡ ἀνάστασις αὐτός ἐστι, καὶ ἡ ζωὴ, οὐ τόπῳ περικλείεται, ἀλλὰ πανταχοῦ παρὼν οἶδεν ἰᾶσθαι. Εἰ μὲν οὖν εἶπαν ὡς ὁ ἑκατοντάρχης, *Εἰπὲ λόγῳ, καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου,* τοῦτο ἂν ἐποίησεν· ἐπειδὴ δὲ ἐκάλεσαν αὐτὸν πρὸς ἑαυτὰς, καὶ παραγενέσθαι ἠξίωσαν, τούτου ἕνεκεν συγκάτεισιν, ὥστε αὐτὰς ἀναστῆσαι ἀπὸ τῆς ταπεινότητος τῆς περὶ αὐτὸν, καὶ παραγίνεται κατὰ τὸν τόπον. Ὅμως καὶ συγκατιὼν [f] δείκνυσι καὶ οὕτως, ὅτι καὶ ἀπὼν δύναται θεραπεύειν· διὰ τοῦτο δὴ καὶ βραδύνει. Οὐ γὰρ ἂν ἐφάνη ἡ χάρις εὐθέως δοθεῖσα, εἰ μὴ καὶ ἡ δυσωδία προεχώρησε. Καὶ πόθεν ᾔδει ἡ γυνὴ τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν; Ἤκουσε πολλὰ τοῦ Χριστοῦ περὶ ἀναστάσεως λέγοντος, ἀλλ' ὅμως ἐκείνη ἄρτι ἐπεθύμει ἰδεῖν· καὶ ὅρα πῶς κάτω στρέφεται ἔτι [g]. Ἀκούσασα γὰρ, ὅτι *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωὴ,* οὐδὲ οὕτως εἶπεν, Ἀνάστησον αὐτόν· ἀλλὰ τί; *Πιστεύω ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.* Τί οὖν ὁ Χριστὸς πρὸς αὐτήν; *Πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται* (τοῦτον τὸν θάνατον λέγων)· *καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ·* τὸν θάνατον ἐκεῖνον δηλῶν. Ἐπεὶ οὖν ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις, μὴ θορυβηθῇς εἰ καὶ τέθνηκεν ἤδη, ἀλλὰ πίστευε. Οὐ γάρ ἐστι τοῦτο θάνατος. Τέως αὐτὴν ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι παρεμυθήσατο, καὶ ἐλπίδας ὑπέφηνε, καὶ τῷ εἰπεῖν, ὅτι *Ἀναστήσεται,* καὶ τῷ εἰπεῖν, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις·* καὶ ὅτι ἀναστὰς, κἂν πάλιν ἀποθάνῃ, οὐδὲν πείσεται. Ὥστε οὐ χρὴ φρίττειν τοῦτον τὸν θάνατον. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Οὔτε οὗτος τέθνηκεν, οὔτε ὑμεῖς τεθνήξεσθε. *Πιστεύεις τοῦτο; Λέγει ἐκείνη· Πιστεύω ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος.* Δοκεῖ μοι μὴ συνιέναι τὸ γύναιον τὸ λεχθέν. Ἀλλ' ὅτι [h] μὲν μέγα τι ἦν, συνεῖδεν· οὐ μὴν κατενόησε τὸ πᾶν. Διὰ τοῦτο ἕτερον ἐρωτηθεῖσα, ἕτερον ἀποκρίνεται. Τέως μέντοι ἐκεῖνο ἐκέρδανε, τὸ καταλῦσαι τὸ πένθος. Τοιαύτη γὰρ τῶν τοῦ Χριστοῦ λόγων ἡ δύναμις. Διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνη προέφθασε, καὶ αὕτη ἠκολούθησεν [373]. Ἡ γὰρ εἰς τὸν διδάσκαλον εὔνοια τοῦ παρόντος οὐ σφόδρα αἰσθάνεσθαι συνεχώρει. Ὥστε μετὰ τῆς χάριτος, καὶ ἡ γνώμη τῶν γυναικῶν φιλόσοφος ἦν.

δ'. Ἀλλὰ νῦν μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν καὶ τοῦτο τῶν γυναικῶν τὸ νόσημα κρατεῖ. Ἐπίδειξιν γὰρ ἐν τοῖς θρήνοις ποιοῦνται καὶ τοῖς κωκυτοῖς, γυμνοῦσαι [i] βραχίονας, σπαράττουσαι τρίχας, χαράδρας ποιοῦσαι κατὰ τῶν παρειῶν. Καὶ τοῦτο ποιοῦσιν, αἱ μὲν ὑπὸ πένθους, αἱ δὲ ὑπὸ ἐπιδείξεως καὶ φιλοτιμίας, αἱ δὲ ὑπὸ ἀσωτίας· καὶ τοὺς βραχίονας γυμνοῦσιν, ἐν ὕψεσι καὶ ταῦτα ἀνδρῶν. Τί ποιεῖς, ὦ γύναι; γυμνοῖς σεαυτὴν ἀσχημόνως, εἰπέ μοι, ἐπὶ μέσης τῆς ἀγορᾶς, τοῦ Χριστοῦ μέλος οὖσα, ἀνδρῶν παρόντων κατὰ τὴν ἀγοράν; καὶ τρίχας τίλλεις, καὶ διασχίζεις ἐσθῆτα, καὶ μέγα κωκύεις, καὶ χορὸν [j] περιστᾷς, καὶ μαινάδων γυναικῶν εἰκόνα διασώζεις, καὶ οὐχ ἡγῇ τῷ Θεῷ προσκρούειν; Πόσης ταῦτα μανίας; ἆρ' οὐ γελάσονται Ἕλληνες; ἆρ' οὐ μύθους τὰ ἡμέτερα εἶναι νομίσουσιν; Ἑροῦσι γάρ· Οὐκ ἔστιν ἀνάστασις, ἀλλὰ χλεύη τὰ τῶν Χριστιανῶν, ἁπάτη καὶ συσκευή. Καθά-

[a] Sic mss pene omnes. Editi vero πῶς οὖν φησι, Θερμοτέρα νῦν ἡ Μάρθα φαίνεται; οὐ θερμοτέρα, ἀλλ' ἐπειδὴ οὕπω μαθοῦσα ἦν ἐκείνη· ἐπεὶ αὕτη καὶ ἀσθενεστέρα ἦν. Καὶ γὰρ ἀκούσασα τοσαῦτα, ἔτι ταπεινὰ φθέγγεται· Ἤδη ὄζει. Sed altera lectio omnium pene manuscriptorum auctoritate nititur, eamque secutus est Franciscus Aretinus. Estque perspicua si quis attenderit. [b] Alii ἀλλ' ἐπίστευσε λέγουσα. [c] Alii οὐδέπω γὰρ γνωρίζουσι. [d] Morel. ἐδίδαξεν. Ὅτι δὲ οὐκ ἤδεσαν, δῆλον καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν, Εἰ... ἡμῶν, καὶ ἐκ τοῦ ἐπαγαγεῖν, Ὅσα ἂν αἰτήσῃ. Savil. ex codd. 705, 709, ἐδίδαξ ν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἠγνόουν τῷ λέγειν, Εἰ, etc. Clarior videtur Morelli lectio. [e] Savil. et Morel. εἰ δὲ δεῖται ἑτέρου, πῶς. Alii ἑτέρου βοηθοῦντος. Alii ἑτέρας βοηθείας.

[f] Quidam ταπεινότητος ἐκείνης, παραγινόμενος εἰς τὸν τόπον, καὶ συγκατιών. [g] Alii ὅρα ἔτι κάτω στρεφομένην. [h] Sic Savil. et codd. 705, 709. Montf. ὅθεν ὅτι. Edit. [i] Savil. et Morel. γυμνοῦσαι. Alii αἱμάσσουσαι. [j] Alii τίλλεις καὶ κωκυτοὺς ἐγείρεις χαλεποὺς, καὶ χορόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Vel ob calamitatis magnitudinem, vel quia ut nobiliores venerabantur; vel forte qui non improbi erant, venerunt : multi enim ex ipsis crediderunt. Hæc porro dicit evangelista, Lazari mortem confirmans. Cur porro Christo obviam venit sine sorore comite? Vult seorsim illum adire, et rem nuntiare. Postquam autem Christus spem bonam indiderat, tunc abit, et Mariam vocat, et occurrit illi, luctu adhuc vigente. Viden' amoris magnitudinem? Hæc est de qua dicebat : *Maria vero optimam partem elegit* (*Luc.* 10. 42). Quomodo ergo, inquies, Martha nunc ferventior videtur? Non erat hæc ferventior; sed illa nihil didicerat : nam Martha imbecillior erat. Cum enim tot tantaque audisset, adhuc tamen dicit, *Jam fœtet; quatriduanus est enim.* Illa vero, etsi nihildum audisset, nihil hujusmodi loquuta est; sed statim credens dixit : 21. *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.*

3. Videte quanta sit mulierum philosophia, etiamsi imbecilla mente essent? Viso namque Christo non statim in luctum, in planctum, in gemitum erumpunt, ut nos solemus, quando notos quospiam ad luctum venientes conspicimus; sed statim illæ magistrum mirantur. Credebant utique ambæ in Christum; sed non ut par erat. Nondum enim perfecte sciebant, nec Deum esse, neque sua potestate et auctoritate hæc facere : quod utrumque ipsas edocuit. Quod autem ignorarent, patet ex eo quod his verbis, *Si fuisses hic, frater noster non esset mortuus*, addiderint, 22. *Quæcumque petieris a Deo, dabit tibi;* quasi de virtute prædito et conspicuo viro loquentes. Vide autem quid Christus respondeat : 23. *Resurget frater tuus;* illud confutans, *Quæcumque petieris.* Neque enim dixit, Petam, sed quid? *Resurget frater tuus.* Si dixisset enim : O mulier, adhuc terram respicis? alieno non egeo auxilio, a meipso omnia facio; hæc molesta fuissent, et mulierem offendissent. Nunc vero dicens, *Resurget*, medium tenuit modum, et per sequentia ea quæ dixi subindicavit. Dicente enim illa, 24. *Scio quia resurget in novissimo die*, clarius suam ostendit auctoritatem, dicens, 25. *Ego sum resurrectio et vita;* commonstrans se non alterius auxilio egere, siquidem ipse vita est. Quod si alterius egeret opera, quomodo ipse fuerit resurrectio et vita? Sed non tam clare dixit, subindicavit tamen. Rursum illa dicente, *Quæcumque poposceris*, ille reponit : *Qui credit in me, etiamsi mortuus fierit, vivet;* ostendens se bonorum datorem esse, et a se petendum esse. 26. *Et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.* Vide quomodo mentem ejus erigat. Non enim tantum quærebatur resurrectio Lazari, sed oportebat et hanc, et qui præsentes cum illa erant, resurrectionem edisceré. Propterea antequam suscitet eum, verbis philosophatur. Quod si resurrectio sit et vita, non loco circumscribitur, sed ubique sanare potest. Si vero dixissent ut centurio, *Dic verbo et sanabitur puer meus* (*Matth.* 8. 8), id profecto fecisset : quia vero illum ad se vocabant, et ut veniret rogabant, ideo obtemperavit, ut illas a tam humili, quam de se habebant, opinione retraheret, et ad locum venit : et tamen dum sese attemperat, ostendit posse se, etiam dum absens est, sanare; ideo tardat. Non enim vulgata fuisset gratia repente collata, nisi fœtorem emisisset. Et unde sciebat mulier futuram resurrectionem? Audierat Christum multa de resurrectione loquentem, sed nunc videre cupiebat; et vide quomodo adhuc humi versetur. Cum audisset enim, *Ego sum resurrectio et vita*, non respondit, Resuscita eum; sed quid? *Credo quia tu es Christus Filius Dei.* Quid ergo Christus illi? 25. *Omnis qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet*, si hac nempe morte mortuus fuerit; 26. *et omnis qui vivit et credit in me, non morietur*, illa videlicet morte. Cum igitur ego sim resurrectio, ne turberis si jam mortuus fuerit, sed crede. Hæc enim non mors est. Interim illam de eventu consolatus est, spemque adjecit, tum dicens eum esse resurrecturum, tum hæc proferens, *Ego sum resurrectio;* tum etiam quia, si resurgat et iterum moriatur, nihil mali passurus sit. Itaque non est hæc mors formidanda; hoc est, Neque ipse mortuus est, neque vos moriemini. *Credis hoc? Ait illa : Credo quia tu es Christus Filius Dei, qui in mundum venisti.* Videtur mulier Christi dictum non intellexisse. Novit certe magnum esse quidpiam, sed totum non intellexit. Ideo de alia re interrogata, de alia respondet. Id vero interim lucrata est, quod luctum poneret. Hæc quippe virtus est verborum Christi. Ideo illa prævenit, hæc sequuta est. Nam benevolentia erga magistrum re præsenti non multum affici permittebat. Itaque cum gratia mens quoque mulierum philosophabatur.

4. *Mulierum planctus et luctus immodestus.* — Verum nunc, præter alia mala, hic quoque mulierum morbus obtinet. Nam in luctu et planctu ostentationem affectant, brachia nudant [1], crines discerpunt, genas laniant; aliæ ob dolorem; aliæ ad ostentationem; aliæ impudico animo brachia nudant, viris intuentibus. Quid facis, o mulier? Te in medio foro turpiter nudas, quæ Christi membrum es, idque in foro viris præsentibus? Crines vellicas, vestem discindis, magnos ejulatus emittis, choream circum efficis, et mænadum illarum imaginem servas, nec te putas Deum offendere? Quæ illa insania? Annon gentiles ridebunt? Annon fabulas nostra esse putabunt? Dicent enim, Nulla est resurrectio; sed Christianorum dogmata ridicula sunt, fraudes, fallaciæ. Ac si enim nihil post hanc vitam supersit, ita lugent apud illos mulieres; nihil attendunt Scripturis suis. Figmenta sunt illa omnia, ut ipsæ comprobant. Si enim crederent eum qui mortuus est, non vere mortuum esse, sed ad meliorem vitam translatum; non illum quasi jam ultra non esset lugerent, non ita se macerarent, non illas emitterent voces incredulitatis

[1] Alii habent, *cruentant*, pro, *nudant*. More nempe gentilium, qui præficas in funera inducebant, quarum officia descripta sunt Tomo quinto Antiquitatis explanatæ sub initium.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

plenas : Non te amplius videbo, non te recuperabo. Fabulæ apud illos omnia sunt. Quod si id quod caput omnium bonorum est non credunt, multo minus credent cætera. Non tam effeminati gentiles sunt : multi apud illos philosophantur. Audiens gentilis mulier filium in pugna cecidisse, statim sciscitata est, quomodo se res publica haberet (*a*) ; alinsque philosophus coronatus, ut audivit filium pro patria cecidisse, sublata corona sciscitatus uter ex duobus, cum quis esset didicisset, coronam statim reposuit. Multi in deorum suorum honorem filios filiasque mactandos tradidere. Lacænæ autem mulieres filios hortantur, ut scutum ex prælio referant, vel super ipsum mortui referantur. Pudet me ita gentiles philosophari, dum nos turpiter agimus. Qui nihil de resurrectione norunt, perinde agunt ac si nossent : qui norunt resurrectionem, ita se gerunt ac si illam ignorarent. Multi quod propter Deum non facerent ex humano pudore faciunt. Opulentiores enim mulieres capillos non vellunt, brachia non nudant ; quod quidem summopere improbandum, non quod non nudent, sed quia non pietatis causa, ac ne turpes videantur, hoc faciunt. Pudor luctum cohibet, Dei metus non cohibet ? Et quomodo hæc non admodum improbanda ? Oporteret ergo quod opulentæ faciunt quia opulentæ sunt, id pauperes ob Dei timorem facere. Nunc omnia inverso ordine fiunt : illæ ob vanam gloriam philosophantur, hæ ob pusillanimitatem turpiter agunt. Quid hac inæqualitate deterius ? Omnia hominum gratia facimus. Verba quoque stultitiæ plena et ridicula proferunt. Dominus quidem dicit : *Beati qui lugent*, de iis loquens, qui peccata lugent : nemoque illo luget luctu, nec curat si pereat anima ; hoc non jussi sumus facere, et facimus [1]. Quid ergo, inquies, hominem deflere non licebit ? Hoc non veto, sed tunsiones, sed immoderatos fletus. Non sum ferinus, non inhumanus : scio naturam flecti, et quotidianam requirere consuetudinem. Non possumus non lugere, quod et Christus ostendit : lacrymatus enim est de Lazaro. Hoc et tu facito ! lacrymare, sed leniter, sed pudenter, sed cum timore Dei. Si sic lacrymeris, non lacrymaris quasi resurrectionem non credens, sed quasi separationem non ferens.

5. Nam illos etiam qui peregre proficiscuntur lacrymis prosequimur, sed non quasi desperantes. Sic et tu lacrymas emitte, ac si proficiscentem præmitteres. Hæc non jubens, sed humanæ me infirmitati attemperans dico. Nam si peccator erat is qui defunctus est, qui sæpe Deum offenderit, deflendus utique est ; imo non deflendus tantum, cum id nihil ipsi afferat utilitatis, sed ea facienda sunt, quæ possint illum juvare, ut eleemosynæ, oblationes. Hinc etiam lætandum est, quod omnis malitiæ occasio ipsi ablata sit. Si vero justus sit, exsultandum, quod in tuto sit collocatus, et liber ab incerto futuro statu : si juvenis sit, gaudendum quod cito ereptus sit hujus vitæ malis ; si senex, quod eo diutius sit usus, quod maxime desiderabile videbatur. Tu vero his prætermissis omnibus, ancillas ad luctum incitas, quasi in defuncti honorem, quod extremum dedecus est. Honor enim defuncto sunt, non fletus, non ejulatus, sed hymnorum psalmorumque cantus, optimaque vita. Ille namque digressus cum angelis versabitur, etiamsi funeri nemo adsit : qui porro improbus moritur, etsi totam civitatem exsequiis præsentem habeat, nihil inde lucrabitur.

Defuncti quomodo sint honorandi.— Vis defunctum cohonestare ? Alia adhibe, eleemosynas, beneficia, ministeria. Quid ex tot fletibus lucri ? Ego aliud gravius audivi : multas nempe esse quæ per fletus amatores alliciunt, dum vehementia luctus maritalis amoris famam sibi comparant. O diabolicum inventum ! O satanicum artificium ! Usquequo terra et cinis, usquequo sanguis et caro erimus ? Respiciamus in cælos, spiritualia cogitemus. Quomodo gentiles arguemus ? Quomodo de resurrectione cum illis agemus, quomodo de virtutibus ? Qua securitate vivemus ? An ignoras ex mœrore provenire mortem ? Dolor enim mentem obtenebrans, non modo nihil ut par esset videre sinit, sed multum infert damni. Illo itaque modo Deum offendimus, ac neque nobis, neque defuncto prosumus : hac autem ratione Deo placemus, et ab hominibus celebramur. Nam si nos non concidamus, cito mœroris reliquias aufert ; sin indignemur, nos dolori quasi dedititios reddit. Si gratias agamus, non dolebimus. Et quomodo potest, inquies, non lugere, qui filium, aut filiam, aut uxorem amisit ? Non dico non lugendum, sed non sine modo lugendum esse. Si enim cogitemus Deum abstulisse, nosque seu virum seu filium mortalem habere, cito consolationem admittemus. Indignari namque est eorum qui majus quidpiam requirunt, quam natura ferat. Homo et mortalis natus es, cur doles quod secundum naturam contigerit ? An doles quod comedas ad vitam servandam ? Num quæris sine cibo vivere ? Sic circa mortem facito, nec quæras immortalitatem, mortalis cum sis. Hoc semel definitum est. Ne doleas, ne te maceres, sed fer ea quæ omnibus statuta sunt. Dole de peccatis. Hic optimus luctus est, hæc maxima philosophia. Hæc ergo perpetuo defleamus, ut illic gaudium consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[1] In aliis legitur, *non jussi sumus lugere et lugemus.*

(*a*) Hæc puto referri ad illud apophthegma Lacænæ mulieris apud Plutarchum p. 401 Edit. Paris, s p. 241. Quæ cum filios quinque ad pugnam emisisset, et in suburbio pugnæ exitum exspectaret, nuntianti filios suos omnes in pugna cecidisse, *Vile mancipium*, respondit, *non hoc quærebam ; sed quo loco essent res patriæ.* Respondet ille victoriam penes Spartiatas esse. *Nunc*, inquit illa, *filiorum cædem non inrita audio.* Alius philosophus hic memoratus Xenophon est. Hanc porro historiam refert Diog. Laertius in Xenophonte versus finem. Hic memoriter loquens Chrysostomus, rem paulo secus narrat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

περ γὰρ οὐδενὸς ὄντος μετὰ ταῦτα, οὕτω κωκύουσιν αἱ παρ' αὐτοῖς γυναῖκες· οὐ προσέχουσι τοῖς ῥήμασι τοῖς ἐν τοῖς βιβλίοις αὐτῶν κεχαραγμένοις. Πλάσματα ἐκεῖνα πάντα, καὶ δηλοῦσιν αὐταί. Εἰ γὰρ ἐπίστευον, ὅτι ὁ τετελευτηκὼς οὐ τετελεύτηκεν, ἀλλ' ἐπὶ βελτίονα ζωὴν μετέστη, οὐκ ἂν αὐτὸν ὡς οὐκ ἔτι ὄντα ἐθρήνησαν, οὐκ ἂν οὕτω κατεκόπτοντο [a], οὐκ ἂν τοιαύτας ἀφῆκαν φωνὰς ἀπιστίας γεμούσας· Οὐκ ἔτι σε ὄψομαι, οὐκ ἔτι σε ἀπολήψομαι. Μῦθος ἅπαντα τὰ παρ' αὐτοῖς. Εἰ δὲ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν οὕτω διαπιστεῖται, πολλῷ μᾶλλον καὶ τὰ ἄλλα τὰ παρ' αὐτοῖς σεμνά. Οὐχ οὕτως Ἕλληνες γυναικίζονται· πολλοὶ παρ' αὐτοῖς ἐφιλοσόφησαν. Καὶ ἀκούσασα Ἕλλην γυνὴ περὶ παιδὸς ἐν πολέμῳ πεσόντος, εὐθέως ἤρετο· Τὰ δὲ τῆς πόλεως πῶς διάκειται πράγματα; καὶ ἄλλος φιλόσοφος ἑστεφανωμένος, ἐπειδὴ ἤκουσεν ὅτι ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὁ παῖς ἔπεσεν, ἀφελόμενος τὸν στέφανον, καὶ ἐρόμενος ὁπότερος τοῖν δυοῖν, ἐπειδὴ ἔμαθε τὸν πεσόντα, τὸν στέφανον εὐθὺς πάλιν ἐπέθηκε. Πολλοὶ δὲ καὶ υἱεῖς καὶ θυγατέρας ἐπέδωκαν εἰς σφαγὴν, δαίμονας τιμῶντες. Αἱ δὲ Λακωνικαὶ γυναῖκες καὶ παραινοῦσι τοῖς παισὶν, ἢ τὴν ἀσπίδα διασῶσαι ἐκ τοῦ πολέμου, ἢ ἐπ' αὐτῆς ἐνεχθῆναι νεκρόν. Διὰ ταῦτα αἰσχύνομαι ὅτι Ἕλληνες τοιαῦτα φιλοσοφοῦσιν, ἡμεῖς δὲ ἀσχημονοῦμεν. Οἱ περὶ ἀναστάσεως οὐδὲν εἰδότες, τὰ τῶν εἰδότων πράττουσιν· οἱ δὲ εἰδότες, τὰ τῶν ἀγνοούντων. Πολλοὶ καὶ ὃ διὰ Θεὸν οὐ ποιοῦσι, τοῦτο δι' ἀνθρώπων αἰδῶ πράττουσι πολλάκις. Αἱ γὰρ εὐπορώτεραι τῶν γυναικῶν τρίχας οὐ τίλλουσιν [b], οὐ βραχίονας γυμνοῦσιν· ὃ καὶ αὐτὸ κατηγορίας [374] ἐσχάτης, οὐκ ἐπειδὴ οὐ γυμνοῦσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ οὐ δι' εὐλάβειαν αὐτὸ πράττουσιν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ δόξαι καταισχύνειν ἑαυτάς. Εἶτα αἰδὼς μὲν πένθους κρατεῖ, ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ φόβος οὐ κρατεῖ; καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα κατηγορίας ἄξια; Ἔχρῃν οὖν ὃ ποιοῦσιν αἱ πλουτοῦσαι διὰ τὸν πλοῦτον, τὰς πενομένας διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ποιεῖν. Νῦν δὲ πάντα ἀπεναντίας, κἀκεῖναι διὰ κενοδοξίαν φιλοσοφοῦσι, καὶ αὗται διὰ μικροψυχίαν ἀσχημονοῦσι. Τί ταύτης τῆς ἀνωμαλίας χεῖρον; Πάντα δι' ἀνθρώπους, πάντα διὰ τὰ ἐνταῦθα πράττομεν. Καὶ ῥήματα παραφροσύνης γέμοντα φθέγγονται καὶ πολλοῦ γέλωτος. Καὶ ὁ μὲν Κύριός φησι· *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες*, τοὺς τὰ ἁμαρτήματα πενθοῦντας [c] λέγων· καὶ οὐδεὶς ἐκείνῳ πενθεῖ τὸ πένθος, οὐδὲ φροντίζει τῆς ψυχῆς ἀπολωλυίας· τοῦτο δὲ οὐκ ἐκελεύσθημεν πράττειν, καὶ πράττομεν. Τί οὖν; φησί· καὶ ἄνθρωπον ὄντα ἐνι μὴ δακρύειν; Οὐδὲ ἐγὼ τοῦτο κωλύω, ἀλλὰ κωλύω τὸ κόπτεσθαι, τὸ ἀμέτρως τοῦτο ποιεῖν. Οὐκ εἰμὶ [d] θηριώδης, οὐδὲ ἀπηνής· οἶδα ὅτι ἡ φύσις ἐλέγχεται, καὶ ἐπιζητεῖ τὴν συνήθειαν καὶ τὴν ὁμιλίαν τὴν καθημερινήν. Οὐκ ἔνεστι μὴ λυπεῖσθαι. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔδειξεν· ἐδάκρυσε γὰρ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου. Τοῦτο καὶ σὺ ποίησον· δάκρυσον, ἀλλ' ἠρέμα, ἀλλὰ μετὰ εὐσχημοσύνης, ἀλλὰ μετὰ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Ἂν δακρύσῃς οὕτως, οὐχ ὡς τῇ ἀναστάσει διαπιστῶν τοῦτο ποιεῖς, ἀλλ' ὡς οὐ φέρων τὸν χωρισμόν.

Εἰ γε ἐλάττων τοῦ γεγεννηκότος ὢν καὶ ἑτέρας οὐσίας, ἴσος ἐνομίζετο, οὐκ ἂν οὖν πάντα ἐποίησεν, ὥστε μὴ νομισθῆναι τοῦτο; Νῦν δὲ αὐτὸς τοὐναντίον ποιεῖ, λέγων· *Εἰ μὴ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με, μὴ πιστεύετέ μοι.* Καὶ τὸ λέγειν δὲ, ὅτι *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*, τὴν ἰσότητα ἡμῖν αἰνίττεται. Ἐχρῆν δὲ μετὰ πολλῆς αὐτὸ σφοδρότητος καθελεῖν, εἴ γε καταδεέστερος ἦν, καὶ μηδαμοῦ ὅλως εἰπεῖν, ὅτι *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*, ἢ, ὅτι *Ἓν ἐσμεν*, ἢ, ὅτι *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Καὶ γὰρ περὶ δυνάμεως ὅτε λόγος ἦν αὐτῷ, ἔλεγεν· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν.* Καὶ περὶ ἐξουσίας ὅτε λόγος ἦν, πάλιν ἔλεγεν· *Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ·* ὅπερ οὐ δυνατὸν ἦν ἑτέρας ὄντα οὐσίας ποιεῖν. Εἰ δὲ καὶ δυνατὸν ἦν, οὐκ ἐχρῆν τοῦτο εἰπεῖν, ἵνα μὴ ὑποπτεύσωσι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν εἶναι. Εἰ γὰρ ἵνα μὴ ὑποπτεύσωσι ὅτι ἀντίθεός ἐστι, καὶ τὰ μὴ προσήκοντα αὐτῷ φθέγγεται πολλάκις, πολλῷ μᾶλλον ἔδει τότε. Νῦν δὲ τὸ λέγειν, *Ἵνα τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα*· καὶ τὸ λέγειν, *Τὰ ἔργα ἃ ἐκεῖνος ἐργάζεται, κἀγὼ ὁμοίως ποιῶ*· καὶ τὸ λέγειν ἑαυτὸν ἀνάστασιν εἶναι καὶ ζωὴν, καὶ φῶς τοῦ κόσμου, ἐξισοῦντός ἐστι τῷ γεγεννηκότι ἑαυτὸν, καὶ τὴν ὑποψίαν ἱστῶντος, ἣν εἶχον ἐκεῖνοι. Εἶδες πῶς ὅτι μὲν [e] τὸν νόμον οὐ λύει, τοσαῦτα λέγει καὶ ἀπολογεῖται· τὴν δὲ δόξαν τῆς ἰσότητος τῆς πρὸς τὸν Πατέρα οὐ μόνον ὑ καθαιρεῖ, ἀλλὰ καὶ ἵστησιν; Οὕτω καὶ εἰπόντων, ὅτι *Βλασφημεῖς, ὅτι ποιεῖς σεαυτὸν Θεὸν*, ἀπὸ τῆς τῶν ἔργων ἰσότητος αὐτὸ ἔστησε.

β'. Καὶ τί λέγω ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦτο ἐποίησεν, ὅπου γε καὶ ὁ Πατὴρ ὁ μὴ σάρκα λαβὼν τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. Καὶ γὰρ [f] καὶ αὐτὸς ἠνέσχετο πολλὰ περὶ αὐτοῦ ταπεινὰ λεχθῆναι διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀκουόντων. Τὸ γὰρ, *Ἀδὰμ, ποῦ εἶ;* καὶ τὸ, *Ἵνα γνῶ, εἰ ἄρα κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται·* καὶ τὸ, *Νῦν ἔγνων ὅτι φοβῇ τὸν Θεόν σου·* καὶ τὸ, *Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσι·* καὶ τὸ, *Ἐὰν ἄρα συνῶσι·* καὶ, *Τίς δώσει τὴν καρδίαν τοῦ λαοῦ τούτου οὕτως εἶναι;* καὶ τὸ λέγεσθαι, *Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε·* καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα ἐν τῇ Παλαιᾷ εἴ τις ἐκλέγοι, ἀνάξια τῆς τοῦ Θεοῦ ἀξίας ὄντα εὑρήσει. Καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀχαὰβ δὲ εἴρηται· *Τίς ἀπατήσει μοι τὸν Ἀχαάβ;* Καὶ τὸ ἀεὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν κατὰ σύγκρισιν ἑαυτὸν προτιθέναι, πάντα ἀνάξια τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἑτέρως ἄξια γίνεται. Καὶ γὰρ οὕτω [g] φιλάνθρωπός ἐστιν, ὡς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν καὶ τῶν τῇ ἀξίᾳ αὐτοῦ πρεπόντων ῥημάτων ὑπεριδεῖν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ ἄνθρωπον γενέσθαι, [384] ἀνάξιον, καὶ τὸ δούλου μορφὴν λαβεῖν, καὶ ταπεινὰ φθέγγεσθαι ῥήματα, καὶ ταπεινὰ περιβεβλῆσθαι, ἀνάξιον μὲν, εἴ τις πρὸς τὴν ἀξίαν ἐκείνην ἴδοι· ἄξιον δὲ, εἴ τις τὸν ἄφατον τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας πλοῦτον [h] λογίσαιτο. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα τῆς ταπεινότητος τῶν ῥημάτων αἰτία. Ποία αὕτη; Ὅτι τὸν μὲν Πατέρα καὶ ᾔδεσαν καὶ ὡμολόγουν [i], αὐτὸν δὲ οὐκ ᾔδεσαν. Διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐπ' αὐτὸν καταφεύγει ὡς ὡμολογημένον, ἅτε αὐτὸς οὐκ ὢν οὐδέπω ἀξιόπιστος. Οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν εὐτέλειαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἄνοιαν τῶν ἀκουόντων καὶ τὴν ἀσθένειαν. Διὰ τοῦτο καὶ εὔχεται καὶ λέγει· *Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου.* Εἰ γὰρ οὓς θέλει ζωοποιεῖ, καὶ καθὼς ὁ Πατὴρ, οὕτω ζωοποιεῖ, τίνος ἕνεκεν παρακαλεῖ; Ἀλλ' ὥρα λοιπὸν εἰς αὐτὸ ἐμβῆναι τὸ χωρίον i. Ἦραν οὖν τὸν λίθον, οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. *Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε· Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. Ἐγὼ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις· ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας.* Ἐρωτήσωμεν οὖν τὸν μὲν αἱρετικόν· Ἀπὸ τῆς εὐχῆς ῥοπὴν ἔλαβε, καὶ τὸν νεκρὸν ἀνέστησε; πῶς οὖν τὰ ἄλλα χωρὶς εὐχῆς ἐποίει λέγων· *Σοὶ λέγω, τὸ δαιμόνιον, ἔξελθε ἀπ' αὐτοῦ;* καὶ, *Θέλω, καθαρίσθητι;* καὶ, *Ἆρον τὸν κράβαττόν σου;* καὶ, *Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου;* καὶ τῇ θαλάσσῃ, *Σιώπα, πεφίμωσο;* τί δὲ ὅλως; ἔχει τῶν ἀποστόλων πλέον, εἴ γε καὶ αὐτὸς ἐπὶ εὐχῆς [k] ποιεῖ; Μᾶλλον δὲ οὗτοι ἐκεῖνοι μετὰ εὐχῆς πάντα ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ χωρὶς εὐχῆς πολλάκις τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ καλοῦντες. Εἰ δὲ τὸ ὄνομα αὐτοῦ τοσαύτην εἶχεν ἰσχὺν, πῶς ἂν αὐτὸς εὐχῆς ἐδεήθη; Εἰ δὲ εὐχῆς ἐδεῖτο, οὐκ ἂν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἴσχυσεν. Ὅτε δὲ ὅλως ἐποίει τὸν ἄνθρωπον, ποίας εὐχῆς ἐδεήθη; οὐχὶ ὁμοτιμία ἐκεῖ πολλή; *Ποιήσωμεν γὰρ*, φησὶν, *ἄνθρωπον.* Τί δὲ ἀσθενέστερον, εἰ εὐχῆς ἐδεῖτο; Ἴδωμεν δὲ καὶ τίς ἡ εὐχή. *Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου.* Τίς τοίνυν οὕτως ηὔξατό ποτε;

[a] Multi mss. sic habent, ὅταν γὰρ ἀπὸ τῶν πραγμάτων πεισθῶμεν ὅτι σκανδαλίζονται ἐπὶ τοῖς ὑψηλοῖς, καὶ αὐτὸς λέγῃ, ὅτι Διὰ τοῦτο ταπεινὰ φθέγγομαι, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσι, τίς ἔτι τῆς φύσεως εἶναι τὰ εὐτελῆ, etc. [b] Verbum ὁρᾷν recte omittit Savil. [c] Alii μὴ νομίζεσθαι. Paulo post quidam mss. τὸν νόμον· καὶ τὴν τῶν ἀκουόντων βασκανίαν, καὶ τὸ λέγεσθαι συνεχῶς ἐν τῇ Παλαιᾷ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστι· τὸ δὲ ταπεινόν, etc. [d] Morel. αἰτίαν, ὅλως τοῦτο εὐπρόσωπον [e] Alii ἐκεῖνοι, καὶ νῦν δὲ ὅτι μέν.

[f] Quidam σάρκα περιβαλόμενος... καὶ γάρ. [g] Ita Morel. Savil. γίνεται, ὅτι οὕτω. Infra Morel. ὑπεριδεῖν. Ἀλλὰ καὶ αὐτό. [h] Alii φιλανθρωπίας ὄγκον. [i] Quidam καὶ ἐθαύμασαν. [i] Mss. multi λοιπὸν εἰς αὐτὸ ἐμβῆναι τὸ χωρίον. Savil. λοιπὸν ἄνωθεν ἐξελθεῖν τὸ χ., sed opinatur legendum esse ἐπεξελθεῖν. Codices mss. sequimur. [k] Alii ἀπὸ εὐχῆς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πρὶν ἢ γάρ τι εἰπεῖν, *Εὐχαριστῶ σοι*, λέγει, δεικνὺς ὅτι οὐ δεῖται εὐχῆς· *Ἐγὼ δὲ ἤδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις* [a]. Τοῦτο εἶπεν, οὐχ ὡς αὐτοῦ ἀδυνατοῦντος, ἀλλ' ὡς μιᾶς γνώμης οὔσης. Τίνος δὲ ἕνεκεν καὶ εὐχῆς σχῆμα ἀνέλαβε; Μὴ ἐμοῦ, ἀλλ' αὐτοῦ ἀκουσον λέγοντος· *Διὰ τὸν περιεστῶτα ὄχλον, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας*. Οὐκ εἶπεν, Ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι ἐλάττων εἰμί· ὅτι χρείαν ἔχω βοηθῆς τῆς ἄνωθεν· ὅτι χωρὶς εὐχῆς οὐ δύναμαι ποιῆσαι· ἀλλ', *Ὅτι σύ με ἀπέστειλας*. Ταῦτα γὰρ πάντα εὐχὴ δηλοῖ, ἂν ἁπλῶς αὐτὴν ἐκλάβωμεν. Οὐκ εἶπεν, Ἀπέστειλάς με τὸν ἀσθενοῦντα, τὸν τὴν δουλείαν ἐπεγνωκότα, τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν ποιοῦντα· ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφεὶς, ἵνα μηδὲν τούτων ὑποπτεύσῃς, τίθησι τὴν ἀληθῆ τῆς εὐχῆς αἰτίαν, ἵνα μὴ ἀντίθεόν με νομίσωσιν· [385] ἵνα μὴ λέγωσιν, Οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ· ἵνα δείξῃ κατὰ γνώμην σὴν τὸ ἔργον γινόμενον· μονονουχὶ λέγων, ὅτι Εἰ ἦμην ἀντίθεος, οὐκ ἂν προεχώρησε τὸ γινόμενον. Τὸ δὲ, *Ἤκουσάς μου*, καὶ ἐπὶ φίλων λέγεται, καὶ ἐπὶ ὁμοτίμων. *Ἐγὼ δὲ ἤδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις*· τουτέστι, Πρὸς τὸ γενέσθαι μου τὸ θέλημα οὐ δέομαι εὐχῆς, ἀλλ' ὥστε πεῖσαι ὅτι σοὶ καὶ ἐμοὶ μία βούλησις. Τί οὖν εὔχῃ; Διὰ τοὺς ἀσθενεῖς καὶ παχυτέρους [b]. *Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐκραύξε φωνῇ μεγάλῃ*. Διατί γὰρ οὐκ εἶπεν, Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου δεῦρο ἔξω; διατί μὴ εἶπεν, Ἀνάστησον αὐτὸν, Πάτερ; ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφεὶς καὶ εὐχομένου σχῆμα ἀναλαβὼν, διὰ τῶν πραγμάτων τὴν αὐθεντίαν ἐνδείκνυται; Ὅτι καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ σοφίας, διὰ μὲν ῥημάτων συγκατάβασιν, διὰ δὲ τῶν ἔργων ἐξουσίαν ἐπιδείκνυσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν ἄλλο εἶχον ἐγκαλεῖν αὐτῷ, ἀλλ' ἢ ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτω τοὺς πολλοὺς ἠπάτων· τούτου ἕνεκεν μεθ' ὑπερβολῆς δείκνυσι τοῦτό τε αὐτὸ δι' ὧν φησι, καὶ καθ' ὃν τρόπον ἡ ἀσθένεια ἐκείνων ἀπῄτει. Ἐνῆν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως δεῖξαι τὴν συμφωνίαν μετὰ τῆς οἰκείας ἀξίας· ἀλλ' οὐκ ἐδύνατο ἀναβῆναι τοσοῦτον ὁ ὄχλος. Καί φησι· *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω*. Τοῦτό ἐστιν ὃ ἔλεγεν· *Ἔρχεται ὥρα ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσουσι τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται*. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσῃς, ὅτι παρ' ἑτέρου ἔλαβε τὴν ἐνέργειαν, ἄνωθέν σε τοῦτο ἐδίδαξε, καὶ διὰ τῶν ἔργων ἐπέδειξε. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀνάστηθι· ἀλλὰ, *Δεῦρο ἔξω*, ὡς ζῶντι διαλεγόμενος τῷ τετελευτηκότι.

γ'. Τί ταύτης τῆς ἐξουσίας γένοιτ' ἂν ἴσον; Εἰ δὲ μὴ ἰδίᾳ δυνάμει τοῦτο ποιεῖ, τί πλέον ἕξει τῶν ἀποστόλων τῶν λεγόντων· *Τί ἡμῖν προσέχετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν;* Εἰ γὰρ οὐ ποιῶν ἰδίᾳ δυνάμει, οὐ προσετίθει τοῦτο, ὅπερ οἱ ἀπόστολοι περὶ ἑαυτῶν ἔλεγον, ἐσονταί πως ἐκεῖνοι μᾶλλον φιλοσοφοῦντες, τῷ διακρούεσθαι τὴν δόξαν. Καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἄνδρες, τί ταῦτα ποιεῖτε; Καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς* [c] *ἐσμεν ὑμῖν ἄνθρωποι*. Εἶτα οἱ μὲν ἀπόστολοι, ἐπειδὴ οὐδὲν οἰκοθεν ἔπραττον, ταῦτα ἔλεγον ὥστε πεῖσαι τοῦτο· αὐτὸς δὲ τοιαύτην περὶ ἑαυτοῦ δόξαν ἔχων, οὐκ ἂν τὴν ὑπόνοιαν ἀνεῖλεν, εἴ γε μὴ οἰκείᾳ αὐθεντείᾳ ἐποίει; καὶ τίς ἂν τοῦτο εἶποι; Καὶ μὴν τὸ ἐναντίον ποιεῖ ὁ Χριστὸς, λέγων· *Διὰ τὸν περιεστῶτα ὄχλον εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν*. Ὥστε εἰ ἐπίστευον [d], οὐκ ἦν χρεία τῆς εὐχῆς. Εἰ δὲ μὴ ἦν ἀνάξιον αὐτοῦ τὸ εὔχεσθαι, διατί ἐκείνοις τὴν αἰτίαν λογίζεται; διατί δὲ μὴ εἶπεν, ὅτι Ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι οὐκ εἰμί σου ἴσος; ἐχρῆν γὰρ διὰ τὴν ὑπόνοιαν πρὸς τοῦτο ἐλθεῖν. Ἀλλ' ὅτε μὲν ὑπωπτεύετο λύειν τὸν νόμον, τὴν λέξιν αὐτὴν τέθεικε, μηδὲ εἰρηκότων τι ἐκείνων· *Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον λῦσαι τὸν νόμον*· ἐνταῦθα δὲ ἵστησι τὴν ὑπόνοιαν. Ὅλως δὲ, τί ἔδει περιόδου τοσαύτης καὶ αἰνιγμάτων; Ἦρκει γὰρ εἰπεῖν, Οὐκ εἰμὶ ἴσος, καὶ ἀπαλλαγῆναι, Τί οὖν; Οὐκ εἶπεν, [386] φησὶν, ὅτι *Οὐ ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν*; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο συνεσκιασμένως καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἀφ' ἧς καὶ ἡ εὐχὴ γέγονεν. Τί δέ ἐστιν, ὅτι *Ἤκουσάς μου*; Τουτέστιν, ὅτι Οὐδὲν ἐναντίον ἐμοῦ πρὸς σέ [e]. Ὥσπερ οὖν τὸ, ὅτι *Ἤκουσάς μου*, οὐ τοῦτό ἐστι δηλοῦντος, ὅτι αὐτὸς οὐκ ἴσχυσεν· (εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, οὐκ ἀδυναμία μόνον ἔσται, ἀλλὰ καὶ ἄγνοια, εἴ γε πρὸ τοῦ εὔξασθαι οὐκ ᾔδει, ὅτι μέλλει ἐπινεύειν ὁ Θεός· εἰ δὲ οὐκ ᾔδει, πῶς ἔλεγεν, ὅτι *Πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν*· καὶ οὐκ εἶπεν, Πορεύομαι ἵνα εὔξωμαι τῷ Πατρὶ, ἵνα ἐξυπνίσῃ αὐτόν;) ὥσπερ οὖν τοῦτο οὐκ ἀσθενείας, ἀλλ' ὁμογνωμοσύνης· οὕτω καὶ τὸ, *Πάντοτέ μου ἀκούεις*. Ἢ τοῦτο οὖν ἔστιν εἰπεῖν, ἢ ὅτι πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τὴν ἐκείνων εἴρηται. Εἰ δὲ οὔτε ἠγνόει, οὔτε ἠσθένει, εὔδηλον ὅτι διὰ τοῦτο τὰ ταπεινὰ φθέγγεται ῥήματα, ἵνα κἂν [f] ἐκ τῆς ὑπερβολῆς πεισθῇς καὶ ἀναγκασθῇς ὁμολογῆσαι, ὅτι οὐ τῆς ἀξίας αὐτοῦ ἐστιν, ἀλλὰ τῆς συγκαταβάσεως. Τί οὖν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροί; Οὐ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων εἴρηκε, φησὶ, τὸ *Ἤκουσάς μου*, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὴν ὑπεροχήν. Καὶ μὴν τοῦτο οὐκ ἦν δεῖξαι τὴν ὑπεροχὴν, ἀλλὰ σφόδρα ταπεινῶσαι ἑαυτὸν, καὶ ἀποφῆναι οὐδὲν ἀνθρώπου πλέον ἔχοντα. Τὸ γὰρ εὔχεσθαι, οὐ κατὰ Θεὸν, οὐδὲ κατὰ σύνθρονον. Ὁρᾷς ὅτι οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν ἐπὶ τοῦτο ἦλθεν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐκείνων; Ὅρα γοῦν καὶ τὸ ἔργον μαρτυροῦν αὐτῷ τὴν αὐθεντίαν. Ἐκάλεσε, καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς συνειλημμένος. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ φαντασία εἶναι τὸ πρᾶγμα (τοῦ γὰρ ἀναστῆναι τὸ ἐξελθεῖν δεδεμένον οὐκ ἔλαττον ἐδόκει εἶναι παράδοξον), *Ἐκέλευσεν αὐτὸν λῦσαι*, ἵνα καὶ ἁψάμενοι, καὶ πλησίον γενόμενοι, ἴδωσιν ὅτι ὄντως ἐκεῖνός ἐστι. Καί φησιν· *Ἄφετε αὐτὸν ὑπάγειν*. Εἶδες τὸ ἀκόμπαστον; Οὐκ ἐπάγεται αὐτὸν, οὐδὲ κελεύει μετ' αὐτοῦ περιιέναι [g], ὥστε μὴ δόξαι τισὶν ἐπιδείκνυσθαι· οὕτως ἤδει μετριάζειν. Γενομένου δὲ τοῦ σημείου, οἱ μὲν ἐθαύμαζον· οἱ δὲ προσελθόντες ἀπήγγελλον τοῖς Φαρισαίοις. Τί οὖν ἐκεῖνοι; Δέον ἐκπλήττεσθαι καὶ θαυμάζειν, βουλεύονται αὐτὸν ἀνελεῖν, τὸν ἀναστήσαντα νεκρόν. Ὦ τῆς ἀνοίας! τὸν ἐν τοῖς ἄλλων σώμασι θανάτου περιγενόμενον, θανάτῳ παραδώσειν ἐνόμιζον. Καὶ λέγουσι· *Τί ποιοῦμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ;* Ἄνθρωπον αὐτὸν ἔτι καλοῦσιν, οἱ τοσαύτην λαβόντες ἀπόδειξιν τῆς αὐτοῦ θεότητος. *Τί ποιοῦμεν;* Πιστεῦσαι ἔδει καὶ θεραπεῦσαι, καὶ προσκυνῆσαι, καὶ μηκέτι νομίζειν ἄνθρωπον. *Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν οὕτως, ἔρχονται* [h] *οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν*. Τί ἐστιν ὃ βουλεύονται ποιεῖν; Τὸν λαὸν ἐπισείσαι βούλονται λοιπὸν, ὡς μέλλοντες κινδυνεύειν ἐπὶ ὑποψίᾳ τυραννίδος. Ἐὰν γὰρ ὀχλαγωγοῦντα, [387] φησὶ, μάθωσιν [i] αὐτὸν οἱ

[a] Quatuor mss. εὐχῆς. Πάντα γὰρ ποιεῖς ὅσα ἐγὼ θέλω, φησί. Quæ putat Savilius conjungi posse cum iis quæ in textu habentur, sic, ἐγὼ δὲ ἤδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις· πάντα γὰρ ποιεῖς, etc. [b] Alii καὶ εὐτελεστέρους. [c] Alii τὴν δόξαν. Πάλιν, Τί προσέχετε ἡμῖν ὡς ἰδίᾳ δυνάμει; ὁμοιοπαθεῖς. [d] Quidam εἶποι; ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον φησὶ, διὰ τοὺς περιεστῶτας ὄχλους, ἵνα πιστεύσωσιν. Ὥστε εἰ γε ἐπίστευον.

[e] Morel. γέγονεν. Ἆρα τὸ Πάντοτέ μου ἀκούεις, τοῦτο δηλοῖ, Οὐδὲν ἐναντίον ἐμοῦ πρὸς σέ. [f] Κἂν accessit e Savil. Edit. [g] Alii περιπατεῖν, et mox γενομένου δὲ τούτου τοῦ θαύματος. [h] Alii ἐλεύσονται. Mox alii τί ἐστιν ὃ βούλονται εἰπεῖν. [i] Alii ἴδωσιν. Ibid. alii ὑποπτεύσουσιν ἡμᾶς, ἐπὶ τυραννίδι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

infirmus, si illi precandum fuit ? Sed videamus quæ sit oratio : *Pater, gratias ago tibi, quia audisti me.* Quis unquam ita precatus est ? Priusquam quid aliud loquatur, dicit, *Gratias ago tibi*, ostendens se precibus non egere. *Ego autem sciebam quia semper me audis* [1]. Hoc dixit, non quod ipse non posset, sed quod una esset voluntas. Cur precandi forma usus est ? Non me, sed illum dicentem audi : *Propter circumstantem turbam, ut cognoscant quia tu me misisti.* Non dixit, Ut cognoscant me minorem esse, me superna gratia egere, et sine precatione operari non posse ; sed, *Quia tu me misisti.* Hæc quippe omnia precatio significat, si simpliciter illam accipiamus. Non dixit, Misisti me infirmum, servitutis conscium, qui nihil ex me possum ; sed his missis omnibus, ne aliquid horum suspiceris, veram precandi causam affert, Ne me Deo adversarium putarent ; ne dicerent, Non est ex Deo ; ut ostendam rem factam esse secundum voluntatem tuam ; ac si diceret, Si Deo contrarius essem, res non processisset. Illud vero, *Audisti me*, etiam inter amicos dicitur et æquales. *Ego autem sciebam quia semper me audis ;* id est, Ut voluntas mea fiat, non egeo precibus ; sed hoc dico ut illis suadeam tibi et mihi unam esse voluntatem. Cur ergo precaris ? Propter infirmos et crassiores. 43. *Et cum hæc dixisset, clamavit voce magna.* Cur non dixit, In nomine Patris mei veni foras ? cur non dixit, Suscita illum, Pater ? sed his missis omnibus, assumptoque precantis habitu, rebus ipsis auctoritatem demonstrat ? Quia hoc sapientiæ suæ est, verbis humilitatem, operibus potentiam ostendere. Quia enim nulla alia de re poterant illum accusare, quam quod non esset ex Deo, et sic multitudinem decipiebant ; ideo ex abundanti illud verbis suis ostendit, eo quo infirmitas illorum exigebat modo. Poterat enim alio modo concordiam ostendere una cum dignitate sua ; sed eo turba pervenire non poterat. Dixit, 43. *Lazare, veni foras.* Hoc est, quod dixerat : *Venit hora, quando mortui audient vocem Filii Dei, et qui audierint, vivent* (*Joan.* 5. 28). Ne putes enim illum ab altero virtutem accepisse, jam superius te docuit, et id operibus ostendit. Non dixit, Surge ; sed, *Veni foras*, mortuum tamquam viventem alloquens.

3. Quid huic potestati par fuerit ? Quod si non propria virtute hoc fecit, quid plus habebit quam apostoli, qui dicunt : *Quid nobis attenditis, tamquam propria virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare* (*Act.* 3. 12) ? Nam si non propria virtute faciebat, cur non adjecit id quod apostoli de se dicebant ? Ita certe illi majorem philosophiam et virtutem exercuerint, qui gloriam propulsarint. Et alibi, *Viri, quid hæc facitis ? Similes vobis homines sumus* (*Ibid.* 14. 14). Num apostoli quia nihil per se faciebant, hæc dixerunt, ut hoc ipsum persuaderent ; ille vero si hanc de se opinionem habuisset, annon illorum existimationem amovisset, nisi sua auctoritate operatus esset ? ecquis hoc dixerit ? Atqui contra loquitur Christus dicens : *Propter circumstantem turbam dixi, ut credant.* Itaque si credidissent, non opus erat precibus. Si autem precari indignum ipso non erat, cur illis causam imputet ? cur non dixit, Ut credant me non esse tibi æqualem ? oportebat enim ob illam opinionem ad hoc venire. Sed cum legem solvere existimabatur, illis nihil proferentibus ipse dictum expressit : *Nolite putare quia veni solvere legem* (*Matth.* 5. 17) ; hic vero opinionem firmat. In summa, quid opus erat circuitione et ænigmatibus? Satis erat dixisse, Non sum æqualis, et rem solvere. Quid ergo ? annon dixit, inquies, *Non facio voluntatem meam ?* Sed illud subobscure dixit, et propter eorum imbecillitatem, eadem de causa, qua etiam precatus est. Quid autem sibi vult illud, *Quoniam audisti me ?* Hoc est, Nihil inter me et te contrarium est. Quemadmodum igitur illud, *Audisti me*, non significat ipsum non posse (nam si hoc esset, non impotentia solum, sed et ignorantia esset, siquidem ante precationem nescivisset Deum assensurum esse : si vero ignorabat, quomodo dixit, *Vado ut suscitem eum ?* nec dixit, Vado precaturus Patrem, ut suscitet eum) : quemadmodum, inquam, hoc non imbecillitatis, sed concordiæ est ; sic et illud, *Semper me audis.* Aut hoc dicendum, aut respondendum, hæc propter illorum opinionem dicta fuisse. Quod si nec ignorabat, nec imbecillus erat, palam est illum ideo humilia verba loquutum fuisse, ut vel ex hyperbole credas et confiteri cogaris, hæc dixisse illum non secundum dignitatem suam, sed secundum imbecillitatem auditorum. Quid ergo aiunt veritatis hostes ? Non ad imbecillitatem auditorum dixit, *Audisti me ;* sed ut ostenderet præcellentiam. Verum hoc non erat præcellentiam demonstrare, sed admodum humiliter agere, ostendereque se nihil plus quam hominem habere. Nam precari non est Dei, nec ejus qui in eodem sedet solio. Viden' nulla alia de causa ad hoc venisse, nisi propter eorum incredulitatem ? Animadverte ergo rem ipsam ejus auctoritatem testificari. Vocavit, et prodiit mortuus ligatus. Hinc ne videretur res esse phantasma (nam prodire ligatum non minus admirandum videbatur, quam resurgere), *Jussit solvi illum*, ut tangentes et accedentes viderent vere illum esse. Et dixit, 44. *Sinite illum abire.* Viden' quam sit alienus a fastu ? Non ducit eum secum, neque sequi se jubet, ne videatur sese ostentare : tanta utebatur modestia. Signum tantum alii mirabantur, alii Pharisæis nuntiaverunt. Quid igitur illi ? Cum mirari et obstupescere oportuisset, consultant ut illum interficiant, qui mortuum suscitavit. O insipientiam ! Eum qui in aliis corporibus mortem superaverat, morti se tradituros esse putabant, et dicunt, 47. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit ?* Hominem illum adhuc vocant, qui illius divinitatis tantam acceperant demonstrationem. *Quid facimus ?* Credere oportebat, ipsum colere et adorare, neque amplius hominem existimare. 48. *Si dimitti-*

[1] Quatuor Mss. habent : « *Quæcumque enim volo tu facis* », *inquit*. Quæ putat Savilius conjungi posse cum iis quæ in textu habentur, sic, « *Ego autem sciebam quia semper me audis : quæcumque enim volo tu facis.* » Sed sine Manuscriptorum auctoritate nihil jungere audemus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mus eum sic, venient Romani, et tollent gentem nostram et civitatem. Quid facere deliberant [1] ? Populum concitare volunt, ut periclitaturum ob tyrannidis suspicionem. Si discant Romani ipsum circumagere turbam, nos suspectos habebunt, et venient tollentque nostram civitatem. Cur quæso ? num defectionem docebat ? nonne jubebat tributum dare Cæsari ? annon cum illum regem facere volebatis, aufugit ? annon vilem et sine fastu vitam ducebat, sine domo et aliis hujusmodi ? Hæc dicebant, non metuentes, sed invidentes. Verum id contigit, quod minime exspectabant, et gentem et urbem ceperunt, quia Christum ipsi occiderant. Erant gesta illius procul omni suspicione. Nam qui ægros sanabat, qui optimum vitæ institutum docebat, et principibus parere jubebat, is non affectabat, sed propulsabat tyrannidem. At, inquiunt, id ex superioribus conjectamus. Verum ipsi defectionem docebant, secus ille. Viden' illa dicta simulationem fuisse ? Quid enim simile exhibebat ? num satellitibus stipabatur ? num currus trahebat ? annon solitudines obibat ? Sed ne viderentur hæc ex animi sui morbo dicere, civitatem totam periclitari dicunt, et reipublicæ insidias parari, seque de extremis metuere. Non hæc vobis captivitatis causa fuerunt ; sed his contraria, et hanc et Babylonicam, et illam quæ sub Antiocho contigit pepererunt : non quod apud vos Dei cultores essent, sed quod injusti et Deum irritantes ; hoc vos prodidit. Verum hujusmodi res est invidia : nihil decorum sinit videre, excæcato semel animo. Nonne mites esse Christus docuit ? nonne alapis cæsos in dextera, alteram vertere ? nonne injuria affectos tolerare ? nonne majorem ad mala patienda, quam alii ad mala facienda animum exhibere ? Hæccine tyrannidem affectantis ? annon potius propulsantis ?

4. Verum, ut dixi, gravis est invidia, et simulatione plena. Hæc orbem innumeris implevit malis : hujus morbi causa, reis et noxiis tribunalia replentur : hinc oritur gloriæ et pecuniarum amor, hinc amor principatus, hinc superbia : hinc viæ scelestis latronibus, mare piratis infestatur : hinc cædes per orbem, hinc genus nostrum discerpitur. Quodcumque malum vides, inde proficiscitur : hoc in Ecclesias irrepsit : hoc jamdiu innumera peperit mala : amorem pecuniæ ubique induxit : hic morbus cuncta subvertit, justitiam corrupit (*Dona* enim, inquit, *sapientium oculos excæcant, et tamquam frenum ori, avertunt correptiones* [*Eccli.* 20. 31]) : hoc servos pro liberis facit : de hoc quotidie disserimus, et nihil proficimus. Feris pejores efficimur, pupillorum bona rapimus, viduas nudamus, pauperes lædimus, væ super væ adjicimus. *Væ mihi, quia periit pius de terra* (*Mich.* 7. 2). Nostrum jam est lugere ; imo illud quotidie dicendum. Nihil precando proficimus, nihil ex consiliis et monitis lucramur : restat ut lacrymas fundamus. Illud et Christus fecit : cum multa Jerosolymis monita dedisset, cum id illis nihil prodesset, eorum deflevit cæcitatem. Hoc et prophetæ faciunt : hoc et nos nunc faciamus. Lacrymarum, fletuum, ejulatus nunc tempus est. Opportune dicamus : *Vocate lugentes mulieres, et ad sapientes mittite, et loquantur* (*Jer.* 9. 17). Sic forte poterimus morbum abigere eorum qui ædes splendidas construunt, qui ex rapina agros sibi comparant.

Quinam sint vere lugendi.—Lugendi tempus est : sed mecum vos lugete qui nudati, qui læsi estis : vestro luctui lacrymas meas jungite. Verum non nos, sed illos lugeamus : non vos læserunt, sed sibi perniciem intulerunt. Vos enim pro injuria illata regnum cælorum habetis ; illi pro lucro gehennam. Ideo melius est lædi, quam lædere. Lugeamus eos, non humano luctu, sed ex divinis Scripturis desumpto, quo prophetæ luxerunt. Acerbe cum Isaia lugeamus, et dicamus : *Væ conjungentibus domum domui, et agrum agro adjicientibus, ut a vicino aliquid auferant, numquid habitabitis soli in terra ? Domus magnæ et pulchræ, et non erunt qui in eis habitent* (*Isai.* 5. 8. *et* 9). Lugeamus cum Nahumo, et cum illo dicamus, *Væ qui ædificat in altum domum suam* (*Jer.* 22. 13) : imo lugeamus illos, ut tunc Christus Judæos, et dicamus : *Væ vobis divitibus, quia habetis mercedem vestram et consolationem* (*Luc.* 6. 24). Sic, quæso, nos lugere non desistamus : et nisi turpe sit, plangamus super fratrum segnitiem. Ne lugeamus jam mortuum, sed raptorem, avarum, pecuniarum amantem, insatiabilem. Cur mortuos lugemus, nullo fructu ? Ilos lugeamus, qui mutari possunt. Verum nobis lugentibus, ipsi fortasse rident. At hoc quoque luctu dignum, quia rident de quibus lugere oporteret. Si fletu nostro moverentur, cessandum a luctu esset, cum illi jam ad emendationem pergerent : verum quia illi sine sensu supini jacent, nos flendo persistamus, non divites tantum, sed etiam pecuniæ amantes, avaros. Non malæ sunt divitiæ, quippe quibus ut par est uti possumus in egenorum usum ; sed avaritia malum est, quæ æterna parit supplicia. Lugeamus ergo. Forte quædam sequetur emendatio. Si qui in hoc incidere malum non eruantur, alii forte sibi cavebunt ne in idipsum incidant. Faxit Deus ut et illi a morbo liberentur, et nemo nostrum in illum incidat, ut in communi omnes promissa consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii habent : *Quid est quod volunt dicere ?*

HOMILIA LXV.

CAP. 11. v. 49. *Unus autem ex illis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis : Vos nescitis quidquam*, 50. *nec cogitatis quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo*, etc.

1. *Infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt : in laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum* (*Psal.* 9. 16). Hoc Judæis contigit. Ipsi namque dicebant, occidendum esse Jesum, ne venirent Romani, et tollerent ipsorum gentem et civitatem. Postquam autem occiderunt eum, hæc passi sunt :

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ῥωμαῖοι, ὑποπτεύσουσιν ἡμᾶς, καὶ ἐλεύσονται, καὶ καθελοῦσιν ἡμῶν τὴν πόλιν. Τίνος ἕνεκεν; εἰπέ μοι· μὴ γὰρ ἀποστασίαν ἐδίδασκεν; οὐκ ἐπέτρεψε φόρον δοῦναι Καίσαρι; οὐχὶ βασιλέα αὐτὸν ποιῆσαι ἠθελήσατε, καὶ ἔφυγεν; οὐχὶ τὸν εὐτελῆ καὶ ἀπέριττον ἐπεδείκνυτο βίον [a], μήτε οἰκίαν ἔχων, μήτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν; Ταῦτα μὲν οὖν ἔλεγον, οὐ προσδοκῶντες, ἀλλὰ βασκαίνοντες. Ἐξέβη δὲ καὶ μὴ προσδοκώντων αὐτῶν, καὶ τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν ἔλαβον, ἐπειδὴ ἀνεῖλον αὐτόν. Καὶ γὰρ πόρρω πάσης ὑποψίας ἦν τὰ γινόμενα. Ὁ γὰρ ἰώμενος νοσοῦντας, καὶ ἄριστον διδάσκων βίον, καὶ ἄρχουσι πείθεσθαι ἐπιτάττων, οὐχὶ τυραννίδα συνίστη, ἀλλὰ κατέλυεν. Ἀλλ' ἀπὸ τῶν προτέρων στοχαζόμεθα, φησίν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι ἀποστασίαν ἐδίδασκον· οὗτος δὲ τοὐναντίον. Ὁρᾷς ὅτι ὑπόκρισις ἦν τὰ λεγόμενα; Τί γὰρ ἐπεδείξατο τοιοῦτον; δορυφόρους σοβοῦντας ἐπήγετο; ὀχήματα ἐπεσύρετο; οὐχὶ τἀναντία ἐρημίας ἐδίωκεν; Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωσιν ἀπὸ πάθους τοῦ ἑαυτῶν λέγειν [b], τὴν πόλιν φασὶ κινδυνεύειν πᾶσαν, καὶ τὸ κοινὸν ἐπιβουλεύεσθαι, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων αὐτοῖς εἶναι τὸν φόβον. Οὐ ταῦτα τῆς αἰχμαλωσίας ὑμῖν αἴτια γέγονεν, ἀλλὰ τὰ ἐναντία, καὶ ταύτης καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα, καὶ τῆ ἐπὶ Ἀντιόχου τῆς μετὰ ταῦτα· οὐ τὸ εἶναι παρ' ὑμῖν θεραπεύοντας, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἐν ὑμῖν ἀδικοῦντας, καὶ τὸν Θεὸν παροργίζοντας, τοῦτο ὑμᾶς ἐκδότους ἐποίησεν. Ἀλλὰ τοιοῦτον ὁ φθόνος· οὐδὲν τῶν δεόντων ὁρᾷν ἀφιεὶς, ἅπαξ πηρώσας τὴν ψυχήν. Οὐχὶ πράους ἐδίδασκεν εἶναι; οὐχὶ ῥαπιζομένους τὴν δεξιὰν, στρέφειν καὶ τὴν ἑτέραν; οὐ φέρειν ἀδικουμένους; οὐ μείζονα ἐπιδείκνυσθαι προθυμίαν πρὸς τὸ κακῶς παθεῖν, ἢ ἕτεροι ἔχουσι πρὸς τὸ κακῶς ποιῆσαι; Ταῦτ' οὖν, εἰπέ μοι, τυραννίδα συνιστῶντος, ἀλλ' οὐ τυραννίδα καθαιροῦντος;

δ'. Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, δεινὸν ἡ βασκανία καὶ ὑποκρίσεως γέμον. Τοῦτο τὴν οἰκουμένην μυρίων ἐνέπλησε κακῶν· ἀπὸ τοῦ νοσήματος τούτου τὰ δικαστήρια κρινομένων πεπλήρωται· ἀπὸ τούτου δόξης καὶ χρημάτων ἔρως· ἀπὸ τούτου φιλαρχία καὶ ὑπερηφία [c]· ἐντεῦθεν ὁδοὶ λῃστῶν μιαροὶ, καὶ θάλαττα πειρατῶν ἔχει· ἐντεῦθεν οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην φόνοι, ἐντεῦθεν τὸ γένος ἡμῶν διέσπασται. Ὅπερ ἂν ἴδῃς κακὸν, ἀπὸ ταύτης ὂν δύῃ· τοῦτο καὶ εἰς τὰς Ἐκκλησίας εἰσεκώμασε· τοῦτο ἄνωθεν τὰ μυρία εἰργάσατο δεινά· τοῦτο τὴν φιλαργυρίαν ἔτεκεν· αὕτη ἡ νόσος τὰ ἄνω κάτω ἐποίησε, καὶ τὸ δίκαιον διέφθειρε (Δῶρα [d] γάρ, φησὶν, *ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ ὡς χῖμος στόματι, ἀποστρέφει ἐλέγχους*)· τοῦτο δούλους ἀντ' ἐλευθέρων ποιεῖ· περὶ τούτου καθ' ἑκάστην διαλεγόμεθα τὴν ἡμέραν, καὶ πλέον οὐδὲν γίνεται. Θηρίων γινόμεθα χείρους, ὀρφανοὺς ἁρπάζομεν, χήρας γυμνοῦμεν, πένητας ἀδικοῦμεν, οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ συνάπτομεν. *Οἴμοι! ὅτι ἀπόλωλε εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς.* [388] Καὶ ἡμῶν ἐστι τὸ θρηνεῖν λοιπόν· μᾶλλον δὲ τοῦτο δεῖ καθ' ἑκάστην λέγειν τὴν ἡμέραν. Οὐδὲν ἐν εὐχαῖς ἀνύομεν, οὐδὲν ἐν συμβουλαῖς καὶ παραινέσεσι· λείπεται ἄρα τὸ δακρύειν. Τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησε· πολλὰ τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις παραινέσας, ὡς οὐδὲν ἐκέρδανον ἐκεῖνοι. ἐδάκρυσεν αὐτῶν τὴν πώρωσιν [e]. Τοῦτο καὶ οἱ προφῆται ποιοῦσι· τοῦτο καὶ ἡμεῖς πράττωμεν νῦν. Θρήνου λοιπὸν ὁ καιρὸς, καὶ δακρύων, καὶ οἰμωγῆς. Εὔκαιρον εἰπεῖν καὶ ἡμᾶς νῦν, *Καλέσατε τὰς θρηνούσας, καὶ πρὸς τὰς σοφὰς ἀποστείλατε, καὶ ᾠδηγὰς ἀσθωσαν.* Τάχα οὕτω δυνησόμεθα ἐκβαλεῖν τὸ νόσημα τῶν τὰς οἰκίας οἰκοδομούντων τὰς λαμπρὰς, τῶν ἀγροὺς περιβαλλομένων ἐξ ἁρπαγῆς.

Θρηνεῖν εὔκαιρον· ἀλλὰ συλλάβεσθέ μοι καὶ ὑμεῖς τῶν θρήνων, οἱ γεγυμνωμένοι τε καὶ ἠδικημένοι· τοῖς ὑμῶν θρήνοις καταγάγετέ μου τὰ δάκρυα. Ἀλλὰ θρηνοῦντες, μὴ ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐκείνους θρηνήσωμεν· οὐχ ὑμᾶς ἠδίκησαν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀπώλεσαν. Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἔχετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀντὶ τῆς ἀδικίας· ἐκεῖνοι δὲ, τὴν γέενναν ἀντὶ κέρδους. Διὰ τοῦτο βέλτιον ἀδικεῖσθαι καὶ μὴ ἀδικεῖν. Θρηνήσωμεν αὐτοὺς θρῆνον, μὴ τὸν ἀνθρώπινον [f], ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, ὃν καὶ οἱ προφῆται ἐθρήνησαν. Θρηνήσωμεν μετὰ Ἡσαΐου πικρὸν, καὶ εἴπωμεν· *Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι· μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; Οἰκίαι μεγάλαι καὶ καλαὶ, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐταῖς.* Θρηνήσωμεν μετὰ τοῦ Ναοὺμ, καὶ εἴπωμεν μετ' ἐκείνου· *Οὐαὶ ὁ οἰκοδομῶν εἰς ὕψος τὴν οἰκίαν αὐτοῦ!* μᾶλλον δὲ θρηνήσωμεν αὐτοὺς, καθάπερ καὶ ὁ Χριστὸς τοὺς τότε, λέγων· *Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις! ὅτι ἀπέχετε τὸν μισθὸν ὑμῶν, καὶ τὴν παράκλησιν ὑμῶν.* Οὕτω, παρακαλῶ, θρηνοῦντες καὶ ἡμεῖς μὴ παυσώμεθα· εἰ δὲ μὴ ἄσχημον, καὶ κοψώμεθα ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδελφῶν ῥαθυμίας. Μὴ κλαίωμεν τὸν ἧδη τεθνηκότα, ἀλλὰ κλαίωμεν τὸν ἅρπαγα, τὸν πλεονέκτην, τὸν φιλάργυρον, τὸν ἄπληστον. Διατί νεκροὺς θρηνοῦμεν, ἐφ' ὧν οὐδὲν ἔστιν ἀνύσαι λοιπόν; Θρηνήσωμεν τούτους, ἐφ' ὧν ἐστι καὶ μεταβολή. Ἀλλ' ἡμῶν θρηνούντων, τάχα αὐτοὶ γελῶσιν. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο θρήνων ἄξιον, ὅτι γελῶσιν, ἐφ' οἷς ἔδει πενθεῖν. Εἰ μὲν γὰρ ἔπασχόν τι ἀπὸ τῶν ὁδυρμῶν τῶν ἡμετέρων, ἐχρῆν παύσασθαι ὁδυρομένους ὡς μέλλοντας διορθοῦσθαι· ἐπειδὴ δὲ ἀναισθήτως διάκεινται, μένωμεν ἡμεῖς κλαίοντες, μὴ τοὺς πλουτοῦντας ἁπλῶς, ἀλλὰ τοὺς φιλαργύρους, τοὺς πλεονέκτας, τοὺς ἁρπαγας. Οὐ κακὸν ὁ πλοῦτος (ἔστι γὰρ αὐτῷ καὶ εἰς δέον χρήσασθαι, ὅταν εἰς τοὺς δεομένους ἀναλίσκωμεν)· ἀλλὰ κακὸν ἡ πλεονεξία, τὰς ἀθανάτους προξενοῦσα κολάσεις. Θρηνήσωμεν τοίνυν. Ἴσως γάρ τις ἔσται διόρθωσις· ἢ κἂν οἱ ἐμπεσόντες μὴ ἀπαλλαγῶσιν, ἕτεροι γοῦν οὐ περιπεσοῦνται [g] τῷ δεινῷ, ἀλλὰ φυλάξονται. Γένοιτο δὲ κἀκείνους ἐλευθερωθῆναι τοῦ νοσήματος, καὶ ἡμῶν μηδένα περιπεσεῖν ποτε, ἵνα κοινῇ πάντες τῶν ἐπηγγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. καὶ ἀκόμπαστον μετεδίωκε βίον. [b] Savil. δόξωσιν τὸ πάθος τοῦ ἑαυτῶν λέγειν. [c] Alii κενοδοξία. Ibid. quidam ὁδοὶ πολιορκοῦνται καὶ θάλαττα. [d] Quidam ἔτεκεν, τὸ νόσημα πάντα ἄνω καὶ κάτω ποιοῦν, καὶ τὸ δίκαιον διαφθεῖρον. Δῶρα. [e] Alii τὴν συμφοράν. [f] Alii μὴ τὸν κοινόν. Paulo post quidam μετὰ Ἡσαΐου οὕτω λέγοντες, Οὐαί. [g] Alii γὰρ ποτὲ ἔσται, et mox ἀπαλλαγῶσιν, ἀλλ' ἕτεροι οὐ περιπεσοῦνται.

[389] ΟΜΙΛΙΑ ΞΕ'.

Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδὲν, οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει ὑμῖν, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

α'. ***Ἐπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ ᾗ ἐποίησαν· ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ ποὺς αὐτῶν.*** Τοῦτο ἐπὶ Ἰουδαίων γέγονεν. Αὐτοὶ μὲν γὰρ ἔλεγον ἀνελεῖν τὸν Ἰησοῦν, ἵνα μὴ ἔλθωσιν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἄρωσιν αὐτῶν καὶ τὸ ἔθνος καὶ τὴν πόλιν. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεῖλον, ταῦτα ἔπαθον· καὶ ἅπερ ὡς δια-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φευξόμενοι ἔπραξαν, ταῦτα ἐπειδὴ ἔπραξαν, οὐ διέφυγον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἀναιρεθείς, ἔστιν ἐν οὐρανοῖς· οἱ δὲ ἀνελόντες, τὴν γέενναν κληρονομοῦσι· καίτοι οὐ ταῦτα ἐσκέψαντο· ἀλλὰ τί; Ἐβούλοντο, φησὶν, ἀνελεῖν αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Εἶπον γὰρ, ὅτι *Ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ ἀροῦσιν ἡμῶν τὸ ἔθνος. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου, εἶπεν*, ἀναισχυντότερος ὢν τῶν λοιπῶν· *Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν.* Ἅπερ ἐκεῖνοι ἀμφέβαλλον, καὶ ἐν τάξει βουλῆς προετίθεσαν, (ἔλεγον γάρ· *Τί ποιοῦμεν;*) τοῦτο οὗτος ἀναισχύντως καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, καὶ μετὰ ἱταμότητος ἀνεβόησε. Τί γάρ φησιν; *Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδέν, οὐδὲ διαλογίζεσθε ὅτι συμφέρει, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ, καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. Τοῦτο δὲ οὐκ εἶπεν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ προεφήτευσεν ἀρχιερεὺς ὤν.*

Ὁρᾷς πόση τῆς ἀρχιερατικῆς ἐξουσίας ἡ δύναμις; Ἐπειδὴ γὰρ ὅλως ἠξίωτο τῆς ἀρχιερωσύνης, καίτοι ἀνάξιος ὢν τοῦ πράγματος, προεφήτευσεν, οὐκ εἰδὼς ἅπερ ἔλεγε· καὶ τῷ στόματι μόνον ἐκέχρητο ἡ χάρις, τῆς δὲ διανοίας καρδίας οὐχ ἥψατο. Πολλοὶ γοῦν καὶ ἄλλοι τὰ μέλλοντα εἶπον, ἀνάξιοι ὄντες, ὁ Ναβουχοδονόσορ, ὁ Φαραὼ, ὁ Βαλαάμ· καὶ πάντων ἡ αἰτία δήλη. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὑμεῖς κάθησθε, ἔτι ὀκνηρότερον τῷ πράγματι προσέχετε, καὶ οὐκ ἴστε ἑνὸς ἀνδρὸς σωτηρίας ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ καταφρονῆσαι. Ὅρα πόση τοῦ Πνεύματος ἡ δύναμις· ἀπὸ διανοίας πονηρᾶς ἴσχυσε ῥήματα προενεγκεῖν προφητείας γέμοντα θαυμαστῆς. Τέκνα δὲ Θεοῦ τὰ ἔθνη καλεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀπὸ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι· ὥσπερ οὖν καὶ αὐτός φησι· *Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω*, καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ μέλλοντος αὐτὰ καλῶν. Τί δέ ἐστιν, *Ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου;* Μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο διέφθαρτο. Οὐκέτι γὰρ τὸν χρόνον ἅπαντα τῆς ζωῆς; ἱεράτευον, ἀλλ' ἐνιαυτὸν, ἐξ οὗ γεγόνασιν ὠνηταὶ αἱ ἀρχαί. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτω παρῆν ἔτι τὸ Πνεῦμα. Ἐπειδὴ δὲ τὰς χεῖρας ἦραν κατὰ τοῦ Χριστοῦ, τὸ τηνικαῦτα αὐτοὺς ἐγκατέλιπε, καὶ μετῆλθεν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους. Καὶ τοῦτο τὸ καταπέτασμα ἐδήλου σχιζόμενον, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ φωνὴ ἡ λέγουσα· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν* [390] *ἔρημος.* Καὶ Ἰώσηπος δὲ μετὰ βραχὺν γενόμενος χρόνον, ἔφη τινὰς ἀγγέλους τοὺς ἔτι παραμένοντας, εἰ μὴ βουληθεῖεν ἐκεῖνοι μεταστῆναι, καταλιπεῖν αὐτούς. Ἕως μὲν γὰρ ὁ ἀμπελὼν εἱστήκει, πάντα ἐγίνετο· ἐπειδὴ δὲ τὸν κληρονόμον ἀπέκτειναν, οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἀπώλοντο· καὶ καθάπερ ἱμάτιον λαμπρὸν ἀπὸ παιδὸς ἀχρήστου, τῶν Ἰουδαίων, λαβὼν ὁ Θεὸς, τοῖς εὐγνώμοσι δούλοις ἔδωκε τοῖς ἐξ ἐθνῶν, ἐκείνους ἐρήμους ἀφεὶς καὶ γυμνούς. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο ἦν, τὸ καὶ τὸν ἐχθρὸν προφητεῦσαι ταῦτα. Τοῦτο καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισπάσασθαι ἠδύνατο. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ἐναντίως ἐξέβη. Ἐπειδὴ γὰρ [a] ἀπέθανε, διὰ τοῦτο τῆς μελλούσης κολάσεως ἀπηλλάγησαν οἱ πιστοί. Τί ἐστιν, *Ἵνα συναγάγῃ τοὺς ἐγγὺς, καὶ τοὺς μακράν;* Ἓν σῶμα ἐποίησεν. Ὁ ἐν Ῥώμῃ [b] καθήμενος τοὺς Ἰνδοὺς μέλος εἶναι νομίζει ἑαυτοῦ. Τί ταύτης τῆς συναγωγῆς ἴσον; Καὶ πάντων κεφαλὴ ὁ Χριστός· *Ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐβουλεύσαντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν.* Καὶ μὴν πρότερον ἐζήτουν. Λέγει γάρ· *Διὰ τοῦτο ἐζήτουν οἱ Ἰουδαῖοι αὐτὸν ἀποκτεῖναι·* καὶ, *Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι;* Ἀλλὰ τότε μὲν ἐζήτουν, νῦν δὲ καὶ ἐκύρωσαν τὴν γνώμην, καὶ ὡς ἔργῳ τῷ πράγματι κέχρηνται. *Ἰησοῦς δὲ οὐκ ἔτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ.* Πάλιν ἀνθρωπίνως ἑαυτὸν σώζει, καὶ συνεχῶς τοῦτο [c] ποιεῖ.

β'. Τὴν δὲ αἰτίαν εἶπον, δι' ἣν πολλάκις ἀπῆλθε καὶ ἀνεχώρησε. Καὶ νῦν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου διατρίβει ἐν Ἐφρατᾷ, καὶ ἐκεῖ ἔμενε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Πῶς οἴει θορυβεῖσθαι τοὺς μαθητὰς, ὁρῶντας αὐτὸν ἀνθρωπίνως σωζόμενον; Οὐδεὶς λοιπὸν ἠκολούθησε. Τῆς γὰρ ἑορτῆς οὔσης ἐγγὺς, πάντες ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἔτρεχον· αὐτοὶ δὲ, ὅτε πάντες ἔχαιρον καὶ ἐπανηγύριζον, τότε κρύπτονται, τότε ἐν κινδύνοις εἰσὶν· ἀλλ' ὅμως παρέμενον. Καὶ γὰρ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, τοῦ Πάσχα ὄντος καὶ τῆς Σκηνοπηγίας, ἐκρύπτοντο· καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα, τῆς ἑορτῆς οὔσης, τῷ φεύγειν καὶ τῷ κρύπτεσθαι μόνοι τῶν ἄλλων μετὰ τοῦ Διδασκάλου, τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενοι [d]. Ἐντεῦθέν φησιν ὁ Λουκᾶς αὐτὸν εἰρηκέναι, *Ἐγὼ παρέμεινα ὑμῖν ἐν τοῖς πειρασμοῖς.* Ταῦτα δὲ ἔλεγε, δεικνὺς ὅτι παρὰ τῆς αὐτοῦ ῥοπῆς ἐνδυναμοῦνται. *Πολλοὶ δὲ ἐκ τῆς χώρας ἀνέβησαν ἀγνίσαι ἑαυτούς. Καὶ ἔδωκαν παραγγελίας οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν.* Θαυμαστὸς ἁγνισμὸς, μετὰ μιαιφόνου προαιρέσεως, μετὰ ἀνδροφόνου διανοίας, μετὰ ἡμαγμένων χειρῶν. *Καὶ ἔλεγον· Δοκεῖτε ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ ἐν τῇ ἑορτῇ;* Διὰ τοῦ Πάσχα ἐπεβούλευον, καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἑορτῆς ἐποιοῦντο καιρὸν σφαγῆς· τουτέστιν, Ἐνταῦθα αὐτὸν ἐμπεσεῖν δεῖ, τοῦ καιροῦ καλοῦντος αὐτόν. Ὦ τῆς ἀσεβείας! ὅτε πλείονος ἔδει τῆς εὐλαβείας, καὶ τοὺς [391] ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις εἰλημμένους ἀφιέναι, τότε τὸν οὐδὲν ἠδικηκότα θηρεῦσαι ἐπιχειροῦσι. Καίτοι καὶ ἤδη τοῦτο ποιήσαντες, οὐ μόνον οὐδὲν ὤνησαν, ἀλλὰ καὶ καταγέλαστοι γεγόνασι. Διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐμπίπτων διαφεύγει, καὶ βουλευομένους [e] αὐτὸν ἀνελεῖν κατέχει καὶ ἀπορεῖν ποιεῖ, τῇ τῆς δυνάμεως ἀποδείξει κατανύξαι βουλόμενος· καὶ ἵνα ὅταν λάβωσιν αὐτὸν, μάθωσιν ὅτι οὐ τῆς οἰκείας ἰσχύος ἦν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνου συγχωρήσεως τὸ γινόμενον. Οὐδὲ γὰρ τότε ἴσχυσαν αὐτὸν συλλαβεῖν, καὶ ταῦτα πλησίον οὔσης τῆς Βηθανίας· καὶ ὅτε δὲ συνέλαβον, ἔῤῥιψεν αὐτοὺς ὑπτίους. *Πρὸ ἓξ δὲ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἦλθεν εἰς Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος· καὶ εἱστιᾶτο παρ' αὐτοῖς, καὶ Μάρθα διακονεῖ, καὶ Λάζαρος ἐσθίει.* Τοῦτο δὲ τῆς εἰλικρινοῦς ἀναστάσεως σημεῖον ἦν, τὸ μετὰ ἡμέρας πολλὰς καὶ ζῆν καὶ ἐσθίειν. [f] Ὅθεν δῆλον, ὅτι ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς τὸ ἄριστον ἦν· ἅτε γὰρ φίλοι καὶ φιλούμενοι, δέχονται τὸν Ἰησοῦν. Τινὲς δέ φασιν ὅτι ἐν ἀλλοτρίᾳ οἰκίᾳ τοῦτο ἐγένετο. Ἡ δὲ Μαρία οὐ διηκόνει· μαθήτρια γὰρ ἦν. Πάλιν ἐνταῦθα αὕτη πνευματικώτερον. Οὐ διηκόνει γὰρ ὡς κεκλημένη, οὐδὲ κοινὴν ποιεῖται τὴν ὑπηρεσίαν· ἀλλ' εἰς αὐτὸν μόνον περιίστησι τὴν τιμήν· καὶ οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ πρόσεισιν, ἀλλ' ὡς Θεῷ. Τὸ γὰρ μύρον διὰ τοῦτο ἐξέχεε, καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς ἀπέμαξεν, ἅτινα οὐκ ἦν ὑπόληψιν ἐχούσης περὶ αὐτοῦ τοιαύτην, οἵαν οἱ πολλοί.

[a] Alii ἐπειδὴ δέ. [b] Nota Savilii: *Boisius ex Theophylacto et Quæstionibus in Joannem, quibus etiam adstipulatur interpres, hunc locum ita explet, omnino recte,* τί ἐστιν, Ἵνα συναγάγῃ εἰς ἕν; Ὅτι τοὺς ἐγγὺς καὶ τοὺς μακρὰν ἓν σῶμα ἐποίησε, καὶ ὁ ἐν Ῥώμῃ. Ita placet hæc restitutio, ut si vel unus codex adstipularetur, eam libenter induxissem in seriem. Interpres Aretinus hanc secutus lectionem sic vertit: *Sed quid signat,* Ut congregaret in unum? *Quod qui prope erant, et qui longe, unum corpus reddidit, qui Romæ est,* etc.

[c] Alii ταῦτα. [d] Savil. et Boisius legendum censent ἐπεδείκνυντο, et recte quidem; sed omnes mss. ἐπιδεικνύμενοι habent. [e] Quidam βουλομένους. [f] Addit Savil. καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει, quæ sensus recuirit. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et quod ut effugerent fecerant, hoc quia fecere, non effugerunt. Sed qui occisus fuit, est in cælis; qui autem occiderunt, gehennam sortiti sunt : etsi id non in voto haberent; sed quid? Volebant, inquit, a die illo occidere ipsum. Dicebant enim, *Venient Romani, et tollent gentem nostram. Unus autem ex illis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit*, cæteris impudentior : *Vos nescitis quidquam*. Illi nempe dubitabant, et deliberando proposuerant (dicebant enim, *Quid facimus?*) hic impudenter, aperta fronte, et petulanter clamavit. Quid vero dicit? *Vos nescitis quidquam, neque cogitatis quia expedit vobis, ut unus moriatur homo, et ne tota gens pereat.* 51. *Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit.*

Multi indigni futura prædixerunt. — Vides quanta sit pontificalis potestas? Quia enim pontificatum sortitus erat, licet indignus, prophetavit, quid diceret ignorans : gratia ejus tantum ore usa est, impurum vero cor non tetigit. Multi quoque alii futura prædixerunt, indigni licet, Nabuchodonosor, Pharao, Balaam, omnimque causa manifesta est. Hoc autem vult ille significare : Vos sedetis, adhuc segnius hoc negotium attenditis, nec scitis unius hominis salutem pro communi contemnendam esse. Vide quanta sit virtus Spiritus : ex improba mente mirabilis prophetiæ verba potuit elicere. Filios autem Dei gentes appellat evangelista, ex eo quod futurum erat, sicut et ipse ait, *Et alias oves habeo* (*Joan.* 10. 16); ab eo quod futurum erat sic vocans. Quid sibi vult illud, *Cum esset pontifex anni illius?* Cum aliis hic quoque mos corruptus erat. Non enim ultra toto vitæ tempore, sed anno uno sacerdotium gerebant, ex quo venales facti erant principatus. Attamen vel sic adhuc aderat Spiritus. Postquam autem in Christum manus sustulerunt, tunc illos reliquit, et ad apostolos translatus est. Et hoc velum scissum ostendit, nec non Christi vox dicentis : *Ecce dimittetur domus vestra deserta* (*Matth.* 23. 38). Et Josephus qui paulo post fuit, dixit quosdam angelos, qui apud illos manebant, se inde migraturos esse significavisse (*a*), nisi resipiscerent. Quamdiu enim vinea perstitit, pro more omnia facta sunt; ubi autem heredem occiderunt, non item, sed pericrunt : et quasi splendidam vestem ab ingrato filio, a Judæis scilicet, auferens Deus, probis illam servis dedit, ex gentilibus conversis, et desertos illos nudosque reliquit. Nec parum fuit quod inimicus hæc prophetaret. Hoc enim alios quoque allicere poterat. Nam contra quam ille volebat evenit. Quia enim mortuus est, ideo a futuro supplicio liberati fideles sunt. Quid sibi vult illud, 52. *Ut congregaret eos qui prope, et eos qui procul sunt?* Unum corpus reddidit. Qui Romæ est, Indos putat membrum suum esse. Quid huic congregationi par? Omniumque caput est Christus. 53. *Ab illo die cogitaverunt Judæi ut interficerent eum.* Antea quærebant; dicit enim, *Ideo quærebant eum Judæi interficere*; et, *Quid me quæritis interficere* (*Joan.* 5. 18 *et* 7. 20)? Sed tunc quærebant, nunc autem id statuerunt, et rei manum admoverunt. 54. *Jesus autem jam non palam ambulabat in Judæa.* Rursus humano more saluti suæ cavet, ac frequenter hoc facit.

2. *Christus humano more fugit.* — Jam causam dixi, cur frequenter abierit, et secesserit. Nunc prope desertum habitat in Ephrata, et ibi manebat cum discipulis suis. Quantum putas turbatos fuisse discipulos videntes ipsum humano more saluti suæ providere? Nemo jam sequutus est. Nam cum prope esset dies festus, omnes Jerosolymam accurrebant; ipsi vero, cum gauderent omnes et festum agerent, tunc latebant, tunc in periculis erant; attamen perstabant. Certe cum Pascha et Scenopegia celebrarentur, illi in Galilæa latebant. Rursum postea in die festo, dum soli cum Magistro fugerent et latcrent, suam erga illum benevolentiam ostendebant. Hinc Lucas illum dixisse ait : *Ego perseveravi vobiscum in tentationibus* (*Luc.* 22. 28). Hæc porro dicebat ut ostenderet, illos gratia sua roborari. 55. *Multi enim de regione ascenderunt, ut sanctificarent seipsos.* 57. *Et dederant pontifices et Pharisæi mandata, ut apprehenderent eum.* Mira sanctificatio cum sanguinaria voluntate, cum cruentatis manibus. 56. *Et dicebant : Putatis quia non veniet ad diem festum?* In Paschate insidiabantur illi, tempusque solemnitatis tempus cædis reddebant; id est : Huc illum incidere oportet, advocante festo. O impietatem! Cum majore opus erat pietate, et cum extremis obnoxii sceleribus, liberi emittebantur, tunc innoxium comprehendere conantur. Atqui cum jam illud tentassent, non modo nihil perfecerant, sed etiam ridiculi apparuerant. Ideo frequenter incidit et evadit, et cupientes se interficere retinet, et dubios relinquit, ut virtutem suam demonstrando illos ad compunctionem deducat; et ut postquam captus fuerit, sciant, non vi sua, sed ipsius concessione id accidisse. Neque enim tunc potuerunt illum comprehendere, etsi propinqua Bethania esset : et cum comprehendissent, supinos illos prostravit. (*Cap.* 12) 1. *Ante sex dies Paschæ venit Jesus in Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus :* 2. *et manducabat apud eos; et Martha ministrabat, Lazarusque manducabat.* Hoc veræ resurrectionis signum erat, quod post multos dies et viveret et manducaret. Unde palam est prandium in ejus domo fuisse : nam ut amici et dilecti Jesum excipiunt. Quidam tamen dicunt id in alia domo gestum fuisse. Maria autem non ministrabat : discipula enim erat. Rursus hic major adest illi Spiritus gratia. Non ministrabat enim tamquam vocata, neque communi incumbebat ministerio; sed Christo soli honorem defert : neque ut homini, sed ut Deo adstat. Unguentum enim ideo effudit, et capillis capitis abstersit, quod signum erat illam de Christo non eamdem quam alii opinionem habere. Sed increpavit Judas pietatem simulans. Quid ergo Christus? 7. *Bonum opus operata est in sepulturam meam.* Cur discipulum circa mulierem non reprehendit, neque dixit

(*a*) Josephus l. 6. 31. de Bello Judaico, inter alia signa futuri Jerosolymorum excidii hoc refert : *Deinde vocem repentinam auditam fuisse dicenti m, Hinc migremus* : quem locum hic puto respicere Chrysostomum.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ut evangelista, ipsum furti faciendi causa mulierem increpasse? Patientia sua voluit eum in pudorem deducere. Quod autem nosset illum esse proditorem patet, quod jam illum sæpe redarguerit, ut cum dixit, Non omnes credunt (*Joan.* 6. 65); et, *Unus ex vobis diabolus est* (*Ibid. v.* 71). Indicavit ergo se nosse illum esse proditorem, non vero aperte redarguit, sed indulsit, quod vellet eum a proposito revocare. Cur ergo alius dixit, omnes discipulos sic loquutos esse (*Matth.* 26. 8)? Et omnes, et ille; sed reliqui non eodem animo.

Cur Christus furi loculos commiserit. — Quod si quis quærat, cur furi loculos pauperum commiserit, et avarum dispensatorem fecerit, respondebimus, rem arcanam unum nosse Deum; quod si quidpiam sit conjectando dicendum: ut omnem auferret excusationis causam. Non enim dicere poterat se ex pecuniarum amore id fecisse, cum posset cupiditati suæ ex loculis facere satis, sed ex ingenti nequitia, quam volebat Christus cohibere, indulgentia erga illum multa usus. Quamobrem [1] illum furantem non arguebat, etsi non nescius, ejus malam obstruens cupiditatem, et omnem auferens excusationem. *Sinite illam*, inquit; *in diem sepulturæ meæ hoc fecit* Rursus proditorem admonet, cum sepulturæ meminit. Sed non incessit illum monitio, neque hoc verbum emollivit: etsi potuisset illum in commiserationem injicere; ac si diceret: Molestus sum et onerosus; sed exspecta paulisper, et migrabo. Huc enim respexit cum diceret: 8. *Me autem non semper habebitis.* Sed nihil horum ferum et furiosum hominem flexit, etiamsi multa alia dixerit et fecerit, pedes ejus laverit illa nocte, ac mensæ consortem fecerit, quod vel latronum animos mulcere potest; et alia verba loquutus sit, quæ possent etiam lapidem emollire. Et hæc non multo ante, sed in ipso die, ne tempus in oblivionem induceret. Sed adversus omnia perstitit.

3. *Avaritia quantum sit malum. Amor pecuniæ dæmone deterior.* — Gravis namque est avaritia: gravis certe, quæ oculos et aures obturet, et fera sæviores reddit: non conscientiam, non amicitiam, non societatem, non propriam salutem cogitare sinit; sed ab omnibus simul avertens, quos capit in servitutem redigit, ut gravissima domina. Quodque in hac dura servitute deterius est, gratias sibi habendas esse ipsis suadet; et quanto magis illi servitur, tanto magis augetur voluptas: hinc que incurabilis morbus gignitur. Hinc venatu difficilis hæc fera est; hæc Giesi ex discipulo et propheta leprosum fecit; hæc Ananiam perdidit; hæc Judam proditorem fecit; hæc principes Judæorum corrupit, qui dona accipiebant et furum socii efficiebantur; hæc plurima induxit bella, sanguine vias, lamentis et gemitibus urbes replevit; hæc cœnas impuras, mensasque exsecrandas, cibos iniquos reddidit. Idcirco idolorum servitutem illam vocavit Paulus (*Coloss.* 3. 5). Sed neque ita deterruit. Cur autem idololatriam dicit? Habent multi divitias, illisque uti non audent, sed illas consecrant, et nepotibus intactas transmittunt, eorumque successoribus, quasi Deo dicata munera contingere non audent. Si quando vero iis uti cogantur, ita affecti sunt ac si rem illicitam facerent. Alioquin autem ac si quis gentilis simulacrum [1] coleret, sic tu aurum portis et vectibus munis, ac pro templo tibi arcam statuis, et in aureis vasis deponis. Sed non adoras simulacrum ut ille? At omnem ipsi cultum exhibes. Hujusmodi homo prius oculos et animam tradat, quam idolum illud. Hoc faciunt auri amatores. At aurum non adoro, inquies. Neque ille idolum adorat, sed inhabitantem dæmonem. Ita et tu, etsi aurum non adores, sed illum adores dæmonem qui ex auri intuitu et concupiscentia in tuam involat animam. Dæmone namque deterior est pecuniarum cupiditas, cui multi magis obsequuntur, quam idolis alii. Hi namque in multis non parent; illi vero in omnibus cedunt, et quidquid faciendum suggerat, obsequuntur. Quid dicit avaritia? Esto omnibus hostis et inimicus, naturam obliviscere, Deum contemne, sacrifica mihi teipsum: et in omnibus illi obtemperant. Idolis quidem boves et oves immolantur: avaritia autem dicit, Immola mihi animam tuam: et avarus morem gerit. Viden' quales aras habeat? qualia excipiat sacrificia? Regnum Dei avari non possidebunt (1. *Cor.* 6. 10): ac nihil tamen formidant. Atqui hæc cupiditas omnium infirmissima est. Neque enim innata, neque naturalis est: alioquin enim nobis a principio adfuisset: at initio aurum non erat, nec aurum quispiam amabat. At si vultis, dicam unde malum irrepserit. Singuli eos qui præcesserant æmulati, morbum auxerunt, et vel invitum incitat is qui præcessit. Cum vident enim splendidas ædes, agrorum copiam, servorum greges, argentea vasa, et multam vestium congeriem, nihil non agunt ut illos superent: ut primi secundis, hi sequentibus causa cupiendi exsistant. Quod si voluissent moderate agere, non aliis doctores fuissent; imo neque his ulla est excusatio. Sunt enim alii qui pecunias spernant. Et quis spernit, inquies? Quod enim gravius est, tanta hujus vitii vis est, ut videatur non posse superari, nec credatur quempiam esse qui contrariam virtutem sectetur. Multos tamen hujusmodi numerare possum et in urbibus et in montibus. Et quid inde lucri? neque enim hinc meliores evadetis. Alioquin autem non de his nobis sermo nunc est, nec dicimus divitias effundi oportere: vellem utique; sed quia majus esse onus videtur, non cogam, sed hortor ne aliena concupiscatis, atque ex facultatibus largiamini. Multos autem inveniemus rebus suis contentos, sua curantes, et ex justis laboribus victum parantes. Cur non hos imitamur et æmulamur? Cogitemus eos qui ante nos fuerunt: annon illorum prædia stant, dum ipsorum sola nomina circumferuntur? En hujus balneum, il-

[1] In Florilegio, ut animadvertit Savilius, hic locus melius habere videtur, *sed ex ingenti nequitia, quam si cohibere voluisset, non tradidisset benefactorem. Christus vero multa erga illum indulgentia multaque patientia usus, sufferebat.*

[1] Alii addunt, *saxeum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀλλ' ἐπετίμησεν ὁ Ἰούδας, προσχήματι δῆθεν εὐλαβείας. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Ἔργον καλὸν ἐποίησεν εἰς τὸν ἐνταφιασμόν μου.* Τί δήποτε δὲ οὐκ ἤλεγξε τὸν μαθητὴν ἐπὶ τῇ γυναικὸς, οὐδὲ εἶπε τοῦτο ὅπερ ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπεν, ὅτι διὰ τὴν οἰκείαν κλοπὴν ἐπετίμα τῇ γυναικί; Τῇ πολλῇ μακροθυμίᾳ ἐντρέψαι αὐτὸν ἐβούλετο. Ὅτι γὰρ ᾔδει ὅτι προδότης ἦν, ἄνωθεν αὐτὸν ἤλεγξε πολλάκις, εἰπών· Οὐ πάντες πιστεύουσι· καὶ, *Εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν.* Ἐδήλωσε μὲν οὖν, ὅτι οἶδεν αὐτὸν προδότην, οὐκ ἤλεγξε δὲ φανερῶς, ἀλλὰ συνεχώρησεν, ἀνακαλέσασθαι αὐτὸν θέλων. Πῶς οὖν ἄλλος φησὶν, ὅτι πάντες οἱ μαθηταὶ τοῦτο ἐφθέγξαντο; Καὶ πάντες, κἀκεῖνος· ἀλλ' οἱ λοιποὶ οὐ τῇ αὐτῇ προαιρέσει.

1. *Petri ferrens animus. Dilectio sine superna gratia nihil est.* — Magnum quidpiam dilectio, et igne vehementius, quod ad ipsum cælum sustollit : nullus potest obex impetum ejus cohibere. Ferventissimus igitur Petrus, cum audisset dicentem, *Quo ego vado, vos non potestis venire*, quid dicit? *Domine, quo vadis?* Hoc autem dicebat, non tam discendi, quam sequendi illum desiderio. Non ausus certe est dicere, Venio; sed ait, *Quo vadis?* Christus non verbis, sed animo ejus respondet, ut ex ipsis ejus verbis palam est? Quid enim ait? *Quo ego vado, non potes modo me sequi.* Viden' illum sequi optavisse, ideoque interrogasse? Ut audivit autem, *Sequeris postea*, neque sic desiderium cohibuit, etsi sperandum audiret; sed eo venit ut diceret : 37. *Quare non possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam.* Quia enim proditionis metum deposuerat, et inter probos censebatur, cum fiducia demum, aliis silentibus, sciscitatur. Quid ais, Petre? dicit ille, *Non potes;* et tu dicis, Possum? Experimento itaque dices dilectionem tuam sine superna gratia nihil esse. Unde palam est, eum lapsum illum ad utilitatem Petri permisisse. Volebat quidem Christus his prolatis verbis ipsum instituere : quia vero ille in vehementia sua perseverabat, non injecit quidem, neque impulit ad negationem, sed deseruit, ut suam edisceret infirmitatem. Dixit Jesus se tradendum fore; respondit ille : *Propitius esto tibi : non erit tibi hoc* (*Matth.* 16. 22). Correptus, non emendatus est; sed cum vellet ipsi Jesus pedes lavare, dixit, *Non lavabis mihi pedes in æternum* [1]. Audiens rursum, *Non potes me sequi modo*, dicit : *Etsi omnes te negaverint, ego non negabo.* Quia igitur videre erat illum in arrogantiam prolabi, contradicere meditantem, monet demum ne repugnet. Id porro subindicans Lucas, dixisse illum ait : *Et ego pro te rogavi, ut non deficeret fides tua* (*Luc.* 22. 32); id est, Ne prorsus et usque in finem pereas : in omnibus humilitatem docens, et arguens humanam naturam per se nihil esse. Quia enim dilectionis vis id efficiebat, ut ad contradicendum paratus esset, illum ad resipiscendum monet, ne postea in idipsum incideret, cum orbis totius administrationem susciperet; sed ut memor eorum quæ sibi acciderant, seipsum cognosceret. Et vide quantus sit lapsus. Non enim semel aut bis, sed eousque processit, ut breviter negaret; ut disceret se non ita dilexisse, ut dilectus fuerat. Attamen ei qui ita lapsus fuerat, rursum dicit : *Diligis me plus his?* Itaque non quod frigidus esset, sed quod superna nudatus esset ope, cecidit. Dilectionem ergo Petri amplectitur, contradictionem vero inde partam succidit. Si diligis, debes dilecto obtemperare. Dixit ille et tibi et sociis, *Non potes :* quid contendis? Non intelligis quid sit Dei negatio? Quia vero hac in re non vis discere, non posse quod ego dico non fieri; in negatione tua id dices, etsi hoc tibi incredibile visum sit. Hoc quidem nesciebas; hujus vero cognitionem [1] in animo habebas; sed tamen contra quam exspectabas accidit. *Animam meam pro te ponam.* Quia enim audierat majorem hac caritatem neminem habere, insiluit statim, insatiabilis cum esset et suprema attingere vellet. At Christus ut ostendat, ad se tantum pertinere hæc cum auctoritate loqui, dicit : 39. *Antequam gallus cantet;* hoc est, nunc. Neque enim longe aberat : intempesta quippe nocte loquebatur, et jam prima et secunda vigilia præterierat. (*Cap.* 14.) 1. *Non turbetur cor vestrum.* Hoc dicit, quia verisimile erat ipsos ista audientes turbatos fuisse. Si enim coriphæus ita fervens audivit negaturum se esse antequam gallus ter cantaret; credibile erat ipsos magnam calamitatem passuros esse, quæ posset vel adamantinos animos evertere. Quia igitur par erat illos hæc cogitantes terreri, vide quomodo ipsos consoletur, *Non turbetur cor vestrum :* hoc primo divinitatis suæ virtutem demonstrans, quod ea quæ illi in mente habebant, ipse sciret et palam faceret. *Creditis in Deum, et in me credite;* id est, omnes ærumnæ pertransibunt. Nam fides in me et in Patrem fortior est ærumnis omnibus, nec sinet vos malis obrui. Deinde subdit : 2. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Ut mœrentem Petrum consolatur dicens, *Sequeris autem postea :* sic eamdem illis spem suggerit. Ne putarent enim ad illum solum promissionem pertinere, ait : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt; si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum :* id est, Quod

[1] Alii legunt, *non hoc facies in æternum.*

[1] Alii habent, *conscientiam*, pro, *cognitionem.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀλλὰ μᾶλλον ὁρῶντες καὶ θηρίου σπαράττοντας ἡμᾶς τοὺς πλησίον, λύμην ἡμᾶς καλοῦσι τῆς οἰκουμένης. Ταῦτα Ἕλληνας κατέχει, καὶ οὐκ ἀφίησι πρὸς ἡμᾶς μεταστῆναι. Ὥστε ἡμεῖς καὶ τούτων δίκην δώσομεν, οὐχ ὑπὲρ ὧν κακῶς πράττομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν βλασφημεῖται τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Μέχρι τίνος χρήμασι, καὶ τρυφῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐσμὲν προδεδομένοι [a] πάθεσιν; Ἀποστῶμεν οὖν λοιπόν. Ἄκουσον τί φησιν ὁ προφήτης περί τινων ἀνοήτων· *Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν.* Ἐπὶ δὲ τῶν παρόντων οὐδὲ τοῦτο ἔστιν εἰπεῖν· οὕτω πολλοὶ τὰ τῶν ἀπάντων περιβάλλονται. Οὕτω καὶ αὐτοῖς ὀνειδίζων ἔλεγεν ὁ προφήτης· *Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς*; Διὸ καὶ δέδοικα μή τι γένηται χαλεπὸν, καὶ πολλὴν ἐπισπασώμεθα τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ τιμωρίαν. Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, τῆς ἀρετῆς ἐπιμελώμεθα [b] πάσης, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Conjicit Boisius προδεδεμένοι.

[b] Quidam ἐπιλαβώμεθα.

[429] ΟΜΙΛΙΑ ΟΓ'.

Λέγει Σίμων Πέτρος· Κύριε, ποῦ ὑπάγεις; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅπου ὑπάγω ἐγὼ, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι· ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι.

α'. Μέγα ἀγάπη καλόν· πυρός ἐστι σφοδρότερον, καὶ πρὸς αὐτὸν ἄνεισι τὸν οὐρανόν· καὶ οὐδέν ἐστι κώλυμα [a], ὅπερ αὐτῆς τὴν ῥαγδαῖον ὁρμὴν ἐπισχεῖν δυνήσεται. Ὁ γοῦν θερμότατος Πέτρος, ἀκούσας, ὅτι *Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν*, τί λέγει; *Κύριε, ποῦ ὑπάγεις;* Τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ οὕτω μαθεῖν βουλόμενος, ὡς ἀκολουθῆσαι ἐπιθυμῶν. Φανερῶς μὲν οὖν εἰπεῖν, ὅτι Ἔρχομαι, οὐκ ἐτόλμησε τέως· φησὶ δὲ, *Ποῦ ὑπάγεις*; Ὁ Χριστὸς δὲ οὐ πρὸς τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πρὸς τὴν διάνοιαν ἀπεκρίνατο. Ὅτι γὰρ τοῦτο ἤθελε, δι' ὧν ὁ Χριστὸς εἶπε δῆλον. Τί γάρ φησιν; *Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι.* Ὁρᾷς ὅτι τὸ ἀκολουθῆσαι ἐπεπόθει, καὶ διὰ τοῦτο ἐρωτᾷ; Ἀκούσας δὲ, ὅτι *Ἀκολουθήσεις ὕστερον*, οὐδὲ οὕτω τὸν πόθον κατεῖχε· καίτοι χρηστὰς ἐλπίδας λαβὼν, ἀλλ' οὕτως ἐπείγεται ὡς εἰπεῖν, *Διατί οὐ δύναμαί σοι νῦν ἀκολουθῆσαι; Τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεσείσατο τὸν φόβον τῆς προδοσίας, καὶ τῶν γνησίων ἐφάνη καὶ αὐτὸς ὢν, μετὰ παῤῥησίας δι' ἑαυτοῦ λοιπὸν ἐρωτᾷ τῶν ἄλλων σιγώντων. Τί λέγεις, Πέτρε; εἶπεν, ὅτι *Οὐ δύνασαι*· καὶ σὺ λέγεις, ὅτι Δύναμαι; Οὐκοῦν εἴσῃ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, ὅτι οὐδέν σού ἐστιν ἡ ἀγάπη, μὴ τῆς ἄνωθεν παρούσης ῥοπῆς. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τὸ πτῶμα ἐκεῖνο, αὐτοῦ κηδόμενος συνεχώρησεν. Ἐβούλετο μὲν γὰρ καὶ διὰ τῶν πρώτων παιδεῦσαι· ἐπειδὴ δὲ ἐπέμενε τῇ σφοδρότητι, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐνέβαλεν αὐτὸν, οὔτε ὦσεν ἐπὶ τὴν ἄρνησιν, εἴασε δὲ ἔρημον, ὥστε μαθεῖν τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν. Εἶπεν, ὅτι δεῖ παραδοθῆναι, καὶ λέγει· *Ἵλεώς σοι· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.* Ἐπετιμήθη, καὶ οὐκ ἐπαιδεύθη· ἀλλὰ πάλιν, βουλομένου τοῦ Χριστοῦ νίψαι αὐτοῦ τοὺς πόδας, φησίν· *Οὐ μὴ νίψῃς μου τοὺς πόδας* [b] *εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἀκούσας πάλιν, ὅτι *Οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι*, λέγει· *Κἂν πάντες ἀρνήσωνται, ἐγὼ οὐκ ἀρνήσομαι.* Ἐπεὶ οὖν εἰκὸς ἦν αὐτὸν καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἀρθῆναι μελετῶντα ἀντιλέγειν αὐτῷ, παιδεύει λοιπὸν αὐτὸν μὴ ἀντιπίπτειν. Τοῦτο γοῦν καὶ ὁ Λουκᾶς αἰνιττόμενος, αὐτόν φησιν εἰρηκέναι, *Καὶ ἐγὼ ἐδεήθην περὶ σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου*· τουτέστιν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἀπόλῃ· διὰ πάντων ταπεινοφροσύνην αὐτὸν διδάσκων, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐλέγχων φύσιν οὐδὲν αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν οὖσαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ πολλὴ ἀγάπη ἀντιλογικὸν αὐτὸν ἐποίησε, σωφρονίζει λοιπὸν αὐτὸν, ἵνα μὴ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα τοῦτο πάθῃ, ὅταν τῆς [430] οἰκουμένης τὴν οἰκονομίαν ἀναδέξηται· ἀλλ' ἵνα ἀναμιμνησκόμενος ὧν ἔπαθεν ἐπιγινώσκῃ ἑαυτόν. Καὶ ὅρα σφοδρότητα πτώματος. Οὐ γὰρ ἅπαξ καὶ δὶς τοῦτο ἔπαθεν, ἀλλ' οὕτως ἐξέστη, ὡς ἐν βραχεῖ καιρῷ [c] τρίτον εἰπεῖν τὸ ῥῆμα τὸ τῆς ἀρνήσεως· ἵνα μάθῃ, ὅτι οὐχ οὕτως ἠγάπησεν, ὡς ἠγαπήθη. Ἀλλ' ὅμως τῷ οὕτω πεσόντι πάλιν λέγει· *Ἀγαπᾷς με πλέον τούτων*; Οὕτως οὐκ ἀπὸ ψύξεως, ἀλλ' ἐκ τοῦ γυμνωθῆναι τῆς ἄνωθεν βοηθείας γέγονε. Τὴν μὲν οὖν ἀγάπην ἀποδέχεται τοῦ Πέτρου, τὴν δὲ ἐξ αὐτῆς τικτομένην ἀντιλογίαν περικόπτει. Εἰ γὰρ ἀγαπᾷς, ὀφείλεις τῷ ἠγαπημένῳ πείθεσθαι. Εἶπε καὶ σοὶ καὶ τοῖς μετὰ σοῦ, *Οὐ δύνασαι*· τί φιλονεικεῖς; οὐκ οἶδας τί ποτέ ἐστιν ἀπαγόρευσις Θεοῦ; Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτῳ μαθεῖν οὐ θέλεις ὅτι οὐκ οἷόν τε μὴ γενέσθαι ὃ λέγω, ἐν τῇ ἀρνήσει αὐτὸ μαθήσῃ [d]· καίτοι πολύ σοι τοῦτο τότε ἀπιστότερον ἐφαίνετο. Τοῦτο μὲν γὰρ οὐδὲ ᾔδεις· ἐκείνου δὲ τὴν γνῶσιν [e] αὐτὸς εἶχες ἐν τῇ ψυχῇ· ἀλλ' ὅμως ἐγίνετο τὸ μηδὲ προσδοκηθέν. *Τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω.* Ἐπειδὴ [f] γὰρ ἤκουσεν, ὅτι μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἐπεπήδησεν εὐθέως, ἀκόρεστος ὢν καὶ τῶν ἄκρων ἐφικνεῖσθαι βουλόμενος. Ἀλλ' ὁ Χριστὸς, δεικνὺς ὅτι αὐτοῦ μόνου ἐστὶ ταῦτα μετὰ αὐθεντίας ἐπαγγέλλεσθαι, φησί· *Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι*· τουτέστι, νῦν. Οὐδὲ γὰρ ἦν πολὺ τὸ διάστημα· ἀωρὶ γὰρ τῶν νυκτῶν διελέγετο, καὶ πρώτη καὶ δευτέρα ἦν φυλακὴ διελθοῦσα. *Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία.* Τοῦτο λέγει, ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς ἀκούσαντας ταράττεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ κορυφαῖος καὶ οὕτω διάπυρος πρὸ φωνῆς ἀλέκτορος τρὶς ἀπαρνήσεσθαι ἤκουσε· μεγάλην τινὰ προσδοκᾶν αὐτοὺς περίστασιν ὑποστήσεσθαι εἰκὸς ἦν, ἱκανὴν καὶ τὰς ἀδαμαντίνους περιτρέψαι ψυχάς. Ἐπεὶ οὖν ταῦτα λογιζομένους εἰκὸς ἦν αὐτοὺς καὶ ἐκστῆναι, ὅρα πῶς αὐτοὺς παραμυθεῖται, *Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία*, λέγων· τούτῳ πρώτῳ [g] τῆς θεότητος αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐνδεικνύμενος, ὅτι ἃ κατὰ ψυχὴν εἶχον, ταῦτα οἶδε καὶ εἰς μέσον ἄγει. *Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε*· τουτέστι, πάντα παρελεύσεται τὰ δεινά. Ἡ γὰρ εἰς ἐμὲ πίστις καὶ τὸν γεγεννηκότα δυνατωτέρα τῶν ἐπιόντων ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἐάσει κρατῆσαι τῶν δυσχερῶν. Εἶτα ἐπάγει· *Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν.* Ὥσπερ τὸν Πέτρον ἀλύοντα παραμυθεῖται λέγων· *Ἀκολουθήσεις δὲ ὕστερον*· οὕτω καὶ τούτοις ταύτην τὴν ἐλπίδα ὑποφαίνει. Ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσιν ἐκείνῳ μόνῳ τὴν ἐπαγγελίαν δεδόσθαι, φησίν· *Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. Εἰ δὲ μὴ, εἶπον ἂν ὑμῖν, Πορεύομαι* [h] *ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν*· τουτέστιν, ὅτι καὶ ὑμᾶς ἐκεῖνος ὁ χῶρος δέξεται ὁ καὶ τὸν Πέτρον.

[a] Savil. ἀγάπη, καὶ πυρὸς αὐτοῦ σφοδρότερον.... οὐρανόν· καὶ οὐδέν ἐστι κώλυμα. [b] Alii οὐ μὴ ποιήσεις τοῦ [c] Vox καιρῷ accessit e Savil. Edit.

[d] Alii αὐτὸ εἴσῃ. [e] Alii τὸ συνειδός. Paulo post Morel. μὴ προσδοκηθέν. [f] Morel. ἐπειδήπερ. [g] Interpres legisse videtur τούτῳ τῷ τρόπῳ, qui vertit, *hoc pacto*; sed omnia exemplaria τούτῳ πρώτῳ habent. [h] Alii πορεύσομαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ἀφθονία γὰρ ἐκεῖ πολλὴ καταγωγίων, καὶ οὐκ ἔνι εἰπεῖν ὅτι ἑτοιμασίας δεῖται. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Οὐ δύνασθέ μοι νῦν ἀκολουθῆσαι*, ἵνα μὴ νομίσωσιν εἰς τέλος ἐκκεκόφθαι, ἐπήγαγεν [a]· *Ἵνα, ὅπου ἐγώ εἰμι, καὶ ὑμεῖς ἐκεῖ ἦτε.* Τοσαύτην ὑπὲρ τοῦ πράγματος τούτου πεποίημαι τὴν σπουδήν, ὅτι ἤδη ἂν τούτου ἐγενόμην, εἰ μὴ πάλαι [431] ὑμῖν παρεσκεύαστο. δεικνὺς ὅτι σφόδρα αὐτοὺς χρὴ θαῤῥεῖν καὶ πεποιθέναι.

β'. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ ὥσπερ ψυχαγωγῶν αὐτοὺς λέγειν, ἀλλὰ πιστεύσωσιν ὅτι οὕτως ἐστὶν, ἐπάγει· *Καὶ ὅπου ὑπάγω οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε.* Ὁρᾷς πῶς δίδωσιν αὐτοῖς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ ἁπλῶς ταῦτα εἰρῆσθαι; Τοῦτο δὲ λέγει [b], ἐπεὶ συνεῖδεν αὐτῶν τὴν ψυχὴν τοῦτο λοιπὸν ζητοῦσαν μαθεῖν. Ὁ μὲν γὰρ Πέτρος οὐχ ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε ἀκολουθῆσαι, ἔλεγεν ὅπερ ἔλεγεν. Ἐπειδὴ δὲ ἐπετιμήθη ἐκεῖνος, καὶ ὁ τέως ἀδύνατον ἐδόκει εἶναι, δυνατὸν αὐτὸς ἀπεφήνατο [c], ἀδύνατον δὲ φανὲν, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτὸν ἦγαγε τοῦ γνῶναι μετὰ ἀκριβείας αὐτό· διὰ τοῦτο τούτοις φησί· *Καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε.* Ὥσπερ γὰρ εἰπὼν, *Ἀπαρνήσῃ με*, μηδενὸς μηδὲν προφθεγξαμένου, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ ἐρευνῶν ἔλεγε, *Μὴ ταράττεσθε*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἰπὼν, ὅτι *Οἴδατε*, τὴν ἐπιθυμίαν ἐδήλου τὴν ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δίδωσι πρόφασιν τοῦ ἐρωτῆσαι. Τὸ δὲ, *Ποῦ ὑπάγεις*; Πέτρος μὲν ἀπὸ φιλοστοργίας πολλῆς, Θωμᾶς δὲ ἀπὸ δειλίας λέγει. *Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις.* Τὸν τόπον οὐκ ἴσμεν, φησί· *καὶ τὴν ἐκεῖ φέρουσαν ὁδὸν πῶς εἰσόμεθα;* Καὶ ὅρα μεθ' ὅσης ὑποστολῆς. Οὐ γὰρ εἶπεν, Εἰπὲ ἡμῖν τὸν τόπον· ἀλλ', *Οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις.* Τοῦτο γὰρ πάλαι πάντες μαθεῖν ὠδίνον. Εἰ γὰρ Ἰουδαῖοι διηπόρουν ἀκούοντες, καίτοι γε ἀπαλλαγῆναι αὐτοῦ βουλόμενοι, πολλῷ μᾶλλον οἱ μηδέποτε αὐτοῦ χωρισθῆναι βουλόμενοι μαθεῖν ἤθελον. Ἐδεδοίκεισαν μὲν οὖν αὐτὸν ἐρωτῆσαι [c*], ἐρωτῶσι δὲ ὅμως, ἀπό τε τοῦ πολλοῦ [d] πόθου καὶ τῆς ἀγωνίας. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.* Τί οὖν οὐκ εὐθέως ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ Πέτρου, *Ποῦ ὑπάγεις*; εἶπεν, Ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι· ὑμεῖς δὲ οὐ δύνασθε ἐλθεῖν νῦν· ἀλλὰ τοσούτων ἐνέβαλεν λόγων περίοδον, ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις συντιθείς, Ἰουδαίοις μὲν γὰρ εἰκότως τοῦτο οὐκ ἔλεγε· τούτοις δὲ διατί; Εἶπε μὲν καὶ τούτοις καὶ Ἰουδαίοις, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει· καὶ νῦν δὲ αὐτὸ λέγει σαφέστερον ἢ πρότερον. Ἄλλως δὲ, καὶ Ἰουδαίοις μὲν σαφῶς οὕτως οὐκ εἶπεν. Εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι Οὐ δύνασθε πρὸς τὸν Πατέρα ἐλθεῖν, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ [e], εὐθέως ἂν τῦφον τὸ πρᾶγμα ἐνόμισαν· νῦν δὲ ἀποκρύψας, εἰς ἀγωνίαν αὐτοὺς ἐνέβαλεν. Καὶ τοῖς μαθηταῖς δὲ τίνος ἕνεκεν οὕτως εἶπε, φησὶ, καὶ τῷ Πέτρῳ; Ἤδει αὐτοῦ πολλὴν προθυμίαν, καὶ ὅτι μᾶλλον ἐντεῦθεν ἐπικείσεται ἐνοχλῶν. Ὥστε οὖν αὐτὸν ἀπαγαγεῖν, κρύπτει. Κατορθώσας δὲ ὅπερ ἐβούλετο διὰ τῆς ἀσαφείας καὶ τοῦ κρύψαι τὸν λόγον, πάλιν αὐτὸ ἐκκαλύπτει.

Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Ὅπου εἰμὶ, οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν*, ἐπήγαγεν· *Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσι*· καὶ πάλιν, *Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.* Τοῦτο οὖν οὐκ ἐβούλετο αὐτοῖς παρὰ τὴν ἀρχὴν εἰπεῖν, ὥστε μὴ εἰς πλείονα ἀθυμίαν ἐμβαλεῖν· ἐπειδὴ δὲ αὐτοὺς κατεπράϋνε, [432] τότε λέγει. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἐπιτιμήσεως τοῦ Πέτρου τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας ἐξέβαλεν [f], εἰς φόβον τε ἐμπεσόντες μήποτε τὰ αὐτὰ ἀκούσωσι, κατεστέλλοντο μᾶλλον. *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.* Τοῦτο ἀπόδειξις τοῦ, *Οὐδεὶς ἔρχεται εἰ μὴ δι' ἐμοῦ*· τὸ δὲ, *Καὶ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωὴ*, τοῦ, ὅτι πάντως ταῦτα ἔσται. Οὐδὲν τοίνυν παρ' ἐμοῦ ψεῦδος, εἰ ἀλήθεια· εἰ δὲ καὶ ζωὴ, οὔτε αὐτὸς ὁ θάνατος ὑμᾶς κωλῦσαι δυνήσεται ἐλθεῖν. Ἄλλως δὲ, εἰ [f*] *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς*, οὐ δεήσεσθε τοῦ χειραγωγοῦντος· εἰ δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια, οὐ ψεῦδος τὰ λεγόμενα· εἰ δὲ καὶ ζωὴ, κἂν ἀποθάνητε, τεύξεσθε τῶν εἰρημένων. Τὸ μὲν οὖν τῆς ὁδοῦ καὶ συνῆκαν καὶ ὡμολόγησαν· τὰ δὲ λοιπὰ ἠγνόουν· οὐ μὴν ἐτόλμων εἰπεῖν ἅπερ ἠγνόουν. Ἀλλ' ὅμως πολλὴν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τὴν παραμυθίαν ἔλαβον. Εἰ τοίνυν ἐγὼ κύριός εἰμι [g], φησὶ, τοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἀγαγεῖν, πάντως ἥξετε ἐκεῖ. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἑτέραν ἐλθεῖν ὁδόν. Εἰπὼν δὲ ἔμπροσθεν, *Οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ἑλκύσῃ αὐτόν*· καὶ πάλιν, *Ἐὰν ἐγὼ ὑψωθῶ ἀπὸ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν*· καὶ νῦν πάλιν, *Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ*, δείκνυσιν ἴσον ἑαυτὸν τῷ γεγεννηκότι. Πῶς δὲ εἰπὼν, *Ὅπου ὑπάγω οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε*, ἐπήγαγεν· *Εἰ ἐμὲ ἐγνώκειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν, καὶ ἀπάρτι γινώσεσθε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν*; Οὐχὶ ἐναντιολογῶν· ἤδεσαν μὲν γὰρ αὐτὸν, οὐχ οὕτω δὲ ὡς ἐχρῆν. Θεὸν μὲν γὰρ ἤδεσαν, Πατέρα δὲ οὐδέπω· ὕστερον γὰρ τὸ Πνεῦμα ἐπελθὸν, πᾶσαν ἐν αὐτοῖς κατεσκεύασε τὴν γνῶσιν. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ ἤδειτε τὴν ἐμὴν οὐσίαν καὶ τὴν ἀξίαν, καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς ἤδειτε. *Καὶ ἀπάρτι γινώσεσθε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτὸν* (τὸ μὲν μέλλοντος, τὸ δὲ παρόντος)· τουτέστιν, δι' ἐμοῦ. Ὅψιν δὲ λέγει τὴν κατὰ διάνοιαν γνῶσιν. Τοὺς μὲν γὰρ ὁρωμένους δυνάμεθα καὶ ὁρᾷν καὶ ἀγνοεῖν· τοὺς δὲ γινωσκομένους οὐ δυνάμεθα γινώσκειν καὶ ἀγνοεῖν. Διὰ τοῦτό φησι· *Καὶ ἑωράκατε αὐτόν*· ὥσπερ φησὶν, Ὤφθη καὶ ἀγγέλοις. Καίτοι γε οὐκ αὐτὴ ἡ οὐσία ὤφθη· ἀλλ' ὅμως φησὶν ὤφθαι, δηλαδὴ ὡς ἐκείνοις ἰδεῖν δυνατόν. Οὕτω δὲ εἴρηται, ἵνα μάθῃς ὅτι ὁ αὐτὸν [h] ἑωρακὼς, τὸν γεγεννηκότα οἶδεν. Ἐθεάσαντο δὲ αὐτὸν οὐ γυμνῇ τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ σάρκα περιβεβλημένον. Οἶδε δὲ ἀλλαχοῦ καὶ τὴν ὄψιν γνῶσιν λέγειν· ὡς ὅταν λέγῃ, *Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.* Καθαροὺς δὲ, οὐχὶ τοὺς πορνείας ἀπηλλαγμένους, ἀλλὰ τοὺς πάντων ἁμαρτημάτων φησί· πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ῥύπον ἐντίθησι τῇ ψυχῇ.

γ'. Πάντα τοίνυν πράττωμεν, ὥστε ἀποσμῆξαι τὴν ῥυπαρίαν. Ἀποσμήχει δὲ πρῶτον τὸ λουτρόν· ὕστερον δὲ καὶ ἕτεραι ὁδοὶ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί. Φιλάνθρωπος γὰρ ὢν ὁ Θεὸς καὶ μετὰ ταῦτα ἔδωκεν ἡμῖν ὁδοὺς ποικίλης ἀπαλλαγῆς· ὧν πρώτη πασῶν ἐστιν ἡ διὰ τῆς ἐλεημοσύνης. Ἐλεημοσύναις γὰρ, φησὶ, καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. Ἐλεημοσύνην δὲ οὐ τὴν ἐξ ἀδικίας λέγω· τοῦτο γὰρ οὐδὲ [433] ἐλεημοσύνη, ἀλλ' ὠμότης καὶ ἀπανθρωπία. Τί γὰρ ὄφελος ἐκδῦσαι ἕτερον, καὶ ἐνδῦσαι ἕτερον; Ἀπὸ γὰρ οἴκτου τοῦ πράγματος ἄρχεσθαι δεῖ· τοῦτο δὲ ἀπανθρωπία. Κἂν γὰρ πάντα τὰ παρ' ἑτέρων δῶμεν, οὐδὲν κέρδος ἡμῖν. Καὶ δείκνυσιν ὁ Ζακχαῖος, ὃς τότε ἔφησεν ἐξιλεοῦσθαι τὸν Θεὸν, δοὺς τῶν ἀφαιρεθέντων τετραπλασίονα. Ἡμεῖς δὲ μυρία ἁρπάζοντες, καὶ ὀλίγα διδόντες, νομίζομεν πλεῖον ποιεῖν τὸν

[a] Morel. ἐκκεκόφθαι, τοῦτο εἶπε καὶ ἁπάγει. [b] Morel. εἰρῆσθαι· ἐκεῖνο δὲ εἶπεν. [c] Morel. ἔδειξεν. [c*] Additum ἐρωτῆσαι e Savil. Edit. [d] Alii ὑπὸ τοῦ πολλοῦ. [e] Verba εἰ μὴ δι' ἐμοῦ accesserunt e Savil. Edit.

[f] Alii ἐξέκοψεν, et paulo post ἡ ὁδός· τουτέστιν, ὅτι δι' ἐμοῦ ἔρχεσθε· τὸ δὲ καὶ ἡ ἀλήθεια, ὅτι πάντως. [f*] Sic Savil. Alberat ei. Edit. [g] Alii εἰ γὰρ ἐγὼ κύριός εἰμι. [h] Alii δυνατόν. Δείκνυς ὅτι ὁ αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vos ille locus excepturus sit qui et Petrum. Nam magna ibi est mansionum copia, nec potest dici ille apparatu opus habere. Quia enim dixit, *Non potestis me sequi modo;* ne putarent exclusos se esse, addit : 3. *Ut ubi ego sum, et vos sitis.* Tantam hujusce rei curam habeo, ut id jam fecissem, nisi jam olim vobis præparatum esset : ostendens multum ipsis esse fidendum.

2. Deinde ne videretur id dicere adulandi causa, sed crederent rem ita se habere, subdit : 4. *Et quo ego vado scitis, et viam scitis.* Viden' quomodo ostendat eis hæc non frustra dicta fuisse. Illud vero dicit, quod sciret illos hanc cupere notitiam. Nam Petrus non discendi causa, sed ut sequeretur eum, superiora loquutus est. Quia vero increpatus ille fuerat, et interim Christus quod impossibile videbatur, possibile esse monstravit; et cum impossibile videretur, cupiditatem injecit quid illud esset cognoscendi : ideo ait illis : *Et viam scitis.* Sicut enim ubi dixit, *Me negabis,* cum nemo quid quam præfatus esset, ut quæ in cordibus erant scrutaretur, addidit, *Ne turbemini :* ita et hoc loco, ubi dixit, *Scitis,* cupiditatem animi eorum declaravit, et ipse dat illis interrogandi occasionem. Illud vero, *Quo vadis?* Petrus ex vi amoris, Thomas vero præ timore dicit. 5. *Domine, nescimus quo vadis.* Locum nescimus, inquit, *Et quomodo possumus viam scire?* Vide quam reverenter. Non enim dixit, Dic nobis locum; sed, *Nescimus quo vadis.* Hoc enim jam olim omnes discere cupiebant. Nam si Judæi id audientes animi pendebant, tametsi cupiebant illum abscedere; multo magis ii qui numquam volebant ab illo separari, id discere cupiebant: Reverebantur autem illum interrogare; interrogant tamen et amore et anxietate ducti. Quid ergo Christus? 6. *Ego sum via, veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Cur ergo interrogatus a Petro quo iret, non statim respondit, Ego ad Patrem vado, vos vero non potestis nunc venire; sed tantum verborum circuitum intulit, tot interrogationes et responsiones? Judæis namque merito non hoc dixit; his vero quare? Dixerat quidem et his et Judæis, se ex Deo exivisse, et ad Deum ire : et nunc id clarius dicit, quam prius. At Judæis non ita clare dixit. Nam si dixisset, Non potestis ad Patrem venire nisi per me, id ex fastu dici putavissent : cum celat vero, dubios reddit. At, inquies, cur discipulis et Petro ita dixit? Fervidum noverat Petri animum, et ad instandum inquirendumque pronum. Ut ergo illum avertat, obscure loquitur. Postquam autem id quod volebat per sermonis obscuritatem effecit, iterum id revelat.

Christus multa cautione in instituendis discipulis utebatur. Se Patri æqualem ostendit. Visio pro cognitione accipitur. — Cum dixisset enim, *Ubi sum, nemo potest venire,* addit : *In domo Patris mei mansiones multæ sunt;* et rursus : *Nemo venit ad Patrem, nisi per me.* Hoc itaque nolebat illis initio dicere, ne in mœrorem majorem induceret : postquam autem illos consolatus est, hoc dicit. Etenim ob increpationem Petri multum mœroris abstulit, metuentesque ne ea ipsa audirent, hinc magis reprimebantur. *Ego sum via.* Hæc est explicatio illius dicti, *Nemo venit, nisi per me :* illud vero, *Et veritas et vita,* significat hæc prorsus futura esse. Si veritas, nihil a me falsum exibit : si etiam vita, ne mors quidem vos impedire poterit, quin ingrediamini. Alioquin vero, si *Ego sum via,* duce non egebitis : si veritas sum, non loquor falsa : si vita, etiamsi moriamini, promissa consequemini. Quod de via dicebat, intellexerunt et confessi sunt : reliqua vero ignorabant : non tamen de illis audebant sciscitari. Attamen multum ex via consolationis acceperunt. Si ergo in mea potestate est, inquit, ad Patrem adducere, istuc omnino venietis. Neque enim alia venire potestis via. Cum autem dixisset antea, *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum* (*Joan.* 6. 44); ac rursum, *Si ego exaltatus fuero a terra, omnes traham ad meipsum* (*Ibid.* 12. 32); et nunc iterum, *Nemo venit ad Patrem, nisi per me,* se Patri æqualem ostendit. Quomodo autem cum dixerit, *Quo vadam scitis, et viam scitis,* subdit : 7. *Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis : et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum?* Non sibi contradicit : noverant enim illum, non tamen ut oportebat. Deum enim noverant, Patrem vero nondum : nam Spiritus postea veniens totam illis cognitionem intulit. Hoc autem vult dicere : Si meam nossetis substantiam et dignitatem, Patris quoque nossetis. *Et modo cognoscetis eum, et vidistis eum* (alterum futuri, alterum præsentis); hoc est, per me. Visionem vero dicit, mentis cognitionem. Eos enim qui videntur, possumus videre et ignorare : eos vero qui cognoscuntur, non possumus cognoscere et ignorare. Ideo ait, *Et vidistis eum;* ut visus est, inquit, et angelis (1. *Tim.* 3. 16). Atqui non ipsa substantia visa est; sed tamen visam esse dicit, ut videlicet videre poterant. Sic vero loquutus est, ut discas eum qui ipsum novit, Genitorem quoque ejus nosse. Videbant porro illum non nuda substantia, sed carne indutum. Alibi quoque visionem cognitionem appellat; ut cum dicit : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* (*Matth.* 5. 8). Mundos autem dicit, non tantum a fornicatione, sed a peccatis omnibus : nam omne peccatum maculam indit animæ.

3. Nihil itaque non agamus, ut sordes abstergamus. Abstergit autem primo lavacrum; deinde aliæ multæ et variæ viæ. Nam clemens cum sit Deus, alias nobis variasque vias, quibus purgemur, aperuit, quarum prima est eleemosyna. Eleemosynis enim et fide purgantur peccata (*Eccli.* 3. 33), inquit. Eleemosynis, inquam, non ex iniqua partis : illud enim non eleemosyna, sed inhumanitas et crudelitas est. Quæ enim utilitas alterum spoliare, alterum induere? A misericordia incipiendum est : alioquin immanitas esset. Etsi enim omnia aliena demus, nihil hinc lucri nobis, ut ostendit Zacchæus, qui se Deum placare dicit dando quadruplum eorum quæ rapuerat (*Luc.* 19. 8). Nos vero qui innumera rapimus, et pauca damus, placare Deum putamus, ignorantes nos illum magis irritare. Dic, quæso, mihi, si asinum mortuum et fœtidum e

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

trivis ad aram tractum offerres in sacrificium, nonne te omnes lapidarent ut impium et exsecrandum? Quid vero, si probem, sacrificium ex rapina magis exsecrandum esse, quam defensionem habebimus? Ponamus enim cimelium ex rapina partum : annon magis fœtet, quam asinus mortuus? Vis discere quantus sit peccati fœtor? Audi prophetam dicentem : *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ* (*Psal.* 37. 6). Tu vero Deum verbis precaris, ut scelerum tuorum obliviscatur; dum per rapinas et fraudes tuas illud agis, ut eorum semper recordetur, dum peccatum tuum aræ imponitur. Jam vero non hoc solum peccatum est, sed, quod est gravius, sanctorum animas inquinas. Hoc enim lapis est (*a*), et sanctificatur : illæ autem semper Christum ferunt : et audes tam immunda offerre? Minime, inquies; non eas pecunias offero, sed alias. Ridicula hæc et nugacia sunt. Nescis quod si in multam pecuniam vel stilla injustitiæ inciderit, tota inquinatur? Ut enim si quis in purum fontem linum injiciat, totam aquam reddit immundam : ita si in divitias rapina ingrediatur, omnia fœtore implet. Quid ergo? manus lavamus cum in ecclesiam ingrcdimur, cor vero non item? num manus vocem emittunt? Anima verba profert; in illam Deus respicit : illa fœdata, nihil prodest corporis puritas. Quæ utilitas si manus exteriores abstergas, interiores vero impuras relinquas? Illud grave est, illud omnia subvertit, quod parva cum metu curantes, magna contemnamus. Illotis certe manibus orare indifferens est; illota vero conscientia, illud est omnium malorum deterrimum. Audi quid dictum sit Judæis, de tali immunditia sollicitis : *Lava a malitia cor tuum* (*Jer.* 4. 14). Quousque erunt in te cogitationes laborum tuorum? Lavemus et nos, non luto, sed aqua pura, eleemosyna, non avaritia. Prius a rapina abstine, et tunc eleemosynam largire. Declinemus a malo, et faciamus bonum (*Psal.* 36. 27).

Eleemosyna ex rapina scelus est. — Manus coerce a rapina, et sic eas ad eleemosynam porrige. Si vero iisdem manibus alios[1] spoliemus, etiamsi non ex ablatis alios induamus, neque sic supplicium effugiemus. Sic enim propitiationis materia sceleris quoque materia est. Melius certe est non misereri, quam sic misereri. Siquidem Caino melius fuisset nihil prorsus offerre. Si vero qui minora obtulit, Deum irritavit; qui aliena dat, quomodo non provocabit? Ego tibi dixi, inquit, Ne rapias; et tu me ex raptis honoras? quid existimas? an me his delectari? Dicet igitur tibi : *Existimasti inique, quod ero tui similis. Arguam te, et statuam contra faciem tuam peccata tua* (*Psal.* 49. 21). Sed absit ut quis talem audiat vocem; verum utinam post puras erogatas eleemosynas, cum splendidis lampadibus, in thalamum ingrediamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Altare lapis erat.

[1] In Mss. multis legitur, *pauperes*, loco, *alios*.

HOMILIA LXXIV.

CAP. 14. v. 8. *Dicit ei Philippus : Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.* 9. *Dicit ei Jesus : Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Qui videt me, videt et Patrem.*

1. Dicebat prepheta Judæis : *Facies meretricis facta est tibi* (*Jer.* 3. 3), qui impudenter cum omnibus agis. Ut autem videtur, non illi civitati tantum hoc jure dicatur, sed etiam iis qui veritati impudenter obsistunt. Dicente enim Philippo, *Ostende nobis Patrem*, respondit Christus : *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe?* Et tamen quidam sunt, qui post hæc verba Filium a Patre abscindunt. Atqui quam majorem quæris propinquitatem? Quidam enim ex hoc dicto in Sabellii morbum inciderunt. Verum et his et illis relictis, ut ex diametro et impie oppositis, accuratum verborum sensum exploremus. *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe.* Quid enim? tune Pater es quem inquiro? Non, inquit. Ideo non dixit, Non cognovisti eum; sed, *Non cognovisti me;* nihil aliud declarans, quam non aliud esse Filium, quam quod est Pater, manens tamen ipse Filius. Cur Philippus ad interrogandum accessit? Dixerat Christus, *Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis* (*Joan.* 14. 7); Judæisque sæpe hoc ipsum dixerat. Quia ergo cum frequenter et Petrus et Judæi interrogaverant, quis esset Pater, interrogaverat item Thomas, et nullus quid clarum acceperat, sed adhuc res ignorabatur; ne molestus videretur esse Philippus, et cum Judæis tentando cum fastidiosus, ut dixit, *Ostende nobis Patrem tuum*, adjecit, *Et sufficit nobis;* nihil ultra quærimus. Atqui Christus dixerat : *Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis*, et per se Patrem ostendebat : ille vero mutavit ordinem dicens, Ostende Patrem, ac si Christum accurate cognosceret. Verum non illi morem gessit Christus, sed ad viam direxit, suadens illi ut per se Patrem cognosceret. Ipse vero carneis oculis ipsum videre volebat, forte quia audierat Deum vidisse prophetas. Verum illa humiliore modo dicta sunt, o Philippe. Ideo dicebat Christus : *Deum nemo vidit umquam* (*Joan.* 1. 18); et rursum, *Omnis qui audivit a Deo, et didicit, venit ad me. Neque vocem ejus audistis, neque faciem ejus vidistis* (*Ibid.* 6. 45. *et* 5. 37). Et in Veteri Testamento, *Nemo videbit faciem meam, et vivet* (*Exod.* 33. 20). Quid ergo Christus? Admodum increpat : *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe?* Non dixit, Non vidisti me; sed, *Non cognovisti me.* Numquid te nosse volo? inquit. Patrem tuum videre nunc quæro; tu vero mihi dicis, *Non cognovisti me?* quænam hæc consequentia? Multa sane. Quia enim Filius idipsum est quod Pater, manens tamen Filius, jure in se Patrem ostendit. Deinde hypostases distinguens ait : *Qui videt me, videt et Patrem*, ne quis diceret eumdem esse Patrem et Filium.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Θεὸν, οὐκ εἰδότες ὅτι μᾶλλον αὐτὸν [a] παροξύνομεν. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ γε ὄνον νεκρὸν καὶ σεσηπότα ἀπὸ τῆς τριόδου καὶ τῶν ἀμφόδων ἑλκύσας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔφερες, ἆρα οὐκ ἂν ἅπαντές σε κατέλευσαν ὡς ἐναγῆ καὶ μυσαρόν [b]; Τί οὖν, ἐὰν ἐλέγξω, ὅτι ἡ θυσία ἡ ἐξ ἁρπαγῆς μυσαρωτέρα τούτου, ποίας τευξόμεθα ἀπολογίας; Θῶμεν γάρ τι κειμήλιον γεγενῆσθαι ἐξ ἁρπαγῆς· οὐχὶ ὄνου τεθνηκότος μᾶλλον ὄζωδε; Βούλει μαθεῖν πόση τῆς ἁμαρτίας ἡ σηπεδών ἐστιν; Ἄκουσον τοῦ Προφήτου λέγοντος· *Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου.* Σὺ δὲ διὰ μὲν ῥημάτων τὸν Θεὸν ἀξιοῖς ἐπιλαθέσθαι ὧν ποιεῖς κακῶν· αὐτὸς δὲ δι' ὧν ποιεῖς ἁρπάζων καὶ πλεονεκτῶν, καὶ παρασκευάζεις μεμνῆσθαι διηνεκῶς, ἐπιτιθεὶς σου τὴν ἁμαρτίαν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. Νῦν δὲ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ἁμάρτημα, ἀλλὰ καὶ τὸ τούτου χαλεπώτερον, ὅτι τὰς τῶν ἁγίων μολύνεις ψυχάς. Τοῦτο μὲν γὰρ λίθος ἐστὶ, καὶ ἁγιάζεται· ἐκεῖναι δὲ διὰ παντὸς αὐτὸν φέρουσι τὸν Χριστόν· καὶ τολμᾷς ἐκεῖ πέμπειν ἀπὸ τοιαύτης ἀκαθαρσίας; Οὐχί, φησίν· οὐκ αὐτὰ τὰ χρήματα, ἀλλ' ἕτερα. Γέλως ταῦτα καὶ λῆρος. Οὐκ οἶδας, ὅτι κἂν εἰς πολὺ πλῆθος χρημάτων τῆς ἀδικίας ἐμπέσῃ ῥανὶς, πάντα μολύνεται; Καθάπερ οὖν εἰς πηγὴν καθαρὰν κόπρον τις ἐμβαλὼν, πᾶσαν αὐτὴν [a] ἀκάθαρτον εἰργάσατο· οὕτω καὶ ἐν πλούτῳ πλεονεξία τις εἰσελθοῦσα, πάντα ἀποπνεῖν ποιεῖ τῆς ἐκεῖθεν δυσωδίας. Εἶτα χεῖρας μὲν νιπτόμεθα, εἰς ἐκκλησίαν εἰσιόντες· τὴν δὲ καρδίαν οὐκέτι; Μὴ γὰρ αἱ χεῖρες φωνὴν ἀφιᾶσιν; Ἡ ψυχὴ προφέρει [c] τὰ ῥήματα εἰς ἐκείνην ὁ Θεὸς καθορᾷ· οὐδὲν δεῖ τῆς τοῦ σώματος καθαρότητος, ἐκείνης μεμολυσμένης. Τί γὰρ ὄφελος, ἂν τὰς ἔξωθεν μὲν χεῖρας ἀποσμήξῃς, τὰς δὲ ἔνδον ἀκαθάρτους ἔχῃς; Τὸ γὰρ δεινὸν καὶ πάντα ἀνατρέπον, τοῦτό ἐστι, ὅτι τὰ μικρὰ δεδοικότες, τῶν μεγάλων καταφρονοῦμεν. Τὸ μὲν οὖν ἀνίπτοις χερσὶν εὔξασθαι, ἀδιάφορον· τὸ δὲ ἀνίπτῳ διανοίᾳ, τοῦτό ἐστι τὸ πάντων ἔσχατον τῶν κακῶν. Ἄκουσον καὶ Ἰουδαίοις τοῖς περὶ τὰς τοιαύτας ἀκαθαρσίας ἠσχολημένοις, τί εἴρηται [d]· *Ἀπόπλυναι ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου.* Ἕως πότε ἔσονταί σοι διαλογισμοὶ πόνων σου; Ἀποπλύνωμεν καὶ ἡμεῖς, μὴ βορβόρῳ, ἀλλ' ὕδατι καθαρῷ, ἐλεημοσύνῃ, καὶ μὴ πλεονεξίᾳ. Πρῶτον ἀπαλλάγηθι τοῦ ἁρπάζειν, καὶ τότε ἐπίδειξαι τὴν ἐλεημοσύνην. Ἐκκλίνωμεν ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιήσωμεν ἀγαθόν. Στῆσον τὰς χεῖρας ἀπὸ πλεονεξίας, καὶ οὕτως αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐλεημοσύνην ἄγε. Ἂν δὲ ταῖς αὐταῖς ἄλλους ἀποδύσωμεν [e], εἰ καὶ μὴ [434] τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀφῃρημένοις ἐνδύωμεν, οὐδὲ οὕτω διαφεύγομεν τὴν κόλασιν. Ἡ γὰρ ὑπόθεσις τοῦ ἱλασμοῦ πάσης πλημμελείας ὑπόθεσις γίνεται. Τοῦ γὰρ οὕτως ἐλεεῖν τὸ μὴ ἐλεεῖν κρεῖττον. Ἐπεὶ καὶ τῷ Κάϊν βέλτιον ἦν μηδὲ ὅλως προσενεγκεῖν. Εἰ δὲ ὁ τὰ ἐλάττω κομίσας, τὸν Θεὸν παρώξυνεν· ὁ τὰ ἀλλότρια διδοὺς, πῶς οὐ παροξυνεῖ; Ἐγώ σοι εἶπον, φησὶ, μὴ ἁρπάζειν· καὶ σύ με ἐξ αὐτῶν τιμᾷς; τί νομίζεις; ὅτι ἥδομαι τούτοις; Οὐκοῦν ἐρεῖ πρὸς σέ· *Ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου.* Ἀλλὰ μὴ γένοιτο μηδένα ταύτης ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐλεημοσύνην καθαρὰν ἐργασαμένους, καὶ λαμπρὰς τὰς λαμπάδας ἔχοντας, οὕτως εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσελθεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Quidam τὸν Θεὸν, καίτοι γε μᾶλλον αὐτόν. [b] Alii μιαρόν. [c] Αὐτήν aberat; accessit e Savil. Edit. [c] Alii προσφέρει.

[d] Nonnulli κακῶν. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰουδ... τί φησιν. [e] Manuscripti multi ἂν δὲ ταῖς αὐταῖς τοὺς πτωχοὺς ἀποδύωμεν, vel ἀποδύσωμεν. Editi ἄλλους ἀποδύωμεν. Mox ἀφῃρημένοις, alii διδομένοις. Paulo post mss. non pauci ἐπεὶ καὶ ὁ Κάϊν βελτίων ἦν μηδὲ ὅλως προσενεγκών.

ΟΜΙΛΙΑ ΟΑ'.

Λέγει αὐτῷ Φίλιππος· Κύριε, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.

α'. Ὁ μὲν προφήτης ἔλεγεν Ἰουδαίοις· *Ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας.* Ὡς ἔοικε δὲ, οὐκ ἐκείνῃ τῇ πόλει δίκαιον μόνον ταῦτα εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀναισχύντως πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀντιβλέπουσι. Τοῦ γὰρ Φιλίππου πρὸς τὸν Χριστὸν εἰπόντος, *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου,* φησὶ· *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε;* Καὶ ὅμως τινές εἰσι καὶ μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα ἀποσχίζοντες τοῦ γεγεννηκότος τὸν Υἱόν. Καίτοι ποίαν μείζω ταύτης ζητεῖς ἐγγύτητα; Τινὲς γὰρ ἐκ τῆς ῥήσεως ταύτης καὶ εἰς τὴν Σαβελλίου νόσον ἐνέπεσον. Ἀλλὰ καὶ τούτους καὶ ἐκείνους ἀφέντες ἡμεῖς, ὡς ἐκ διαμέτρου παρανομοῦντας, ἴδωμεν τῶν εἰρημένων τὴν ἀκρίβειαν. *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε,* φησὶ; Τί γάρ; σὺ εἰ ὁ Πατὴρ ὃν ἐπιζητῶ; Οὐχὶ, φησί. Διὰ τοῦτο οὐδὲ εἶπεν, Οὐκ ἔγνωκας αὐτόν· ἀλλ', *Οὐκ ἔγνωκάς με·* οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνων, ἢ ὅτι οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ὁ Υἱὸς, ἢ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ, μένων ἐν τῷ εἶναι Υἱός. Πόθεν δὲ ἐπὶ τοῦτο ἦλθεν ὁ Φίλιππος; Ἔλεγεν· *Εἰ ἐμὲ ἐγνώκειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν·* καὶ τοῖς Ἰουδαίοις πολλάκις εἶπεν τοῦτο. Ἐπεὶ οὖν ἠρώτησεν αὐτὸν ὁ Πέτρος πολλάκις, καὶ Ἰουδαῖοι, τίς ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἠρώτησεν αὐτὸν καὶ ὁ Θωμᾶς, καὶ οὐδεὶς οὐδὲν ἔμαθε σαφὲς, ἀλλ' ἔτι ἠγνοεῖτο τὰ λεγόμενα, ἵνα μὴ δόξῃ προσκορὴς εἶναι ὁ Φίλιππος, καὶ διενοχλεῖν αὐτὸν μετὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐρωτῶν καὶ αὐτὸς, *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου,* ἐπήγαγε, *καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν·* οὐδὲν πλέον ζητοῦμεν. Καίτοι ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· *Εἰ ἐμὲ ἐγνώκειτε, καὶ τὸν Πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν,* καὶ δι' ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα ἐδήλου· ὁ δὲ [435] ἀντέστρεψε τὴν τάξιν, καί φησι· Τὸν Πατέρα δεῖξον, ὡς αὐτὸν εἰδὼς ἀκριβῶς. Ἀλλ' οὐκ ἀνέχεται αὐτοῦ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ὁδὸν αὐτὸν ἵστησι, δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα μανθάνειν πείθων· αὐτὸς δὲ [a] τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς τούτοις ἐβούλετο ἰδεῖν, ἴσως περὶ τῶν προφητῶν ἀκούων, ὅτι εἶδον τὸν Θεόν. Ἀλλὰ συγκατάβασις ἦν ἐκείνη, ὦ Φίλιππε. Διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς ἔλεγε· *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε·* καὶ πάλιν, *Πᾶς ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μαθὼν, ἔρχεται πρός με. Οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκηκόατε, οὔτε εἶδος αὐτοῦ ἑωράκατε.* Καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ, *Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται.* Τί οὖν ὁ Χριστός; Σφόδρα ἐπιτιμητικῶς· *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με, Φίλιππε;* Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐκ εἶδές με, ἀλλ', *Οὐκ ἔγνωκάς με.* Μὴ γάρ σε βούλομαι, φησὶ, μαθεῖν; Τὸν Πατέρα σου ἰδεῖν ζητῶ νῦν· σὺ δέ μοι λέγεις, *Οὐκ ἔγνωκάς με;* ποίαν οὖν ἀκολουθίαν ἔχει τοῦτο; Πολλὴν μὲν οὖν. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ, μένων Υἱὸς, εἰκότως ἐν

[a] Morel. αὐτοῖς δέ, male.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτῷ δείκνυσι τὸν γεγεννηκότα. Εἶτα διαιρῶν τὰς ὑποστάσεις, φησίν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*, ἵνα μή τις εἴπῃ, ὅτι αὐτὸς Πατὴρ, αὐτὸς Υἱός. Εἰ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Πατὴρ, οὐκ ἂν εἶπεν, Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἐκεῖνον ἑώρακε· Πῶς δὲ οὐκ εἶπεν αὐτῷ, Ἀδύνατα αἰτεῖς, καὶ οὐ κατὰ ἄνθρωπον; ἐμοὶ γὰρ μόνῳ τοῦτο δυνατόν. Ἐπειδὴ εἶπεν, *Ἀρκεῖ ἡμῖν*, ὡς αὐτὸν εἰδὼς, δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ αὐτὸν ἑώρακεν. Ἦ γὰρ ἂν κἀκεῖνον εἶδεν, εἰ καὶ αὐτὸν ἠδυνήθη[a]. Διόπερ ἔλεγεν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα*. Εἴ τις ἐμὲ εἶδε, κἀκεῖνον ὄψεται. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι Οὔτε ἐμὲ, οὔτε ἐκεῖνον δυνατόν ἐστιν ἰδεῖν. Ὁ γὰρ Φίλιππος τὴν δι' ὄψεως ἐζήτει γνῶσιν· καὶ ἐπειδὴ αὐτὸν μὲν ἑωρακέναι ἐνόμιζεν, ἐβούλετο δὲ καὶ τὸν Πατέρα οὕτως ἰδεῖν, δείκνυσιν ὅτι οὐδὲ αὐτὸν εἶδεν.

Εἰ δὲ λέγοι τις ὄψιν ἐνταῦθα τὴν γνῶσιν, οὐδὲ τούτῳ ἀντιλέγω. Ὁ γὰρ ἐμὲ γνοὺς, φησὶν, ἔγνω τὸν Πατέρα. Ἀλλ' οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ τὸ ὁμοούσιον παραστῆσαι βουλόμενος εἶπεν· Ὁ τὴν ἐμὴν οὐσίαν εἰδὼς, οἶδε καὶ τὴν τοῦ Πατρός. Καὶ τί τοῦτο; φησί. Καὶ γὰρ ὁ τὴν κτίσιν εἰδὼς, οἶδε καὶ τὸν Θεόν. Καίτοι πάντες ἴσασι τὴν κτίσιν καὶ ἑωράκασι· τὸν δὲ Θεὸν οὐκ ἴσασι πάντες. Ἄλλως δὲ, ἴδωμεν τί ὁ Φίλιππος ζητεῖ ἰδεῖν. Ἆρα τὴν σοφίαν τοῦ Πατρός; ἆρα τὴν ἀγαθότητα; Οὐχί· ἀλλὰ αὐτὸ[b] τὸ τί ποτέ ἐστιν ὁ Θεὸς, αὐτὴν τὴν οὐσίαν. Πρὸς τοῦτο οὖν ἀποκρίνεται ὁ Χριστός· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ*. Ὁ δὲ τὴν κτίσιν ἰδὼν, οὐχὶ καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν εἶδεν. *Εἴ τις εἶδεν ἐμὲ, τὸν Πατέρα μου εἶδε*, φησίν. Εἰ δὲ ἑτέρας οὐσίας ἦν, οὐκ ἂν τοῦτο εἶπεν. Ἵνα δὲ καὶ παχυτέρου ἄψωμαι λόγου, οὐδεὶς χρυσὸν ἀγνοῶν, ἐν ἀργύρῳ τοῦ χρυσίου τὴν οὐσίαν ἰδεῖν δύναται· οὐ γὰρ ἄλλη δι' ἄλλης φαίνεται φύσις. Διὰ τοῦτο καὶ καλῶς ἐπετίμησεν εἰπών· [436] *Τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι*. Τοσαύτης ἀπελαύσας διδασκαλίας, εἶδες σημεῖα μετὰ αὐθεντίας, καὶ πάντα ἅπερ θεότητος ἦν ἴδια, καὶ ἃ ὁ Πατὴρ μόνος ἐργάζεται, ἁμαρτήματα λυόμενα, ἀπόῤῥητα εἰς μέσον ἀγόμενα, θάνατον ἀναχωροῦντα, δημιουργίαν ἀπὸ γῆς γινομένην, *Καὶ οὐκ ἔγνωκάς με;*

β'. Ἐπειδὴ γὰρ σάρκα περιέκειτο, διὰ τοῦτο εἶπεν, *Οὐκ ἔγνωκάς με*. Εἶδες τὸν Πατέρα; Μὴ ζήτει πλέον ἰδεῖν· ἐν ἐκείνῳ γάρ με ἑώρακας. Εἰ εἶδές με, μηδὲν περιεργάζου· καὶ γὰρ ἐν ἐμοὶ ἐκεῖνον ἔγνως. *Οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ;* Τουτέστιν, Ἐν ἐκείνῃ τῇ οὐσίᾳ φαίνομαι. *Τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ*. Εἶδες ἐγγύτητος ὑπερβολὴν, καὶ μιᾶς οὐσίας ὑπόδειγμα; *Ὁ δὲ Πατὴρ, ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα*. Πῶς ἀπὸ ῥημάτων ἀρξάμενος, ἐπὶ τὰ ἔργα ἦλθε; Τὸ γὰρ ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, Αὐτὸς λαλεῖ τὰ ῥήματα· ἀλλὰ δύο τίθησιν ἐνταῦθα, περὶ διδασκαλίας καὶ σημείων· ἢ ἐπειδὴ καὶ τὰ ῥήματα ἔργα ἦν. Πῶς οὖν αὐτὸς ποιεῖ; Καὶ μὴν ἀλλαχοῦ φησιν· *Εἰ μὴ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ Πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι*· πῶς οὖν ἐνταῦθα τὸν Πατέρα φησὶ ποιεῖν; Τὸ αὐτὸ τοῦτο δηλῶν, ὅτι οὐδὲν μέσον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὃ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐκ ἂν ἄλλως ἐποίησεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἄλλως ἐγώ· καὶ μὴν ἀλλαχοῦ καὶ αὐτὸς καὶ ὁ Πατὴρ ἐργάζεται, λέγων· *Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι*· ἐκεῖ μὲν τὸ ἀπαράλλακτον τῶν ἔργων, ἐνταῦθα δὲ τὸ ταὐτὸν ἐνδεικνύμενος. Εἰ δὲ ἡ πρόχειρος τῶν λέξεων ἔμφασις ταπεινότητα ἐμφαίνει, μὴ θαυμάσῃς. Πρότερον γὰρ εἶπον, *Οὐ πιστεύεις*, τότε τοῦτο ἐφθέγξατο· δεικνὺς, ὅτι ὑπὲρ τοῦ εἰς πίστιν αὐτὸν ἀγαγεῖν οὕτως ἐσχημάτισε τὰ ῥήματα. Τὰς γὰρ καρδίας αὐτῶν ἐνεβάτευε[c]. *Πιστεύετε ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί;* Ἕδει μὲν ὑμᾶς ἀκούοντας Πατέρα καὶ Υἱὸν, μηδὲν ἕτερον ζητεῖν εἰς παράστασιν τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν συγγενείας. Εἰ δὲ ὑμῖν οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο πρὸς τὸ δεῖξαι τὸ ὁμότιμον καὶ ὁμοούσιον, κἂν ἀπὸ τῶν[d] ἔργων μάθετε. Καὶ τὸ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα μου*, εἰ περὶ ἔργων ἐλέγετο, οὐκ ἂν ὕστερον εἶπεν· *Εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα πιστεύετέ μοι*. Εἶτα δείκνυς, ὅτι οὐ ταῦτα δύναται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλῷ τούτων μείζονα, μεθ' ὑπερβολῆς αὐτὰ τίθησιν. Οὐ γὰρ λέγει, ὅτι Καὶ μείζονα τούτων δύναμαι ποιῆσαι· ἀλλ', ὃ πολλῷ θαυμαστότερον ἦν, Καὶ ἑτέρους δύναμαι δοῦναι, φησὶ, καὶ μείζονα ποιῆσαι τούτων. *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅτι πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι*. Τουτέστιν, Ὑμῶν ἐστὶ λοιπὸν τὸ θαυματουργεῖν· ἐγὼ γὰρ ἀπέρχομαι. Εἶτα ἐπειδὴ ἤνυσεν ὅπερ ὁ λόγος ἐβούλετο, φησὶν, ὅτι *Ὃ ἂν αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί μου, λήψεσθε, καὶ ἐγὼ τοῦτο ποιήσω, ἵνα ἐν ἐμοὶ δοξασθῇ ὁ Πατήρ*. Ὁρᾷς πῶς πάλιν αὐτὸς ποιεῖ τοῦτο; *Ποιήσω* γὰρ, φησὶν, *ἐγώ*. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἀξιῶ τὸν [437] Πατέρα· ἀλλ', *Ἵνα δοξασθῇ ἐν ἐμοὶ ὁ Πατήρ*. Καὶ μὴν ἀλλαχοῦ ἔλεγεν· *Ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ*· ἐνταῦθα δὲ, Αὐτὸς δοξάσει τὸν Πατέρα[e]. Ὅταν γὰρ ὁ Υἱὸς φαίνηται μεγάλα δυνάμενος, δοξασθήσεται ὁ γεγεννηκώς. Τί δέ ἐστιν, *Ἐν τῷ ὀνόματί μου;* Ὅπερ οἱ ἀπόστολοι ἔλεγον, *Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔγειραι καὶ περιπάτει*. Πάντα γὰρ τὰ σημεῖα, ἅπερ ἐποίησαν, αὐτὸς ἐνήργει. *Καὶ χεὶρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτῶν*. *Ἐγὼ ποιήσω*, φησίν. Ὁρᾷς αὐθεντίαν; τὰ δι' ἄλλων αὐτὸς ποιεῖ· τὰ δὲ δι' αὐτοῦ οὐκ ἰσχύει, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐνεργούμενος; Καὶ τίς ἂν ταῦτα εἴποι; Τίνος δὲ ἕνεκεν δεύτερον αὐτὸ τίθησι; Βεβαιῶν τὸν ἑαυτοῦ λόγον, καὶ δεικνὺς ὅτι τὰ πρότερα συγκαταβάσεως ἦν. Τὸ δὲ, *Πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι*, τοῦτό ἐστιν· Οὐκ ἀπολοῦμαι, ἀλλ' ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀξίας μένω, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς εἰμι. Πάντα δὲ ταῦτα παραμυθούμενος αὐτοὺς ἔλεγεν. Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς μηδέπω τοὺς περὶ τῆς ἀναστάσεως εἰδότας λόγους ἐννοεῖν τι σκυθρωπὸν, ἑτέροις ἐπαγγέλλεται τοιαῦτα δώσειν αὐτοὺς, πανταχοῦ θεραπεύων αὐτοὺς, καὶ δεικνὺς ὅτι μένει διηνεκῶς, καὶ οὐ μένει μόνον, ἀλλὰ καὶ μείζονα ἐπιδείξεται δύναμιν.

γ'. Ἀκολουθήσωμεν τοίνυν αὐτῷ καὶ λάβωμεν τὸν σταυρόν. Εἰ γὰρ καὶ μὴ πάρεστι διωγμὸς, ἀλλ' ἑτέρου πάρεστι θανάτου καιρός. *Νεκρώσατε* γὰρ, φησὶ, *τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς*. Σβέσωμεν οὖν ἐπιθυμίαν, ἀποκτείνωμεν θυμὸν, ἀνέλωμεν φθόνον. Τοῦτό ἐστι θυσία ζῶσα. Οὐκ εἰς τέφραν αὕτη ἡ θυσία τελευτᾷ, οὐδὲ εἰς καπνὸν διαχεῖται, οὐδὲ ξύλων δεῖται, καὶ πυρὸς, καὶ μαχαίρας. Ἔχει γὰρ πῦρ καὶ μάχαιραν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ταύτῃ χρησάμενος τῇ μαχαίρᾳ, περίτεμε τῆς καρδίας τὸ περιττὸν καὶ ἀλλότριον, ἄνοιξον τὸ μεμυκὸς τῆς ἀκοῆς. Τὰ γὰρ νοσήματα καὶ αἱ πονηραὶ ἐπιθυμίαι ἐμφράττειν εἰώθασι τοῦ λόγου τὴν εἴσοδον. Καὶ γὰρ χρημάτων ἐπιθυμία προτεθεῖσα οὐκ ἀφίησιν ἀκοῦσαι τὸν περὶ ἐλεημοσύνης λόγον, καὶ βασκανία παραγενομένη διατειχίζει τὴν περὶ τῆς ἀγάπης διδασκαλίαν, καὶ ἕτερον νόσημα ἐμπεσὸν πάλιν νωθροτέραν αὐτὴν κατασκευάζει πρὸς πάντα. Ἀνέλωμεν τοίνυν τὰς πονηρὰς ἐπιθυμίας. Καὶ

[a] Morel. εἰ καὶ τοῦτο ἠδυνήθη. [b] Sic bene Savil., αὐτὸ non habebat Montf. Edit. [c] Alii ἐνεβάτευσε. [d] Morel. καὶ ἀπὸ τῶν. [e] In quibusdam hæc, καὶ μὴν ἀλλαχοῦ.. τὸν Πατέρα, desunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Si enim idem ipse Pater esset, non diceret, Qui videt videt. Quomodo autem non dixit ei, Impossibilia petis, quæ non sunt [illegible] hominis? mihi enim tantum hoc possibile est. Quia dixerat, Sufficit nobis, quasi ipsum vidisset, ostendit eum neque se vidisse : alioquin illum vidisset, si se videre potuisset. Ideo dicebat : *Qui videt me, videt et Patrem.* Si quis me vidit, et illum videbit; hoc est : Neque me, neque illum potest quis videre. Philippus enim visus cognitionem quærebat : et quia se illum vidisse putabat, volebatque sic Patrem videre, ostendit ipsum neque se vidisse.

Consubstantialitas Christi declaratur. Amor pecuniæ unde.— Quod si quis hic visionem pro cognitione intelligi velit, non contradicam. Nam qui me novit, inquit, novit et Patrem. At non hoc dicit, sed ut consubstantialitatem ostendat dicit : Qui novit substantiam meam, novit et Patris. Et quid hoc, inquies? Nam qui novit creaturam, novit et Deum. Atqui creaturam omnes norunt et vident; Deum vero non omnes norunt. Ad hæc, videamus quid Philippus videre quærat : num sapientiam Patris? num ejus bonitatem? Minime; sed, quid sit Deus, ipsam substantiam. Ad hoc respondet Christus : *Qui videt me.* Qui autem creaturam videt, non Dei substantiam videt. *Qui videt me, videt et Patrem*, inquit. Si alterius esset substantiæ, non hoc dixisset. Ut autem crassiore utar sermone : nemo qui aurum ignoret, in argento auri substantiam videre potest : non enim alia natura per aliam dignoscitur. Ideo jure increpavit dicens : *Tanto tempore vobiscum sum.* Tanta dignatus es doctrina, vidisti signa cum auctoritate facta, et omnia quæ divinitatis erant propria, et quod Pater solus facit, peccata remissa, arcana in medium adducta, fugatam mortem, creationem ex terra factam, *Et non cognovisti me?*

2. Quia enim carne circumdatus erat, ideo dixit, *Non cognovisti me.* Vidisti Patrem? Ne quæras amplius videre : in me enim illum vidisti. Si vidisti me, ne curiose inquiras : etenim in me ipsum nosti. 10. *Non credis quia ego in Patre?* Hoc est, In illa substantia appareo. *Verba quæ ego loquor, a meipso non loquor.* Viden' propinquitatis excessum, et unius substantiæ argumentum? *Pater autem in me manens, ipse facit opera.* Quomodo a verbis orsus, transit ad opera? Ex consequenti enim dicere debuit, Ipse loquitur verba; sed duo hic ponit, doctrinam et signa; vel quod etiam verba essent opera. Quomodo ergo facit ille? Etenim alibi dicit : *Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere* (*Joan.* 10. 37) : quomodo ergo hic Patrem facere dicit? Hoc ipsum indicans, nihil medium esse inter Patrem et Filium; hoc est, Non aliter fecit Pater, aliter ego facio : siquidem alibi et ipse et Pater operari dicitur : *Pater meus usque modo operatur, et ego operor* (*Joan.* 5. 17). Illic nullam esse operum differentiam, hic idipsum indicat. Quod si prima fronte verba aliquam exhibent humilitatem, ne mireris. Nam cum prius dixisset, *Non credis*, tunc sic loquutus est; ostendens se ideo ita verba temperasse, ut illum ad fidem adduceret. In cordibus namque eorum versabatur. 11. *Creditis quia ego in Patre, et Pater in me?* Oportebat certe vos audientes Patrem et Filium, non aliud quærere ad declarandum substantiam esse eamdem. Quod si hoc non satis est vobis ad demonstrandam honoris æqualitatem et consubstantialitatem, ab operibus quoque discite. Illudque, *Qui videt me, videt et Patrem meum*, si de operibus dictum esset, non dixisset postea : *Sin minus propter opera credite mihi.* Deinde ostendens se non hæc tantum posse, sed et alia his multo majora, cum hyperbole illa ponit. Neque enim dicit, Iis majora possum facere; sed, quod longe mirabilius, Et aliis, inquit, possum facultatem dare majora his faciendi. 12. *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora his faciet, quia ad Patrem vado.* Hoc est, Vestrum erit deinceps miracula edere; ego enim abeo. Deinde cum perfecisset ea quæ sermo indicabat, dicit : 13. *Quodcumque petieritis in nomine meo, accipietis, et ego hoc faciam, ut in me glorificetur Pater.* Viden' quomodo rursum hoc ipse faciat? *Ego faciam*, inquit, et non dixit, Rogabo Patrem; sed, *Ut in me glorificetur Pater.* (*a*) [Atqui dicebat alibi : *Deus glorificabit eum in seipso;* hic vero, Ipse glorificabit Patrem.] Cum enim Filius magna posse deprehendetur, Genitor glorificabitur. Quid sibi vult illud, *In nomine meo?* Quod apostoli dicebant, *In nomine Jesu Christi surge et ambula.* Omnia quippe signa quæ illi edebant, ipse operabatur, *Et manus Domini erat cum illis* (*Act.* 11. 21). 14. *Ego faciam*, inquit. Viden' auctoritatem? quæ per alios fiunt, ipse facit; et quæ per se, non poterit, nisi Patre vim dante? Ecquis hæc dixerit? Cur hoc secundum ponit? Ut suum confirmet sermonem, et ostendat priora per attemperationem quamdam dicta fuisse. Illud autem, *Ad Patrem vado*, id est, Non pereo, sed in propria dignitate maneo, et in cælis sum. Hæc porro omnia illis ad consolationem dicebat. Quia enim credibile erat eos, qui nondum resurrectionis rationem probe noverant, triste aliquid in animo versare, aliis ipsos hæc daturos esse promittit, ubique curans illos, et ostendens se semper manere; nec manere modo, sed etiam majorem exhibiturum se virtutem.

3. *Moralis exhortatio. Sacrificium novæ quam præstet sacrificio veteris legis.* — Sequamur ergo illum, et crucem tollamus. Etiamsi enim nulla sit persequutio, alterius tamen mortis tempus adest. *Mortificate*, inquit, *membra vestra, quæ sunt super terram* (*Col.* 3. 5). Exstinguamus ergo concupiscentiam, opprimamus iram, tollamus invidiam. Hoc est vivum sacrificium : quod sacrificium non desinit in cinerem, non in fumum diffunditur, non eget lignis et igne, vel gladio. Ignem quippe habet et gladium, Spiritum sanctum. Hoc usus gladio, circumcide cordis superflua et aliena, aperi obturatas aures. Morbi namque et malæ concupiscentiæ solent verbo aditum obstruere. Pecuniarum concupiscentia non sinit audire verbum de elecmo-

(*a*) In quibusdam desunt quæ uncinis claudantur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tremuisse et formidasse, et a tempore, et a loco. Nox quippe erat profunda, nec poterant dictis attendere, cum semper animo versarent eos, qui se invasuri essent, cum maxime Magistri sermo mala exspectanda esse doceret. *Adhuc modicum*, inquit, et non ero vobiscum; et, *Venit princeps hujus mundi* (*Joan.* 14. 19. 30). Cum talia ergo audientes turbarentur, ac si mox capiendi essent, in alium illos ducit locum; ut putantes se jam in tuto esse, libere demum audirent: magna quippe dogmata audituri erant. Ideo ait: *Surgite, eamus hinc:* deinde adjicit: (*Cap.* 15.) 1. *Ego sum vitis, vos palmites.* Quid vult per hanc parabolam subindicare? Eum qui non dictis attendat vivere non posse, et futura signa a Christi virtute proventura esse. *Pater meus agricola est.* Quid igitur? auxilio eget Filius? Absit: hoc exemplum id non indicat. Vide quam diligenter hanc parabolam exsequatur. Non enim dicit, radicem agricolæ cura frui, sed palmites. Radix enim non hic memoratur, sed docet nihil posse illos operari sine suæ virtutis auxilio, et ita ipsos sibi fide conjungi oportere, ut palmes viti jungitur. 2. *Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum Pater.* Hic vitam subindicat, declarans, non posse quempiam sine operibus in ipso esse. *Et omnem qui fert fructum, purgabit eum;* id est, Multo frui cultu curabit. Atqui radix prius quam palmites cura opus habet; circumfodi et nudari debet: sed nihil hic de radice dicit, verum omnia de palmitibus, ostendens se quidem sibi sufficere; discipulos autem multa egere agricolæ cura, quantumvis sint virtute præditi. Ideo ait: Palmitem qui fructum fert, purgat. Eum qui nullum fert, non relinquit in vite, neque potest ibi manere: eum vero qui fert fructum, fructuosiorem efficit. Hoc de ærumnis mox inducendis intelligi dixeris. Illud enim, *Purgabit eum*, id est, incidet, unde palmes fructuosior efficitur. Hinc ostenditur, tentationes illos fortiores efficere. Deinde ne interrogarent de quibusnam hæc diceret, neve illos iterum sollicitos redderet, ait: 3. *Jam vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis.* Viden' quomodo se ut palmitum curatorem efferat? Ego vos purgavi, inquit, licet superius hoc Patrem fecisse declaret: sed nulla est inter Patrem et Filium differentia. Vestra quoque afferatis oportet. Deinde ut ostendat se eorum ministerio non opus habentem id fecisse, sed ut ipsi proficerent, subdit: 4. *Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso: sic nec qui in me non manet.* Ne præ metu abscinderentur, emollitam formidine ipsorum animam roborat, et sibi conglutinat, bonamque spem affert. Radix enim manet; auferri aut relinqui, palmitum est. Deinde utrinque procedens, a bonis et a tristibus, priora a nobis exigit. 5. *Qui manet in me, et ego in eo.* Viden' Filium non minus quam Patrem ad discipulorum curam conferre? Pater purgat, ipse in se continet. Manere autem in radice, id efficit, ut palmites fructum ferant. Nam quod non purgatum manet in radice, fructum fert, licet non quantum oporteret; quod non manet, nihil. Attamen purgare etiam Filii esse ostensum est, et in radice manere, Patris, qui radicem genuit.

2. *Fructum non ferre quantum malum. Christus discipulos hortatur consolaturque, in multis se imbecillitati eorum attemperans.* — Viden' quomodo omnia communia sint, et purgare, et radicis virtute frui? Magnum certe detrimentum, nihil posse facere; verum non hic sistitur pœna, sed ulterius procedit. 6. *Mittetur*, inquit, *foras*, non amplius excoletur, *et arescet;* id est, Si quid habuit ex radice, id deponit; si quam gratiam, illa nudatur, et omni inde auxilio et vita spoliatur. Ecquis finis? *In ignem injicietur.* Sed non talis est qui manet in vite. Deinde ostendit quid sit manere, et ait: 7. *Si verba mea in vobis manserint.* Viden' me jure superius dixisse, ipsum operum demonstrationem quærere? Cum dixisset enim, Quodcumque petieritis, faciam, addidit, *Si diligitis me, mandata mea servate;* et hic, *Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petite, et fiet vobis* (*Joan.* 14. 14. 15). Hæc autem dicebat, ostendens illos qui insidiabantur ei, combustum iri; ipsos autem fructum laturos esse. Metu itaque ex his in illos translato, postquam ostendit ipsos inexpugnabiles fore, ait: 8. *In hoc clarificatus est Pater meus, ut efficiamini mei discipuli, et fructum plurimum afferatis.* Hinc fide dignum sermonem proferi. Nam si ad gloriam Patris vergit quod fructus afferatur, non negliget gloriam suam. *Et efficiemini mei discipuli.* Viden' quomodo ille qui fert fructum discipulus sit? Quid significat illud, *In hoc clarificatus est Pater?* Id est, Gaudet, cum vos in me manetis, cum fructum fertis. 9. *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos.* Hic demum humanius loquitur: nam illud, ut ad homines dictum [1], propriam vim habet. Nam qui mori voluit, qui servos, inimicos et hostes tanto dignatus est honore, qui ad cœlum duxit, quantum amoris modum exhibuit? Si ergo vos diligo, confidite. Si Patris est gloria quod fructum feratis, nihil malum suspicemini. Deinde ne supinos redderet, vide quomodo rursus devinciat. *Manete in dilectione mea.* Hoc in vestra est potestate. Quomodo autem hoc erit? 10. *Si præcepta mea servaveritis, sicut et ego præcepta Patris mei servavi.* Rursus humano more sermo procedit. Neque enim legislator præceptis subditus esse debebat. Viden' id quod semper dico, hic etiam exhiberi propter auditorum imbecillitatem? Nam secundum illorum opinionem multa dicit, ac per omnia ostendit, illos in tuto esse, et inimicos illorum pessum ire, atque omnia quæ habent, a Filio habere, et si vitam puram agant, a nullis umquam superatum iri. Animadverte autem cum quanta loquatur ipsis auctoritate. Non dixit enim, Manete in dilectione Patris; sed, *In dilectione mea.* Deinde ne dicerent, Postquam nos omnibus inimicos fecisti, tunc nos relinquis et recedis; ostendit se illos non relinquere, sed ita ipsis copulari, si quidem velint, ut palmitem viti. Rursumque ne nimium fidentes supini evaderent, non immotum fore bonum dicit, si desides fuerint. Hinc ne sibi totum referret,

[1] Morel. legit, *ut ab homine dictum.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὖτα ἀκούοντες ἐθορυβοῦντο, ὡς αὐτίκα μάλα ἀλωσόμενοι, ἄγει εἰς τόπον αὐτοὺς ἕτερον, ἵνα νομίσαντες ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι, μετὰ ἀδείας λοιπὸν ἀκούσωσι. Καὶ γὰρ ἔμελλον μεγάλων ἀκούσεσθαι δογμάτων. Διὰ τοῦτό φησιν· *Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν.* Εἶτα ἐπαγαγών [a] φησιν· [447] *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα.* Τί βούλεται διὰ τῆς παραβολῆς αἰνίττεσθαι; Ὅτι τὸν μὴ προσέχοντα τοῖς λεγομένοις ζῆν οὐκ ἔνι, καὶ ὅτι τὰ μέλλοντα σημεῖα ἀπὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ γίνεται δυνάμεως. *Ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός ἐστι.* Τί οὖν; ἐνεργείας δεῖται ὁ Υἱός; Ἄπαγε· τὸ γὰρ ὑπόδειγμα τοῦτο οὐ τοῦτο δηλοῖ. Ὅρα γοῦν μεθ' ὅσης ἀκριβείας ἐπέρχεται τὴν παραβολήν. Οὐ γὰρ τὴν ῥίζαν ἀπολαύειν τῆς ἐπιμελείας τοῦ γεωργοῦ, ἀλλὰ τὰ κλήματά φησιν. Ἡ ῥίζα δὲ δι' οὐδὲν παρείληπται ἐνταῦθα, ἀλλ' ἵνα μάθωσιν, ὅτι τῆς αὐτοῦ δυνάμεως χωρὶς οὐδὲν ἐργάζεσθαι δύνανται, καὶ ὅτι οὕτως αὐτοὺς ἠνῶσθαι δεῖ τῇ πίστει, ὡς τὸ κλῆμα τῇ ἀμπέλῳ. *Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπόν, αἴρει αὐτὸ ὁ Πατήρ.* Ἐνταῦθα τὸν βίον αἰνίττεται, δεικνὺς, ὅτι χωρὶς ἔργων οὐκ ἔστιν εἶναι ἐν αὐτῷ. *Καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον, καθαίρει αὐτό*, τουτέστι, Πολλῆς ἐπιμελείας ἀπολαύειν ποιεῖ. Καίτοι ἡ ῥίζα δεῖται ἐπιμελείας πρὸ τῶν κλημάτων, περισκαπτομένη, γυμνουμένη· ἀλλ' οὐδὲν ἐνταῦθα περὶ ταύτης φησὶν, ἀλλὰ τὸ πᾶν περὶ κλημάτων· δεικνὺς, ὅτι αὐτὸς μὲν ἑαυτῷ ἀρκεῖ, οἱ δὲ μαθηταὶ δέονται πολλῆς παρὰ τοῦ γεωργοῦ βοηθείας, κἂν σφόδρα ἐνάρετοι ὦσι. Διὰ τοῦτό φησι, *Τὸ καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτό.* Τὸ μὲν γὰρ, ἐπειδὴ ἄκαρπόν ἐστιν, οὐδὲ ἐν τῇ ἀμπέλῳ εἶναι δύναται· τὸ δὲ, ἐπειδὴ καρπὸν φέρει, γονιμώτερον αὐτὸ ἐργάζεται. Τοῦτο δὲ καὶ πρὸς τὰς θλίψεις αὐτῶν εἰρῆσθαι τὰς τότε ἐπαγομένας εἴποι τις ἄν. Τὸ γὰρ, *Καθαίρει αὐτό*, περικόπτει, ἐστὶν, ὅπερ γονιμώτερον ποιεῖ τὸ κλῆμα. Ὅθεν δείκνυται ὅτι οἱ πειρασμοὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἰσχυροτέρους ἐργάζονται. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσι, Περὶ τίνων ταῦτα λέγει; καὶ πάλιν εἰς φροντίδα αὐτοὺς ἐμβάλῃ, φησί· *Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν.* Ὁρᾷς πῶς ἑαυτὸν εἰσάγει ἐπιμελούμενον τῶν κλημάτων; Ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς ἐκάθηρα, φησί. Καίτοι γε ἀνωτέρω δείκνυσι τὸν Πατέρα τοῦτο ποιοῦντα· ἀλλ' οὐδὲν μέσον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Δεῖ δὲ ὑπάρξαι λοιπὸν τὰ παρ' ὑμῶν. Εἶτα ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐχὶ τῆς αὐτῶν δεόμενος διακονίας [b] τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλ' ἵνα προκόπτωσιν, ἐπάγει· *Ὥσπερ τὸ κλῆμα οὐ δύναται ἀφ' ἑαυτοῦ φέρειν καρπόν, οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ μὴ μένητε.* Ἵνα γὰρ μὴ ἀπὸ τῆς δειλίας ἀποσχισθῶσι, χαυνωθεῖσαν αὐτῶν τῷ φόβῳ τὴν ψυχὴν ἐπισφίγγει καὶ ἑαυτῷ συγκολλᾷ, καὶ χρηστὰς ὑποτείνει λοιπὸν ἐλπίδας. Ἡ μὲν γὰρ ῥίζα μένει· τὸ δὲ αἴρεσθαι καὶ ἀφίεσθαι, τῶν κλημάτων ἐστίν. Εἶτα ἐκατέρωθεν παρορμήσας, καὶ ἀπὸ τῶν χρηστῶν καὶ ἀπὸ τῶν λυπηρῶν, τὰ παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖ πρῶτα. *Ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.* Ὁρᾷς καὶ τὴν Υἱὸν οὐκ ἔλαττον συντελοῦντα τοῦ Πατρὸς πρὸς τὴν τῶν μαθητῶν ἐπιμέλειαν; Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ καθαίρει, αὐτὸς δὲ ἐν ἑαυτῷ κατέχει. Τὸ δὲ ἐν τῇ ῥίζῃ μένειν, τοῦτο ποιεῖ καρποφορεῖν τὰ κλήματα. Τὸ μὲν γὰρ μὴ καθαιρόμενον, μένον δὲ ἐν τῇ ῥίζῃ, φέρει καρπὸν, εἰ καὶ μὴ ὅσον προσῆκε· τὸ δὲ μὴ μένον, οὐδ' ὅλως. Ἀλλ' ὅμως [448] καὶ τὸ καθαίρειν τοῦ Υἱοῦ ἐδείχθη ὄν, καὶ τὸ μένειν ἐν τῇ ῥίζῃ, τοῦ Πατρὸς τοῦ καὶ τὴν ῥίζαν γεγεννηκότος.

β'. Εἶδες πῶς κοινὰ πάντα, καὶ τὸ καθᾶραι, καὶ τὸ τῆς δυνάμεως τῆς ἀπὸ τῆς ῥίζης ἀπολαύειν; Μεγάλη μὲν οὖν ζημία καὶ τὸ μηδὲν δύνασθαι ποιεῖν· πλὴν οὐ μέχρι τούτου ἵστησι τὴν κόλασιν, ἀλλὰ περαιτέρω προάγει τὸν λόγον. *Ἐβλήθη γὰρ, φησὶν, ἔξω*, οὐκ ἔτι τῆς γεωργικῆς ἀπολαῦον χειρός· *Καὶ ξηραίνεται*· τουτέστιν, Εἴ τι εἶχε τῆς ῥίζης, ἀποτίθεται· εἰ τινα χάριν, γυμνοῦται ταύτης, καὶ ἐρημοῦται τῆς ἐκεῖθεν βοηθείας καὶ ζωῆς. Καὶ τί τὸ τέλος; *Εἰς τὸ πῦρ βάλλεται.* Ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ὁ μένων παρ' αὐτῷ. Εἶτα δείκνυσι τί ἐστι τὸ μεῖναι, καί φησιν· *Ἐὰν τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ.* Ὁρᾷς, ὅτι καὶ πρὸ τούτου εἰκότως ἔλεγον, ὅτι τὴν διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξιν ζητεῖ; Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Ὃ ἐὰν αἰτήσητε ποιήσω, ἐπήγαγεν· *Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς τηρήσετε*· καὶ ἐνταῦθα, *Ἐὰν μένητε ἐν ἐμοὶ, καὶ τὰ ῥήματά μου ἐν ὑμῖν μείνῃ, ὃ ἐὰν θελήσητε, αἰτήσεσθε, καὶ γενήσεται ὑμῖν.* Ταῦτα δὲ ἔλεγε, δεικνὺς ὅτι οἱ μὲν ἐπιβουλεύοντες αὐτῷ, κατακαήσονται, αὐτοὶ δὲ καρπὸν οἴσουσι. Τὸν φόβον τοίνυν τὸν ἐξ αὐτῶν εἰς ἐκείνους μεταθεὶς, καὶ δείξας ὅτι αὐτοὶ ἀκαταγώνιστοι ἔσονται, φησίν· *Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ Πατήρ μου, ἵνα ὑμεῖς μοι γένησθε μαθηταί, καὶ καρπὸν πολὺν φέρητε.* Ἐντεῦθεν τὸν λόγον ἀξιόπιστον ποιεῖ. Εἰ γὰρ εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς ἀνήκει τὸ καρποφορεῖν, οὐκ ἀμελήσει τῆς δόξης τῆς ἑαυτοῦ. *Καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί.* Ὁρᾷς πῶς ὁ τὸν καρπὸν φέρων, ἐκεῖνός ἐστι μαθητής; Τί δέ ἐστιν, *Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ Πατήρ;* Τουτέστι, χαίρει ὅταν ἐν ἐμοὶ μένητε, ὅταν καρπὸν φέρητε. *Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς.* Ἐνταῦθα λοιπὸν ἀνθρωπινώτερον διαλέγεται· τὸ γὰρ, ὡς πρὸς ἀνθρώπους [c] εἰρημένον, τὴν οἰκείαν ἔχει ἰσχύν. Ὁ γὰρ καὶ ἀποθανεῖν ἑλόμενος, καὶ δούλους ὄντας καὶ ἐχθροὺς καὶ πολεμίους τοσαύτης καταξιώσας τιμῆς, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναγαγὼν [d], πόσον ἐπεδείξατο μέτρον ἀγάπης; Εἰ τοίνυν ἀγαπᾷ ὑμᾶς, θαῤῥεῖτε· εἰ τοῦ Πατρός ἐστι δόξα τὸ καρποφορεῖν, μηδὲν ὑποπτεύετε πονηρόν. Εἶτα ἵνα μὴ ὑπτίους ἐργάσηται, ὅρα πῶς ἐπισφίγγει πάλιν. *Μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ*· τούτου γὰρ ὑμεῖς κύριοι. Πῶς δὲ τοῦτο ἔσται; *Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρῆτε*, φησὶ, *καθὼς ἐγὼ τοῦ Πατρὸς τὰς ἐντολὰς τετήρηκα.* Πάλιν ἀνθρωπίνως ὁ λόγος πρόεισιν. Οὐ γὰρ δήπου ὁ νομοθέτης ὑπὸ ἐντολὰς ἔμελλε κεῖσεσθαι. Ὁρᾷς ὅτι, ὅπερ ἀεὶ λέγω, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα δείκνυται διὰ τὴν τῶν ἀκροωμένων ἀσθένειαν; Πρὸς γὰρ τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν τὰ πολλὰ λέγει, καὶ διὰ πάντων δείκνυσιν ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντας, καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἀπολλυμένους, καὶ ὅτι πᾶν ὅπερ ἔχουσιν, ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ ἔχουσιν, καὶ ὅτι, βίον ἂν ἐπιδείξωνται καθαρὸν, οὐδεὶς αὐτῶν περιέσται ποτέ. Σκόπει δὲ αὐτὸν αὐθεντικώτερον αὐτοῖς διαλεγόμενον. Οὐ γὰρ εἶπε, Μείνατε ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ [449] Πατρὸς, ἀλλ', *Ἐν τῇ ἐμῇ.* Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσιν, ὅτε πᾶσιν ἡμᾶς ἐξεπολέμωσας, τότε ἡμᾶς ἀφίης καὶ ἀναχωρεῖς· δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀφίησιν, ἀλλ' οὕτως αὐτοῖς κεκόλληται, ἐὰν θέλωσιν, ὡς τὸ κλῆμα ἐν τῇ ἀμπέλῳ. Καὶ πάλιν ἵνα μὴ θαῤῥήσαντες, ὕπτιοι γένωνται, οὗ φησιν ἀκίνητον εἶναι τὸ καλὸν, ἐὰν ῥᾳθυμῶσιν. Εἶτα ἵνα μὴ εἰς ἑαυτὸν περιστήσῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ πεσεῖν παρασκευάσῃ μᾶλλον, φησίν· *Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ Πατήρ.* Πανταχοῦ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς δείκνυσιν ἀγάπην πρὸς αὐτούς. Οὐκ ἄρα τὰ Ἰουδαίων δόξα, ἀλλὰ ταῦτα, ἃ ἔμελλον λαμβάνειν. Εἶτα ἵνα μὴ λέγωσιν, Ἐξεπέσομεν τῶν πατρῴων, ἐγκατελείφθημεν [e], γυμνοὶ καὶ ἔρημοι πάντων ἐγενόμεθα· Εἰς ἐμὲ, φησὶ, βλέπετε· ἠγάπημαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ὅμως πάσχω ταῦτα τὰ προκεί-

[a] Morel. ἀπαγαγών. [b] Nonnulli διδασκαλίας.
[c] Morel. πρὸς ἀνθρώπου. [d] Savil. ἀναγαγών. Alii ἀνάγων.
[e] Quidam ἐγκατελείπομεν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μενα. Οὐ τοίνυν οὐδὲ ὑμᾶς διὰ τὸ μὴ ἀγαπᾷν ἐγκαταλιμπάνω νῦν. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἀναιροῦμαι, καὶ οὐ ποιοῦμαι τοῦτο τεκμήριον τοῦ μὴ ἀγαπᾶσθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, οὐδὲ ὑμᾶς θορυβεῖσθαι χρή. Ἂν γὰρ ἐπὶ τῆς ἀγάπης μένητε τῆς ἐμῆς, οὐδὲν ὑμᾶς ταῦτα τὰ δεινὰ παραβλάψαι δυνήσεται εἰς τὸν τῆς ἀγάπης λόγον.

γ'. Ἐπεὶ οὖν μέγα καὶ ἀκαταγώνιστον ἡ ἀγάπη, καὶ οὐκ ἔστι ῥῆμα ψιλὸν, ἐπιδειξώμεθα διὰ τῶν ἔργων αὐτήν. Αὐτὸς ἐχθροὺς ὄντας κατήλλαξεν, ἡμεῖς φίλοι γενόμενοι μείνωμεν· αὐτὸς ἤρξατο, ἡμεῖς κἂν ἀκολουθήσωμεν· αὐτὸς οὐκ εἰς οἰκεῖον κέρδος ἀγαπᾷ (ἀνενδεὴς γάρ ἐστιν), ἡμεῖς κἂν εἰς τὸ συμφέρον ἡμῖν· αὐτὸς ἐχθροὺς ὄντας ἐφίλησεν, ἡμεῖς κἂν φίλον ὄντα ἀγαπήσωμεν· ὡς νῦν γε τὰ ἐναντία ποιοῦμεν. Καθ' ἑκάστην γὰρ ἡμέραν βλασφημεῖται δι' ἡμᾶς ὁ Θεὸς, διὰ τὰς ἁρπαγὰς, διὰ τὰς πλεονεξίας. Καὶ τάχα τις ὑμῶν ἴσως ἐρεῖ· Καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ πλεονεξίας διαλέγῃ. Εἴθε καὶ καθ' ἑκάστην νύκτα ἐνῆν τοῦτο εἰπεῖν! εἴθε καὶ ἐν ἀγορᾷ παρακολουθοῦντα, καὶ ἐπὶ τῆς τραπέζης! εἴθε καὶ γυναῖκας, καὶ φίλους, καὶ παῖδας, καὶ οἰκέτας, καὶ γεωργοὺς, καὶ γείτονας, καὶ αὐτὸ τὸ ἔδαφος, καὶ τοὺς τοίχους ἦν δυνατὸν ταύτην ἀεὶ ῥηγνύναι τὴν φωνὴν, ἵνα κἂν μικρὸν οὕτως ἐνεδώκαμεν! Τὴν γὰρ οἰκουμένην κατέλαβεν ἅπασαν τουτὶ τὸ νόσημα, καὶ τὰς πάντων κατέχει ψυχὰς, καὶ πολλὴ τοῦ μαμωνᾶ ἡ τυραννίς. Ὑπὸ Χριστοῦ ἐλυτρώθημεν, καὶ τῷ χρυσίῳ δουλεύομεν. Ἑτέρου τὴν δεσποτείαν ἀνακηρύττομεν, καὶ ἑτέρῳ πειθόμεθα· καὶ ὅπερ ἂν ἐπιτάξῃ, μετὰ προθυμίας ὑπακούομεν, καὶ γένος, καὶ φιλίαν, καὶ φύσιν, καὶ νόμους, καὶ πάντα ἠγνοήσαμεν δι' ἐκεῖνον. Οὐδεὶς ἀναβλέπει εἰς τὸν οὐρανὸν, οὐδεὶς ἐννοεῖ τὰ μέλλοντα. Ἀλλ' ἔσται καιρὸς, ὅτε οὐδὲ τῶν λόγων τούτων ἔσται κέρδος [a]. Ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ, φησὶ, τίς ἐξομολογήσεταί σοι; Ποθεινὸν τὸ χρυσίον, καὶ πολλὴν παρέχει τὴν τρυφὴν ἡμῖν, καὶ τιμίους εἶναι ποιεῖ· ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὡς ὁ οὐρανός. Τὸν γὰρ πλουτοῦντα καὶ ἀποστρέφονται πολλοὶ καὶ μισοῦσι· τὸν δὲ ἐν ἀρετῇ ζῶντα αἰδοῦνται καὶ τιμῶσιν. Ἀλλὰ καταγελᾶται ὁ πένης, κἂν ἐνάρετος ᾖ, φησίν. Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἀλόγοις· διόπερ οὐδὲ ἐπιστρέφεσθαι χρή. [150] Οὐδὲ γάρ, εἰ κατεμυκῶντο μὲν ὄνοι, καὶ κατέχραγον κολοιοί, οἱ δὲ σοφοὶ πάντες ἐπῄνουν· ἀφέντες τοῦτο τὸ θέατρον, πρὸς τὰς τῶν ἀλόγων κραυγὰς εἴδομεν ἄν. Καὶ γὰρ ὅμοιοι κολοιῶν, καὶ ὄνων χείρους οἱ τὰ παρόντα θαυμάζοντες. Εἶτα ἂν μὲν βασιλεὺς ἐπίγειος θαυμάζῃ, οὐδένα τῶν πολλῶν ποιῇ λόγον, κἂν πάντες καταγελῶσιν· ἂν δὲ ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης σε ἐπαινῇ, κανθάρων καὶ κωνώπων εὐφημίας ἐπιζητεῖς; Τοῦτο γὰρ οὗτοι πρὸς τὸν Θεὸν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο, ἀλλ' εἴ τι τούτων εὐτελέστερον. Μέχρι τίνος ἐν βορβόρῳ στρεφόμεθα; μέχρι τίνος βλᾶκας καὶ γαστριμάργους καθίζομεν ἡμῖν θεατάς; Ἐκεῖνοι τοὺς κυβεύοντας δύνανται δοκιμάζειν καλῶς, τοὺς μεθύοντας, τοὺς τῇ γαστρὶ ζῶντας· ἀρετῆς δὲ καὶ κακίας οὐδὲ ὄναρ φαντάζεσθαι δύνανται. Εἶτα ἐὰν μέν τίς σε σκώπτῃ, ὅτι τοὺς ὀχετοὺς τῶν ἀμαρῶν οὐκ ἐπίστασαι ἕλκειν, οὐδὲν ἡγήσῃ δεινὸν, ἀλλὰ καὶ καταγελάσῃ τοῦ τὴν ἀπειρίαν ταύτην προβαλλομένου· ἀρετὴν δὲ ἀσκεῖν βουλόμενος, τοὺς οὐδὲν ταύτης εἰδότας, δοκιμαστὰς τούτων καθίζεις; Διὰ τοῦτο οὐδέποτε φθάνομεν εἰς τὴν τέχνην ἐκείνην. Οὐ γὰρ τοῖς ἐμπείροις, ἀλλὰ τοῖς ἀμαθέσιν ἐπιτρέπομεν τὰ ἡμέτερα. Ἐκεῖνοι δὲ οὐ κατὰ τὸν τῆς τέχνης λόγον, ἀλλὰ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀμαθίαν δοκιμάζουσι. Διόπερ, παρακαλῶ, καταφρονῶμεν τῶν πολλῶν· μᾶλλον δὲ μηδὲ ἐπαίνων ἐπιθυμῶμεν, μὴ χρημάτων, μὴ πλούτου, μηδὲ κακόν τι νομίζωμεν πενίαν. Καὶ γὰρ φρονήσεως καὶ καρτερίας, καὶ πάσης φιλοσοφίας διδάσκαλος ἡμῖν ἡ πενία. Ἐπεὶ καὶ ὁ Λάζαρος πενίᾳ συνέζη, καὶ ἐστεφανοῦτο· καὶ ὁ Ἰακὼβ ἄρτου μόνου ἐπιτυχεῖν ἐπεθύμει· καὶ ὁ Ἰωσὴφ ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ ἐγεγόνει, καὶ οὐχὶ δοῦλος μόνον ἦν, ἀλλὰ καὶ δεσμώτης, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτὸν θαυμάζομεν. Καὶ οὐχ οὕτως ἐπαινοῦμεν, ὅτε τὸν σῖτον διένεμεν, ὡς ὅτε τὸ δεσμωτήριον ᾤκει· οὐχ ὅτε τὸ διάδημα περιέκειτο, ἀλλ' ὅτε τὴν ἅλυσιν· οὐχ ὅτε ἐπὶ τοῦ θρόνου ἐκαθέζετο, ἀλλ' ὅτε ἐπεβουλεύετο, καὶ ἐπωλεῖτο [b]. Ταῦτα οὖν ἅπαντα ἐννοοῦντες, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν ἀγώνων τούτων πλεκομένους στεφάνους, μὴ πλοῦτον, καὶ τιμὴν, καὶ τρυφὰς [c], καὶ δυναστείαν· ἀλλὰ πενίαν, καὶ ἅλυσιν, καὶ δεσμὰ, καὶ καρτερίαν τὴν ὑπὲρ ἀρετῆς θαυμάζωμεν. Τὸ μὲν γὰρ τέλος ἐκείνων, θορύβων γέμει καὶ ταραχῆς, καὶ τῷ παρόντι συγκεκλήρωται βίῳ· ὁ δὲ τούτων καρπὸς, οὐρανὸς καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθὰ, ἃ μήτε ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσεν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. ἔσται κίρδος, recte. Morel. ἔσται καιρός.

[b] Morel. et quinque mss. ἐπωλεῖτο. Savil. ἐπολεμεῖτο.

[c] Alii καὶ τρυφήν.

[451] ΟΜΙΛΙΑ ΟΖ'.

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς.

α'. Πάντα τὰ ἀγαθὰ τότε ἔχει τὸν μισθὸν, ὅταν εἰς τέλος ἔλθῃ τὸ προσῆκον· ἐὰν δὲ ἐκκοπῇ μεταξὺ, ναυάγιον γίνεται. Καὶ καθάπερ τὸ πλοῖον τὸ μυριαγωγὸν, ἐὰν μὴ φθάσῃ καταντῆσαι πρὸς τοὺς λιμένας, ἀλλ' ἐν μέσῳ βαπτισθῇ τῷ πελάγει, οὐδὲν ἀπώνατο τοῦ πολλοῦ πλοῦ, ἀλλὰ καὶ μείζονα εἰργάσατο τὴν συμφορὰν, ὅσῳ καὶ πλείους ὑπέμεινε πόνους· οὕτω καὶ αἱ πρὸς τὸ τέλος τῶν πόνων ἀναπεσοῦσαι ψυχαὶ καὶ ἐν μέσαις ἐκλυόμεναι τοῖς ἀγῶσι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εἰρήνην ἔλεγε συναντήσεσθαι τοῖς καθ' ὑπομονὴν ἔργων ἀγαθῶν τρέχουσιν· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῶν μαθητῶν ὁ Χριστὸς κατασκευάζει νῦν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεδέξατο αὐτοὺς, καὶ ἔχαιρον ἐπ' αὐτῷ· εἶτα τὸ πάθος παρεμπεσὸν, καὶ τὰ σκυθρωπὰ ῥήματα διακόπτειν ἔμελλε τὴν ἡδονὴν, μετὰ τὸ διαλεχθῆναι ἱκανὰ καὶ παραμυθήσασθαι αὐτοὺς, φησί· *Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ, καὶ ἡ χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ*· τουτέστιν, Ἵνα μὴ ἀποσχισθῆτέ μου, ἵνα μὴ διακόψητε τὸν δρόμον. Ἐχαίρετε ἐν ἐμοὶ, καὶ σφόδρα ἐχαίρετε, ἀλλ' ἐνέπεσεν ἀθυμία. Ταύτην οὖν ἐξαιρῶ, ἵνα πρὸς τὸ τέλος ἔλθῃ ἡ χαρά· δεικνὺς, ὅτι οὐ λύπης ἄξια τὰ παρόντα, ἀλλ' ἡδονῆς. Εἶδον ὑμᾶς σκανδαλισθέντας· οὐ κατεφρόνησα, οὐκ εἶπον· Διατί γὰρ μὴ μένετε γενναῖοι; ἀλλ' ἐλάλησα ὑμῖν τὰ παράκλησιν φέροντα. Οὕτω βούλομαι ὑμᾶς διαπαντὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀγάπης τη-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et ad lapsum majorem deduceret, ait : *In hoc clarificatus est Pater.* Ubique enim et suum et Patris erga illos amorem demonstrat. Non ergo res Judæorum gloria Patris erant, sed ea quæ ipsi erant accepturi. Tum ne dicerent, Ex paternis excidimus, omnibus nudati desertique sumus : In me, inquit, respicite : diligor a Patre, et tamen hæc quæ nunc adsunt, patior. Non ergo vos relinquo nunc, quod vos non diligam. Nam si ego interficior, nec tamen hoc pro indicio habeo me non amari a Patre, neque vos turbari par est. Nam si in dilectione mea maneatis, nihil hæc vobis nocere mala poterunt, quantum ad dilectionem.

3. *Christus per opera diligendus. Contra rapinam et avaritiam. Sub finem Numeri laudatur paupertas.* — Quia igitur magna inexpugnabilisque res est dilectio, nec ea in verbis solum consistit, illam per opera exhibeamus. Ipse nos inimicos sibi reconciliavit; nos amici facti, tales maneamus : ipse cœpit, nos saltem sequamur : ipse non ad proprium sibi lucrum diligit (nullo enim indiget), nos saltem ad utilitatem nostram : ipse nos inimicos dilexit, nos saltem amicum diligamus. At nunc contraria facimus. Quotidie namque propter nos blasphematur Deus, ob rapinas, ob avaritiam. Fortasse vero quispiam vestrum dixerit, Quotidie de avaritia disseris. Utinam singulis quoque noctibus id liceret : utinam et in foro sequi, et ad mensam possem : utinam mulieres, amici, filii, servi, agricolæ, vicini, ipsumque pavimentum et parietes, in hanc possent erumpere vocem, ut paulum remitteremus. Orbem namque totum invasit hic morbus, omniumque detinet animos, magna certe mammonæ tyrannis. A Christo redempti sumus, et auro servimus. Alium dominum prædicamus, et alii obsequimur; et quidquid jusserit diligenter audimus : genus, amicitiam, naturam, leges, et omnia pro illo obliviscimur. Nemo respicit in cælum, nemo futura cogitat. Sed tempus erit, cum nullum erit horum verborum lucrum. Nam *In inferno*, inquit, *quis confitebitur tibi* (*Psal.* 6. 6)? Desiderabile est aurum, multasque nobis profert delicias, et nobis honorem conciliat; sed non tantum quantum cælum. Divitem namque multi oderunt et aversantur; virtute præditum autem reverentur et honorant. At, inquies, pauper deridetur, etiamsi virtute præditus sit. Verum non apud homines, sed apud eos qui ratione præditi non sunt : quare nihil curandum. Neque enim si asini contra nos ruderent, graculique acclamarent, sapientes vero laudarent omnes, hoc misso consessu, ad brutorum clamores nos verteremus. Sunt enim graculis similes et asinis pejores ii qui præsentia admirantur. Certe si terrenus rex te laudet, vulgi multitudinem nihil curabis, etiamsi te omnes derideant : et cum universorum Dominus te laudet, adhuc cantharorum et culicum laudes quæris? Tales enim sunt isti, si cum Deo comparentur; imo his quoque viliores sunt. Quousque in cœno versabimur? quousque parasitos et gulæ deditos spectatores nobis statuemus? Illi aleatores probare possunt, ebriosos, lurcones : virtutem autem et vitium ne in somniis quidem imaginari valent. Certe si quis te deridet quod terræ sulcos ducere nescias, non ægre feres, imo vicissim deridebis eum, qui tibi hujusmodi imperitiam exprobret : cum autem virtutem vis exercere, eos qui illam prorsus ignorant, spectatores tibi constituis? Eapropter numquam pervenimus ad illam artem. Non enim peritis, sed ignaris nostra committimus. Illi vero non secundum artis regulas, sed secundum ignorantiam suam illa explorant. Quapropter, obsecro, multitudinem despiciamus, imo nec laudes desideremus, non pecunias, non divitias : nec malum quid existimemus paupertatem. Nam prudentiæ, patientiæ, omnisque philosophiæ magistra paupertas est. Siquidem Lazarus in paupertate vixit, et coronatus est : Jacob panem solum expetebat : Joseph in extrema paupertate non modo servus, sed etiam captivus erat, ideoque illum magis laudamus; neque ita miramur cum frumentum dispensaret, ut cum in carcere degeret, non ita cum diademate ut cum catena cingebatur; non quando in solio sedebat, sed quando insidiis impetebatur et vendebatur. Hæc itaque omnia cogitantes, necnon coronas his certaminibus paratas, ne divitias, honorem, delicias, potentiam, sed paupertatem, catenas, vincula, patientiam pro virtute susceptam laudemus. Illorum enim finis tumultu ac perturbationibus plenus est, et in hac vita hæc desinunt : horum vero fructus, cælum et cælestia bona, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit : quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXXVII.

Cap. 15. v. 11. *Hæc loquutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis maneat, et gaudium vestrum sit plenum.* 12. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.*

1. Omnia bona tunc mercedem habent, cum debitum finem consequuntur : si intercipiantur, tunc naufragium est. Et sicut navis, innumeris onusta mercibus, nisi ad portum appulerit, sed in medio pelago submergatur, nihil ex longa navigatione lucri refert, sed eo majorem patitur calamitatem, quo plures sustinuit labores : sic animæ quæ ante finem decidunt, si in mediis certaminibus ruant. Ideo Paulus gloriam, honorem et pacem consequi eos dicit, qui secundum bonorum operum patientiam currunt (*Rom.* 2. 7). Quod etiam nunc Christus discipulis innuit. Quia enim illos acceperat, et ea de re illi gavisi erant, deindeque passio, tristiaque verba gaudium intercepturа erant; postquam illos pluribus alloquutus consolatusque fuerat, dicit : *Hæc loquutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis maneat, et gaudium vestrum impleatur*; hoc est, Ne discedatis a me, neve a cursu desistatis. Gavisi estis in me, et admodum gavisi, sed incidit tristitia. Hanc ejicio, ut in fine gaudium veniat; ostendens præsentia non esse luctu digna, sed potius læ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

titia. Vos vidi perturbatos; non contempsi, nec dixi, Cur strenui non manetis? sed loquutus sum ea, quæ vos consolari possent. Sic vos volo semper in hac dilectione servare. Audistis de regno; gavisi estis. Ut itaque gaudium vestrum impleatur, hæc dixi vobis.

Non potest esse dilectio Dei sine dilectione proximi.— Hoc est autem præceptum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Viden' Dei dilectionem cum nostra complicatam, et quasi catena annexam. Ideo aliquando duo dicit præcepta, aliquando unum: neque enim potest qui alteram accepit, alteram non habere. Aliquando dicit: *In hoc lex et prophetæ pendent* (*Matth.* 22. 40); aliquando, *Quæcumque vultis ut faciant vobis homines, et vos eis facite* (*Ibid.* 7. 12). Hæc est enim lex et prophetæ Et, *Plenitudo legis est dilectio* (*Rom.* 13. 10). Quod etiam hic dicit. Nam si *manere* ex dilectione pendet, dilectio autem ex præceptorum observatione, præceptum vero est, ut diligamus invicem; manere in Deo ex dilectione mutua datur. Neque dilectionem solum dicit, sed etiam modum significat: *Sicut dilexi vos.* Rursus ostendit, secessum suum non ex odio, sed ex dilectione oriri. Itaque me magis mirari eam ob causam oportebat. Pro vobis enim animam meam pono. Verum nusquam ita loquitur; sed supra cum optimum pastorem describit; hic vero, cum admonet illos, et dilectionis magnitudinem ostendit, seipsum quis sit declarat. Cur autem ubique dilectionem extollit? Quia hoc est discipulorum indicium, hoc virtutem fovet. Ideo Paulus de illa hæc dicit, utpote verus Christi discipulus, qui illam experiretur. 14. *Vos amici mei estis. Jam non dicam vos servos:* 15. *quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos amici mei estis; quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis.* Cur ergo ait, *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* (*Joan.* 16. 12)? Cum dicit, *Omnia quæ audivi*, nihil aliud vult significari, quam quod nihil alienum loquatur; sed quæ a Patre audivit. Quia vero illud maxime amicitiæ esse videtur, cum arcana dicuntur; hæc quoque, inquit, dignati estis gratia. Cum vero dicit *Omnia*, intelligas ea, quæ audire illos oportebat. Deinde aliud effert non vulgare amicitiæ signum. Quodnam illud? 16. *Non vos me elegistis*, inquit, *sed ego elegi vos.* Ego vestram amicitiam ardens quæsivi. Neque hoc satis habuit, sed, *Posui vos*, inquit, id est, Plantavi, *ut eatis* (adhuc in metaphora vitis persistit), id est, Ut extendamini, *et fructum afferatis, et fructus vester maneat.* Quod si fructus maneat, multo magis vos. Non enim vos amavi tantum, inquit, sed magnis quoque beneficiis affeci, ubique terrarum palmites vestros propagans.

2. Viden' quot modis dilectionem suam ostendat? cum secreta aperit, cum prior ad amicitiam accurrit, cum magna ipsis confert beneficia, et illa quæ passus est pro illis sustinuit. Hinc ostendit se perpetuo mansurum cum illis fructum emissuris. Ipsius enim auxilio ad fructum ferendum opus habent. *Ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.* Atqui ejus a quo petitur est, facere: si vero a Patre petitur, cur Filius id facit? Ut discas non minorem esse Filium. 17. *Hæc loquutus sum vobis, ut diligatis invicem;* id est, Non exprobrans hæc dico, me animam meam ponere, me priorem ad vos accurrisse, sed ut ad amicitiam vos inducam Deinde quia persequutionem a multis pati, et exprobrari durum erat et intolerabile, quod posset etiam sublimem animum dejicere; ideo innumeris præmissis ad hoc venit, postquam animum illorum demulserat, et ex abundanti monstraverat hæc pro illis facta esse, ut et alia quæ jam ostenderat.

Christus discipulos multis modis consolatur. — Sicut enim dixit non modo non dolendum, sed etiam gaudendum, quod iret ad Patrem; non enim ut relinqueret illos hoc se facere dicit, sed quod illos valde amaret: ita et hic ostendit lætandum, non dolendum esse. Et animadverte quo pacto probet illud. Non enim dixit: Scio rem esse molestam, sed propter me illud sustinete, quia propter me patimini. Nondum enim hæc sufficiens consolationis causa fuisset: quapropter missa illa, aliam proponit. Quam? Quod prioris virtutis hoc esset argumentum, et contra dolendum esset, non quod nunc odiosi sitis, sed si diligeremini. Hoc enim subindicat, cum ait: 19. *Si de mundo essetis, mundus quod suum esset diligeret.* Itaque si diligeremini, improbitatis indicium præberetis. Deinde quia his dictis nihil profecerat, iterum prosequitur: 20. *Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur.* Hinc maxime ostendit ipsos imitatores fore. Donec enim Christus in carne fuit, contra ipsum certabatur; postquam autem assumptus est, adversus illos pugnatum est. Hinc quia pauci contra tantum populum concertaturi turbabantur, ipsorum animos erigit dicens, hanc esse maxime lætandi causam, quod ab illis odio haberentur: Ita enim, inquit, mihi passionum consortes eritis. Non ergo vos turbari oportet; non enim me potiores estis; siquidem, ut dixi, *Non est servus major domino suo.* Inde tertia sequitur consolatio: quod Pater una cum ipsis contumelia afficiatur. 21. *Hæc omnia facient vobis*, inquit, *propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me;* hoc est, Illum quoque contumelia afficiunt. Ad hæc illos omni venia indignos pronuntians, aliam affert consolationem his verbis: 22. *Si non venissem, et loquutus fuissem eis, peccatum non haberent;* ostendens ipsos inique in se et in discipulos esse acturos. Cur ergo nos in hæc induxisti mala? annon prævidebas bella et odia? Ideo addit: 23. *Qui me odit, et Patrem meum odit.* Non parvum hinc illis supplicium præmuntiat. Quia enim ubique obtendebant, se propter Patrem Christum persequi, illis omnem auferens defensionem, hæc dixit. Nullam enim habent excusationem: verborum doctrinam ipsis præbui, operibus verba confirmavi secundum Moysis legem, qui hæc facienti et dicenti obtemperare jubet omnes, quando dicta et ad pietatem ducunt, et magnis sunt fulta miraculis. Nec simpliciter miracula dixit, sed qualia nemo alius patravit: cujus rei ipsi testes erant cum dicerent: *Numquam homo sic apparuit in Israel* (*Matth.* 9. 33); et, *A sæculo non est auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati* (*Joan.* 9. 32): item de Lazaro, atque similia

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρεῖν. Ἠκούσατε περὶ βασιλείας· ἐχάρητε. Ἵν' οὖν πληρωθῇ ἡ χαρὰ ὑμῶν, ταῦτα εἶπον ὑμῖν.

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ ἐντολή. Ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς. Ὁρᾷς τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγάπην συμπεπλεγμένην τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ ὥσπερ σειράν τινα συνημμένην; Διὰ τοῦτο ποτὲ μὲν δύο φησὶ τὰς ἐντολάς. ποτὲ δὲ μίαν· οὐ γὰρ ἕνι τῆς προτέρας λαβόμενον, μὴ τὴν ἄλλην ἔχειν. Ποτὲ μὲν γάρ φησιν· *Ἐν τούτῳ ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται·* ποτὲ δὲ, *Ὅσα θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, τὰ αὐτὰ καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς.* Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται. Καὶ, *Πλήρωμα νόμου ἡ ἀγάπη·* ὃ καὶ ἐνταῦθα λέγει Εἰ γὰρ τὸ *μεῖναι* ἀπὸ τῆς ἀγάπης γίνεται, ἡ δὲ ἀγάπη ἀπὸ τῆς τῶν ἐντολῶν τηρήσεως, ἡ δὲ ἐντολή ἐστιν, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους· τὸ μεῖναι ἐν τῷ Θεῷ, ἀπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης γίνεται. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ἀγάπην φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον δηλοῖ· *Καθὼς ἐγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς.* Πάλιν δείκνυσιν, ὅτι οὐχὶ μίσους ἐστὶν αὕτη ἡ ἀναχώρησις, ἀλλὰ ἀγάπης· ὥστε με μᾶλλον ἐχρῆν θαυμάζεσθαι ὑπὲρ τούτου. Ὑπὲρ γὰρ [452] ὑμῶν τὴν ψυχήν μου τίθημι. Ἀλλ' οὐδαμοῦ οὕτω φησὶν αὐτό· ἀλλὰ ἀνωτέρω μὲν, τὸν ἄριστον ὑπογράφων ποιμένα· ἐνταῦθα δὲ, ἐν τῷ παραινεῖν αὐτοὺς καὶ δεικνύναι τῆς ἀγάπης τὸ μέγεθος, καὶ ἑαυτὸν ὅστις ἐστί. Τίνος δὲ ἕνεκεν πανταχοῦ τὴν ἀγάπην ἐπαίρει; Ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ δεῖγμα τῶν μαθητῶν, τοῦτο τὸ συγκροτοῦν τὴν ἀρετήν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος τοσαῦτα περὶ αὐτῆς φησιν, ἅτε μαθητὴς ὢν γνήσιος τοῦ Χριστοῦ, καὶ πεῖραν αὐτῆς λαβών. *Ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ. Οὐκ ἔτι ὑμᾶς λέγω δούλους· ὁ γὰρ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ ὁ κύριος αὐτοῦ. Ὑμεῖς φίλοι μου ἐστέ· πάντα* γὰρ ὅσα *ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν.* Πῶς οὖν λέγει, *Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι;* Οὐδὲν ἄλλο διὰ τοῦ *Πάντα* καὶ τοῦ *ἀκοῦσαι* κατασκευάζει, ἢ ὅτι οὐδὲν ἀλλότριον φθέγγεται, ἀλλ' ἢ τὰ τοῦ Πατρός. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο μάλιστα δοκεῖ φιλίας εἶναι τὸ τὰ ἀπόῤῥητα λέγειν, καὶ ταύτης ἠξιώθητε, φησὶ, τῆς κοινωνίας. *Πάντα* δὲ ὅταν εἴπῃ, ὅσα αὐτοὺς ἀκοῦσαι ἐχρῆν, λέγει. Εἶτα καὶ ἄλλο τεκμήριον, οὐ τὸ τυχὸν, φιλίας τίθησι. Ποῖον δὴ τοῦτο; *Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, φησὶν, ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς·* τουτέστιν, Ἐγὼ τῇ φιλίᾳ ἐπέδραμον τῇ ὑμετέρᾳ. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη· ἀλλὰ καὶ, *Ἔθηκα,* φησὶν, *ὑμᾶς,* τουτέστιν, ἐφύτευσα, *Ἵνα ὑμεῖς ὑπάγητε* (ἔτι τῇ μεταφορᾷ κέχρηται τῆς ἀμπέλου)· τουτέστιν, ἵνα ἐκαθῆτε, *Καὶ καρπὸν φέρητε, καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ.* Εἰ δὲ ὁ καρπὸς μένει, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς. Οὐ γὰρ ἐφίλησα μόνον ὑμᾶς, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα εὐηργέτησα, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκτείνων [a] ὑμῶν τὰ κλήματα.

β'. Ὁρᾷς δι' ὅσων δείκνυσι τὴν ἀγάπην; τῷ τὰ ἀπόῤῥητα εἰπεῖν, τῷ πρώτως ἐπιδραμεῖν τῇ φιλίᾳ, τῷ μεγάλα αὐτοῖς χαρίσασθαι τὰ ἀγαθὰ, τῷ παθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν ἅπερ ἔπασχε τότε. Ἀπὸ δὲ τούτου δείκνυσιν, ὅτι καὶ παραμένει διηνεκῶς αὐτοῖς μέλλουσι διδόναι καρπόν. Ἀνάγκη γὰρ τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας ἀπολαύοντας, οὕτω καὶ καρποφορῆσαι. *Ἵνα ὅ ἐὰν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου, δῷ ὑμῖν.* Καίτοι τοῦ αἰτουμένου ἐστὶ τὸ ποιῆσαι· εἰ δὲ ὁ Πατὴρ αἰτεῖται, πῶς ὁ Υἱὸς ποιεῖ; Ἵνα μάθῃς, ὅτι οὐκ ἐλάττων ὁ Υἱός. *Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους,* τουτέστιν, Οὐκ ὀνειδίζων ταῦτα λέγω, ὅτι τὴν ψυχήν μου τίθημι, ὅτι πρῶτος ὑμῖν ἐπέδραμον, ἀλλ' εἰς φιλίαν ὑμᾶς ἐνάγων. Εἶτα ἐπειδὴ τὸ διώκεσθαι παρὰ τῶν πολλῶν καὶ ὀνειδίζεσθαι χαλεπὸν ἦν καὶ ἀνήκεστον, καὶ ἱκανὸν καὶ τὴν ὑψηλὴν ταπεινῶσαι ψυχὴν, διὰ τοῦτο μυρία προεῖπών, τότε εἰ; τοῦτο καθῆκεν ὁ Χριστός. Προλεάνας γὰρ αὐτῶν τὴν ψυχὴν, οὕτως ἐπὶ ταῦτα ἔρχεται, καὶ αὐτὰ ἐκ περιουσίας δεικνὺς ὑπὲρ αὐτῶν ὄντα, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα ἀπέδειξε.

Καθάπερ γὰρ εἶπεν, ὅτι οὐ μᾶλλον [b] οὐκ ἀλγεῖν, ἀλλὰ καὶ χαίρειν δεῖ, ὅτι ἀπέρχομαι πρὸς τὸν Πατέρα (οὐ γὰρ ἐγκαταλιμπάνων αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα φιλῶν, τοῦτο ποιεῖ)· οὕτω καὶ ἐνταῦθα δείκνυσιν [453], ὅτι χαίρειν, οὐκ ἀλγεῖν δεῖ. Καὶ ὅρα πῶς αὐτὸ κατασκευάζει. Οὐ γὰρ εἶπεν, Οἶδα λυπηρὸν ὂν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ δι' ἐμὲ φέρετε, ἐπειδὴ καὶ δι' ἐμὲ πάσχετε. Οὐδέπω γὰρ αὕτη ἡ πρόφασις ἱκανὴ ἦν παραμυθήσασθαι. Διόπερ αὐτὴν ἀφεὶς, ἑτέραν προτίθησι. Ποίαν δὴ ταύτην; Ὅτι τῆς προτέρας ἀρετῆς τοῦτο τεκμήριον. Καὶ τοὐναντίον ἀλγεῖν ἐχρῆν, οὐχ ὅτι μισεῖσθε νῦν, ἀλλ' εἰ ἐμέλλετε φιλεῖσθαι. Τοῦτο γὰρ αἰνίττεται ἐκ τοῦ λέγειν· *Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει.* Ὥστε εἰ ἐφιλεῖσθε, εὔδηλον ὅτι πονηρίας ἐξεφέρετε δεῖγμα. Εἶτα, ἐπειδὴ τοῦτο προεῖπὼν οὐκ ἐξειργάσατο αὐτὸ, ἐπεξέρχεται πάλιν τῷ λόγῳ· *Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν.* Ἔδειξε ζηλωτὰς αὐτοὺς κατὰ τοῦτο μάλιστα γινομένους. Ἕως μὲν γὰρ ἦν ἐν σαρκὶ ὁ Χριστὸς, πρὸς ἐκεῖνον τὸν πόλεμον εἶχον· ἐπειδὴ δὲ μετέστη, πρὸς αὐτοὺς πάλιν ἦλθεν ἡ μάχη. Εἶτα ἐπειδὴ ὀλίγοι ὄντες ἐθορυβοῦντο δήμου τοσούτου μέλλοντες πόλεμον καταδέχεσθαι, ἀνίστησιν αὐτῶν τὴν ψυχὴν λέγων, ὅτι Τοῦτο μάλιστα χαρᾶς ἔργον ἐστὶ τὸ μισεῖσθαι παρ' αὐτῶν· οὕτω γάρ μοι κοινωνήσετε τῶν παθῶν. Οὐ τοίνυν ὑμᾶς, θορυβεῖσθαι χρή· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐμοῦ κρείττους· ὥσπερ οὖν καὶ προλαβὼν εἶπον, *Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ.* Εἶτα καὶ τρίτη παραμυθία, ὅτι καὶ ὁ Πατὴρ ὑβρίζεται μετ' αὐτῶν. *Ταῦτα γὰρ ἅπαντα ποιήσουσι,* φησὶ, *διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με·* τουτέστι, κἀκεῖνον ὑβρίζουσιν. Πρὸς τούτοις συγγνώμης αὐτοὺς ἀποστερῶν, καὶ τιθεὶς καὶ ἑτέραν παραμυθίαν, φησὶν· *Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον,* δεικνὺς ὅτι ἀδίκως καὶ τὰ εἰς αὐτὸν καὶ τὰ εἰς ἐκείνου; ἐργάσονται. Τί οὖν ἐπὶ τοσαῦτα ἡμᾶς ἤγαγες [c] κακά; οὐχὶ προῆδες τοὺς πολέμους, καὶ τὸ μῖσος; Διὰ τοῦτο πάλιν φησὶν· *Ὁ ἐμὲ μισῶν, καὶ τὸν Πατέρα μου μισεῖ,* οὐ μικρὰν καὶ ἐντεῦθεν αὐτοῖς προαναφωνῶν κόλασιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἄνω καὶ κάτω προσῳασίζοντο, ὅτι διὰ τὸν Πατέρα αὐτὸν ἐδίωκον, ἀναιρῶν αὐτῶν τὴν ἀπολογίαν ταῦτα εἰρηκεν. Οὐ γὰρ ἔχουσι πρόφασιν· τὴν ἀπὸ τῶν λόγων διδασκαλίαν παρεσχόμην, τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων προσέθηκα κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· ὃς τῷ τὰ τοιαῦτα ποιοῦντι καὶ λέγοντι πείθεσθαι ἅπαντας ἐκέλευσεν, ὅταν καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἄγῃ, καὶ θαύματα παρέχῃ μέγιστα. Οὐχ ἁπλῶς δὲ εἶπε σημεῖα, ἀλλὰ ἃ μηδεὶς ἄλλος ἐποίησε. Καὶ τούτων αὐτοὶ μάρτυρες οὕτω λέγοντες· *Οὐδέποτε οὕτως ἐφάνη ἄνθρωπος ἐν τῷ Ἰσραήλ·* καὶ, *Οὐκ ἠκούσθη ἐκ τοῦ αἰῶνος, ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου·* καὶ τὸ κατὰ τὸν Λάζαρον τοιοῦτον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τοιαῦτα, καὶ ὁ τῆς θαυματουργίας τρόπος· καινὰ καὶ παράδοξα ἅπαντα. Τίνος οὖν ἕνεκεν, φησὶ, καὶ σὲ καὶ

[a] Ἐκτείνων deest in quibusdam.

[b] Interpres Arabicus legit οὐ μόνον, melius ut videtur.

[c] Morel. ἤγαγε.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμᾶς διώκουσιν; *Ὅτι ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστέ. Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει.* Προαναμιμνήσκει τῶν ῥημάτων αὐτοὺς, ὧν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς εἶπε τοὺς ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἠθικώτερον, ἵνα μὴ πλήξῃ· ἐνταῦθα δὲ [454] τοὐναντίον, τὸ πᾶν ἀπεκάλυψε. Καὶ πόθεν δῆλον ὅτι διὰ τοῦτο μισούμεθα; Ἀπὸ τῶν εἰς ἐμὲ γινομένων. Τίνος γάρ, εἰπέ μοι, τῶν λεχθέντων ἢ τῶν πραχθέντων ἐπιλαβέσθαι ἔχοντες οὐκ ἐδέξαντό με; Εἶτα ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα ἔκπληκτον ἦν ἡμῖν, εἶπε καὶ τὴν αἰτίαν· τουτέστι, τὴν πονηρίαν τὴν αὐτῶν. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἵσταται, ἀλλὰ καὶ τὸν Προφήτην ἐπάγεται, δεικνὺς αὐτὸν ἄνωθεν προαναφωνοῦντα καὶ λέγοντα, ὅτι *Ἐμίσησάν με δωρεάν*· ὃ καὶ Παῦλος ποιεῖ. Πολλῶν γὰρ θαυμαζόντων πῶς Ἰουδαῖοι οὐκ ἐπίστευσαν, προφήτας ἄγει προλέγοντας ἄνωθεν, καὶ τὴν αἰτίαν δηλοῦντας, ὅτι ἡ πονηρία αὐτῶν καὶ ἡ ἀπόνοια τῆς ἀπιστίας αἰτία. Τί οὖν; εἰ τὸν λόγον σου οὐκ ἐτήρησαν, διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸν ἡμέτερον τηρήσουσιν· εἰ σὲ ἐδίωξαν, διὰ τοῦτο καὶ ἡμᾶς διώξουσιν· εἰ σημεῖα εἶδον, οἷα οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν· εἰ ῥημάτων ἤκουσαν[a] οἷων οὐδείς, καὶ οὐδὲν ἀπώναντο· εἰ τὸν Πατέρα σου μισοῦσι, καὶ σὲ μετ' ἐκείνου· τίνος, φησὶν, ἕνεκεν ἡμᾶς ἐνέβαλες; πῶς ἡμεῖς ἀξιόπιστοι λοιπὸν ἐσόμεθα; τίς δὲ προσέξει τῶν ὁμοφύλων ἡμῖν;

γ'. Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα ἐννοοῦντες θορυβῶνται, ὅρα οἷαν ἐπάγει παράκλησιν. *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. Καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε.* Ἐκεῖνος ἀξιόπιστος ἔσται· Πνεῦμα γὰρ ἀληθείας ἐστί. Διὰ τοῦτο οὐ Πνεῦμα ἅγιον, ἀλλ' *ἀληθείας* αὐτὸ ἐκάλεσε. Τὸ δὲ, *Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*, δηλοῖ ὅτι πάντα οἶδεν ἀκριβῶς, καθάπερ καὶ αὐτός φησι περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι *Οἶδα πόθεν ἔρχομαι, καὶ ποῦ ὑπάγω*· καὶ ἐκεῖ περὶ ἀληθείας διαλεγόμενος. *Ὃν ἐγὼ πέμψω.* Ἰδοὺ οὐκ ἔτι ὁ Πατὴρ μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ Υἱός ἐστιν ὁ πέμπων. Καὶ ὑμεῖς δὲ ἔχετε τὸ ἀξιόπιστον, οἱ σὺν ἐμοὶ γενόμενοι, οἱ μὴ παρ' ἑτέρων ἀκηκοότες. Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἐντεῦθεν διισχυρίζονται, λέγοντες· *Οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ.* Ὅτι δὲ οὐ πρὸς χάριν εἴρηται, ἐπιμαρτυρεῖ τὸ Πνεῦμα τοῖς λεγομένοις. *Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε*· τουτέστιν, ὅταν ἴδητε πολλοὺς ἀπειθοῦντας, καὶ δεινὰ πάσχοντας ὑμᾶς. *Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς.* Ἤδη γὰρ συνέθεντο, ἐάν τις ὁμολογήσῃ τὸν Χριστὸν, ἵνα ἀποσυνάγωγος γένηται. *Ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.* Οὕτω τὸν ὑμέτερον διώξουσι[b] φόνον, ὡς πρᾶγμα εὐσεβὲς, καὶ τῷ Θεῷ ἀρέσκον. Εἶτα τὴν παραμυθίαν ἐπάγει πάλιν· *Καὶ ταῦτα ποιήσουσιν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν Πατέρα, οὐδὲ ἐμέ.* Ἀρκεῖ ὑμῖν εἰς παράκλησιν τὸ δι' ἐμὲ καὶ τὸν Πατέρα ταῦτα πάσχειν. Ἐνταῦθα ἀναμιμνήσκει πάλιν αὐτοὺς μακαρισμοῦ, ὃν ἀρχόμενος ἔλεγε· *Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ταῦτα λελάληκα* [455] *ὑμῖν, ἵνα, ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε τούτων* ὥστε ἀπὸ τούτων· καὶ τὰ λοιπὰ πιστὰ ἡγεῖσθε. Οὐ γὰρ ἔξετε εἰπεῖν, ὅτι κολακεύων ὑμᾶς τὰ πρὸς χάριν ἔλεγον μόνον, οὐχ ὅτι ἀπάτης ἦν τὰ εἰρημένα· οὐ γὰρ ἂν ὁ μέλλων ἀπατᾶν, καὶ ταῦτα προεῖπεν ὑμῖν τὰ ἀποτρέποντα. Διὰ τοῦτο οὖν προεῖπον, ἵνα μὴ ἀπροσδόκητα προσπεσόντα ὑμᾶς διαταράξῃ· καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν, ἵνα μὴ λέγητε, ὅτι οὐ προῄδειν ἐσόμενα ταῦτα. *Μνημονεύετε οὖν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν.* Καὶ γὰρ ἀεὶ περιετίθησαν σχῆμα τῇ διώξει αὐτῶν πονηρὸν, ὡς λυμεῶνας ἐλαύνοντες. Ἀλλ' οὐκ ἐθορύβει τοὺς μαθητὰς τοῦτο, προακούσαντας· καὶ εἰδότας ὑπὲρ ὧν ἔπασχον· ἱκανὴ γὰρ αὐτοὺς ἡ αἰτία τῶν γινομένων ἀναστῆσαι. Διὰ τοῦτο αὐτὴν πανταχοῦ περιστρέφει λέγων· Οὐκ ἔγνωσάν με, καὶ, ὅτι Δι' ἐμὲ ποιήσουσι, καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου, καὶ διὰ τὸν Πατέρα, καὶ, ὅτι Ἐγὼ πρῶτος ἔπαθον, καὶ, ὅτι Οὐκ ἀπὸ δικαίας αἰτίας ταῦτα τολμῶσι.

δ'. Ταῦτα καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς πειρασμοῖς στρέφωμεν, ὅταν παρὰ πονηρῶν τι πάσχωμεν ἀνθρώπων, εἰς τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν ὁρῶντες καὶ τελειωτὴν τῆς πίστεως, καὶ ὅτι παρὰ φαύλων ἀνθρώπων, καὶ ὅτι δι' ἀρετὴν, καὶ ὅτι δι' αὐτόν. Ἂν γὰρ ταῦτα ἐννοῶμεν, ἅπαντα ῥᾴστα ἔσται καὶ φορητά. Εἰ γὰρ ὑπὲρ ἀγαπητῶν τις πάσχων καὶ ἐναβρύνεται· διὰ τὸν Θεὸν ἐάν τις πάθῃ τι, ποίαν λήψεται αἴσθησιν τῶν δεινῶν; Εἰ γὰρ αὐτὸς πρᾶγμα ἐπονείδιστον, τὸν σταυρὸν, δόξαν ἐκάλει δι' ἡμᾶς· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς οὕτω διακεῖσθαι χρή. Εἰ γὰρ παθῶν οὕτω δυνάμεθα καταφρονεῖν, πολλῷ μᾶλλον χρημάτων καὶ πλεονεξίας. Δεῖ τοίνυν, ὅταν τι μέλλωμεν πάσχειν ἀηδές, μὴ τοὺς πόνους, ἀλλὰ καὶ τοὺς στεφάνους ἐννοεῖν. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἔμποροι οὐ τὰ πελάγη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ κέρδη λογίζονται· οὕτω καὶ ἡμᾶς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν ἀναλογίζεσθαι χρή. Κἂν ἡδὺ φανῇ τὸ πλεονεκτεῖν, ἐννόησον ὅτι ὁ Χριστὸς οὐ βούλεται, καὶ ἀηδὲς εὐθέως φανεῖται. Πάλιν ἂν ἐπαχθὲς[c] ᾖ τὸ πένησι διδόναι, μὴ μέχρι τῆς δαπάνης στήσῃς τὸν λογισμὸν, ἀλλ' εὐθέως μετάγαγε τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸν ἀμητὸν ἀπὸ τοῦ σπόρου. Καὶ ὅταν φορτικὸν ᾖ τὸ καταφρονεῖν ἔρωτος γυναικὸς ἀλλοτρίας, λογίζου τὸν ἀπὸ τοῦ πόνου στέφανον, καὶ ῥᾳδίως οἴσεις τὸν πόνον. Εἰ γὰρ ἀνθρώπων φόβος ἀποτρέπει τῶν ἀτόπων πραγμάτων, πολλῷ μᾶλλον ὁ τοῦ Χριστοῦ πόθος.

Σκληρὰ ἡ ἀρετή· ἀλλὰ περιθῶμεν αὐτῇ τῇ ὄψει τῆς τῶν μελλόντων ἐπαγγελίας τὸ μέγεθος. Οἱ μὲν γὰρ ἐνάρετοι, καὶ χωρὶς τούτων αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ὡραίαν ὁρῶσι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴν μετέρχονται, καὶ διὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, οὐκ ἐπὶ μισθῷ[d] ἐργάζονται· καὶ μέγα ἡγοῦνται τὸ σωφρονεῖν, οὐ διὰ τὸ μὴ κολάζεσθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἐπέταξεν. Εἰ δέ τις ἀσθενέστερος, καὶ τὰ βραβεῖα ἐννοείτω. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιῶμεν, καὶ ἐλεῶμεν τοὺς ὁμοφύλους, [456] μὴ δὴ[e] περιορῶμεν ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθειρομένους. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, αὐτοὺς μὲν ἐπὶ τῆς τραπέζης καθέζεσθαι γελῶντας καὶ τρυφῶντας, ἑτέρων δὲ διὰ τοῦ ἀμφόδου παριόντων ἀκούοντας ὀλοφυρομένων, μηδὲ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὴν ὀλολυγὴν, ἀλλὰ καὶ δυσχεραίνειν καὶ ἀπατεῶνα καλεῖν; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; δι' ἄρτον ἕνα τις ἀπάτην πλέκει; Ναὶ, φησίν. Οὐκοῦν ταύτῃ μάλιστα ἐλεεῖσθω· ταύτῃ μάλιστα τῆς ἀνάγκης ἀπαλλαττέσθω. Εἰ δὲ μὴ βούλει δοῦναι, μηδὲ ὑβρίσῃς· εἰ δὲ μὴ βούλει λῦσαι τὸ ναυάγιον, μὴ ὤσῃς εἰς βάραθρον. Ἐννόησον γὰρ ὅταν προσελθόντα ἀπώσῃ τὸν πένητα, τίς ἔσῃ τὸν Θεὸν παρακαλῶν. *ὯΙ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε, φησὶν, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.* Ἐννόησον πῶς συντριβεὶς ἐκεῖνος ἄπεισι, κάτω κεκυφὼς, ὀδυρόμενος, μετὰ τῆς πενίας καὶ τὴν

[a] Morel. ῥήματα ἤκουσαν. [b] Quidam δόξουσι. [c] Verba, ὥστε ἀπὸ τούτων, e Savil. et codd. suppleta sunt. Edit. [d] Sic Savil. Legebatur ἐπὶ μισθῶν. Edit. [e] Morel. πάλιν ἀνεπαχθές, male. [e] Alii μηδέ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

multa proferri possent, necnon miraculorum modus : omnia certe nova, et stupenda. Cur ergo, inquit, et te et nos persequuntur ? *Quia de mundo non estis. Si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret.* Prius in memoriam illis revocat verba, quæ fratribus suis dixerat : sed illic quidem cautius, ne ipsos offenderet; hic vero contra totum revelavit. Et unde liquet nos propterea odio haberi? Ex iis quæ in me facta sunt. Nam quod dictorum gestorumve meorum coarguere potuerunt, ut me non reciperent? Deinde cum res stupenda nobis esset, causam quoque dixit; nempe ipsorum nequitiam. Neque hoc satis habuit, sed etiam prophetam adducit, ostendens illum hæc jam olim prænuntiasse ac dixisse : 25. *Quia odio habuerunt me gratis* (*Psal.* 68. 5). Quod et Paulus facit. Multis enim mirantibus quod Judæi non crediderint, prophetas affert id olim prænuntiantes, et causam proferentes incredulitatis, nempe malitiam et arrogantiam eorum. Quid ergo? si sermonem tuum non servarunt, neque nostrum servabunt : si te persequuti sunt, et nos persequentur : si viderunt signa qualia nullus alius fecit; si verba audierunt non hactenus audita, et nihil profecerunt; si Patrem tuum et te oderunt : cur nos in medios injecisti? quomodo nos fide digni erimus? quis ex contribulibus nos audiet?

3. Ne itaque hæc cogitantes turbarentur, vide quam afferat consolationem. 26. *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* 27. *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Ille fide dignus erit : nam Spiritus veritatis est. Ideo non Spiritum sanctum, sed *Spiritum veritatis* ipsum vocavit. Illud vero, *Qui a Patre procedit*, ostendit ipsum omnia accurate nosse, quod etiam de seipso dicit Christus : *Scio unde venio, et quo vado*, et hic de veritate loquens. *Quem ego mittam.* Ecce non Pater solus, sed etiam Filius mittit. Et vos quoque fide digni eritis, qui mecum fuistis, neque ab aliis audistis. Ipsique apostoli hinc asseverantes loquuntur : *Qui cum eo comedimus et bibimus* (*Act.* 10. 41). Quod autem hæc non ad gratiam dicta sint, testificatur ipse Spiritus. (*Cap.*16.) 1. *Hæc loquutus sum vobis, ut non scandalizemini ;* cum nempe videbitis multos non credentes, et vos gravia patientes. 2. *Extra synagogam facient vos.* Jam enim decreverant, ut si quis Christum confiteretur, extra synagogam ejiceretur. *Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo.* Ita vestram moliuntur [1] necem, ac si rem piam et Deo gratam agerent. Deinde consolationem rursus affert : 3. *Et hæc facient, quia non noverunt Patrem, neque me.* Vobis ad consolationem satis est, quod propter me et propter Patrem hæc patiamini. Hic illis in memoriam revocat beatitudinem illam, quam in principio protulerat : *Beati estis cum vobis exprobraverint, et persequuti vos fuerint, et dixerint omne malum verbum adversum vos mentientes, propter me. Gaudete et exsultate, quia merces vestra multa est in cœlis* (*Matth.* 5. 11. 12). 4. *Hæc loquutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum, reminiscamini* horum, et cætera fide digna habeatis. Neque enim dicere poteritis me adulandi aut gratiæ inundæ causa hæc dixisse, neque fallacia esse verba mea. Nam si quis vos decipere vellet, non hæc prædiceret quæ vos deterrere possent. Ideo ergo prædixi, ne istæc inexspectata vos turbarent : et alia quoque de causa, ne diceretis me hæc futura esse non præscivisse. *Reminiscamini* igitur, *quia ego dixi vobis.* Nam semper Judæi obtentum malum afferebant, cur illos persequerentur, ipsos pellentes quasi perniciosos. Verum hæc discipulos non turbabant, quia hæc futura audierant, et sciebant cur paterentur : quæ causa erat ad erigendos ipsorum animos idonea : illamque ideo ubique versat dicens, Non noverunt me; et, Propter me facient, et propter nomen meum, et propter Patrem (*Joan.* 16. 3. *et* 15. 21); et, Ego primus passus sum; et, Non ex justa causa hæc audent.

4. *In tentationibus unde consolatio sumenda.* — Hæc nos quoque in tentationibus animo versemus, cum ab improbis aliquid patimur; ducem nostrum et fidei perfectorem respiciamus; et quod ab improbis, quod propter virtutem, et propter Christum patimur. Nam si hæc cogitemus, facilia omnia et tolerabilia erunt. Nam si pro dilectis aliquid passus quispiam gloriatur; si quis propter Deum passus fuerit, quem malorum sensum habebit? Si enim Christus rem probrosam, crucem nempe, gloriam propter nos vocabat : multo magis nos hoc affectu esse debemus. Et si cruciatus sic contemnere possumus, multo magis pecunias et avaritiam. Oportet ergo, quando quid grave passuri sumus, non labores solum, sed etiam coronas respicere. Ut enim mercatores non maria solum, sed et lucra cogitant : sic et nos cælum, et eam quæ secundum Deum est fiduciam cogitare oportet. Quod si tibi dulces videantur opes, cogita Christum non id velle, et statim ingratæ tibi videbuntur. Rursum si molestum est pauperibus dare, ne impensam tantum cogites, sed a semente ad messem statim animum transferas. Et si durum tibi videtur abstinere ab amore alienæ uxoris, tecum reputa coronam ex hoc labore partam, et facile laborem feres. Nam si timor hominum a malis facinoribus avertit, quanto magis Christi amor !

Virtutis merces ipsius laborem levat. Eleemosyna commendatur. — Dura virtus est; sed ipsi circumponamus magnas futurorum promissiones. Probi enim ipsam per se virtutem, missis cæteris, speciosam habent, ideoque ipsam colunt, ac propter Dei placitum, non propter mercedem recte agunt : magnamque rem continentiam putant, non ut supplicium vitent, sed quia id Deus præcepit. Si quis vero infirmior sit, is præmia cogitet. Sic circa eleemosynam faciamus, et contribulium nostrorum misereamur : ne fame enectos despiciamus. Quomodo enim non absurdum fuerit, nos ad mensam sedere in risu, in deliciis, dum alios in trivio audimus ejulantes, neque ad ejulantem nos convertere, sed eum moleste ferre, et deceptorem vocare. Quid dicis, o homo? an pro pane uno quis

[1] Quidam habent, *reputabunt*, pro, *moliuntur*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

decipit? Etiam, dices. Ideo ergo magis debet ad commiserationem movere, ideo maxime ex necessitate eruendus est. Si vero dare nolis, saltem ne contumeliam inferas : si nolis ex naufragio eripere, ne impellas in barathrum. Tecum reputa, cum accedentem repellis, quid Deum rogando impetraturus sis. *Qua enim mensura*, inquit, *mensi fueritis, remetietur vobis* (*Matth.* 7. 2). Cogita quomodo ille repulsus abeat, prono capite, lugens, paupertatis simul et contumeliæ vulnus referens. Nam si mendicare maledictum putatis, petentem non accipere, et cum contumeliis discedere, cogita quantam excitet tempestatem. Quousque feris similes erimus, et naturam ipsam per avaritiam ignorabimus? Multi de his ingemiscunt : at volo non nunc tantum, sed semper hanc misericordiam obtinere. Cogita mihi diem illam, qua stabimus ante tribunal Christi : quando misericordiam petemus, et in medium adductos Christus sic alloquetur : Propter panem unum, aut unum obolum, tantam in horum animis excitatis tempestatem; quid dicemus? quam defensionem afferemus? Quod enim ipsos in medium adducturus sit, audi ex ejus verbis : *In quantum non fecistis uni ex his, neque mihi fecistis* (*Matth.* 25. 45). Neque enim illi tunc dicent aliquid ad nos, sed Deus pro illis nos coarguet. Nam Lazarum quidem dives vidit, Lazarusque nihil ei dicit, sed Abraham pro eo loquutus est. Sic et pauperibus eveniet, qui nunc a nobis spernuntur. Non enim manum extendentes videbimus, misero habitu, sed in requie constitutos. Nos autem illorum speciem et habitum induemus : atque utinam solum habitum, nec, quod multo gravius erit, supplicium. Neque enim dives ille de micis saturari cupiebat ibi, sed torrebatur et graviter cruciabatur; et audivit : *Recepisti bona in vita tua, et Lazarus mala* (*Luc.* 16. 25). Ne igitur magnum quidpiam esse divitias existimemus. Hæ namque viaticum ad supplicium nobis erunt, nisi attendamus; ut contra, si attendamus, paupertas additamentum nobis erit deliciarum et quietis. Nam peccata abstergimus si hanc cum gratiarum actione toleremus, et magnam apud Deum acquirimus fiduciam.

5. Ne ergo semper requiem quæramus, ut illic requie fruamur : sed pro virtute labores suscipiamus, superflua resecemus, et nihil amplius quæramus, sed in pauperes omnia nostra effundamus. Quænam nobis erit excusatio, quando ipse nobis cælum promittit, nos autem neque panem ipsi præbemus? cum ipse tibi solem oriri curet (*Matth.* 5. 45), et omne tibi creaturarum ministerium præbeat; tu vero ne vestem quidem des ipsi, neque ipsum tecti consortem facias? Et quid dico solem et creaturam? Corpus tibi suum dedit, et sanguinem pretiosum; tu vero ne potum quidem illi præbes? At semel dedisti? Verum non est hoc misericordia : donec enim habens non dederis, nondum totum implevisti. Nam virgines quæ lampades habebant, oleum quoque habebant, sed non sufficiens. Oportebat, si tua dares, non ita parcum esse : nunc vero cum ea quæ Domini sunt largiris, cur tam tenax es? Vultisne dicam tantæ causam inhumanitatis? Hi qui per avaritiam colligunt, ad eleemosynam sunt pigri : nam qui ita lucrari didicit, expendere nescit. Quomodo enim sic ad rapinam paratus, ad contrarium se converterit? qui aliena rapit, quomodo sua alii dabit? Etenim canis qui carnibus vesci assuevit, non ultra potest gregem custodire : ideo eos qui hujusmodi sunt pastores mactant. Quod ne nos etiam patiamur, a tali cibo abstineamus. Nam hi carnibus vescuntur, qui per famem mortem inducunt. Non vides quomodo omnia communia nobis Deus permisit? Nam si pauperes esse permisit, id in divitum gratiam fecit, ut possent per eleemosynam peccata deponere. Tu vero hac in re crudelis et inhumanus es. Unde liquet te, si in majoribus hanc haberes potestatem, innumeras admissurum cædes, et lucem vitamque omnibus interclusurum fuisse. Quod ne fieret, insatiabilitati tali viam præcidit. Quod si hæc audientes ægre fertis, multo magis ego, qui hæc videam. Quousque tu dives, ille pauper erit? Usque ad vesperam : ulterius non licet. Adeo enim brevis est vita, et omnia jam in januis sunt, ut brevis hora omnia existimanda sint. Quid tibi opus est redundante penu, quid servorum et dispensatorum grege? cur non potius tibi mille eleemosynæ præcones comparas? Penus nullam emittit vocem, sed fures multos allicit : penus vero pauperum ad Deum ipsum ascendit, præsentem vitam reddit suavem, omniaque solvet peccata, ac gloriam apud Deum, honorem apud homines afferet. Cur ergo tibi tot bona invides? Tibi enim longe magis quam pauperibus beneficium præstas : illis namque præsentia largiris; tibi vero futuram gloriam et fiduciam apparas : quam nos omnes utinam assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

HOMILIA LXXVIII.

CAP. 16. v. 5. *Hæc autem ab initio vobis non dixi, quia vobiscum eram. Nunc autem vado ad eum qui misit me, et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis?* 6. *Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.*

1. *Tristitia quæ bona sit.* — Magna tristitiæ vis, et multa nobis opus est fortitudine, ut huic animi morbo generose resistamus; et hinc parta utilitate, quod superfluum in illa est, relinquamus : aliquid enim utilitatis habet. Nam cum peccamus vel nos vel alii, tunc solum tristitia bonum est : cum autem in humanas incidimus calamitates, inutilis tristitia est. Quia ergo discipulos nondum perfectos hæc oppugnabat, vide quomodo Christus illos etiam increpatione adhibita corrigat. Nam qui millies illum antea interrogaverant, ut cum Petrus diceret, *Quo vadis?* et Thomas, *Nescimus quo vadis : et quomodo possumus viam scire* (*Joan.* 13. 36. *et* 14. 5)? et Philippus, *Ostende nobis*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀπὸ τῆς ὕδρεως πληγὴν λαβών. Εἰ γὰρ τὸ ἐπαιτεῖν κατάραν ὑμεῖς τίθεσθε, τὸ αἰτοῦντα μὴ λαβεῖν, καὶ ὑβρισθέντα ἀπελθεῖν, σκόπει πόσον χειμῶνα ἐργάζεται. Μέχρι τίνος τοῖς θηρίοις ἐοίκαμεν, καὶ τὴν φύσιν αὐτὴν διὰ τὴν πλεονεξίαν ἀγνοοῦμεν; Πολλοὶ στενάζουσιν ἐπὶ τούτοις· ἀλλ' οὐ βούλομαι νῦν, ἀλλὰ διαπαντὸς τοῦτον ἔχειν τὸν ἔλεον. Ἐννόησόν μοι τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν παραστῶμεν τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ· ὅταν παρακαλῶμεν ἐλεηθῆναι, καὶ εἰς μέσον αὐτοὺς ἀγαγὼν ὁ Χριστὸς λέγῃ πρὸς ἡμᾶς, ὅτι Δι' ἄρτον ἕνα καὶ ὀβολὸν ἕνα, τοσοῦτον ταῖς ψυχαῖς ταύταις ἐνειργάσασθε κλυδώνιον· τί ἐροῦμεν; τί δὲ ἀπολογησόμεθα; Ὅτι γὰρ καὶ εἰς μέσον αὐτοὺς ἄξει, ἄκουσον τί φησιν· *Ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι λοιπὸν ἐροῦσί τι πρὸς ἡμᾶς[a], ἀλλ' ὁ Θεὸς ὑπὲρ αὐτῶν ἡμῶν καθάψεται. Ἐπεὶ καὶ τὸν Λάζαρον ὁ πλούσιος εἶδε· καὶ ὁ μὲν Λάζαρος οὐδὲν πρὸς αὐτὸν εἶπεν, ὁ δὲ Ἀβραὰμ τὸν ὑπὲρ ἐκείνου λόγον ἐποιήσατο. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πενήτων ἔσται τῶν νῦν παρ' ἡμῶν καταφρονουμένων. Οὐ γὰρ χεῖρας αὐτοὺς προτείνοντας ὀψόμεθα ἐλεεινῷ σχήματι, ἀλλ' ἐν ἀναπαύσει ὄντας· ἡμεῖς δὲ τὸ ἐκείνων ληψόμεθα σχῆμα· καὶ εἴθε τὸ σχῆμα μόνον, καὶ μὴ τὸ πολλῷ χαλεπώτερον, τιμωρίαν! Οὐδὲ γὰρ ὁ πλούσιος ψιχίων ἐπεθύμει χορτασθῆναι ἐκεῖ· ἀλλ' ἀπετηγανίζετο καὶ ἐκολάζετο χαλεπῶς, καὶ ἤκουσεν, ὅτι *Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά.* Μὴ τοίνυν μέγα τι τὸν πλοῦτον νομίζωμεν. Οὗτος γὰρ ἐφόδιον ἡμῖν ἔσται κολάσεως, ἐὰν μὴ προσέχωμεν· ὥσπερ οὖν ἐὰν προσέχωμεν, καὶ ἡ πενία προσθήκη γίνεται καὶ τρυφῆς καὶ ἀναπαύσεως ἡμῖν. Καὶ γὰρ καὶ ἁμαρτήματα ἀποτιθέμεθα, ἂν εὐχαρίστως ταύτην φέρωμεν, καὶ πολλὴν παρὰ τῷ Θεῷ κτώμεθα τὴν παῤῥησίαν.

ε'. Μὴ τοίνυν ἀεὶ τὴν ἄδειαν ζητῶμεν, ἵνα ἀδείας ἀπολαύσωμεν ἐκεῖ· ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς δεξώμεθα πόνους, καὶ τὰ περιττὰ περικόπτωμεν, καὶ μηδὲν πλέον ἐπιζητῶμεν, ἀλλ' εἰς τοὺς δεομένους τὰ ὄντα πάντα ἀναλίσκωμεν. Τίνα γὰρ ἕξομεν ἀπολογίαν, [457] ὅταν αὐτὸς μὲν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν ἐπαγγέλληται, ἡμεῖς δὲ μηδὲ ἄρτον αὐτῷ παρέχωμεν; ὅταν αὐτὸς μέν σοι τὸν ἥλιον ἀνατέλλῃ, καὶ πᾶσαν τῆς κτίσεως παρέχῃ τὴν διακονίαν· σὺ δὲ οὐδὲ ἱμάτιον αὐτῷ δίδως; οὐδὲ στέγης κοινωνεῖν ποιεῖς; Καὶ τί λέγω ἥλιον καὶ κτίσιν; Τὸ σῶμά σοι παρέθηκε, τὸ αἷμα τὸ τίμιον ἔδωκε· σὺ δὲ οὐδὲ ποτηρίου μεταδίδως; Ἀλλ' ἔδωκας ἅπαξ; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἔλεος· ἕως γὰρ ἂν ἔχων μὴ ἐπαρκῇς, οὐδέπω τὸ πᾶν ἐπλήρωσας. Ἐπεὶ καὶ αἱ παρθένοι τὰς λαμπάδας ἔχουσαι, εἶχον ἔλαιον, ἀλλ' οὐ δαψιλές. Ἐχρῆν μὲν οὖν, εἰ καὶ ἀπὸ τῶν σαυτοῦ παρεῖχες, μηδὲ οὕτως εἶναι φειδωλός· νῦν δὲ τὰ τοῦ Δεσπότου διδοὺς, τίνος ἕνεκεν μικρολογῇ; Εἶπω βούλεσθε τὴν αἰτίαν ταύτης τῆς ἀπανθρωπίας; Ἀπὸ πλεονεξίας συνάγουσι τὰ ὄντα, καὶ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην εἰσὶν ὀκνηροὶ οὗτοι· ὁ γὰρ οὕτω μαθὼν κερδαίνειν, ἀναλίσκειν οὐκ οἶδε. Πῶς γὰρ ἄν τις παρεσκευασμένος εἰς ἁρπαγὴν, πρὸς τὸ ἐναντίον ἑαυτὸν ῥυθμίσειεν; ὁ γὰρ τὰ παρ' ἑτέρων λαμβάνων, πῶς δυνήσεται τὰ ἑαυτοῦ προέσθαι ἑτέρῳ; Καὶ γὰρ κύων μελετήσας σαρκῶν ἀπογεύεσθαι, φυλάττειν οὐκέτι δύναται τὴν ἀγέλην· διὰ τοῦτο τοὺς τοιούτους καὶ ἀναιροῦσιν οἱ ποιμένες. Ὅπερ ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς πάσχωμεν, ἀποσχώμεθα τῆς τοιαύτης θοίνης. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι σαρκῶν ἀπογεύονται, οἱ τὸν διὰ λιμοῦ θάνατον ἐπεισάγοντες. Οὐχ ὁρᾷς πῶς πάντα κοινὰ ἡμῖν ἀνῆκεν ὁ Θεός; Εἰ γὰρ ἐν χρήμασιν εἶασε πένεσθαι, καὶ αὐτὸ τῆς τῶν πλουτούντων ἕνεκα παραμυθίας, ἵνα ἔχωσι διὰ τῆς εἰς ἐκείνους ἐλεημοσύνης ἀποδύεσθαι τὰ ἁμαρτήματα. Σὺ δὲ καὶ ἐν τούτῳ ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος γέγονας. Ὅθεν δῆλον ὅτι εἰ καὶ ἐν τοῖς μείζοσι ταύτην ἔλαβες τὴν ἐξουσίαν, μυρίους ἂν εἰργάσω φόνους, καὶ τὸ φῶς καὶ τὴν ζωὴν ἅπασαν ἀπέκλεισας. Ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἀνάγκη τὴν ἐν ἐκείνοις ἀπληστίαν διέκοψεν. Εἰ δὲ ἀλγεῖτε ταῦτα ἀκούοντες, πολλῷ μᾶλλον ἐγὼ ταῦτα γινόμενα ὁρῶν. Μέχρι πότε σὺ πλούσιος[b], κἀκεῖνος πένης; Μέχρι τῆς ἑσπέρας, περαιτέρω δὲ οὐκ ἔτι. Οὕτω γὰρ βραχὺς ὁ βίος, καὶ πάντα[c] ἐπὶ θύραις ἕστηκε λοιπὸν, ὡς ὥραν βραχεῖαν τὸ πᾶν εἶναι νομίζεσθαι. Τί σοι δεῖ ταμιείων ἐρευγομένων, καὶ πλήθους οἰκετῶν καὶ οἰκονόμων; διατί μὴ μυρίους ἔχεις κήρυκας τῆς ἐλεημοσύνης; Τὸ μὲν γὰρ ταμιεῖον οὐδεμίαν ἀφίησιν φωνὴν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἐπισπάσεται λῃστάς· τὰ δὲ τῶν πενήτων ταμιεῖα πρὸς αὐτὸν ἀναβήσεται τὸν Θεὸν, καὶ ἡδὺν τὸν παρόντα ἐργάσεται βίον, καὶ πάντα λύσει τὰ ἁμαρτήματα, καὶ δόξαν παρὰ Θεῷ, καὶ τιμὴν παρὰ ἀνθρώποις οἴσει. Τί τοίνυν φθονεῖς σεαυτῷ τοσούτων ἀγαθῶν; Οὐ γὰρ ἐκείνους, ἀλλὰ σαυτὸν εὐποιήσεις μειζόνως, ἐκείνους εὐεργετῶν. Τοῖς μὲν γὰρ τὰ παρόντα ἐπανορθώσεις, σαυτῷ δὲ τὴν μέλλουσαν δόξαν καὶ παῤῥησίαν προαποθήσῃ· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[a] Sic Savil. Legebatur ἐροῦσι, Τί πρὸς ἡμᾶς; Edit.

[b] Quidam πότε πλούσιος. [c] Plenius Savil. ὁ βίος, καὶ πάντα ἐν ἐσχάτοις, καὶ πάντα.

[458] ΟΜΙΛΙΑ ΟΗ'.

Ταῦτα δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με. καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, Ποῦ ὑπάγεις; Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.

α'. Μεγάλη τῆς ἀθυμίας ἡ τυραννὶς, καὶ πολλῆς ἡμῖν τῆς ἀνδρείας δεῖ, ὥστε στῆναι πρὸς τοῦτο τὸ πάθος γενναίως, καὶ τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτοῦ καρπουμένους, τὸ περισσὸν ἐᾷν· ἔχει γάρ τι καὶ χρήσιμον. Ὅταν μὲν γὰρ ἁμαρτάνωμεν ἡμεῖς ἢ ἕτεροι, τότε μόνον λυπεῖσθαι καλόν· ὅταν δὲ ἀνθρωπίναις περιστάσεσιν ἐμπέσωμεν, ἄχρηστος λοιπὸν τῆς ἀθυμίας ἡ χρῆσις. Ἐπεὶ οὖν καὶ τοὺς μαθητὰς οὐδέπω τελείους ὄντας αὕτη κατεπάλαισεν, ὅρα πῶς αὐτοὺς διορθοῦται διὰ τῆς ἐπιπλήξεως. Οἱ γὰρ μυρία πρὸ τούτου αὐτὸν[a] ἐρωτῶντες (καὶ γὰρ ὁ Πέτρος ἔλεγε, *Ποῦ ὑπάγεις;* καὶ ὁ Θωμᾶς δὲ, *Οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις, καὶ πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι;* καὶ ὁ Φίλιππος, *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου*), οὗτοι νῦν ἀκούσαντες ὅτι *Ἀποσυναγώγους ποιήσουσι*, καὶ ὅτι Μισήσουσιν ὑμᾶς, καὶ, ὅτι *Ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς, δόξει λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ*, οὕτω κατέπεσον, ὡς ἀφασίᾳ κατασχεθῆναι λοιπὸν, καὶ μηδὲν αὐτῷ διαλέγεσθαι. Ὅπερ οὖν αὐτοῖς ὀνειδίζων ἔλεγε· *Ταῦτα ἐξ*

[a] Quidam omittunt αὐτόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. *Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, Ποῦ ὑπάγεις; Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.* Δεινὸν γὰρ ἡ ταύτης ἀμετρία, δεινὸν, καὶ θανάτου κατασκευαστικόν. Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Ταῦτα δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν*, φησί. Τίνος δὲ ἕνεκεν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπεν; Ἵνα μή τις λέγῃ, ὅτι ἀπὸ τῶν πολλάκις συμβάντων στοχαζόμενος ἔλεγε. Καὶ τί δήποτε πράγματι ἐπιχειρεῖ τοσαύτην ἔχοντι δυσκολίαν; Ἤδειν μὲν, φησὶν, αὐτὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς, καὶ οὐ διὰ τὸ μὴ εἰδέναι οὐκ ἔλεγον· ἀλλ' *Ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην.* Καὶ τοῦτο ἀνθρωπίνως; πάλιν· ὡσανεὶ ἔλεγεν, Ὅτι ἐν ἀσφαλείᾳ ἦτε, καὶ ἐξὸν ἦν ἐρωτᾷν ὅτε [a] ἐβούλεσθε, καὶ ἐπ' ἐμὲ ὁ πόλεμος ἅπας ἀνερρίπιζετο, καὶ περιττὸν ἦν εἰπεῖν ταῦτα ἐξ ἀρχῆς. Ἆρ' οὖν τοῦτο οὐκ εἶπεν; οὐχὶ τοὺς δώδεκα καλέσας ἔλεγεν· *Ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε, καὶ μαστιγώσουσιν ὑμᾶς ἐν ταῖς συναγωγαῖς*; πῶς οὖν φησιν, ὅτι *Ἀπ' ἀρχῆς οὐκ εἶπον*; Ὅτι μάστιγας καὶ ἀπαγωγὰς προανεφώνησεν, οὐ μὴν ὅτι οὕτω δόξει ὁ θάνατος αὐτῶν εἶναι περισπούδαστος, ὡς καὶ λατρείαν τὸ πρᾶγμα νομίζεσθαι. Τοῦτο γὰρ πάντων μᾶλλον ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς καταπλῆξαι, εἴ γε ἔμελλον ὡς ἀσεβεῖς καὶ λυμεῶνες κριθήσεσθαι. Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐκεῖ μὲν ἃ παρὰ τῶν ἐθνῶν ἔμελλον πάσχειν εἶπεν, ἐνταῦθα δὲ [459] καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ προσέθηκε μετὰ πλείονος τῆς ὑπερβολῆς, καὶ ὅτι ἐπὶ θύραις ἐστὶν ἐδίδαξε. *Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν λέγει· Ποῦ ὑπάγεις; Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.* Οὐ μικρὰ καὶ αὕτη παραμυθία τὸ μαθεῖν αὐτοὺς, ὅτι ἤδει τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπερβολήν. Ὑπὸ γὰρ τῆς ἀγωνίας; τῆς διὰ τὴν ἐρημίαν τὴν αὐτοῦ, καὶ τοῦ τὰ μέλλοντα ἐκδέχεσθαι αὐτοὺς δεινὰ (οὐδὲ γὰρ ἤδεσαν εἰ δυνήσονται ἀνδρείως; ἐνεγκεῖν) ἐξέστησαν. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ μετὰ ταῦτα εἶπεν αὐτοῖς, ὅτε τοῦ Πνεύματος κατηξιώθησαν; Ἵνα μάθῃς, ὅτι σφόδρα ἦσαν ἐνάρετοι. Εἰ γὰρ μηδέπω Πνεύματος καταξιωθέντες οὐκ ἀπεπήδησαν, τῇ λύπῃ καταχωσθέντες, ἐννόησον τίνες ἔμελλον ἔσεσθαι τῆς χάριτος ἀπολαύσαντες. Εἰ γὰρ τότε ἀκούσαντες ἤνεγκαν, τῷ Πνεύματι ἂν τὸ πᾶν ἐλογισάμεθα· νῦν δὲ ὁλόκληρος τῆς διανοίας αὐτῶν ἐστιν ὁ καρπὸς, καὶ σαφὴς τοῦ πόθου τοῦ περὶ τὸν Χριστὸν ἀπόδειξις, γυμνὴν ἔτι τὴν διάνοιαν βασανίζοντος. *Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λέγω.* Ὅρα πῶς παραμυθεῖται αὐτοὺς πάλιν. Οὐ γὰρ τὰ πρὸς χάριν λέγω, φησὶν, ἀλλὰ, κἂν μυριάκις λυπῆσθε, τὸ συμφέρον ἀκοῦσαι δεῖ. Ὑμῖν μὲν γὰρ κατὰ γνώμην ἐστὶν ἐμὲ παρεῖναι· τὸ δὲ συμφέρον ἕτερον. Κτδομένου δέ ἐστι, τὸ μὴ ἐπὶ τοῖς συμφέρουσι τῶν γνωρίμων φείδεσθαι καὶ ἀπάγειν τοῦ λυσιτελοῦντος αὐτούς. *Ἐὰν* γὰρ *ἐγὼ μὴ ἀπέλθω*, φησὶν, *ὁ Παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ.* Τί λέγουσιν ἐνταῦθα οἱ τὴν προσήκουσαν περὶ τοῦ Πνεύματος οὐκ ἔχοντες δόξαν; συμφέρει Δεσπότην ἀπελθεῖν, καὶ δοῦλον παραγενέσθαι; Ὁρᾷς πῶς πολλὴ τοῦ Πνεύματος ἡ ἀξία; *Ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς.* Καὶ τί τὸ κέρδος; Ἐκεῖνος ἐλθὼν, ἐλέγξει τὸν κόσμον· τουτέστιν, Οὐκ ἀτιμωρητὶ ταῦτα πράξουσιν, ἂν ἐκεῖνος ἔλθῃ. Ἱκανὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἤδη γεγενημένα ἐπιστομίσαι αὐτούς· ὅταν δὲ καὶ δι' ἐκείνου ταῦτα γίνηται, καὶ διδάγματα τελειότερα καὶ σημεῖα μείζονα, πολλῷ μᾶλλον κατακριθήσονται, ὁρῶντες τοσαῦτα ἐν τῷ ὀνόματί μου γινόμενα· ὅπερ σαφεστέραν ποιεῖ τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν. Νῦν μὲν γὰρ δύνανται λέγειν, ὅτι ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα· ὅταν δὲ ἴδωσι θάνατον λυόμενον κακίαν ἐκβαλλομένην, χωλείαν φύσεως διορθουμένην, δαίμονας ἐλαυνομένους, Πνεύματος χορηγίαν ἄφατον, καὶ ταῦτα πάντα ἐμοῦ καλουμένου γινόμενα, τί ἐροῦσιν; Ἐμαρτύρησε γὰρ περὶ ἐμοῦ καὶ ὁ Πατήρ· μαρτυρήσει δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα. Καίτοι καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν [b] ἐμαρτύρησεν· ἀλλὰ καὶ νῦν τοῦτο ποιήσει.

β'. Τὸ δὲ, *Ἐλέγξει περὶ ἁμαρτίας*, τοῦτ' ἔστι, Πᾶσαν ἀπολογίαν αὐτῶν ἐκκόψει, καὶ δείξει πεπλημμεληκότας ἀσύγγνωστα. *Καὶ περὶ δικαιοσύνης, ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με*· τουτέστιν, Ὅτι ἄληπτον [c] παρεσχόμην βίον. Καὶ τοῦτο τεκμήριον, τὸ πρὸς τὸν Πατέρα πορεύεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτῷ ἀεὶ τοῦτο ἐνεκάλουν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἁμαρτωλὸν αὐτὸν ἔλεγον καὶ παράνομον, φησὶν, ὅτι καὶ ταύτην ἀναιρήσει τὴν πρόφασιν. Εἰ γὰρ τὸ νομίζεσθαι ἐμὲ μὴ εἶναι ἐκ τοῦ [460] Θεοῦ, τοῦτο παράνομον δείκνυσιν· ὅταν δείξῃ τὸ Πνεῦμα ἐκεῖ με ἀπελθόντα, καὶ οὐ πρὸς ὥραν, ἀλλὰ μένοντα ἐκεῖ (τὸ γάρ, *Οὐκέτι θεωρεῖτέ με*, τοῦτό ἐστι δηλοῦντος)· τί ἐροῦσι λοιπόν; Ὅρα διὰ δύο τούτων ἀναιρουμένην τὴν πονηρὰν ὑποψίαν. Οὔτε γὰρ τὸ σημεῖα ποιεῖν ἁμαρτωλοῦ (οὐ γὰρ δύναται ἁμαρτωλὸς σημεῖα ποιεῖν), οὔτε τὸ παρὰ Θεῷ εἶναι διαπαντὸς ἁμαρτωλοῦ. Ὥστε οὐκ ἔτι δύνασθε [d] λέγειν, ὅτι Οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ. *Περὶ δὲ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται.* Πάλιν ἐνταῦθα τὸν περὶ δικαιοσύνης ἀνακινεῖ λόγον, ὅτι κατεπάλαισε τὸν ἀντίδικον. Οὐκ ἂν δὲ ἁμαρτωλὸς ὢν κατεπάλαισεν· ὅπερ οὐδὲ δίκαιός τις ἀνθρώπων ποιῆσαι ἴσχυσεν. Ὅτι γὰρ κατακέκριται δι' ἐμὲ, εἴσονται οἱ καταπατοῦντες αὐτὸν ὕστερον, καὶ τὴν ἀνάστασίν μου σαφῶς εἰδότες, ὅπερ κατακρίνοντός ἐστιν. Οὐ γὰρ ἴσχυσέ με κατασχεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἔλεγον, ὅτι δαιμόνιον ἔχω, καὶ ὅτι πλάνος εἰμὶ, καὶ ταῦτα μετὰ ταῦτα δειχθήσεται ἕωλα ὄντα. Οὐ γὰρ ἂν αὐτὸν εἶλον, εἴ γε ἁμαρτίᾳ ὑπεύθυνος ἦμην· νυνὶ δὲ κατακέκριται καὶ ἐκβέβληται. *Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.* Οὐκοῦν συμφέρει ἐμὲ ἀπελθεῖν, εἴ γε τότε μέλλετε βαστάζειν, ὅταν ἀπέλθω. Καὶ τί γέγονεν; Μεῖζόν σου τὸ Πνεῦμά ἐστιν, ὅτι νῦν μὲν οὐ βαστάζομεν, ἐκεῖνο δὲ ἡμᾶς βαστάζειν παρασκευάσει; μείζων ἡ ἐκείνου ἐνέργεια καὶ τελειοτέρα; Οὐ τοῦτο· καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ ἐμὰ ἐρεῖ. Διὰ τοῦτό φησι· *Ἀφ' ἑαυτοῦ λαλήσει οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἐκεῖνος ὑμᾶς διδάξει καὶ ἀναμνήσει, καὶ ἐν ταῖς θλίψεσιν ὑμᾶς παραμυθήσεται, ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἐποίησε, καὶ ὅτι *Συμφέρει ἐμὲ ἀπελθεῖν*, κἀκεῖνον ἐλθεῖν, καὶ, Νῦν μὲν οὐ δύνασθε βαστάζειν, τότε δὲ δυνήσεσθε, καὶ ὅτι Ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· ἵνα μὴ ταῦτα ἀκούοντες, μεῖζον τὸ Πνεῦμα νομίσωσι, καὶ εἰς ἀσεβείας ὑπόθεσιν ἐσχάτην ἐμπέσωσι, διὰ τοῦτό φησιν, *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται*· τουτέστιν, *Ἅπερ* ἂν εἶπον ἐγὼ, ταῦτα κἀκεῖνος ἐρεῖ. Ὅταν δὲ εἴπῃ, *Οὐδὲν ἀφ' ἑαυτοῦ λαλήσει*, οὐδὲν ἐναντίον, οὐδὲν ἴδιον παρὰ τὰ ἐμά φησιν. Ὥσπερ οὖν περὶ ἑαυτοῦ

[a] Alii ἐρωτᾷν ὅτι.

[b] Alii καίτοι τὴν ἀρχήν. [c] Suspicatur Savilius legendum ἀνεπίληπτον. Sed ἄληπτον legitur in omnibus exemplaribus. Ibidem unus habet secunda manu καὶ τοῦτου τεκμήριον, forte melius. [d] Morel. δύναται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Patrem tuum (*Joan.* 14. 8) : hi nunc audientes, *Extra synagogam facient vos;* et, Odio habebunt; et, *Qui interficiet vos., arbitrabitur se obsequium præstare Deo* (*Ibid.* 15. 19. *et* 16. 2); ita animo conciderunt, ut ne mutire quidem possent vel loqui. Quod exprobrans eis dicebat : *Hæc ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram. Nunc autem vado ad eum, qui me misit; et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Nimia quippe tristitia gravis est; gravis, inquam, et ad mortem viam parat. Ideo Paulus dicebat : *Ne abundantiore tristitia absorbeatur ille. Hæc autem ab initio vobis non dixi* (2. *Cor.* 2. 7), inquit. Cur ab initio non dixit? Ne quis diceret eum a sæpe contingentibus conjecturam fecisse. Et cur rem aggreditur tam difficilem? Hæc, inquit, ab initio sciebam, nec ideo tacebam quod nescirem; sed *Quia vobiscum eram.* Hoc rursum humano more dicitur; id est : Quia in tuto eratis, et poteratis pro lubito sciscitari, atque in me totum bellum vertebatur; superfluumque fuisset hæc ab initio dicere. An ergo non dixit? nonne convocatis duodecim dicebat, *Ad præsides et reges ducemini, et flagellabunt vos in synagogis* (*Matth.* 10. 18. 17)? cur ergo ait, *Ab initio non dixi?* Quia verbera et abductiones prædixerat; non tamen significaverat cædem eorum ita cordi fore hostibus ut rem divinum cultum esse putarent. Hoc enim maxime illos deterrere poterat, si tamquam impii et perniciosi erant judicandi. Ad hæc vero, tunc ea quæ a gentilibus passuri erant prænuntiabat; hic vero Judaica addidit, et cum majore vehementia, docuitque in januis illa esse. *Nunc autem vado ad eum qui me misit, et nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.* Non parva hæc consolatio erat, quod ipsi scirent nosse illum quanto in mœrore essent. Nam præ anxietate, ob discessum ejus et mala ipsos invasura, quæ utrum ferre possent ignorabant, attoniti erant. Cur non dixit illis postea, cum acceperunt Spiritum sanctum? Ut discas illos jam in virtute firmatos fuisse. Si enim nondum Spiritu dignati non resilierunt, licet tristitia obruti, cogita quales futuri erant gratia repleti. Nam si tunc his auditis rem tulissent, totum Spiritui reputaremus : nunc vero totus animæ eorum fructus est, et clara ex nuda anima profecti amoris erga Christum demonstratio. 7. *Sed ego veritatem dico vobis.* Vide quomodo rursum consolatur illos. Non ad gratiam loquor, inquit; sed etiamsi admodum contristemini, quod expedit audiendum est. Vos ut adsim optatis, usus aliud postulat. Curatoris autem est, non parere amicis, si quando rem sibi utilem amoveri velint. *Si ego non abiero, Paracletus non veniet.* Quid hic dicunt illi, qui de Spiritu non recte sentiunt? expeditne Dominum abire, et servum venire? Viden' quanta sit Spiritus dignitas? *Si autem abiero, mittam illum ad vos.* Ecqua hinc utilitas? 8. *Cum venerit ille, arguet mundum;* id est, Non impune hæc facient, si ille venerit. Quæ jam facta sunt enim, erant ad silentium ipsis imponendum satis : cum autem hæc per illum facta fuerint, perfectiorque doctrina et majora miracula fuerint, multo magis damnabuntur, tot tantaque videntes in nomine meo fieri; quod clariorem reddit resurrectionis demonstrationem. Nunc enim dicere possunt, fabri filium esse, cujus nos patrem et matrem novimus : cum viderint autem solutam mortem, pulsam malitiam, claudicantem naturam recte incedentem, fugatos dæmonas, immensam Spiritus largitionem, et hæc nominis mei invocatione fieri : quid dicent? Testimonium perhibuit de me Pater, perhibebit et Spiritus. Atqui a principio hoc fecit; sed etiam nunc faciet.

2. *Quid est,* Arguet de peccato. *Quid,* De justitia. *Quid,* De judicio.—Illud autem, 9. *Arguet de peccato,* id est, Omnem excusationem eis auferet, ostendetque illorum scelera sine venia esse. 10. *Et de justitia, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me;* id est, Quia irreprehensibilem vitam duxi : cujus rei indicium est, quod ad Patrem vadam. Quia enim semper illum accusabant, quod ex Deo non esset, et ideo illum peccatorem et iniquum dicebant, se hanc illis criminandi ansam sublaturum esse dixit. Nam si putare me non ex Deo esse, id me transgressorem exhibet : cum Spiritus me illo abeuntem, non ad horam, sed ut ibi maneam, ostenderit (illud enim, *Jam non videbitis me*, hoc indicat), quid postea dicent? Vide pravam opinionem per hæc duo sublatam. Nam signa facere non est peccatoris, neque enim id potest peccator, neque a Deo esse peccatoris est. Ergo non ultra potestis dicere ipsum peccatorem, nec ex Deo non esse. 11. *De judicio autem, quia princeps hujus mundi jam judicatus est.* Hic rursum de justitia sermonem habet, quia adversarium superavit, quod peccator non potuit, neque justus quivis hominum. Quod enim propter me condemnatus sit, scient ii qui in posterum illum calcabunt, et resurrectionem meam manifeste videbunt, id quod condemnantis est. Neque enim me potuit detinere. Quia ergo dicebant, me dæmonium habere et deceptorem esse : hæc omnia futilia esse deprehendentur. Non enim illum cepissem, si peccato essem obnoxius : nunc vero condemnatus et ejectus est. 12. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Expedit ergo ut ego vadam, siquidem tunc portaturi estis, cum abiero. Et quid factum est? an Spiritus te major est, quando nunc non portamus, et ille nos ad portandum idoneos reddet? num major et perfectior est ejus efficacia? Minime : nam ille quæ mea sunt dicet. Ideo ait : 13. *Nihil loquetur a semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit.* 14. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.* 15. *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt.* Cum dixisset, Ille vos docebit et vobis suggeret, atque in ærumnis vos consolabitur, quod ipse non fecit; et, *Expedit ut ego vadam*, et ut ille veniat; et, Nunc quidem non potestis portare, tunc vero poteritis; et, Vos deducet in omnem veritatem : ne his auditis, majorem esse Spiritum putarent, et in extremam inciderent impietatem, ideo ait : *De meo accipiet;* id est, Quæ ego dixi, et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ille dicet. Cum vero dicet. *Nihil a se loquetur*, nihil contrarium, nihil proprium aut alienum, sed mea loquetur. Ut igitur de seipso loquens ait, *A meipso non loquor* (*Joan.* 14. 10), id est, Nihil nisi quæ Patris, nihilque proprium vel ab illo alienum : ita et de Spiritu intelligendum. Illud vero, *De meo*, id est, De iis quæ novi, de mea cognitione. Una quippe est mea et Spiritus scientia. *Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis.* Illorum erigit animos : nullius enim tam cupidum est humanum genus, quam futura discendi. Hoc enim frequenter interrogabant eum, *Quo vadis?* quæ est via? Hac igitur cura eximens illos, dicit : Omnia vobis prædicet, ne incauti ruatis. *Ille me clarificabit.* Quomodo? In nomine meo opera efficiet. Quia enim post adventum Spiritus majora edituri signa erant, ideo æqualitatem indicans ait : *Ille me clarificabit.* Quam vero dicit *omnem veritatem?* Nam testificatur, quod nos deducturus sit ad omnem veritatem. Ipse namque quia carne indutus erat, et ne videretur de seipso magnifice loqui, quia item discipuli resurrectionem non noverant, et adhuc imperfectiores erant, tum propter Judæos, ne tamquam legis transgressorem punire viderentur, non sæpe magnum quidpiam de se loquebatur, neque aperte a lege dissentiebat. Quia vero discipuli ab illis discissi erant, et Judæi extra positi, multique crediturі et peccata abstersuri erant, aliique erant qui de ipso loquerentur, jure ille non magna ulterius de se dicebat. Itaque non est ignorantiæ meæ adscribendum, quod non dicam, quæ dicere oporteret, sed auditorum imbecillitati. Ideo cum dixisset, *Deducet vos in omnem veritatem*, addidit : *Non loquetur a semetipso.* Quod enim Spiritus doctrina non egeat, audi Paulum dicentem : *Ita et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei* (1. *Cor.* 2. 11). Quemadmodum ergo spiritus hominis non ab alio doctus novit : ita Spiritus sanctus *De meo accipiet;* id est, Verbis meis consona dicet. *Omnia quæcumque Pater habet, mea sunt.* Quia ergo mea sunt illa, Spiritus autem ex iis quæ Patris sunt loquetur, ex meis loquetur.

3. *Quare Spiritus non ante advenerit quam recessisset Christus. Hypostasium distinctio. Æqualitas Personarum.*— Cur autem non venit Spiritus antequam ille discederet? Quia cum nondum maledictum sublatum erat, nondum peccatum erat solutum, sed adhuc omnes supplicio obnoxii erant, non venerat ille. Oportet ergo, inquit, inimicitiam solvi, et nos Deo reconciliari, tuncque donum illud accipere. Sed cur dicit, *Mittam eum?* Id est, Vos præparabo ad illum recipiendum. Quomodo enim qui ubique est, mittatur? Alioquin autem hypostasium distinctionem ostendit. Ideo hæc ita loquitur : et cum vix possent illi separari, ut Spiritui hæreant, ipsumque colant, suadet. Poterat enim et ipse hæc operari; sed ideo ipsum miracula patrare sinit, ut ejus dignitatem ediscant. Sicut enim Pater quæ sunt producere potuit, Filius autem idipsum facit, ut ejus discamus potentiam : sic et Spiritus. Ideo ipse incarnatus est, Spiritui operationem reservans, ut eorum obstrueret ora, qui ineffabilis benignitatis argumentum in occasionem impietatis arriperent. Cum enim dicunt, Ideo incarnatus est Filius, quia inferior Patre erat, ipsis respondebimus : Quid ergo dicetis de Spiritu sancto? Non enim carnem accepit, neque tamen ideo majorem Filio dicetis, neque Filium illo inferiorem. Ideo ab baptismum Trinitas assumitur. Nam Pater totum perficere potest, et Filius, et Spiritus sanctus : verum quia de Patre nemo dubitat, sed dubium circa Filium et Spiritum sanctum versatur, in initiatione assumitur, ut in communi largitione ineffabilium bonorum, dignitatis communionem ediscamus. Nam quod Filius per seipsum ea possit, quæ in baptismate cum Patre potest, atque etiam Spiritus sanctus, clare dictum audi. Nam Judæis dicebat : *Ut sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata* (*Marc.* 2. 10); et rursum, *Ut filii lucis sitis;* et, *Ego vitam æternam do eis;* et postea, *Ut vitam habeant, et abundantius habeant* (*Joan.* 12. 36. *et* 10. 28. 10). Videamus quoque Spiritum hoc ipsum facientem. Ubinam? *Unicuique*, ait, *manifestatio Spiritus datur ad utilitatem* (1. *Cor.* 12. 7). Qui ergo hæc exhibet, multo magis peccata dimittit. Et iterum, *Spiritus est qui vivificat* (*Joan.* 6. 64); et, *Vivificabit per inhabitantem Spiritum in vobis* (*Rom.* 8. 11); et, *Spiritus vita per justitiam* (*Ibid.* v. 10); et rursum, *Si Spiritu ducimini, non estis sub lege* (*Gal.* 5. 18). *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum* (*Rom.* 8. 15). Tunc vero quæ faciebant miracula, per Spiritum qui supervenerat edebant. Et Corinthiis scribens dicebat Paulus : *Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri* (1. *Cor.* 6. 11). Cum igitur multa de Patre audissent, et Filium vidissent multa operantem, de Spiritu autem nihildum manifeste scirent : ipse miracula edit, et perfectam inducit cognitionem. Sed ne hinc major esse putaretur, ut dixi, ideo ait : *Quæcumque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt, annuntiabit.* Nam nisi hoc esset, quomodo non absurdum foret, si tunc auditurus esset, et propter discipulos? Neque enim secundum vos tunc notitiam acceptarus erat, nisi propter audituros. Quo dicto quid iniquius fuerit? Alioquin, quid auditurus erat? nonne hæc omnia dixerat per prophetas? Nam sive de legis solutione loquuturus erat, sive de Christo, de divinitate, et de incarnatione, hæc jam dicta fuerant. Quid enim apertius postea dicturus erat? *Et quæ ventura sunt, annuntiabit.* Hic maxime ostendit ejus dignitatem : nam Dei maxime proprium est, futura prædicere. Quod si hoc discat ab aliis, nihil plus quam prophetæ habebit : sed hic accuratissimam in Deo cognitionem ostendit, quod nihil aliud loqui possit. Illud vero, *De meo accipiet;* nempe de gratia quæ in carnem meam advenit, sive de illa ipsa, quam ego habeo cognitione; non quasi egeat, vel ab alio discat, sed quod una eademque sit cognitio. Cur vero sic, neque aliter dixit? Quia nondum Spiritus notitiam habebant. Quare unum tantum curat, ut credatur et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λέγων, *Ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ*, τοῦτό φησιν, ὅτι οὐδὲν ἐκτὸς τῶν τοῦ Πατρός, οὐδὲν ἴδιόν τι παρ' ἐκεῖνον καὶ ἀλλότριον· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. Τὸ δὲ, *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ*, ἐξ ὧν ἐγὼ οἶδα, ἐκ τῆς ἐμῆς γνώσεως. Μία γὰρ ἐμοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος γνῶσις. *Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν*. Ἐπῆρεν αὐτῶν τὴν διάνοιαν· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὕτω λίχνον τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὡς πρὸς τὸ μανθάνειν τὰ μέλλοντα. Τοῦτο γοῦν συνεχῶς ἠρώτων αὐτὸν, *Ποῦ ὑπάγεις;* τίς [461] ἐστιν ἡ ὁδός; Καὶ ταύτης οὖν ἀπαλλάττων αὐτοὺς τῆς φροντίδος, λέγει, ὅτι Πάντα ὑμῖν προερεῖ, ὥστε μὴ ἐμπεσεῖν ἀφυλάκτως. *Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει*. Πῶς; Ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἐμῷ δώσει τὰς ἐνεργείας. Ἐπειδὴ γὰρ μείζονα ἔμελλον ποιεῖν σημεῖα παραγινομένου τοῦ Πνεύματος, διὰ τοῦτο πάλιν τὴν ἰσοτιμίαν εἰσάγων, φησίν· *Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει*. Ποίαν λέγει *πᾶσαν ἀλήθειαν;* Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτῷ μαρτυρεῖ, ὅτι αὐτὸς ἡμᾶς ἂν ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Αὐτὸς μὲν γὰρ καὶ διὰ τὸ σάρκα περικεῖσθαι, καὶ διὰ τὸ μὴ δόξαι [a] περὶ ἑαυτοῦ λέγειν, καὶ διὰ τὸ μηδέπω αὐτοὺς τὴν ἀνάστασιν εἰδέναι σαφῶς, καὶ ἀτελεστέρους εἶναι, καὶ διὰ τοὺς Ἰουδαίους, ἵνα μὴ ὡς παρανομοῦντα δόξωσι κολάζειν, οὐδὲν μέγα ἐφθέγγετο συνεχῶς, οὔτε τοῦ νόμου σαφῶς ἀπέστησεν. Ἐπειδὴ δὲ αὐτῶν ἀπεσχίσθησαν οἱ μαθηταὶ, καὶ ἔξω λοιπὸν ἦσαν ἐκεῖνοι, καὶ πολλοὶ πιστεύειν ἔμελλον, καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἀφίεσθαι, καὶ ἄλλοι ἦσαν οἱ περὶ αὐτοῦ λέγοντες, οὐκ ἔτι αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ μεγάλα εἰκότως ἐφθέγγετο. Ὥστε οὐ τῆς ἀγνοίας τῆς ἐμῆς, φησὶ, τὸ μὴ εἰπεῖν ἅπερ εἰπεῖν ἐχρῆν, ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἀσθενείας. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, *Ὁδηγήσει εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν*, ἐπήγαγεν· *Ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἐρεῖ*. Ὅτι γὰρ οὐ διδασκαλίας τὸ Πνεῦμα δεῖται, ἄκουσον τοῦ Παύλου λέγοντος· *Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ*. Ὥσπερ οὖν τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου οὐ μανθάνον παρ' ἑτέρου οἶδεν· οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται*· τουτέστι, Συνῳδὰ τοῖς ἐμοῖς ἐρεῖ. *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν*. Ἐπεὶ οὖν ἐμά ἐστιν ἐκεῖνα, ἐκεῖνος δὲ ἐκ τῶν τοῦ Πατρὸς ἐρεῖ, ἐκ τῶν ἐμῶν ἐρεῖ.

Διατί δὲ οὐκ ἦρχετο πρὶν ἢ αὐτὸν ἀπελθεῖν; Ὅτι οὔπω τῆς κατάρας ἀρθείσης, οὔπω τῆς ἁμαρτίας λυθείσης, ἀλλ' ἔτι πάντων ὑπευθύνων ὄντων τῇ τιμωρίᾳ, οὐκ ἂν παρεγένετο. Δεῖ οὖν, φησὶ, τὴν ἔχθραν λυθῆναι, καὶ καταλλαγῆναι ὑμᾶς τῷ Θεῷ, καὶ τότε δέξασθαι τὸ δῶρον ἐκεῖνο. Διατί δέ φησι, *Πέμψω αὐτόν;* Τουτέστι, Προπαρασκευάσω ὑμᾶς πρὸς τὴν ὑποδοχήν. Πῶς γὰρ τὸ πανταχοῦ ὂν πέμπεται; Ἄλλως δὲ, καὶ τῶν ὑποστάσεων τὸ διάφορον δείκνυσι. Διὰ δύο δὲ ταῦτα· οὕτω φθέγγεται· καὶ ἐπειδὴ οὗτοι δυσαποσπάστως εἶχον, πείθων τοῦ Πνεύματος ἔχεσθαι, καὶ ἵνα αὐτὸ θεραπεύσωσιν. Ἠδύνατο μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ταῦτα ἐργάζεσθαι· ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἐκεῖνο συγχωρεῖ θαυματουργεῖν, ἵνα μάθωσιν αὐτοῦ τὴν ἀξίαν. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐδύνατο τὰ ὄντα παραγαγεῖν, ὁ δὲ Υἱὸς αὐτὸ ποιεῖ, ἵνα μάθωμεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, οὕτω καὶ τοῦτο. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐσαρκώθη, τῷ Πνεύματι τηρῶν τὴν ἐνέργειαν [b], καὶ ἐμφράττων τὰ στόματα τῶν τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας εἰς ἀφορμὴν ἀσεβείας λαμβανόντων. Ὅταν γὰρ λέγωσιν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐσαρκώθη ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ καταδεέστερος ἦν τοῦ Πατρὸς, ἐροῦμεν πρὸς αὐτοὺς, Τί οὖν ἂν εἴποιτε περὶ τοῦ Πνεύματος; Οὐ γὰρ ἔλαβε σάρκα, καὶ οὐ δήπου διὰ τοῦτο μεῖζον τοῦ Υἱοῦ αὐτὸ [462] ἐρεῖτε, οὐδὲ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ καταδεέστερον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ἡ Τριὰς παραλαμβάνεται. Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τὸ πᾶν ἐργάζεσθαι δύναται, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τοῦ Πατρὸς οὐδεὶς ἀμφιβάλλει, τὸ δὲ ἀμφίβολον ἦν περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, παρείληπται ἐν τῇ μυσταγωγίᾳ, ἵνα ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς χορηγίας τῶν ἀπορρήτων ἐκείνων ἀγαθῶν, καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς ἀξίας καταμανθάνωμεν. Ἐπεὶ ὅτι δύναται ὁ Υἱὸς καθ' ἑαυτοῦ ταῦτα, ἅπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος [c] μετὰ τοῦ Πατρὸς δύναται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἄκουσον ταῦτα σαφῶς. Τοῖς γὰρ Ἰουδαίοις ἔλεγεν· *Ἵνα γὰρ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας*· καὶ πάλιν, *Ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε*, καὶ, *Ἐγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς*. Εἶτα μετὰ ταῦτα, *Ἵνα ζωὴν*, φησὶν, *ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσιν*. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦν. Ποῦ ἔστιν ἰδεῖν; *Ἑκάστῳ δὲ ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος*, φησὶ, *δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον*. Ὁ τοίνυν ταῦτα παρέχων, καὶ ἁμαρτήματα πολλῷ μᾶλλον ἀφίησι. Καὶ πάλιν· *Τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν*· καὶ, *Ζωοποιήσει διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν*· καὶ, *Τὸ Πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην*· καὶ πάλιν, *Εἰ δὲ Πνεύματι ἄγεσθε, οὐκ ἐστὲ ὑπὸ νόμον. Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας*. Καὶ τότε δὲ πάντα ἅπερ ἐποίουν, παραγενομένου τοῦ Πνεύματος ἐθαυματούργουν. Καὶ Κορινθίοις δὲ γράφων ἔλεγε Παῦλος· *Ἀλλ' ἀπελούσασθε, ἀλλ' ἡγιάσθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*. Ἐπεὶ οὖν περὶ μὲν Πατρὸς πολλὰ ἤκουσαν, καὶ τὸν Υἱὸν δὲ εἶδον πολλὰ ἐργασάμενον, περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος οὐδὲν οὐδέπω σαφῶς ᾔδεσαν, θαυματουργεῖ, καὶ τὴν θελείαν εἰσάγει γνῶσιν. Ἀλλ' ἵνα μὴ μεῖζον ἐντεῦθεν ὑποπτεύηται (ὅπερ ἔφθην εἰπὼν), διὰ τοῦτό φησιν· *Ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ*. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτό ἐστι, πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ τότε ἔμελλεν ἀκούειν, καὶ διὰ τοὺς μαθητευομένους; Οὐδὲ γὰρ τότε ἔμελλε καθ' ὑμᾶς εἰδέναι, εἰ μὴ διὰ τοὺς ἀκουσομένους. Καὶ τί τούτου παρανομώτερον τοῦ ῥήματος γένοιτ' ἄν; Ἄλλως δέ· τί καὶ ἔμελλεν ἀκούσεσθαι; οὐ ταῦτα πάντα εἶπε [d] διὰ τῶν προφητῶν; Εἴτε γὰρ περὶ τῆς τοῦ νόμου λύσεως ἔμελλε διδάσκειν, εἴρητο· εἴτε περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς οἰκονομίας, καὶ ταῦτα εἴρητο. Τί γὰρ καὶ τρανότερον ἔμελλε μετὰ ταῦτα ἐρεῖν; *Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ*. Ἐνταῦθα μάλιστα δείκνυσιν αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα, ἐπειδὴ Θεοῦ τοῦτο μάλιστα ἴδιον, τὸ λέγειν τὰ μέλλοντα. Εἰ δὲ καὶ αὐτὸ μανθάνοι παρ' ἑτέρων, οὐδὲν πλέον ἕξει τῶν προφητῶν· ἀλλ' ἐνταῦθα τὴν ἀπηκριβωμένην πρὸς τὸν Θεὸν γνῶσιν δηλοῖ, ὅτι ἀδύνατον ἄλλο τι φθέγξασθαι αὐτόν. Τὸ δὲ, *Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται*, ἦτοι ἐκ τοῦ χαρίσματος τοῦ εἰς τὴν σάρκα τὴν ἐμὴν ἐλθόντος, ἢ ὅτι ἀπὸ τῆς γνώσεως, ἧς καὶ ἐγὼ ἔχω, οὐχ ὡς δεόμενος, οὐδὲ ὡς παρ' ἑτέρου μαθών, ἀλλ' ὡς μιᾶς οὔσης καὶ τῆς αὐτῆς. Καὶ διατί οὕτως εἶπε, [463] καὶ μὴ ἑτέρως; Ὅτι οὐδέπω τὸν περὶ τοῦ Πνεύματος ἦδεσαν λόγον. Διόπερ ἓν κατασκευάζει μόνον, ὥστε πιστευθῆναι αὐτὸν καὶ δεχθῆναι παρ' αὐτῶν, καὶ μὴ σκανδαλισθῆναι. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν, *Εἷς ἐστιν ὑμῶν ὁ διδάσκαλος ὁ Χριστὸς*, ἵνα μὴ νομίσωσι παρακούειν ἐκείνῳ

[a] Alii καὶ τὸ μὴ δόξαι. Hæc est lectio Savilii; editum fuerat διὰ δὴ ταῦτα. Lect. [b] Morel. τὴν εὐγένειαν. [c] Alii ἐπὶ τοῦ βήματος. [d] Alii προεῖπε.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πειθόμενοι, Μία ἡ ἐμὴ καὶ ἐκείνου διδασκαλία ἐστίν· ἐξ ὧν ἔμελλον ἐγὼ διδάσκειν, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ αὐτὸς ἐρεῖ. Μὴ δὴ νομίσητε ἕτερα εἶναι τὰ ἐκείνου· καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνα ἐμά ἐστι, καὶ τὴν ἐμὴν συγχροτεῖ δόξαν. Ἓν γὰρ θέλημα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Οὕτω καὶ ἡμᾶς εἶναι βούλεται λέγων· *Ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς καὶ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν.*

δ'. Οὐδὲν γὰρ ὁμονοίας ἴσον οὐδὲ συμφωνίας· ὁ γὰρ εἷς, πολλοστός ἐστιν οὗτος. Ἂν γὰρ ὁμόψυχοι ὦσι δύο ἢ δέκα, οὐκ ἔτι εἷς ἐστιν ὁ εἷς, ἀλλὰ δεκαπλασίων ἕκαστος αὐτῶν γίνεται, καὶ εὑρήσεις ἐν τοῖς δέκα τὸν ἕνα, καὶ ἐν τῷ ἑνὶ τοὺς δέκα. Κἂν ἐχθρὸν ἔχωσιν, οὐ τῷ ἑνὶ προσβαλὼν, ὡς τοῖς δέκα προσβαλὼν, οὕτως ἀλίσκεται. Οὐ γὰρ ὑφ' ἑνὸς βάλλεται μόνον, ἀλλ' ὑπὸ τῶν δέκα στομάτων. Ἠπόρησεν ὁ εἷς; Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐν ἀπορίᾳ· τῷ γὰρ μείζονι μέρει, τουτέστι, τοῖς ἐννέα, εὐπορεῖ, καὶ τὸ ἀποροῦν συσκιάζεται μέρος, τὸ ἔλαττον, διὰ τοῦ [a] πλείονος τοῦ εὐποροῦντος. Ἕκαστος τούτων εἴκοσι χεῖρας ἔχει, καὶ εἴκοσι ὀφθαλμοὺς, καὶ πόδας τοσούτους. Οὐ γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μόνον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑτέρων, οὐ τοῖς ἑαυτοῦ βαστάζει ποσὶν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑτέρων· οὐ ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐργάζεται, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἐκείνων. Ψυχὰς ἔχει δέκα· οὐ γὰρ αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖναι ὑπὲρ αὐτοῦ μεριμνῶσιν. Εἰ δὲ καὶ ἑκατὸν γένοιντο, τὸ αὐτὸ ἔσται πάλιν, καὶ ἐκαθήσεται τὰ τῆς δυνάμεως.

Εἶδες ἀγάπης ὑπερβολὴν, πῶς ἀκαταγώνιστον ποιεῖ τὸν ἕνα καὶ πολλαπλασίω; πῶς ὁ εἷς καὶ πολλαχοῦ δύναται εἶναι; ὁ αὐτὸς καὶ ἐν Περσίδι καὶ ἐν Ῥώμῃ; καὶ ὅπερ φύσις οὐ δύναται, ἡ ἀγάπη δύναται; Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐνταῦθα ἔσται, τὸ δὲ ἐκεῖ· μᾶλλον δὲ ὁλόκληρος ἐνταῦθα, καὶ ὁλόκληρος ἐκεῖ. Ἐὰν οὖν χιλίους ἔχῃ φίλους ἢ δισχιλίους, ἐννόησον ποῦ πάλιν ὑπερβήσεται τὰ τῆς δυνάμεως. Ὁρᾷς πῶς αὐξητικὸν ἡ ἀγάπη; Τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστι, τὸ χιλιοστὸν ποιῆσαι τὸν ἕνα. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὐ κτώμεθα τὴν δύναμιν ταύτην, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶμεν ἑαυτούς; Τοῦτο δυναστείας καὶ [b] πλούτου κρεῖττον παντός· τοῦτο ὑγείας, τοῦτο αὐτοῦ τοῦ φωτὸς πλεῖον· τοῦτο εὐθυμίας ὑπόθεσις. Μέχρι τίνος εἰς ἕνα καὶ δύο περιστῶμεν τὴν ἀγάπην; Μάθε καὶ ἐξ ἐναντίας τὸ πρᾶγμα. Ἔστω τις μηδένα φίλον ἔχων, ὅπερ ἀνοίας ἐστὶν ἐσχάτης (μωρὸς γὰρ ἐρεῖ· Οὐχ ὑπάρχει μοι φίλος;)· ὁ τοιοῦτος ποίαν ζήσεται ζωήν; Κἂν γὰρ μυριάκις ᾖ πλούσιος, κἂν ἐν ἀφθονίᾳ καὶ τρυφῇ, κἂν μυρία ἀγαθὰ κεκτημένος, πάντων ἔρημος καὶ γυμνὸς καθίσταται [c]. Ἐπὶ δὲ τῶν φίλων οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κἂν πένητες ὦσι, τῶν πλουσίων εὐπορώτεροι τυγχάνουσι· καὶ ἅπερ αὐτὸς ὑπὲρ αὐτοῦ οὐκ εἰπεῖν ἐπιχειρεῖ, ταῦτα ὁ φίλος ἐρεῖ· καὶ ὅσα οὐ δύναται ἑαυτῷ [464] χαρίσασθαι, δι' ἑτέρου δυνήσεται, καὶ πολλῷ πλείονα, καὶ πάσης ἡμῖν ἔσται ἀπολαύσεως καὶ ἀσφαλείας ὑπόθεσις. Οὐ γὰρ ἔστι παθεῖν κακῶς ὑπὸ τοσούτοις δορυφόροις φυλαττόμενον. Οὐ γὰρ τοιοῦτοι τοῦ βασιλέως οἱ σωματοφύλακες ἀκριβεῖς, ὡς οὗτοι. Οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκῃ καὶ φόβῳ [d] τὴν φυλακὴν ἐπιδείκνυνται, οἱ δὲ εὐνοίᾳ καὶ ἀγάπῃ· πολλῷ δὲ φόβου τυραννικωτέρα αὕτη. Κἀκεῖνος μὲν τοὺς φύλακας αὐτοῦ δέδοικεν, οὗτος δὲ τούτοις μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ θαῤῥεῖ, καὶ διὰ τούτους οὐδένα τῶν ἐπιβουλευόντων δέδοικεν. Ἐμπορευσώμεθα τοίνυν τὴν ἐμπορίαν ταύτην, ὁ πένης, ἵνα τῆς πενίας ἔχῃ παραμυθίαν· ὁ πλούσιος, ἵνα τὸν πλοῦτον ἐν ἀσφαλείᾳ κεκτημένος ᾖ· ὁ ἄρχων, ἵνα μετὰ ἀσφαλείας ἄρχῃ· ὁ ἀρχόμενος, ἵνα εὐμενεῖς ἔχῃ τοὺς ἄρχοντας. Τοῦτο ἡμερότητος ἀφορμὴ, τοῦτο πραότητος ὑπόθεσις. Ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς θηρίοις ἐκεῖνα μάλιστά ἐστι χαλεπὰ καὶ ἀτίθασσα, τὰ μὴ συναγελαζόμενα. Διὰ τοῦτο πόλεις οἰκοῦμεν, καὶ ἀγορὰς ἔχομεν, ἵνα ἀλλήλοις συγγινώμεθα. Τοῦτο καὶ Παῦλος ἐκέλευσε λέγων· *Μὴ ἐγκαταλιμπάνοντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν.* Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὡς μόνωσις κακὸν, καὶ τὸ ἄσπονδον καὶ ἀπρόσιτον. Τί οὖν οἱ μοναχοὶ, φησὶ, καὶ οἱ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων κατειληφότες; Οὐδὲ ἐκεῖνοι φίλων εἰσὶ χωρὶς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἔφυγον θορύβους, πολλοὺς δὲ ἔχουσιν ὁμοψύχους, καὶ ἀκριβῶς ἀλλήλοις συνδεδεμένους· καὶ ἵνα τοῦτο κατορθώσωσιν, ἀνεχώρησαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τῶν πραγμάτων φιλονεικία πολλὰς ποιεῖ τὰς ἔριδας, διὰ τοῦτο ἐκ μέσου γενόμενοι τὴν ἀγάπην γεωργοῦσι μετὰ ἀκριβείας πολλῆς. Τί οὖν, εἴ τις μόνος εἴη, φησὶ, κἀκεῖνος μυρίους ἔχει φίλους; Ἐγὼ μὲν γὰρ βούλομαι, εἰ δυνατὸν, καὶ συνδιατρίβειν ἀλλήλοις εἰδέναι· τέως δὲ μενέτω [e] τὰ τῆς φιλίας ἀκίνητα. Οὐ γὰρ ὁ τόπος ποιεῖ τοὺς φίλους. Πολλοὺς γοῦν ἔχουσι τοὺς θαυμάζοντας· οὐκ ἂν δὲ ἐθαύμασαν, εἰ μὴ ἐφίλουν. Καὶ αὐτοὶ πάλιν ὑπὲρ ἁπάσης εὔχονται τῆς οἰκουμένης, ὅπερ μέγιστον φιλίας ἐστὶ τεκμήριον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις ἀσπαζόμεθα ἀλλήλους, ἵνα οἱ πολλοὶ γενώμεθα ἓν· καὶ ἐπὶ τῶν ἀμυήτων κοινὰς ποιούμεθα τὰς εὐχὰς, λιτανεύοντες ὑπὲρ νοσούντων, καὶ τῶν καρπῶν τῆς οἰκουμένης, καὶ γῆς καὶ θαλάττης. Ὁρᾷς πᾶσαν τῆς ἀγάπης τὴν δύναμιν; ἐν ταῖς εὐχαῖς; ἐν τοῖς μυστηρίοις; ἐν ταῖς παραινέσεσι; Τοῦτο πάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν. Ἂν ταύτης ἐχώμεθα μετὰ ἀκριβείας, καὶ τὰ παρόντα καλῶς οἰκονομήσομεν, καὶ τῆς βασιλείας ἐπιτευξόμεθα· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Montf. μέρει· τὸ δὲ ἔλαττον διὰ τοῦ. Savilianam lectionem recepimus. Edit. [b] Δυναστείας καί deest in quibusdam. [c] Alii καθέστηκεν.

[d] Καὶ φόβῳ accusit e Savil. et codd. Edit. [e] Alii τέως μενέτω.

[465] ΟΜΙΛΙΑ ΟΘ'.

Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ [a] *με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα. Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους· Τί ἐστιν ὃ λέγει, Μικρόν;* καὶ τὰ ἑξῆς.

α'. Τὴν ὀδυνωμένην ψυχὴν καὶ ὑπὸ ἀθυμίας κατεχομένην πολλῆς οὐδὲν οὕτως εἴωθε καταβάλλειν, ὡς τὰ τὴν λύπην τίκτοντα ῥήματα στρεφόμενα συνεχῶς. Τί δήποτε οὖν ὁ Χριστὸς εἰπὼν, Ὑπάγω, καὶ, *Οὐκ ἔτι λαλήσω μεθ' ὑμῶν*, συνεχῶς τὰ αὐτὰ στρέφει, λέγων· *Μικρὸν, καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με·* καὶ, *Ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με;* Ὅτε γὰρ αὐτοὺς ἀνεκτήσατο διὰ τῶν περὶ τοῦ Πνεύματος λόγων, τότε πάλιν αὐτῶν καταβάλλει τὰ φρονήματα. Τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; Βασανίζει τὴν διάνοιαν, καὶ δοκιμωτέραν ἐργάζεται, καὶ συνεθίζει καλῶς αὐτοὺς ἐν τῇ τῶν λυπηρῶν ἀκροάσει γενναίως ἐνεγκεῖν αὐτοῦ τὸν χωρισμόν. Οἱ γὰρ ἐν τοῖς ῥήμασι τοῦτο μελετήσαντες, ἐμελλον καὶ ἐν τοῖς πράγμασιν αὐτὸ ῥᾳδίως οἴσειν λοιπόν. Εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ

[a] Alii μικρὸν, οὐκέτι θεωρ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

accipiatur ab eis, nec scandalizentur. Quia enim dixerat : *Unus est Magister vester Christus* (*Matth.* 23. 8) ; ne putarent Christo non habere fidem, si illi crederent, Una est, inquit, et mea et illius doctrina; ex iis quæ ego dicturus eram, ex jisdem et ipse dicet. Ne putetis alia ab illo dici; nam illa mea sunt, meamque gloriam celebrant. Una enim est voluntas Patris, Filii, et Spiritus sancti. Ita et nos esse vult dicens : *Ut sint unum, sicut ego et tu unum sumus* (*Joan.* 17. 11).

4. *Concordiæ bonum.* — Nihil enim par concordiæ et consensui : unus enim ita multiplex est. Si enim concordes sint duo vel decem, non amplius quisque unus est ; sed unusquisque eorum decuplex erit, et invenies in decem illis unum, et in uno decem illos. Si inimicum habeant, non quasi unum aggrederetur, sed quasi decem aggressurus, vincitur. Non enim ab uno tantum, sed a decem impetitur. Indiget unus ? Sed non in egestate est; nam majore parte, nempe novem aliorum abundat, et pars illa deficiens tegitur, minor ab ampliore. Singuli eorum viginti manus habent, viginti oculos, pedes totidem. Non suis enim modo oculis respicit, sed et aliorum, nec suis tantum gestat pedibus, nec suis solum manibus operatur, sed et alienis. Animas decem habet : non enim ipse solum sua curat, sed et alii quoque. Si vero centum essent, idem contingeret, et virtus augeretur.

Caritatis excellentia. — Vidistin' caritatis excellentiam, quomodo unum reddat inexpugnabilem et multiplicem ? quomodo unus possit simul esse et in Perside et Romæ ? Quod non potest natura, id dilectio potest. Pars quippe ejus hic erit, pars illic ; imo totus hic, totus illic. Si vero mille sive bis mille amicos habeat, considera in quantam sit perventurus potestatem. Viden' quantum dilectio augmentum efficiat. Illud enim mirabile est, quod unus mille efficiatur. Cur ergo non tantam nobis potestatem conferimus, nec nos in securitate constituimus ? Hoc potentia et divitiis quibuslibet præstantius est ; hoc valetudine, hoc ipsa luce melius est ; hoc lætitiæ argumentum. Usquequo in uno et duobus dilectionem circumscribemus ? Ex contrario rem edisce. Sit quispiam qui nullum habeat amicum, quod extremæ est amentiæ (fatuus enim dicet, Non est mihi amicus) ; hujusmodi homo quam ducet vitam ? Quamvis enim ditissimus sit, quamvis in rerum copia et deliciis, quamvis innumera bona possidens, nudus prorsus desertusque est. In amicis non sic ; etsi enim pauperes sint, divitibus sunt opulentiores : et quæ ipse pro seipso dicere non audet, amicus dicet : quæ sibi præstare nequit, per alium poterit, imo longe plura, atque sic et voluptatis et securitatis nobis causa erit. Nec potest ipsi quidpiam mali accidere qui tot satellitibus cingitur. Neque enim regii satellites ita vigiles et diligentes sunt, ut isti. Illi namque necessitate et metu ducti custodiunt, hi benevolentia et dilectione : amoris autem longe major vis est, quam timoris. Ille custodes suos metuit, hic illis magis quam sibi fidit, et his fultus neminem insidiatorem formidat. Has ergo merces nobis comparemus : pauper, ut in paupertate consolationem habeat ; dives, ut divitias in tuto habeat ; princeps, ut cum securitate imperet ; subditus, ut benevolos habeat principes. Hæc benevolentiæ, hæc mansuetudinis occasio est. Nam inter feras illæ maxime sævæ et intractabiles sunt, quæ non in gregem coeunt. Ideo urbes incolimus, fora habemus, ut una versemur. Id Paulus jubet dicens, *Non deserentes collectionem nostram* (*Hebr.* 10. 25). Nihil enim pejus solitudine, ac societatis et aditus privatione. Quid ergo monachi, inquies, et ii qui cacumina montium occupant ? Neque illi vacant amicis; sed dum fori tumultus fugiunt, multos habent socios, et amoris vinculo conjunctos : quod ut assequerentur, secesserunt. Quia enim negotiorum contentiones multas pariunt rixas : ideo secedentes, dilectionem accuratissime colunt. Et quid, inquies, si quis solus sit, num innumeros habebit amicos ? Ego certe vellem, si fieri posset, ut etiam simul versari liceret : interim vero firma maneat amicitia. Non enim locus amicos facit. Multos illi habent laudatores, qui non laudarent, nisi amarent. Et ipsi rursum pro toto orbe precantur, quod maximum est amicitiæ argumentum. Ideo in mysteriis nos mutuo amplectimur (*a*), ut multi unum efficiamur : et pro non initiatis communes effundimus preces, pro infirmis, pro orbis fructibus, pro terra et mari. Viden' totam dilectionis vim, in orationibus, in mysteriis, in admonitionibus ? Hæc omnium est causa bonorum Si huic diligenter inhæreamus, præsentia recte administrabimus, et regnum consequemur : quod utinam omnes adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) In mysteriis Christiani se mutuo amplectebantur.

HOMILIA LXXIX.

CAP. 16. v. 16. *Modicum, et non videbitis me : et iterum modicum, et videbitis me, quia vado ad Patrem.* 17. *Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem : Quid est hoc quod dicit, Modicum ?* etc.

1. Dolentem et tristitia affectum animum nihil ita dejicere solet, ut frequenter repetita verba mœrorem afferentia. Cur ergo Christus cum dixisset, *Vado*, et, *Non ultra loquar vobiscum*, frequenter hæc repetit dicens : *Modicum, et jam non videbitis me ;* et, *Vado ad eum qui misit me ?* Cum enim illos per verba de Spiritu sancto recreasset, rursum illorum animos dejicit. Cur ergo id facit ? Eorum animum explorat, et probatiorem efficit, et probe illos assuefacit ad tristia audienda, ut discessum suum generose et fortiter ferant. Nam qui ex verbis hæc meditati fuerant, reipsa facilius postea laturi erant. Quod si quis accurate examinaverit, hoc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipsum consolatio est, quod dicat se ad Patrem ire. Significat enim se non periturum, sed mortem ejus esse translationem. Aliam quoque consolationem ipsis indidit. Non enim tantum dixit, *Modicum, et non videbitis me;* sed et addidit, *Modicum, et videbitis me;* indicans se rediturum esse, et brevem fore separationem, perpetuumque cum illis consortium. Hoc certe illi non intellexerunt. Unde jure miretur quispiam, quomodo cum hæc frequenter audissent, ita dubitarent quasi nihil audissent. Quare ergo non intellexerunt? Aut propter tristitiam, ut arbitror; ipsa enim dictorum omnium memoriam eliminabat; vel ob dictorum obscuritatem, ut contraria protulisse viderctur, quæ vere contraria non erant. Si te videbimus, aiunt, quo vadis? si vadis, quomodo te videbimus? Ideo dicunt, *Nescimus quid loquitur.* Quod enim abiturus esset, id noverant: ignorabant autem ipsum paulo post esse rediturum. Ideo increpat illos quod dictum non nossent. Nam cum vellet de morte doctrinam illis vehementer inculcare, quid ait? 20. *Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos;* in morte scilicet et cruce; *mundus autem gaudebit.* Quia enim cum id nollent, facile inducebantur ut crederent, ipsum non moriturum esse, dubiique erant, ignorantes quid significaret illud, *Modicum;* ait ille: *Plorabitis et flebitis; sed tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Resurrectio partui comparatur. — Deinde postquam ostendit post tristitiam sequuturum gaudium esse, mœroremque lætitiam pariturum, ipsumque brevem esse futurum, lætitiamque perpetuam, ad vulgare decurrit exemplum: et quid ait? 21. *Mulier cum parit, tristitiam habet.* Qua parabola prophetæ frequenter usi sunt, mœroremque partus doloribus comparantes. Hoc autem vult significare: Vos ceu partus dolores invadent; at partus dolor est lætitiæ causa: sic et futuram resurrectionem confirmans, ostendensque hinc abire perinde esse atque ex utero in splendidam egredi lucem; ac si diceret, Ne miremini quod per hunc dolorem vos ad utilia ducam: nam mater sic per dolorem mater efficitur. Hic etiam mysticum quidpiam subindicat, quod ipse quoque mortis dolores solverit, et novum hominem regenerari curaverit. Non dixit autem solum tristitiam transituram, sed ne memorat illam quidem; tantum erat adventurum gaudium. Sic sanctis eveniet. Atqui non ideo gaudet mulier, quia venit homo in mundum, sed quia sibi natus est infans. Nam si ideo gauderet, nihil impediret quominus illæ quæ non pariunt, de aliis parentibus gauderent. Cur ergo sic loquutus est? Quia ad hoc solum usus est exemplo, ut ostenderet temporaneum esse dolorem, gaudium vero perpetuum; mortem esse translationem ad vitam, magnumque partus dolorum lucrum. Nec dixit, Natus est infans, sed, *Homo.* Hic enim resurrectionem suam subindicare videtur, et quod non morti illi parienti, sed regno nasceretur. Ideo non dixit, Natus est ei infans, sed, *Homo natus est in mundo.* 22. *Et vos nunc quidem tristitiam habebitis; iterum autem videbo vos, et tristitia vestra vertetur in gaudium.* Deinde quod non ultra moriturus sit, inquit: *Et nemo illud tollet a vobis.* 23 *In illa die me non rogabitis quidquam.* Iterum autem nihil aliud his confirmat, quam quod a Deo sit. Tunc scietis omnia. Quid sibi vult autem, *Me non rogabitis?* Mediatore opus non habebitis, sed sufficiet solum nomen proferre ut totum accipiatis; *Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo* (*a*). Ostendit nominis potestatem, siquidem nec visus nec rogatus, sed nominatus tantum, apud Patrem mirabiles reddit. Ubi autem hoc factum est? Ubi dicunt: *Respice ad minas eorum, et da servis tuis cum fiducia loqui sermonem tuum, et facere in nomine tuo signa. Et concussus est locus ubi erant* (*Act.* 4. 29. 30. 31). 24. *Usque modo non petistis quidquam* (*b*). Hinc ostendit rursum, expedire ut abeat, siquidem usque ad illud tempus nihil petierunt; tunc accipient omnia quæcumque petierint. Neque enim, licet vobiscum deinceps non versaturus sim, putetis vos derelictos fuisse: nomen meum majorem dabit vobis fiduciam.

2. Cum ergo dicta illa obscuriora essent, ait: 25. *Hæc in proverbiis loquutus sum vobis. Venit hora cum jam non in proverbiis loquar vobis.* Erit tempus, cum omnes clare intelligetis; hoc est, resurrectionis tempus. Tunc palam de Patre annuntiabo vobis. Nam quadraginta diebus versabatur loquebaturque cum illis, convescens et exponens ea quæ ad regnum Dei pertinebant (*Act.* 1. 3. 4). Nunc enim metu correpti, dictis non attenditis: tunc resuscitatum videntes, et una versantes, poteritis fidenter omnia discere; quia Pater vos amabit, cum vestra de me fides firmior erit. 26. *Et non rogabo Patrem.* Sufficit vestra in me dilectio ad patrocinium. 27. *Quia vos me amastis, et credidistis quia a Deo exivi. Exivi a Patre, et veni in mundum. Iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem.* Cum enim resurrectionis verbum non parum eos consolatum esset, necnon quod audirent illum a Patre exivisse, et eodem redire, frequenter illa versat. Alterum enim pollicebatur, quod recte in ipsum crederent; alterum, quod in tuto esse deberent. Quando igitur dicebat, *Modicum, et non videbitis me; et modicum, et videbitis me,* jure quid sibi vellet ignorabant: nunc vero non item. Quid autem significat, *Me non interrogabitis?* Non dicetis, *Ostende nobis Patrem tuum,* et, *Quo vadis* (*Joan.* 14. 8. *et* 13. 36)? quia omni cognitione pleni eritis, et erga vos afficietur Pater sicut et ego. Hoc maxime illis bonam spem indidit, quod discerent futuros se Patri amicos. Ideo dicunt: 28. *Nunc scimus quia nosti omnia.* Viden' quomodo secundum affectum animi ipsorum responderet? *Et*

(*a*) Hæc Evangelii clausula non legitur apud BB., illam vero sequentia postulare videntur, posuitque Savilius.

(*b*) Hæc suo marte adjecit Savilius: et quidem hoc loco desiderantur, et a librariis sunt omissa. Qua de re sic ille loquitur in notis: *His verbis præposuimus verba contextus, quæ tamen codices nostri non exhibebant. Hoc autem in Chrysostomi exemplaribus sæpe fieri, ex eoque obscuritatem magnam nasci, quæ textu apposito facile tolletur, præmonitum volo eruditum lectorem. Erit enim hoc documentum ad plurima Chrysostomi nostri loca corrigenda et illustranda diligenti lectori pernile.* Ejus exemplum sequuti, hæc quæ nos explicantur, adjecimus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτὸ τοῦτο παραμυθία ἐστὶ [a], τὸ εἰπεῖν, ὅτι Πρὸς τὸν Πατέρα ἀπέρχομαι. Τοῦτο γὰρ δηλοῦντος ἦν, ὅτι οὐκ ἀπολεῖται, ἀλλὰ μετάστασίς τίς ἐστιν αὐτοῦ ἡ τελευτή. Καὶ ἑτέραν παραμυθίαν αὐτοῖς ἐνέθηκεν. Οὐ γὰρ εἶπε, *Μικρὸν, καὶ οὐκ ἔτι θεωρεῖτέ με*, μόνον· ἀλλὰ καὶ προσέθηκε· *Μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με*, δηλῶν ὅτι καὶ ἐπανήξει, καὶ πρὸς ὀλίγον ἔσται ὁ χωρισμὸς, καὶ διηνεκὴς ἡ μετ' αὐτῶν συνουσία. Τοῦτο μέντοι οὐ συνεῖδον. Ὅθεν καὶ εἰκότως ἄν τις θαυμάσειε, πῶς πολλάκις ταῦτα ἀκούοντες, ὡς μηδὲν ἀκηκοότες οὕτως ἀμφιβάλλουσι. Πόθεν οὖν οὐ συνίεσαν; Ἢ διὰ τὴν λύπην, ὡς ἔγωγε οἶμαι (αὕτη γὰρ ἐξέβαλλε τῆς διανοίας αὐτῶν τὰ λεγόμενα), ἢ διὰ τὴν ἀσάφειαν τῶν λεγομένων. Διὸ καὶ ἔδοξεν αὐτοῖς δύο ἐναντία τιθέναι, οὐκ ὄντα ἐναντία. Εἰ γὰρ ὀψόμεθά σε, φησὶ, ποῦ ὑπάγεις; εἰ δὲ ὑπάγεις, πῶς ὀψόμεθά σε; Διὰ τοῦτο λέγουσιν, *Οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ*. Ὅτι μὲν γὰρ ἀπίεναι ἔμελλεν, ἤδεσαν· ἠγνόουν δὲ ὅτι μετὰ μικρὸν ἥξει πρὸς αὐτούς. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐπιτιμᾷ αὐτοῖς, ὅτι οὐ συνεῖδον τὸ λεγόμενον. Βουλόμενος γὰρ αὐτοῖς ἐμπῆξαι [b] τὸ περὶ τοῦ θανάτου δόγμα, τί φησιν; *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς*· ὅπερ ἦν τοῦ θανάτου καὶ τοῦ σταυροῦ· *Ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται*. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι ταχέως ἐπέτρεχον τῷ πιστεύειν, ὅτι οὐκ ἀποθανεῖται, εἶτα ἀκούσαντες ὅτι ἀποθανεῖται, ἀμφέβαλλον οὐκ εἰδότες τί ποτέ ἐστι τὸ, *Μικρὸν* φησὶ· *Κλαύσετε καὶ θρηνήσετε· ἀλλ' ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται*.

Εἶτα δεικνὺς, ὅτι μετὰ τὴν λύπην χαρὰ γίνεται, καὶ ὅτι ἡ λύπη τίκτει τὴν χαράν, καὶ ὅτι αὕτη μὲν βραχεῖα, [466] ἡ δὲ ἡδονὴ ἀπέραντος, ἐπὶ παράδειγμα ἦλθε κοσμικόν· καὶ τί φησιν; *Ἡ γυνὴ ὅταν τίκτῃ, λύπην ἔχει*. Καὶ κέχρηται παραβολῇ, ᾗ καὶ οἱ προφῆται, συνεχῶς τῇ ὑπερβολῇ τῶν ὠδίνων τὰς ἀθυμίας παραβάλλοντες. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ὠδῖνες λήψονται ὑμᾶς· ἀλλ' ἡ ὠδὶς τοῦ τόκου γίνεται χαρᾶς αἰτία· ἅμα καὶ τὸν περὶ ἀναστάσεως πιστούμενος λόγον, καὶ δεικνὺς ὅτι τὸ ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ ἀπὸ μήτρας ἀπελθεῖν εἰς λαμπρὸν φῶς· ὡσανεὶ ἔλεγε· Μὴ θαυμάσητε ὅτι διὰ λύπης τοιαύτης ἐπὶ τὰ συμφέροντα ὑμᾶς ἄγω· ἐπεὶ καὶ ἡ μήτηρ ἐπὶ τὸ γενέσθαι μήτηρ οὕτως ἔρχεται διὰ λύπης. Αἰνίττεται δὲ ἐνταῦθα καί τι μυστικόν· ὅτι ἔλυσεν αὐτὸς τοῦ θανάτου τὰς ὠδῖνας, καὶ νέον ἄνθρωπον ἀπογεννηθῆναι πεποίηκε. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι παρελεύσεται ἡ θλῖψις μόνον, ἀλλ' οὐδὲ μέμνηται αὐτῆς· τοσαύτη ἡ διαδεχομένη χαρά. Οὕτω καὶ τοῖς ἁγίοις ἔσται. Καὶ μὴν οὐ διὰ τοῦτο χαίρει ἡ γυνὴ, ὅτι ἦλθεν ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον, ἀλλ' ὅτι αὐτῇ παιδίον ἐτέχθη. Ἐπεὶ εἰ διὰ τοῦτο ἔχαιρεν, οὐδὲν ἐκώλυε καὶ ἐφ' ἑτέρᾳ γυναικὶ τικτούσῃ τὰς μὴ τικτούσας χαίρειν. Τίνος οὖν ἕνεκεν οὕτως εἶπεν; Ὅτι εἰς τοῦτο μόνον παρέλαβε τὸ ὑπόδειγμα, εἰς τὸ δεῖξαι πρόσκαιρον μὲν τὴν λύπην, διηνεκῆ δὲ τὴν χαράν· καὶ εἰς τὸ μετάστασιν εἶναι πρὸς ζωὴν, καὶ εἰς τὸ μέγα τῶν ὠδίνων τὸ κέρδος. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐτέχθη παιδίον, ἀλλ' ὅτι *Ἄνθρωπος*. Ἐνταῦθα γάρ μοι τὴν ἀνάστασιν αἰνίττεται τὴν αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐκ ἐκείνῳ τῷ ὠδίνοντι θανάτῳ, ἀλλὰ τῇ βασιλείᾳ τίκτεσθαι ἔμελλε. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἐγεννήθη αὐτῇ παιδίον, ἀλλ', *Ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. Καὶ ὑμεῖς οὖν νῦν μὲν λυπηθήσεσθε· πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται*. Εἶτα ὅτι οὐκ ἔτι ἀπυθανεῖται δηλῶν, φησὶ· *Καὶ οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν*. Πάλιν οὐδὲν ἄλλο κατασκευάζει διὰ τούτων, ἢ ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐστι. Τότε γὰρ εἴσεσθε πάντα λοιπόν. Τί δέ ἐστιν, *Ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε;* Οὐ δείσεσθε [c] μεσίτου, ἀλλ' ἀρκεῖ τὸ ὄνομα μόνον εἰπόντας πάντα λαβεῖν. *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι, ὅσα ἐὰν αἰτήσητε τὸν Πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου* [d]. Δείκνυσι τοῦ ὀνόματος τὴν δύναμιν, εἴ γε μὴ ὁρώμενος μηδὲ παρακαλούμενος, ἀλλ' ὀνομαζόμενος μόνον, καὶ παρὰ τῷ Πατρὶ ποιεῖ θαυμαστούς. Ποῦ δὴ τοῦτο γέγονεν; Ἔνθα λέγουσιν· *Ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου, καὶ ποιεῖν ἐν τῷ ὀνόματί σου σημεῖα. Καὶ ἐσείσθη ὁ τόπος ἔνθα ἦσαν. Ἕως ἄρτι οὐκ ᾐτήσατε οὐδέν*. Ἐντεῦθεν δείκνυσιν, ὅτι συμφέρει πάλιν αὐτὸν ἀπελθεῖν, εἴ γε ἕως τότε οὐδὲν ᾔτησαν, τότε δὲ λήψονται [e] πάντα ὅσα ἂν αἰτήσωσι. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ λοιπὸν οὐ συνέσομαι ὑμῖν, νομίσητε ἐγκαταλελεῖφθαι· τὸ ὄνομά μου μείζονα ὑμῖν δώσει παῤῥησίαν.

[467] β'. Ἐπεὶ οὖν συνεσκιασμένα ἦν τὰ εἰρημένα, φησί· *Ταῦτα ἐν παροιμίαις λελάληκα ὑμῖν, καὶ ἔρχεται ὥρα ὅτε οὐκ ἔτι ἐν παροιμίαις λαλήσω ὑμῖν*. Ἔσται καιρὸς, ὅτε πάντες εἴσεσθε σαφῶς. Λέγει δὲ τὸν τῆς ἀναστάσεως χρόνον. Τότε *παῤῥησίᾳ* περὶ τοῦ Πατρὸς ἀναγγελῶ ὑμῖν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας συνῆν καὶ διελέχθη αὐτοῖς, συναλιζόμενος, καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ. Νῦν μὲν γὰρ ἐν φόβῳ ὄντες, οὐ προσέχετε τοῖς λεγομένοις· τότε δὲ ἀναστάντα ἰδόντες, καὶ συνόντες, δυνήσεσθε παῤῥησίᾳ πάντα μανθάνειν, ὅτι αὐτὸς ὁ Πατὴρ ὑμᾶς φιλήσει, τῆς εἰς ἐμὲ πίστεως βεβαίας γεγενημένης. *Καὶ οὐκ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα*. Ἀρκεῖ ἡ εἰς ἐμὲ ἀγάπη προστῆναι ὑμῶν. *Ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε, ὅτι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον. Ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἔρχομαι εἰς τὸν κόσμον. Πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα*. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος οὐχ ὡς ἔτυχεν αὐτοὺς παρεμυθεῖτο, καὶ μετὰ τούτων τὸ ἀκούειν, ὅτι Παρὰ Θεοῦ ἐξῆλθον, καὶ ἐκεῖ ὑπάγω, συνεχῶς αὐτὰ περιστρέφει. Τὸ μὲν γὰρ ἠγγυᾶτο, ὅτι ὀρθῶς πιστεύουσιν εἰς αὐτόν· τὸ δὲ, ὅτι μέλλουσιν ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι. Ὅτε μὲν οὖν ἔλεγε, *Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με*, εἰκότως ἠγνόουν· νῦν δὲ οὐκ ἔτι. Τί δέ ἐστιν, *Ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε;* Οὐκ ἐρεῖτε, *Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα σου*, καὶ, *Ποῦ ὑπάγεις;* ὅτι πᾶσαν εἴσεσθε τὴν γνῶσιν, καὶ διακείσεται πρὸς ὑμᾶς ὁ Πατὴρ, ὥσπερ καὶ ἐγώ. Τοῦτο μάλιστα αὐτοὺς ἀναπνεῦσαι ἐποίησε, τὸ μαθεῖν ὅτι τῷ Πατρὶ ἔσονται φίλοι. Διὸ λέγουσι· *Νῦν οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα*. Ὁρᾷς ὅτι πρὸς τὸ ὑφορμοῦν τῇ διανοίᾳ ἀπεκρίνατο; *Καὶ οὐ χρείαν ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ*· τουτέστι, Πρὶν ἢ ἀκοῦσαι οἶδας τὰ σκανδαλίζοντα ἡμᾶς, καὶ ἀνέπαυσας, ἐπειδὴ εἶπες, *Ὁ Πατὴρ ὑμᾶς φιλεῖ, ὅτι ἐμὲ πεφιλήκατε*. Μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα, τότε λέγουσι, *Νῦν οἴδαμεν*. Ὁρᾷς πῶς ἀτελῶς εἶχον; Εἶτα ἐπειδὴ ὥσπερ τινὰ χάριν αὐτῷ παρέχοντες λέγουσι, *Νῦν οἴδαμεν*, λέγει· Πολλῶν δεῖσθε ἑτέρων, ὥστε ἐπὶ τὸ τέλειον ἐλθεῖν· οὐδὲν οὐδέπω ὑμῖν κατώρθωται. Νῦν οὖν *προδώσετέ* με τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τοσοῦτος ὑμῶν κρατήσει φόβος, ὥστε μηδὲ μετ' ἀλλήλων δυνηθῆναι ἀναχωρῆσαι. Ἀλλ' οὐδὲν ἀπὸ τούτων πείσομαι δεινόν. Ὁρᾷς πῶς πάλιν συγκαταβατικὸς ὁ

[a] Alii παραμυθίας ἐστί. [b] Sic recte Sa il. et codd. Legebatur ἐκπλῆξαι. Edit.

[c] Quatuor mss. οὐ δεηθήσεσθε. [d] Verba, Ἀμὴν... ὀνόματι μου, ad seriem necessaria, e Saivilio recepimus. Edit [e] Quidam τότε λήψονται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λόγος; Τοῦτο γοῦν αὐτοῖς καὶ ἐγκαλεῖ, ὅτι συγκαταβάσεως δέονται διηνεκῶς. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, *Ἴδε νῦν παῤῥησίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις, καὶ διὰ τοῦτο πιστεύομέν σοι·* δείκνυσιν ὅτι νῦν, ὅτε πιστεύουσιν, οὕπω πιστεύουσιν, οὐδὲ προσίεται αὐτῶν τὰ ῥήματα. Ταῦτα λέγει, εἰς ἕτερον αὐτοὺς παραπέμπων καιρόν. Τὸ δὲ, *Ὁ Πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι*, δι' αὐτοὺς πάλιν τέθεικε· τοῦτο γὰρ ἄνω καὶ κάτω ἐβούλετο [a] μαθεῖν. Εἶτα δεικνὺς, ὅτι οὐ τὴν τελείαν γνῶσιν παρεδίδου αὐτοῖς ταῦτα λέγων, ἀλλ' ὥστε τὸν [468] λογισμὸν αὐτοῖς μὴ στασιάζειν (εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς λογίζεσθαι ἀνθρώπινά τινα, καὶ ὅτι οὐδεμιᾶς ἀπολαύσουσι παρ' αὐτοῦ βοηθείας), φησί· *Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχητε·* τουτέστιν, Ἵνα μὴ ἐκβάλητέ με τῆς διανοίας ὑμῶν, ἀλλὰ παραδέξησθε. Μὴ τοίνυν εἰς δόγμα τις ἑλκέτω τὰ λεγόμενα· εἰς γὰρ ἡμετέραν εἴρηται παράκλησιν καὶ ἀγάπην. Οὐδὲ γὰρ μέχρι τούτου, φησὶ, τοιαῦτα πάσχουσι· στήσεται ὑμῖν [b] τὰ τῶν δεινῶν· ἀλλ' ἕως ἂν ἦτε ἐν τῷ κόσμῳ, θλῖψιν ἕξετε, οὐ νῦν ὅτε παραδίδομαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα. Ἀλλὰ ἀνάστητε τῷ λογισμῷ· οὐδὲν γὰρ πείσεσθε δεινόν. Τοῦ γὰρ Διδασκάλου περιγενομένου τῶν ἐχθρῶν, οὐ χρὴ τοὺς μαθητὰς ἀλύειν. Καὶ πῶς νενίκηκας, εἰπέ μοι, τὸν κόσμον; Εἶπον μὲν ἤδη ὅτι τὸν ἄρχοντα αὐτοῦ κατέβαλον κάτω· εἴσεσθε δὲ καὶ ὕστερον, πάντων εἰκόντων ὑμῖν καὶ παραχωρούντων.

γ'. Ἔξεστι δὲ καὶ ἡμῖν [c] νικᾶν, ἐὰν βουλώμεθα, εἰς τὸν ἀρχηγὸν τῆς πίστεως ἡμῶν ἀφορῶντας, καὶ ταύτην βαδίζοντας τὴν ὁδὸν, ἣν αὐτὸς ἡμῖν ἔτεμεν· Οὕτως οὐδὲ θάνατος ἡμῶν περιέσται. Τί οὖν; οὐ τεθνήξομεν, φησίν; ἀπὸ γὰρ τούτου δῆλον ὅτι οὐ περιέσται. Καὶ μὴν τότε ὁ ἀνταγωνιστὴς ἔσται λαμπρὸς, οὐχ ὅταν μὴ συμπλακῇ τῷ ἐχθρῷ, ἀλλ' ὅταν συμπλακεὶς μὴ κατέχηται. Οὐ τοίνυν διὰ τὴν συμπλοκὴν θνητοὶ, ἀλλὰ διὰ τὴν νίκην ἀθάνατοι. Τότε γὰρ ἂν ἦμεν θνητοὶ, εἰ ἐμένομεν παρ' αὐτῷ διηνεκῶς. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἂν εἴποιμι τὰ μακροβιώτατα τῶν ζώων ἀθάνατα, καίτοι γε πολὺν μένοντα χρόνον ἔξω θανάτου· οὕτως οὐδὲ θνητὸν, διὰ τὸ λύεσθαι θανάτῳ, τὸν μέλλοντα μετὰ τὸν θάνατον ἀνίστασθαι. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις πρὸς ὀλίγον ἐρυθριάσειε, τοῦτον οὕτω καλέσωμεν διηνεκῶς ἐρυθρόν [d]; Οὐδαμῶς· οὐ γάρ ἐστι τὸ πρᾶγμα ἕξις. Εἴ τις ὠχρὸς γένοιτο, τοῦτον ἰκτεριῶντα προσεροῦμεν; Οὐδαμῶς· πρόσκαιρον γὰρ τὸ πάθος. Οὐκοῦν οὐδὲ θνητὸν καλέσεις τὸν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γενόμενον ἐν θανάτῳ· ἐπεὶ καὶ τοὺς καθεύδοντας οὕτως ἐροῦμεν· τεθνήκασι γάρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ εἰσὶν ἀνενέργητοι. Ἀλλὰ φθείρει τὰ σώματα; Καὶ τί τοῦτο; οὐ γὰρ ἵνα ἐν φθορᾷ μείνῃ, ἀλλ' ἵνα βελτίω γένηται. Νικήσωμεν τοίνυν τὸν κόσμον, πρὸς ἀθανασίαν δράμωμεν, ἀκολουθήσωμεν τῷ βασιλεῖ, στήσωμεν αὐτῷ τρόπαιον, καταφρονήσωμεν αὐτοῦ τῶν ἡδονῶν. Καὶ οὐ δεῖ πόνων· μεταθῶμεν τὴν ψυχὴν πρὸς τὸν οὐρανὸν [e], καὶ νενίκηται ὁ κόσμος ἅπας. Ἂν μὴ ἐπιθυμήσῃς αὐτοῦ, νενίκηται· ἂν καταγελάσῃς αὐτὸν, ἥττηται. Ξένοι ἐσμὲν καὶ παρεπίδημοι· μηδενὶ τοίνυν τῶν λυπηρῶν ἀλγῶμεν. Οὐδὲ γὰρ, εἰ πατρίδος γενόμενος λαμπρᾶς καὶ προγόνων περιφανῶν, εἰς μακράν τινα γῆν ἀπῆλθες, μηδενὶ γνώριμος; ὢν, μηδὲ παῖδας ἔχων, μηδὲ πλοῦτον, εἶτά τις ὕβρισεν, ἤλγησας ἂν ὡς οἶκοι ταῦτα παθών. Τὸ [469] γὰρ εἰδέναι σαφῶς, ὅτι ἐν ξένῃ καὶ ἀλλοτρίᾳ εἶ, πάντα φέρειν εὐκόλως ἔπεισε, καὶ τὸ καταφρονεῖσθαι καὶ τὸ πεινῆν καὶ διψῆν, καὶ τὸ ὀτιοῦν παθεῖν. Τοῦτο λόγισαι καὶ νῦν, ὅτι ξένος εἶ καὶ παρεπίδημος, καὶ μηδέν σε τῶν ἐν τῇ ξένῃ ταύτῃ θορυβείτω. Κοὶ γὰρ πόλιν ἔχεις, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός· ἡ δὲ [f] παροίκησις αὕτη πρὸς βραχὺ γίνεται καὶ ὀλίγον. Ὁ βουλόμενος τυπτέτω, ὑβριζέτω, λοιδορείτω. Ἐν ξένῃ ἐσμὲν, καὶ εὐτελῶς ζῶμεν. Τὸ γὰρ δεινὸν, ἐπὶ τῆς πατρίδος τοῦτο παθεῖν, ἐπὶ τῶν πολιτῶν· τότε ἡ μεγίστη ἀσχημοσύνη καὶ ζημία. Ἐὰν δὲ ᾖ τις ἔνθα μηδένα γνώριμον ἔχῃ, πάντα εὐκόλως ὑφίσταται. Ἡ γὰρ ὕβρις ἀπὸ τῆς γνώμης τῶν ὑβριζόντων χαλεπωτέρα γίνεται. Οἷον, ἐάν τις εἰδὼς τὸν ὕπαρχον ὄντα ὕπαρχον ὑβρίσῃ, τότε ἡ ὕβρις πικρά· ἐὰν δὲ ἰδιώτην νομίσας ὑβρίσῃ, οὐδὲ ἅψασθαι δύναται τοῦ ταῦτα πάσχοντος. Οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς λογισώμεθα. Οὐδὲ γὰρ ἴσασιν ὅπερ ἐσμὲν οἱ ὑβρισταὶ, οἷον ὅτι πολῖται τῶν οὐρανῶν, καὶ εἰς τὴν ἄνω ἀπογεγραμμένοι [g] πατρίδα, καὶ τῶν Χερουβὶμ ἐσμεν συγχορευταί. Μὴ τοίνυν ἀλγῶμεν, μηδὲ ὕβριν ἡγώμεθα τὴν ὕβριν. Εἰ ἐγνώριζον, οὐκ ἂν ὕβρισαν. Ἀλλὰ πτωχοὺς καὶ εὐτελεῖς νομίζουσι; Μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς ταύτην ὕβριν νομίζωμεν. Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις ὁδοιπορῶν παῖδας τοὺς αὐτοῦ φθάσας, ὀλίγον διάστημα ἐν πανδοχείῳ ἐκαθέζετο περιμένων αὐτούς· εἶτα ὁ πανδοχεὺς, ἤ τῶν ὁδοιπόρων τις, ἀγνοῶν ὅστις ἂν εἴη, δυσχεράνειε πρὸς ἐκεῖνον καὶ λοιδορηθείη· ἆρα οὐ γελάσεται τὴν ἄγνοιαν ἐκείνου; οὐ τέρψει μᾶλλον αὐτὸν ἡ πλάνη; οὐκ ἐντρυφήσει, ὡς ἄλλου τινὸς ὑβριζομένου; Οὕτω καὶ ἡμεῖς πράττωμεν. Καὶ γὰρ ἐν πανδοχείῳ καθήμεθα περιμένοντες τοὺς ἡμετέρους [h] τοὺς ὁδεύοντας τὴν ὁδὸν ταύτην. Ὅταν ὁμοῦ πάντες γενώμεθα, τότε εἰσονται τίνας ὑβρίζουσιν. Οὗτοι τότε κάτω νεύουσι, τότε ἐροῦσιν· Οὗτός ἐστιν ὃν ἔσχομεν ἡμεῖς οἱ ἄφρονες εἰς γέλωτα.

δ'. Δύο τοίνυν τούτοις παραμυθησώμεθα ἑαυτοὺς, ὅτι τε ἡμεῖς οὐχ ὑβριζόμεθα (οὐ γὰρ ἴσασιν οἵτινές ἐσμεν), καὶ ὅτι, κἂν βουλώμεθα δίκην λαβεῖν, δώσουσιν ὕστερον χαλεπωτάτην. Ἀλλὰ μὴ γένοιτό τινα οὕτως ὠμὴν καὶ ἀπάνθρωπον ἔχειν ψυχήν. Τί οὖν, ἂν παρὰ τῶν ὁμοφύλων ὑβριζώμεθα; τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φορτικόν. Τοῦτο μὲν οὖν ἐστι τὸ κοῦφον. Τί δήποτε; Ὅτι οὐχ ὁμοίως τοὺς ἀγαπωμένους ὑβρίζοντας φέρομεν, καὶ οὓς οὐκ ἴσμεν. Ταῦτα γοῦν, παρακαλοῦντες τοὺς ὑβρισμένους, λέγομεν τὰ ῥήματα πολλάκις· Ἀδελφός ἐστιν ὁ ὑβρικώς, φέρε γενναίως· πατήρ ἐστι, θεῖός ἐστιν. Εἰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ πατρὸς τὸ ὄνομα δυσωπεῖ, πολλῷ μᾶλλον [i] ἂν εἴποι τούτων γνησιώτερον. Οὐ γὰρ ἀδελφοὶ μόνον ἀλλήλοις ἐσμὲν, ἀλλὰ καὶ μέλη καὶ σῶμα ἕν. Εἰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ ὄνομα δυσωπεῖ, πολλῷ μᾶλλον τὸ τοῦ μέλους. Οὐκ ἤκουσας τῆς ἔξω παροιμίας; λεγούσης, ὅτι δεῖ τοὺς φίλους μετὰ τῶν ἐλαττωμάτων ἔχειν; οὐκ ἤκουσας Παύλου λέγοντος, [470] ὅτι *Ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε·* οὐχ ὁρᾷς τοὺς ἐρῶντας; Ἀναγκάζομαι γὰρ, ἐπειδὴ ἀφ' ὑμῶν τὸ παράδειγμα σχεῖν οὐκ ἔχομεν, ἐπ' ἐκείνην τὴν ὑπόθεσιν τὸν λόγον ἀγαγεῖν. Ποιεῖ δὲ αὐτὸ καὶ ὁ Παῦλος οὕτω λέγων· *Εἶτα τοὺς μὲν τῆς σαρκὸς ἡμῶν πατέρας εἴχομεν παιδευτὰς, καὶ ἐνετρεπόμεθα* i. Μᾶλλον δὲ ἐκεῖνο εὐκαιρότερον εἰπεῖν, φησὶν, ὅπερ Ῥωμαίοις· *Ὥσπερ*, φησὶ, *παρεστήσατε*

[a] Savil. ἐβούλοντο. [b] Morel. στήσω ὑμῖν. [c] Alii καὶ ἡμᾶς. [d] Alii post ἐρυθρόν addunt εἶναι. [e] Quidam εἰς τὸν οὐρανόν. [f] Morel. εἰ δέ. [g] Alii ἀπεγράφημεν. [h] Verba τοὺς ἡμετέρους, ut quæ optime sensum perficiant, e Savi io recepimus. Edit. [i] Verba πολλῷ μᾶλλον idem dedit Savil. Mox pro ἀλλήλοις nonnulli habent ἀλλήλων. Edit. [j] Alii καὶ οὐκ ἐντρεπόμεθα, et sic legit interpres Latinus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non est opus tibi, ut quis te interroget. Id est, Antequam audias, vides quid nos perturbet, et recreasti nos dicendo, *Pater vos amat, quia vos me amastis.* Post tot et tanta, tunc tandem dicunt, *Nunc scimus* (*Joan.* 16. 30). Viden' quam rudes adhuc essent? Deinde quia, ceu gratias agentes, dicunt, *Nunc scimus*, ait ille, Multis aliis opus habetis, ut perfectionem attingatis : nihil adhuc a vobis perfectum est. Nunc igitur me inimicis tradetis, et tanta vos invadet formido, ut neque simul abscedere possitis. Sed nihil hinc ego damni patiar. Viden' quomodo rursum attemperatus sermo sit? Hac ergo de re illos accusat, quod perpetuo indulgentia opus haberent. Cum enim dicerent, 29. *Ecce nunc palam loqueris, et proverbium nullum dicis*, 30. *et* ideo *credimus tibi;* ostendit etiam nunc cum credunt, nondum credere, nec se illorum dicta admittere. Hæc vero dicit ad aliud illos tempus remittens. Illud autem, 32. *Pater mecum est*, propter eos iterum posuit : hoc enim illos discere semper voluit. Deinde ut ostendat se hæc dicendo nondum illis perfectam tradidisse notitiam; sed ne ratiociniis exagitarentur (verisimile enim erat eos humana quædam cogitasse, metuisseque se nullum ab eo auxilium habituros esse), ait : 33. *Hæc loquutus sum vobis, ut in me pacem habeatis :* id est, Ut non excidam ex animo vestro, sed me recipiatis. Ne quis ergo hæc dicta in dogma trahat : nam hæc ad nostram consolationem dilectionemque dicta sunt. Neque enim hæc tantum patiemini : ærumnæ vestræ tandem sedabuntur; sed donec in mundo eritis, in ærumnis versabimini, non solum nunc cum trador, sed etiam postea. Sed animum erigite : nihil enim grave patiemini. Postquam enim Magister inimicos vicerit, non oportet discipulos contristari. Et quomodo, quæso, mundum vicisti? Jam dixi, me principem ejus ejecisse foras; scietis autem postea, cum omnes cedent vobis, et obtemperabunt.

3. *Homines quomodo sint immortales.* — Licet enim nobis quoque vincere, si voluerimus ducem fidei nostræ respicere, et illa via, quam ille aperuit, incedere. Ita neque mors nos superabit. Quid ergo? inquies; an non morïemur? hinc enim constaret mortem non vicisse. Atqui tunc certator clarus est, non quando cum hoste non confligit, sed quando congressus non vincitur. Non ergo propter congressum mortales, sed propter victoriam immortales. Tunc enim mortales essemus, si perpetuo in morte maneremus. Ut enim longissimæ vitæ animalia non immortalia dixerim, etsi diuturno ante mortem vivant tempore : sic nec mortalem dixerim eum, qui post mortem resurrecturus est. Dic, quæso, si quis ad breve tempus erubesceret, illumne perpetuo rubrum diceremus? Minime : non enim id habitus est. Si quis pallidus fieret, an hunc regio morbo captum diceremus? Minime : temporaneus quippe morbus est. Ne ergo mortalem dicas eum, qui modico tempore in morte fuit. Nam sic dormientes possemus mortuos appellare : sunt enim, ut ita dicam, mortui, nihilque operantes. Sed mors corpora corrumpit? Et quid hoc? non enim moriuntur ut in corruptione maneant, sed ut meliora evadant. Vincamus ergo mundum; ad immortalitatem curramus, sequamur regem, ipsi tropæum erigamus, voluptates despiciamus. Non opus est laboribus; animam transferamus ad cælum, et totus mundus victus est. Si illum non concupiscas, victus est; si derideas illum, superatus est. Hospites sumus et peregrini : de nulla ergo re tristi doleamus. Neque enim si ex florente patria et claris majoribus ortus, in longinquam migrares terram, nemini notus, sine liberis, sine opibus, deinde a quopiam contumeliam acciperes, perinde ægre ferres ac si domi id passus esses. Cum scires enim te in peregrina et aliena regione esse, id tibi omnia facile ferenda et contemnenda esse suaderet, et famem et sitim et si qua alia. Hoc etiam nunc cogita : te nempe advenam et peregrinum esse, et utpote in aliena regione a nulla re turberis. Civitatem enim habes, cujus opifex et creator est Deus; hæc vero peregrinatio ad breve tempus est. Qui vult verberet, contumeliis et conviciis onoret. In peregrina terra sumus, et misere vivimus. Grave quippe esset id in patria pati, inter concives; tunc maxima esset infamia et jactura. Si autem ibi quis esset, ubi neminem sibi notum habet, omnia facile toleraret. Contumelia enim ex inferentis voluntate gravior judicatur. Ut, exempli causa, si quis prætorem sibi notum contumelia afficeret, tunc contumelia esset acerba; si autem privatum esse ratus offenderet, ne attingere quidem videretur eum cui infertur. Sic nobiscum reputemus. Neque enim contumeliosi illi quinam simus sciunt; nempe cælorum cives, in supernam adscripti patriam, et inter Cherubinorum choreas. Ne itaque doleamus, neque contumeliam putemus esse contumeliam. Nos si cognoscerent, non utique læderent. Sed nos pauperes miserosque putant? Ne ergo id pro contumelia habeamus. Die enim mihi, si quis iter agens servos suos aliquandiu in diversorio exspectaret, caupo autem vel viator, seu alius quispiam ignarus, illi malediceret et conviciaretur, nonne illius ignorantiam rideret, illiusque errore delectaretur? nonne lætaretur ac si alius, non ipse, afficeretur contumelia? Ita et nos faciamus. Nam in diversorio sedemus, viæ socios exspectantes. Cum omnes conveniemus, tum quos læserint, intelligent. Tunc, demisso capite, dicent : Hic est quem nos stulti habuimus in derisum (*Sap.* 5. 3).

4. Iis ergo duobus consolationem accipiamus, et quod non nos injuriam accipiamus (non enim sciunt quinam simus), tum quod, si ulcisci velimus, pœnas illi gravissimas demum sint daturi. Verum absit ut quispiam tam crudelis et inhumanus sit. Quid si a contribulibus nostris injuriam accipiamus? illud enim molestum esset. Imo levissimum. Quare? Quia non pari modo dilectos atque ignotos conviciantes toleramus. Hæc contumelia affectis hortandi causa sæpe dicimus : Frater est qui læsit, fortiter feras : pater est, vel patruus. Quod si fratris vel patris nomina revereris, dicam quid propinquius. Non solum enim fratres mutuo sumus, sed et membra et corpus unum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Quod si fratris nomen reveremur, multo magis membri. Non audisti externum illud proverbium, amicos cum vitiis esse ferendos? non audisti Paulum dicentem, *Alter alterius onera portate* (*Gal.* 6. 2)? annon amatores vides? Cogor enim, quia vobis tale exemplum mutuari non possum, ad illud recurrere: quod ipsum facit Paulus sic dicens: *Deinde patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, et reverebamur* (*Hebr.* 12. 9). Imo illud opportunius dicatur, Quod Romanis dicit: *Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ et iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete membra vestra servire justitiæ* (*Rom.* 6. 19). Ideo et nos fidenter exemplum referre pergimus. Non vides igitur amatores, qui meretrices depereunt, quanta perferunt mala, alapis cæduntur, verberantur, irridentur, lascivum scortum perferunt, dum se adversatur et mille contumelias infert? Et tamen si semel blandum quidpiam et suave videant, omnia sibi felicia putant, priora avolant, prospera cuncta sunt; sive paupertas accidat, sive morbus, sive quidpiam hujusmodi. Vitam sibi vel miseram vel felicem existimant, prout affectam sibi amasiam habent. Non gloriam humanam, non ignominiam norunt; sed si injuria inferatur, ex hujusmodi voluptate et rebus apud illam prosperis omnia facile ferunt. Si illa convicietur, si in faciem conspuat, illi se rosis aspergi putant. Et quid mirum si tali erga illam affectu sunt? Illius quippe domum omnium splendidissimam esse putant, etsi lutea illa sit, etsi in ruinam vergat. Ecquid de parietibus loquor? Nam visis iis in quibus versari solent locis, excitantur. Hic vero concedite mihi ut apostolicum illud proferam: *Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, ita exhibete membra vestra servire justitiæ.* Idipsum ego dico: ut illas dileximus, sic nos mutuo diligamus, nec nos grave quidpiam pati existimabimus. Et quid dico nos mutuo? Sic Deum diligamus.

Discrimen inter amorem Dei, et amorem meretricis. — Inhorruistis audientes me tantum exigere erga Deum amorem, quantum erga meretricem exhibemus? At ego exhorresco quod ne parem quidem exhibeamus. Et, si placet, illud expendamus, etsi admodum molesta res sit. Amasia amantibus nihil boni promittit, sed ignominiam, turpitudinem, contumeliam; hoc enim affert meretricis consuetudo, ridiculum reddit, turpem, infamem. Deus vero cælum et cælestia bona pollicetur; filios suos et Unigeniti fratres reddit, viventi tibi innumera largitur, mortuo resurrectionem, et tot tantaque bona, ut ne cogitare quidem ea possis, nosque honorabiles venerandosque efficit. Illa iterum expendere cogit omnia in voraginem et perniciem; Deus jubet cælum ipsum serere, et centuplum dat, atque vitam æternam. Illa amatore ut mancipio utitur, quovis tyranno acerbior; Deus vero dicit: *Jam non dicam vos servos, sed amicos* (*Joan.* 15. 15).

5. Vidistisne magnitudinem hic malorum, illic bonorum? Quid ad hæc? Illius gratia multi vigilant, et imperanti toto animo morem gerunt, domum relinquunt, patrem, matrem, amicos, pecunias, patrocinia, omnia sua deserunt et labefactari sinunt; Dei vero causa, imo potius nostri causa, sæpe ne tertiam quidem facultatum partem expendere volumus, sed famelicum despicimus, nudum videntes prætercurrimus neque alloqui dignamur. Illius vero si ancillulam viderint amatores, barbaram licet, in medio foro stantes, blande et hilari vultu alloquuntur, longioreque utuntur sermone. Propter illam nihil esse vitam arbitrantur, nihil principes, nihil regnum (id sciunt certe quotquot hunc experti sunt morbum); et majorem habent imperanti gratiam, quam servientibus cæteris. Nonne merito gehenna, nonne innumera nos manent supplicia? Evigilemus itaque, et Dei ministerio exhibeamus aut tantumdem aut dimidiam certe partem eorum quæ meretrici cæteri præbent, aut tertiam, ut minimum, partem. Forte iterum horretis? Et ego quoque. At vellem vos non de verbis tantum, sed et de rebus ipsis horrere. Nunc autem hic cor movetur, egressi vero omnia abjicimus. Quid hinc ergo lucri?

Ad eleemosynam pro more hortatur. — Si illic consumendæ essent pecuniæ, nemo defleret paupertatem, sed fœneraretur etsi sæpe captus fuisset: hic vero si eleemosyna nominetur, statim filios, uxorem, domum, curam rei familiaris, et millia obtendimus. Sed multa, inquies, illic voluptas est. Hoc est quod doleo, de quo excrucior. Quid vero si ostendero hic majorem esse voluptatem? Illic enim non parum voluptatem minuit pudor, contumelia, sumptus; itemque bellum et inimicitiæ: hic vero nihil hujusmodi. Quid enim, quæso, huic voluptati par esse possit, sedere regnum cælorum exspectantem, sanctorum splendorem, vitam perpetuam? At, inquies, hæc exspectantur, illa experimur. Quomodo experiris? Visne tibi ostendam hic quoque experimentum haberi? Cogita quanta fruaris libertate, quod nullum timeas vel tremas dum virtutem sectaris, non inimicum, non insidiatorem, non sycophantam, non æmulum, non rivalem, non zelotypum, non paupertatem, non ægritudinem, non aliud quidpiam humanum. Illic vero, etsi innumera ex voto succedant, et divitiæ quasi ex fonte manent, rivalium bellum, insidiæ, omnium miserrimam illorum vitam efficiunt, qui in his volutantur. Ad voluptatem enim illius respuendæ et effeminatæ necesse est moveri bella; quod mille mortibus gravius et omni supplicio intolerabilius est. Hic autem nihil hujusmodi. *Fructus*, enim, inquit, *Spiritus, caritas, gaudium, pax* (*Gal.* 5. 22). Nusquam bellum, non intempestivi pecuniarum sumptus, non post expensam opprobria: si obolum des, si panem, si calicem aquæ frigidæ, multa tibi gratia habebitur, nihilque te mœrore doloreve afficiet; sed omnia te liberum gloriosumque reddent, et ab omni te turpitudine liberabunt. Quam ergo excusationem habebimus, quam veniam, qui hæc relinquimus, contrariis nos damus, et in caminum ignis ardentis nos sponte conjicimus? Quare hortor eos qui hoc morbo laborant, ut resipiscant, et ad sanitatem redeant, nec in desperationem incidant. Nam et ille filius his longe graviora

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν· οὕτω παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς θαῤῥοῦντες ἐπόμεθα τοῦ παραδείγματος. Οὐχ ὁρᾷς τοίνυν τοὺς ἐρῶντας, πόσα οὗτοι πορνῶν γυναικῶν περικαιόμενοι πάσχουσι δεινὰ, ῥαπιζόμενοι, τυπτόμενοι, γελώμενοι, θρυπτομένης ἀνεχόμενοι πόρνης, ἀποστρεφομένης, μυρία ὑβριζούσης; Ἀλλ' ὅμως κἂν ἅπαξ ἡδύ τι καὶ ἡμερον ἴδωσιν, πάντα αὐτοῖς ἐν εὐπραγίᾳ, καὶ πάντα οἴχεται τὰ πρότερα, καὶ πάντα ἐξ οὐρίων φέρεται, κἂν πενία, κἂν νόσος, κἂν ὁτιοῦν τούτοις ἕτερον. Τὸν γὰρ βίον τὸν ἑαυτῶν τίθενται ἆθλιόν τε καὶ μακάριον, ὡς ἂν τὴν ἐρωμένην ἔχωσι πρὸς αὐτοὺς διακειμένην. Καὶ οὐ δόξαν ἴσασιν ἀνθρωπίνην, οὐκ ἀτιμίαν· ἀλλὰ, κἂν ὑβρίζῃ τις, ὑπὸ τῆς πολλῆς ἡδονῆς καὶ τῆς παρ' ἐκείνης εὐημερίας ἅπαντα φέρουσι ῥᾳδίως· ἐκείνη δὲ κἂν λοιδορήσηται, κἂν εἰς τὸ πρόσωπον πτύσῃ, ῥόδοις βάλλεσθαι νομίζουσι ταῦτα πάσχοντες. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ περὶ αὐτὴν οὕτω διάκεινται; Καὶ γὰρ τὴν οἰκίαν τὴν ἐκείνης πασῶν εἶναι λαμπροτέραν νομίζουσι, κἂν πηλίνη ᾖ, κἂν καταπίπτουσα. Καὶ τί λέγω τοὺς τοίχους; Καὶ γὰρ τοὺς τόπους αὐτοὺς, ἔνθα διατρίβουσιν ἐν ἐσπέρᾳ, ὁρῶντες διανίστανται. Ἐνταῦθα δέ μοι δότε [a] λοιπὸν τὸ ἀποστολικὸν εἰπεῖν. Καθάπερ ἐκεῖνός φησιν· *Ὥσπερ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, οὕτω παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν τῇ δικαιοσύνῃ·* τὸν αὐτὸν τρόπον κἀγὼ λέγω· ὡς ἠγαπήσαμεν ταύτας, ἀγαπήσωμεν ἀλλήλους, καὶ οὐδὲν δεινὸν ἡγησόμεθα πάσχειν. Καὶ τί λέγω ἀλλήλους· οὕτως ἀγαπήσωμεν τὸν Θεόν.

Ἐῤῥίζατε ἀκούσαντες, ὅτι τοσοῦτον ἀπαιτῶ μέτρον ἀγάπης ἐπὶ Θεοῦ, ὅσον περὶ τὴν πόρνην ἐπεδειξάμεθα; Ἀλλ' ἐγὼ φρίττω, ὅτι οὐδὲ τοσοῦτον ἐπιδεικνύμεθα. Καὶ, εἰ βούλεσθε, ἐπεξέλθωμεν τῷ λόγῳ, εἰ καὶ σφόδρα φορτικὸν τὸ λεγόμενον. Ἡ ἐρωμένη τοῖς ἐρῶσιν οὐδὲν ὑπισχνεῖται χρηστὸν, ἀλλ' ἀτιμίαν, καὶ αἰσχύνην, καὶ ὕβριν. Τοῦτο γὰρ εἶναι ποιεῖ τὸ προσεδρεύειν πόρνῃ γυναικὶ, καταγέλαστον, αἰσχρὸν, ἄτιμον. Ὁ δὲ Θεὸς οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἐπαγγέλλεται ἀγαθὰ, καὶ υἱοὺς ἡμᾶς ἐποίησε, καὶ ἀδελφοὺς τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ζῶντί σοι μυρία παρέσχε, καὶ τελευτῶντι ἀνάστασιν, καὶ τοσαῦτα ἐπαγγέλλεται δώσειν ἀγαθὰ, ὅσα μηδὲ ἐννοῆσαι δυνατὸν, καὶ τιμίους καὶ αἰδεσίμους ἡμᾶς ποιεῖ. Καὶ πάλιν, ἐκείνη δαπανᾷν ἀναγκάζει πάντα τὰ αὐτῶν εἰς βάραθρον καὶ ἀπώλειαν· ὁ δὲ Θεὸς σπείρειν κελεύει τὸν οὐρανὸν, καὶ ἑκατονταπλασίονα δίδωσι, καὶ [471] ζωὴν αἰώνιον. Πάλιν, ἐκείνη ὡς ἀνδραπόδῳ κέχρηται τῷ φιλοῦντι, τυράννου παντὸς χαλεπώτερον ἐπιτάττουσα· ὁ δὲ Θεός φησιν, *Οὐκέτι λέγω ὑμᾶς δούλους, ἀλλὰ φίλους.*

ε'. Εἴδετε τὴν ὑπερβολὴν καὶ τῶν ἐνταῦθα κακῶν, καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐκεῖθεν; Τί οὖν τὰ μετὰ ταῦτα; Ταύτης μὲν ἕνεκεν καὶ ἀγρυπνοῦσι πολλοὶ, καὶ ἅπερ ἂν ἐπιτάξῃ, μετὰ προθυμίας ὑπακούουσι, καὶ οἰκίαν ἀφιᾶσι, καὶ πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ φίλους, καὶ χρήματα, καὶ προστασίαν, καὶ πάντα ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἐρημίᾳ τὰ αὐτῶν· τοῦ δὲ Θεοῦ πολλάκις ἕνεκεν, οὐδὲ τρίτην μοῖραν ἀναλῶσαι αἱρούμεθα τῶν ὄντων, ἀλλὰ πεινῶντα ὁρῶντες περιορῶμεν, καὶ παρατρέχομεν γυμνὸν, καὶ οὐδὲ λόγου μεταδίδομεν. Ἐκείνης δὲ κἂν θεραπαινίδα ἴδωσιν οἱ ἐρασταὶ, καὶ βάρβαρον, ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ ἑστῶτες, ὥσπερ ἐγκαλλωπιζόμενοι, καὶ ἀγαλλόμενοι διαλέγονται, μακρῶν λόγων ἀνελίττοντες διαύλους· καὶ οὐδὲν εἶναι τὸν βίον πάντα νομίζουσι δι' αὐτὴν, οὐκ ἄρχοντα, οὐ βασιλείαν (καὶ ἴσασιν ὅσοι τοῦ νοσήματος εἰλήφασι πεῖραν)· καὶ χάριν ἔχουσι πλείονα ἐπιτατοῦσῃ, ἢ δουλεύουσιν ἑτέροις. Ἆρ' οὐκ εἰκότως γέεννα; ἆρ' οὐκ εἰκότως μυρίαι κολάσεις; Ἀνανήψωμεν τοίνυν, καὶ παράσχωμεν τῇ τοῦ Θεοῦ διακονίᾳ κἂν τοσοῦτον, κἂν τὸ ἥμισυ μέρος, οὗ τῇ πόρνῃ παρέχουσιν ἕτεροι, κἂν τὸ τρίτον. Τάχα φρίττετε πάλιν; καὶ γὰρ καὶ αὐτός. Ἀλλ' οὐκ ἠβουλόμην ἐπὶ τῶν λόγων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων φρίττειν ὑμᾶς. Νῦν δὲ ἐνταῦθα μὲν ἡμῖν ἡ καρδία συστέλλεται, ἐξελθόντες δὲ πάντα ῥίπτομεν. Τί οὖν τὸ κέρδος;

Ἂν μὲν γὰρ ἐκεῖ δέῃ χρήματα ἀναλίσκειν, οὐδεὶς πενίαν ὀδύρεται, ἀλλὰ καὶ δανεισάμενος ἔδωκε πολλάκις ἄλλους· ἐνταῦθα δὲ, ἐὰν ἐλεημοσύνης μνησθῶμεν, παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ οἰκίαν, καὶ προστασίαν, καὶ μυρίας προφάσεις ἡμῖν προβάλλονται. Ἀλλ' ἡδονὴ πολλὴ, φησὶν, ἐκεῖ. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ θρηνῶ καὶ ὀδύρομαι. Τί οὖν, ἐὰν δείξω μείζονα ἐνταῦθα τὴν ἡδονήν; Ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ μικρὸν ὑποτέμνεται τῆς ἡδονῆς ἡ αἰσχύνη, καὶ ἡ ὕβρις, καὶ ἡ δαπάνη, δεύτερον ὁ πόλεμος καὶ ἡ ἀπέχθεια· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτον. Τί γὰρ τῆς ἡδονῆς ταύτης ἴσον, εἰπέ μοι, καθῆσθαι προσδοκῶντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἐκεῖ βασιλείαν, καὶ τὴν λαμπρότητα τῶν ἁγίων, καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἀτελεύτητον; Ἀλλὰ ταῦτα ἐν προσδοκίαις, φησὶν, ἐκεῖνα δὲ ἐν πείρᾳ. Ποία πεῖρα; Βούλει καὶ ἐνταῦθα τὰ ἐν πείρᾳ εἴπω; Ἐννόησον πόσης ἐλευθερίας ἀπολαύεις, καὶ πῶς οὐδένα δέδοικας; οὐδὲ τρέμεις ἀρετῇ συζῶν, οὐκ ἐχθρὸν, οὐκ ἐπίβουλον, οὐ συκοφάντην, οὐ τὸν παραδοκιμοῦντα, οὐκ ἀντεραστὴν, οὐ ζηλότυπον, οὐ πενίαν, οὐ νόσον, οὐκ ἄλλο τῶν ἀνθρωπίνων οὐδέν· ἐκεῖ δὲ, κἂν μυρία κατὰ γνώμην γένηται, καὶ ὥσπερ ἐκ πηγῶν ὁ πλοῦτος ἐπιῤῥέῃ, ὁ τῶν ἀντεραστῶν πόλεμος, καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ, καὶ οἱ λόγοι πάντων ἀθλιώτερον ποιήσει τοῦ μετ' ἐκείνων πλυνομένου τὸν βίον. Τῆς γὰρ καταπτύστου θρυπτομένης ἐκείνης καὶ τρυφώσης, ἀνάγκη τὸν πόλεμον ἀναῤῥιπίζεσθαι εἰς τὴν [472] ἐκείνης ἀρέσκειαν. Τοῦτο οὖν μυρίων θανάτων χαλεπώτερον καὶ πάσης ἀφορητότερον τιμωρίας. Ἀλλ' οὐκ ἐνταῦθα τοιοῦτον οὐδέν. Ὁ γὰρ *καρπὸς*, φησὶ, *τοῦ Πνεύματος, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη.* Οὐδαμοῦ πόλεμος, οὐδὲ χρημάτων ἄκαιρος δαπάνη, οὐδὲ ὀνείδη μετὰ δαπάνης· κἂν ὁβολὸν δῷς, κἂν ἄρτον, κἂν ποτήριον ψυχροῦ, πολλήν σοι τὴν χάριν εἴσεται, καὶ οὐδὲν ἐπὶ τό σε [b] δακεῖν, καὶ λυπῆσαι ποιεῖ, ἀλλὰ πάντα ὥστε ποιῆσαί σε ἔνδοξον, καὶ πάσης ἀπαλλάξαι αἰσχύνης [c]. Τίνα οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν, ποίαν συγγνώμην, ταῦτα μὲν ἀφιέντες, τοῖς δὲ ἐναντίοις ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες, καὶ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς κάμινον τὴν καιομένην ἑκόντες ἑαυτοὺς ἐκβάλλοντες; Διὸ παρακαλῶ τοὺς τὰ τοιαῦτα νοσοῦντας ἀνακτήσασθαι ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς τὴν ὑγείαν ἐπαναγαγεῖν, μηδὲ ἀφιέναι εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπεσεῖν. Ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς ἐκεῖνος πολλῷ χαλεπώτερα τούτων ἔπαθεν· ἀλλ' ἐπειδὴ πρὸς τὸν οἶκον ἐπανῆλθε τὸν πατρῷον, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας ἐγένετο τιμῆς, καὶ τοῦ διαπαντὸς εὐδοκιμήσαντος ἐφάνη λαμπρότερος. Τοῦτον γὰρ ἡμεῖς ζηλώσωμεν, καὶ πρὸς

[a] Quidam ἐνταῦθα δότε. Morel. ἐνταῦθα δὲ δότε Savil. ut nos.

[b] Savil. putat legendum ἐπὶ τῷ σε. [c] Hæc est lectio Savil., quam præstantissimus vulgatæ : ἀλλὰ πάντα ὥστε ἀπαλλαγῆναι καὶ ποιῆσαι ἔνδοξον. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸν Πατέρα ἐπανελθόντες, ὀψὲ γοῦν ποτε τῆς αἰχμαλωσίας ἀποστῶμεν ἐκείνης, καὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν ἑαυτοὺς μεταγάγωμεν, ἵνα καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀπολαύσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ Π'.

Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν [a] *οὐρανὸν, καὶ εἶπε· Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε.*

α'. *Ὁ ποιήσας καὶ διδάξας*, φησὶν, *οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν·* καὶ μάλα εἰκότως. Τὸ μὲν γὰρ διὰ ῥημάτων φιλοσοφεῖν, εὔκολον· ἡ δὲ διὰ τῶν ἔργων ἐπίδειξις, γενναίου τινὸς καὶ μεγάλου. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς περὶ ἀνεξικακίας διαλεγόμενος, μέσον ἑαυτὸν προτίθησι, κελεύων ἐκεῖθεν λαμβάνειν τὰ ὑποδείγματα. Διὰ τοῦτο καὶ μετὰ τὴν παραίνεσιν ταύτην ἐπὶ εὐχὴν τρέπεται, παιδεύων ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς πάντα ἀφέντας ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγειν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἕξετε*, καὶ κατέσεισεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, διὰ τῆς εὐχῆς ἀνίστησι πάλιν. Ὡς γὰρ ἀνθρώπῳ τέως προσεῖχον. Καὶ δι' ἐκείνους ταῦτα ποιεῖ, ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ Λαζάρου, καὶ λέγει τὴν αἰτίαν, ὅτι *Διὰ τὸν ὄχλον τὸν παρεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας.* Ναὶ, φησίν· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων εἰκότως ταῦτα ἐγίνετο· ἐπὶ δὲ τῶν μαθητῶν τίνος ἕνεκεν; Καὶ ἐπὶ τῶν μαθητῶν εἰκότως. Οἱ γὰρ μετὰ τοσαῦτα λέγοντες, *Νῦν οἴδαμεν, ὅτι πάντα οἶδας*, μάλιστα πάντων βεβαιωθῆναι ἐδέοντο. Ἄλλως δὲ, οὐδὲ εὐχὴν ὁ εὐαγγελιστὴς τὸ πρᾶγμα καλεῖ· ἀλλὰ τί φησιν; *Ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν*, [473] καὶ διάλεξιν αὐτὸ πρὸς τὸν Πατέρα μᾶλλον εἶναί φησιν. Εἰ δὲ ἀλλαχοῦ λέγει εὐχὴν, καὶ δείκνυσιν αὐτὸν ποτὲ μὲν ἐπὶ γόνατα καμπτόμενον, ποτὲ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν αἴροντα, μὴ θορυβηθῇς. Διὰ γὰρ τούτων παιδευόμεθα τὸ ἐκτενὲς τὸ ἐν ταῖς δεήσεσιν, ἵνα καὶ ἑστῶτες ἀναβλέπωμεν, μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς σαρκὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς διανοίας· καὶ ἵνα κάμπτωμεν τὰ γόνατα, τὴν ἑαυτῶν καρδίαν συντρίβοντες. Ἦλθε γὰρ ὁ Χριστὸς, οὐχ ἑαυτὸν δεῖξαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴν παιδεύσων ἄφατον. Τὸν δὲ παιδεύοντα οὐ διὰ ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πραγμάτων παιδεύειν χρή. Ἀκούσωμεν τοίνυν τί φησιν ἐνταῦθα· *Πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε.* Πάλιν δείκνυσιν ἡμῖν ὅτι οὐκ ἄκων ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἔρχεται. Πῶς γὰρ, ὁ καὶ εὐχόμενος τοῦτο γενέσθαι, καὶ δόξαν τὸ πρᾶγμα καλῶν, οὐκ αὐτοῦ μόνου τοῦ σταυρουμένου, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πατρός; Ἐπεὶ καὶ οὕτως ἐγένετο· οὐ γὰρ ὁ Υἱὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ ἐδοξάσθη. Πρὸ μὲν γὰρ τοῦ σταυροῦ οὐδὲ Ἰουδαῖοι αὐτὸν ᾔδεσαν· *Ἰσραὴλ γάρ με*, φησὶν, *οὐκ ἔγνω·* μετὰ δὲ τὸν σταυρὸν ἡ οἰκουμένη ἅπασα προσέδραμεν. Εἶτα λέγει καὶ τὸν τρόπον τῆς δόξης, καὶ πῶς αὐτὸν δοξάσει. *Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκὸς, ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, μὴ ἀπόληται.* Τὸ γὰρ εὐεργετεῖν ἀεὶ, τῷ Θεῷ δόξα. Τί δέ ἐστι, *Καθὼς ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός;* Τέως δείκνυσιν, ὅτι οὐκ εἰς Ἰουδαίους μόνους τὰ τοῦ κηρύγματός ἐστι συνεσταλμένα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν οἰκουμένην ἐκτείνεται πᾶσαν, καὶ προκαταβάλλεται προοίμια τῶν ἐθνῶν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν· *Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε·* μέλλει δὲ μετὰ ταῦτα λέγειν, *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*, δείκνυσι καὶ τὸν Πατέρα τοῦτο βουλόμενον. Σφόδρα γὰρ τοῦτο ἐσκανδάλιζεν Ἰουδαίους, καὶ τοὺς μαθητὰς δέ. Οὐδὲ γὰρ μετὰ ταῦτα [b] εὐκόλως ἠνείχοντο τῶν ἐθνῶν ἅπτεσθαι, ἕως τὴν τοῦ Πνεύματος ἔλαβον διδασκαλίαν· καὶ γὰρ οὐ μικρὸν σκάνδαλον ἐντεῦθεν Ἰουδαίοις ἐγίνετο. Μετὰ οὖν τὴν τοσαύτην τοῦ Πνεύματος ἐπίδειξιν, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα παραγενόμενος ὁ Πέτρος, μόλις ἴσχυσεν τὰ ἐγκλήματα διαφυγεῖν, εἰπὼν τὰ κατὰ τὴν σινδόνα. Τί δέ ἐστιν, *Ἔδωκας αὐτῷ ἐξουσίαν πάσης σαρκός;*

Πότε ἄρα τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔλαβεν, ἐρήσομαι τοὺς αἱρετικούς; πρὸ τοῦ πλάσαι αὐτοὺς, ἢ μετὰ τὸ πλάσαι; Αὐτὸς μὲν γάρ φησι, μετὰ τὸ σταυρωθῆναι [c] καὶ ἀναστῆναι. Τότε γοῦν λέγει· *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία. Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.* Τί οὖν; οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν τῶν ἔργων τῶν ἑαυτοῦ· ἀλλ' ἐποίησε μὲν αὐτοὺς, ἐξουσίαν δὲ αὐτῶν οὐκ εἶχε μετὰ τὸ ποιῆσαι; Καὶ μὴν φαίνεται πάντα αὐτὸς ποιῶν, καὶ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, καὶ τοὺς μὲν κολάζων ὡς ἁμαρτάνοντας, τοὺς δὲ διορθούμενος ἐπιστρέφοντας [d] (*Οὐ μὴ κρύψω* γὰρ, φησὶν, *ἀπὸ τοῦ παιδός μου Ἀβραὰμ, ὃ* [474] *ἐγὼ μέλλω ποιεῖν*)· τοὺς δὲ καὶ τιμῶν ὡς κατορθοῦντας. Εἶτα τότε μὲν εἶχε, νῦν δὲ ἀπώλεσε, καὶ πάλιν ἔλαβε; Καὶ ποῖος ἂν ταῦτα δαίμων ἐφθέγξατο; Εἰ δὲ ἡ αὐτὴ ἐξουσία καὶ τότε καὶ νῦν (*Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει*, φησὶ, *τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*), τί ἐστι τὸ εἰρημένον; Ἔμελλεν αὐτοὺς πέμπειν εἰς τὰ ἔθνη· ἵν' οὖν μὴ νομίσωσι καινοτομίαν εἶναι διὰ τὸ λέγειν, *Οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ*, δείκνυσι καὶ τῷ Πατρὶ τοῦτο δοκοῦν. Εἰ δὲ μετὰ πολλῆς αὐτὸ τῆς εὐτελείας φθέγγεται, θαυμαστὸν οὐδέν· οὕτω γὰρ κἀκείνους ᾠκοδόμει τότε, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα· καὶ ὅπερ εἶπον, ἀεὶ τῇ τῆς εὐτελείας ὑπερβολῇ σφόδρα ἔπειθεν ὅτι συγκαταβάσεως ἦν τὰ εἰρημένα [e].

β'. Τί δέ ἐστι, *Πάσης σαρκός;* Οὐ γὰρ δὴ πάντες ἐπίστευσαν. Καὶ μὴν, τὸ αὐτοῦ μέρος, πάντες ἐπίστευσαν· εἰ δὲ μὴ προσεῖχον τοῖς λεγομένοις, οὐ τοῦ διδάσκοντος τὸ ἔγκλημα, ἀλλὰ τῶν μὴ δεχομένων. *Ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, δῷ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον.* Εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἀνθρωπινώτερον φθέγγεται, μὴ θαυμάσῃς. Τῶν τε γὰρ εἰρημένων αἰτιῶν ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ, καὶ φυλαττόμενος ἀεὶ τὸ αὐτός τι περὶ ἑαυτοῦ λέγειν μέγα, ἐπειδὴ τοῦτο προσίστατο τοῖς ἀκροωμένοις, διὰ τὸ μηδὲν μέγα περὶ αὐτοῦ φαντάζεσθαι τέως. Ὁ γοῦν Ἰωάννης, ὅταν ἐξ οἰκείου φθέγγηται προσώπου, οὐχ οὕτω ποιεῖ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὑψηλότερον ἀνάγει τὸν λόγον, οὕτω λέγων· *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν·* καὶ ὅτι *Ζωὴ ἦν*, καὶ ὅτι *Φῶς ἦν*, καὶ ὅτι *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν·* οὐχ ὅτι οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἔλαβεν· ἀλλ' ὅτι καὶ ἑτέροις ἔδωκεν *Ἐξουσίαν τοῦ γενέσθαι τέκνα Θεοῦ.* Καὶ ὁ Παῦλος ὁμοίως ἴσον αὐτὸν λέγει τῷ Θεῷ.

[a] Alii ὀφθαλμοὺς εἰς τόν.

[b] Savil. καὶ οἱ μαθηταὶ δὲ οὐδὲ μετὰ ταῦτα. [c] Ita Savil. Morel. vero et quidam μετὰ τὸ σαρκωθῆναι. [d] Hæc, τοὺς δὲ διορθούμενος ἐπιστρέφοντας absunt in Savil. [e] Savil. τὰ λεγόμενα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

passus est (*Luc.* 15) ; sed quia ad paternam domum reversus est, et ad pristinum restitutus honorem est, et illo qui semper probe se gesserat, clarior apparuit. Hunc et nos imitemur ; et ad Patrem reversi vel sero tandem, ab illa captivitate resiliamus, et in libertatem nos transferamus, ut regno cælorum fruamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXXX.

Cap. 17. v. 1. *Hæc loquutus est Jesus, et sublevatis oculis in cælum, dixit : Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te.*

1. *Qui fecerit et docuerit,* inquit, *hic magnus vocabitur in regno cælorum* (*Matth.* 5. 19) ; et merito sane. Verbis enim philosophari facile est, opera autem exhibere, fortis et magni animi. Quare Christus de patientia verba faciens, seipsum in medio proponit, jubens inde exempla sumere. Ideo post hanc admonitionem in preces convertitur, docetque nos, in tentationibus omnia relinquenda et ad Deum confugiendum esse. Postquam enim dixit, *In mundo tribulationem habebitis,* illorumque animos concitavit, per orationem rursum erigit. Illum enim adhuc pro homine habebant. Et propter illos hoc agit, ut in Lazaro, causamque aperit, *Propter turbam circumstantem dixi, ut credant quia tu me misisti* (*Joan.* 11. 42). Etiam, inquies, sed coram Judæis hæc jure sic disposita sunt; coram discipulis autem quare? Etiam jure coram discipulis. Qui enim post tot tantaque dicebant, *Nunc scimus quia scis omnia,* plusquam omnes indigebant confirmatione. Alioquin vero id evangelista non orationem vocat ; sed quid ait? *Sublevatis oculis in cælum,* et magis illud colloquium cum Patre fuisse insinuat. Quod si alibi orationem vocet, et illum exhibeat nunc genua flectentem, nunc vero oculos ad cælum levantem, ne turberis. Iis enim instituimur quantum sit in oratione perseverandum; ut stantes suspiciamus, non carnis tantum, sed etiam mentis oculis; et ut flectamus genua, corda nostra conterentes. Venit enim Christus non modo ut sese exhiberet; sed etiam ut virtutem nos doceret ineffabilem. Magister autem non verbis tantum, sed re etiam erudiat oportet. Audiamus ergo quid hic dicat. *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te.* Iterum ostendit nobis se non invitum ad crucem venire. Quomodo invitus veniret, qui hoc et fieri rogat, et rem appellat gloriam, non crucifixi modo, sed etiam Patris? Nam ita factum est : non enim Filius tantum, sed etiam Pater clarificatus est. Ante crucem enim nec Judæi ipsum noverant (*Israel,* inquit, *me non cognovit* [*Isai.* 1. 3]) : post crucem autem universus orbis accurrit. Deinde modum etiam gloriæ addit, et quo pacto ipsum glorificabit. 2. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei non pereat.* Semper enim benefacere, id gloria Dei est. Quid sibi vult illud, *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis?* Interim ostendit prædicationem non ad Judæos tantum circumscriptam, sed orbem totum pervasuram esse, et gentium vocationis primordia statuit. Quia enim dixerat, *In viam gentium ne abieritis* (*Matth.* 10. 5) ; dicturusque postea erat, *Euntes docete omnes gentes* (*Matth.* 28. 19), ostendit Patrem etiam id velle. Nam id Judæos admodum offendebat, etiamque discipulos. Neque enim postea æquo animo ferebant quod gentes adjungerentur, donec Spiritus doctrinam acceperunt; illud quippe Judæis non parum displicebat. Post tantam igitur advenientis Spiritus celebritatem, Jerosolymam veniens Petrus, vix potuit criminationem effugere, cum de sindone loqueretur (*Act.* 11). Quid vero significat illud, *Dedisti ei potestatem omnis carnis?*

Hæretici confutantur. — Interrogabo hæreticos, Quandonam potestatem illam accepit? ante vel postquam illos efformasset? Ipse namque ait, postquam crucifixus est [1] et resurrexit, *Data est mihi omnis potestas. Euntes docete omnes gentes* (*Matth.* 28. 18. 19). Quid ergo? non habebat potestatem operum suorum ; sed fecit quidem eos, potestatem vero in eos non habuit postquam fecit? Atqui omnia facere exhibetur etiam priscis temporibus, et illos quidem ut peccatores punit, alios vero qui convertuntur, emendat [2] (*Non abscondam,* inquit, *a puero meo Abraham, quod facturus sum* [*Gen.* 18. 17]) ; alios vero qui recte faciunt, honorat. Hanc tunc quidem habebat, nunc perdidit, et rursum recepit? Ecquis dæmon hæc loquutus est? Quod si eadem et tunc et in præsenti ipsi potestas inerat (ait enim, *Sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat*) ; quid significat dictum illud? Missurus illos erat ad gentes ; ne itaque putarent quid innovari, quod dixisset, *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel,* ostendit hanc esse quoque Patris voluntatem. Quod si illud perquam humiliter loquatur, nihil mirum : sic enim illos tunc instituebat, necnon eos qui post futuri erant; atque, ut dixi, ex tanta verborum humilitate, suadebat se auditorum imbecillitati sermonem attemperare.

2. Quid vero sibi vult illud, *Omnis carnis?* Neque enim omnes crediderunt. Verum, quod ad ipsum attinet, omnes. Quod si non dictis attendebant, non erat hæc culpa doctoris, sed non accipientium. *Ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.* Quod si hic etiam humanius loquitur, ne mireris. Jam memoratis enim de causis id agit, atque cavens semper ne magnifice ex se loquatur : illud enim auditores offendisset, qui nihildum magnum de ipso opinabantur. Joannes tamen cum ex se loquitur, non ita facit, sed sublimiore utitur sermone hujusmodi : *Omnia per*

[1] Ita Savil., Morel vero et quidam, *postquam incarnatus est.*

[2] Hæc, *alios vero qui convertuntur emendat,* desunt in Savil.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil; et, *Vita erat;* et, *Lux erat;* et, *In propria venit* (*Joan.* 1. 3. 4. 9. 11); non quod non haberet potestatem, nisi accepisset; sed quod aliis quoque daret *Potestatem filios Dei fieri* (*Ibid. v.* 12). Paulus similiter ipsum æqualem Deo dicit (*Philipp.* 2. 6). Ipse vero humaniore modo petit sic: *Ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.* 3. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum. Solum verum Deum,* ad differentiam eorum, qui dii non sunt, sic loquitur. Ad gentes namque mittendi apostoli erant. Quod si id non admittant, sed propter hoc solum negent esse vere Dei Filium; sic progressi Deum esse negant. Nam ait: *Gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis* (*Joan.* 5. 44). Quid ergo? non erit Deus Filius? Si vero Deus Filius, et solius Patris, palam est et verum esse, et ejus qui solus verus dicitur Filium. Quid ergo cum dicit Paulus, *An solus et ego Barnabas* (2. *Cor.* 9. 6)? an Barnabam tollit? Minime; illud enim, *Solus,* ad aliorum differentiam ponitur. Quod si Filius non verus sit Deus, quomodo veritas est? non multum enim differt a vero veritas. Eum qui verus homo non sit, quid esse dicemus, quæso? annon hominem esse negabimus? Sic si Filius non est verus Deus, quomodo Deus est? Quomodo nos deos facit et filios, cum verus non sit? Sed de his accuratius alibi loquuti sumus: quare cætera persequamur. *Ego te clarificavi super terram.* Recte dixit, *Super terram;* nam in cælo glorificatus erat, cum naturalem haberet gloriam, et ab angelis adoraretur. Non ergo de gloria substantiæ ejus propria dicit (illam enim gloriam, quamvis nemo ipsum glorificet, semper plenam habet); sed hanc quæ humano cultu exhibetur. Itaque illud, *Clarifica me,* sic intelligendum. Ut autem discas illum de hujusmodi gloria loqui, audi sequentia. 4. *Opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam.* Atqui res adhuc in principio erat; imo ne in principio quidem. Quomodo ergo dicit, *Consummavi?* Vel se quod in se erat totum effecisse; vel quod futurum est ut factum dicit; vel potius dicatur, totum jam factum fuisse, quia jam radix bonorum posita erat, ex qua necessario producendi fructus erant, seque iis qui post futuri erant adfuturum esse, cum ipsis conjungendum. Ideo rursum humili modo dicit, *Quod dedisti mihi.* Nam si audiendo et discendo perseveravit, hæc gloria ejus longe minora essent. Quod enim ad hoc ex propria voluntate venerit, ex multis perspicuum est, ut cum dicit Paulus: Sic dilexit nos, ut traderet seipsum pro nobis (*Ephes.* 5. 2); et, *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens* (*Philip.* 2. 7); et iterum, *Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos* (*Joan.* 15. 9). 5. *Clarifica me tu, Pater, apud teipsum claritate, quam habui priusquam mundus fieret apud te.* Et ubi claritas illa? esto apud homines inglorius fuerit, ob carnem qua induebatur; sed cur apud Deum glorificari quærit? Quid ergo hic dicit? De incarnatione hic sermo est, quod carnis natura nondum glorificata esset, nec incorruptionem consequuta, neque esset solii regii particeps. Ideo non dixit, Super terram; sed, *Apud te.*

3. *Incitantur desides. Amor pecuniæ damnatur. Fastus redarguitur. Vera libertas est nullo egere.* — Hac nos quoque fruemur gloria secundum mensuram nostram, si vigilemus. Ideo Paulus ait, *Si tamen compatimur, ut et conglorificemur* (*Rom.* 8. 17). Innumeris ergo lacrymis digni sunt ii qui, tanta sibi proposita gloria, ob desidiam et somnolentiam sibi ipsis insidiantur, atque etiamsi gehenna non esset, omnium tamen essent miserrimi, qui cum possent cum Filio Dei regnare et gloria frui, ipsi tantis se bonis defraudant. Nam si concidi oporteret, si mille subire mortes, si mille animas et totidem corpora quotidie tradere: nonne hæc omnia pro tanta gloria pati deberemus? Nunc vero ne quidem pecunias contemnimus, quas demum vel inviti relinquemus. Non contemnimus pecunias, quæ nos innumeris circumplicant malis, quæ hic remanebunt, et nostræ non sunt. Illa enim administramus, quæ nostra non sunt, licet paterna. Cum autem aderit gehenna, vermis ille non moriens, ignis inexstinguibilis, stridorque dentium, quomodo illa feremus? Usquequo non videbimus, sed in quotidianas rixas et bella et inania verba omnia consuminius, terram alimus, corpus impinguamus, animam negligimus, necessaria nihil curamus, de superfluis et inutilibus solliciti sumus? Magnifica construimus sepulcra, splendidas eminus ædes, servorum greges varios nobiscum trahimus, dispensatores varios excogitamus, agrorum, ædium, pecuniarum principes statuimus, imo principum principes; desertæ vero animæ nulla nobis cura est. Ecquis horum finis erit? nonne unum implemus ventrem? nonne uno corpore circumdamur? quis tantus rerum tumultus? cur eam quam sorti i sumus animam dividimus, discerpimusque in talia ministeria, duram nobis excogitantes servitutem? Nam qui multis eget, multorum est servus, licet illis imperare videatur. Etenim famulorum servus est herus, et servitutis aliud gravius genus inducit. Et alio modo servus est, cum non audeat sine servis vel in forum, vel ad balneum, vel in agrum ire: illi vero sæpe sine hero circumquaque incedunt. Sed qui videtur esse dominus, nisi adsint servi, non audet exire domo; sed si extra domum vel compareat, se putat esse ridiculum. Quidam forte nos irridebunt hæc dicentes; sed ideo multis illi lacrymis sunt digni. Quod enim hæc servitus sit, ut ostendam, libenter interrogaverim: an velles egere aliquo, qui ori tuo cibum vel poculum admoveret? annon lacrymis dignum putares tale ministerium? Quid, si semper gestantibus egeres, ut incederes, nonne te ideo omnium miserrimum putares? Sic nunc te affectum esse oporteret. Nihil enim refert, an homines, an jumenta gestent. Annon, quæso, hinc angeli a nobis differunt, quod non tot egeant rebus, quot nos egèmus? Itaque quanto paucioribus indigemus, tanto propinquiores illis sumus: quanto pluribus, tanto magis ad hanc caducam vitam deflectimus. Atque ut rem ita esse discas, senes interroga, quam vitam beatam existiment, an illam quando his rebus stulte vincebantur,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Αὐτὸς δὲ ἀνθρωπινώτερον αἰτεῖ οὕτω λέγων· *Ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκας αὐτῷ, δῷ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. Αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Μόνον ἀληθινὸν Θεὸν*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ὄντων θεῶν φησι. Καὶ γὰρ εἰς τὰ ἔθνη αὐτοὺς πέμπειν ἔμελλεν. Εἰ δὲ οὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ διὰ τοῦτο μόνον ἐκβάλλουσι τοῦ εἶναι ἀληθινὸν Θεὸν τὸν Υἱόν, οὕτω προϊόντες καὶ τὸ Θεὸν εἶναι ἐκβάλλουσι. Καὶ γάρ φησι· *Τὴν δόξαν τὴν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητεῖτε.* Τί οὖν; οὐκ ἔσται Θεὸς ὁ Υἱός; Εἰ δὲ Θεὸς ὁ Υἱὸς, καὶ μόνου τοῦ Πατρὸς λεγομένου, εὔδηλον ὅτι καὶ ἀληθινὸς, καὶ μόνου ἀληθινοῦ καλουμένου. Τί δέ; ὅταν λέγῃ Παῦλος· *Ἢ μόνος ἐγὼ καὶ Βαρνάβας;* ἄρα ἐκβάλλει τὸν Βαρνάβαν; Οὐδαμῶς· τὸ γὰρ, *Μόνος*, πρὸς ἀντιδιαστολὴν ἑτέρων κεῖται. Εἰ δὲ οὐκ ἀληθινὸς Θεὸς, πῶς ἀλήθεια; ἐπιπολὺ γὰρ [a] τοῦ ἀληθινοῦ ἡ ἀλήθεια διαφέρει. Τὸν μὴ ἀληθινὸν ἄνθρωπον εἶναι τί ἐροῦμεν, εἰπέ μοι; οὐχὶ οὐδὲ ἄνθρωπον; Οὕτως, εἰ ἀληθινὸς Θεὸς οὐκ ἔστιν ὁ Υἱὸς, πῶς ἐστι Θεός; πῶς δὲ ἡμᾶς θεοὺς ποιεῖ καὶ υἱοὺς, μὴ ὢν ἀληθής; Ἀλλ' ὑπὲρ τούτων ἀκριβέστερον ἡμῖν ἐν ἑτέροις εἴρηται· διὸ τῶν ἐξῆς ἐχώμεθα. *Ἐγώ σε* [475] *ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς.* Καλῶς εἶπε, *Ἐπὶ τῆς γῆς*· ἐν γὰρ τῷ οὐρανῷ δεδόξαστο, ἔν τε τῇ φύσει τὴν δόξαν ἔχων, καὶ παρὰ τῶν ἀγγέλων προσκυνούμενος. Οὐ τοίνυν περὶ ἐκείνης τῆς δόξης φησὶ, τῆς τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ συγκεκληρωμένης (ἐκείνην γὰρ τὴν δόξαν, κἂν μηδεὶς αὐτὸν δοξάσῃ, μένει πεπληρωμένην ἔχων), ἀλλὰ ταύτην φησὶ τὴν ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων λατρείας γινομένην. Οὐκοῦν καὶ τὸ, *Δόξασόν με*, τοιοῦτόν ἐστιν. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τοῦτον τὸν τρόπον τῆς δόξης φησὶν, ἄκουσον τῶν ἑξῆς· *Τὸ ἔργον ἐτελείωσα, ὃ δέδωκάς μοι ἵνα ποιήσω αὐτό.* Καίτοι γε ἀρχὴν ἔτι τὸ πρᾶγμα εἶχε, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀρχήν. Πῶς οὖν λέγει, *Ἐτελείωσα;* Ἢ ὅτι τὸ ἐμαυτοῦ πᾶν ἐποίησα· ἢ ὅτι τὸ ἐσόμενον ὡς ἤδη γεγενημένον λέγει· ἢ ὃ μάλιστα πάντων ἐστὶν εἰπεῖν, ὅτι τὸ πᾶν ἦν ἤδη γεγενημένον τῷ τὴν ῥίζαν τῶν ἀγαθῶν καταβεβλῆσθαι, ἧ πάντως ἐξ ἀνάγκης ἔμελλον ἕψεσθαι οἱ καρποὶ, καὶ τὸ τοῖς μέλλουσι μετὰ ταῦτα γίνεσθαι, αὐτὸν παρεῖναι καὶ συνεφάπτεσθαι. Διὰ τοῦτο πάλιν συγκαταβατικῶς φησιν. *Ὁ ἔδωκάς μοι.* Εἰ γὰρ δὴ περιέμενεν ἀκοῦσαι καὶ μαθεῖν, πολὺ ταῦτα τῆς δόξης αὐτοῦ ἀποδέοντα ἂν εἴη. Ὅτι γὰρ ἐξ οἰκείας ἐπὶ τοῦτο γνώμης ἦλθε, πολλαχόθεν δῆλον. Ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος, ὅτι Οὕτως ἠγάπησεν ἡμᾶς, ὥστε παραδοῦναι ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ, *Ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μορφὴν δούλου λαβών·* καὶ πάλιν, *Καθὼς ἠγάπησέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ ἠγάπησα* [b] *ὑμᾶς. Δόξασόν με σὺ, Πάτερ, παρὰ σεαυτῷ τῇ δόξῃ, ἣ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί.* Καὶ ποῦ ἡ δόξα ἐκείνη; ἔστω μὲν γὰρ, παρὰ ἀνθρώποις εἰκότως ἄδοξος ἦν [c] διὰ τὸ περικείμενον ἔνδυμα· πῶς καὶ παρὰ Θεῷ δοξασθῆναι ζητεῖ; Τί οὖν ἐνταῦθά φησι; Περὶ τῆς οἰκονομίας ὁ λόγος· ἐπεὶ οὔπω δεδόξαστο τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, οὐδὲ ἀφθαρσίας ἀπολαύσασα, οὔτε τοῦ θρόνου κοινωνήσασα τοῦ βασιλικοῦ. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ, *Παρὰ σοί.*

γ'. Ταύτης καὶ ἡμεῖς ἀπολαυσόμεθα τῆς δόξης κατὰ τὸ ἡμέτερον μέτρον, ἐὰν νήφωμεν. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλός φησιν· *Εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν.* Μυρίων ἄρα ἄξιοι δακρύων οἱ, τοσαύτης προκειμένης δόξης, διὰ νωθείαν καὶ ὕπνον ἐπιβουλεύοντες ἑαυτοῖς· καὶ εἰ γέεννα μὴ ἦν, ἀθλιώτεροι πάντων, οἷς βασιλεῦσαι παρὸν καὶ συνδοξασθῆναι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, τοσούτων ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ κατακοπῆναι ἔδει, εἰ γὰρ μυρίους ἀποθανεῖν θανάτους, εἰ μυρίας ἐπιδοῦναι ψυχὰς, καὶ τοσαῦτα σώματα καθ' ἑκάστην ἡμέραν· οὐκ ἔδει τοσαῦτα [d] ὑποστῆναι ὑπὲρ τοσαύτης δόξης; Νῦν δὲ οὐδὲ χρημάτων καταφρονοῦμεν, ὧνπερ ὕστερον καὶ ἄκοντες ἀποστησόμεθα· οὐ καταφρονοῦμεν χρημάτων, τῶν μυρίοις ἡμᾶς περιβαλλόντων κακοῖς, τῶν ἐνταῦθα μενόντων, τῶν οὐχ ἡμῶν. Τὰ γὰρ οὐχ ἡμῶν διοικοῦμεν, κἂν πατρῷα ἔχωμεν. Ὅταν δὲ καὶ γέεννα προσῇ, καὶ σκώληξ [476] ἀτελεύτητος, καὶ ἄσβεστον πῦρ, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων· πῶς οἴσομεν ταῦτα; εἰπέ μοι. Μέχρι τίνος οὐ διαβλέπομεν, ἀλλ' εἰς μάχας καθημερινὰς, καὶ φιλονεικίας, καὶ λόγους ἀνονήτους τὸ πᾶν δαπανῶμεν, τὴν γῆν τρέφοντες, τὸ σῶμα πιαίνοντες, καὶ τῆς ψυχῆς ἀμελοῦντες, τῶν μὲν ἀναγκαίων οὐδένα ποιούμενοι λόγον, τῶν δὲ περιττῶν καὶ ἀνονήτων πολλὴν τὴν φροντίδα; Καὶ λαμπροὺς μὲν οἰκοδομοῦμεν τάφους, καὶ ὠνούμεθα πολυτελεῖς οἰκίας, καὶ παντοδαπῶν οἰκετῶν ἀγέλας περισύρομεν, καὶ οἰκονόμους διαφόρους ἐπινοοῦμεν, ἀγρῶν, οἰκιῶν, χρημάτων ἄρχοντας, καὶ ἄρχοντας ἀρχόντων καθιστῶντες· τῆς δὲ ψυχῆς ἠρημωμένης οὐδεὶς ἡμῖν λόγος. Καὶ τί τούτων ἔσται τὸ πέρας; οὐχὶ μίαν γαστέρα πληροῦμεν; οὐχὶ ἓν σῶμα περιβάλλομεν; τίς ὁ πολὺς τῶν πραγμάτων θόρυβος; τί δήποτε, καὶ διατί τὴν ψυχὴν [e], ἣν ἐλάχομεν [f], κατακόπτομεν, σπαράττομεν εἰς τὴν τῶν τοιούτων λειτουργίαν, χαλεπὴν ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντες δουλείαν; Ὁ γὰρ πολλῶν δεόμενος, πολλῶν δοῦλός ἐστι, κἂν δοκῇ κρατεῖν τούτων. Ἐπεὶ καὶ τῶν οἰκετῶν δοῦλός ἐστιν ὁ δεσπότης, καὶ θεραπείας ἕτερον εἰσφέρει τρόπον μείζονα· καὶ ἄλλως δὲ δοῦλος, χωρὶς ἐκείνων οὐκ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν τολμῶν. οὐκ εἰς βαλανεῖον, οὐκ εἰς ἀγρόν [g]· οὗτοι δὲ πολλάκις χωρὶς ἐκείνου πανταχοῦ περιίασιν. Ἀλλ' ὁ δοκῶν εἶναι κύριος, ἂν μὴ παρῶσιν οἱ δοῦλοι, οὐ τολμᾷ προελθεῖν οἴκοθεν, ἀλλὰ κἂν προκύψῃ τῆς οἰκίας μόνος, καταγέλαστον ἑαυτὸν εἶναι νομίζει. Τάχα τινὲς γελῶσιν ἡμᾶς ταῦτα λέγοντας· ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν τοῦτο μυρίων δακρύων ἄξιοι ἂν εἶεν. Ὅτι γὰρ δουλεία τοῦτο, ἡδέως ἂν σε ἐροίμην· ἐβούλου δεῖσθαι τοῦ τὸν ψωμὸν τῷ στόματί σου προστιθέντος, ἢ τὴν κύλικα τοῖς χείλεσι προσάγοντος; οὐχὶ δακρύων ἐνόμιζες ἀξίαν εἶναι τὴν διακονίαν ταύτην; Τί δὲ, εἰ βασταζόντων τινῶν ἐδέου πρὸς τὸ βαδίζειν διηνεκῶς, οὐκ ἂν σεαυτὸν ἐλεεινὸν καὶ ἀθλιώτερον ταύτῃ πάντων ἐνόμισας; Οὐκοῦν καὶ νῦν οὕτω διακεῖσθαι ἔδει. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει, εἴτε ὑπὸ ἀλόγων, εἴτε ὑπὸ ἀνθρώπων ταῦτά τις πάσχει. Τί δὲ, εἰπέ μοι, οὐχὶ καὶ ταύτῃ διεστήκασιν ἡμῶν οἱ ἄγγελοι, ὅτι οὐ δέονται ὅσων ἡμεῖς; Οὐκοῦν ὅσῳ μὲν ἂν ἐλαττόνων δεόμεθα, τοσούτῳ πρὸς ἐκείνους ὀδεύσομεν· ὅσῳ δὲ ἂν πλειόνων, τοσούτῳ πρὸς τὸν ἐπίκηρον τοῦτον καταπίπτομεν βίον. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐρώτησον τοὺς γεγηρακότας ποῖον μακαρίζουσι βίον, τὸν ὅτε ἐκρατοῦντο μάτην, ἢ τὸν ὅτε αὐτῶν κρατοῦσι νῦν; Διὰ γὰρ τοῦτο αὐτοὺς [h] ἐκείνους ἐκαλέσαμεν, ἐπειδὴ οἱ ἐν νεότητι μεθύοντες οὐδὲ ἴσασι τῆς δουλείας τὴν ὑπερβολήν. Τί δὲ οἱ πυρέττοντες [i], ὅταν πολλὰ διψῶντες πολλὰ πίνωσι καὶ πολ-

[a] Legendum omnino videtur οὐκ ἐπιπολὺ γάρ, alioquin series non constabit. Sic etiam legendum putat Boisius apud Savilium. [b] Morel. et quidam alii Πατὴρ, οὕτως ἠγάπησα. [c] Alii ἦς, et paulo post ζητεῖς.

[d] Alii πάντα. [e] Savil. τὴν μίαν ψυχήν, lectio non spernenda. Edit. [f] Alii ἣν ἐλάβομεν, et mox τὴν τῶν τούτων λειτ. [g] Hæc, οὐκ εἰς ἀγρόν, e Savil. et codd. restituta. Edit. [h] Alii τοῦτο ἐκείνους. [i] Alii ἐμπυρέττοντες.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

λῶν δέωνται, ἢ ὅταν ὑγιάναντες ἀπαλλαγῶσι τῆς ἐπιθυμίας, ἑαυτοὺς μακαρίζουσιν; Ὁρᾷς, ὅτι πανταχοῦ τὸ πολλῶν δεῖσθαι ἐλεεινόν, καὶ πόρρω φιλοσοφίας, καὶ δουλείας καὶ ἐπιθυμίας ἐπίτασις; Τί τοίνυν ἐκόντες ἐπιτείνομεν ἑαυτοῖς ἀθλιότητα; Εἰπὲ γάρ μοι, εἴ γε ἦν χωρὶς στέγης καὶ τοίχων μηδὲν βλαπτόμενον οἰκεῖν, οὐκ [477] ἂν εἶχου τοῦτο μᾶλλον; τίνος οὖν ἕνεκεν τὰ σύμβολα τῆς ἀσθενείας ἐπιτείνεις; Οὐ διὰ τοῦτο τὸν Ἀδὰμ μακαρίζομεν, ὅτι οὐδενὸς ἐδεῖτο, οὐκ οἰκημάτων, οὐκ ἐνδυμάτων; Ναί, φησίν· ἀλλὰ νῦν ἐν χρείᾳ καθεστήκαμεν. Τί τοίνυν τὴν χρείαν αὔξομεν; Εἰ γὰρ πολλοὶ καὶ τῶν τῆς χρείας πολλὰ περικόπτουσι (δούλους λέγω, καὶ οἰκήματα, καὶ χρήματα), τίνα ἂν ἔχοιμεν ἀπολογίαν, τὴν χρείαν ὑπερβαίνοντες; Ὅσῳ ἂν πλείονα περιβάλλῃ, τοσούτῳ δουλικώτερος γέγονας. Ὅσῳ γὰρ ἂν πλειόνων δεηθῇς, τοσούτῳ τὴν ἐλευθερίαν ἐπετέμου [a]. Ἡ μὲν γὰρ ἀκριβὴς ἐλευθερία, τὸ μηδενὸς ὅλως δεῖσθαι· ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, τὸ ὀλίγων δεῖσθαι, ἣν ἄγγελοι μάλιστα ἔχουσι καὶ οἱ τούτων μιμηταί. Τὸ δὲ καὶ ἐν θνητῷ σώματι μένοντας κατορθῶσαι τοῦτο, ἐννόησον ἡλίκον ἔχει τὸν ἔπαινον. Τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε Κορινθίοις γράφων· *Ἐγὼ δὲ ὑμῶν φείδομαι*· καὶ, Ἵνα μὴ θλῖψιν τῇ σαρκὶ ἔξωσιν οἱ τοιοῦτοι. Διὰ τοῦτο χρήματα λέγεται, ἵνα χρώμεθα εἰς δέον, οὐχ ἵνα φυλάττωμεν καὶ κατορύττωμεν· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι κτήσασθαι, ἀλλὰ κτηθῆναι. Εἰ γὰρ τοῦτο μέλλοιμεν σκοπεῖν, ὅπως αὐτὰ πολλὰ ποιήσαιμεν, οὐχ ἵνα ἀπολαύσωμεν εἰς δέον, ἀνέστραπται ἡ τάξις, καὶ ἐκεῖνα ἡμᾶς κέκτηται, οὐχ ἡμεῖς ἐκεῖνα. Ἀπαλλαγῶμεν τοίνυν τῆς χαλεπῆς ταύτης δουλείας, καὶ γενώμεθά ποτε ἐλεύθεροι. Τί μυρίους ἑαυτοῖς ἐπινοοῦμεν καὶ ποικίλους δεσμούς; Οὐκ ἀρκεῖ σοι τῆς φύσεως ὁ δεσμὸς, καὶ τῆς ζωῆς ἡ ἀνάγκη, καὶ ὁ τῶν μυρίων πραγμάτων ὄχλος· ἀλλὰ καὶ ἕτερα σεαυτῷ πλέκεις δίκτυα, καὶ τοῖς ποσὶ περιβάλλεις; Καὶ πότε ἐπιλήψῃ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πρὸς τὸ ὕψος στῆναι [b] ἐκεῖνο δυνήσῃ; Ἀγαπητὸν γὰρ, ἀγαπητὸν, πάντα ταῦτα διακόψαντα τὰ σχοινία δυνηθῆναι ἐπιλαβέσθαι τῆς ἄνω πόλεως· τοσαῦτα ἕτερά ἐστι τὰ κωλύματα· ἅπερ ἵνα νικήσωμεν ἅπαντα, τῆς εὐτελείας ἐχώμεθα. Οὕτω γὰρ ἐπιλησόμεθα καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Alii ὑπετέμου.

[b] Alii ἀναστῆναι.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΑ'.

Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, οὓς ἔδωκάς μοι ἐκ κόσμου. Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας, καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι.

α'. Μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος λέγεται ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τῶν τε ἄλλων ἕνεκεν ὧν ἐδίδαξε, καὶ προηγουμένως ὅτι τὸν Πατέρα εἰς ἀνθρώπους κατήγγειλε· ὅπερ οὖν καὶ νῦν φησιν· *Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις*. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Ἐτελείωσά σου τὸ ἔργον, ἐπεξηγεῖται πάλιν αὐτὸ, λέγων ποῖον ἔργον. Καὶ μὴν [478] δῆλον ἦν τὸ ὄνομα. Καὶ γὰρ ὁ Ἡσαΐας φησίν· Ὁμεῖσθε τὸν Θεὸν τὸν ἀληθινόν. Ἀλλ' ὃ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν λέγω, ὅτι εἰ καὶ δῆλον ἦν, ἀλλ' Ἰουδαίοις, καὶ οὐδὲ τούτοις πᾶσι· νυνὶ δὲ περὶ τῶν ἐθνῶν φησι. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον δηλοῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ Πατέρα αὐτὸν ἔγνωσαν. Οὐκ ἔστι δὲ ὅμοιον μαθεῖν, ὅτι δημιουργός ἐστι, καὶ ὅτι Υἱὸν ἔχει. Ἐφανέρωσε δὲ αὐτοῦ τὸ ὄνομα καὶ διὰ λόγων, καὶ διὰ πραγμάτων. *Οὓς ἔδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου*. Ὥσπερ ἀνωτέρω φησίν· *Οὐδεὶς ἔρχεται πρός με, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ*· καὶ, *Ἐὰν μὴ ἑλκύσῃ αὐτὸν ὁ Πατήρ μου*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Οὓς ἔδωκάς μοι*. Καὶ μὴν αὐτός φησιν ὁδὸν εἶναι ἑαυτόν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι δύο ἐνταῦθα κατασκευάζει διὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι τε οὐκ ἐναντίος τῷ Πατρὶ, καὶ ὅτι βούλημα αὐτοῦ τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ Υἱῷ. *Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας*. Ἐνταῦθα βούλεται διδάξαι σφόδρα ἀγαπώμενον παρὰ τοῦ Πατρός. Ἐπεὶ ὅτι γε οὐκ ἐδεήθη τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς, δῆλον ἐκεῖθεν· αὐτὸς αὐτοὺς καὶ ἐποίησεν, αὐτὸς αὐτῶν προνοεῖ διηνεκῶς. Πῶς οὖν αὐτοὺς ἔλαβεν; Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, τοῦτο δηλοῖ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα ὁμόνοιαν. Εἰ δὲ ἀνθρωπίνως τις βούλοιτο αὐτὸ ἐξετάζειν, καὶ οὕτως ὡς εἴρηται, οὐκέτι ἔσονται τοῦ Πατρός. Εἰ γὰρ ὅτε ὁ Πατὴρ αὐτοὺς εἶχεν, οὐκ εἶχεν αὐτοὺς ὁ Υἱὸς, εὔδηλον ὅτι καὶ ὅτε ἔδωκεν αὐτοὺς τῷ Υἱῷ, αὐτὸς ἀπέστη τῆς δεσποτείας· καὶ τὸ ἀτοπώτερον πάλιν. Εὑρεθήσονται γὰρ, ἡνίκα μὲν ἦσαν παρὰ τῷ Πατρὶ, ἀτελεῖς ὄντες· ὅτε δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν ἦλθον, τότε γινόμενοι τέλειοι. Ἀλλὰ γέλως ταῦτα καὶ εἰπεῖν. Τί οὖν διὰ τούτου δηλοῖ; Ὅτι [a] καὶ αὐτῷ δέδοκτο τὸ πιστεύειν αὐτοὺς τῷ Υἱῷ. *Καὶ τὸν λόγον σου τετηρήκασι, καὶ νῦν ἔγνωσαν ὅτι πάντα, ἃ ἔδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἦσαν*. Πῶς τὸν λόγον σου ἐτήρησαν; Τῷ ἐμοὶ πιστεῦσαι καὶ μὴ προσέχειν τοῖς Ἰουδαίοις. Ὁ γὰρ πιστεύων αὐτῷ, φησὶν, *Ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι*. Τινὲς μὲν γὰρ λέγουσιν, ὅτι Νῦν ἔγνων ὅτι πάντα, ὅσα δέδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστιν· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον. Πῶς γὰρ ἔμελλεν ἀγνοεῖν ὁ Υἱὸς τὰ τοῦ Πατρός; Ἀλλὰ περὶ τῶν μαθητῶν εἴρηται. Ἐξ οὗ γὰρ αὐτὰ εἶπον, φησὶν, ἔμαθον ὅτι πάντα ὅσα ἔδωκάς μοι, παρὰ σοῦ ἐστιν· οὐδὲν ἀλλότριον, οὐδὲν ἴδιον ἐμοὶ παρὰ σοί [b]. Τὸ γὰρ ἴδιον ὡς ἐπ' ἀλλοτρίῳ τὰ πολλὰ τίθησιν. Ἔγνωσαν οὖν ὅτι πάντα, ὅσα ἂν διδάξω, σά ἐστι καὶ διδάγματα καὶ δόγματα. Καὶ πόθεν ἔμαθον; Ἀπὸ τῶν ῥημάτων τῶν ἐμῶν· οὕτω γὰρ καὶ ἐδίδασκον. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ Παρὰ σοῦ ἐξῆλθον· τοῦτο γὰρ διὰ παντὸς ἐσπούδασε κατασκευάσαι Εὐαγγελίου. *Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ*. Τί λέγεις; ὡς ἀγνοοῦντα τὸν Πατέρα διδάσκεις; ὡς πρὸς ἄνθρωπον οὐκ εἰδότα διαλέγῃ; Τί οὖν βούλεται αὕτη ἡ διαίρεσις; Ὁρᾷς ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον ἡ εὐχὴ γίνεται, ἀλλ' ἵνα μάθωσι τὴν ἀγάπην, ἣν ἔχει εἰς αὐτούς; Ὁ γὰρ μὴ μόνον τὰ παρ' αὐτοῦ [c] παρασχὼν, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐπὶ τοῦτο παρακαλῶν, πλείονα δείκνυσι τὸν πόθον. Τί οὖν ἐστι, *Περὶ τούτων ἐρωτῶ; Οὐχ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου*, φησὶν, *ἀλλ'* [479] *ὑπὲρ ὧν ἔδωκάς μοι*. Συνεχῶς τίθησι τὸ, *Ἔδωκας*, ἵνα μάθωσιν, ὅτι τῷ Πατρὶ τοῦτο δοκεῖ. Εἶτα ἐπειδὴ συνεχῶς εἶπε, *Σοί εἰσι, καὶ σύ μοι αὐτοὺς ἔδωκας*, ἀναιρῶν τὴν πονηρὰν ὑποψίαν, ἵνα μή τις νομίσῃ πρόσφατον αὐτοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν, καὶ νῦν αὐτοὺς εἰληφέναι, τί φησι; *Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά, καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς*.

Εἶδες ἰσοτιμίαν; Ἵνα γὰρ μὴ, ἀκούων, ὅτι *Ἔδωκάς μοι*, νομίσῃς αὐτοὺς ἀλλοτριοῦσθαι τῆς τοῦ Πατρὸς ἐξουσίας, ἢ πρὸ τούτου τῆς τοῦ Υἱοῦ, ἀμφότερα ἀνεῖλεν,

[a] Alii εἰπεῖν, καὶ διὰ τούτων δηλοῖ, ὅτι. [b] Savilius legendum putat παρὰ σέ. [c] Morel. τὸ παρ' αὐτοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

an hanc quando illis sunt superiores? Ideo enim illos advocavimus, quia illi qui in juventute ebriosi sunt, servitutis pondus non sentiunt. Quid febricitantes? an cum sitientes multum bibunt, et multis egent, an cum in valetudinem restituti, sitim deponunt, se beatos existimant? Viden' ubique miserum esse multis egere, et procul a philosophia esse miseram servitutem, et vim cupiditatis? Cur ergo sponte nobis miseriam augemus? Dic, quæso, si sine tecto et parietibus commode degere posses, annon id potius eligeres? cur ergo infirmitatis symbola auges? annon ideo Adamum beatum prædicamus, quia nullo egebat, non ædibus, non vestibus? Sane quidem, inquies; sed nunc in necessitate constituimur. Cur ergo necessitatem augemus? Nam si multi etiam de rebus necessariis multa sibi subtrahunt (servos nimirum, ædes, pecunias), quam nos excusationem habebimus, qui necessitatem excedimus? Quanto pluribus stiparis, tanto magis servituti addictus es. Quanto enim pluribus egebis, tanto magis libertatem minuisti. Vera quippe libertas est nullo egere; quæ post illam sequitur, est paucis egere, quam libertatem habent et angeli et illorum imitatores. In mortali autem corpore id exercere, cogita quantum laudi sit. Hoc Paulus Corinthiis scripsit: *Ego autem vobis parco* (1. *Cor.* 7. 28), et, Ne tribulationem carnis habeant hujusmodi. Ideo opes dicuntur, ut illarum ope ad necessaria utamur, non ut custodiamus defodiamusque: hoc enim non est possidere, sed possideri. Si enim considerare voluerimus, quomodo illas accumulemus, non ut iis ad necessaria utamur; certe inversus ordo est, et illæ nos possident, non nos illas. Ab hac ergo gravi servitute liberemur, et aliquando liberi evadamus. Quid innumera et diversa nobis vincula excogitamus? Non sufficit tibi naturæ vinculum, et vitæ necessitas, innumerarumque rerum turba; sed alia tibi ipsi nectis retia, et iis pedes constringis? Et quando cælum apprehendes, et in tanta sublimitate stare poteris? Optandum certe, optandum utique esset, his succisis funibus, supernam adire posse civitatem. Tot alia restant impedimenta; quæ omnia ut superemus, paupertatem amplectamur. Sic enim æternam consequemur vitam, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXXXI.

Cap. 17. v. 6. *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo.* 7. *Tui erant, et mihi eos dedisti, et sermonem tuum servaverunt.*

1. Magni consilii Angelus dicitur Filius Dei, et aliorum quæ docuit gratia, et præcipue quia Patrem hominibus annuntiavit: quod et nunc dicit, *Manifestavi nomen tuum hominibus.* Nam cum dixisset se perfecisse opus illius, narrat deinde quid illud opus sit. Atqui manifestum erat nomen. Nam Isaias ait: Jurastis Deum verum (*Isai.* 65. 16). Verum, ut sæpe dixi, et nunc dicam, manifestum fuit, sed Judæis; neque illis omnibus; nunc autem de gentilibus loquitur. Neque hoc tantum significat, sed quod Patrem illum esse nossent. Non idem vero est scire ipsum esse Creatorem, et, Filium habere. Manifestavit autem nomen ejus et verbis, et rebus. *Quos dedisti mihi de mundo.* Quemadmodum supra dixit, *Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit* (*Joan.* 6. 66); et, *Nisi traxerit eum Pater meus* (*Ibid.* v. 44): sic et hoc loco, *Quos dedisti mihi.* Atqui se viam esse dixit. Unde palam est eum duo his significare, quod nempe non sit Patri contrarius, et quod voluntas ejus sit ut Filio credant. *Tui erant, et mihi eos dedisti.* Hic vult docere se multum a Patre amari. Quod enim illos accipere non opus habuerit, hinc liquidum est: ipse fecit illos, et illis perpetuo providet. Quomodo accepit illos? Sed, ut dixi, concordiam cum Patre significat. Quod si quis velit humano more illud explorare, ut dictum est, non ultra Patris erunt. Nam si cum Pater illos habuit, Filius non habuit, palam est eum, cum Filio dedit illos, dominium deposuisse: hinc que absurdius quidpiam sequitur. Nam cum apud Patrem erant, imperfecti fuisse deprehendentur; et cum ad Filium venerunt, tunc perfecti evaserint. Sed hæc vel dictu ridicula sunt. Quid ergo his significat? Quod ipsi visum fuerit ut Filio crederent. *Et sermonem tuum servaverunt.* 7. *Et nunc cognoverunt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te erant.* Quomodo sermonem tuum servaverunt? Cum mihi crediderunt, non Judæis. Nam Qui credit ei, inquit, *Obsignavit quia Deus verax est* (*Joan.* 3. 33). Quidam enim sic dicunt, Nunc cognovi omnia quæcumque dedisti mihi, abs te esse. At illud præter rationem dicitur. Quomodo enim ignoraturus erat Filius ea quæ Patris erant? Sed hæc de discipulis dicta sunt. Ex quo enim ea dixi, inquit, omnia quæ dedisti mihi, abs te esse didicerunt. Nihil alienum, nihil proprium mihi a te est. Quod enim proprium est, multa quasi aliena indicat. Cognoverunt ergo omnia quæ docuerim, tuam esse doctrinam et disciplinam. Et undenam hoc didicerunt? A verbis meis: sic enim docebam. Neque hoc tantum, sed quod a te exierim (*Joan.* 17. 8): hoc enim per totum curavit evangelium. 9. *Ego pro eis rogo.* Quid dicis? ut ignorantem Patrem doces? ut nescium hominem alloqueris? Quid ergo sibi vult hæc divisio? Viden' non alia de causa emitti preces, quam ut discant suum erga ipsos amorem? Qui enim non modo id quod in se est præbet, sed ad idipsum alium advocat, is sane majorem ostendit amorem. Quid ergo significat illud, *Pro eis rogo? Non pro toto mundo*, inquit, *sed pro iis, quos dedisti mihi.* Illud, *Dedisti*, persæpe ponit, ut idipsum Patri visum esse intelligant. Deinde quia sæpe dixerat, *Tui sunt, et tu mihi illos dedisti*, ut pravam suspicionem tollat, ne quis putaret imperium suum esse recens, et se nunc illos accepisse; quid ait? 10. *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt, et clarificatus sum in eis.*

Æqualitas Patris et Filii. — Viden' æqualitatem?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ne enim audiens, *Dedisti mihi*, putares eos alienari a Patris potestate, aut antea a potestate Filii, hæc ambo sustulit per ea quæ dixit, ac si ita loqueretur : Ne dum audis, *Mihi eos dedisti*, putes illos esse a Patre alienos (nam quæ mea sunt, illius sunt) ; nec audiendo, *Tui erant*, existimes a me fuisse alienos : nam quæ illius sunt, mea sunt. Itaque illud, *Dedisti*, accommodate solum dictum est. Nam quæ Pater habet, Filii sunt ; et quæ Filius habet, Patris. Illud autem non de Filio secundum hominem dici potest, sed quatenus major est. Nam quod minoris est, majoris etiam esse nemini non notum est ; contrarium vero, minime. Hic autem conversio est, quæ conversio æqualitatem indicat (*a*). Hoc alibi quoque declarabat, *Omnia* quæ Patris sunt, *mea sunt* (*Joan.* 16. 15), de cognitione loquens. Illud porro, *Dedisti mihi*, et similia, declarant ipsum non ut alienum illos abripuisse, sed proprios accepisse. Deinde causam et demonstrationem affert, dicens, *Et clarificatus sum in eis ;* id est, Vel potestatem in eos habeo, vel glorificabunt me, cum et tibi credent et mihi, similiterque glorificabunt. Quod si non similiter glorificatus est in eis, non jam sua sunt quæ illius sunt. Nemo enim glorificatur in quibus potestatem non habet.

2. Quomodo autem similiter glorificatus est ? Omnes pro eo, ut pro Patre moriuntur, et perinde atque Patrem illum prædicant : et ut omnia in ejus nomine fieri dicunt, sic et in nomine Filii. 11. *Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt.* Hoc est, Quamvis in carne non videar, per hos glorificor. Cur frequenter dicit, In mundo non sum ; et, Relinquo illos, eos tibi commendo ; et, Cum essem in mundo, ego servavi eos (*Joan.* 17. 12)? Nam si quis illa simpliciter accipiat, multa sequentur absurda? Qua enim ratione ipse in mundo non sit, et cum hinc migrat, alteri ipsos commendet? Hæc enim verba sunt hominis simplicis, qui perpetuo ab illis separaretur. Viden' eum plurima humano more loqui, ac secundum illorum captum, qui putabant se ex illius præsentia magis in tuto esse? Quapropter ait, *Quando eram cum eis, servabam illos* (*Ibid.*). Atqui dicit, *Venio ad vos ;* et, *Vobiscum sum usque ad consummationem* (*Matth.* 28. 20). Quomodo ergo, tamquam ab illis separandus, hæc loquitur ? Ut dixi, secundum illorum opinionem, ut paulum respirarent audientes illum ita loquentem, et illos Patri commendantem. Quia enim multis ab eo auditis consolatoriis verbis, non obtemperabant, demum Patrem alloquitur, suam erga illos dilectionem exhibens ; ac si diceret, Quia me ad te evocas, illos in tuto constitue. Ego enim ad te venio. Quid dicis ? nonne tu potes illos servare ? Etiam, possum. Cur ergo hæc dicis ? *Ut habeant gaudium meum plenum* (*Joan.* 17. 13) ; id est, Ut ne perturbentur, imperfectiores cum sint. His verbis ostendit se ad illorum quietem et gaudium hæc omnia sic loquutum esse : nam aliter contrarius esse sermo videtur. *Nunc autem non sum in mundo, et hi in mundo sunt.* Ita enim opinabantur illi ; interim vero illorum infirmitati se attemperat. Si enim dixisset, Ego servo illos, non credidissent : quapropter ait : *Pater sancte, serva illos in nomine tuo ;* hoc est, Per auxilium tuum. 12. *Cum essem in mundo, ego servabam illos in nomine tuo.* Rursus ut homo et ut propheta loquitur : nusquam enim apparet in nomine Dei quid fecisse. *Quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur.* At alibi ait : *Omne quod* dedisti *mihi, non perdam ex eo* (*Joan.* 6. 39). Atqui non ille tantum periit ; sed et alii multi postea. Quomodo ergo ait, *Non perdam ?* Quantum in me erit, non perdam ; quod et alibi clarius dicebat : *Non ejiciam eum foras* (*Ibid. v.* 37) : non mei causa, non me impellente vel relinquente. Quod si sponte resiliant, non ex necessitate traham. 12. *Nunc autem ad te venio.* Viden' humaniore modo concinnatam orationem? Itaque si quis velit ex his Filium minuere, minuet Patrem. Animadverte enim a principio : aliud quasi docens et explicans dicit, aliud ut præcipiens : modo docet, ut cum dicit, *Non pro mundo rogo ;* modo præcipit : Ego custodivi eos usque modo, *Et nemo periit ;* et, *Tu serva eos ;* et rursus, *Tui erant, et mihi illos dedisti*, et, *Cum essem in mundo, servabam illos.* Sed hæc omnia solvuntur dicendo ipsum eorum imbecillitati se attemperantem hæc dixisse. Cum ait autem, *Nemo ex illis periit, nisi filius perditionis*, addidit : *Ut Scriptura impleretur.* Quam dicit scripturam ? Eam quæ de se multa prædixerat. Neque tamen ideo periit, ut Scriptura impleretur. Hac de re multa supra diseruimus, quia hic proprius est Scripturæ modus, quæ dicta ponere videtur quasi eventuum causam. Oportet autem omnia accurate explorare, et dicentis modum, et argumentum, et Scripturæ leges, nisi velimus absurda colligere : *Fratres, nolite pueri fieri mentibus* (1. *Cor.* 14. 20).

3. Hoc porro non ad solam Scripturarum intelligentiam legendum est, sed ad vitam probe instituendam. Nam pueruli magna non quærunt, sed quæ nullius sunt pretii mirari solent. Nam currus, equos, aurigam, rotas ex luto factas, cum gaudio respiciunt ; si autem regem videant currui aureo insidentem, albornm mulorum jugum, multumque ornatum, ne respiciunt quidem. Puellas quoque fictiles exornant ; veras autem puellas conspicuas ne videre quidem volunt : in multisque aliis sic affecti sunt. Hoc multi homines etiam nunc patiuntur : quando cælestia audiunt, ne attendunt quidem ; ad lutea vero omnia perinde atque pueri inhiant, terrenas divitias mirantur, iisque hærent, et gloriam et delicias hujus vitæ in pretio habent. Atqui hæc puerilia sunt ut et illa :

(*a*) Hæc porro omnia referuntur ad superius allata Evangelii verba : *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt*, quæ æqualem Patri Filium confirmant. Illud vero de Filio secundum hominem dici non potest, sed quatenus major sive Deus est. *Nam quod minoris est, majoris etiam esse nemini non notum est ; contrarium vero minime.* Christus Deus dicitur homo esse, crucifigi, pati ; Christus homo non dicitur æqualis Patri. In his autem verbis, *mea tua sunt, et tua mea sunt*, conversio est, quæ æqualitatem Filii et Patris indicat. Hanc puto Chrysostomi mentem esse, licet in verbis quædam adhuc difficultas remaneat. Hunc locum restaurare nititur Boisius in Editione Savil., verum novam condit seriem, non genuinam restituit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰπὼν ἅπερ εἶπεν· ὡσανεὶ ἔλεγε· Μήτε ἀκούων, ὅτι *Ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας*, νομίσῃς αὐτοὺς ἀλλοτρίους εἶναι τοῦ Πατρὸς (τὰ γὰρ ἐμὰ, αὐτοῦ ἐστι)· μήτε ἀκούων, ὅτι *Σοὶ ἦσαν*, νομίσῃς ἀλλοτρίους αὐτοὺς εἶναι ἐμοῦ· τὰ γὰρ αὐτοῦ, ἐμά ἐστιν. Ὥστε τὸ, *Ἔδωκας*, συγκαταβάσεως μόνης ἕνεκεν εἴρηται. Ἅπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει, τοῦ Υἱοῦ ἐστι· καὶ ἅπερ ὁ Υἱὸς ἔχει, τοῦ Πατρός. Τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐπὶ Υἱοῦ κατὰ ἄνθρωπον δύναται λέγεσθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ μείζονός ἐστιν. Τὸ μὲν γὰρ [a] τοῦ ἐλάττονος, ὅτι τοῦ μείζονός ἐστι, παντί που δῆλον· τὸ δὲ ἔμπαλιν, οὐκέτι. Ἐνταῦθα δὲ ἀντιστρέφει, ἡ δὲ ἀντιστροφὴ τὴν ἰσότητα δηλοῖ. Τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ δηλῶν ἔλεγε· *Πάντα τὰ* τοῦ Πατρός μου, *ἐμά ἐστι*, περὶ γνώσεως διαλεγόμενος· τὸ δὲ, *Ἔδωκάς μοι*, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐχ ὡς ἀλλότριος ἐλθὼν αὐτοὺς ἐπεσπάσατο, ἀλλὰ τοὺς ἰδίους ἔλαβεν. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τίθησι καὶ ἀπόδειξιν, λέγων· *Καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς*· τουτέστιν, Ἡ ὅτι ἐξουσίαν αὐτῶν ἔχω, ἢ ὅτι δοξάσουσιν ἐμὲ, σοὶ πιστεύοντες καὶ ἐμοὶ, καὶ δοξάσουσιν ὁμοίως. Εἰ δὲ οὐχ ὁμοίως δεδόξασται ἐν αὐτοῖς, οὐκέτι αὐτοῦ ἐστι τὰ ἐκείνου. Οὐδεὶς γὰρ ἐν οἷς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν δοξάζεται.

β'. Πῶς δὲ δεδόξασται ὁμοίως; Ἅπαντες ὁμοίως ἀποθνήσκουσιν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ Πατρὸς, καὶ κηρύσσουσιν, ὥσπερ καὶ τὸν Πατέρα· καὶ ὥσπερ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ λέγουσι πάντα γίνεσθαι, οὕτω καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ. *Καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσί.* Τουτέστι, Κἂν μὴ φαίνωμαι κατὰ σάρκα, διὰ τούτων δοξάζομαι. Τί δήποτε δὲ συνεχῶς λέγει, ὅτι Ἐν τῷ κόσμῳ οὐκ εἰμί· καὶ ὅτι, Ἐπειδὴ ἀφίημι αὐτοὺς, σοὶ αὐτοὺς παρατίθεμαι· καὶ, Ὅτε ἦμην ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ τετήρηκα αὐτούς; Εἰ γὰρ ταῦτα ἁπλῶς ἐκλάβοι τις, πολλὰ ἕξεται τὰ ἄτοπα. Πῶς γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, τὸ μὴ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ὅτε ἄπεισιν, ἑτέρῳ αὐτοὺς παρακαταθέσθαι; Ταῦτα γὰρ ὡς ἀνθρώπου ψιλοῦ χωριζομένου αὐτῶν [b] διηνεκῶς ἦν ῥήματα. [480] Ὁρᾷς ὅτι ἀνθρωπίνως τὰ πλεῖστα διαλέγεται, καὶ πρὸς τὴν αὐτῶν διάνοιαν, νομιζόντων ὅτι πλεονά τινα εἶχον ἀσφάλειαν ἀπὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ; Διό φησιν, *Ὅτε ἐγὼ ἦμην, ἐτήρουν αὐτούς.* Καὶ μὴν λέγει, ὅτι *Ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς*, καὶ, *Μεθ' ὑμῶν εἰμι ἕως τῆς συντελείας.* Πῶς νῦν, ὡς χωρίζεσθαι μέλλων, ταῦτα λέγει; Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόνοιαν, ἵνα μικρὸν ἀναπνεύσωσιν, ἀκούοντες αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος καὶ παρακατατιθεμένου τῷ Πατρί. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰς παρ' αὐτοῦ παρακλήσεις ἀκούοντες οὐκ ἐπείσθησαν, λοιπὸν τῷ Πατρὶ διαλέγεται, τὴν εἰς αὐτοὺς στοργὴν ἐπιδεικνύμενος· ὡσανεὶ ἔλεγεν· Ἐπειδὴ πρὸς ἑαυτόν με συγκαλεῖς, κατάστησον αὐτοὺς ἐν ἀσφαλείᾳ. Ἐγὼ γὰρ πρὸς σὲ ἔρχομαι. Τί λέγεις; καὶ οὐ δύνασαι τηρεῖν αὐτούς; Ναὶ, δύναμαι. Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα λέγεις; *Ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην*· τουτέστιν, Ἵνα μὴ θορυβῶνται ἀτελέστεροι ὄντες. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἐδήλωσεν ὅτι διὰ τὴν ἐκείνων ἀνάπαυσιν καὶ τὴν χαρὰν πάντα ταῦτα οὕτως ἔλεγεν· ἐπεὶ δοκεῖ [c] ἐναντίος ὁ λόγος εἶναι. *Νῦν δὲ οὐκ εἰμὶ ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσί.* Τοῦτο γὰρ ὑπώπτευον ἐκεῖνοι· τέως οὖν αὐτοῖς συγκαταβαίνει. Εἰ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ τηρῶ αὐτοὺς, οὐκ ἂν οὕτως ἐπίστευσαν· διόπερ φησί· *Πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου*· τουτέστι, Διὰ τῆς σῆς βοηθείας. *Ὅτε ἦμην ἐν τῷ κόσμῳ, ἐγὼ αὐτοὺς ἐτήρουν ἐν τῷ ὀνόματί σου* Πάλιν ὡς ἄνθρωπος διαλέγεται καὶ ὡς προφήτης· ἐπεὶ οὐδαμοῦ φαίνεται οὐδὲν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ πεποιηκώς *Οὓς ἔδωκάς μοι, ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ.* Καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Πᾶν δ ἔδωκάς μοι, οὐ μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ.* Καίτοι οὐκ ἐκεῖνος ἀπώλετο μόνος, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ὕστερον. Πῶς οὖν φησιν, *Οὐ μὴ ἀπολέσω;* Τὸ ἐμὸν μέρος, οὐ μὴ ἀπολέσω· ὅπερ καὶ ἀλλαχοῦ σαφέστερον δηλῶν ἔλεγεν· *Οὐ μὴ ἐκβάλω αὐτὸν ἔξω*· οὐ παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, οὐδὲ ἐμοῦ ὠθοῦντος, οὐδὲ ἐγκαταλιμπάνοντος. Εἰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἀποπηδῶσι, πρὸς ἀνάγκην οὐχ ἕλκω *Νῦν δὲ πρὸς σὲ ἔρχομαι.* Ὁρᾷς ἀνθρωπινώτερον συγκειμένην τὴν διάλεξιν; Ὥστε εἴ τις βούλοιτο ἐλαττοῦν τὸν Υἱὸν ἀπὸ τούτων, ἐλαττώσει καὶ τὸν Πατέρα. Ὅρα γοῦν ἐξ [d] ἀρχῆς, τὸ μὲν ὡς διδάσκων ἐστὶ καὶ σαφηνίζων αὐτῷ, τὸ δὲ ὡς παραγγέλλων· τὰ μὲν ὡς διδάσκων, ὡς ὅταν λέγῃ· *Οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ*· τὰ δὲ ὡς παραγγέλλων· Ἐγὼ ἐτήρησα αὐτοὺς ἕως ἄρτι, *Καὶ οὐδεὶς ἀπώλετο*· καὶ, *Σὺ τοίνυν τήρησον αὐτούς*, φησί· καὶ πάλιν· *Σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς ἔδωκας*· καὶ, *Ὅτε ἦμην ἐν τῷ κόσμῳ, ἐτήρουν αὐτούς.* Ἀλλὰ πάντων ἡ λύσις, τὸ πρὸς τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν εἰρῆσθαι τὰ εἰρημένα. Εἰπὼν δὲ, ὅτι *Οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας*, ἐπήγαγεν· *Ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ.* Ποίαν γραφὴν φησι; Τὴν πολλὰ περὶ αὐτοῦ προλέγουσαν. Οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἀπώλετο, ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ. Καὶ περὶ τούτου πολλὰ καὶ ἔμπροσθεν [481] διελέχθημεν, ὅτι ἰδιάζων οὗτος τῆς Γραφῆς ἐστιν ὁ τρόπος, ὡς αἰτιολογίαν τιθεμένης τὰ ἐκ τῆς ἐκβάσεως συμβαίνοντα. Καὶ δεῖ πάντα μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν, καὶ τὸν τρόπον τοῦ λέγοντος, καὶ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ τοὺς νόμους τοὺς τῆς Γραφῆς, εἴ γε μὴ μέλλοιμεν παραλογίζεσθαι· *Ἀδελφοὶ* γὰρ, *μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσί.*

γ'. Τοῦτο δὲ οὐχ ὑπὲρ τῆς τῶν Γραφῶν κατανοήσεως ἀναγινώσκειν χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῆς περὶ τὸν βίον σπουδῆς. Καὶ γὰρ οἱ παῖδες οἱ μικροὶ τῶν μὲν μεγάλων οὐκ ἐφίενται, τὰ δὲ μηδενὸς ἄξια θαυμάζειν εἰώθασι. Καὶ γὰρ ὀχήματα, καὶ ἵππους, καὶ τὸν ὀρεωκόμον, καὶ τοὺς τροχοὺς, πάντα ἐξ ὀστράκου πεποιημένα χαίρουσι βλέποντες· ἂν δὲ βασιλέα καθήμενον ἐπ' ὀχήματος ἴδωσι χρυσοῦ, καὶ ἡμιόνων ζεῦγος λευκῶν, καὶ πολὺν τὸν κόσμον, οὐδὲ ἐπιστρέφονται. Καὶ νύμφας πάλιν ἀπὸ μὲν τῆς αὐτῆς ὕλης λαβόντες πεποιημένας, καλλωπίζουσι· τὰς δὲ ὄντως ἀληθεῖς καὶ λαμπούσας, οὐδὲ ἴσασι· καὶ ἐπὶ πολλῶν ἑτέρων τὸ αὐτὸ πάσχουσι. Τοῦτο πολλοὶ καὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπομένουσι νῦν. Τὰ μὲν γὰρ τῶν οὐρανῶν ἀκούοντες, οὐδὲ προσέχουσι· πρὸς δὲ τὰ πήλινα πάντα ὁμοίως τοῖς παισίν εἰσιν ἐπτοημένοι, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς γῆς πλοῦτον τεθήπασι, καὶ δόξαν καὶ τρυφὴν ἐν τῷ παρόντι βίῳ τιμῶσι· καίτοι αὐτὰ μὲν ἔστι παιδικὰ ὥσπερ ἐκεῖνα· ἐκεῖνα δὲ ζωῆς καὶ δόξης καὶ ἀνέσεως αἴτια. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ παῖδες τούτων μὲν ἀποστερούμενοι κλαίουσιν, ἐκείνων δὲ οὐδὲ γενέσθαι ἐν ἐπιθυμίᾳ ἴσασιν· οὕτω δὴ καὶ τῶν ἀνδρῶν εἶναι δοκούντων πολλοί. Διὰ τοῦτό φησι· *Μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσί.* Χρημάτων ἐρᾷς, εἰπέ μοι, καὶ οὐκ ἐρᾷς πλούτου τοῦ μένοντος, ἀλλὰ ἀθυρμάτων παιδικῶν; εἶτα ἂν μέν τινα ἴδῃς θαυ-

[a] Alii habent ἀλλ' ἐπειδὴ μείζονός ἐστιν ἰσοτιμίας. Τὸ μὲν γάρ. Alii ἀλλ' ἐπειδὴ μείζονός ἐστιν παντί που δῆλον. Savil. ἀλλ' ἐπειδὴ μείζων εἰσὶν ἴσοτ. Morel. ἀλλ' ἐπειδὴ μείζων ἐστὶν. Vox illa ἰσοτιμίας hic omnia turbat. Quæ cum in tribus manuscriptis non habeatur, hic omissa fuit. Hunc locum sic restaurare nititur Boisius in editione Savil. τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ κατ' ἀνθρωπότητα δύναται λέγεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ θεότητα ἔλαχεν ἰσοτιμίας. Verum illud non est seriem dictorum restituere, sed novam condere seriem. [b] Morel. ὡς ἀνθρώπῳ ψιλῷ χαριζομένου αὐτοῖς. [c] Alii ἐπεὶ ἐδόκει.

[d] Morel. ὅρα μὲν γὰρ ἐξ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μᾶζοντα μολύβδου νόμισμα, καὶ κατακύπτοντα ὥστε ἀνελέσθαι, καὶ καταγνώσῃ πολλὴν αὐτοῦ τὴν πενίαν· σὺ δὲ τὰ τούτων εὐτελέστερα συνάγων, ἐν τοῖς πλουτοῦσι σαυτὸν [a] ἀριθμεῖς; καὶ πῶς ἂν ἔχοι τοῦτο λόγον;

Πλούσιον γὰρ ἐκεῖνον εἶναι φήσομεν, τὸν ὑπερορῶντα τῶν παρόντων ἁπάντων. Οὐδεὶς γάρ, οὐδεὶς τῶν μικρῶν τούτων, ἀργύρου καὶ χρυσοῦ καὶ τῆς ἄλλης φαντασίας αἱρήσεται καταγελάσαι, ἂν μὴ τῶν μειζόνων τὸν πόθον ἔχῃ, ὥσπερ οὖν οὐδὲ τοῦ μολυβδίνου [b] νομίσματος, ἂν μὴ χρυσᾶ νομίσματα κεκτημένος ᾖ. Καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν ἴδῃς ἄνθρωπον πάντα τὸν κόσμον παρατρέχοντα, μηδαμόθεν ἄλλοθεν νόμιζε τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἀπὸ τοῦ πρὸς μείζονα βλέπειν κόσμον. Οὕτω καὶ γεωργὸς τῶν ὀλίγων πυρῶν καταφρονεῖ, ὅταν μείζονα προσδοκήσῃ τὸν ἀμητόν. Εἰ δὲ ἀδήλου τῆς ἐλπίδος οὔσης, τῶν ὄντων καταφρονοῦμεν· πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῆς βεβαίας προσδοκίας τοῦτο δεῖ ποιεῖν. Διὸ δὴ δέομαι καὶ παρακαλῶ, μὴ ζημιοῦν ἑαυτούς, μηδὲ βόρβορον κατέχοντας ἀποστερεῖν ἑαυτοὺς τῶν ἄνωθεν θησαυρῶν, μετὰ καλάμης καὶ ἀχύρου τὸ πλοῖον εἰς τοὺς λιμένας ἄγοντας. Ὁ βούλεταί τις λεγέτω περὶ ἡμῶν, δυσχεραινέτω πρὸς τὸ συνεχὲς τῆς παραινέσεως, φλυάρους καλείτω, προσκορεῖς, ἐπαχθεῖς· οὐκ ἀποστησόμεθα συνεχῶς ὑπὲρ αὐτῶν παραινοῦντες, καὶ συνεχῶς ἐκεῖνο τὸ τοῦ προφήτου [482] πᾶσιν ὑποφωνοῦντες ὑμῖν· *Τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων, καὶ ἄψαι αὐτὰς ἐπὶ σῷ τραχήλῳ.* Μὴ σήμερον μὲν ποιήσῃς, αὔριον δὲ ἀποστῇς. Καὶ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο καθημερινῆς δεῖται τροφῆς. Οὕτω καὶ ἡ ψυχή, καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐκείνη· κἂν μὴ καταβάλῃ [c], ἀσθενεστέρα γίνεται καὶ αἰσχροτέρα. Μὴ δῆ περιίδωμεν ἀπολλυμένην, ἀγχομένην. Πολλὰ λαμβάνει καθ' ἑκάστην ἡμέραν τραύματα, ἐπιθυμοῦσα, ὀργιζομένη, ῥαθυμοῦσα, λοιδορουμένη, ἀμυνομένη, βασκαίνουσα. Δεῖ τοίνυν αὐτῇ καὶ φάρμακα κατασκευάζειν. Οὐ μικρὸν δὲ τὸ τῆς ἐλεημοσύνης φάρμακον, πᾶσι τοῖς τραύμασιν ἐπιτεθῆναι δυνάμενον. *Δότε γὰρ ἐλεημοσύνην*, φησί, *καὶ πάντα ὑμῖν ἔσται καθαρά*· ἐλεημοσύνην, μὴ πλεονεξίαν· τὰ γὰρ ἐκ πλεονεξίας οὐ μένει, κἂν τοῖς δεομένοις δῷς. Ἐλεημοσύνη γάρ, ἡ πάσης ἀπηλλαγμένη ἀδικίας ἐστίν· αὕτη πάντα ποιεῖ καθαρά. Τοῦτο καὶ νηστείας βέλτιον καὶ χαμευνίας. Καίτοι γε ἐκεῖνα μοχθηρότερα καὶ ἐπιπονώτερα, ἀλλ' αὕτη κερδαλεωτέρα· φωτίζει ψυχήν, λιπαίνει, καλὴν καὶ ὡραίαν ποιεῖ. Οὐχ οὕτω τοὺς ἀθλητὰς ὁ τῆς ἐλαίας καρπὸς ἀνέχει, ὡς τοὺς ἀγωνιστὰς τῆς εὐσεβείας τουτὶ τὸ ἔλαιον ἀνακτᾶται. Ἀλείφωμεν τοίνυν τὰς χεῖρας, ἵνα πρὸς τὸν ἀντίπαλον ἀντάρωμεν καλῶς. Ὁ μελετῶν ἐλεεῖν τὸν δεόμενον, ταχέως καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν ἀποστήσεται Ὁ διατελῶν ἐν τῷ διδόναι πένησι, ταχέως καὶ ὀργῆς ἀποστήσεται, καὶ οὐδὲ μέγα φρονήσει ποτέ. Καθάπερ γὰρ τοὺς τετραυματισμένους συνεχῶς θεραπεύων ἰατρὸς, συστέλλεται ῥᾳδίως, ἐν ταῖς ἑτέρων συμφοραῖς τὴν ἀνθρωπίνην καθορῶν φύσιν· οὕτω καὶ ἡμεῖς; ἐὰν ταῖς [d] τῶν πενήτων συνεισέλθωμεν ἐπικουρίαις, φιλοσοφήσομεν εὐκόλως, καὶ οὐ θαυμασόμεθα πλοῦτον, οὐδὲ μέγα τι τὰ παρόντα ἡγησόμεθα, ἀλλὰ καταφρονήσομεν πάντων, καὶ μετάρσιοι γενόμενοι πρὸς τὸν οὐρανὸν, εὐκόλως ἐπιτευξόμεθα τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Morel. αὐτόν. [b] Morel. μολύβδου. Plumbei veterum nummi etiamnum in museis servantur. [c] Sic editi et mss. uno excepto, qui habet καταλάβῃ. Utraque vero lectio quadrare potest: κἂν μὴ καταβάλῃ, *nisi deponat, nisi eroget eleemosynam*: κἂν μὴ καταλάβῃ, *nisi cibum accipiat*; nam de cibo supra agitur; cibus autem animæ, de quo agitur, est eleemosyna. Boisius legendum suspicatus est κἂν μὴ μεταλάβῃ. Nos nihil mutandum censuimus.
[d] Alii ἐὰν ἐν ταῖς.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΒ'.

Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου.

α'. Ὅταν ἐνάρετοι γενόμενοι διωκώμεθα παρὰ τῶν πονηρῶν, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐφιέμενοι χλευαζώμεθα παρ' ἐκείνων, μὴ ἀλύωμεν, μηδὲ δυσχεραίνωμεν. Τοιαύτην γὰρ τὸ πρᾶγμα τὴν φύσιν ἔχει, καὶ πανταχοῦ μῖσος εἴωθε τίκτειν ἡ ἀρετὴ παρὰ τοῖς πονηροῖς. Φθονοῦντες γὰρ τοῖς ἐπιεικῶς βιοῦν βουλομένοις, καὶ οἰόμενοι [483] παρασκευάζειν ἑαυτοῖς ἀπολογίαν, ἐὰν τὴν ἑτέρων δόξαν καταβάλωσι, μισοῦσί τε ὡς τὰ ἐναντία μετιόντας, καὶ πάντα πράττουσιν ὑπὲρ τοῦ καταισχύνειν τὸν βίον τὸν ἐκείνων. Ἀλλὰ μὴ ἀλγῶμεν· τοῦτο γὰρ ἀρετῆς σημεῖον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστός φησιν· *Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει*· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, *Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι.* Διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθά φησι· *Τὸν λόγον σου δέδωκα αὐτοῖς, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς.* Πάλιν λέγει τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἄξιοί εἰσι πολλῆς παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐπιμελείας τυχεῖν. Διὰ γὰρ σὲ ἐμισήθησαν, φησὶ, καὶ τὸν λόγον τὸν σόν· ὥστε δίκαιοι πάσης ἂν εἶεν ἀπολαῦσαι προνοίας. *Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ.* Πάλιν σαφηνίζει τὸν λόγον, πάλιν τρανότερον ἐργάζεται· ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἐνδεικνυμένου, ἢ ὅτι πολλὴν αὐτῶν ποιεῖται κηδεμονίαν, τῷ μετὰ ἀκριβείας ποιεῖσθαι τὴν ὑπὲρ αὐτῶν παράκλησιν. Καὶ μὴν αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι πάντα ποιήσει ὁ Πατὴρ, ὅσα ἂν αἰτήσωσι [a]. Πῶς οὖν ἐνταῦθα αὐτὸς ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλεῖ; Οὐδὲν ἄλλο, ὅπερ ἔφην, ἢ τὴν ἀγάπην ἐνδεικνύμενος. *Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσί, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου.* Πῶς οὖν ἀλλαχοῦ φησιν, *Οὓς ἔδωκάς μοι ἐκ τοῦ κόσμου, σοὶ ἦσαν;* Ἐκεῖ μὲν τὴν φύσιν λέγων, ἐνταῦθα δὲ περὶ πράξεων πονηρῶν. Καὶ μακρὸν αὐτῶν συντίθησιν ἐγκώμιον· πρῶτον, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου· εἶτα, ὅτι αὐτὸς αὐτοὺς ἔδωκε, καὶ ὅτι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐτήρησαν, καὶ ὅτι διὰ τοῦτο μισοῦνται. Εἰ δὲ λέγει, *Καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου*, μὴ θορυβηθῇς. Τὸ γὰρ, *Καθὼς*, ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν ἀπαραλλάκτου ἀκριβείας. Ὥσπερ γάρ, ὅταν ἐπ' αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς λέγηται τὸ, *Καθὼς*, πολλὴ ἡ ἰσότης διὰ τὴν τῆς φύσεως συγγένειαν· οὕτως ὅταν ἐφ' ἡμῶν καὶ αὐτοῦ λέγηται, πολὺ τὸ μέσον διὰ τὸ καὶ πολὺ εἶναι τὸ μέσον καὶ ἄπειρον ἑκατέρας τῆς φύσεως. Εἰ γὰρ *Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν αὐτὸς, οὐδὲ δόλος τις εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*, πῶς δύναιντ' ἂν οἱ ἀπόστολοι παρισοῦσθαι αὐτῷ; Τί οὖν ἐστιν ὃ φησιν, *Ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰσί*; Πρὸς ἕτερον ὁρῶσιν, οὐδὲν κοινόν τι πρὸς τὴν γῆν ἔστιν αὐτοῖς, ἀλλὰ τῶν οὐρανῶν, γεγόνασι πολῖται. Καὶ ἐκ τούτων δὲ τὴν ἀγάπην αὐτοῦ δείκνυσιν, ὅταν πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοὺς ἐγκωμιάζῃ, καὶ παρατιθῆται τῷ γεγεννηκότι. Εἰπὼν δὲ, *Τήρησον αὐ-*

[a] Alii ὁ Πατὴρ ἅπερ αἰτήσωσι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

alia autem vere sunt vitæ, gloriæ et quietis causa. Verum sicut pueri his privati flent, illa vero ne desiderare quidem sciunt : ita se habent multi qui videntur esse viri. Ideo ait : *Nolite pueri esse mentibus.* Pecunias, quæso te, amas, nec manentes, sed illa puerilia crepundia? hinc si videris quempiam nummum plumbeum mirantem, et sese ad illum colligendum inclinantem, pauperrimum illum esse judicas : tu autem cum etiam his viliora colligis, te inter divites annumeras? annon hæc cum ratione pugnant?

Veræ divitiæ quæ. Eleemosyna magnum pharmacum. — Illum divitem dicemus, qui præsentia omnia contemnit. Nemo enim, nemo sane hæc vilia, argentum, aurum, cæteraque imaginaria deridere voluerit, nisi majorum amore teneatur; sicut nec plumbeum nummum quis spernet, nisi aureos habeat. Et tu itaque cum videris hominem totum orbem prætercurrentem, ne putes alia de causa illum id facere, nisi ut majorem videat mundum. Sic et agricola paulum frumenti despicit, cum majorem sperat messem. Si vero cum adhuc incerta spes est; quæ habemus contemnimus : multo magis id agendum, cum secura est exspectatio. Quamobrem, quæso et obsecro, ne nos ipsos mulctemus, neve cœnum possidentes, supernis nos thesauris privemus, dum culmis et paleis onustam navim in portum agimus. Carpat si quis velit monitionum frequentiam, nugaces nos appellet, fastidiosos, onerosos : non cessabimus hæc frequenter monere, et prophetæ dictum illud vobis omnibus repetere : *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas miserationibus pauperum, et suspende illas in collo tuo* (*Dan.* 4. 24). Ne hodie facias, et cras desistas. Nam ut hoc corpus quotidiano eget cibo, ita quoque anima; imo longe magis anima; et nisi eroget, et infirmior evadit et turpior. Ne despiciamus pereuntem, præfocatum. Multa quotidie excipit vulnera ex cupiditate, ira, desidia, ex conviciis, vindicta, invidia. Ipsi ergo pharmaca sunt apponenda. Neque parvum est eleemosynæ pharmacum, quod omnibus apponi potest vulneribus. *Date eleemosynam*, inquit, *et omnia vobis munda erunt* (*Luc.* 11. 41) : eleemosynam, non rapinam : quæ ex rapina dantur, non manent, etsi illa egenis largiaris. Eleemosyna enim est, quæ omni caret iniquitate : hæc omnia pura efficit : hæc melior est jejunio et humi cubatione. Etsi illa molestiora sint et laboriosiora, hæc tamen lucri majoris est : animam illuminat, fovet, formosam reddit. Non sic athletas oleum roborat, ut pietatis certatores hoc oleum recreat. Ungamus ergo manus, ut strenue illas contra inimicum attollamus. Qui egenorum misereri cogitat, cito ab avaritia absistet. Qui pauperibus erogare perseverat, statim iram deponet, et numquam altum sapiet. Quemadmodum enim vulneratos sæpe curans medicus, facilius reprimitur, dum in alienis calamitatibus humanam conspicit naturam : sic et nos si ad pauperes juvandos nos contulerimus, facilius philosophabimur, neque divitias admirabimur, neque magnum quidpiam præsentia bona ducemus, sed omnia despiciemus, et sublimes ad cælum evecti, facile bona consequemur æterna, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, simulque Spiritui sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXXXII.

Cap. 17. v. 14. *Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo.*

1. Cum virtute præditi a scelestis vexamur, et virtutis studiosi ab illis deridemur, ne id ægre vel moleste feramus. Hæc quippe natura virtutis est, quæ ubique apud improbos odium parere solet. Cum enim probe viventibus invideant, et putantes id in suam cedere defensionem, si aliorum gloriam dejiciant, oderunt illos, utpote contraria sectantes, et nihil non agunt, ut illorum vitam traducant. Verum ne doleamus : illud enim virtutis indicium est. Ideo ait Christus : *Si de mundo essetis, mundus quod suum est amaret* (*Joan.* 15. 19); et alibi rursum, *Væ vobis cum benedixerint omnes homines* (*Luc.* 6. 26). Propterea hic quoque dicit : *Sermonem tuum dedi eis, et mundus eos odio habuit.* Rursumque causam affert cur tanta Patris cura digni sint. Nam propter te, inquit, et sermonem tuum odio habiti sunt, itaque digni prorsus sunt providentia tua. 15. *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo.* Rursus sermonem explicat et clariorem reddit : quo nihil aliud declarat, quam se multam illorum curam habere, quod illos tam diligenter commendet. Atqui ipse dicebat, Patrem omnia quæ ipsi petierint facturum esse; quomodo ergo hic pro illis rogat? Nulla alia, ut dixi, de causa, quam ut dilectionem suam demonstret. 16. *De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo.* Cur ergo alibi dixit, *Quos dedisti mihi de mundo, tui erant* (*Joan.* 17. 6)? Illic de natura loquebatur; hic de operibus malis. Et longo illos encomio celebrat : primo, quod non sint de mundo; deinde, quod ipse illos dederit, et quod sermonem servaverint, ideoque odio habeantur. Quod si dicat, *Sicut ego non sum de mundo*, ne turberis. Illud enim, *Sicut*, hic non accuratam denotat æqualitatem. Ut enim cum de ipso et de Patre illud, *Sicut*, dicitur, multa ob naturæ cognationem indicatur æqualitas : sic cum de ipso et de nobis dicitur, magnum significatur discrimen, quia magnum inter utramque naturam intercedit intervallum. Nam si *Peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus* (*Isai.* 53. 9; 1. *Petr.* 2. 22), quomodo possint apostoli illi comparari? Quid ergo sibi vult, *De mundo non sunt?* Ad aliud respiciunt, nihil cum terra commune habent, sed cælorum facti sunt cives. His vero amorem suum ostendit, cum apud Patrem laudat illos, et Genitori commendat. Cum dixit autem, *Serva eos*, non solum rogat ut a periculis illos eruat; sed etiam ut in fide permaneant : ideo addidit, 17. *Sanctifica eos in veritate tua;* sanctos redde per donum Spiritus et per recta dogmata; ut cum dicit, *Mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis* (*Joan.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

15. 3); idipsum nunc ait : Institue illos, doce veritatem. Atqui hoc Spiritum facere dicit. Cur autem illud a Patre nunc postulat? Ut rursum æqualitatem discas. Recta quippe de Deo dogmata animam sanctificant. Si autem verbo sanctificari dicit, ne mireris. Quod vero de doctrina loquatur, his verbis innuit : *Sermo tuus veritas est;* hoc est, Nihil mendacii in ipso; omnino quippe oportet omnia dicta ejus evenire; et quod nihil figuratum vel corporeum, sic rursum ostendit, ut et Paulus de Ecclesia ait : Sanctificavit eam in verbis (*Ephes.* 5. 26). Solet enim verbum Dei purgare. Videtur autem mihi illud, *Sanctifica eos*, aliud quoque significare; nempe, Segrega eos verbo et prædicationi; quod ipsum ex sequentibus liquet. 18. *Sicut enim me*, inquit, *misisti in mundum, et ego misi eos.* Quod et Paulus dicit, *Ponens in nobis verbum reconciliationis* (2. *Cor.* 5. 19). Pro quo enim Christus abiit, pro hoc hi orbem comprehenderunt. Illud vero, *Sicut*, non similitudinis est inter ipsum et apostolos : (quomodo enim aliter homines mitti poterant)? sed mos est ei de futuro ut de præterito loqui. 19. *Et pro eis sanctifico meipsum, ut sint sanctificati in veritate.* Quid est, *Sanctifico meipsum?* Offero tibi sacrificium. Sacrificia vero omnia, sancta dicuntur, et proprie sancta quæ Deo consecrata sunt. Cum enim olim in figura sanctificatio esset in ove; nunc autem non in figura, sed in ipsa veritate sit : ideo ait : *Ut sint sanctificati in veritate tua.* Etenim illos tibi consecro et oblationem facio. Sive propter caput hoc fieri dicit, sive quia ipsi immolabantur. Constituite, inquit, membra vestra *Hostiam viventem, sanctam* (*Rom.* 12. 1); et, *Æstimati sumus sicut oves occisionis* (*Psal.* 43. 22); et, Sine morte hostiam eos facit et oblationem. Quod enim suam immolationem subindicaret dicens, *Sanctifico*, ex sequentibus palam est. 20. *Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui crediturі sunt per verbum eorum in me* (*a*). Quia enim pro ipsis moriebatur (dixit vero, *Pro eis sanctifico meipsum*); ne quis putaret, ipsum id pro apostolis tantum facere, addidit. *Non pro his rogo solum, sed pro credentibus per sermonem eorum in me.*

2. Hinc iterum illorum erigit animos, indicans multos futuros discipulos. Cum enim id, quod præcipuum habebant, commune fecerit, rursum illos consolatur, ostendens illos aliorum salutis causam fuisse. Cum autem de illorum salute loquutus esset, indicassetque ipsos sanctificari fide et immolatione, de concordia demum loquitur, et in hoc sermonem claudit; hinc exorsus eodemque desinens. Principio dixerat, *Mandatum novum do vobis* (*Joan.* 13. 34); et nunc, 21. *Ut sint unum, sicut tu, Pater, in me, et ego in te.* Iterum illud, *Sicut*, non exactam æqualitatem hic exprimit, neque enim ita unum esse poterant; sed quantum hominibus fas est : ut cum dicit, *Estote misericordes, sicut Pater vester* (*Luc.* 6. 36). Quid sibi vult illud, *In nobis?* In fide in nos. Quia enim nihil ita omnes perturbat ut dissensio, id agit, ut unum fiant. Quid ergo? an hoc effecit? inquies. Sane quidem; omnes enim qui per apostolos crediderunt, unum sunt : etiamsi quidam ex illis disjuncti fuerint. Neque enim hoc illum latuit, imo id ille prædixit, et significavit hoc ex hominum desidia provenire. *Ut mundus credat quia tu me misisti.* Quod etiam in principio dixit : *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si invicem diligatis* (*Joan.* 13. 35). Et quomodo hinc erant crediturі? Quia pacis est Deus, inquit. Si ergo quæ ex iis didicerunt servaverint, a discipulis Magistrum auditores cognoscent. sin dissideant, non dicent Dei pacifici discipulos esse : si pacificus non sim, non confitebuntur me abs te missum fuisse. Viden' quomodo ad finem usque suam cum Patrem concordiam probet? 22. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis :* id est, per signa, per doctrinam, et ut concordes sint. Hæc enim claritas est, ut sint unum, quæ etiam signis major est. Quemadmodum enim Deum miramur, quod in natura illa nulla sit dissensio, nulla pugna; et hæc maxima gloria est : Sic et hi, inquit, hinc clari efficiantur. Et cur, inquies, Patrem rogat, hæc det illis, cum seipsum id dare dicat? Nam sive de signis, sive de concordia, sive de pace sermo ipsi sit, hæc eum ipsis præbere dignoscitur. Unde palam erat, consolandi eos gratia petitionem esse factam. 23. *Ego in eis, et tu in me.* Quomodo claritatem dedit? In eos adveniens, et Patrem secum habens, ut illos una copulet. Alibi vero non ita loquitur; non enim claritatem acceperunt quod Pater advenerit, sed quod ipse cum Patre venerit, et mansionem apud eum fecerit (*Id.* 14. 23); illic Sabellii, hic Arii opinionem confutans. *Ut sint consummati in unum, ut cognoscat mundus quia tu me misisti.* Hoc frequenter dicit, ut ostendat pacem plus quam signa attrahere. Sicut enim contentio dissolvit, ita concordia copulat. *Et dilexi eos, sicut me dilexisti.* Hic rursum *Sicut* hoc significat, Sicut homines amari possunt : signum autem amoris est, quod se pro illis tradiderit. Cum dixisset ergo illos in tuto fore, nec evertendos esse, sanctos futuros, multosque per ipsos credituros esse, illos item magna fruituros gloria esse, non se solum ipsos dilexisse, sed etiam Patrem; loquitur demum de iis quæ post excessum ex hac vita futura sunt, de præmiis et coronis, quæ ipsis repositæ sunt. Nam ait : 24. *Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum.* Quod ergo semper quærebant dicentes, *Quo vadis?* quid dicis? id petendo accipis, et nondum habes? cur ergo dicebas eis, *Sedebitis super sedes duodecim* (*Matth.* 19. 28)? quomodo alia pollicitus es et plura et majora? viden', ipsum omnia sese attemperando dicere? Nam quomodo dicebat, *Sequeris autem postea* (*Joan.* 13. 36)? Verum id ait ad majorem amoris confirmationem. *Ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* Iterum hoc suæ cum Patre concordiæ argumentum est; sublimius quidem prioribus (*Ante constitutionem mundi*, inquit), sed cum quadam ta-

(*a*) Totus vigesimus versiculus deest in Montef. Hunc addidimus e Cod. 703 et Savil., qui tamen in illud, *crediturі sunt*, desinit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοὺς, οὐ περὶ τῆς τῶν κινδύνων ἀπαλλαγῆς φησι μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἐν πίστει παραμονῆς· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου*· ἁγίους ποίησον διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος δόσεως καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων. Ὥσπερ ὅταν λέγῃ, *Καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν*, καὶ νῦν τὸ αὐτό φησι· Παίδευσον αὐτοὺς, δίδαξον τὴν ἀλήθειαν. Καὶ μὴν τοῦτο λέγει τὸ Πνεῦμα ποιεῖν. Πῶς οὖν αὐτὸ παρὰ τοῦ Πατρὸς αἰτεῖ νῦν; Ἵνα μάθῃς πάλιν τὴν ἰσοτιμίαν. Τὰ γὰρ ὀρθὰ δόγματα περὶ Θεοῦ λεγόμενα ἁγιάζει τὴν ψυχήν. Εἰ δὲ λόγῳ φησὶν ἁγιάζεσθαι, μὴ θαυμάσῃς. Καὶ ὅτι περὶ δογμάτων φησὶν, ἐπήγαγεν· *Ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι*· τουτέστι, Οὐδὲν ψεῦδος ἐν αὐτῷ, πάντως [484] δὲ ἐκθῆναι δεῖ πάντα τὰ εἰρημένα· καὶ ὅτι οὐδὲν τυπικὸν δηλοῖ πάλιν, οὐδὲ σωματικόν· καθὼς καὶ Παῦλός φησι περὶ τῆς Ἐκκλησίας· ὅτι Ἡγίασεν αὐτὴν ἐν ῥήματι. Οἶδε γὰρ καὶ ῥῆμα Θεοῦ καθαίρειν. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἕτερον δηλοῦν τὸ, *Ἁγίασον αὐτοὺς*, οἱονεὶ τὸ, Ἀφόρισον αὐτοὺς τῷ λόγῳ καὶ τῷ κηρύγματι. Καὶ τοῦτο πάλιν ἐκ τῶν ἑξῆς δῆλον. *Καθὼς γὰρ ἐμὲ*, φησὶν, *ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτούς*· ὃ λέγει καὶ Παῦλος, *Θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς*. Ὑπὲρ οὗ γὰρ ὁ Χριστὸς ἀφῖκται, ὑπὲρ τούτου καὶ οὗτοι τὴν οἰκουμένην κατέλαβον. Τὸ δὲ, *Καθὼς*, πάλιν ἐνταῦθα οὐχ ὁμοιώσεως ἐπ' αὐτοῦ [a] καὶ τῶν ἀποστόλων κεῖται· (πῶς γὰρ ἄλλως ἦν ἐγχωροῦν ἀνθρώποις ἀποσταλῆναι; ἔθος δὲ αὐτῷ καὶ τὸ μέλλον ὡς γεγονὸς λέγειν. *Καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν τῇ ἀληθείᾳ*. Τί ἐστιν, *Ἁγιάζω ἐμαυτόν*; Προσφέρω σοι θυσίαν. Αἱ δὲ θυσίαι πᾶσαι ἅγιαι λέγονται· καὶ κυρίως ἅγια τὰ τῷ Θεῷ ἀνακείμενα. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ παλαιὸν ἐν τύπῳ ὁ ἁγιασμὸς ἦν ἐν τῷ προβάτῳ· νυνὶ δὲ οὐκ ἔστιν [b] ἐν τύπῳ, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ· διό φησιν· *Ἵνα ὦσιν ἡγιασμένοι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου*. Καὶ γὰρ καὶ αὐτούς σοι ἀνατίθημι καὶ ποιῶ προσφοράν. Ἤτοι διὰ τὸ τὴν κεφαλὴν τοῦτο γίνεσθαί [c] φησι, ἢ διὰ τὸ καὶ αὐτοὺς θύεσθαι. Παραστήσατε γάρ, φησὶ, τὰ μέλη ὑμῶν *θυσίαν ζῶσαν. ἁγίαν*· καὶ, *Ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς*· καὶ, Χωρὶς θανάτου θυσίαν αὐτοὺς ἐργάζεται καὶ προσφοράν. Ὅτι γὰρ τὴν θυσίαν ἠνίξατο τὴν αὐτοῦ εἰπὼν, *Ἁγιάζω*, δῆλον ἐκ τῶν ἑξῆς. *Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ*. Ἐπειδὴ γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἀπέθνησκεν (εἶπε δὲ [d], ὅτι *Ὑπὲρ αὐτῶν ἁγιάζω ἐμαυτόν*)· ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων τοῦτο μόνον ἐποίει, ἐπήγαγεν· *Οὐ περὶ τούτων δὲ ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ*.

β'. Ἐντεῦθεν πάλιν ἀνέστησεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, δείξας ἐσομένους πολλοὺς μαθητάς. Ἐπειδὴ γὰρ, ὅπερ εἶχον ἐξαίρετον, κοινὸν ἐποίησε, πάλιν αὐτοὺς παραμυθεῖται, δηλῶν καὶ τῆς τῶν ἄλλων σωτηρίας γινομένους αὐτοὺς αἰτίους. Εἰπὼν δὲ καὶ περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῶν καὶ τοῦ ἁγιασθῆναι τῇ πίστει καὶ τῇ θυσίᾳ, λέγει λοιπὸν περὶ ὁμονοίας, καὶ εἰς τοῦτο λοιπὸν κατακλείει τὸν λόγον, ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, καὶ εἰς αὐτὸ καταλύσας [e]. Καὶ γὰρ ἀρχόμενός φησιν, *Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν*· καὶ ἐνταῦθα, *Ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς σὺ, Πάτερ, ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐγὼ ἐν σοί*. Πάλιν τὸ, *Καθὼς*, οὐκ ἀκριβοῦς ἐξισώσεως ἐπ' αὐτῶν· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς ἦν τοσοῦτον, ἀλλ' ὡς ἀνθρώποις δυνατόν· ὥσπερ ὅταν λέγῃ, *Γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν*. Τί δέ ἐστιν, *Ἐν ἡμῖν*; Ἐν τῇ πίστει τῇ εἰς ἡμᾶς. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν οὕτως σκανδαλίζει ἅπαντας, ὡς τὸ διεσπάσθαι, τοῦτο κατασκευάζει ὥστε γενέσθαι ἓν. Τί οὖν; ἥνυσεν αὐτὸ, φησί; Καὶ σφόδρα ἥνυσεν. Ἅπαντες γὰρ οἱ διὰ τῶν ἀποστόλων πιστεύσαντες ἓν εἰσιν, εἰ καί τινες ἐξ αὐτῶν διεσπάσθησαν. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο αὐτὸν [485] παρέλαθεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ προεῖπε, καὶ ἔδειξε τῆς τῶν ἀνθρώπων ῥᾳθυμίας ὄν. *Ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ, ὅτι σύ με ἀπέστειλας*. Ὅπερ οὖν καὶ ἀρχόμενος ἔλεγεν, ὅτι *Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ ἐστε μαθηταί, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους*. Καὶ πῶς ἐντεῦθεν πιστεύειν ἔμελλον; Ὅτι τῆς εἰρήνης εἷ Θεὸς, φησίν. Ἂν τοίνυν, ἅπερ ἐξ ὧν ἔμαθον, διατηρήσωσιν, εἴσονται τὸν διδάσκαλον ἀπὸ τῶν μαθητῶν οἱ ἀκούοντες· ἐὰν δὲ μάχωνται, οὐκ ἐροῦσιν εἰρηνικοῦ Θεοῦ εἶναι μαθητάς· μὴ ὄντα δέ με εἰρηνικὸν, οὐκ ὁμολογήσουσιν ἀπεστάλθαι παρὰ σοῦ. Ὁρᾷς πῶς μέχρι τέλους τοῦτο κατασκευάζει τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμονοητικόν; *Κἀγὼ τὴν δόξαν, ἣν ἔδωκάς μοι, ἔδωκα αὐτοῖς*· τὴν διὰ τῶν σημείων, τὴν διὰ τῶν δογμάτων [f], καὶ ἵνα ὁμόψυχοι ὦσιν. Αὕτη γὰρ δόξα, ἵνα ὦσιν ἕν, καὶ τῶν σημείων μείζων. Ὥσπερ γὰρ καὶ τὸν Θεὸν θαυμάζουσιν [g], ὅτι οὐκ ἔστι στάσις, οὐδὲ μάχη παρὰ τῇ φύσει ἐκείνῃ, καὶ μεγίστη αὕτη δόξα· Οὕτω καὶ οὗτοι, φησὶν, ἐντεῦθεν γενέσθωσαν λαμπροί. Καὶ πῶς τὸν Πατέρα, φησὶν, αἰτεῖ τοῦτο δοῦναι αὐτοῖς, αὐτὸς αὐτὸ λέγων διδόναι; Εἴτε γὰρ περὶ σημείων, εἴτε περὶ ὁμονοίας, εἴτε περὶ εἰρήνης ὁ λόγος αὐτῷ, φαίνεται αὐτὸς αὐτοῖς ταῦτα παρεσχηκώς. Ὅθεν δῆλον ἦν, ὅτι παραμυθίας ἕνεκεν τῆς αὐτῶν ἡ αἴτησις γίνεται. *Ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί*. Πῶς ἔδωκε τὴν δόξαν; Ἐν αὐτοῖς γενόμενος, καὶ τὸν Πατέρα ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, ὥστε αὐτοὺς [h] συγκροτεῖν. Ἀλλαχοῦ δὲ οὐχ οὕτω φησίν· οὐ γὰρ διὰ αὐτοῦ τὸν Πατέρα παραγίνεσθαι, ἀλλ' αὐτὸν καὶ τὸν Πατέρα παραγίνεσθαι καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιεῖν· ἐκεῖ μὲν τὸ τοῦ Σαβελλίου, ἐνταῦθα [i] δὲ Ἀρείου τὴν ὑπόνοιαν ἀναιρῶν. *Ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς τὸ ἕν, ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέστειλας*. Συνεχῶς αὐτὸ λέγει, δεικνὺς σημείου μᾶλλον τὴν εἰρήνην δυναμένην ἐπισπάσασθαι. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἔρις διαλυτικὸν, οὕτως ἡ συμφωνία συγκροτητικόν. *Καὶ ἠγάπησα αὐτοὺς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας*. Πάλιν ἐνταῦθα τὸ, *Καθὼς*, ὡς ἄνθρωπον [k] ἀγαπηθῆναι ἐγχωρεῖ· καὶ τεκμήριον τῆς ἀγάπης, τὸ ἑαυτὸν ὑπὲρ αὐτῶν δοῦναι. Εἰπὼν τοίνυν, ὅτι ἔσονται ἐν ἀσφαλείᾳ, ὅτι οὐ περιτραπήσονται, ὅτι ἔσονται ἅγιοι, ὅτι πολλοὶ πιστεύσουσι δι' αὐτῶν, ὅτι πολλῆς ἀπολαύσονται δόξης, ὅτι οὐκ αὐτὸς αὐτοὺς ἠγάπησε μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ, λέγει λοιπὸν καὶ περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν [l] ἀποδημίαν, περὶ τῶν βραβείων καὶ τῶν στεφάνων τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς. *Πάτερ* γάρ, φησὶν, *οὓς ἔδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ αὐτοὶ ὦσιν*. Ὅπερ οὖν ἐζήτουν ἀεὶ λέγοντες, *Ποῦ ὑπάγεις*; τί λέγεις; τοῦτο ἐν αἰτήσει λαμβάνεις, καὶ οὐδέπω ἔχεις; πῶς οὖν αὐτοῖς ἔλεγες, *Καθήσεσθε ἐπὶ δώδεκα θρόνους*; πῶς ἕτερα ἐπηγγείλω πλείονα καὶ μείζω; ὁρᾷς ὅτι πάντα συγκαταβάσεως ἕνεκεν λέγει [m]; Ἐπεὶ πῶς ἔλεγεν, *Ἀκολουθήσεις δὲ*

[a] Morel. οὐχ ὁμοιώσεώς ἐστιν ἐπ' αὐτοῦ. [b] Quidam mss. οὐκ ἔτι. [c] Alii γίνεται, φησί. [d] Alii εἰπὼν δέ. Hic aliquatenus variat Savil., sed sine ullo in re discrimine. [e] Alii εἰς αὐτὸ τελευτήσας.

[f] Alii διδαγμάτων. [g] Aliqui θαυμάζομεν. [h] Morel. ὡς αὐτούς. Alii συγκρατεῖν pro συγκροτεῖν. Mox ubi legebatur οὐ γὰρ διὰ τοῦ, e Savil. et cod. 709 οὐ γὰρ διὰ αὐτοῦ rescripsimus. Edit. [i] Alii τὰ τῶν Σαβελλίων ἐπιστομίζων στόματα, ἐντ. Ibid. quidam Ἀρείου τὴν ἄνοιαν. [j] Alii ἡ διαίρεσις. [k] Legebatur ἄνθρωπος. Savilianam lectionem praetulimus. Edit. [l] Sic recte Savil. Vulg. ἐνταῦθα. Edit. [m] Alii λέγετοι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὕστερον; Ἀλλ' [486] ὑπὲρ πλείονος πληροφορίας καὶ ἐνδείξεως ἀγάπης τοῦτό φησιν. *Ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν ἔδωκάς μοι.* Πάλιν τοῦτο τοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὁμονοεῖν σημεῖον, ὑψηλότερον μὲν τῶν προτέρων (*Πρὸ καταβολῆς γὰρ κόσμου*, φησίν), ἔχον δέ τινα καὶ αὐτὸ συγκατάβασιν· *Ἔδωκας γάρ μοι* λέγει. Εἰ δὲ μὴ τοῦτό ἐστιν, ἠδέως ἂν ἐροίμην τοὺς ἀντιλέγοντας· ὁ δίδους, ὑφεστῶτί τινι δίδωσιν· ἄρ' οὖν πρῶτον αὐτὸν γεννήσας, ὕστερον τὴν δόξαν ἔδωκε, πρότερον ἀφεὶς εἶναι ἄδοξον; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι λόγον; Ὁρᾷς ὅτι τὸ, *Ἔδωκεν*, Ἐγέννησέν ἐστι; Διατί δὲ μὴ εἶπεν, Ἵνα μετέχωσι τῆς δόξης, ἀλλ', *Ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν*;

γ'. Ἐνταῦθα αἰνίττεται, ὅτι ἡ πᾶσα ἀνάπαυσις αὕτη ἐστὶ, τὸ θεωρεῖν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο γοῦν καὶ δοξάζεσθαι ποιεῖ· ὃ καὶ Παῦλός φησιν· *Ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι.* Ὥσπερ γὰρ οἱ πρὸς ἀκτῖνας θεωροῦντες καὶ ἀέρος ἀπολαύοντες λεπτοτάτου, ἀπὸ τῆς ὄψεως ἔχουσιν τὴν ἀπόλαυσιν· οὕτω καὶ τότε, καὶ πολλῷ πλεῖον [a] τοῦτο ἡμῖν ἐργάσεται τὴν ἡδονήν. Ἅμα δὲ καὶ δείκνυσιν, ὅτι οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ φρικτή τις οὐσία [b]. *Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω.* Τί βούλεται τοῦτο; ποίαν ἔχει τὴν ἀκολουθίαν; Δείκνυσιν ἐνταῦθα μηδένα εἰδότα Θεὸν, ἀλλ' ἢ μόνον τοὺς τὸν Υἱὸν ἐπεγνωκότας. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐβουλόμην ἅπαντας τοῦτο εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἔγνωσάν σε, καίτοι οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστι, *Πάτερ δίκαιε.* Ἐνταῦθά μοι δοκεῖ καὶ δυσχεραίνων ταῦτα λέγειν, ὅτι τὸν οὕτως ἀγαθὸν καὶ δίκαιον οὐκ ἠθέλησαν ἐπιγνῶναι. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖοι ἔλεγον τὸν Θεὸν εἰδέναι, αὐτὸν δὲ μὴ εἰδέναι [c], πρὸς τοῦτο ἀποτείνεται λέγων, ὅτι *Ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου*, ἀπολογίαν συντιθεὶς πρὸς τὰς κατηγορίας τὰς Ἰουδαϊκάς. Ὁ γὰρ δόξαν λαβὼν, ὁ ἀγαπηθεὶς πρὸ καταβολῆς κόσμου, ὁ μάρτυρας βουλόμενος ἔχειν αὐτοὺς τῆς δόξης ἐκείνης, πῶς ἐναντίος ἦν τῷ Πατρί; Οὐ τοίνυν τοῦτό ἐστιν ὅπερ φασὶν οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι αὐτοὶ μέν σε γινώσκουσιν, ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ· ἀλλὰ τοὐναντίον, ἐγὼ μέν σε οἶδα, ἄλλοι δέ σε οὐκ ἔγνωσαν. *Καὶ οὗτοι δὲ ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας.* Ὁρᾷς ὅτι αὐτοὺς αἰνίττεται τοὺς λέγοντας μὴ εἶναι αὐτὸν ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸς τοῦτον [d] τὸν λόγον ἀνακεφαλαιοῦται πάντα; *Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου, καὶ γνωρίσω.* Καὶ μὴν τοῦ Πνεύματος φῆς τὴν τελείαν γνῶσιν· ἀλλὰ τὰ τοῦ Πνεύματος ἐμά ἐστιν. *Ἵνα ἡ ἀγάπη, ἣν ἠγάπησάς με, ἐν αὐτοῖς μένῃ, κἀγὼ ἐν αὐτοῖς.* Ἐὰν γὰρ μάθωσι, τίς σὺ, τότε εἴσονται, ὅτι οὐκ ἀπεσχισμένος ἐγὼ, ἀλλὰ τῶν σφόδρα ἠγαπημένων, καὶ γνήσιος Υἱὸς καὶ συνημμένος. Τοῦτο δὲ πεισθέντες ὡς χρὴ, καὶ τὴν πίστιν τὴν εἰς ἐμὲ καὶ τὴν ἀγάπην διατηρήσουσιν ἀκριβῆ. Ἀγαπώντων δὲ αὐτῶν ὡς χρὴ, ἐγὼ μενῶ ἐν αὐτοῖς. Ὁρᾷς πῶς εἰς καλὸν τέλος ἀπήντησεν [e], εἰς ἀγάπην, τὴν πάντων μητέρα τῶν ἀγαθῶν, ἀπαρτίσας τὸν λόγον;

Πιστεύωμεν [487] τοίνυν, καὶ ἀγαπῶμεν τὸν Θεὸν, ἵνα μὴ καὶ περὶ ἡμῶν λέγηται· *Θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται*· καὶ πάλιν, *Τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἄπιστος χείρων.* Ὅταν γὰρ ἐκεῖνος μὲν καὶ οἰκέτας καὶ συγγενέσι καὶ ἀλλοτρίοις ἐπικουρῇ· σὺ δὲ μηδὲ τοὺς πρὸς γένος προσήκοντας θεραπεύῃς, τίς ἔσται σοι λοιπὸν ἀπολογία, τοῦ Θεοῦ βλασφημουμένου καὶ ὑβριζομένου διὰ σέ; Σκόπει γὰρ πόσας ἔδωκεν ἡμῖν ἀφορμὰς εὐποιίας ὁ Θεός. Τὸν μὲν ὡς συγγενῆ, τὸν δὲ ὡς φίλον, τὸν δὲ ὡς γείτονα, τὸν δὲ ὡς πολίτην, τὸν δὲ ὡς ἄνθρωπον ἐλέει, φησίν. Ἂν δὲ μηδέν σε τούτων κατέχῃ, ἀλλὰ πάντα διαρρήξῃς τὰ δεσμὰ, ἀκούσῃ τοῦ Παύλου, ὅτι ἀπίστου εἶ χείρων· ὅτι ἐκεῖνος μὲν οὐδὲν περὶ ἐλεημοσύνης ἀκούσας, οὐδὲ τῶν ἐν οὐρανῷ, ὑπερηκόντισέ σε τῇ φιλανθρωπίᾳ· σὺ δὲ αὐτοὺς τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν κελευσθείς, τοὺς οἰκείους, ὡς ἐχθροὺς ὁρᾷς, καὶ χρημάτων φείδῃ· ἄλλον ἢ σωμάτων. Καίτοι τὰ μὲν ἀναλισκόμενα οὐδὲν πείσεται δεινόν· οὗτος δὲ περιορώμενος οἰχήσεται. Τίς οὖν ἡ μανία χρημάτων φείδεσθαι, καὶ ἀφειδεῖν συγγενῶν; πόθεν οὗτος ὁ πόθος εἰσεκώμασε; πόθεν ἡ ἀπανθρωπία καὶ ἡ ὠμότης; Εἰ γάρ τις ὥσπερ ἐπὶ θεάτρου κορυφῆς καθίσας, τὸν κόσμον κατοπτεύσειε πάντα, μᾶλλον δὲ εἰ βούλεσθε, μίαν τέως μεταχειρισώμεθα πόλιν.

δ'. Εἴ τις τοίνυν ἐφ' ὑψηλοῦ καθίσας πάντα κατιδεῖν δυνηθείη τὰ ἀνθρώπινα, ἐννόησον ὅσην καταγνώσεται ἀλογίαν, ὅσα δάκρυα οἴσει, ὅσον γελάσεται γέλωτα, ὅσον μισήσει μῖσος. Τοιαῦτα γὰρ πράττομεν, ὡς καὶ γέλωτος, καὶ ἀνοίας, καὶ δακρύων, καὶ μίσους εἶναι ἄξια. Ὁ δεῖνα τρέφει κύνας, ἵνα θηρία ἄγρια σαγηνεύσῃ, αὐτὸς εἰς θηριωδίαν ἐμπίπτων [f]· ἕτερος ὄνους καὶ ταύρους, ἵνα μετακομίζῃ λίθους· ἄνθρώπους δὲ περιορᾷ, λιμῷ τηκομένους. Καὶ χρυσίον μὲν ἄπειρον δαπανᾷ, ἵνα λιθίνους ἀνθρώπους ἐργάσηται· τοὺς δὲ ὄντως ἀνθρώπους λιθίνους γενομένους ὑπὸ τῆς κακουχίας, ὑπερορᾷ. Ἕτερος ψηφῖδας χρυσᾶς συλλέγων μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας περιβάλλει τοὺς τοίχους· τὰς δὲ γαστέρας τῶν πενήτων γυμνὰς ὁρῶν, οὐκ ἐπικάμπτεται. Καὶ οἱ μὲν τοῖς ἱματίοις αὐτῶν ἱμάτια πάλιν ἐπινοοῦσιν· ἕτερος δὲ οὐδὲ αὐτὸ τὸ σῶμα γυμνὸν περιβάλλειν ἔχει. Ἐν δικαστηρίοις δὲ πάλιν ἄλλος ἄλλον κατέπιεν· ἄλλος εἰς πόρνας ἀνάλωσε καὶ εἰς παρασίτους· ἕτερος εἰς μίμους καὶ ὀρχήστρας· εἰς οἰκοδομὰς ἕτερος λαμπρὰς, εἰς ἀγορασίας ἀγρῶν καὶ οἰκιῶν. Πάλιν ὁ μὲν τόκους ἀριθμεῖ, ὁ δὲ τόκους τόκων, ὁ δὲ γραμματεῖα συντίθησι [g] πολλῶν γέμοντα φόνων, καὶ οὐδὲ τὴν ἀπὸ τῆς νυκτὸς ἀνάπαυσιν καρποῦται, ἐπὶ τοῖς ἑτέρων κακοῖς ἀγρυπνῶν. Ἡμέρας δὲ γενομένης, ὁ μὲν ἐπὶ κέρδος ἄδικον, ὁ δὲ ἐπὶ δαπάνην ἀσελγῆ, οἱ δὲ ἐπὶ κλοπὴν δεδημοσιευμένην τρέχουσι. Καὶ τῶν μὲν περιττῶν καὶ κεκωλυμένων πολλὴ ἡ σπουδή· τῶν δὲ ἀναγκαίων οὐδεὶς ὁ λόγος. [488] Οἱ δὲ κρίνοντες, τὸ μὲν ὄνομα δικαστῶν ἔχουσι, τὸ δὲ ἔργον λῃστῶν καὶ ἀνδροφόνων. Κἂν τὰς δίκας τις ἐξετάσῃ, κἂν τὰς διαθήκας, μυρία πάλιν εὑρήσει καὶ ἐνταῦθα κακὰ, δόλους, κλοπὰς, ἐπιβουλάς. Καὶ περὶ ταῦτα πᾶσα ἡ σχολὴ, τῶν δὲ πνευματικῶν λόγος οὐδείς· ἀλλὰ τὴν ἐκκλησίαν ὑπὲρ τοῦ μόνον ἰδεῖν ἐνοχλοῦσιν ἅπαντες. Τὸ δὲ ζητούμενον οὐ τοῦτό ἐστιν, ἀλλ' ἔργων δεῖ ἡμῖν καὶ διανοίας καθαρᾶς. Ἂν δὲ τὴν πᾶσαν ἡμέραν ἀναλώσῃς εἰς πλεονεξίαν, εἶτα μικρὰ ῥήματα εἰσελθὼν εἴπῃς, οὐ μόνον οὐκ ἐποίησας ἵλεω τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ παρώξυνας μειζόνως. Εἰ γὰρ βούλει καταλλάξαι σου τὸν Δεσπότην, ἔργα ἐπίδειξαι, μάθε τὸν φορυτὸν τῶν συμφορῶν, βλέπε τοὺς γυμνοὺς, τοὺς πεινῶντας, τοὺς ἀδικουμένους· μυρίας σοι φιλανθρωπίας ἔτεμεν ὁδούς. Μὴ τοίνυν ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς, εἰκῆ καὶ μάτην ζῶντες, μηδὲ, ὅτι νῦν ὑγιαίνομεν, καταφρονήσωμεν· ἀλλ' ἐννοήσαντες ὅτι πολλάκις εἰς νόσον καταπεσόντες, καὶ εἰς ἔσχατον ἀῤῥωστίας ἐλθόντες, ἀπειθάνομεν τῷ δέει καὶ τῇ προσοχῇ τῶν μελλόντων, προσδοκήσωμεν πάλιν εἰς τὰ αὐτὰ καταπε-

[a] Alii πολλῷ πλείονα. [b] Alii τις οὖσα. [c] Verba αὐτὸν δὲ μὴ εἰδέναι e Savil. et codd. suppleta sunt. Edit. [d] Quidam πρὸς τοῦτο [e] Sic ex conjectura Savilii rescripsimus pro ἀπῆρτησεν. Edit.

[f] Ita Morel. Savil. ἐκπίπτων. [g] Morel. τίθησι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

men attemperatione : nam ait, *Dediti mihi*. Quod si res non ita sit, adversarios libenter interrogaverim : Qui dat subsistenti certe dat : ergo cum prius ipsum genuisset, postea ipsi gloriam dedit, cum ante eum sine gloria reliquisset? Quod qua ratione stare possit? Viden' hic, *Dedisti*, intelligendum esse, genuisti? Sed cur non dixit, Ut participent, sed, *Ut videant claritatem?*

3. Hic subindicat omnimodam hanc esse requiem, ad Filium Dei spectare. Hoc enim claros reddit : quod et Paulus inquit : *Revelata facie gloriam speculantes* (2. *Cor.* 3. 18). Ut enim qui radios aspiciunt, et aere tenuissimo fruuntur, ex visu voluptatem percipiunt : sic et tunc erit, imo id longe majorem nobis pariet voluptatem. Ostendit etiam, id non esse quod videtur, sed tremendam quamdam substantiam. 25. *Pater juste, et mundus te non cognovit.* Quid hoc sibi vult? quænam hic consequentia? Hic declarat neminem nosse Deum, nisi eos qui Filium cognoscunt; hoc est, Vellem omnes hoc in statu esse; sed te non noverunt, etsi nihil possint arguere. Illud enim significat, *Pater juste.* Hic videtur illa dicere, ægre ferens, quod tam bonum, tam justum cognoscere noluerint. Cum enim Judæi dicerent se Deum nosse, non autem ipsum nosse, eo respicit ille dicens: *Dilexisti me ante mundi constitutionem*, a Judaicis accusationibus sese purgans. Nam qui gloriam accepit, qui dilectus fuit ante mundi constitutionem, qui illos voluit hujus gloriæ testes habere, quomodo contrarius Patri fuisset? Non igitur hoc verum est quod dicunt Judæi, quod ipsi te cognoscant, ego autem te ignorem; sed contrarium prorsus : Ego te novi, alii te non noverunt. *Et hi cognoverunt, quia tu me misisti.* Viden' illum hic eos subindicare, qui dicebant ipsum non ex Deo esse, et ad hoc omnia reducere? 26. *Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam.* Atqui dixisti perfectam cognitionem esse Spiritus : verum ea quæ sunt Spiritus, mea sunt. *Ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis maneat, et ego in ipsis.* Nam si didicerint quis tu sis, tunc scient me abs te non esse sejunctum, sed maxime dilectum, verum Filium et conjunctum tibi. Qui hoc ut par est credent, et fidem in me et dilectionem firmam servabunt. Si ipsi ut oportet diligant, ego in illis manebo. Viden' quomodo in optimum finem desiit, in dilectionem nempe, omnium matrem bonorum?

Deus credendus et diligendus. Charitas in proximum commendatur. — Credamus ergo, et diligamus Deum, ne de nobis dicatur : *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant* (*Tit.* 1. 16); et iterum, *Fidem negavit, et est infideli deterior* (1. *Tim.* 5. 8). Cum enim ille servis, cognatis et alienis opituletur, tu vero ne congeneres quidem cures, quæ demum erit tibi defensio, cum Deus propter te blasphemetur, et contumeliis impetatur? Perpende enim quot nobis Deus bene faciendi occasiones dederit. Hunc, inquit, ut sanguineum, hunc ut amicum, illum ut vicinum, illum ut concivem, alium ut hominem miserare. Quod si horum nihil te retineat, sed omnia vincula dissolvas, audi Paulum dicentem, te esse infideli deteriorem : quia ille cum nihil audisset de eleemosyna, vel de cælestibus, te tamen humanitate superavit : tu vero jussus inimicos diligere, propinquos ut inimicos respicis, et pecuniis magis parcis, quam corporibus. Atqui divitiæ absumptæ nihil damni patientur; hic vero contemptus peribit. Quis ergo furor pecuniis parcere, et cognatos despicere? undenam hic amor sic invaluit? unde tanta inhumanitas atque crudelitas? Si quis enim, quasi in summo theatro sedens, totum spectet mundum; imo si placet, civitatem unam interim spectemus.

4. *Vitia quanta apud Christianos.* — Si quis ergo in sublimi sedens humana omnia videre posset, cogita quantam reprehenderet stultitiam, quantas funderet lacrymas, quam effuse rideret, quantum odium conciperet. Ea enim facimus, quæ risu, furore, lacrymis et odio digna sint. Ille canes alit, ut feras capiat, qui ipse in feritatem incidit : ille asinos et tauros, ut lapides transferat, dum homines despicit fame pereuntes. Aurum immensum impendit, ut lapideos homines faciat; illos autem qui vere homines sunt, lapidei tamen per calamitatem effecti, contemnit. Alius laminas aureas colligens, muros circum misere exornat, pauperum autem pectora nuda cernens, nihil flectitur. Alii vestibus novas excogitatas vestes addunt; dum alius nihil habet quo corpus nudum tegat. In judiciis iterum alius alium devorat. Alius in meretrices et parasitos sua profundit, alius in mimos et saltatores, ille in splendida ædificia, alius impendit in emendis prædiis et domibus. Ille usuras computat, alius usurarum usuras : ille syngraphas edit cædibus plenas, neque nocturna fruitur quiete, in aliorum mala vigilans. Illucescente die, alius ad iniquum lucrum, alius ad lascivam impensam, alius ad peculatum pergit. In superfluis et vetitis magnum studium : in necessariis nihil curarum. Qui judicant, judicum nomen habent; re autem fures et homicidæ sunt. Si quis lites, si quis testamenta exploret, in his quoque mille scelera reperiet, fraudes, furta, insidias. In his otium omne versatur : spiritualium vero ratio nulla; sed ecclesiam videndi solum causa omnes frequentant. At non est hoc quod quærimus, sed operibus nobis et puro animo est opus. Sin autem in avaritiæ studio totam transigas diem, posteaque hic ingressus pauca verba dixeris, non modo Deum non placasti, sed multum irritasti. Si enim tibi Dominum conciliare volueris, opera exhibe : disce calamitatum molem, respice nudos, famelicos, injuria læsos : multas tibi exhibendæ humanitatis vias aperuit. Ne itaque nos ipsos decipiamus, frustra et incassum vivendo, neque, quia nunc bene valemus, despiciamus; sed cogitantes nos sæpe in morbum delapsos, et in extremis positos, terrore et futurorum exspectatione pene mortuos fuisse, vereamur ne in eadem ipsa et in parem metum incidamus, et hinc meliores evadamus : cum nunc simus mille criminibus obnoxii. Qui judices sedent, leonibus canibusque sunt similes; qui in foro, vulpibus. Qui in otio degunt,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non ut deceret, otio fruuntur, tempus omne in theatris et hujusmodi malis consumentes. Ac qui hæc emendet nullus est; qui his invident et mordentur, quod non paria illis præstare possint, multi: ita ut hi quoque puniendi sint, etiamsi mala non agant. *Non solum enim hæc faciunt, sed et cum facientibus consentiunt* (*Rom.* 1. 32). Animus enim illis perinde corruptus est: unde liquet, ex voluntate sola pœnas dari. Hæc quotidie dico, neque dicendi finem faciam. Nam si quipiam audiant, id lucri obveniet; sin nullus attendat, tunc sane audictis, cum nihil esse lucri poterit, vosque ipsos damnabitis, nosque culpa liberi erimus. Verum absit ut hanc solum defensionem referamus; sed utinam vos nobis gloria sitis ante tribunal Christi, ut illis simul fruamur bonis, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, unaque sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXXXIII.

Cap. 18. v. 1. *Hæc cum dixisset Jesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus.*

1. Horrendum quid mors est et terrore plenum, sed non iis qui superna sunt imbuti philosophia. Qui enim de futuris nihil clare cognovit, sed dissolutionem quamdam et finem esse vitæ putat, jure horret et formidat, ut qui non ultra futurus sit. Nos vero qui per Dei gratiam occulta et abscondita sapientiæ ejus didicimus, et mortem peregrinationem esse putamus, non jure formidemus; imo gaudeamus et bono animo simus oportet, quia ex hac fluxa vita ad aliam meliorem ac splendidiorem venimus, quæ finem non habeat. Quod Christus operibus docens, non vi et necessitate, sed libens ad passionem venit. *Hæc*, inquit, *loquutus est Jesus, et egressus est trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse et discipuli ejus.* 2. *Sciebat autem et Judas, qui tradidit eum, locum; quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.* Media nocte iter facit, torrentem transit, et festinat ad locum proditori notum, insidiatoribus laborem adimens et sudorem omnem, ostenditque discipulis se eo lubentem venire: quod ipsum maxime consolari eos poterat; seseque in horto quasi in carcere locat. *Hæc loquutus est eis.* Quid ais? Patrem oraverat, Patrem precatus erat. Cur ergo non dicis ipsum, finita oratione, illo venisse? Quia non precatio erat, sed alloquutio propter discipulos facta. Et introierunt discipuli in hortum. Ita metu liberavit eos, ut non abnuerent, sed in hortum ingrederentur. Quo permotus Judas illo venit? vel unde didicit illo veniendum esse? Illinc liquet Jesum sæpe foris pernoctavisse. Neque enim si domi egisset, ille in desertum locum venisset, sed domum, ut dormientem illic caperet. Ne vero hortum audiens, in latibulum venisse putares, addit: *Sciebat Judas locum;* neque id tantum, sed, *Quia frequenter convenerat illuc cum discipulis suis.* Sæpe namque cum illis conveniebat, ut seorsim de necessariis illos alloqueretur, quæ non par erat alios audire. Illud vero facit in montibus et hortis, tumultu vacuum locum semper quærens, ne auditores a doctrina interpellarentur. 3. *Judas autem cum accepisset cohortem, et a pontificibus et Pharisæis ministros, venit illuc.* Hi sæpe alias miserant qui apprehenderent eum; sed non potuerant. Unde palam est, tunc illum se sponte tradidisse. Et quo modo id cohorti suaserunt? Milites erant qui pecuniæ causa nihil non agere parati erant. 4. *Jesus autem sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, et dixit eis: Quem quæritis?* Id est, non ex illorum adventu hæc primo didicit, sed imperturbato animo, ut omnia sciens, hæc sic dixit et fecit. Cur cum armis illum capturi veniunt? Timebant ejus sequaces, et ideo, intempesta nocte, id aggressi sunt. *Egressus dixit eis: Quem quæritis?* 5. *Responderunt ei, Jesum Nazarenum.* Viden' insuperabilem potentiam, quomodo in medio consistens ipsos excæcaverit? Quod enim id non ex tenebris noctis proveniret, indicavit evangelista, cum dixit, illos faces habuisse. Etiamsi vero faces non adfuissent, ex voce cognosci poterat: quod si illi ignorabant, quomodo ignorare potuit Judas, qui frequenter cum ipso erat? Nam et ipse stabat cum eis, nec plus quam illi agnoscebat, imo etiam cum illis supinus lapsus est. Id vero fecit Jesus, ut ostenderet, eos se in medio stantem non modo non capere, sed ne videre quidem posse, nisi ipse vellet. 7. *Iterum dicit illis: Quem quæritis?* O stultitiam! Verbo illos supinos prostravit, neque ita resipiscunt tantam experti potestatem, sed eadem rursus aggrediuntur. Cum autem quod suum erat implesset, tunc demum seipsum tradit, aitque illis: 8. *Dixi vobis, quia ego sum. Stabat autem et Judas qui tradebat eum.* Animadverte evangelistæ moderationem, quomodo non maledicat proditori, sed rem gestam narret, unum ostendere studens, totum, illo permittente, factum esse. Inde ne quis diceret, ipsum Christum sese prodentem et monstrantem illos ad id impulisse; postquam exhibuit omnia, quæ illos absterrere poterant, quia in nequitia perseverabant, nullamque habebant excusationis ansam, tunc seipsum tradidit, dicens: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire,* usque ad ultimam horam suam erga illos benignitatem exhibens. Si me opus habetis, inquit, nihil cum istis sit vobis commune. Ecce meipsum trado. 9. *Ut impleretur sermo quem dixit, quia non perdidi ex illis quemquam.* Perditionem autem hic dicit, non mortem hanc, sed illam æternam. Evangelista autem et in præsenti hoc accepit. Miretur autem quis quomodo non eos etiam ceperint et conciderint, cum maxime Petrus illos concitaret, cum mulctavit servum. Quis illos detinuit? Non aliud, quam ipsa vis quæ illos supinos prostravit. Quod significat evangelista, cum declarans id non ex illorum voluntate profectum esse, sed ex comprehensi virtute atque sententia, addit: *Ut sermo impleretur quem dixit, Nullus ex eis periit.*

2. *Quomodo Petrus gladium habuerit illoque fecerit*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σεῖσθαι, καὶ τὸν αὐτὸν κτησώμεθα φόβον, καὶ γενώμεθα βελτίους· ὡς τά γε νῦν μυρίας κατηγορίας ἄξια. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τοῖς δικαστηρίοις λέουσιν ἐοίκασι καὶ κυσί, οἱ δὲ ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ἀλώπεξιν· οἱ δὲ τὸν ἀπράγμονα ζῶντες βίον, οὐδὲ οὗτοι εἰς δέον τῇ ἀπραγμοσύνῃ κέχρηνται, τὴν σχολὴν ἅπασαν εἰς θέατρα καὶ τὰ ἐκεῖθεν κακὰ ἀναλίσκοντες. Καὶ ὁ μὲν ἐπιτιμῶν τοῖς γινομένοις, οὐδείς· οἱ δὲ ζηλοῦντες καὶ δακνόμενοι, ὅτι μὴ ἴσα αὐτοῖς πράττουσι, πολλοί· ὥστε καὶ τούτους πάλιν κολάζεσθαι, καὶ μὴ ποιοῦντας τὰ πονηρά. *Οὐ γὰρ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράττουσι.* Καὶ γὰρ τὰ τῆς προθυμίας αὐτοῖς ὁμοίως διέφθαρται· ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ γνώμης ἔστι δοῦναι δίκην. Ταῦτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. Ἂν μὲν γάρ τινες ἀκούσωσιν, κέρδος· ἂν δὲ μηδεὶς ὁ προσέχων ᾖ, τότε ἀκούσεσθε ταῦτα, ὅτε κέρδος οὐδὲν ὑμῖν, καὶ μέμψεσθε ἑαυτοῖς, καὶ τῆς αἰτίας ἡμεῖς καθαροί. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο ταύτην μόνον ἡμᾶς τὴν ἀπολογίαν ἔχειν, ἀλλὰ καὶ καύχημα ὑμᾶς γενέσθαι ἡμῶν παρὰ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κοινῇ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[489] ΟΜΙΛΙΑ ΠΓ'.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐξῆλθε σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ πέραν τοῦ χειμάρρου τῶν Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ.

α'. Φρικτὸν ὁ θάνατος καὶ φόβου γέμον πολλοῦ· ἀλλ' οὐ παρὰ τοῖς τὴν ἄνω φιλοσοφίαν εἰδόσιν. Ὁ μὲν γὰρ μηδὲν περὶ τῶν μελλόντων σαφὲς ἐπιστάμενος, ἀλλὰ διάλυσίν τινα καὶ τελευτὴν [a] ζωῆς τὸ πρᾶγμα νομίζων, εἰκότως φρίττει καὶ δέδοικεν ὡς εἰς τὸ μὴ εἶναι χωρῶν. Ἡμεῖς δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι τὰ ἀδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας αὐτοῦ μαθόντες, καὶ ἀποδημίαν τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίζοντες, οὐκ ἂν εἴημεν δίκαιοι τρέμειν, ἀλλὰ καὶ χαίρειν καὶ εὐθυμεῖσθαι, ὅτι τὸν ἐπίκηρον τοῦτον βίον ἀφέντες, ἐφ' ἕτερον ἐρχόμεθα ἀμείνω πολλῷ καὶ λαμπρότερον, καὶ τέλος οὐκ ἔχοντα. Ἅπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς διδάσκων διὰ τῶν ἔργων, οὐ βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ, ἀλλ' ἑκὼν ἐπὶ τὸ πάθος ἔρχεται. *Ταῦτα*, φησὶν, *ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἀπῆλθε πέραν τοῦ χειμάρρου τῶν Κέδρων, ὅπου ἦν κῆπος, εἰς ὃν εἰσῆλθεν αὐτὸς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Ἤδει δὲ καὶ ὁ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν τὸν τόπον, ὅτι πολλάκις συνήχθη ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.* Μεσονυκτῶν [b] ὁδοιπορεῖ, καὶ ποταμὸν διαβαίνει, καὶ ἐπείγεται πρὸς τὸν τῷ προδότῃ γνώριμον τόπον ἐλθεῖν, ἐκκόπτων τοῖς ἐπιβουλεύουσι τὸν πόνον, καὶ ἀπαλλάττων ταλαιπωρίας αὐτοὺς ἅπασης, καὶ δείκνυσι τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑκὼν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα ἔρχεται· ὅπερ ἱκανὸν αὐτοὺς μάλιστα παραμυθήσασθαι ἦν· καὶ καθίστησιν ἑαυτὸν ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ ἐν τῷ κήπῳ. *Ταῦτα ἐλάλησεν αὐτοῖς.* Τί λέγεις; Καὶ μὴν τῷ Πατρὶ διελέγετο· καὶ μὴν ηὔχετο. Διατί οὖν μὴ λέγεις, ὅτι παυσάμενος τῆς εὐχῆς ἦλθεν ἐκεῖ; Ὅτι οὐκ εὐχὴ ἦν, ἀλλὰ λαλιὰ διὰ τοὺς μαθητὰς γινομένη. Καὶ εἰσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν κῆπον. Οὕτως αὐτοὺς τοῦ δέους ἀπήλλαξεν, ὡς μὴ ἀντιτεῖναι λοιπὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν κῆπον εἰσελθεῖν. Πῶς δὲ ὁ Ἰούδας ἐκεῖ ἦρχετο; ἢ πόθεν μαθὼν ἐκεῖ ἦλθεν; Ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι τὰ πολλὰ ἔξω διενυκτέρευεν. Οὐ γὰρ ἂν, εἴ γε οἴκοι διῆγεν, ἐπὶ τὴν ἔρημον ὁ Ἰούδας ἦλθεν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ἐκεῖ προσδοκῶν αὐτὸν εὑρήσειν καθεύδοντα. Ἵνα δὲ μὴ ἀκούσας κῆπον, κρύπτεσθαι νομίσῃς, ἐπήγαγεν, ὅτι *Ἤδει ὁ Ἰούδας τὸν τόπον*· καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' *ὅτι καὶ πολλάκις συνήχθη ἐκεῖ μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ.* Καὶ γὰρ πολλάκις αὐτοῖς συνεγένετο ἰδίᾳ, περὶ ἀναγκαίων διαλεγόμενος, καὶ ὧν οὐ θέμις ἑτέρους ἀκοῦσαι. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἐν ὄρεσι καὶ ἐν κήποις μάλιστα, καθαρὸν θορύβων ἐπιζητῶν ἀεὶ χωρίον, ὥστε μὴ τὴν διάνοιαν ἐκκρούεσθαι τῆς ἀκροάσεως. *Ὁ δὲ Ἰούδας, παραλαβὼν τὴν σπεῖραν, καὶ ἐκ τῶν ἀρχιερέων καὶ Φαρισαίων ὑπηρέτας, ἔρχεται ἐκεῖ.* Καὶ οὗτοι πολλάκις καὶ ἄλλοτε [490] ἔπεμψαν συλλαβεῖν αὐτὸν, ἀλλ' οὐκ ἴσχυσαν. Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τότε ἑκὼν ἑαυτὸν ἐξέδωκε. Καὶ πῶς τὴν σπεῖραν ἔπεισαν; Ἄνδρες ἦσαν στρατιῶται, χρημάτων ποιεῖν πάντα μεμελετηκότες. *Ἰησοῦς δὲ, εἰδὼς πάντα τὰ ἐρχόμενα ἐπ' αὐτὸν, ἐξῆλθε, καὶ λέγει αὐτοῖς· Τίνα ζητεῖτε;* Τουτέστιν, οὐκ ἀπὸ τῆς παρουσίας ἐκείνων περιέμενεν αὐτὰ μαθεῖν, ἀλλ' ἀταράχως ὡς πάντα εἰδὼς ταῦτα, οὕτω καὶ ἔλεγε καὶ ἐποίει. Διατί δὲ μετὰ ὅπλων ἐπέρχονται μέλλοντες συλλαμβάνειν; Ἐδεδοίκεσαν τοὺς ἐπομένους· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἐπέστησαν. *Καὶ ἐξελθὼν λέγει αὐτοῖς· Τίνα ζητεῖτε; Οἱ δὲ λέγουσιν, Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον.* Εἶδες δύναμιν ἄμαχον, πῶς ἐν μέσῳ ὢν ἐπήρωσεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς; Ὅτι γὰρ οὐ τὸ σκότος αἴτιον ἦν, ἐδήλωσεν ὁ εὐαγγελιστὴς, εἰπὼν, ὅτι καὶ λαμπάδας εἶχον. Εἰ δὲ μὴ λαμπάδες ἦσαν, ἀπὸ τῆς φωνῆς γοῦν ἔδει γνωρίσαι· εἰ δὲ καὶ ἐκεῖνοι ἠγνόουν, πῶς ὁ Ἰούδας ἠγνόησεν, ὁ συνὼν αὐτῷ διηνεκῶς; Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς εἱστήκει μετ' αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ἤδει πλέον, ἀλλὰ καὶ ἔπεσε μετ' αὐτῶν ὕπτιος. Ἐποίησε δὲ τοῦτο ὁ Ἰησοῦς, δηλῶν, ὅτι οὐ μόνον συλλαβεῖν αὐτὸν οὐ δύνανται, ἀλλ' οὐδὲ ἰδεῖν ἐν μέσῳ ὄντα, εἰ μὴ αὐτὸς ἐνδοίη. Πάλιν λέγει αὐτοῖς, *Τίνα ζητεῖτε;* Ὦ τῆς ἀνοίας! τὸ ῥῆμα αὐτοῦ ἔβαλεν αὐτοὺς ὑπτίους, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπέστρεψαν τοσαύτην μαθόντες δύναμιν, ἀλλὰ πάλιν ἐπιτίθενται τοῖς αὐτοῖς. Ἐπεὶ οὖν τὰ αὐτοῦ πάντα ἐπλήρωσε, τότε λοιπὸν ἑαυτὸν παραδίδωσι, καὶ λέγει αὐτοῖς· *Εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι. Εἰστήκει δὲ καὶ Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς αὐτόν.* Ὅρα τὸ ἀνεπαχθὲς τοῦ εὐαγγελιστοῦ, πῶς οὐχ ὑβρίζει τὸν προδότην, ἀλλὰ διηγεῖται τὸ γεγονὸς, ἓν μόνον δεῖξαι σπουδάζων, ὅτι τὸ πᾶν τῆς αὐτοῦ συγχωρήσεως γέγονεν. Εἶτα ἵνα μή τις λέγῃ, ὅτι αὐτὸς αὐτοὺς εἰς τοῦτο ἤγαγεν, ἑαυτὸν ἐγχειρίσας καὶ δῆλον καταστήσας αὐτοῖς, ἐπιδειξάμενος ἅπαντα, ἅπερ ἱκανὰ ἦν αὐτοὺς ἀνακρούσασθαι, ἐπειδὴ ἐπέμενον τῇ κακίᾳ, καὶ οὐδεμίαν εἶχον ἀπολογίαν, τότε ἑαυτὸν ἐνεχείρισε, λέγων· *Εἰ οὖν ἐμὲ ζητεῖτε, ἄφετε τούτους ὑπάγειν*, μέχρι τῆς ἐσχάτης ὥρας τὴν εἰς αὐτοὺς φιλανθρωπίαν ἐνδεικνύμενος. Εἰ γὰρ ἐμοῦ δεῖσθε, φησὶ, μηδὲν ὑμῖν ἔστω πρὸς τούτους κοινόν. Ἰδοὺ γὰρ ἐμαυτὸν παραδίδωμι. *Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος, ὃν εἶπεν, ὅτι Οὐκ ἀπώλεσα ἐξ αὐτῶν οὐδένα.* Ἀπώλειαν δὲ ἐνταῦθα οὐ ταύτην φησὶ τὴν τοῦ θανάτου, ἀλλ' ἐκείνην τὴν αἰώνιον. Ὁ δὲ εὐαγγελιστὴς καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος αὐτὸ παρέλαβε. Θαυμάσειε δ' ἄν τις, πῶς καὶ αὐτοὺς οὐ συνέλαβον μετ' αὐτοῦ καὶ κατέκοψαν, καὶ μάλιστα τοῦ Πέτρου παροξύναντος αὐτοὺς δι' ὧν εἰς τὸν δοῦλον ἐποίησε. Τίς οὖν αὐτοὺς κατεῖχεν; Ἄλλος μέν [c] οὐδείς, ἡ δὲ ῥίψασα αὐτοὺς δύναμις ὑπτίους. Ὅπερ οὖν καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς δηλῶν, ὅτι οὐ τῆς ἐκείνων γνώμης ἦν, ἀλλὰ τῆς τοῦ συλληφθέντος δυνάμεώς τε καὶ ἀποφάσεως, ἐπήγαγεν· *Ἵνα ὁ λόγος πληρωθῇ, ὃν εἶπεν, ὅτι Οὐδένας ἐξ αὐτῶν ἀπώλεσα.*

β'. [491] Ὁ γοῦν Πέτρος θαρσήσας ταύτῃ τῇ φωνῇ καὶ

[a] Alii διάλυσιν καὶ τελ. [b] Savil. et cod. 709 recte μέσων νυκτῶν. Alii μέσον νυκτῶν. Morel. μεσονυκτῶν.

[c] Ἄλλος μέν deest in quibusdam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῖς ἤδη γεγενημένοις, ὑπλίζεται κατὰ τῶν ἐπελθόντων. Καὶ πῶς, φησὶν, ὁ κελευσθεὶς μὴ πήραν ἔχειν, μὴ δύο χιτῶνας, μάχαιραν ἔχει; Ἐμοὶ δοκεῖ τοῦτο αὐτὸ δεδοικὼς παρεσκευάσθαι πάλαι. Εἰ δὲ λέγεις, Πῶς ὁ κελευσθεὶς μὴ ῥαπίζειν, ἀνδροφόνος γίνεται; μάλιστα μὲν μὴ ἀμύνεσθαι προσετάχθη· ἐνταῦθα δὲ οὐχ ἑαυτῷ ἤμυνεν, ἀλλὰ τῷ Διδασκάλῳ. Ἔπειτα δὲ, οὐδὲ τέλειοί πως καὶ ἀπηρτισμένοι ἦσαν. Σὺ δὲ, εἰ βούλει Πέτρον φιλοσοφοῦντα ἰδεῖν, ὄψει μετὰ ταῦτα τραυματιζόμενον, καὶ πράως φέροντα, καὶ μυρία πάσχοντα δεινὰ, καὶ οὐ παροξυνόμενον. Ὁ δὲ Ἰησοῦς καὶ ἐνταῦθα θαυματουργεῖ, ὁμοῦ τε παιδεύων ὅτι τοὺς ποιοῦντας κακῶς εὐεργετεῖν χρὴ, καὶ τὴν δύναμιν ἐκκαλύπτων τὴν ἑαυτοῦ. Τούτῳ μὲν οὖν τὸ ὠτίον ἀπέδωκε, Πέτρῳ δέ φησιν, ὅτι *Πάντες οἱ λαβόντες μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀπολοῦνται.* Ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ νιπτῆρος ἐποίησε, δι' ἀπειλῆς τὸν τόνον αὐτοῦ χαλάσας· οὕτω καὶ ἐνταῦθα. Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ δούλου προστίθησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ἐπειδὴ πολὺ μέγα τὸ γινόμενον ἦν, οὐχ ὅτι ἐθεράπευσε μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν ἐπ' αὐτῷ ἐλθόντα, καὶ μικρὸν ὕστερον μέλλοντα ῥαπίζειν αὐτὸν, καὶ ὅτι τὸν ἐντεῦθεν μέλλοντα ἀναῤῥιπίζεσθαι πόλεμον κατὰ τῶν μαθητῶν ἐπέχει. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὄνομα τέθεικεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὥστε τοῖς τότε ἀναγινώσκουσιν ἐξεῖναι ζητῆσαι καὶ περιεργάσασθαι, εἴ γε ὄντως γέγονε τὰ γεγενημένα. Οὐχ ἁπλῶς δὲ καὶ τὸ δεξιὸν ὠτίον λέγει· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ, τὴν ὁρμὴν εἰπεῖν τοῦ Ἀποστόλου θέλων, ὅτι σχεδὸν ἐπ' αὐτὴν ὥρμησε τὴν κεφαλήν. Ἀλλ' ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἀπειλῇ μόνον αὐτὸν κατέχει, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις [a] παραμυθεῖται, λέγων· *Τὸ ποτήριον, ὃ ἔδωκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὐ μὴ πίω αὐτό;* δεικνὺς ὅτι οὐ τῆς ἐκείνων δυνάμεως τὸ γινόμενον, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ συγχωρήσεως· καὶ δηλῶν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντίθεός τις, ἀλλ' ὑπήκοος μέχρι θανάτου τῷ Πατρί· *Τότε λοιπὸν συλλαμβάνεται ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔδησαν αὐτὸν καὶ ἀπήγαγον πρὸς Ἄνναν.* Διατί πρὸς Ἄνναν; Ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἐνεπόμπευον τοῖς γινομένοις, ὡς δὴ τρόπαιον στήσαντες. *Ἦν δὲ οὗτος πενθερὸς τοῦ Καϊάφα· ὁ δὲ Καϊάφας οὗτος ἦν ὁ συμβουλεύσας τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ἀποθανεῖν.* Τί πάλιν ὑπέμνησεν ἡμᾶς τῆς προφητείας ὁ εὐαγγελιστής; Δηλῶν ὅτι ὑπὲρ σωτηρίας ταῦτα ἐγίνετο. Καὶ τοσαύτη τῆς ἀληθείας ἡ ὑπερβολὴ, ὡς καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτὰ προαναφωνεῖν. Ἵνα γὰρ μὴ δεσμοὺς ἀκούσας ὁ ἀκροατὴς θορυβῆται, ἀναμιμνήσκει τῆς προφητείας ἐκείνης, ὅτι ἡ σωτηρία τῇ οἰκουμένῃ ὁ θάνατος αὐτοῦ ἦν. *Ἠκολούθησε δὲ Πέτρος, καὶ ὁ ἄλλος μαθητής.* Τίς ἐστιν ὁ ἄλλος μαθητής; Αὐτὸς ὁ ταῦτα γράψας. Καὶ τίνος ἕνεκεν ἑαυτὸν οὐ λέγει; Ὅτε μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ στῆθος ἀνέπεσε τοῦ Ἰησοῦ, εἰκότως ἑαυτὸν κρύπτει· νῦν δὲ τίνος ἕνεκεν τοῦτο ποιεῖ; Τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας. Καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα μέγα κατόρθωμα διηγεῖται, ὅτι, πάντων ἀποπηδησάντων [b], αὐτὸς ἐπηκολούθει. Διὰ τοῦτο κρύπτει ἑαυτὸν καὶ προτίθησιν ἑαυτοῦ τὸν Πέτρον· [492] καὶ ἑαυτοῦ δὲ ἠναγκάσθη ἐπιμνησθῆναι νῦν, ἵνα μάθῃς, ὅτι ἀκριβέστερον διηγεῖται τῶν ἄλλων τὰ κατὰ τὴν αὐλὴν, ἅτε ἔνδον ὤν. Καὶ ὅρα πῶς ὑποτέμνεται τὸ ἴδιον ἐγκώμιον. Ἵνα γὰρ μή τις λέγῃ, Πῶς πάντων ἀναχωρησάντων, οὗτος καὶ ἐνδοτέρω τοῦ Σίμωνος εἰσῆλθε; λέγει, *Ὅτι καὶ τοῦ ἀρχιερέως γνώριμος ἦν·* ὡς μηδένα θαυμάζειν, ὅτι ἠκολούθησε, μηδὲ ἐπὶ ἀνδρείᾳ αὐτὸν ἀνακηρύττειν.

Τὸ δὲ θαῦμα ἐκεῖνο ἦν τὸ τοῦ Πέτρου, ὅτι οὕτω περιδεὴς ὢν καὶ μέχρι τῆς αὐλῆς ἦλθε, τῶν ἄλλων ἀναχωρησάντων. Τὸ μὲν οὖν ἐλθεῖν ἐκεῖ, πόθου· τὸ δὲ μὴ εἰσελθεῖν ἔνδον, ἀγωνίας καὶ φόβου. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ταῦτα ἀνέγραψεν ὁ εὐαγγελιστὴς, προοδοποιῶν τῇ ἀπολογίᾳ τῆς ἀρνήσεως. Οὐ γὰρ ὡς μέγα τι περὶ αὐτοῦ [c] τίθησιν, ὅτι γνώριμος ἦν τῷ ἀρχιερεῖ· ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι συνεισῆλθε τῷ Ἰησοῦ μόνος, ἵνα μὴ νομίσῃς ὅτι ὑψηλῆς γνώμης ἦν τὸ πρᾶγμα, τίθησι καὶ τὴν αἰτίαν. Ὅτι δὲ καὶ ὁ Πέτρος εἰσῆλθεν ἄν, εἴπερ ἐπετράπη, διὰ τῶν ἔξῆς ἐδήλωσεν. Ἐπειδὴ γοῦν ἐξῆλθε, καὶ τὴν θυρωρὸν ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰσαγαγεῖν, εὐθέως εἰσῆλθεν ὁ Πέτρος. Διατί δὲ αὐτὸς αὐτὸν οὐκ εἰσήγαγεν; Τοῦ Χριστοῦ εἶχετο, καὶ ἐπηκολούθει. Διὰ τοῦτο τὴν γυναῖκα ἐκέλευσεν [d] εἰσαγαγεῖν αὐτόν. Τί οὖν ἡ γυνή; *Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου; Ὁ δὲ φησιν, Οὐκ εἰμί.* Τί λέγεις, ὦ Πέτρε; οὐχὶ πρώην εἶπες, ὅτι, Ἂν δέῃ με καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ σοῦ θεῖναι, θήσω; τί τοίνυν γέγονεν, ὅτι οὐδὲ θυρωροῦ φέρεις ἐρώτησιν; Μὴ γὰρ στρατιώτης ἦν ὁ ἐρωτῶν; μὴ τῶν κατασχόντων τις; Θυρωρὸς ἦν εὐτελὴς καὶ ἀπερρίμμενη, καὶ οὐδὲ ἡ ἐρώτησις θρασεῖα. Οὐ γὰρ εἶπε, Τοῦ πλάνου καὶ τοῦ λυμεῶνος μαθητὴς εἶ, ἀλλὰ, *Τοῦ ἀνθρώπου τούτου·* ὅπερ ἐλεούσης μᾶλλον καὶ κατακαμπτομένης ἦν. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἤνεγκεν ὁ Πέτρος. Τὸ δὲ, *Μὴ καὶ σὺ,* διὰ τοῦτο εἴρηται, ἐπειδὴ ὁ Ἰωάννης ἔνδον ἦν· οὕτω προσηνῶς διελέγετο ἡ γυνή. Ἀλλ' οὐδενὸς τούτων ἥψατο, οὐδὲ εἰς τὸν νοῦν ἔλαβεν, οὐδὲ ὅτε τὸ πρῶτον, οὐδὲ ὅτε τὸ δεύτερον, ἀλλ' οὐδὲ τὸ τρίτον, ἀλλ' ἡνίκα ἀλέκτωρ ἐφώνησε· καὶ οὐδὲ τοῦτο αὐτὸν εἰς ἔννοιαν ἤγαγεν ἕως ὅτε ἔβλεψεν εἰς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς πικρόν. Καὶ αὐτὸς μὲν εἱστήκει θερμαινόμενος μετὰ τῶν τοῦ ἀρχιερέως δούλων· ὁ δὲ Χριστὸς ἔνδον κατείχετο δεδεμένος. Ταῦτα δὲ λέγομεν, οὐ τοῦ Πέτρου κατηγοροῦντες, ἀλλὰ τῶν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ εἰρημένων τὴν ἀλήθειαν ἐπιδεικνύμενοι. *Ὁ οὖν ἀρχιερεὺς ἐρώτησε τὸν Χριστὸν περὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ τῆς διδασκαλίας.*

γ'. Ὦ τῆς πονηρίας! συνεχῶς ἀκούων ἐν τῷ ἱερῷ δημηγοροῦντος καὶ παῤῥησίᾳ διδάσκοντος, νῦν βούλεται μαθεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔγκλημα οὐδὲν εἶχον προσενεγκεῖν, περὶ τῶν μαθητῶν ἠρώτων ἴσως, ποῦ εἰσιν, καὶ τίνος ἕνεκεν αὐτοὺς συνέλεξε, καὶ τί βουλόμενος, καὶ ἐπὶ τίσι. Τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ὡσανεὶ στασιαστὴν καὶ νεωτεροποιὸν ἐλέγξαι θέλων, ὡς οὐδενὸς ἑτέρου προσέχοντος αὐτῷ, ἀλλ' ἢ μόνων ἐκείνων, ὡς [493] ἐργαστηρίου τινὸς ὄντος πονηροῦ. Τί οὖν ὁ Χριστός; Τοῦτο ἀνατρέπων, φησίν· *Ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ,* οὐχὶ τοῖς μαθηταῖς ἰδίᾳ· *ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐδίδαξα ἐν τῷ ἱερῷ.* Τί οὖν; οὐδὲν ἐλάλησεν ἐν τῇ κρυφῇ; Ἐλάλησε μὲν, ἀλλ' οὐχ, ὡς οὗτοι ἐνόμιζον, δεδοικὼς καὶ συστάσεις ποιούμενος, ἀλλ' εἴ που τῆς τῶν πολλῶν ἀκροάσεως ἀνώτερα τὰ λεγόμενα ἦν. *Τί με ἐπερωτᾷς; Ἐρώτησον τοὺς ἀκηκοότας.* Οὐκ αὐθαδιαζομένου ἐστὶ τὰ ῥήματα, ἀλλὰ θαῤῥοῦντος τῇ τῶν εἰρημένων ἀληθείᾳ. Ὅπερ οὖν ἀεχόμενος ἔλεγεν· *Ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής,* τοῦτο καὶ νῦν αἰνίττεται, ἐκ περιουσίας βουλόμενος ἀξιόπιστον καταστῆσαι τὴν μαρτυρίαν. Ἐπειδὴ γὰρ τῶν μαθητῶν, ὡς μαθητῶν ἐμνημόνευσε, τί φησιν; Ἐμὲ περὶ τῶν ἐμῶν ἐρωτᾷς [e]; ἐρώτησον τοὺς ἐχθροὺς, τοὺς ἐπιβούλους, τοὺς δήσαντας· οὗτοι λεγέτωσαν. Αὕτη γάρ ἐστι τῆς ἀληθείας ἀναμφισβήτητος ἡ ἀπόδειξις, ὅταν τοὺς ἐχθρούς τις ὑπὲρ ὧν λέγει καλῇ μάρτυρας. Τί οὖν ὁ ἀρχιερεύς; Δέον οὕτω

a. Putat Savilius legendum ἑτέρους. b Alii ἀναχωρησάντων.

c Suspicatur Savilius legendum περὶ ἑαυτοῦ. Sed περὶ αὐτοῦ dici potest, quia non in prima, sed in tertia persona dicit, *Erat notus pontifici.* Paulo post alii νομίσῃς ὑψηλῆς γνώμης εἶναι τὸ πρ. d Morel. ἐπέτρεψεν. e Savil. ἐπερωτᾷς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

unus. Etiam lædentibus beneficiendum docet Christus, dum Malchum sanat.—Petrus ergo hac voce et iis quæ gesta fuerant fretus, contra irruentes armatur. Et quomodo, inquies, qui jussus erat non peram habere, non duas tunicas, gladium habuit (*Matth.* 10. 10)? Ut videtur mihi, hoc metuens, se jam olim præmunierat. Quod si dicas : Quomodo qui jussus est non alapam infligere, homicidam agit? maxime autem non se ulcisci jussus fuerat; hic vero non se, sed Magistrum ultus est. Ad hæc, nondum perfecti et consummati erant. Tu vero si vis Petrum philosophantem videre, videbis postea cæsum et mille affectum malis, nec exasperatum. Jesus autem hic etiam miraculum edit, ut una te doceat, etiam lædentibus beneficia impendi oportere, et ut virtutem suam revelet. Servo igitur autem restituit, Petroque dicit : *Omnes qui gladium accipient, gladio peribunt* (*Matth.* 26. 52). Ut in lotione pedum fecit, cum minis contentionem ejus sedavit, sic etiam hoc loco. Nomen autem servi addit evangelista, quia magnum facinus erat, non tantum quod curaverit, sed etiam quod eum curaverit, qui sibi paulò post erat alapam inflicturus, et quod hinc concitandum contra discipulos bellum compescuerit. Ideo nomen ejus posuit evangelista, ut possent ii qui tunc legerent, perquirere et rei veritatem explorare. Nec sine causa auriculam dexteram dicit; sed, ut quidem puto, quo apostoli impetum declararet, quod ipsum fere caput impeteret. Verum Jesus non minis tantum illum cohibet, sed aliis illum verbis consolatur : 11. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam?* ostendens non illorum potentiæ, sed permissioni suæ id esse adscribendum, declaransque se non esse Deo contrarium, sed Patri obedire usque ad mortem. 12. *Tunc comprehenderunt Jesum, et ligaverunt eum;* 13. *et adduxerunt eum ad Annam.* Cur ad Annam? Læti rem ostentabant, ac si tropæum erigerent. *Erat autem socer Caiphæ.* 14. *Hic autem Caiphas erat qui consilium dederat Judæis, quod expedit unum hominem mori.* Cur iterum prophetiam nobis in mentem revocat evangelista? Ut pro salute hoc factum esse significet. Et tanta erat hujus veritatis excellentia, ut etiam inimici illam prædicerent. Ne enim vincula quis audiens turbaretur, hanc commemorat prophetiam, quia mors illius, salus orbis erat. 15. *Sequebatur autem Petrus, et alius discipulus.* Quis est alius discipulus? Ipse qui hæc scripsit. Et cur se non nominat? Nam cum supra pectus Jesu recubuit, jure nomen occultat; nunc autem cur idipsum facit? Eadem certe de causa. Nam hic quoque rem præclaram narrat, quod nempe, omnibus aufugientibus, ipse sequeretur. Ideo nomen tacet suum et Petrum priorem ponit, suique tamen meminisse coactus est, ut ediscas, cum accuratius quam alios ea quæ in aula gesta sunt enarrasse, utpote qui intus esset. Et vide quomodo laudem præcidat suam. Ne quis enim diceret, Quomodo, omnibus fuga semotis, ipse etiam ulterius quam Simon ingressus est? addit, 16. *Quia notus erat pontifici*, ut nemo miretur, si sequutus sit, nec ejus fortitudinem celebret.

Petrus in timorem et metum distrahitur. Ipsius negatio. — Illud vero mirandum, quod Petrus, formidolosus cum esset, aliis recedentibus, usque ad atrium sit ingressus. Quod illuc se contulerit, amoris fuit; quod non ultra intus progressus sit, timoris pavorisque. Ideo namque hæc scripsit evangelista, ut viam pararet ad excusandam negationem. Neque enim ut rem magnam de se dicit, quod notus esset pontifici; sed quia dixit, solum se cum Jesu intravisse, ne putares magni rem esse animi, causam addit. Quod vero Petrus quoque intraturus fuisset, si id illi permissum fuisset, ex sequentibus significat. Cum enim exiisset, et ostiariam jussisset illum intromittere, statim intravit Petrus. Cur non illum ipse introduxit? Christo hærebat, et sequebatur eum; ideoque mulieri mandavit ut introduceret eum. Quid ergo mulier? 17. *Numquid et tu ex discipulis es hominis hujus? Dicit ille, Non sum.* Quid dicis, Petre? nonne dicebas nuper, si oporteret pro illo animam ponere, te positurum eam? qui igitur factum est, ut ne quidem ostiariæ interrogationem ferre possis? num miles erat qui sciscitabatur? num quis ex iis qui Jesum apprehenderant? Vilis erat ostiaria, neque aspera interrogatio. Non enim dixit, Deceptorisne et scelesti illius discipulus es? sed, *Hominis hujus*, quod miserantis potius erat. Verum nihil horum pertulit Petrus. Illud autem, *Numquid et tu*, ideo dicit, quia Joannes intus erat; adeo mansuete mulier loquebatur. Sed nihil horum sentiebat, vel intelligebat, nec primo, nec secundo, nec tertio; sed quando gallus cantavit : neque hoc advertit, donec Christus ipsum acerbe respexit. Et ipse quidem stabat se calefaciens cum servis pontificis; Christus vero vinctus detinebatur intus. Hæc porro dicimus, non Petrum accusantes, sed ut dictorum Christi veritatem exhibeamus. 19. *Princeps autem sacerdotum interrogavit Christum de discipulis et de doctrina.*

3. O malitiam! Cum sæpe audisset in templo concionantem et palam docentem, nunc id vult discere. Quia enim nihil habebant, de quo accusarent, de discipulis interrogabant : forte ubinam essent, et qua de causa collegisset illos, quid vellet, de quibus ageretur. Hoc autem dicebat, quod vellet illum ut seditiosum et novatorem arguere, quasi nemo alius ipsi crederet præter illos, quasi scilicet mala quædam esset officina. Quid ergo Christus? Hæc confutans ait : 20. *Ego palam loquutus sum mundo*, non privatim discipulis; *Ego palam docui in templo.* Quid ergo? nihilne secreto dixit? Dixit quidem : at non, ut illi putabant, timens et seditiones movens; sed cum ea quæ dicebat, supra multitudinis captum erant. 21. *Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt.* Non arrogantis hæc sunt, sed fidentis dictorum veritati. Quod igitur in principio dicebat : *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum non est* (*Joan.* 5. 31) : hoc et nunc subindicat, fide dignius volens testimonium statuere. Cum enim de discipulis ut discipulis percontaretur, quid ait? Mene de meis interrogas? interroga inimicos, insidiatores, eos qui

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

me vinculis constrinxerunt : hi loquantur. Hæc quippe est non dubia veritatis demonstratio, cum quis inimicos dictorum testes advocat. Quid ergo sumimus sacerdos ? Cum sic oportuisset perquisitionem facere, hoc ille non fecit. 22. *Unus autem ex adstantibus ministris dedit ei alapam*, hæc dicenti. Quid hoc petulantius fuerit ? Exhorresce cælum, contremisce terra de Domini patientia, et de servorum scelere. Sed quid dixerat ? Non enim tanquam respondere nolens dixerat, *Quid me interrogas ?* sed ut omnem improbitatis ansam succideret. Ac cum hac de re cæsus, posset omnia movere, perdere, subvertere, nihil horum fecit ; sed ea loquutus est, quæ possent omnem lenire feritatem. 23. *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo ;* hoc est, Si verba mea reprehendere potes, id ostende ; *si non potes, cur me cædis ?* Viden' judicium tumultu, ira et perturbatione plenum ? Interrogavit subdole princeps sacerdotum : respondit Christus recte et ut decebat. Quid ergo consequens erat ? Confutare, vel acquiescere. At secus agitur ; nam servus cædit illum. Sic non judicium hoc erat, sed tumultus ac violentia. Deinde cum nihil amplius invenirent, 24. *Mittunt illum ligatum ad Caipham.*

Naturæ quanta infirmitas, cum nos Deus deserit. Cur evangelistæ omnes Petri negationem narrent. Judæorum vana religio.—25. *Erat autem Petrus stans, et calefaciens se.* Papæ ! quanto torpore detinebatur fervens ille et furiosus, cum Jesus abduceretur ! Neque postea movetur, sed se calefacit, ut discas quanta sit naturæ infirmitas, cum nos Deus deserit. Et interrogatus, iterum negat. Deinde 26. *Cognatus servi illius, cujus Petrus auriculam abscinderat*, ea de re indignatus dixit, *Nonne ego te vidi in horto ?* Neque hortus illi factorum memoriam revocavit, neque amor quem ibi verbis ostenderat, sed hæc omnia ex formidine missa fecit. Cur autem evangelistæ in hac re scribenda concordes sunt ? Non ut discipulum accusent, sed ut nos doceant quantum malum sit, non totum Deo committere, sed sibi confidere. Tu autem mirare Magistri providentiam, quod etiam detentus ac vinctus, discipulum multum curaret, cum intuitu suo lapsum excitavit, et ad lacrymas deduxit. Ducunt ergo eum a Caipha ad Pilatum (*Joan.* 18. 28). Hoc autem factum est, ut judicum multitudo vel invita veritatem exploratam fuisse demonstraret. *Erat autem mane.* Antequam gallus cantaret, ad Caipham ducitur, mane ad Pilatum. Queis ostendit evangelista, a media nocte, semper a Caipha interrogatum, in nullo convictum fuisse : ideoque misit illum ad Pilatum. Sed illa aliis mittens, ipse sequentia narrat. Animadverte autem quam ridiculi sint Judæi. Innocente capto, armati in prætorium non intrant, *Ut non contaminarentur.* Atqui quæ contaminatio, ingredi in prætorium, in quo pœnas dant scelesti ? Qui decimabant mentham et anethum (*Matth.* 23. 25. *Luc.* 11. 42), injuste occidentes se contaminari non putabant ; contra vero in prætorium intrantes. Sed cur ipsi eum non occiderunt, sed ad Pilatum duxerunt ? Jam multum ipsis de potentia et de imperio decisum erat, cum Romanis omnia subjecta essent. Alioquin vero timebant ne pœnas ipsi darent ab illo accusati. Quid sibi vult illud, *Ut manducarent Pascha ?* Atqui illud jam Christus celebraverat una die azymorum. Vel Pascha vocat totam solemnitatem ; vel ipsi tum Pascha faciebant ; Christus vero pridie fecerat, cædem suam in parasceven reservans, quo die olim Pascha celebrabatur. Ipsi vero dum arma gestant, quod non licebat, et dum sanguinem effundunt, de loco accurate cavent, et Pilatum ad se evocant : qui egressus ait : 29. *Quam accusationem affertis adversus hominem hunc ?*

4. Viden' eum longe ab illorum ambitione et invidia remotum ? Videns enim illum vinctum, et ab illis adductum, non existimavit indubitatam esse accusandi causam ; sed interrogat, absurdum esse dicens quod illi, præmisso judicio, supplicium ab se sine judicio sumendum postularent. Quid ergo illi ? 30. *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* O stultitiam ! Cur faciuus illud non dicitis, sed obtegitis ? quid non malum aperitis ? Viden' illos semper recusare rectam accusandi viam, nec quidpiam dicendum habere ? Anna de doctrina percontatus est, et illum auditum misit ad Caipham. Hic interrogatum, cum nihil invenisset, misit ad Pilatum. Pilatus dicit, *Quam accusationem affertis contra eum ?* Neque hic habent quid respondeant, sed conjecturis quibusdam rursus utuntur. Hinc anceps Pilatus ait : *Accipite eum vos, et secundum legem vestram judicate illum. Dixerunt ergo illi : Nobis non licet interficere quemquam.* 32. Hoc autem dicebant, *Ut impleretur sermo Domini, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.* Et quomodo hoc significabat, *Non licet interficere quemquam ?* Aut hoc dicit evangelista, quia non pro ipsis solum, sed etiam pro gentibus occidendus erat ; vel quia ipsis crucifigere illum non licebat. Si vero dicunt, *Non licet nobis interficere quemquam*, illo tempore significant. Nam occiderunt, et etiam alio modo occiderunt, id quod probat lapidatus Stephanus : sed illum crucifigere cupiebant, ut mortis modum jactare possent. Pilatus vero ut ab hac molestia liberaretur, non ad diuturnum mittit judicium. Ingressus autem Jesum interrogat : 33. *Tu es rex Judæorum ?* 34. *Respondit ille : A temetipso hoc dicis, an alii tibi hoc dixerunt ?* Cur hoc Christus interrogat ? Ut pravum Judæorum animum detegat. Hoc enim jam Pilatus a multis audierat ; quia vero illi nihil quod dicerent habebant, ne longa fieret discussio, quod semper illi opponebant, in medium adducit. Quia vero dixerat illis, *Secundum legem vestram judicate eum ;* ut ostendant peccatum illud non esse Judaicum, dicunt, *Non licet nobis.* Non enim in legem nostram peccavit, sed commune crimen est. Hoc perspecto Pilatus, ac si ipse periclitaretur, ait : *Tu es rex Judæorum ?* Non ignorans ergo Christus interrogat, sed cum vellet Judæos ab eo accusari ait, *Alii tibi dixerunt ?* Quod declarans Pilatus ait : 35. *Numquid ego Judæus sum ? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi : quid fecisti ?* hic se excusare volens. Deinde quia dixit, *Tu es Rex ?* ipsum arguens

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ποιήσασθαι τὴν ἐξέτασιν, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν ἐκεῖνος· *Εἰς δὲ τῶν παρεστηκότων ὑπηρετῶν ἔδωκεν αὐτῷ ῥάπισμα* ταῦτα εἰπόντι. *Τί τούτου γένοιτ' ἂν ἁμαρτίτερον*; Φρίξον, οὐρανὲ, ἔκστηθι γῆ τῇ τοῦ Δεσπότου μακροθυμίᾳ, καὶ τῇ τῶν δούλων ἀγνωμοσύνῃ. Καίτοι τί ποτε ἦν τὸ λεχθέν; οὐ γὰρ ὡς παραιτούμενος εἶπεῖν ἔλεγεν· *Τί με ἐρωτᾷς*; ἀλλὰ πᾶσαν ἐκκόψαι βουλόμενος ἀγνωμοσύνης ὑπόθεσιν. Καὶ ἐπὶ τούτοις ῥαπισθεὶς, πάντα σεῖσαι καὶ ἀφανίσαι καὶ μετακινῆσαι δυνάμενος, τούτων μὲν οὐδὲν ποιεῖ· φθέγγεται δὲ ῥήματα πᾶσαν δυνάμενα θηριωδίαν ἐκλῦσαι. Καί φησιν· *Εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ*· τουτέστιν, Εἰ μὲν ἔχεις ἐπιλαβέσθαι τῶν εἰρημένων, ἀπόδειξον· εἰ δὲ οὐκ ἔχεις, *Τί με τύπτεις*; Ὁρᾷς τὸ δικαστήριον θορύβου γέμον καὶ ταραχῆς καὶ θυμοῦ καὶ συγχύσεως; Ἠρώτησεν ὁ ἀρχιερεὺς ὑπούλως καὶ δολερῶς· ἀπεκρίνατο ὁ Χριστὸς ἐξ εὐθείας καὶ ὡς ἐχρῆν. Τί τοίνυν τὸ ἀκόλουθον ἦν; Διελέγξαι ἢ ἀποδέξασθαι τὸ εἰρημένον. Ἀλλ' οὐ γίνεται· ἀλλ' ὁ δοῦλος αὐτὸν ῥαπίζει. Οὕτως οὐχὶ δικαστήριον, ἀλλὰ σύστασις καὶ τυραννὶς τὰ γινόμενα. Εἶτα μηδὲ οὕτως εὑρίσκοντές τι πλέον, *Πέμπουσιν αὐτὸν δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν*.

Ἦν δὲ Πέτρος ἑστὼς, καὶ θερμαινόμενος. Βαβαὶ, πόσῳ κάρῳ κατείχετο ὁ θερμὸς καὶ μεμηνὼς, ἀπαγομένου τοῦ Ἰησοῦ; Καὶ μετὰ τοσαῦτα οὐδὲ κινεῖται λοιπὸν, ἀλλ' ἔτι θερμαίνεται, ἵνα μάθῃς ὅση τῆς φύσεως ἡ ἀσθένεια, ὅταν Θεὸς ἐγκαταλίπῃ· καὶ ἐρωτηθεὶς; πάλιν ἀρνεῖται. Εἶτα λέγει, *Ὁ συγγενὴς τοῦ δούλου, οὗ ἀπέκοψεν ὁ Πέτρος τὸ ὠτίον*, ἀλγῶν ἐπὶ τῷ γεγενημένῳ· *Οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ*; Καὶ οὐδὲ ὁ κῆπος αὐτὸν εἰς μνήμην τῶν γεγενημένων [a] ἦγαγεν, οὐδὲ ἡ πολλὴ φιλοστοργία, ἣν ἐκεῖ διὰ τῶν ῥημάτων ἐπεδείξατο ἐκείνων, ἀλλὰ πάντα ταῦτα ὑπὸ τῆς ἀγωνίας ἐξέβαλε. Τί δήποτε δὲ οἱ εὐαγγελισταὶ ὁμοφώνως περὶ αὐτοῦ ἀνέγραψαν; Οὐχὶ τοῦ μαθητοῦ κατηγοροῦντες, ἀλλ' ἡμᾶς παιδεῦσαι [494] βουλόμενοι, πόσον κακὸν τὸ μὴ Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέπειν, ἀλλ' ἑαυτῷ θαῤῥεῖν. Σὺ δὲ θαύμασον τοῦ Διδασκάλου τὴν κηδεμονίαν, ὅτι καὶ κατεχόμενος, καὶ δεδεμένος πολλὴν ἐποιεῖτο τοῦ μαθητοῦ πρόνοιαν, διὰ τοῦ βλέμματος αὐτοῦ κείμενον ἀνιστὰς, καὶ εἰς ὄλκρυα καθέλκων. Ἄγουσιν οὖν αὐτὸν πρὸς Πιλᾶτον ἀπὸ τοῦ Καϊάφα. Ἐγένετο δὲ τοῦτο, ἵνα τῶν δικαστῶν τὸ πλῆθος καὶ ἀκόντων αὐτῶν ἐπιδείξῃ τὸ βεβασανισμένον τῆς ἀληθείας. *Ἦν δὲ πρωΐα*. Πρὶν ἢ μὲν ἀλέκτορα φωνῆσαι, πρὸς Καϊάφαν ἄγεται· πρωῒ πρὸς Πιλᾶτον. Δι' ὧν δείκνυται ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι τὸ ἥμισυ τῆς νυκτὸς ἅπαν ὑπὸ Καϊάφα ἐρωτώμενος, οὐδὲν ἐξηλέγχετο· διὸ καὶ παρέπεμψεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Ἀλλ' ἐκεῖνα τοῖς ἄλλοις ἀφεὶς διηγήσασθαι, αὐτὸς τὰ ἐξῆς λέγει. Καὶ σκόπει τῶν Ἰουδαίων τὸ καταγέλαστον. Τὸν ἀθῷον συλλαβόντες, καὶ ὅπλα βαστάσαντες, εἰς τὸ πραιτώριον οὐκ εἰσέρχονται, *Ἵνα μὴ μιανθῶσι*. Καίτοι ποῖος μολυσμὸς, εἰπέ μοι, ἐπιβῆναι δικαστηρίῳ, ἔνθα δίκην οἱ ἀδικοῦντες διδόασιν; Οἱ ἀποδεκατοῦντες τὸν ἡδύσμον καὶ τὸ ἄνηθον, φονῶντες μὲν ἀδίκως οὐκ ἐνόμιζον μιαίνεσθαι· δικαστηρίῳ δὲ καὶ ἐπιβαίνοντες μιαίνειν ἑαυτοὺς ἡγοῦντο. Καὶ τίνος ἕνεκεν αὐτὸν οὐκ ἀνεῖλον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Πιλᾶτον ἦγαγον; Μάλιστα μὲν τὸ πολὺ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν καὶ τῆς ἐξουσίας ὑπετέτμητο [b] λοιπὸν, ὑπὸ Ῥωμαίους τῶν πραγμάτων κειμένων. Καὶ ἄλλως δὲ, ἐδεδοίκεισαν μὴ δίκην ὕστερον δώσειν [c] κατηγορηθέντες παρ' αὐτοῦ. Τί δέ ἐστιν, *Ἵνα φάγωσι τὸ Πάσχα*; Καὶ μὴν αὐτὸς ἦν αὐτὸ πεποιηκὼς τῇ μιᾷ τῶν Ἀζύμων. Ἦτοι οὖν τὸ Πάσχα τὴν ἑορτὴν πᾶσαν λέγει· ἢ ὅτι τότε ἐποίουν τὸ Πάσχα, αὐτὸς δὲ πρὸ μιᾶς αὐτὸ παρέδωκε, τηρῶν τὴν ἑαυτοῦ σφαγὴν τῇ παρασκευῇ, ὅτε καὶ τὸ παλαιὸν ἐγίνετο τὸ Πάσχα. Αὐτοὶ δὲ ὅπλα βαστάσαντες, ὅπερ οὐκ ἐξῆν, καὶ αἷμα ἐκχέοντες, ὑπὲρ τοῦ τόπου ἀκριβολογοῦνται, καὶ ἐξάγουσι πρὸς ἑαυτοὺς τὸν Πιλᾶτον. Καὶ ἐξελθὼν φησι· *Τίνα κατηγορίαν ἔχετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου*;

δ'. Ὁρᾷς ἀπηλλαγμένον τῆς φιλαρχίας αὐτῶν [d] καὶ βασκανίας; Ἰδὼν γὰρ αὐτὸν δεδεμένον καὶ ὑπὸ τοσούτων ἀγόμενον, οὐκ ἐνόμισεν ἔλεγχον ἔχειν ἀναμφισβήτητον κατηγορίας· ἀλλ' ἐρωτᾷ, ἄτοπον εἶναι λέγων τὴν μὲν κρίσιν αὐτοὺς ἁρπάσαι, τὴν δὲ κόλασιν χωρὶς κρίσεως ἐπιτρέψαι ἐκείνῳ. Τί οὖν ἐκεῖνοι; *Εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν*. Ὦ τῆς ἀνοίας! τί γὰρ οὐ λέγετε τὴν κακοποιίαν, ἀλλὰ συσκιάζετε; τί οὐκ ἐλέγχετε τὸ κακόν; Ὁρᾷς πανταχοῦ παραιτουμένους τὴν ἐξ εὐθείας κατηγορίαν, καὶ οὐδὲν δυναμένους εἰπεῖν; Ἄννας ἐκεῖνος [e] ἠρώτησε περὶ τῆς διδασκαλίας, καὶ ἀκούσας ἔπεμψε πρὸς Καϊάφαν· καὶ αὐτὸς ἐρωτήσας πάλιν, καὶ μηδὲν εὑρὼν, ἀπέστειλεν αὐτὸν τῷ Πιλάτῳ. Ὁ Πιλᾶτος λέγει, *Τίνα κατηγορίαν φέρετε κατ' αὐτοῦ*; Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔχουσί τι εἰπεῖν, ἀλλὰ στοχασμοῖς τισι κέχρηνται [495] πάλιν [f]. Ἐντεῦθεν αὐτὸς ἀπορήσας φησί· *Λάβετε αὐτὸν, ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν. Εἶπον οὖν ἐκεῖνοι· Ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα*. Τοῦτο δὲ ἔλεγον, *Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος τοῦ Κυρίου, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν*. Καὶ πῶς τοῦτο ἐδήλου, *Οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα*; Ἢ τοῦτό φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι οὐχ ὑπὲρ αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν ἔμελλεν ἀναιρεῖσθαι· ἢ ὅτε σταυρῶσαι αὐτοὺς οὐκ ἐξῆν. Εἰ δὲ λέγουσιν, *Οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν ἀποκτεῖναι οὐδένα*, κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνόν φασιν. Ἐπεὶ ὅτι γε ἀνῄρουν καὶ ἄλλῳ τρόπῳ ἀνῄρουν, δείκνυσιν ὁ Στέφανος λιθαζόμενος· ἀλλὰ σταυρῶσαι αὐτὸν ἐπεθύμουν, ἵνα καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς ἐκπομπεύσωσιν. Ὁ δὲ Πιλᾶτος ἀπαλλαγῆναι ἐπαχθείας βουλόμενος, εἰς κρίσιν μὲν οὐκ ἀφίησι μακράν· εἰσελθὼν δὲ ἐρωτᾷ τὸν Ἰησοῦν, καί φησι· *Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*; *Ὁ δὲ εἶπεν· Ἀπὸ σαυτοῦ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοί σοι τοῦτο εἶπον*; Τίνος ἕνεκεν τοῦτα ἐρωτᾷ ὁ Χριστός; Τὴν πονηρὰν τῶν Ἰουδαίων ἐκκαλύψαι γνώμην θέλων. Ἠκηκόει μὲν οὖν παρὰ πολλῶν τοῦτο ὁ Πιλᾶτος· ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἔσχον εἰπεῖν ἐκεῖνοι ὑπὲρ τοῦ μὴ πολλὴν γίνεσθαι τὴν ἐξέτασιν, ὅπερ ἀεὶ περιεφέρετο, τοῦτο εἰς μέσον ἀγαγεῖν βούλεται. Ἐπειδὴ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι *Κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνετε αὐτὸν*, δεῖξαι βουλόμενοι ὅτι οὐκ ἔστιν Ἰουδαϊκὸν τὸ ἁμάρτημα, λέγουσιν, ὅτι *Οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν*. Οὐ γὰρ δὴ κατὰ τὸν νόμον τὸν ἡμέτερον ἥμαρτεν, ἀλλὰ κοινόν ἐστι τὸ ἔγκλημα. Τοῦτο οὖν συνιδὼν ὁ Πιλᾶτος, ὡς μέλλων κινδυνεύειν, λέγει· *Σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων*; Οὐ τοίνυν ἀγνοῶν ὁ Χριστὸς ἐρωτᾷ, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατηγορηθῆναι τοὺς Ἰουδαίους βουλόμενος, φησὶν, *Ἄλλοί σοι εἶπον*; Ὅπερ οὖν ἐμφαίνων ὁ Πιλᾶτος ἔλεγε· *Μή τι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; Τὸ ἔθνος σου καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί· τί ἐποίησας*; ἐνταῦθα βουλόμενος ἑαυτὸν ἀπαλλάξαι. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπε, *Σὺ εἶ ὁ βασιλεύς*; ἐλέγχων αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς φησι· Τοῦτο γὰρ ἤκουσας παρὰ τῶν Ἰουδαίων. Τίνος ἕνεκεν οὐκ ἀκριβῆ ποιῇ τὴν ἐξέτα-

[a] Alii τῶν εἰρημένων. [b] Alii ἀπετέτμητο. [c] Quidam δώσωσι.

[d] Αὐτόν habent editi. Putat Savil. legendum αὐτῶν, et sic habent omnes pene mss. [e] Suspicatur Savil. hic legendum ἐκεῖνον. [f] Κέχρηνται πάλιν deest in quibusdam.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σιν; Εἶπον, ὅτι κακοποιός εἰμι· ἐρώτησον, τί κακὸν ἐποίησα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ ποιεῖς, ἁπλῶς δὲ αἰτίας συντιθεῖς. *Ἀπὸ σαυτοῦ τοῦτο λέγεις*, ἢ ἐτέρωθεν; Εἶτα ἐκεῖνος, ὅτι μὲν ἤκουσε, παραχρῆμα οὐκ ἔχει λέγειν, ἁπλῶς δὲ ἔπεται τῷ δήμῳ, *Παρέδωκάν σε ἐμοί*, λέγων. Δεῖ οὖν σε ἐρωτῆσαι τί ἐποίησας. Τί οὖν ὁ Χριστός; *Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου.* Ἀνάγει τὸν Πιλᾶτον οὐ σφόδρα ὄντα πονηρὸν, οὐδὲ κατ' ἐκείνους, καὶ βούλεται δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος ψιλὸς, ἀλλὰ Θεὸς, καὶ Θεοῦ Υἱός. Καὶ τί φησιν; *Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται οἱ ἐμοὶ ἠγωνίσαντο ἄν, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις.* Ὑπερ ἐδεδοίκει τέως ὁ Πιλᾶτος, διέλυσε, τὴν τῆς τυραννίδος ὑποψίαν. Εἶτα οὐκ ἔστι ἐκ τοῦ[a] κόσμου τούτου ἡ βασιλεία αὐτοῦ; Πανὺ μὲν οὖν. Πῶς οὖν φησιν, *Οὐκ ἔστιν;* Οὐχ ὅτι οὐ κρατεῖ καὶ ἐνταῦθα, ἀλλ' ὅτι καὶ ἄνωθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀνθρωπίνη, ἀλλὰ πολλῷ μείζων ταύτης καὶ λαμπροτέρα. Εἰ οὖν μείζων, [496] πῶς ὑπὸ ταύτης ἑάλω; Ἐκὼν καὶ ἑαυτὸν παραδούς. Ἀλλ' οὐκ ἀποκαλύπτει[b] τέως τοῦτο, ἀλλὰ τί φησιν; *Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν, οἱ ὑπηρέται οἱ ἐμοὶ ἠγωνίσαντο ἄν, ἵνα μὴ παραδοθῶ.* Δείκνυσιν ἐνταῦθα τῆς βασιλείας τῆς παρ' ἡμῖν τὸ ἀσθενὲς, ὅτι ἐν τοῖς ὑπηρέταις ἔχει τὴν ἰσχύν· ἡ δὲ ἄνω αὐτάρκης ἐστὶν ἑαυτῇ, μηδενὸς δεομένη. Ἐντεῦθεν οἱ αἱρετικοὶ λαβόντες ἀφορμὰς, ἀλλότριον αὐτὸν εἶναί φασι τοῦ Δημιουργοῦ. Τί οὖν, ὅταν λέγῃ, *Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε;* τί δὲ, ὅταν λέγῃ, *Οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου;* Οὕτω καὶ τὴν βασιλείαν οὗ φησιν ἐντεῦθεν εἶναι, οὐ τὸν κόσμον ἀποστερῶν αὐτοῦ τῆς προνοίας καὶ τῆς ἐπιστασίας, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅπερ ἔφην, οὐκ οὖσαν ἀνθρωπίνην οὐδὲ ἐπίκηρον. Τί οὖν ὁ Πιλᾶτος; *Οὐκοῦν βασιλεὺς εἶ σύ;* *Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς· Σὺ λέγεις ὅτι καὶ βασιλεύς εἰμι. Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι.* Εἰ τοίνυν βασιλεὺς γεγέννηται, καὶ τὰ ἄλλα πάντα γεγέννηται, καὶ οὐδὲν προσλαβὼν ἔχει. Ὥστε ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι *Καθὼς ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν*, μηδὲν ἄλλο ἢ τὴν γέννησιν νόμιζε· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. *Καὶ διὰ τοῦτο ἦλθον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ·* τουτέστιν, Ἵνα τοῦτο αὐτὸ εἴπω, καὶ διδάξω, καὶ πείσω πάντας.

ε'. Σὺ δὲ ταῦτα ἀκούων, ἄνθρωπε, καὶ ὁρῶν τὸν Δεσπότην σου δεδεμένον καὶ περιαγόμενον, μηδὲν εἶναι τὰ παρόντα πράγματα νόμιζε. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, εἰ ὁ μὲν Χριστὸς τοσαῦτα ὑπέμεινε διὰ σέ· σὺ δὲ οὐδὲ ῥήματα πολλάκις φέρεις; Ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐμπτύεται, σὺ δὲ καλλωπίζῃ ἱματίοις καὶ δακτυλίοις, κἂν μὴ τῆς παρὰ πάντων εὐφημίας τύχῃς, ἀβίωτον εἶναι νομίζεις τὸν βίον. Καὶ οὗτος μὲν ὀνειδίζεται, σκώμματα φέρει, πληγὰς καταγελάστους κατὰ τῆς σιαγόνος· σὺ δὲ πανταχοῦ τιμᾶσθαι βούλει, καὶ οὐ φέρεις τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. Οὐκ ἀκούεις Παύλου λέγοντος· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ;* Ὅταν οὖν σέ τις κωμῳδήσῃ, μνήσθητί σου τοῦ Δεσπότου, ὅτι μετὰ χλεύης αὐτῷ προσεκύνουν, καὶ διὰ ῥημάτων, καὶ διὰ πραγμάτων διέσυρον, καὶ εἰρωνείαν πολλὴν ἐπεδείκνυντο· αὐτὸς δὲ οὐ μόνον οὐκ ἠμύνατο, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐναντίοις ἠμείψατο, πραότητι καὶ ἐπιεικείᾳ. Τοῦτον δὴ καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν· οὕτω γὰρ δυνησόμεθα καὶ ὕβρεως ἀπαλλαγῆναι πάσης. Οὐ γὰρ ὁ ὑβρίζων, ἀλλ' ὁ μικροψυχῶν καὶ ἁλγῶν ταῖς ὕβρεσιν, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ κατασκευάζων τὰς ὕβρεις, καὶ δάκνειν ποιῶν. Ἂν γὰρ μὴ ἀλγήσῃς, οὐχ ὑβρίσθης. Οὐ γὰρ παρὰ τοὺς ποιοῦντας, ἀλλὰ παρὰ τοὺς πάσχοντας γίνεται τὸ τὰ δεινὰ πάσχειν. Τί γὰρ ὅλως ἀλγεῖς; Εἰ μὲν ἀδίκως ὕβρισε, ταύτῃ μάλιστα ἀγανακτεῖν οὐ χρὴ, ἀλλ' ἐκεῖνον ἐλεεῖν· εἰ δὲ δικαίως, πολλῷ μᾶλλον ἡσυχάζειν χρή. Ὥσπερ γὰρ εἰ πένητα ὄντα πλούσιον προσεῖπέ τις, οὐδὲν πρὸς σὲ τῶν εἰρημένων ὁ ἔπαινος, ἀλλὰ χλευασία μᾶλλον τὸ ἐγκώμιον· οὕτως ἂν ὑβρίζων τὰ μὴ ὄντα εἴπῃ, οὐδὲν πρὸς σὲ [497] πάλιν τὸ ὄνειδος. Εἰ δὲ ἐπιλαμβάνεται τὸ συνειδὸς τῶν εἰρημένων, μὴ ἀλγήσῃς τοῖς ῥήμασιν, ἀλλὰ διόρθωσον τοῖς πράγμασι. Καὶ ταῦτα λέγω ἐπὶ τῶν ἀληθῶς ὕβρεων. Ἐπεὶ, ἂν πενίαν ὀνειδίζῃ καὶ δυσγένειαν, καταγέλαστον πάλιν. Οὐ γὰρ ὄνειδος ταῦτα τοῦ ἀκούοντος, ἀλλὰ τοῦ λέγοντος, ἅτε οὐκ εἰδότος φιλοσοφεῖν. Ἀλλ' ὅταν ἐπὶ πολλῶν ταῦτα λέγηται, φησὶν, ἀγνοούντων τὴν ἀλήθειαν, ἀφόρητον γίνεται τὸ ἔλκος. Τοῦτο μὲν μάλιστά ἐστι φορητὸν, ὅταν σοι θέατρον παρῇ μαρτύρων ἐπαινούντων, ἀποδεχομένων, σκωπτόντων ἐκεῖνον, κωμῳδούντων. Οὐ γὰρ ὁ ἀμυνόμενος, ἀλλ' ὁ μηδὲν εἰπὼν, οὗτος θαυμαστὸς παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν. Ἂν δὲ μηδεὶς ᾖ νοῦν ἔχων τῶν παρόντων, ταύτῃ μάλιστα αὐτὸν καταγέλασον, καὶ ἐντρύφησον τῷ θεάτρῳ τοῦ οὐρανοῦ. Ἐκεῖ γάρ σε πάντες ἐπαινέσονται καὶ κροτήσουσι καὶ ἀποδέξονται. Ἀρκεῖ δὲ εἷς ἄγγελος ἀντὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. Καὶ τί λέγω τοὺς ἀγγέλους, ὁπότε αὐτός σε ὁ Δεσπότης ἀνακηρύξει[c]; Τούτοις τοῖς λογισμοῖς γυμνάζωμεν ἑαυτούς. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐλάττωμα ὑβρισθέντα σιγῆσαι, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὑβρισθέντα ἀμύνασθαι. Εἰ γὰρ ἐλάττωμα ἦν τὸ φέρειν σιγῇ τὰ λεγόμενα, οὐκ ἂν εἶπεν ὁ Χριστός· *Ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην.* Ἂν μὲν οὖν τὰ μὴ ὄντα λέγῃ, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸν ἐλεῶμεν, ὅτι τὴν τῶν κατηγορούντων[d] ἐπισπᾶται κόλασιν καὶ τιμωρίαν, οὐδὲ Γραφὰς ἀναγινώσκειν γινόμενος ἄξιος. *Τῷ γὰρ ἁμαρτωλῷ φησιν ὁ Θεὸς, Ἱνατί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις.* Ἂν δὲ τὰ ὄντα εἴπῃ, καὶ οὕτως ἐλεεινός. Ἐπεὶ καὶ ὁ Φαρισαῖος τὰ ὄντα ἔλεγεν· ἀλλὰ καὶ οὗτος τὸν μὲν ἀκούοντα ἔβλαψεν οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ὠφέλησεν· ἑαυτὸν δὲ ἀπεστέρησε μυρίων ἀγαθῶν, ναυάγιον ἀπὸ τῆς κατηγορίας ὑπομείνας ταύτης. Ὥστε ἀμφοτέρωθεν ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀδικούμενος, οὐ σύ. Σὺ δὲ, ἂν νήφῃς, διπλᾶ κερδανεῖς, τό τε ἐξιλεοῦσθαι τὸν Θεὸν τῇ σιγῇ, καὶ τὸ μετριάζειν μειζόνως, καὶ ἀφορμὴν λαμβάνειν ἐκ τῶν εἰρημένων διορθοῦσθαι τὰ πεπραγμένα, καὶ τὸ τῆς δόξης τῆς ἀνθρωπίνης ὑπερορᾶν. Καὶ γὰρ ἐντεῦθεν ἡμῖν τὸ ἄλγος ἐγένετο, ὅτι πολλοὶ πρὸς τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ὑπόνοιαν κεχήναμεν. Οὕτως ἐὰν θελήσωμεν φιλοσοφεῖν, εἰσόμεθα καλῶς ὅτι οὐδὲν τὰ ἀνθρώπινα. Μάθωμεν τοίνυν, καὶ τὰ ἐλαττώματα ἑαυτῶν ἀναλογισάμενοι, διανύσωμεν τῷ χρόνῳ τὴν τούτων διόρθωσιν, τῷ μὲν παρόντι μηνὶ τοῦτο, τῷ δὲ ἐπιόντι τὸ ἕτερον, καὶ τῷ μετ' ἐκεῖνον ἄλλο πάλιν ὁρίσωμεν ἑαυτοὺς κατορθοῦν. Καὶ οὕτω, καθάπερ βαθμοῖς τισιν ἀναβαίνοντες, φθάσωμεν πρὸς τὸν οὐρανὸν διὰ τῆς κλίμακος τοῦ Ἰακώβ. Καὶ γὰρ ἡ κλῖμαξ ἐκείνη καὶ τοῦτό μοι διὰ τῆς ὄψεως ἐκείνης αἰνίττεσθαι δοκεῖ, τὴν μετὰ μικρὸν διὰ τῆς ἀρετῆς ἀνάβασιν, δι' ἧς ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι ἔνι, οὐ βαθμοῖς αἰσθητοῖς χρωμένοις[e], ἀλλ' ἐπιδόσει τρόπων καὶ διορθώσει. Ἐπιλαβώμεθα τοίνυν τῆς [498] ἀποδημίας ταύτης καὶ τῆς ἀναβάσεως, ἵνα ἐπι-

[a] Savil. οὐκ ἔστι καὶ τοῦ. [b] Morel. ἀλλ' οὐ καλύπτει. [c] Editi ἀνακηρύξῃ, mss. ἀνακηρύξει melius. [d] Savilius putat legendum κακηγορούντων. [e] Morel. χρωμένους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Jesus ait : Hoc audisti a Judæis. Cur non accuratam facis perquisitionem? Dixerunt me malefactorem esse : interroga quid mali fecerim. Verum id non facis, sed simpliciter causam exponis. *A temetipso hoc dicis*, an aliunde? Deinde ille quia auditis non poterat statim respondere, simpliciter turbam allegat; *Tradiderunt te mihi*, inquit. Oportet ergo te interrogare quid feceris. Quid ergo Christus? 36. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Pilati mentem erigit, qui non ita malus erat, neque illis similis, vultque ostendere se non esse simplicem hominem, sed Deum, et Dei Filium. Et quid ait? *Si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis.* Quod hactenus timuerat Pilatus, nempe tyrannidis suspicionem, ita solvit. Annon regnum Christi de hoc mundo est? Sane quidem est. Quomodo, inquies, *Non est?* Non quod hic non imperet, sed quod etiam in cælo imperium obtineat, sed illud non est humanum, verum longe majus ac splendidius. Si majus, quomodo captus est ab illo? Sponte et seipsum tradens. Verum hoc tum non tacet, sed quid ait? *Si ex hoc mundo essem, ministri mei utique decertarent, ut non traderer.* Hic ostendit regni terreni imbecillitatem, quod in ministris potestatem habeat : supernum autem regnum sibi sufficit, nulloque opus habet. Hinc ansam arripientes hæretici, alienum ipsum dicunt a Creatore. Quid ergo cum dicit, *In propria venit* (*Joan.* 1. 11)? quid cum : *Non sunt de mundo, sicut ego non sum de mundo* (*Id.* 17. 14)? Sic et regnum suum dicit non hinc esse, non mundum privans providentia sua et imperio suo, sed ostendens, ut dixi, non humanum vel fluxum esse. Quid ergo Pilatus? 37. *Ergo Rex es tu? Respondit Jesus, Tu dicis, quia Rex sum. Ego in hoc natus sum.* Si ergo Rex natus est, secundum alia omnia natus est : nihilque habet quod acceperit. Itaque cum audis, *Sicut Pater habet vitam in semetipso : ita dedit et Filio vitam habere* (*Id.* 5. 26), nihil aliud quam generationem intelligas. In aliis quoque similiter. *Et ad hoc veni, ut testimonium perhibeam veritati;* hoc est, Ut hoc ipsum doceam omnes, et ipsis suadeam.

5. *Exemplum Christi sequamur oportet.* — Tu vero hæc audiens, ac Dominum videns vinctum et circumactum, præsentia nihil esse existimes. Quomodo enim non absurdum fuerit, cum Christus tot tantaque propter te sit passus, ne verba quidem sæpe ferre posse? Sed ille conspuitur, tu te ornas vestibus et annulis, et si non bona fama apud omnes fruaris, non vitalem vitam putas. Ille opprobriis impetitur, dicteria tolerat, turpes in maxilla plagas; tu semper in honore vis esse, nec fers vituperium Christi. Non audis Paulum dicentem : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (1. *Cor.* 11. 1)? Cum ergo te quispiam traduxerit, recordare Domini tui, quem ridentes adorabant, verbis et rebus dehonestabant, magnamque exhibebant ironiam; ille vero non modo vicem non reddebat, sed contraria, mansuetudinem, clementiam exhibebat. Hunc et nos imitemur : sic enim poterimus omni ignominia liberari. Non enim qui conviciatur, sed qui dejecto est animo et dolet, injuriis dat locum, ut illæ mordeant et pungant. Si enim non ægre ferres, non injuriam acciperes. Non enim ab inferentibus, sed a patientibus, hæc mala gravia fiunt. Quid doles? Si injuste tibi injuriam intulit, non indignari, sed illum miserari oporteret : si jure, multo magis quiescendum. Quemadmodum enim si quis te pauperem divitem appellaret, nihil ad te laudes illæ, sed id potius risum putares : ita si is, qui conviciatur, falsa dixerit, nihil id ad te. Quod si te conscientia reprehendat, ne te verba conturbent, sed re ipsa vitam corrigas. Et hæc circa veras contumelias loquor. Nam si paupertatem aut ignobilitatem exprobraverit, hæc irrideas. Hoc quippe non audientis opprobrium est, sed dicentis qui philosophari nesciat. At, inquies, quando hæc coram multis rei veritatem ignorantibus dicuntur, intolerabile ulcus efficitur. Imo tunc maxime tolerabile est, cum theatrum adest testium laudantium te atque probantium, illum autem improbantium et deridentium. Neque enim is qui se ulciscitur, sed is qui nihil dicit, mirabilis est apud eos qui mente valent; si vero nullus ex præsentibus mente valeat, ideo maxime illos rideas, et coram cælesti theatro gaudeas. Illic enim te omnes laudabunt, tibi plaudent, te probabunt. Unus autem angelus est toto orbi æquiparandus. Ecquid de angelis loquor, quando ipse Dominus te laudaturus est? Hisce nos cogitationibus exerceamus. Neque enim damnum est ei, qui contumelia afficitur, si taceat; secus, si se ulciscatur. Nam si damnum esset dicteria silentio excipere, non dixisset Christus : *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi et alteram* (*Matth.* 5. 39). Si ergo falsa dixerit, ideo illius misereamur, quia sibi conviciantium supplicium attrahit, nec Scripturas legere dignus est. *Peccatori* namque *dixit Deus. Quare tu enarras justitias meas per os tuum? Sedens contra fratrem tuum loquebaris* (*Psal.* 49. 16. 20). Sin vera dixerit, sic etiam commiseratione dignus est. Nam et Pharisæus vera dicebat; sed is audientem certe nihil læsit, imo juvit illum; se vero mille privavit bonis, et ex tali accusatione naufragium passus est. Itaque ille utrinque mulctatur, non tu. Tu certe si vigilaveris, dupliciter lucraris, et quod silentio Deum tibi propitium reddas, et quod moderatior sis, quodque ex dictis occasionem captes ad emendanda gesta tua, quod etiam humanam gloriam despicias. Etenim hinc nobis dolor exoritur, quod multi hominum famæ inhient. Sic si philosophari voluerimus, probe intelligemus res humanas nihil esse. Discamus igitur : et vitia nostra reputantes, paulatim ea corrigamus; hoc mense istud, sequenti aliud, tertio similiter aliud nobis corrigendum definiamus. Ita ceu gradibus ascendentes, ad cælum per scalam Jacobi perveniamus. Etenim scala in visione illa mihi illum per virtutem ascensum subindicare videtur, per quem a terra ad cælum ascendere possumus, non gradibus sub sensum cadentibus, sed morum emendatione et augmento Hanc

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ergo peregrinationem, hunc ascensum aggrediamur; ut cælos consequuti, omnibus illic fruamur bonis, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA LXXXIV.

Cap. 18. v. 37. *Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.*

1. *Patientiam Christus quomodo doceat.* — Mirabilis res est patientia, quæ animam a fluctibus spiritibusque malignis liberatam, quasi in tranquillo portu constituit. Hanc nos ubique Christus docuit; nunc vero maxime, cum ad judicium trahitur et circumagitur. Etenim ad Annam adductus, cum mansuetudine magna respondit, et cædenti servo ea respondit, quæ fastum omnem coercere possent. Illinc ad Caiphan, deinde ad Pilatum ductus, totaque consumpta nocte, in his ubique magnam præ se tulit mansuetudinem. Cum dicerent ipsum facinorosum esse, quod probare non poterant, silens tamen ille stetit: cum autem de regno interrogatus est, tunc loquutus est Pilato, erudiens eum et ad sublimiora ducens. Sed cur Pilatus ipsis præsentibus non rem examinat, sed in prætorium ingreditur? Magnam de illo habebat opinionem, et extra Judæorum tumultum, omnia volebat accurate discere. Deinde cum dixit, *Quid fecisti?* hac quidem de re nihil respondit, sed de qua re magis Pilatus audire cupiebat, nempe de regno ipsius, de illa respondit his verbis: *Regnum meum non est de hoc mundo;* id est, Rex quidem sum, sed non qualis tu suspicaris, verum longe splendidior. Illinc et ex sequentibus declarat se nihil mali fecisse. Nam qui dicit, *In hoc natus sum, et ad hoc veni ut testimonium perhibeam veritati*, se nihil mali fecisse declarat. Deinde cum dicit, *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*, allicit eum, et suadet ut dicta illa audiat. Si quis, inquit, verax est, et hæc desiderat, me plane audiet. Hoc pacto illum paucis verbis allicit, ita ut dicat, 38. *Quid est veritas?* Sed interim urgenti rei instat. Vidit enim talem interrogationem tempore egere: volebat autem illum ex Judæorum furore eripere. Ideo exivit. Et quid ait? *Ego nullam in eo invenio causam.* Et animadverte quam prudenter. Non dixit enim, Quoniam peccavit, et dignus est morte, solemnitati illum concedite: sed prius illum ab omni crimine liberat, tunc ex abundanti rogat: si nolint ut innocentem dimittere, saltem ut noxium solemnitati tribuant: quare adjecit: 39. *Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam in Pascha;* deinde supplicantis more, *Vultis ergo dimittam vobis Regem Judæorum? Clamaverunt omnes*, 40. *Non hunc, sed Barabbam.* O exsecrandam mentem! Moribus sibi similes et noxios dimittunt, innoxium vero plecti jubent: hic enim jam olim mos illorum erat. Tu autem in omnibus considera Domini benignitatem. *Flagellavit eum Pilatus*, forte ut, sedato Judæorum furore, illum eruere. Quia enim per priora non potuerat illum eruere, ut malum his sisteret, flagellavit, et cætera permisit, ut chlamydem et coronam ipsi imponerent, quo illorum frangeret iram. Ideo coronatum ad eos adduxit, ut illam videntes ipsi illatam contumeliam, furorem compescerent et virus totum evomerent. Et quomodo milites hæc faciebant, non mandante prætore? In Judæorum gratiam: siquidem initio non ab illo jussi noctu profecti sunt, sed in gratiam Judæorum et pecuniæ causa omnia audebant. Attamen cum tot tantaque fierent, stabat ille silens, ut etiam fecit cum examinaretur, nihilque respondit. Tu vero non solum hæc audias, sed etiam in mente semper retineas, cum orbis et angelorum Regem vides a militibus irrisum, et verbis et rebus, omniaque cum silentio ferentem, illum reipsa imitare. Cum enim dixisset Pilatus, *Regem Judæorum*, habitum illi vescinque deridendam circumponunt. Deinde educens illum dixit: (*Cap.* 19.) 4. *Nullam causam invenio adversus eum.* Exiit ergo habens coronam, neque ita sedata est ira, sed clamabant, 6. *Crucifige, crucifige eum.* Videns ergo Pilatus omnia frustra tentari, dicit: *Accipite eum vos, et crucifigite.* Unde palam est eum priora illorum furori concessisse. *Ego nullam*, inquit, *causam invenio adversus eum.*

2. Animadverte quot modis judex illum purget, et quam frequenter crimina propulset: sed canes illos nihil avertere potuit. Nam illud, *Accipite, et crucifigite*, fastidientis est, et ad rem illicitam impellentis. Ipsi itaque duxerunt illum, ut post prætoris judicium hoc fieret: contra autem accidit, ut sententia judicis magis absolveretur. Deinde ignominia affecti dixerunt: 7. *Nos legem habemus, et secundum legem nostram debet mori, quia Filium Dei se fecit.* Cur ergo cum judex dixit vobis, *Accipite illum, et secundum legem vestram judicate*, dixistis, *Non licet nobis interficere quemquam;* hic vero ad legem confugitis? Et considera accusationem. *Filium Dei se fecit.* An hoc criminandum, dic mihi, quod is, qui Filii Dei opera facit, se Filium Dei dicat? Quid ergo Christus? Illis hæc mutuo loquentibus tacebat, illud implens propheticum dictum, *Non aperiet os suum: in humilitate sua de judicio sublatus est* (*Isai.* 53. 7. 8). Deinde Pilatus timet, cum ab illis audisset quod Filium Dei se fecerit, formidans ne id quod dicebatur verum esset, et ipse videretur inique agere. Illi vero cum hoc et ex verbis et ex operibus didicissent, non exhorrescunt, sed illis eum de causis occidunt, quibus adorare debuerant. Ideo non ultra illum interrogat, *Quid fecisti?* sed timore permotus a sublimioribus interrogationem parat dicens: *Si tu es Christus?* Sed nihil respondit. Nam qui audierat, *In hoc natus sum, et ad hoc veni;* et, *Regnum meum non est hinc*, cum debuisset obsistere, ipsumque eruere; id non fecerat, sed Judaicum impetum sequutus fuerat. Deinceps illi undique confutati, ad publicum crimen confugiunt, et dicunt: *Qui se regem facit, contradicit Cæsari* (v. 12). Oportebat ergo hoc diligenter explorare, an tyrannidem affectaret, et Cæsarem e regno depellere tentaret. Sed

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τυχόντες τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ἐκεῖ πάντων ἀπολαυσώμεθα ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΔ'.

Ἐγὼ εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς.

α'. Θαυμαστὸν ἡ μακροθυμία, καὶ ὥσπερ ἐν εὐδίῳ λιμένι καθίστησι τὴν ψυχὴν, κυμάτων ἀπαλλάττουσα καὶ πνευμάτων πονηρῶν. Καὶ ταύτην πανταχοῦ μὲν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς ἐπαίδευσεν· μάλιστα δὲ νῦν, κρινόμενος καὶ ἀγόμενος καὶ περιαγόμενος. Καὶ γὰρ πρὸς τὸν Ἄνναν ἀπενεχθεὶς, μετὰ πολλῆς ἀπεκρίνατο τῆς ἐπιεικείας, καὶ πρὸς τὸν ῥαπίσαντα ὑπηρέτην εἶπε τὰ πάντα καθελεῖν δυνάμενα τῦφον· κἀκεῖθεν πρὸς Καϊάφαν, εἶτα πρὸς τὸν Πιλᾶτον ἐλθὼν, καὶ ὁλόκληρον δαπανήσας νύκτα ἐν τούτοις, διὰ πάντων τὴν αὐτοῦ πραότητα ἐπιδείκνυται· καὶ λεγόντων, ὅτι κακοποιός ἐστι, καὶ ἐλέγξαι μὴ δυναμένων, εἰστήκει σιγῶν· ὅτε δὲ ἠρωτήθη περὶ τῆς βασιλείας, τότε ἐφθέγξατο πρὸς τὸν Πιλᾶτον, παιδεύων αὐτὸν καὶ ἀνάγων[a] πρὸς ὑψηλότερα. Ἀλλὰ τί δήποτε ὁ Πιλᾶτος οὐκ ἐπ' αὐτῶν ποιεῖται τὴν ἐξέτασιν, ἀλλ' ἰδίᾳ εἰς τὸ πραιτώριον εἰσελθών; Μεγάλην τινὰ εἶχεν ὑπόνοιαν περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐβούλετο μὴ θορυβούντων Ἰουδαίων πάντα ἀκριβῶς μαθεῖν. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπε, *Τί ἐποίησας;* περὶ μὲν τούτου οὐδὲν ἀπεκρίνατο· περὶ δὲ οὗ μάλιστα ὁ Πιλᾶτος ἀκοῦσαι ἐπόθει, τῆς βασιλείας τῆς αὐτοῦ, περὶ ταύτης ἀποκρίνεται λέγων· *Ἡ βασιλεία μου οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου*· τουτέστι, Βασιλεὺς μέν εἰμι, ἀλλ' οὐ τοιοῦτος οἷον ὑποπτεύεις, ἀλλὰ πολλῷ λαμπρότερος· καὶ διὰ τούτων καὶ διὰ τῶν ἑξῆς, ὅτι οὐδὲν εἴργασται αὐτῷ δεινὸν, ἀποφαίνων[b]. Ὁ γὰρ εἰπὼν, *Εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἦλθον, ἵνα μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ*, δείκνυσιν οὐδὲν εἰργασμένον αὐτῷ δεινόν. Εἶτα εἰπὼν, *Πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μου τῆς φωνῆς*, ἐπισπᾶται διὰ τούτων, καὶ πείθει γενέσθαι τῶν λεγομένων ἀκροατήν. Εἴ τις γάρ ἐστι, φησὶν, ἀληθὴς, καὶ ταῦτα ποθεῖ, πάντως ἀκούσεταί μου. Οὕτω γοῦν καὶ αὐτὸν εἶλε τοῖς βραχέσι ῥήμασιν, ὡς εἰπεῖν, *Τί ἐστιν ἀλήθεια;* Ἀλλὰ τέως πρὸς τὸ κατεπεῖγον ἵσταται. Συνεῖδε γὰρ, ὅτι τοῦτο μὲν ἐδεῖτο καιροῦ τὸ ἐρώτημα· θέλει δὲ αὐτὸν ἁρπάσαι τῆς ὁρμῆς τῶν Ἰουδαίων. Διὸ καὶ ἐξῆλθε. Καὶ τί φησιν; *Ἐγὼ οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω ἐν αὐτῷ.* Καὶ σκόπει πῶς συνετῶς. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἐπειδὴ ἥμαρτε καὶ ἄξιός ἐστι θανάτου, χαρίσασθε αὐτὸν τῇ [499] ἑορτῇ· ἀλλὰ πρῶτον αὐτὸν ἀπαλλάξας αἰτίας ἀπάσης, τότε ἐκ περιουσίας ἀξιοῖ, εἰ καὶ μὴ βούλοιντο ὡς ἀθῶον ἀφιέναι, κἂν ὡς ὑπεύθυνον τῷ καιρῷ χαρίσασθαι· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ἔστι συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ἀπολύσω ἐν τῷ Πάσχα*· εἶτα ἐντρεπτικῶς, *Βούλεσθε οὖν ἀπολύσω τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων, Ἔκραξαν οὖν πάντες· Μὴ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν Βαραββᾶν.* Ὦ τῆς μιαρᾶς γνώμης! τοὺς μὲν ὁμοτρόπους αἰτοῦσι, καὶ τοὺς ὑπευθύνους ἀφιᾶσι· τὸν δὲ ἀνεύθυνον κολάσαι κελεύουσιν· οὗτος γὰρ αὐτοῖς ἄνωθεν ὁ νόμος. Σὺ δὲ διὰ πάντων σκόπει τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ Δεσπότου ἐπὶ τούτοις. *Ἐμάστιξεν αὐτὸν ὁ Πιλᾶτος*, τάχα ἐκλῦσαι βουλόμενος· καὶ παραμυθήσασθαι τὸν Ἰουδαϊκὸν ζῆλον. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς προτέροις οὐκ ἴσχυσεν αὐτὸν ἐξελέσθαι, σπεύδων μέχρι τούτου τὸ δεινὸν στῆσαι, καὶ ἐμάστιξε, καὶ γενέσθαι τὰ γενόμενα συνεχώρησε, τὴν χλαμύδα καὶ τὸν στέφανον περιτεθῆναι, ὥστε αὐτῶν χαλάσαι τὴν ὀργήν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐστεφανωμένον ἐξήγαγε πρὸς αὐτοὺς, ἵνα τὴν ὕβριν τὴν εἰς αὐτὸν γεγενημένην ἰδόντες, μικρὸν ἀναπνεύσωσι τοῦ πάθους καὶ ἐμέσωσι τὸν ἰόν. Καὶ πῶς οἱ στρατιῶται ταῦτα ἐποίουν, εἴ γε μὴ ἐπίταγμα τοῦ ἄρχοντος ἦν; Εἰς χάριν τὴν Ἰουδαϊκήν· ἐπεὶ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν παρ' ἐκείνου κελευσθέντες εἰσῆλθον νυκτὸς, ἀλλὰ τοῖς Ἰουδαίοις χαριζόμενοι, χρημάτων ἕνεκεν πάντα ἐτόλμων. Ἀλλ' ὅμως τοσούτων καὶ τηλικούτων γενομένων αὐτὸς εἰστήκει σιγῶν· ὅπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως ἐποίησε, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίνατο. Σὺ δὲ μὴ μόνον ἄκουε ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας ἔχε διηνεκῶς, καὶ τὸν βασιλέα τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν ἀγγέλων πάντων ὁρῶν χλευαζόμενον ὑπὸ στρατιωτῶν, διὰ ῥημάτων, διὰ πραγμάτων, καὶ πάντα φέροντα σιγῇ, μιμοῦ διὰ τῶν ἔργων αὐτόν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Πιλᾶτος, *Τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων*, καὶ σχῆμα αὐτῷ χλευασίας λοιπὸν περιτιθέασιν. Εἶτα ἐξαγαγὼν αὐτὸν, φησὶ· *Οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω κατ' αὐτοῦ.* Ἐξῆλθεν οὖν ἔχων τὸν στέφανον, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐσθέσθη ἡ ὀργὴ, ἀλλ' ἐβόων· *Σταύρωσον, σταύρωσον αὐτόν.* Ἰδὼν τοίνυν ὁ Πιλᾶτος εἰκῇ πάντα γινόμενα, φησίν· *Λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ σταυρώσατε.* Ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ τὰ πρότερα διὰ τὴν ἐκείνων συνεχώρησε μανίαν. *Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρίσκω κατ' αὐτοῦ.*

β'. Ὅρα διὰ πόσων ὁ δικαστὴς ἀπολογεῖται, συνεχῶς αὐτὸν ἀπαλλάττων ἐγκλημάτων· ἀλλὰ τοὺς κύνας οὐδὲν τούτων ἐνέτρεψε. Καὶ γὰρ τὸ, *Λάβετε καὶ σταυρώσατε*, ἀφοσιουμένου[c] ἐστὶ, καὶ ἐπὶ πρᾶγμα οὐ συγκεχωρημένον αὐτοῖς ὠθοῦντος. Αὐτοὶ μὲν οὖν ἦγαγον αὐτὸν, ἵνα μετὰ τῆς τοῦ ἄρχοντος κρίσεως τοῦτο γένηται· συνέβη δὲ τοὐναντίον, ἀπὸ τῆς κρίσεως τοῦ ἄρχοντος αὐτὸν ἀπολύεσθαι μᾶλλον. Εἶτα, ἐπειδὴ κατῃσχύνθησαν, *Ἡμεῖς νόμον ἔχομεν*, φησὶ, *καὶ κατὰ τὸν νόμον ἡμῶν ὀφείλει ἀποθανεῖν, ὅτι Υἱὸν Θεοῦ ἐποίησεν ἑαυτόν.* Πῶς οὖν, εἰπόντος τοῦ δικαστοῦ, *Λάβετε αὐτὸν, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε*, ἐλέγετε· *Οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν ἀποκτεῖναι οὐδένα*· ἐνταῦθα [500] δὲ ἐπὶ τὸν νόμον καταφεύγετε; Καὶ σκόπει τὴν κατηγορίαν. *Υἱὸν Θεοῦ ἐποίησεν ἑαυτόν.* Τοῦτο ἔγκλημα, εἰπέ μοι, τὸ τὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ πράττοντα λέγειν αὐτὸν εἶναι Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Τί οὖν ὁ Χριστός; Καὶ ταῦτα πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων αὐτῶν ἐσίγα, πληρῶν τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο, *Οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη.* Εἶτα Πιλᾶτος μὲν φοβεῖται, παρ' αὐτῶν ἀκούσας ὅτι Υἱὸν Θεοῦ ἑαυτὸν ἐποίησε, καὶ δέδοικε μήποτε ᾖ ἀληθὲς τὸ λεγόμενον, καὶ δόξῃ παρανομεῖν· αὐτοὶ δὲ διὰ πραγμάτων καὶ ῥημάτων τοῦτο μαθόντες οὐ πεφρίκασιν, ἀλλ' ἀναιροῦσιν αὐτὸν, ὑπὲρ ὧν ἐχρῆν προσκυνεῖν. Διὰ τοῦτο οὐκέτι αὐτὸν ἐρωτᾷ, *Τί ἐποίησας;* ἀλλ' ἄνωθεν πάλιν ὑπὸ τοῦ φόβου κατασειόμενος ποιεῖται τὴν ἐξέτασιν, λέγων· *Εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός;* Ἀλλ' οὐκ ἀπεκρίνατο. Ὁ γὰρ ἀκούσας, ὅτι *Εἰς τοῦτο γεγέννημαι, καὶ εἰς τοῦτο ἦλθον*, καὶ, ὅτι *Ἡ βασιλεία μου οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν*, καὶ ὀφείλων ἀντιστῆναι καὶ ἐξελέσθαι, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, ἠκολούθησε δὲ τῇ Ἰουδαϊκῇ ὁρμῇ. Εἶτα ἐκεῖνοι πάντοθεν ἐπιστομιζό-

[a] Editi ἐνάγων. Suspicatur Savilius legendum ἀνάγων, et sic habent aliquot mss. [b] Alii ὑποφαίνων.

[c] Alii ὡς ἀφοσιουμένου.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μενοι, ἐπὶ δημόσιον ἔγκλημα τὸν λόγον ἐξάγουσι, λέγοντες· *Ὁ ποιῶν ἑαυτὸν βασιλέα, ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι.* Ἐχρῆν οὖν τοῦτο ἐξετάσαι μετὰ ἀκριβείας, εἴ γε τυραννίδι ἐπέθετο, καὶ τὸν Καίσαρα τῆς βασιλείας ἐκβαλεῖν ἐπεχείρησεν. Ἀλλ' οὐ ποιεῖται τὴν ἐξέτασιν μετὰ ἀκριβείας. Διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτῷ ἀπεκρίνατο, ἐπειδὴ ᾔδει εἰκῇ πάντα ἐρωτῶντα [a]. Καὶ ἄλλως δὲ, τῶν ἔργων μαρτυρούντων αὐτῷ, οὐκ ἐβούλετο διὰ λόγου νικᾶν καὶ ἀπολογίαν συντιθέναι, δεικνὺς ὅτι ἐκὼν ἐπὶ τοῦτο ἔρχεται. Ἐπεὶ οὖν ἐσίγησε, φησὶν ὁ Πιλᾶτος· *Οὐκ οἶδας ὅτι ἐξουσίαν ἔχω σταυρῶσαί σε; Ὁρᾷς πῶς ἑαυτὸν προκατέκρινεν;* Εἰ γὰρ ἐν σοὶ τὸ πᾶν κεῖται, τίνος ἕνεκεν οὐδεμίαν αἰτίαν εὑρὼν οὐκ ἀπολύεις; Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑαυτοῦ τὴν ἀπόφασιν ἐξήνεγκε, τότε λέγει· *Μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει ὁ παραδιδούς μέ σοι·* δεικνὺς, ὅτι καὶ αὐτὸς ὑπεύθυνος ἁμαρτίᾳ ἐστίν. Εἶτα κατασπῶν αὐτοῦ τὸ φρόνημα καὶ τὸν τῦφον, φησίν· *Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον·* δηλῶν οὐχ ἁπλῶς καὶ κατὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀκολουθίαν [b] τοῦτο γινόμενον, ἀλλὰ μυστικῶς ἐπιτελούμενον. Ἵνα δὲ μὴ ἀκούσας, *Εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον*, νομίσῃ τοῦ παντὸς ἀπηλλάχθαι ἐγκλήματος, διὰ τοῦτο εἶπε· *Μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει ὁ παραδιδούς μέ σοι.* Καὶ μὴν εἰ δεδομένον ἦν, οὔτε οὗτος, οὔτε ἐκεῖνοι ὑπεύθυνοι ἐγκλημάτων. Εἰκῇ ταῦτα λέγεις· τὸ γὰρ *Δεδομένον* ἐνταῦθα τὸ Συγκεχωρημένον ἐστίν· ὡσανεὶ ἔλεγεν· Εἴασε ταῦτα γενέσθαι· οὐ μὴν διὰ τοῦτο τῆς πονηρίας ἐκτὸς ὑμεῖς. Κατέπληξεν αὐτὸν διὰ τῶν ῥημάτων, καὶ σαφῆ παρέσχετο τὴν ἀπολογίαν· ὅθεν καὶ ἐζήτει αὐτὸν ἀπολῦσαι ἐκεῖνος. Ἀλλ' αὐτοὶ πάλιν ἔκραζον· *Ἐὰν τοῦτον ἀπολύσῃς, οὐκ εἶ φίλος τοῦ Καίσαρος.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τοῦ νόμου παραγαγόντες ἐγκλήματα, οὐδὲν ὤνησαν, κακούργως ἐπὶ τοὺς ἔξω τρέπονται νόμους, λέγοντες· *Πᾶς ὁ βασιλέα ἑαυτὸν ποιῶν, ἀντιλέγει τῷ Καίσαρι.* Καὶ ποῦ οὗτος τύραννος ἐφάνη; [501] πόθεν δὲ ἔχετε δεῖξαι τοῦτο; ἀπὸ τῆς ἀλουργίδος; ἀπὸ τοῦ διαδήματος; ἀπὸ τοῦ σχήματος [c]; ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν; οὐχὶ μόνος ἀεὶ μετὰ τῶν δώδεκα μαθητῶν ἐβάδισε, πάντα εὐτελῶς μετιών, καὶ τροφὴν, καὶ στολὴν, καὶ οἴκησιν; Ἀλλ' ὦ τῆς ἀναιδείας [d] καὶ τῆς ἀκαίρου δειλίας! ὁ γὰρ Πιλᾶτος, νομίσας κινδυνεύειν λοιπὸν, εἰ παρίδοι ταῦτα, ἐξέρχεται μὲν ὡς ἐξετάζων τὸ πρᾶγμα (τὸ γὰρ καθίσαι τοῦτο ἐδήλου)· οὐδεμίαν δὲ ποιησάμενος [e] ἐξέτασιν, παραδίδωσιν αὐτὸν, νομίζων δυσωπήσειν αὐτούς. Ὅτι γὰρ οὕτως αὐτὸ ἐποίει, ἄκουσον τί φησιν· *Ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν.* Ἐπειδὴ δὲ εἶπον ἐκεῖνοι, *Σταύρωσον*, πάλιν ἐπήγαγε λέγων· *Τὸν βασιλέα ὑμῶν σταυρώσω*, Οἱ δὲ ἔκραζον, *Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα.* Ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπέβαλον τῇ κολάσει. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς αὐτοὺς παρέδωκεν, ὅτε καὶ αὐτοὶ πρῶτοι τῆς προνοίας αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπιστασίας ἑαυτοὺς ἐξέβαλον. Καὶ ἐπειδὴ ὁμοφώνως ἠρνήσαντο τὴν βασιλείαν, εἴασεν αὐτοὺς ταῖς ἑαυτῶν ψήφοις περιπεσεῖν. Καίτοι τὰ λεγόμενα ἱκανὰ παῦσαι τῆς ὀργῆς αὐτοὺς λοιπόν. Ἀλλ' ἐδεδοίκεσαν, μὴ πάλιν ἀφεθεὶς ὀχλαγωγήσῃ, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ἔπραττον. Δεινὸν γὰρ ἡ φιλαρχία, δεινὸν καὶ ψυχὴν ἱκανὸν ἀπολέσαι. Διὰ τοῦτο οὐδέποτε αὐτοῦ ἤκουσαν. Ἀλλ' ὁ μὲν Πιλᾶτος ἀπὸ ψιλῶν ῥημάτων ἐβούλετο ἀφεῖναι· οὗτοι δὲ ἔγκεινται λέγοντες, *Σταύρωσον.* Καὶ τί δήποτε οὕτως ἀνελεῖν αὐτὸν ἐπεχείρουν; Ἐπονείδιστος οὗτος ὁ θάνατος ἦν. Δεδοικότες οὖν μή τις αὐτοῦ μετὰ ταῦτα γένηται μνήμη, σπουδάζουσι καὶ ἐπὶ τιμωρίαν ἀγαγεῖν τὴν ἐπάρατον, οὐκ εἰδότες, ὅτι διὰ τῶν κωλυμάτων αἴρεται ἡ ἀλήθεια. Ὅτι γὰρ τοῦτο ὑπώπτευον, ἄκουσον τί φασιν [f]· *Ἡμεῖς ἠκούσαμεν, ὅτι [ὁ]πλάνος ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.* Διὰ τοῦτο πάντα ἐκύκων, ἄνω καὶ κάτω στρέφοντες, ὥστε τὰ μετὰ ταῦτα λυμήνασθαι· καὶ συνεχῶς ἐπεβόων, *Σταύρωσον*, δῆμος ἄτακτος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων διεφθαρμένος.

γ'. Ἡμεῖς δὲ μὴ μόνον ἀναγινώσκωμεν ταῦτα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας φέρωμεν αὐτὰ, τὸν στέφανον τὸν ἀκάνθινον, τὸ ἱμάτιον, τὸν κάλαμον, τὰ ῥαπίσματα, τὰς ἐπὶ κόρρης πληγὰς, τὰ ἐμπτύσματα, τὴν εἰρωνείαν. Ἱκανὰ γὰρ ταῦτα συνεχῶς στρεφόμενα ἅπασαν ὀργὴν καθελεῖν. Κἂν χλευαζώμεθα, κἂν ἀδίκως τι πάσχωμεν, συνεχῶς λέγωμεν· *Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ·* καὶ τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων λεγόμενα προφέρωμεν εἰς μέσον, ἅπερ ἐφθέγξαντο λυττῶντες καὶ λέγοντες, ὅτι *Δαιμόνιον ἔχεις·* καὶ, *Σαμαρείτης εἶ σύ·* καὶ, ὅτι *Ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια.* Διὰ γὰρ τοῦτο ταῦτα πάντα ὑπέμεινεν, ἵνα αὐτοῦ κατ' ἴχνος βαίνωμεν ἡμεῖς, καὶ σκώμματα φέρωμεν, ἃ μάλιστα τῶν λοιδοριῶν ἐξίστησιν. Ἀλλ' ὅμως αὐτὸς οὐ μόνον ἤνεγκε ταῦτα, ἀλλὰ καὶ πάντα ἔπραττεν, ὥστε σῶσαι καὶ ἀπαλλάξαι τοὺς ταῦτα ποιοῦντας τῆς ἀποκειμένης κολάσεως. Καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀποστόλους [g] ἐπὶ τῇ τούτων ἔπεμψε σωτηρίᾳ. Ἀκούεις γοῦν αὐτῶν λεγόντων, ὅτι [502] « Οἴδαμεν ὅτι κατὰ ἄγνοιαν ἐπράξατε, » καὶ διὰ τούτων εἰς μετάνοιαν αὐτοὺς ἑλκόντων. Ταῦτα καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τὸν Θεὸν ἥλεω ποιεῖ, ὡς τὸ ἀγαπᾷν τοὺς ἐχθροὺς, καὶ εὖ ποιεῖν τοὺς ἐπηρεάζοντας. Ὅταν τις ἐπηρεάζῃ, μὴ πρὸς αὐτὸν ἴδῃς, ἀλλὰ πρὸς τὸν κινοῦντα δαίμονα, καὶ τὴν ὀργὴν ἅπασαν κατ' ἐκείνου κένωσον· αὐτὸν δὲ καὶ ἐλέει τὸν ὑπ' ἐκείνου κινούμενον. Εἰ γὰρ τὸ ψεῦδος ἀπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ τὸ ὀργίζεσθαι εἰκῇ πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖθεν. Ὅταν κωμῳδοῦντα ἴδῃς, ἐννόησον ὅτι ὁ διάβολός ἐστιν αὐτὸν ὁ κινῶν. Οὐ γὰρ Χριστιανῶν τὰ σκώμματα. Ὁ γὰρ κελευσθεὶς πενθεῖν, καὶ ἀκούων, *Οὐαὶ οἱ γελῶντες!* εἶτα ὀνειδίζων καὶ σκώπτων καὶ διακαιόμενος, οὐ τοῦ λοιδορεῖσθαι παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ θρηνεῖσθαι ἄξιος, ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς ἐταράχθη τὸν Ἰούδαν ἐννοήσας. Ταῦτα οὖν ἅπαντα μελετῶμεν ἐπὶ τῶν ἔργων. Ἂν γὰρ ταῦτα μὴ κατορθώσωμεν, εἰκῇ καὶ μάτην εἰς τὸν κόσμον ἤλθομεν· μᾶλλον δὲ καὶ ἐπὶ κακῷ. Οὐ γὰρ ἐστιν ἡ πίστις ἱκανὴ εἰς τὴν βασιλείαν εἰσαγαγεῖν, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ μάλιστα κατακρίνει τοὺς βίον φαῦλον ἐπιδεικνυμένους ἔχει. *Ὁ γὰρ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιήσας, δαρήσεται πολλάς·* καὶ πάλιν, *Εἰ μὴ ἦλθον, φησὶ, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον.*

Ποίαν οὖν ἕξομεν ἀπολογίαν, ἐντὸς τῶν βασιλείων γινόμενοι, καὶ εἰς τὰ ἅδυτα διακύψαι καταξιωθέντες, καὶ κοινωνοὶ καταστάντες μυστηρίων ἁμαρτιῶν [h] ἀπαλλαττόντων, τῶν οὐδενὸς τούτων μετεσχηκότων Ἑλλήνων γινόμενοι χείρους; Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι διὰ δόξαν κενὴν τοσαύτην ἐπεδείξαντο φιλοσοφίαν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς διὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν χρὴ πᾶσαν ἀρετὴν ἐπιέναι. Νῦν δὲ οὐδὲ χρημάτων καταφρονοῦμεν· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν καὶ τῆς ἑαυτῶν πολλάκις ὑπερεῖδον ψυχῆς, καὶ παῖδας ἐπέδωκαν ἐν πολέμοις τῇ τῶν δαιμόνων μανίᾳ, καὶ τῆς φύσεως κατεφρόνησαν διὰ τοὺς δαίμονας· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ ἀργυρίου διὰ τὸν Χριστὸν, οὐδὲ ὀργῆς διὰ τὸ δοκοῦν τῷ

[a] Editi ἐρωτῶν. Savil. ἐρῶν legendum esse conjicit. Verum mss. pene omnes ἐρωτῶντα optime. [b] Alii τὴν τῶν ἄλλων ἀκολ. [c] Alii ἀπὸ τοῦ ὀχήματος. [d] Alii ἀνανδρίας. [e] Morel. πονησάμενος.

[f] Morel. τί φησιν. [g] Alii κολάσεως, καὶ τοὺς ἀπ. [h] Vox ἁμαρτιῶν e codd accessit. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illud non examinat; ideo ipse non respondit, cum sciret ipsum frustra interrogare. Alioquin, rebus ipsis testificantibus, nolebat verbo vincere, et defensionem parare, ostendens se sponte ad hoc venisse. Cum sileret ergo, 10. *Ait Pilatus : Nescis quia potestatem habeo crucifigere te?* Viden' quomodo seipsum damnare præoccupet? Nam si in te totum situm est, cur cum nullam causam invenias, non liberum dimittis? Cum ergo sententiam adversum se protulisset, tunc dicit : 11. *Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet*, ostendens ipsum quoque peccato obnoxium esse; deinde illius fastum arrogantiamque deprimens ait : *Non haberes potestatem, nisi tibi datum esset*, declarans non temere, neque secundum communem usum, sed mystice id completum fuisse. Ne vero audiens, *Nisi tibi datum esset*, se omni crimine liberum putaret, dicit: *Qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.* Atqui si datum erat, neque hic neque illi obnoxii erant. Frustra sic loqueris : hic enim *Datum* pro concessum dicitur; ac si diceret, Hæc fieri permisit : nec ideo tamen culpa liberi vos estis. Verbis illum perterruit, claramque præbuit sui purgationem : quapropter ille ipsum absolvere quærebat. Illi vero rursum clamabant : 12. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Quia enim ex lege crimina proferentes, nihil perfecerant, vafre ad externas vertuntur leges, dicentes : *Omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari.* Et ubinam hic tyrannus apparuit? unde id comprobare poteritis? ex purpura? ex diademate? ex habitu? ex militibus? annon solus semper cum duodecim discipulis ibat, omnibus vilioribus utebatur, cibo, veste, habitaculo? Sed, o impudentiam et intempestivam formidinem! Pilatus enim cum periculum formidaret, si hæc negligeret, exit quidem quasi rem examinaturus (id enim sibi vult, cum sedisse dicit); sed nullo facto examine, tradidit eum, putans se illos inflexurum esse. Quod enim illo esset animo, ex dictis audi : 14. *Ecce Rex vester.* Cum dixissent illi, *Crucifige*, rursum addidit : 15 *Regem vestrum crucifigam? Illi vero clamabant, Non habemus regem nisi Cæsarem.* Sponte se ultioni subjecerunt. Ideo Deus illos tradidit, quando se ipsi priores ex ejus providentia et protectione subtraxerant : et cum uno consensu regnum ejus abnegassent, permisit eos suis calculis subruere. Atqui quæ dicta fuerant, totam illorum iram sedare debuissent. Sed timuerunt ne dimissus denuo populum congregaret, quod ne eveniret omnia movebant. Grave enim quidpiam est ambitio, grave, et quod animam perdere possit. Ideo nunquam illum audierunt. At Pilatus verbis tantum vult illum dimitti : illi vero instant dicentes, *Crucifige.* Et cur tantopere illum interficere satagebant? Ignominiosa mors illa erat. Timentes ergo ne qua in posterum ejus memoria servaretur, hoc probrosum supplicium ipsi inferre student, nescii impedimentis veritatem extolli. Nam quod hoc suspicarentur, audi quid dicant : *Nos audivimus, quia seductor ille dixit, Post tres dies resurgam* (*Matth.* 27. 63). Ideo omnia sua deque vertentes miscebant, ut hanc in posterum statuerent perniciosam opinionem; et frequenter clamabant, *Crucifige*, incondita nempe turba a principibus corrupta.

Peccatum plumbo gravius. — Grave enim, grave et onerosum est peccatum, et plumbo omni gravius. Qui id sentit, ne minimum quidem oculos attollere poterit, etiamsi insensilis sit. Sic et Achaab, etsi valde impius, quia hoc sensit, prono capite, contritus, misere incedebat (3. *Reg.* 21. 27). Ideo se sacco præcinxit, et fontes lacrymarum emittebat. Si hoc et nos faciamus, si lugeamus ut ille, si peccata exuamus ut Zacchæus, nos quoque veniam consequemur. Ut enim in tumoribus et fistulis, nisi quis fluentem humorem et vulnus afficientem sistat, frustra remedia adhibebit, malo semper grassante : sic et nos nisi manum coerceamus ab avaritia, et pravum illum fluxum reprimamus, nisi eleemosynam demus, frustra cætera facimus. Nam si quid ab illa curatum sit, adveniens avaritia obruit et labefactat, gravioremque priore plagam infert. Finem ergo faciamus rapiendi, et ita eleemosynam erogemus. Quod si nos ipsos in præcipitia feramus, quomodo respirare poterimus? Nam si quis cadentem erigeret, id quod facit eleemosyna; alius autem vi ad lapsum pelleret, id quod avaritia facit; nihil aliud ex hac pugna eveniret, quam quod homo ille discerperetur. Id ne nobis accidat, neve avaritia nos deorsum trahente, eleemosyna nos derelinquat et abeat, nos leviores efficiamus et avolemus, ut a malis liberati, et ex bonis operibus ad perfectionem deducti, æterna consequamur bona, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Homiliarum octoginta octo S. Joannis Chrysostomi in Evangelium Theologi finis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

SPURIA.

ADMONITIO IN SPURIA SEQUENTIA.

Ut nullus unquam veterum Ecclesiæ Græcæ scriptorum fuit, qui tot emiserit γνήσια opera, quot Joannes Chrysostomus : ita nullus fuit, cui tot spuria adscripta fuerint ; quorum tantus numerus, tanta moles est, ut si cæterorum Ecclesiæ Græcæ doctorum, Athanasii, Basilii, Gregorii Nazianzeni scripta percurras, nullum deprehendas, qui tot germana opera emiserit, quot spuria doctori nostro adscripta fuere. Præter illa autem quæ ad calcem priorum sex Tomorum bene multa edidimus, et in fine hujus octavi majore numero damus, atque in sequentibus Tomis dabimus, ingentem adhuc spuriorum supellectilem Chrysostomi nomine insignitam in bibliothecis Manuscriptorum latere sivimus, utpote luce prorsus indigna. Fatemur etiam nos multa ex iis, quæ Savilius ut νοθευόμενα edidit, in tenebris relicturos fuisse ; sed tum reverentia tanti tam de re litteraria bene meriti viri ducti, tum etiam ne in multorum reprehensionem incurreremus, omnia quæ Savilius emisit dabimus, etiam illa quæ ipse non sine scrupulo, quasi κίβδηλα, typis dedit, ut monuit in Notis ad Tomum septimum, p. 857. Illius hic verba proferimus :

IN SCRIPTA SUPPOSITITIA CHRYSOSTOMI.

Τῶν νοθευομένων *ingens passim in omnibus fere bibliothecis tam privatis quam publicis numerus ; quæ tam cupide exquiri, tam ambitiose edi a viris doctis miror. Gerardus Vossius, vir, ut audio, doctrina excellenti, ex Bibliotheca Strozziana novem orationes in Ascensionem Domini Latine versas vulgavit, easque δῆθεν in novem annos episcopatus Joannis nostri tribuit, in quibus* οὐδὲν ὑγιές. *Possem idem de aliis, sed contineo me. Nobis certe venia, ut spero, dabitur, post tot egregia opera edentibus hæc pauca* κίβδηλα. *Et tamen scias, lector, nos multa rejecisse, ut luce prorsus indigna, quæ a librariis meis in meum usum descripta fuerant, qualia sunt* μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τάδε.

Sub hæc autem septemdecim seu sermonum seu homiliarum titulos initiaque subjicit, quæ nos omniaque alia tam vera quam spuria in fine operum Chrysostomi alphabetico ordine, incipiendo a primis cujusque operis verbis, Deo dante, typis indicari curabimus. Quæ igitur Savilius protulit spuria seu νοθευόμενα, illa omnia typis esse danda censuimus. Ex aliis vero, quæ hactenus publicata non fuerant, ea solum emisimus, quæ alicujus pretii esse videbantur.

Inter illa vero spuria, quæ postremam hujusce Tomi partem occupant, quædam, licet pauca, alicujus sunt pretii, ut verbi gratia Sermo in sanctum Thomam qui numeratur quintus, et Homilia septima in Pascha, quæ hic quinquagesima tertia recensetur, fortassisque aliæ quæpiam. Ex iis etiam, quæ infimæ notæ videntur esse, quædam interdum res nonnullas attingunt ac memorant, quæ usui etiam doctis esse possint.

Horum porro spuriorum, quæ postremam hujusce Tomi partem occupant, catalogus seu index sequitur.

INDEX SPURIORUM

QUÆ IN OCTAVO TOMO CONTINENTUR.

1. In decollationem Præcursoris et Baptistæ Joannis, et in Herodiadem. Init. Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται, πάλιν ταράττεται. pag. 1. Morel. T. 6. p. 28. Savil. T. 7, p. 545.

2. In Præcursorem Domini. Init. Οἱ ἀνθηρότατοι λειμῶνες ἄνθεσι χρυσοκόμοις. pag. 5. Morel. T. 6. p. 311. Savil. T. 7. p. 531 :

3. Oratio encomiastica in principes apostolorum Petrum et Paulum, eorumdemque gloriosissimum martyrium. Init. Οὐρανοῦ καὶ γῆς ἅμιλλαν ὁρῶ διὰ τὴν παροῦσαν πανήγυριν. p. 7. Morel. T. 6. p. 314. Savil. T. 5. p. 992.

4. In sanctos duodecim apostolos. Init. Εἰκότως καὶ τήμερον ἐπὶ φοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος. p. 11. Morel. T. 6. p. 320. Savil. T. 5. p. 995.

5. Sermo in sanctum Thomam apostolum, et contra Arianos, deque eo qui tyrannidem in Thracia occupavit, et e medio sublatus est, cum ipse Arianus esset. Init. Τῷ μὲν νόμῳ τῆς Ἐκκλησίας πειθόμενος ἠψάμην ὡς οἷόν τε. p. 14. Morel. T. 6. p. 324. Savil. T. 5. p. 486.

6. Laudatio S. Stephani protomartyris. Init. Στέψωμεν ἄνθεσιν ἐγκωμίων τὸν Στέφανον, καὶ τοῖς τῶν ἐπαίνων. p. 17. Morel. T. 6. p. 323. Savil. T. 5. p. 864.

7. In illud : *Sufficit tibi gratia mea : virtus enim mea in infirmitate perficitur.* Init. Ὅτε τὸν παναρμόνιον τουτονὶ κόσμον ἐξ ἀρχῆς ἔπλαττεν ὁ Θεός. Hujus interpretationem Latinam novam paravimus. p. 24. Morel. T. 6. p. 340. Savil. T. 5. p. 799.

8. In parabolam de filio prodigo. Init. Ἀεὶ μέν, ἀδελφοὶ, τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν κηρύττειν ὀφείλομεν. p. 33. Morel. T. 6. p. 369. Savil. T. 7. p. 539.

9. In saltationem Herodiadis, et decollationem Joannis Præcursoris et Baptistæ. Init. Ὥσπερ τις ἀνὴρ φιλέρημος ἔν τινι τόπῳ ἀλσώδει. p. 39. Morel. T. 6. p. 379. Savil. T. 7. p. 549.

10. In illud Evangelii, *Collegerunt Judæi concilium, et dicebant, Quid facimus ?* Init. Ἐοίκασιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας φίλτατοι παῖδες νηπίοις θηλάζουσι. p. 43. Morel. T. 6. p. 385. Savil. T. 7. p. 552.

11. In parabolam decem Virginum, et de eleemosyna. In sancta et magna feria quinta. Init. Ὅταν τὸ εὐδαπάνητον τῆς ζωῆς ἐννοήσω, καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. p. 45. Morel. T. 6. p. 389. Savil. T. 7. p. 554.

12. In meretricem et Pharisæum. In sancta et magna feria quarta. Init. Πάντοτε μὲν ὁ Θεὸς ὡς φιλάνθρωπος καιρὸν εἰς μετάνοιαν. p. 49. Morel. T. 6. p. 395. Savil. T. 7. p. 490.

13. In Samaritanam, et in illud, *Venit Jesus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar.* Init. Σήμερον ἡμῖν ὁ Χριστὸς τοὺς ἄθλους τῆς Σαμαρείτιδος ἀνεκήρυξεν. p. 53. Morel. T. 6. p. 409. Savil. T. 7. p. 412.

14. De zelo et pietate, et de cæco nato. Init. Πηγὴ φωτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· φωτὸς γὰρ γέμων. p. 61. Morel. T. 6. p. 423. Savil. T. 5. p. 761.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

15. Sermo de pseudoprophetis et falsis doctoribus ; et de signis consummationis sæculi hujus. Dicta est paulo antequam (sanctus) de vita migraret. Init. Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος, καθότι καὶ ἔσχατος. Interpretationem Latinam novam adornavimus, ut et aliarum complurium orationum. p. 72. Morel. T. 6. p. 473. Savil. T. 7. p. 211.

16. De Circo. Init. Στάδιον ἡμῖν σήμερον πνευματικὸν καὶ δρόμος. p. 87. Morel. T. 6. p. 489. Savil. T. 6. p. 974.

17. In illum locum, *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus*. Init. Οἱ σοφοὶ καὶ ἐπιστήμονες τῆς γεωργίας τεχνῖται. p. 90. Morel. T. 6. p. 523. Savil. T. 7. p. 486.

18. In principium indictionis novi anni, et in martyres, atque in mulierem quæ sanguinis fluxum patiebatur. Init. Ἐπάλληλον σημεῖον παρὰ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. p. 94. Morel. T. 6. p. 533. Savil. T. 5. p. 816.

19. Oratio catechetica in dictum Evangelii, *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam*, etc. Init. Ὁρῶ τῇ ποίμνῃ τῶν εὐσεβῶν μεμιγμένα πρόβατα ξένα. p. 98. Morel. T. 6 p. 539. Savil. T. 5. p. 708.

20. In parabolam de ficu, Homilia. Init. Ὀφθαλμὸς μὲν ὁρῶν ἢ δένδρον ἀνθοφόρον, ἢ πηγήν. p. 106. Morel. T. 6. p. 552. Savil. T. 7. p. 252.

21. De Pharisæo Homilia. Init. Ὥσπερ πατὴρ φιλότεκνος, προσομιλεῖν τοῖς ἑαυτοῦ φιλτάτοις. p. 110. Morel. T. 6. p. 560. Savil. T. 7. p. 280.

22. De Lazaro et divite Homilia sexta. Init. Μέγιστόν ἐστι διδασκαλεῖον τὸ τῆς Ἐκκλησίας στάδιον. p. 115. Morel. T. 6. p. 564. Savil. T. 5. p. 728.

23. In publicanum et Pharisæum sermo. Init. Οἱ πόρρωθεν τοὺς λειμῶνας θεασάμενοι. p. 116. Morel. T. 6. p. 599. Savil. T. 7. p. 233.

24. In cæcum a Christo sanatum, et in Zacchæum, deque judicio atque eleemosyna. Init. Πολλαὶ καὶ διάφοροι τῶν ἁγίων Γραφῶν αἱ διδασκαλίαι. p. 120. Morel. T. 6. p. 575. Savil. T. 5. p. 731.

25. De sancto Joanne Theologo. Init. Ἰωάννης ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, Ἰωάννης τῆς Ἀσίας τὸ καύχημα. p. 130. Morel. T. 6. p. 603. Deest in Savil.

26. De negatione Petri et de cruce, et quo pacto Joseph fuerit figura Christi. Init. Ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι καιρῷ καὶ τὸ χρέος. p. 136. Morel. T. 6. p. 626. Savil. T. 7. p. 275.

27. In secundum adventum Christi, et in illud, *Omnes stabimus ante tribunal Christi*, etc. Init. Ἐνόμιζον μεγάλα τινὰ καὶ ὑπερφυῆ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ. p. 142. Morel. T. 6. p. 651. Savil. T. 5. p. 782.

Sequentia opuscula, Græce tantum a Savilio edita, nunc primum Latine convertimus.

28. Interpretatio Orationis, *Pater noster*. Init. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πατέρα λέγεις, ἄνθρωπε, τὸν Θεόν. p. 149. Savil. T. 5. 707.

29. In filium prodigum, ac de pœnitentia, in lignum scientiæ boni et mali, et in latronem. Init. Πρώην ἡμῖν ἡ μεγάλη καὶ θεοπρεπὴς τοῦ Σωτῆρος ἐπιφάνεια. p. 150. Savil. T. 5. p. 720.

30. In mulieres unguenta ferentes, et quod nulla diversitas vel pugna reperiatur inter evangelistas, etc. Init. Φέρε δὴ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν ἱστορίας εἰς τὴν ἁγίαν, etc. p. 159. Savil. T. 5. p. 740.

31. In illud Evangelii, quod dicebant Judæi de Servatore, *Quomodo scit litteras, cum non didicerit*, etc. Init. Φέρε πάλιν τῶν εὐαγγελικῶν ὑμῖν ἀπαρξώμεθα ναμάτων. p. 167. Savil. T. 5. p. 752.

32. In Chananæam et in Pharaonem, et quod non volentis neque currentis, etc. Init. Εἰ καὶ ἐθόλωσεν ἡμᾶς ἡ κατὰ τὴν ἑσπέραν ταραχή. p. 177. Savil. T. 5. p. 771.

33. In dictum Apostoli, *Non quod volo facio, sed quod nolo, hoc ago*, et quomodo Jacob typus Christi, etc. Init. Ἐπαινῶ μὲν ὑμῶν τὸν πόθον, καὶ θαυμάζω, etc. p. 188. Savil. T. 5. p. 789.

34. In principium indictionis. Init. Θαυμασταὶ τῶν ὀρθοδόξων αἱ πανηγύρεις, φαιδραί. p. 198. Savil. T. 5. p. 815.

35. In venerandam Crucem. Init. Σταυροῦ πρόκειται σήμερον ἑορτή, χορός. p. 200. Savil. T. 5. p. 819.

36. In exaltationem venerandæ Crucis. Init. Πᾶσα μὲν ἡ ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβολή. p. 204. Savil. T. 5. p. 823.

37. In sanctum apostolum Thomam. Init. Ἧκω τὸ χρέος ἀποδώσων ὑμῖν, ὦ φίλοι, χρέος. p. 207. Savil. T. 5. p. 837.

38. In incarnationem Domini nostri, et quod singulis climatibus angeli præsint. Init. Ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ, καὶ συνεξέλαμψεν. p. 213. Savil. T. 5. p. 851.

39. In S. Stephanum primum martyrem. Init. Πάντες μὲν οἱ μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι, καὶ θαυμάζεται. p. 227. Savil. T. 5. p. 871.

40. In mediam hebdomadam jejuniorum. Init. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ χαρισάμενος τοῖς ἀγωνισταῖς τῆς νηστείας. p. 229. Savil. T. 5. p. 876.

41. In ramos palmarum. Init. Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ θαύματα Κυρίου βαδίσωμεν. p. 231. Savil. T. 5. p. 882.

42. In sanctam Virginem et Deiparam. Init. Πᾶσαι μὲν αἱ μαρτυρικαὶ πανηγύρεις θαυμασταί. p. 236. Savil. T. 5. p. 887.

43. Contra hæreticos et in sanctam Deiparam. Init. Πάλιν τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διασπῶν τὰς σειράς. p. 238. Savil. T. 5. p. 889.

44. In proditionem Servatoris, et in lotionem pedum. Init. Ἐβουλόμην εἰς τέλος διανύσαι τοῦ σταυροῦ τὰ θεωρήματα p. 242. Savil. T. 5. p. 893.

45. In latronem et in proditionem Servatoris. Init. Ὢ πόση δύναμις τῆς ἡμετέρας πίστεως ! ὢ πόσον. p. 247. Savil. T. 5. p. 910.

46. Sermo catecheticus in S. Pascha. Init. Εἴ τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, ἀπολαυέτω τῆς καλῆς ταύτης. p. 250. Savil. T. 5. p. 916.

47. In S. Pascha I. Init. Πάσχα μὲν γῆθεν ἑορτάζουσιν Ἰουδαῖοι τὸ οὐράνιον. p. 251. Savil. T. 5. p. 917.

48. In S. Pascha II. Init. Τὸ τῶν νομικῶν τύπων εὔλογον, ἐπὶ τῆς ἀληθείας. p. 254. Savil. T. 5. p. 920.

49. In S. Pascha III. Init. Τὴν μὲν ἁγιότητα Χριστοῦ, τὸ θῦμα τοῦ πάσχα. p. 257. Savil. T. 5. p. 923.

50. In S. Pascha IV Init. Πάσχα μὲν ἑορτάζουσιν Ἰουδαῖοι, τῆς ἐξ Αἰγύπτου σωτηρίας ἀνάμνησιν. p. 259. Savil. T. 5. p. 925.

51. In S. Pascha V. Init. Ἐν Ἰουδαίᾳ οἱ τύποι, παρ' ἡμῖν δὲ ἡ ἀλήθεια. p. 261. Savil. T. 5. p. 927.

52. In S. Pascha VI. Init. Ἰσραὴλ μὲν ἤδη φωτὸς ὑπεραυγοῦσι Χριστοῦ ἀκτῖνες. p. 264. Savil. T. 5. p. 930.

53. In S. Pascha VII. Init. Χθὲς ἡμῖν, ἀδελφοὶ, περὶ τῆς προθεσμίας τοῦ ἁγίου. p. 275. Savil. T. 5. p. 940.

54. In synaxin archangelorum. Init. Ἀγγέλους ἐγκωμιάζειν χρή· καὶ γάρ. p. 285. Savil. T. 5. p. 997.

55. De pœnitentia, et in Herodem, et in Joannem Baptistam. Init. Φέρε δὲ καὶ τῶν ὑμετέρων κρότων τὴν ὑμετέραν προτιμήσωμεν. p. 287. Savil. T. 6. p. 804. Edita item a Combefisio et postea a Benzelio.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM

Hanc homiliam sic jure notavit Savilius in Notis Tom. VIII, p. 869 : *Cum Græculus quispiam ineptus et indoctus orationem cum hujusmodi principio a Joanne nostro habitam esse apud Ecclesiasticæ scriptores Historiæ reperisset, affinxit homo impudentissimus humano capiti corpus plane belluinum, nobisque pro vero hunc spurium et falsissimum fetum supposuit, vix lectione, nedum emendatione dignum.* Illi porro Ecclesiastici scriptores, qui initium homiliæ Chrysostomi attulerunt, sunt Socrates libro VI, cap. 18, et Sozomenus libro VIII, cap. 20, qui ambo ipsissima verba referunt, nullo pene discrimine, queis hic, quisquis sit, Græculus orsus est. Hanc certe homiliam quovis sagaci homine, multoque magis Chrysostomo indignam censent quotquot ea de re sententiam tulerunt. Sic orsus ineptus scriptor improbas mulieres bene multas recenset, hincque transit ad probas et sanctas quæ in Veteri Testamento feruntur, et sic concionem claudit.

[1] ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΠΟΤΟΜΗΝ ΤΟΥ ΠΡΟΔΡΟΜΟΥ ΚΑΙ ΒΑΠΤΙΣΤΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ,

Καὶ εἰς τὴν Ἡρωδιάδα.

Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται, πάλιν ταράττεται, πάλιν ὀρχεῖται, πάλιν ἐπιζητεῖ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἀνόμως ὑπὸ Ἡρώδου ἀποτμηθῆναι. Πάλιν Ἰεζάβελ περιέρχεται ζητοῦσα τοῦ Ναβουθαὶ τὸν ἀμπελῶνα ἁρπάσαι [a], καὶ τὸν ἅγιον Ἠλίαν καταδιῶξαι ἐπὶ τὰ ὄρη. Οἶμαι δὲ μὴ μόνον ἐμὲ εἰς ἔκστασιν τυγχάνειν, ἀλλὰ καὶ πάντας ὑμᾶς τοὺς ἀκούοντας τῆς τοῦ Εὐαγγελίου φωνῆς, καὶ θαυμάζειν σὺν ἐμοὶ τὴν μὲν Ἰωάννου παῤῥησίαν, τὴν δὲ Ἡρώδου κουφότητα, καὶ τὴν τῶν ἀθέων γυναικῶν θηριώδη μανίαν. Τί γὰρ ἠκούομεν; Ὁ γὰρ Ἡρώδης κρατήσας τὸν Ἰωάννην, ἔθετο ἐν φυλακῇ. Διὰ τί; Διὰ Ἡρωδιάδα γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Καὶ ψέξειεν ἄν τις τὴν Ἡρώδου κουφότητα ὑπὸ δυστήνων γυναικῶν παραχθεῖσαν [b]. Τί δ' ἄν τις εἴποι, ἢ πῶς τις ἐκφράσειε τὴν τῶν γυναικῶν ἐκείνων ἀκόλαστον πονηρίαν; Ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μηδὲν εἶναι ἐν κόσμῳ θηρίον ἐφάμιλλον γυναικὸς πονηρᾶς. Ἀλλὰ νῦν ἐμοὶ περὶ πονηρᾶς ὁ λόγος, οὐ περὶ ἀγαθῆς καὶ σώφρονος. Οἶδα γὰρ [2] πολλὰς εὐσχήμονας καὶ ἀγαθὰς, ὧν με δεῖ μνημονεῦσαι τὸν βίον πρὸς οἰκοδομὴν καὶ ἔρωτα τῶν καλῶν. Οὐδὲν τοίνυν θηρίον ἐν κόσμῳ ἐφάμιλλον γυναικὸς πονηρᾶς. Τί λέοντος δεινότερον ἐν τετραπόδοις; Ἀλλ' οὐδέν. Τί δὲ ὠμότερον δράκοντος ἐν ἑρπετοῖς; Ἀλλ' οὐδέν. Πλὴν καὶ λέων καὶ δράκων ἐν τῷ κακῷ ἐλάττω τυγχάνουσι. Καὶ μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ ὁ σοφώτατος Σολομὼν, λέγων· *Συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι εὐδόκησα* [c], *ἢ μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς καὶ γλωσσώδους.* Καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς τὸν προφήτην εἰρωνείᾳ εἰρηκέναι, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων κατάμαθε ἀκριβῶς. Τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ οἱ λέοντες ᾐδέσθησαν, τὸν δὲ δίκαιον Ναβουθαὶ Ἰεζάβελ ἐφόνευσε· τὸ κῆτος τὸν Ἰωνᾶν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐφύλαξε, Δαλιλὰ δὲ τὸν Σαμψὼν ξυρήσασα καὶ δήσασα, τοῖς ἀλλοφύλοις παρέδωκε· δράκοντες καὶ ἀσπίδες καὶ κεράσται τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐτρόμασαν, Ἡρωδιὰς δὲ αὐτὸν ἐν ἀρίστῳ ἀπέτεμεν· οἱ κόρακες τὸν Ἠλίαν ἐν τῷ ὄρει διέθρεψαν, Ἰεζάβελ δὲ αὐτὸν μετὰ τὴν εὐεργεσίαν τοῦ ὑετοῦ πρὸς φόνον ἐδίωκε. Τί γὰρ ἔλεγεν; Εἰ σὺ Ἠλιοὺ, καὶ ἐγὼ Ἰεζάβελ· *Τάδε ποιήσαισάν μοι οἱ θεοὶ, καὶ τάδε προσθείησαν, εἰ μὴ αὔριον ταύτῃ τῇ ὥρᾳ θήσομαι τὴν ψυχήν σου ὡς ἑνὸς τῶν τεθνηκότων.* Καὶ ἐφοβήθη Ἠλίας, καὶ ἐπορεύθη κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον ὁδὸν ἡμερῶν τεσσαρά-

[a] Alius διαρπάσαι. Hanc et sequentes varias lectiones posuit Savil. in margine. [b] Alii σπαραχθεῖσαν.

[c] Alii εὐδόκησας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

AD HOMILIAM SEQUENTEM.

Cæterum non sat accurate rem tractavit, qui dixit homiliam hanc a recenti quodam Græco concinnatam fuisse. Siquidem Anastasius Sinaïta, sexti sæculi scriptor, Quæstione in Scripturam *LIX*, cui titulus, Cur dicit apostolus, *Mulieri docere non permitto?* magnam hujus homiliæ partem Chrysostomi nomine ad verbum refert ab his orsus verbis : *Nulla fera potest comparari cum muliere mala et verbosa. Quid enim est leone terribilius*, etc.; et in hæc verba desinit : *Qui ergo habet malam mulierem, sciat se jam recipere mercedem iniquitatis; dicit enim Sapiens : Mulier mala dabitur viro peccatori.* Quodque mireris, eadem ipsa, nec plura nec pauciora, ad verbum habentur in opusculo 49 S. Ephræmi, cui titulus, *Contra improbas mulieres*, sine alio discrimine quam quod interpretum diversitas intulerit. Unde colligatur ineptum scriptorem ex S. Ephræmo hoc assumentum mutuatum esse. Interpretationem Latinam priorem παραφραστικῶς adornatam rejecimus, novamque paravimus.

IN DECOLLATIONEM PRÆCURSORIS ET BAPTISTÆ JOANNIS,

Et in Herodiadem.

1. Rursus Herodias insanit, rursus turbas movet, rursus saltat, rursus injuste caput Joannis Baptistæ ab Herode amputari cupit. Rursus Jezabel circuit, quærens Nabuthæ vineam eripere, et sanctum Heliam in montibus persequi. Puto autem non me solum in stuporem conjici, sed etiam vos omnes qui vocem evangelii auditis, et mecum mirari Joannis loquendi libertatem, Herodis levitatem, impiarumque mulierum furiosam insaniam. Quid enim audivimus? Herodes apprehensum Joannem posuit in carcere (*Matth.* 14. 3). Quare? Propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Et jure vituperes Herodis a miserrimis mulieribus eo inducti levitatem. Quid vero dicas, et quomodo enarres mulierum illarum ingentem nequitiam? Mihi quidem videtur nullam in mundo esse feram malæ mulieri comparabilem. Mihi certe nunc de mala, non de proba et honesta muliere sermo habetur. Scio namque multas esse bonas et honestas mulieres, quarum vitam recensere mihi operæ pretium fuerit ad ædificationem, et ad bonorum excitandum amorem. Nulla itaque fera in mundo est malæ mulieri comparabilis. Quid in quadrupedibus leone ferocius? Nihil. Quid in serpentibus dracone sævius? Nihil. Attamen et leo et draco malæ mulieri hac in re cedunt. Testis mihi est sapientissimus Salomon dicens: *Cohabitare cum leone et dracone placet magis, quam cum muliere mala et linguosa* (*Eccl.* 25. 23). Et ne putes prophetam per ironiam hæc dixisse, ex ipsis rebus id ediscas. Danielem in lacu leones reveriti sunt, justum vero Nabuthe Jezabel occidit : cetus Jonam in ventre servavit; Dalida vero Samsonem deprehensum et ligatum alienigenis tradidit : dracones, aspides et cerastæ Joannem in deserto tremuerunt; Herodias vero ipsi in prandio caput abscidit; corvi

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

in monte Heliam aluerunt; Jezabel vero ipsum post pluviæ præstitum beneficium ad necem persequebatur. Quid enim dicebat? Si tu Helias, ego Jezabel : *Hæc mihi faciant dii, et hæc addant, si non crastina die hac hora ponam animam tuam sicut unius eorum qui interfecti sunt* (3. *Reg.* 19. 2). Et timuit Helias, et abiit pro anima sua, et perrexit in desertum per viam quadraginta dierum. Et venit sub Rathmen, et petiit animæ suæ ut moreretur, dixitque : *Domine Deus, sufficiat mihi nunc, accipe animam meam a me, quia non sum ego melior patribus meis* (*Ibid. v.* 4). Hei mihi! Helias propheta mulierem timuit? qui pluviam orbis in lingua gestabat, qui ignem de cælo eduxit, et precatione sua mortuos suscitavit, timuit mulierem? Etiam timuit. Nulla enim nequitia cum muliere mala comparari potest. Attestatur huic verbo meo Sapientia quæ dicit, *Non est caput super caput serpentis, et non est malitia super malitiam mulieris* (*Eccli.* 25. 22. 23). O malum et acutissimum diaboli telum! Per mulierem ab initio Adamum in paradiso confodit : per mulierem mitissimum Davidem ad Uriam dolo occidendum impulit : per mulierem sapientissimum Salomonem ad prævaricationem deduxit : per mulierem fortissimum Samsonem rasum excæcavit : per mulierem filios Heli sacerdotis prostravit : per mulierem nobilissimum Joseph in carcere vinctum conclusit : per mulierem Joannis orbis lucernæ caput abscidit. Ecquid de hominibus loquor? Per mulierem angelos de cælo dejicit : per mulierem omnes jugulat, omnes inhonorat, omnes contumelia afficit, impudens quippe mulier nemini parcit : non Levitam honorat, non sacerdotem, non prophetam reveretur. O malum omni malo pejus mulier mala! Si inops sit, malitia ditatur; si facultates habeat malitiæ cooperantes, duplex est malum, intolerabile animal, incurabilis morbus, immanis fera. Novi ergo aspides blanditiis cicures factas, et leones, tigres, pardos tractabiles redditos : mala vero mulier si injuria afficiatur, furit; si demulceatur, extollitur. Si principis uxor sit, nocte dieque virum ad necem dolo inferendam excitat, ut Herodias Herodem : si pauperem virum habeat, ad rixas et pugnas ipsum concitat : si vidua sit, ipsa sola omnes dedecore afficit. Lingua namque ejus timore Domini non frenatur; non futurum respicit judicium, non Deum ipsum; non amicitiæ leges servare novit. Pro nihilo habet mala mulier virum suum morti tradere. Certe justum Jobum uxor sua blasphemiæ morti tradebat dicens : Dic verbum quoddam contra Dominum, et morere (*Job.* 2. 9). O malam naturam! o scelestum animum! Non miserata viri sui viscera pustulis ceu carbonibus ardentibus tumida, et adusta, carnesque totas vermibus scatentes : non ad commiserationem versa est, videns illum totum obvolutum, infirmum, in agone certantem, et crebro anhelitu, hianti ore hæc sustinentem; non flexa est ad misericordiam, videns illum qui olim cum regia purpura incedebat, tunc in fimo nudum jacentem : non recordata est veteris consuetudinis, neque quanta per ipsum gloria, quantis bonis floruisset. Sed quid? Dic verbum contra Dominum, et morere. O gratiam uxoris! o malagma doloribus mitigandis! o conjugalis amicitiæ legem! Num aliquando tibi ægrotæ quid simile dixit? annon precibus et curis morbum tuum curavit? annon satis erat illi hæc temporanea castigatio, ut tu illum in æternum supplicium ob blasphemiam conjicias? an ignoras illud, *Omnis blasphemia et peccatum remittetur hominibus; blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro* (*Matth.* 12. 31)? Vis aliam quoque videre huic malitiæ parem? Dalidam intuere. Nam et illa fortissimum Samsonem abrasum et vinctum alienigenis tradidit (*Jud.* 16); virum nempe suum, ejusdem lecti consortem, quem fovebat, cui adulabatur, quem seipsa cariorem habere simulabat; quem hesterno die diligebat, hodie decipiebat; quem hesterno die diligendo fovebat, hodie decipiendo tumulabat. Sed non formosus erat? Ecquis illo tempore formosior, qui septem cincinnos capite gestabat, septiformis gratiæ imaginem? Sed fortis non erat? Et quis illo fortior, qui leonem terribilem in via solus suffocavit, et una asini maxilla alienigenas mille prostravit? Sed sanctus non erat? Usque adeo sanctus erat, ut cum sitiret aliquando ex aquæ penuria, precibus impetraret, ut aqua ex ipsa maxilla, quam tenebat, scaturiente, sitim sedaret. Et tamen uxor ipsa tam formosum, tam fortem, tam sanctum, quasi inimicum alienigenis tradidit. Et undenam mulier tam strenuum superare potuit? Ex ipsa viri bonitate. Nam cum arcanam fortitudinis ejus causam noctu abstulisset, nudum illum vinculis prævalidis domuit. Ideo hoc tibi Sapientia [1] præcipit : A conjuge tua custodi te, ne quid ei committas (*Mich.* 7. 5). Quæ fera, quæso, contra masculum suum tale quidpiam molita est? quæ draæna masculum suum vult perdere? quæ læna marem suum ad necem tradit? Viden' quam apposite Sapientia dixerit : *Non est caput super caput serpentis, et non est malitia super malitiam mulieris* (*Eccli.* 25. 22. 23)? In summa, qui uxorem habet malam, sciat se jam iniquitatum suarum mercedem retulisse. Id non caret testimonio : audi Sapientiam dicentem : Mulier mala viro iniquo dabitur pro operibus malis. Verum de muliere mala hæc satis sunto.

2. Operæ pretium autem jam nobis fuerit de mulieribus bonis sermonem habere, maxime propter eas quæ adsunt. Bonæ namque bonarum virtutes quasi sibi proprias respiciunt, illarumque labores suas esse coronas arbitrantur. Bona et hospitalis mulier erat beata Sunamitis, quæ virum hortata, domunculam Elisæo construxit, ut eo divertens ibi libere quiesceret (4. *Reg.* 4); ipsique lectum lucernam et mensam apposuit : lectum non indumentis vacuum, sed qui calcitras prophetæ competentes haberet : lucernam non sine ellychnio, sed et cum oleo ignem fovente : mensam non sine panibus, sed cibis instructam. Quid vero dixeris de beata illa vidua, quæ Heliam prophetam suscepit? quam nihil impedivit pauperies ob bonæ voluntatis divitias (3. *Reg.* 17)? cui nullum erat frumentum, vinum, aut pulmentum, nulla terrestris alimonia ad paupertatis consolationem : non ager frumento satus panem suppeditabat, non vinea suaves uvas ministrabat, non arbor dulcissimos fructus proferebat. Quomodo enim habuisset, cui ne ad palmæ quidem spatium locus arabilis erat, nec vel cubitale solum ad vitem inserendam; sed messis tempore semper in agris incurvata decidentes a messoribus spicas manu legebat, et sic ad anni decurrentis spatium alimentum recondebat? Hanc adiit Helias in tempore famis, quando pluvia nulla decidente tota arnerat terra; quando cælum igneum, aer æneus erat, et nubes detinebantur; quando nulla herba, flos nullus, nullum fruticum germen, non aura roscida, non spica virens fluctuabat, et fontium ubera æstus constringebat : mare salsuginem auxerat, non influente aqua dulci, et repressis imbribus. Tunc Helias nopem illam viduam adiit. Scitis quanta patiatur vidua vel ubertatis tempore. Missis divitibus qui pane abunde fruebantur, descendens de monte propheta illam adiit. Cur is qui solo verbo ignem de cælo eduxit, panes sibi non eduxit? annon poterat? Certe poterat; sed id non fecit. Quare? Ne viduam hospitalitatis fructibus privaret. Alioquin autem pugillum farinæ et paululum olei, benedictione sua auget. Non enim tam ad suum quam ad inopis viduæ alimentum properabat propheta, ut ostenderet bonum ejus et occultum animi propositum. Hoc facit Deus, qui potest sanctos omnes, qui in mundo sunt, alere : donum retinet, ut bona cordis proposita, hospitalitatis tempore, ex fructibus discernat. Cum autem non adsunt qui possint illos suscipere fructus, aut per aves alit, ut Heliam in monte; aut per prophetam e longinquo transmissum, ut Danielem in lacu; aut per

[1] Alias legitur, *propheta*, pro, *Sapientia*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κοντα. Καὶ ἦλθεν ὑπὸ Ῥαθμὲν [a], καὶ ᾐτήσατο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀποθανεῖν, καὶ εἶπε· *Κύριε ὁ Θεὸς, ἱκανούσθω μοι νῦν, λάβε τὴν ψυχήν μου ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐ κρείσσων ἐγὼ ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου.* Οἴμοι! ὁ προφήτης Ἠλίας ἐφοβήθη γυναῖκα; ὁ τὸν ὑετὸν τῆς οἰκουμένης ἐν τῇ γλώττῃ βαστάζων, ὁ πῦρ οὐρανόθεν κατενέγκας [b], καὶ δι' εὐχῆς νεκροὺς ἐγείρας, ἐφοβήθη γυναῖκα; Ναὶ, ἐφοβήθη. Οὐδεμία γὰρ κακία συγκρίνεται γυναικὶ πονηρᾷ. Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ ἡ Σοφία λέγουσα [c], ὅτι *Οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, καὶ οὐκ ἔστι κακία ὑπὲρ κακίαν γυναικός.* Ὦ τὸ κακὸν τοῦ διαβόλου καὶ ὀξύτατον ὅπλον! διὰ γυναικὸς ἐξ ἀρχῆς τὸν Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ κατέτρωσε· διὰ γυναικὸς τὸν πραότατον Δαυῒδ πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου δολοφονίαν ἐξέμηνε· διὰ γυναικὸς τὸν σοφώτατον Σολομῶντα πρὸς παράβασιν κατέστρωσε· διὰ γυναικὸς τὸν ἀνδρειότατον Σαμψῶνα ξυρήσας ἐτύφλωσε· διὰ γυναικὸς τοὺς υἱοὺς Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως ἠδάφισε· διὰ γυναικὸς τὸν εὐγενέστατον Ἰωσὴφ ἐν φυλακῇ δεσμεύσας κατέκλεισε· διὰ γυναικὸς τὸν παντὸς κόσμου λύχνον Ἰωάννην ἀπέτεμε [d]. Τί δὲ λέγω περὶ ἀνθρώπων; Διὰ γυναικὸς τοὺς ἀγγέλους οὐρανόθεν κατέβαλε· διὰ γυναικὸς πάντας κατασφάζει, πάντας φονεύει, πάντας ἀτιμάζει, πάντας ὑβρίζει. Γυνὴ γὰρ ἀναιδὴς οὐδενὸς φείδεται· οὐ Λευΐτην τιμᾷ, οὐχ ἱερέα ἐντρέπεται, οὐ προφήτην αἰδεῖται. Ὦ κακὸν κακοῦ κάκιστον γυνὴ πονηρά! Κἂν μὲν πενιχρὰ ᾖ, τῇ κακίᾳ πλουτεῖ· ἐὰν δὲ πλοῦτον ἔχῃ τῇ πονηρίᾳ συνεργοῦντα, δισσὸν τὸ κακὸν, ἀφόρητον τὸ ζῶον, ἀθεράπευτος νόσος, ἀνήμερον θηρίον [e]. Ἐγὼ οἶδα καὶ ἀσπίδας κολακευομένας ἡμεροῦσθαι, καὶ λέοντας καὶ τίγρεις καὶ παρδάλεις τιθασσευομένας πραΰνεσθαι· γυνὴ δὲ πονηρὰ καὶ ὑβριζομένη μαίνεται, καὶ κολακευομένη ἐπαίρεται. Κἂν ἔχῃ ἄνδρα ἄρχοντα, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τοῖς λόγοις αὐτὸν ἐκμοχλεύουσα πρὸς δολοφονίαν ὀξύνει, ὡς Ἡρωδιὰς τὸν Ἡρώδην· κἂν πένητα ἔχῃ ἄνδρα, πρὸς ὀργὰς καὶ μάχας αὐτὸν διεγείρει· κἂν χήρα τυγχάνῃ, αὐτὴ δι' ἑαυτῆς τοὺς πάντας ἀτιμάζει. Φόβῳ γὰρ Κυρίου οὐ χαλινοῦται τὴν γλῶτταν, οὐκ εἰς τὸ μέλλον κριτήριον ἀποβλέπει, οὐκ εἰς Θεὸν ἀναβλέπει, οὐ φιλίας οἶδε θεσμοὺς φυλάττειν. Οὐδέν ἐστι γυναικὶ πονηρᾷ τὸν ἴδιον ἄνδρα παραδοῦναι εἰς θάνατον. Ἀμέλει γοῦν τὸν δίκαιον Ἰὼβ ἡ ἰδία γυνὴ πρὸς θάνατον τῆς βλασφημίας παρεδίδω, λέγουσα· Εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον [f], καὶ τελεύτα. Ὦ φύσεως πονηρᾶς! ὦ προαιρέσεως ἀνοσίας! Οὐκ ἠλέησεν ὁρῶσα τοῦ ἰδίου [3] ἀνδρὸς τὰ σπλάγχνα ὑπὸ τῶν ἀναζεουσῶν φλυκταινῶν, ὥσπερ ὑπὸ ἀνθράκων σπινθηροβόλων καιόμενα, καὶ ὅλας τὰς σάρκας τοῖς σκώληξι συνειλημμένας [g]· οὐκ ἐκάμφθη πρὸς οἶκτον, ὁρῶσα αὐτὸν ὅλον δι' ὅλου ἑλισσόμενον, καὶ κάμνοντα καὶ ἀγωνιῶντα, καὶ συνεχῆ ἄσθματα μετὰ πόνου κεχηνότι τῷ στόματι φέροντα. Οὐκ ἐμειλίχθη πρὸς εὐσπλαγχνίαν ὁρῶσα τόν ποτε ἐν βασιλικῇ πορφυρίδι προσιόντα, τότε ἐπὶ κοπρίας κείμενον γεγυμνωμένον τῷ σώματι· οὐκ ἐμνημόνευσε τῆς πρὸς αὐτὸν ἀρχαίας συνηθείας, οὐδ' ὅσα δι' αὐτὸν ἐπίδοξα καὶ καλὰ ἤνθησεν αὕτη. Ἀλλὰ τί; Εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα. Ὦ χάρις γυναικός! ὦ μάλαγμα ὀδύνων προμαλακτήριον! ὦ φιλίας ὁμοζύγου θεσμός! Ἆρα σοῦ ποτε ἀῤῥωστούσης τοιοῦτον ἐφθέγξατο ῥῆμα, καὶ οὐχὶ εὐχαῖς καὶ εὐποιίαις τὴν νόσον σου ἀπέσμηξεν; οὐκ ἤρκει γὰρ αὐτῷ ἡ πρόσκαιρος παιδεία, ἀλλὰ καὶ αἰώνιον αὐτῷ προξενεῖς τὴν κόλασιν [h] διὰ τῆς βλασφημίας; ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι *Πᾶσα βλασφημία καὶ ἁμαρτία ἀφεθήσεται ἀνθρώποις· ἡ δὲ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου βλασφημία, οὐκ ἀφεθήσεται οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι;* Θέλεις ἰδεῖν καὶ ἄλλην τῆς πονηρίας ταύτης ὁμόζυγον; Ἴδε μοι τὴν Δαλιλάν. Καὶ γὰρ ἐκείνη τὸν ἀνδρειότατον Σαμψῶνα ξυρήσασα καὶ δήσασα, τοῖς ἀλλοφύλοις παρέδωκε, τὸν ἴδιον ἄνδρα, τὸν ἴδιον σύνευνον, ὃν ἔθαλπεν, ὃν ἐθώπευεν, ὃν ἐκολάκευεν, ὃν ὑπὲρ ἑαυτὴν ἀγαπᾷν ὑπεκρίνατο· ὃν χθὲς ἠγάπα, σήμερον ἠπάτα· ὃν χθὲς ἔθαλπεν ἀγαπῶσα, σήμερον ἔθαπτεν ἀπατῶσα. Καὶ μὴν οὐκ ἦν ὡραῖος; Καὶ τίς αὐτοῦ ὡραιότερος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὃς ἑπτὰ βοστρύχους ἐπὶ κεφαλῆς ἔφερε, τῆς ἑπταφώτου χάριτος τὴν εἰκόνα βαστάζων; Καὶ μὴν οὐκ ἦν ἀνδρεῖος; Καὶ τίς αὐτοῦ ἀνδρειότερος, ὅς γε λέοντα φοβερὸν ἐν ὁδῷ μόνος ἀπέπνιξε, καὶ ἐν μιᾷ σιαγόνι ὄνου χιλίους [i] ἀλλοφύλους κατέστρωσεν; Ἀλλὰ καὶ οὐχ ἅγιος ἦν; Τοσοῦτον ἦν ἅγιος, ὡς διψήσαντα αὐτόν ποτε ἐν σπάνει ὕδατος εὔξασθαι, καὶ ἐκ τῆς κατεχομένης ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ σιαγόνος νεκρᾶς ὕδωρ πηγάσαι, κἀκεῖθεν τὸ ἴαμα τῆς δίψης ἀρύσασθαι. Καὶ τὸν οὕτως ὡραῖον, τὸν οὕτως ἀνδρεῖον, τὸν οὕτως ἅγιον, ἡ ἰδία γυνὴ, ὡς πολέμιον δήσασα, τοῖς ἀλλοφύλοις παρέδωκε. Καὶ πόθεν ἄρα γυνὴ τοῦ οὕτως ἀνδρείου κατίσχυσεν; Ἐκ τῆς οἰκείας τοῦ ἀνδρὸς ἀγαθότητος. Τὸ γὰρ μυστήριον αὐτοῦ τῆς ἰσχύος νύκτωρ ἀποσυλήσασα, γυμνὸν αὐτὸν ἱμᾶσιν ἰσχυροῖς κατέστρεψε. Διὰ τοῦτο παραγγέλλει σοι ἡ Σοφία [j]· Ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φυλάσσου τοῦ ἀναθέσθαι τι αὐτῇ. Ποῖον, εἰπέ μοι, θηρίον κατὰ τοῦ ἰδίου ἄῤῥενος τοιαῦτα ἐμελέτησε πώποτε; τίς δράκαινα τὸν ἴδιον ὁμόζυγον ἀπολέσθαι θέλει; ποία δὲ λέαινα τὸν ἴδιον ἄῤῥενα πρὸς σφαγὴν παραδίδωσιν; Ὁρᾷς ὅτι ἐπιτετευγμένως εἶπεν ἡ Σοφία, ὅτι *Οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως, καὶ οὐκ ἔστι κακία ὑπὲρ κακίαν γυναικός;* Καὶ ἁπαξαπλῶς, ὁ ἔχων γυναῖκα πονηρὰν, γινωσκέτω ἤδη τοὺς τῶν ἀνομιῶν αὐτοῦ κεκομίσθαι μισθούς. Οὐκ ἁμάρτυρος ὁ λόγος· ἄκουε τῆς Σοφίας λεγούσης· Γυνὴ πονηρὰ ἀνδρὶ ἀνόμῳ δοθήσεται ἀντὶ ἔργων πονηρῶν. Ἀλλὰ περὶ πονηρᾶς γυναικὸς ὁ λόγος ἄχρι τούτου ἐχέτω ὅρον [k].

β'. Δεῖ δὲ ἡμᾶς μνημονεῦσαι καὶ τὰς ἀγαθὰς μάλιστα διὰ τὰς παρούσας. Αἱ γὰρ ἀγαθαὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀρετὰς ὡς ἰδίας ὁρῶσι, καὶ τοὺς ἐκείνων πόνους ὡς ἰδίους στεφάνους εἶναι λογίζονται. Γυνὴ ἀγαθὴ καὶ φιλόξενος ἦν ἡ μακαρία Σουναμῖτις, ἥτις τὸν ἄνδρα παρακαλέσασα, δωμάτιον ᾠκοδόμησε τῷ Ἐλισσαίῳ, ἵνα διερχόμενος ἀκωλύτως ἔχῃ τὴν ἀνάπαυσιν, τεθεικυῖα αὐτῷ κλίνην καὶ λυχνίαν καὶ τράπεζαν· κλίνην οὐ κενὴν ἱματίων, ἀλλ' ἔχουσαν πρέποντα τῷ προφήτῃ τὰ στρώματα· λυχνίαν οὐκ ἄνευ λύχνου, ἀλλὰ σὺν τῷ ἄρδοντι ἐλαίῳ τὸ φῶς· τράπεζαν οὐκ ἔρημον ἄρτων, ἀλλ' ἔγκαρπον ἐδεσμάτων. Τί δ' ἄν τις εἴπῃ περὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης χήρας τῆς τὸν προφήτην Ἠλίαν ὑποδεξαμένης; ᾗ οὐδὲν ἐνεπόδιζεν [4] ἡ πενία τῶν χρημάτων, διὰ τὸ πλούσιον τῆς προαιρέσεως; ᾗ οὐ παρῆν οὐ σῖτος, οὐκ οἶνος, οὐ προσέψημα, οὐκ ἄλλο τι τῶν γεηρῶν πρὸς τὴν τῆς πενίας παραμυθίαν. Οὐ χώρα αὐτῇ σιτοφόρος σπέρμα ἄρτου προσέφερεν· οὐκ ἄμπελος αὐτῇ γλυκόῤῥυτον βότρυν ἐγεώργει· οὐ δένδρον αὐτῇ ὀπώρας καρπὸν ἥδιστον προσέφερε [l]. Πῶς γὰρ, ᾗ οὔτε σπιθαμὴ γῆς ἀροσίμου τόπος ὑπῆρχεν, οὔτε πηχυαῖον ἔδαφος πρὸς ἀμπέλου φυτείαν; ἀλλ' ἀεὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θέρους ἐν ταῖς ἀρούραις κυρτοβατοῦσα, τοὺς ἀποπίπτοντας τῶν δρεπανιστῶν παλάμαις ἀστάχυας ἐρανιζομένη, συμμεμετρημένην τῷ ἐνιαυσιαίῳ κύκλῳ τοῦ χρόνου τὴν τροφὴν ἀπετίθετο. Πρὸς ταύτην ἀπῆλθεν Ἠλίας ἐν τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ, ὅτε πᾶσα ἡ γῆ ἐκ τῆς ἀβροχίας σχεδὸν διεθρύπτετο· ὅτε οὐρανὸς ἐπεπύρωτο, καὶ ὁ ἀὴρ ἐχαλκοῦτο, καὶ αἱ νεφέλαι ἐχαλινοῦντο· ὅτε οὐ βοτάνη, οὐκ ἄνθος, οὐκ ἀκροδρύων βλαστὸς, οὐκ αὔρα ἔνδροσος, οὐ στάχυος ἀκμὴ ἐσαλεύετο [m]· ὅτε ποταμοὶ ἐλεπτύνθησαν, καὶ πηγαὶ τοὺς μαζοὺς τῶν ὑδάτων τῷ καύσωνι ἔσφιγξαν, καὶ θάλασσα ἐξηλμίσθη, μὴ ἐπεισερχομένων αὐτῇ γλυκέων ὑδάτων καὶ ὄμβρων ἀνασταλέντων. Τότε ἀπῆλθεν Ἠλίας πρὸς τὴν πενιχρὰν καὶ τὴν χήραν. Οἷα δὲ πάσχει χήρα καὶ ἐν καιρῷ εὐθηνίας, οἴδατε. Καὶ ἀφῆκε τοὺς πλουσίους ὁ προφήτης, τοὺς ἔχοντας δαψιλῶς ἄρτους, καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἦλθε πρὸς αὐτήν. Διὰ τί γὰρ μᾶλλον ὁ πῦρ οὐρανόθεν ῥήμασι κατενέγκας, ἄρτους ἑαυτῷ οὐ κατήνεγκε; μὴ οὐκ ἠδύνατο; Ναὶ, ἠδύνατο· ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησε. Διὰ τί; Ἵνα μὴ τῆς φιλοξενίας τοὺς καρποὺς στερήσῃ τὴν χήραν· ἄλλως δὲ καὶ τὴν δράκα τοῦ ἀλεύρου καὶ τὸ ὀλιγοστὸν ἔλαιον διὰ τῆς εὐλογίας [n] πληθύνει. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ἀπῆλθεν ὁ προφήτης τραφῆναι, ὅσον θρέψαι τὴν πενιχρὰν, καὶ ἐλέγξαι κρυπτομένην καρδίαν καὶ εὐπροαίρετον. Τοῦτο ποιεῖ ὁ Θεὸς δυνάμενος πάντας τοὺς ἁγίους, τοὺς ὄντας ἐν [o] κόσμῳ, δι' ἑαυτοῦ θρέψαι· ἐπέχει τὴν δόσιν, ἵνα τὰς εὐπροαιρέτους καρδίας ἐν τῷ τῆς φι-

[a] Alii Ῥαμέθ. Aliam quoque lectionem affert in margine Savilius, καὶ ῥαθυμήσας ᾐτήσατο. [b] Savil. in margine οὐρανόθεν ῥήματι κατενέγκας. [c] Alii ὁ σοφὸς λέγων. [d] Alii ἀπέκτεινε. [e] Alii ἀθεράπευτον τὸ θηρίον. [f] Alii Εἰς Κύριον. Ibid. alii ὦ φύσεως μοχθηρᾶς. [g] Alii καὶ πάσας αὐτοῦ τὰς σάρκας τοῖς σκώληξι συνελισσομένας. [h] Alii προσφέρεις τιμωρίαν.

[i] Alii μυρίους. [j] Alii σοι ὁ προφήτης. [k] Alii ἀλλὰ τὰ περὶ γυναικῶν πονηρῶν μέχρι τούτου ἐχέτω τὸν ὅρον. [l] Alii προσεκόμιζε. [m] Alii οὐκ ἀσταχύων ἀράχνην ἐσάλευσεν, et mox καύσωνι ἔσμηξαν. [n] Alii τῆς εὐχῆς. [o] Alii δυνατὸς γὰρ ὢν πάντας τοὺς ὄντας ἐν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λοξενίας καιρῷ ἀπὸ τῶν καρπῶν διακρίνῃ. Ἐπειδὰν δὲ μὴ ὦσί τινες οἱ ὀφείλοντες αὐτοὺς ὑποδέξασθαι, ἢ δι' ὀρνέων τρέφει, ὡς τὸν Ἠλίαν ἐν τῷ ὄρει, ἢ διὰ προφήτου ξένου, ὡς τὸν Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ, ἢ διὰ θαλαττίου ζώου, ὡς τὸν Ἰωνᾶν διὰ τοῦ κήτους, ἢ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τὴν τροφὴν ἐπώμβρισεν, ὡς τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν ἐρήμῳ· οὐκ ὄντων γὰρ τῶν ὀφειλόντων αὐτοὺς ὑποδέξασθαι, οὐρανόθεν τὸ μάννα ἐπώμβρισε, καὶ ἐκ πέτρας ὕδωρ ἐπήγαζεν· ὅταν δὲ ὦσιν οἱ ἅγιοι ἐν κόσμῳ συναναστρεφόμενοι τοῖς ἄλλοις, ἀναστέλλει αὐτοῦ τὴν δεξιὰν χεῖρα· κἂν ὁρᾷ αὐτοὺς θλιβομένους, ἀφίησιν, ἵνα δῷ χάριν[a] διὰ τῆς εἰς αὐτοὺς γινομένης εὐποιΐας πολλῆς τοῖς βουλομένοις τὴν σωτηρίαν καρπώσασθαι. Ἀπῆλθεν οὖν Ἠλίας πρὸς τὴν χήραν, ᾗ οὐδὲν παρῆν, εἰ μὴ δρὰξ ἀλεύρου, ὅπερ μετὰ καμάτου αὐτῇ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς ἐν τῷ καιρῷ ἀρίστου ἐπήρκει. Καὶ τί πρὸς αὐτήν; Λάβε μοι ὀλίγον ὕδωρ εἰς ἄγγος, καὶ πίομαι. Αὐτῆς δὲ πορευομένης, ἐβόησεν ὀπίσω αὐτῆς· Λήψῃ δέ μοι καὶ ψωμὸν ἄρτου ἐν τῇ χειρί σου. Ἡ δὲ, ὃ μὲν οὐκ εἶχεν, εἶπεν· ὃ δὲ εἶχεν, ὡμολόγησε. Τί γάρ; Ζῇ Κύριος, εἰ ἔσται μοι ἐγκρυφίας, ἀλλ' ἢ ὅσον δρὰξ ἀλεύρου, καὶ ὀλίγον[b] ἔλαιον ἐν τῷ καμψάκῃ. Θαυμαστὸν, ὅτι ἐν τοιαύτῃ σπάνει τροφῶν τὸ παρὸν αὐτῇ τῆς πενίας λείψανον οὐκ ἠρνήσατο. Πόσοι νῦν χρυσὸν καὶ ἄργυρον ὡς πηλὸν ἔχοντες, παρακαλούμενοι τὰς εὐεργεσίας τῶν φίλων ἀνανεύουσι, καὶ κολακευόμενοι ἀρνοῦνται τὸ ἔχειν; κἂν παρακλήσει καμφθῶσι πρὸς τὴν ἐπίδοσιν, γράμματα συντάττουσι[c] σιδήρου ἰσχυρότερα, καὶ τὴν δεχομένην χεῖρα πρῶτον τοῖς γραμματείοις δεσμεύουσιν, ἱκανοδότας καὶ μεσίτας τοῦ χρυσίου λαμβάνοντες. Ἐκείνη δὲ ἀπὸ μιᾶς φωνῆς οὐκ ἠρνήσατο τὴν δρᾶκα τοῦ ἀλεύρου. Καὶ τί πρὸς αὐτὴν ὁ προφήτης; Σπεῦσον, καὶ ποίησόν μοι ἐγκρυφίας, ἐν πρώτοις ἐμοὶ, ἐπ' ἐσχάτῳ δὲ σεαυτῇ καὶ τοῖς τέκνοις σου. Πειρασμὸς ἦν τὸ ῥῆμα τοῦ προφήτου, δοκιμὴ καρδίας, προαιρέσεως βάσανος· καὶ ἦν ὥσπερ ὑπὸ ζυγοῦ κειμένη ἡ καρδία τῆς μακαρίας ἐκείνης, καὶ δοκιμαζομένη. Ποῦ ἄρα ῥέπει; Πρὸς τὴν τῶν τέκνων ἑαυτῆς εὔνοιαν, ἢ πρὸς τὴν τοῦ προφήτου [5] φιλοξενίαν; Ἡ δὲ εἵλετο μᾶλλον αὐτὴν καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς στενοχωρῆσαι, καὶ τὸν προφήτην ὑποδέξασθαι. Ἤδει γὰρ, ὅτι *Ὁ δεχόμενος προφήτην εἰς ὄνομα προφήτου, μισθὸν προφήτου λήψεται· καὶ ὁ ποτίζων ποτήριον ψυχροῦ εἰς ὄνομα μαθητοῦ, οὐ μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ.* Τί δέ ἐστιν ὃ εἶπεν ὁ προφήτης, Σπεῦσον; ἆρά γε τοσοῦτον ἐπείνα, ὡς δεῖσθαι σπουδῆς; Οὐ πάντως, ἀλλὰ τὸ τῆς εὐποιΐας σπουδαῖον καὶ ἱλαρὸν καὶ θερμὸν, μὴ μετὰ λύπης, ἢ μετὰ ἀνάγκης· *Ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ Θεός.* Σπεῦσον καὶ ποίησον ἐν πρώτοις ἐμοὶ, ἐπ' ἐσχάτῳ δὲ σεαυτῇ καὶ τοῖς τέκνοις σου. Σπεῦσον, ὡς Ἀβραὰμ ἐν τῇ τῶν ἀγγέλων ἐπιδημίᾳ ἔσπευσεν ἐπὶ τοὺς βόας, ἐπὶ τὸν μόσχον, ἵνα λάβῃ τὸν ἁμνόν· καὶ ὡς Σάρρα ἔσπευσεν ἐπὶ τοὺς ἐγκρυφίας, ἵνα λάβῃ τὸν ἐν οὐρανοῖς κρυπτόμενον ἄρτον. Σπεῦσον, καὶ ποίησον ὡς Ἀβραὰμ τὰς θυσίας τῷ Θεῷ· μὴ πρότερον σαυτῇ, καὶ τότε ἐμοὶ, ὡς Κάϊν, καὶ Ὀφνὶ, καὶ Φινεὲς, υἱοὶ Ἠλὶ τοῦ ἱερέως, οἵτινες τὸν Θεὸν παρύβριζον, πρῶτοι τὰς ἀπαρχὰς λαμβάνοντες τῶν τῷ Θεῷ προσφερομένων δώρων. Ἡ δὲ τὸ προστεταγμένον σπουδαίως ἐποίει. Ὁ δὲ τὸν ἄρτον ἐγκρυφίαν πλούσιον θεασάμενος ἐδέξατο, ἐφθέγξατο, καὶ τὸν οἶκον αὐτῆς ἐνέπλησεν ἀγαθῶν. Οὐκ ἐκλείψει γὰρ, φησὶν, ἡ δρὰξ τοῦ ἀλεύρου ἐκ τῆς ὑδρίας, καὶ τὸ ἔλαιον ἐκ τοῦ καμψάκου, ἕως τοῦ δοῦναι τὸν Κύριον ὑετὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Διά τί ἕως τότε; Καὶ ἀναγκαίως. Ἔδει γὰρ τῆς καινῆς χάριτος ὡς ὑετοῦ ἐλθόντος, τὸν παλαιὸν νόμον λαβεῖν τέλος. Καὶ ἠκολούθει τὸ ἔργον τῷ λόγῳ. Ὁρᾷς πῶς τῆς φιλοξενίας τοὺς καρποὺς ἐτρύγησαν αἱ ἀγαθαί; Ἀγαθῶν γὰρ πόνων καρποὶ εὐκλεεῖς, καὶ ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα τῆς φρονήσεως. Ἠκούσατε, γυναῖκες, τὰς τῶν πενήτων γυναικῶν πράξεις, καὶ τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀρετάς. Τὰς μὲν οὖν ἀγαπήσατε, τὰς δὲ μὴ ποθήσατε· καὶ τὰς μὲν μιμήσασθε, τὰς δὲ μισήσατε, ἵνα τὸν αὐτῶν δρόμον, τῶν καλῶν λέγω, ἰχνηλατήσαντες, εἰς τὸν αὐτὸν τῶν ἁγίων χορὸν ἀριθμηθῆτε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Alii χαράν. [b] Ali ὀλιγοστόν. [c] Alii συνάγουσι.

Εἰς τὸν Πρόδρομον.

Οἱ ἀνθηρότατοι λειμῶνες ἄνθεσι χρυσοκόμοις πεποικιλμένοι, δένδρεσι καλλιπνόοις κοσμούμενοι, ὄρνεσι καλλιφώνοις κλονούμενοι, καὶ τὴν ἀκοὴν τῶν ἀνθρώπων θέλγουσι, καὶ τὴν ὅρασιν θάλπουσι. Τοῦ γὰρ ἡλίου τὰς χρυσᾶς αὐγὰς κυκλοτερῶς περιστίλβοντος, ἀνακλώμεναι αἱ αἴγλαι πυραυγεῖς ἀνταστράπτουσι λαμπηδόνας. Ἐκεῖ τραυλαὶ λάλων ὀρνίθων, συριγγώδεσι κλαγγαῖς λιγυρὸν ἀποπέμπουσι μέλος· ἐκεῖ ἀνέμων εὐήχων ζέφυροι ἐν ταῖς κυκλότησι τῶν ὀρνέων ἐριζούσαις, τῶν κρημνῶν κοιλάδας σαλεύοντες, ἐν εἰκόνι κιθάρας ὁμοφώνως ἄδουσιν· ὡς καὶ τοὺς ἐν ταῖς καλύβαις οἰκοῦντας ποιμένας τε καὶ βουννόμους, ἐναυλα ἔχοντας τὰ τῶν μουσικῶν ὀρνίθων λυρικὰ μελῳδήματα, δόναξι πολυφθόγγοις ἀντίμοια κελαδοῦντας, [6] κατὰ παντὸς τερπνοῦ τόπου καὶ πάσης βοτάνης τὰς ἄρνας πραέως φέρειν. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν πηγὴ ἀθλοφόρα νάματα βρύει, ἐνταῦθα δὲ μελίστακτον σοφίας Θεοῦ δίδαγμα λάμπει· ἐκεῖ μουσικῶν ὀρνίθων λιγυρίσματα, ἐνταῦθα ψαλμῶν ἁγίων μελῳδήματα· ἐκεῖ τρυγῶν ἡ φιλέρημος δενδροβατοῦσα, γοεροῖς μέλεσι τὸ καλλίχροον ἔαρ σημαίνει, ἐνταῦθα ὁ ἐν ἀκρίσι καὶ μέλιτι τραφεὶς Ἰωάννης, τοῖς ἐρημικοῖς κηρύγμασι, μᾶλλον δὲ πνευματικοῖς, τὰς Ἐκκλησίας κινήσας, τὸ οὐράνιον ἔαρ ἐπιφανὲν τῷ κόσμῳ σαλπίζει. *Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις,* φησὶ, *παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ λέγων· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις.* Ἐν ταῖς Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ ἀποδείξεσιν, ἐν ταῖς τοῦ οὐρανίου βασιλέως ἀποδημίαις, ἐν ταῖς τοῦ ἀϊδίου φωτὸς ἀναλάμψεσιν, *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Οὐχὶ ἐν τῇ οἰκουμένῃ· ὅτι ἔρημος ἦν ἡ τῶν ἀνθρώπων κατάστασις, μήπω οἰκουμένη ὑπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Τί δὲ ἐκήρυσσε; *Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Ὦ μετάνοια ἐν αὐτοῖς τοῖς δάκρυσι τὴν ζωὴν θεριζουσα, καὶ ἐν τῷ νυμφικῷ πέπλῳ τὸ νυμφικὸν φέγγος στολιζομένη! ὦ μετάνοια, διαβόλου κατήγορε, ἐπιστρεφόντων συνήγορε! *Εἶχε δὲ ὁ Ἰωάννης τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου, καὶ ζώνην δερματικὴν περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ.* Περιβλεψώμεθα, ἀγαπητοὶ, τὸ ἔνδυμα Ἰωάννου· ἴσως τὸ ἐκείνου ἔνδυμα αἰνιγμα ἡμῖν σωτηρίας γένηται. Ἐκεῖνο ἔχει τὴν εἰκόνα τῶν ἐξ ἐθνῶν ἐπιστρεφόντων λαῶν. *Εἶχε,* φησὶ, *τὸ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου.* Καμήλῳ πολλάκις παρεικάζει ἡ Γραφὴ τὸν διάβολον, διὰ τὸ πολύογκον καὶ πολύστρεβλον καὶ βαρυμήνιον. Ὁ τὴν σκοπιὰν θεωρήσας ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ λέγει· *Εἶδον ἀναβάτην ὄνου, καὶ ἀναβάτην καμήλου.* Ἀναβάτην ὄνου λέγει τὸν Χριστὸν, ἐπειδήπερ ὄνῳ καθεσθεὶς εἰσῆλθεν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

marinum animal, ut Jonam per cetum; aut ipse per se escam quasi imbrem demittit, ut patribus nostris in deserto. Cum enim nulli essent qui possent ipsos excipere, manna de cælo ut imbrem demisit, et ex petra aquam scaturire jussit : cum vero sancti in mundo simul versantur, tum dexteram cohibet; et cum videt illos in ærumnis versantes, dimittit, ut gratiam aliis impertiat, quatenus per beneficia ipsis præstita possint ii, qui voluerint, salutem consequi. Adiit ergo Helias viduam nihil habentem, nisi pugillum farinæ, quem cum labore sibi et filiis ad prandium pararet. Quid illi dicit? Accipe mihi paululum aquæ in vasculo, et bibam. Illa autem abeunte, clamavit post illam : Accipias mihi et frustum panis in manu tua. Illa vero, quod non habebat dixit, et quod habebat se habere confessa est. Quid enim ait? Vivit Dominus, si erit mihi subcinericius, nisi pugillus farinæ, et paululum olei in lecytho (3. *Reg.* 17. 10-12). Mirum quod in tanta cibi penuria, præsentes paupertatis suæ reliquias non negaverit. Quot nunc sunt qui aurum et argentum quasi lutum habentes, rogati amicis beneficia præstare abnuunt, et blande compellati se negant habere? et si tandem rogati cedant, ferro duriores syngraphas edunt, tutosque fidejussores exigunt ut aurum commodent. Illa vero una voce rogata, non negavit se pugillum farinæ habere. Et quid illi propheta? Festina, et fac mihi subcinericium, primo mihi, deinde tibi et filiis tuis. Tentatio erat prophetæ verbum, probatio cordis, examen propositi : eratque cor beatæ mulieris illius quasi sub jugo positum et exercitatum. Quo autem tendit? an ad filiorum amorem, an ad hospitalitatem erga prophetam exercendam? Verum illa maluit se et filios in angustiam conjicere, et prophetam excipere. Sciebat enim quod, *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet : et qui potum dat calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli, non perdet mercedem suam* (*Matth.* 10. 41. 42). Quid sibi vult cum dicit propheta, Festina? num adeo fame premebatur, ut egeret festinatione? Non utique. Sed volebat beneficium diligenter, hilariter ardenterque præstari, non ex tristitia aut ex necessitate : *Hilarem enim datorem diligit Deus* (2. *Cor.* 9. 7). Festina; et fac primo mihi, deinde tibi et filiis tuis. Festina, ut Abraham in angelorum adventu festinavit ad boves, ad vitulum, ut acciperet agnum (*Gen.* 18) : et ut Sara festinavit ad subcinericios, ut acciperet panem in cælis absconditum. Festina, et fac ut Abraham hostias Deo. Ne prius tibi, et postea mihi, ut Cain, Ophni et Phinees filii Heli sacerdotis, qui Deum contumelia afficiebant, dum ipsi priores donorum Deo oblatorum primitias acciperent. Illa vero jussum diligenter exsequuta est. Propheta autem subcinericium panem locupletem vidit, cepit, loquutus est, et domum ejus bonis replevit. Non deficiet, inquit, pugillus farinæ ex hydria, et oleum ex lecytho, donec det Dominus pluviam super terram (3. *Reg.* 17. 14). Cur usque ad illud tempus? Necessario utique. Oportebat enim, nova gratia ut pluvia adveniente, veterem legem finem accipere. Et verbum res sequuta est. Viden' quomodo bonæ mulieres hospitalitatis fructus decerpserint? Bonorum quippe laborum fructus gloriosi sunt, et inconcussa prudentiæ radix. Audistis, mulieres, malarum mulierum opera, bonarum virtutes. Has diligite; illas secus : has imitemini, illas odio habeatis; ut bonorum cursum et vestigia sequentes, in sanctarum choro annumerémini, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

Hunc sermonem, flosculis ad nauseam usque redundantem, nemo sanus Chrysostomo adscripserit. Est enim potius nugacis cujusdam Græculi, ut existimabit quisquis doctoris nostri scripta vel primoribus labris attigerit.

Interpretatio Latina, accurata sane, est Petri Pantini.

IN PRÆCURSOREM DOMINI SERMO.

Floridissima prata floribus auricomis variegata, arboribus suave spirantibus exornata, avibus dulce cantantibus perstrepentia, hominum aures demulcent, visumque oblectant. Sole porro aureo suo splendore in orbem circumquaque refulgente, reflexi ejusdem radii ignitum contra fulgorem effulminant. Ibi blæsæ et loquaces aviculæ, velut ad fistulam efformatis minuritionibus, argutum melos emittunt : ibi ventorum leue murmurantium auræ, inter circulos avium mutuo cantu contendentium, concavitates montium abruptorum concutientes, ad instar citharæ concorditer recinunt. Quo fit ut pastores quoque ac bubulci in tuguriis suis habitantes, hujusmodi vocalium avicularum tinnulo musicoque cantu fruentes, ipsi quoque multisonis calamis ad illarum imitationem modulantes, per amœniorem quemque locum, et herbam, pecus suum placide agant. Verum ibi quidem fons latices excellentissimos ebullit; hic melliflua divinæ sapientiæ doctrina elucet : ibi musicarum avium arguti cantus; hic sacrorum psalmorum dulcis modulatio : ibi turtur solitudinis amans, arbori inambulans, querulis vocibus ver amœnum significat; hic Joannes melle et locustis nutritus, præconiis solitariis, seu potius spiritualibus, hominum ad se cœtum incitans, cæleste illud ver jam mundo apparens, velut tuba denuntiat. *In diebus autem illis*, inquit, *venit Joannes Baptista prædicans in deserto, et dicens : Pœnitentiam agite : appropinquavit enim regnum cœlorum* (*Matth.* 3. 1. 2). *In diebus illis.* Sub hisce de Jesu Deo tam manifestis indiciis; in hac cælestis Regis ad nos peregrinatione; in his sempiterni luminis splendoribus; *In diebus illis venit Joannes Baptista prædicans in deserto.* In deserto, inquam, non in terra habitata : eo quod desolatum adhuc esset humanum genus, necdum a Patre et Filio et Spiritu sancto inhabitaretur. Quid porro prædicabat? *Pœnitentiam agite : appropinquavit enim regnum cœlorum.* O pœnitentia, quæ inter ipsas lacrymas nobis vitam suppeditas, et cum nuptiali peplo nuptialem etiam claritatem indueris! o pœnitentia, diaboli accusatrix, conversorum patrona! *Joannes autem habebat vestimentum de pilis cameli, et zonam pelliceam circa lumbos suos* (*Ibid. v.* 4). Circumspiciamus, dilecti, vestimentum Joannis : fortassis illud ipsum vestimentum ænigma nobis salutis fuerit. Gerit enim illud signum atque imaginem populorum ex gentibus se convertentium. *Habebat*, inquit, *vestimentum de pilis cameli.* Camelo frequenter Scriptura diabolum adsimilat, propter plurimum tumorem, calliditatem, et furorem. Qui e specula apud Isaiam prospexerat,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ait. Videbam *Ascensorem asini, et ascensorem cameli* (*Isai.* 21.7). Ascensorem enim asini dicit Christum; propterea quod asino insidens Jerosolyma fuit ingressus: ascensorem autem cameli illum, qui in ultimo dierum, efficiente diabolo, in mundum venturus est Antichristus. *Habebat autem Joannes vestimentum suum de pilis cameli.* Cum enim jam pietatis præconio ethnicos, pilorum instar diabolum cooperientes, ad se convertisset, illoque denudato et Ecclesia condensam, ejusdem Ecclesiæ corpus per fidei unitatem velut contexuisset, salutis ipse sibi vestimentum confecerat. *Habebat autem zonam pelliceam circa lumbos suos.* Lumborum et zonæ pelliceæ Scriptura meminit: ut per zonam ex mortuis pellibus confectam, foris cingentem, omnem in ipso libidinis affectum castitatis studio edomitum mortuumque fuisse ostendat. Hoc enim virginitatis, quæ intus occulebatur, minime mendax argumentum. Vescebatur autem, inquit, locustis et melle sylvestri. Hic Judæos a lege et præceptis resilientes denotat, ut alibi Scriptura: Exsiliebat ut bruchus promiscuus tuus: vel ut locusta in sepe, in die glaciei. Exortus est sol, et absiliebat; et non cognovit amplius locum suum (*Nahum.* 3. 16. 17). Mel autem sylvestre, propterea quod Judæi legis dulcedinem transgressione præceptorum exacerbassent. *Tunc*, inquit, *venit ad ipsum Jesus in Jordanem, ut baptizaretur ab eo: ipse autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ei: Sine modo* (*Matth.* 3. 13-15); te oportet esse testem ejus, quæ de me mox emittetur, vocis: *sic enim decet impleri omnem justitiam.* Me oportet docere, quod nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non possit intrare in regnum cælorum (*Joan.* 3. 5). Par est igitur, me primum facere, et tunc docere: ne Judæi occasionem hoc mihi improperandi habeant: *Alios docens, teipsum non doces? Sine modo* (*Rom.* 2. 21); oportet enim dictum patientis Job adstrui: Nemo mundus a sorde, ne si unius diei ipsius sit vita (*Job* 14. 4. 5. *sec. Septuag.*): oportet me detergere antiquum corporis peccatum: oportet me Spiritu renovare animam, et aqua corpus. *Sine modo*: oportet me aperire aquæ et Spiritus vulvam, ut fiam primogenitus multis fratribus (*Rom.* 8. 29). Ab illa enim vulva qui aberraverant, Judæos propheta accusans convincit, dum ait: *Alienati sunt peccatores a vulva* (*Psal.* 57. 4). *Tunc dimisit eum.* Cum autem Jesus descendisset in Jordanem, dilecti, videre erat magnum miraculum, fontem in flumine lotum, et flumen in flumine baptizatum. Fons enim Christus, ut ipse ait: *Me dereliquerunt fontem aquæ viventis* (*Jer.* 2. 13). Et sponsa, quæ est Ecclesia, ad ipsum: *Fons signatus* (*Cant.* 4. 12), emittens. Ipse quoque flumen, ut ait propheta: *Flumen Dei repletum est aquis* (*Psal.* 64. 10). Venit in aquas, et sanctificatæ sunt, et sanavit eas. Si quis vestrum est, dilecti, nondum baptismo initiatus, veniat et videat, quomodo Pater de cælo clamet: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite* (*Matth.* 3. 17. *Luc.* 9. 35). Jordanis clamat, Spiritus aera emundat, Filium vocat Pater, cælum purgat Filius, terram exornat Spiritus, aeremque illustrat. Nunc impletur, quod olim a prophetis dictum fuerat: *Dies diei eructat verbum* (*Psal.* 18. 2). Dies Pater, dies Filius, Pater Filio eructat verbum, sicut Paulus ait: *Sumite gladium Spiritus, quod est verbum Dei* (*Ephes.* 6. 17). Quo quidem verbo omnes nos stabiliet in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN SEQUENTES DUAS ORATIONES.

De duabus sequentibus orationibus hæc monet Fronto Ducæus in margine prioris: *Hæ duæ orationes sequentes primum editæ sunt Romæ Græce et Latine, anno* 1580, *industria et interpretatione Gerardi Vossii.* Concors est autem eruditorum opinio esse ambas spurias Chrysostomoque indignas. Id styli genus, id omnia suadent: neque est ea in re probanda diutius immorandum.

Interpretationem Latinam Gerardi Vossii aliquot in locis castigavimus.

ORATIO ENCOMIASTICA, IN PRINCIPES APOSTOLORUM PETRUM ET PAULUM, EORUMDEMQUE GLORIOSISSIMUM MARTYRIUM (*a*).

1. Certare inter se cælum terramque conspicio, de hac solemni apostolorum memoria celebranda. Nam et cælestium potestatem agmina collaudant honestis vocibus eorum labore mixtam doctrinam: quippe quorum opera dispensationis ipsis mysterium innotuit: quemadmodum exclamat Paulus; *Ut innotescat nunc principatibus et potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei* (*Ephes.* 3. 10): et in orbe terrarum homines dignam, apostolorum principes exornando, laudationem proferre totis nervis ac viribus conantur, ut qui per eos salutem adepti sunt. Quid enim Petro majus, quid par Paulo? qui opere atque sermone creatam omnem naturam cælestem simul ac terrestrem superarunt: atque homines corporis luto complicati, angelis ipsis meliores exstiterunt. Quid igitur de utriusque naturæ doctoribus dicemus? Neque enim dignam orationem invenio, qua laudes eas compensem, quibus hi genus nostrum tantopere honestarunt, qui terram omnem et mare circuierunt, scelerum radices evulserunt, pietatisque semina in corde infidelium injecerunt. Petrus, apostolorum dux; Paulus, orbis doctor, et supernarum virtutum consors: Petrus, ingratorum Judæorum frenum; Paulus, gentium cohortatio [1]. Cernè mihi sublimem Domini sapientiam, qua quidem Petrum e piscatoribus, Paulum vero e pellionibus elegit (*Matth.* 4. *Marc.* 1. *Act* 4): idque ad utilitatem fecit: nam Judæorum gloria deprimebatur (*Ibid.* 18 *et* 26). Quapropter huic tamquam piscatori recte Dominus fidit, cum diceret: *Vade ad mare, et mitte hamum: et eum piscem qui prius ascenderit, tolle: et aperto ore ejus, invenies staterem* (*Matth.* 17. 26): sceleratorum Judæorum instabilem mentem, mare vocans. Hamus artificiosum doctrinæ sermonem, piscis legem significat: os aperire, est interpretari: quod autem in illo staterem invenerit, id significat ipsum spiritualiter dijudicare. Paulo vero tamquam sutori gentes commisit universas: ut tam eos qui a lege, quam qui a gratia nudi erant, veste coccinea indueret, Domini

(*a*) Collata cum tribus Mss. Regiis, et cum marginalibus notis Savil.

[1] Alias legitur, *Magister*, pro, *cohortatio.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰς Ἱεροσόλυμα· ἀναβάτην καμήλου, τὸν ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν κατ' ἐνέργειαν τοῦ διαβόλου ἐπιφοιτῶντα τῷ κόσμῳ ἀντίχριστον. *Εἶχε δὲ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμήλου ὁ Ἰωάννης.* Ἤδη γὰρ τῷ κηρύγματι τῆς εὐσεβείας τοὺς δίκην τριχῶν [a] καλύπτοντας ἐθνικοὺς πρὸς ἑαυτὸν καταστρέψας, κἀκεῖνον γυμνώσας, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν πυκνώσας, τῇ ἑνότητι τῆς πίστεως τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ἐξυφάνας, ἑαυτῷ περιβόλαιον σωτηρίας ἐξειργάσατο. *Εἶχε δὲ ζώνην δερματικὴν περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ.* Ὀσφύος μνημονεύει καὶ ζώνης δερματικῆς ἡ Γραφή, ἵνα τὸ γεννητικὸν πάθος τῆς ἁγνείας [b] διὰ τῆς ἔξωθεν ἐκ νεκροῦ δέρματος περικειμένης ζώνης νενεκρωμένον εἶναι σημαίνῃ. Ἐκείνη γὰρ τῆς ἔνδοθεν κρυπτομένης παρθενίας ἦν ἀψευδὴς κατήγορος. Ἦσθιε, φησὶν, ἀκρίδας, καὶ μέλι ἄγριον. Τοὺς ἀποπηδῶντας Ἰουδαίους τοῦ νόμου καὶ τῶν ἐντολῶν λέγει, ὡς φησιν ἡ Γραφή· Ἐξήλατο ὡς ἀττέλαβος ὁ σύμμικτός σου, ἢ ὡς ἀκρὶς ἐπὶ φραγμῷ ἐν ἡμέρᾳ πάγους. Ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος· καὶ ἀφῆλατο, καὶ οὐκ ἔγνω ἔτι τὸν τόπον αὐτοῦ. Μέλι δὲ ἄγριον, διὰ τὸ τοὺς Ἰουδαίους τὴν γλυκύτητα τοῦ νόμου τῇ παραβάσει τῶν ἐντολῶν ἐξαγριᾶναι. *Τότε παραγίνεται πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς*, φησὶν, *ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἄφες ἄρτι· δεῖ σε μάρτυρα γενέσθαι τῆς εἰς ἐμὲ πεμπομένης φωνῆς ἄρτι· οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.* Δεῖ με διδάξαι, ὅτι Ἐὰν μή τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Δεῖ με οὖν πρῶτον ποιῆσαι, καὶ τότε διδάξαι, [7] ἵνα μὴ ἔχωσι πρόφασιν οἱ Ἰουδαῖοι· *Ὁ διδάσκων ἑτέρους, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; Ἄφες ἄρτι·* δεῖ γὰρ τὸ ῥῆμα τοῦ χαρτεραύχου Ἰὼβ στῆναι, τὸ, Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ εἴη· δεῖ με ἀποσμῆξαι τὴν παλαιὰν τοῦ σώματος ἁμαρτίαν· δεῖ με τῷ Πνεύματι καινίσαι τὴν ψυχήν, καὶ ὕδατι τὸ σῶμα. *Ἄφες ἄρτι·* δεῖ με ἀνοῖξαι τὴν τοῦ ὕδατος καὶ Πνεύματος μήτραν, ἵνα γένωμαι πρωτότοκος πολλοῖς ἀδελφοῖς. Ἐκ ταύτης γὰρ τῆς μήτρας τοὺς ἀποσφαλέντας Ἰουδαίους ἐλέγχει ὁ προφήτης κατηγορῶν· *Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας. Τότε ἀφίησιν αὐτόν.* Καταβάντος δὲ τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ἦν ἰδεῖν, ἀγαπητοὶ, θαῦμα μέγα, πηγὴν ἐν τῷ ποταμῷ λουομένην, καὶ ποταμὸν ἐν τῷ ποταμῷ βαπτιζόμενον. Πηγὴ γὰρ ὁ Χριστὸς, καθὼς λέγει αὐτός· *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος.* Καὶ ἡ νύμφη, ἡ Ἐκκλησία πρὸς αὐτόν· *Πηγὴ ἐσφραγισμένη*, ἡ ἀποστέλλουσα [c]. Ὁ αὐτὸς ποταμὸς, καθὼς φησιν ὁ προφήτης· *Ὁ ποτομὸς τοῦ Θεοῦ ἐπληρώθη ὑδάτων.* Κατῆλθεν ἐπὶ τὰ ὕδατα, καὶ ἠγιάσθησαν, καὶ ὑγίασεν αὐτά. Εἴ τίς ἐστιν ὑμῶν ἀμύητος, ἀγαπητοὶ, τοῦ βαπτίσματος, ἐλθέτω καὶ θεωρησάτω πῶς ὁ Πατὴρ οὐρανόθεν κράζει· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε.* Ἰορδάνης κράζει, τὸ Πνεῦμα τὸν ἀέρα καθαρίζει, τὸν Υἱὸν καλεῖ ὁ Πατὴρ, τὸν οὐρανὸν καθαρίζει ὁ Υἱὸς, τὴν γῆν καλλωπίζει τὸ Πνεῦμα, τὸν ἀέρα λαμπρύνει. Νῦν πληροῦται τὸ πάλαι ὑπὸ τοῦ προφήτου εἰρημένον· *Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα.* Ἡμέρα ὁ Πατὴρ, ἡμέρα ὁ Υἱός. Ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ ἐρεύγεται ῥῆμα, καθὼς ὁ Παῦλος λέγει· *Λάβετε τὴν μάχαιραν τοῦ Πνεύματος, ὅ ἐστιν ῥῆμα Θεοῦ·* ᾧ τινι ῥήματι τοὺς πάντας ἡμᾶς συστήσει ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Putat Savilius legendum τριχῶν αὐτόν. [b] Hic legendum existimat Savilius τῇ ἀγνοίᾳ. [c] Alii ἀποστολαί σου.

Εἰς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων Πέτρον καὶ Παῦλον, καὶ τὸ αὐτῶν μαρτύριον ἐνδοξότατον.

α'. Οὐρανοῦ καὶ γῆς ἄμιλλαν ὁρῶ διὰ τὴν παροῦσαν πανήγυριν τῆς μνήμης τῶν ἀποστόλων, τῶν μὲν ἐπουρανίων δυνάμεων εὐφημουσῶν ἐντίμοις φωναῖς τοῦ πόνου αὐτῶν τὸ διδασκάλιον, ὡς δι' αὐτῶν γνωρισθὲν αὐτοῖς τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, καθὼς ὁ Παῦλος βοᾷ, *Ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ·* τῶν δὲ ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἐκβιαζομένων ἀξίαν εὐφημίαν [8] διὰ τῆς τιμῆς [a] πρὸς τοὺς κορυφαίους δεῖξαι, ὡς δι' αὐτῶν εἰς σωτηρίαν ἐπανελθόντων. Τί γὰρ Πέτρου μεῖζον; τί δὲ Παύλου ἴσον; οἵτινες τῷ ἔργῳ καὶ τῷ λόγῳ πᾶσαν τὴν ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς κτίσιν ἐνίκησαν [b]· οἱ τῷ πηλῷ τοῦ σώματος συμπεπλεγμένοι, καὶ ἀμείνους ἀγγέλων εὑρεθέντες. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς τοὺς διδασκάλους τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω κτίσεως; Οὐχ εὑρίσκω γὰρ λόγον ἐπάξιον ἐγκωμιάσαι τοὺς ἐγκωμιάσαντας τὸ γένος ἡμῶν, τοὺς τὴν ἅπασαν γῆν καὶ θάλασσαν περιελθόντας, καὶ τὰς ῥίζας τῶν ἁμαρτημάτων ἀνασπάσαντας, καὶ τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας καταβαλόντας ἐν ταῖς καρδίαις τῶν ἀπειθούντων ἀνθρώπων. Πέτρος ὁ κάθηγητὴς τῶν ἀποστόλων, Παῦλος ὁ γνωριστὴς τῆς οἰκουμένης, καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων συμμέτοχος· Πέτρος τῶν ἀγνωμόνων Ἰουδαίων ὁ χαλινός, Παῦλος τῶν ἐθνῶν ἡ παράκλησις [c]. Καὶ βλέπε μοι τοῦ Δεσπότου τὴν ὑπερέχουσαν σοφίαν. Τὸν γὰρ Πέτρον ἀπὸ ἁλιέων ἐξελέξατο, τὸν δὲ Παῦλον ἀπὸ σκηνορράφων· καὶ τοῦτο δὲ πρὸς ὠφέλειαν πεποίηκεν· ἐβουλήθη γὰρ ἡ δόξα τῶν Ἰουδαίων. Διὰ τοῦτο τούτῳ τῷ ἁλιεῖ ἐνεπίστευσεν ὁ Κύριος, φήσας πρὸς αὐτόν· *Ἄπελθε εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ βάλε ἄγκιστρον· καὶ τὸν ἀναβάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρας, ἄνοιξον τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ εὑρήσεις στατῆρα.* Θάλασσαν λέγων, τὴν ἄστατον τῶν ἀνόμων Ἰουδαίων γνώμην· ἄγκιστρον, τὸν ἔντεχνον λόγον τῆς διδασκαλίας· ἰχθύς, τὸν νόμον σημαίνει. Τὸ δὲ ἀνοῖξαι τὸ στόμα αὐτοῦ, τὸ ἑρμηνεύειν αὐτὸν λέγει· τὸ δὲ εὑρεῖν ἐν αὐτῷ στατῆρα, τὸ πνευματικῶς αὐτὸν ἀνακρίνειν σημαίνει. Τῷ δὲ Παύλῳ ὡς σκηνορράφῳ τὰ ἔθνη ἐνεχείρισεν, ἵνα ἐνδύσῃ διὰ νόμου καὶ τῆς χάριτος γυμνοὺς, τὸ κόκκινον ἔνδυμα [d], τὸ ἐξ ὕδατος καὶ αἵματος Δεσποτικοῦ βαφέν. Οὕτως αὐτῷ ὁ Δεσπότης βοᾷ, *Ἄπελθε*, φησὶν, *ὅτι ἐγὼ εἰς ἔθνη μακρὰν ἀποστελῶ σε.* Ὦ μακαρία δυὰς ἡ πιστευθεῖσα ὅλου τοῦ κόσμου τὰς ψυχάς! Πέτρος ἡ ἀρχὴ τῆς ὀρθοδοξίας, ὁ

[a] Savil. in margine διὰ τῆς μνήμης, et sic unus cod. [b] Savil. in margine κτίσιν ἐκόσμησεν. Paulo post tres mss. ἀμείνω ἐκείνων.

[c] Alii τῶν ἐθνῶν ὁ διδάσκαλος. [d] Tres mss. τὸ κόκκινον δέρμα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μέγας τῆς Ἐκκλησίας ἱεροφάντης, ὁ ἀναγκαῖος σύμβουλος τῶν Χριστιανῶν, τὸ κειμήλιον τῶν ἄνω δυνάμεων, ὁ τετιμημένος ὑπὸ τοῦ Δεσπότου ἀπόστολος. Παῦλος ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κήρυξ, τὸ καύχημα τῆς οἰκουμένης, ὁ ἐν οὐρανοῖς ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ γῆς ἄγγελος, ἡ δόξα τῆς Ἐκκλησίας, ὁ ἐν ὑψηλοῖς πετόμενος ἀετός, ἡ λύρα τοῦ Πνεύματος, ἡ χελιδὼν καὶ τέττιξ, τὸ ὄργανον τὸ Δεσποτικὸν, ὁ γρήγορος τοῦ Χριστοῦ [a] ὑπηρέτης. Παῦλος καὶ Πέτρος, οἱ ζευκτοὶ βόες τῆς Ἐκκλησίας, οἱ καλὴν πραγματείαν τῇ οἰκουμένῃ ἐμπορευσάμενοι [b], οἱ τὸν σταυρὸν ἀντὶ ζυγοῦ ἄραντες, ἀντὶ δὲ ἐπιβάτου τὸν Σωτῆρα, ἀντὶ δὲ ζευγλῶν τὰς Γραφῶν διαθήκας, ἀντὶ δὲ κέντρου τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Παῦλος καὶ Πέτρος, οἱ τὴν Ἐκκλησίαν καθ' ἡμέραν φαιδρύνοντες, τὰ ταμιεῖα τὰ Δεσποτικὰ, τὰ πανδοχεῖα τῆς οἰκουμένης, τὰ δοχεῖα τοῦ Πνεύματος, τῆς ἁγίας Τριάδος τὰ ἑρμηνευτήρια, τῆς οἰκονομίας τοῦ θείου λόγου οἱ ὑφηγηταί. Πέτρος, ὁ ἐμὸς πνευματικὸς ἔρως· Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ἡ ἐμὴ βακτηρία. Πέτρος, ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ· Παῦλος, τὸ στόμα τοῦ Χριστοῦ, ἡ λύρα τοῦ Πνεύματος, ὁ τρίπηχυς ἄνθρωπος, καὶ τῶν οὐρανῶν ἁπτόμενος [c]· ὁ ἐν τόπῳ περιγραφόμενος, καὶ τὸν κόσμον ἅπαντα τῷ Δεσπότῃ περιγράφων· ὁ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκὼς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· ὁ ὀξύδρομος δρομεὺς, ὁ εἰς οὐρανὸν ἀνιπτάμενος ἀετὸς, ὁ θείας χάριτος πεπληρωμένος, ὁ μαρτυρούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου βαστάζειν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον πάσης τῆς οἰκουμένης, ὁ τριώροφον οὐρανὸν διελθὼν, καὶ εἰς παράδεισον εἰσελθὼν, καὶ μέχρι τῆς Δεσποτικῆς καὶ ἀπερινοήτου καθέδρας ἀναβὰς, καὶ ἀκούσας τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων, ὧν οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Τί δὲ καὶ πρὸς Πέτρον ἐροῦμεν; τὸ γλυκὺ τῆς Ἐκκλησίας θέαμα, ἡ λαμπηδὼν τῆς οἰκουμένης, ἡ πρόαγνος περιστερὰ [d], ὁ καθηγητὴς τῶν [9] ἀποστόλων, ὁ θερμὸς ἀπόστολος; ὁ ζέων τῷ Πνεύματι, ὁ ἄγγελος καὶ ἄνθρωπος, ὁ χάριτος μεμεστωμένος, ἡ στερεὰ τῆς πίστεως πέτρα, τὸ γηραλέον τῆς Ἐκκλησίας φρόνημα, ὁ μακάριος καὶ υἱὸς περιστερᾶς ἀκούσας διὰ τὴν ἀγνείαν ἐκ τοῦ Δεσποτικοῦ στόματος, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εἰληφώς. Τῶν ἀγγέλων τὰ τάγματα ὑμεῖς ἐσυλήσατε. Καὶ τί πολλὰ λέγω; Αὐτὸς ὁ Κύριος ἐγκωμιάζει ὑμᾶς, λέγων· *Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου*· οἱ βασιλέων εὐπορώτεροι, οἱ πλουσίων δυνατώτεροι, οἱ στρατιωτῶν ἰσχυρότεροι, οἱ σοφῶν καὶ φιλοσόφων σοφώτεροι, οἱ ῥητόρων εὐγλωττότεροι, *Οἱ μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες*. Ὑμεῖς ἐστε τῶν μαρτύρων ὑπομονὴ, τῶν πατριαρχῶν τὸ ὀρθόδοξον [e], τῶν μοναζόντων ἡ ἄσκησις, τῶν παρθένων οἱ στεφανῖται, τῶν ἐν ὁμοζυγίαις οἱ εἰρηνοποιοὶ, τῶν ἁρπακτῶν πλουσίων οἱ χαλινοὶ, τῶν ἀκολάστων οἱ σωφρονισταὶ, ἡ σκέπη τῶν βασιλέων, τὰ τείχη τῶν Χριστιανῶν, τῶν βαρβάρων οἱ ἀντίπαλοι, οἱ φιλοῦντες τοῖς αἱρετικοῖς ἐπιθέντες, οἱ νεκροῦντες τὰ ἄλογα πάθη τῶν σωμάτων, οἱ τοὺς λεγεῶνας τῶν δαιμόνων ἀπελάσαντες, οἱ τοὺς βωμοὺς τῶν Ἑλλήνων [f] καθελόντες, οἱ τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω κληρονομήσαντες· τῶν μὲν ἄνω τὰς κλεῖς εἰληφότες, τῶν δὲ κάτω λύειν καὶ δεσμοῦν τὰς ἁμαρτίας ἐξουσίαν ἔχοντες. Ὢ τοῦ ἰδιώτου τὸ θαῦμα! ὦ τοῦ ἀγραμμάτου ἡ σοφία! Πέτρος, ὁ ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ παραλυτικοὺς σφίγγων, καὶ θάνατον λύων· Παῦλος, ὁ ἐν τοῖς ἱματίοις αὐτοῦ νοσήματα ἐκδιώκων, καὶ δαίμονας φυγαδεύων· οἱ εἰς μέσον τὴν μητέρα τοῦ Κυρίου ἔχοντες, καὶ κρείττους πνεύματος δικαίου ὑπάρχοντες [g]· Παῦλος ἡ ἄπαυστος χελιδὼν τῆς Ἐκκλησίας· Πέτρος ὁ διηνεκῶς τῇ οἰκουμένῃ, καθάπερ ἀηδὼν, λυρίζων [h] ἀπαύστως· οἱ στῦλοι τῆς Ἐκκλησίας, οἱ μεγάλοι τῆς οἰκουμένης φωστῆρες, οἱ κρείττους ἀλλήλων, καὶ ἀμείνους πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως. Χαίροις, Πέτρε, τῆς πίστεως ἡ πέτρα· χαίροις, Παῦλε, τῆς Ἐκκλησίας τὸ καύχημα· χαίροις, Πέτρε, ἡ κρηπὶς τῆς ὀρθοδοξίας· χαίροις, Παῦλε, ἡ μέριμνα τῶν Ἐκκλησιῶν· χαίροις, Πέτρε, τὸ ἐγκαλλώπισμα τῆς οἰκουμένης· χαίροις Παῦλε, ἡ εἴσοδος τοῦ παραδείσου· χαίροις, Πέτρε, ὁ χειραγωγὸς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· χαίροις, Παῦλε, ἑβδόμη λιμὴν τῶν χειμαζομένων· χαίροις, Πέτρε, ὁ πολλῶν ἐπαίνων ἀξιωθεὶς ὑπὸ τοῦ Κυρίου· χαίροις, Παῦλε, ὁ τῶν πολλῶν χαρισμάτων κυβερνήτης ὑπάρχων· χαίροις, Πέτρε, ὁ θερμὸς καὶ ζέων τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· χαίροις Παῦλε, ὁ εὐτονος δρομεὺς· οἱ τὴν ὑφήλιον ἅπασαν τῷ κηρύγματι τῷ ἁγίῳ φωτίσαντες, οἱ μυρία δεινὰ διὰ τὴν Ἐκκλησίαν ὑπομείναντες, ἐν φυλακαῖς κατακλειόμενοι, ὑπὸ Ἰουδαίων βδελυττόμενοι, ὑπὸ βαρβάρων συρόμενοι, ὑπὸ βασιλέων αἰκιζόμενοι, οἱ ἀναπνεῖν εὐχερῶς μὴ συγχωρούμενοι, καὶ παύσασθαι μὴ ἀνεχόμενοι τῆς διδασκαλίας· οἱ μέλος τοῦ σώματος κινῆσαι μὴ δυνάμενοι, διὰ τὸ βάρος τῶν δεσμῶν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην δεδεμένην τῇ ἁμαρτίᾳ δι' ἐπιστολῶν λύοντες. Τῶν δαιμόνων τὰς φάλαγγας ὑμεῖς κατετροπώσατε [i]· δι' ὑμῶν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις εἰς τὴν οἰκουμένην ἐφέπλωται· τὴν ἀχλὺν τῆς πλάνης ὑμεῖς συνεστείλατε, τῶν δαιμόνων τὰ θράση ὑμεῖς κατεβάλετε· τοὺς βωμοὺς τῶν Ἑλλήνων ὑμεῖς κατελύσατε· πᾶσαν ψευδωνύμου λατρείαν ὑμεῖς σποδὸν ἐποιήσατε· ἐκ τοῦ σίτου τὰ ζιζάνια ὑμεῖς σκυβαλίσαντες ἐρρίψατε· καὶ καθαρὸν τῆς Ἐκκλησίας τὸ γέννημα ἡ καθημερινὴ ὑμῶν διδασκαλία ἔδειξε.

β'. Ποίας οὖν εὐχαριστίας ἀνταποδῶμεν ὑμῖν τοῖς τοσαῦτα κεκοπιακόσι δι' ἡμᾶς; Μιμνήσκομαί σε, Πέτρε, καὶ ἐκπλήττομαι· ἀναμιμνήσκομαί σε, Παῦλε, καὶ ἐξιστάμενος δάκρυσι συνέχομαι. Τί γὰρ εἴπω, ἢ [10] τί λαλήσω, ἀναθεωρῶν ὑμῶν τὰς θλίψεις, οὐκ οἶδα. Πόσας φυλακὰς ἠγιάσατε; πόσα δεσμωτήρια ἐφωτίσατε; πόσας εἱρκτὰς διδασκαλίαις ὑμῶν ἐνεπλήσατε; πόσας ἁλύσεις ἐλαμπρύνατε; πόσας βασάνους ὑπεμείνατε; πόσους τόπους τοῖς βήμασιν ὑμῶν ἡγιάσατε; πόσης λοιδορίας παρεποιήσασθε; πῶς τὸν Χριστὸν ἐβαστάσατε; πῶς τὰς Ἐκκλησίας [j] ἐφαιδρύνατε τῷ κηρύγματι; Εὐλογημένον τὸ ὄργανον τῆς γλώττης ὑμῶν· αἵματι συμπεφυρμένα διὰ τὴν Ἐκκλησίαν τὰ μέλη ὑμῶν τυγχάνει· ἀνελλιπῶς ἐν πᾶσι τὸν Χριστὸν ὑμεῖς ἐμιμήσασθε. Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος ὑμῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα ὑμῶν. Ἀδιάῤῥηκτον τὴν ὑφ' ὑμῶν νυμφευθεῖσαν Ἐκκλησίαν διαφυλάξει ὁ Χριστός. Οὐδεὶς πρὸ ὑμῶν, οὐδὲ μεθ' ὑμᾶς ἐφάνη τοιοῦτος. Τίς γὰρ τὸ διδασκαλικὸν ἐπέχων ἀξίωμα, ἀπετόλμησε λέγειν τι ἄνευ τῆς ὑμῶν παραδόσεως; Πάντας διδασκάλους ὑμεῖς ἀπετελέσατε, πάντας θεολόγους ἀπεργάσασθε, πάντας ἐσκοτισμένους ἐφωτίσατε. Ἐνίκησε τὰς ἡμετέρας πηρώσεις [k] ἡ ὑμετέρα ὑπομονή· οἱ ἀνάθεμα εἶναι αὐτοὶ εὐχόμενοι, ἵνα τὸν κόσμον κερδήσητε. Τί οὖν ἀνταποδώσομεν ὑμῖν περὶ πάντων, ὧν ἀνταπεδώκατε ἡμῖν ἀγαθῶν; Σήμερον ὑμῶν τῆς ἀθλήσεως τὰ μνημόσυνα· σήμερον ἡ πανήγυρις τῆς περὶ Χριστοῦ μαρτυρίας ὑμῶν· σήμερον πάντες ἡμεῖς ἀγαλλόμενοι τιμῶμεν τὰ ἅγια ὑμῶν λείψανα. Χαίροις, Πέτρε, ὁ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ ἀπολαύσας, καὶ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Διδασκάλου σταυρωθῆναι μὴ θελήσας ἐν ὀρθίῳ τῷ σχήματι, καθὼς ὁ Δεσπότης ἡμῶν· ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ κεφαλὴν, ὡς εἰς οὐρανὸν τὴν πορείαν ἐπὶ γῆς ποιούμενος. Ὢ εὐλογημένοι ἦλοι, οἵτινες τὰ ἅγια ἐκεῖνα μέλη διῆλθον, τὰ ἐμοὶ ποθεινὰ, καὶ κρείττω οὐρανίου δόξης μοι ὄντα. Ὁ μετὰ παῤῥησίας ταῖς χερσὶ τοῦ Δεσπότου τὴν ψυχὴν παραδοὺς, ὁ δουλεύσας τῷ Κυρίῳ ἀπερισπάστως, καὶ τῇ νυμφευθείσῃ αὐτῷ Ἐκκλησίᾳ μετὰ πάσης προθυμίας, ὁ φιλοδέσποτος καὶ εὐδούλευτος τῷ Κυρίῳ, ὁ ζέων τῷ Πνεύματι, ὁ πιστικὸς τοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων ἀπόστολος. Παῦλος δὲ ὁ τρισμακάριος τὴν κεφαλὴν ξίφει ἀπετμήθη, ὁ ἀνεκδιήγητος ἄνθρωπος. Ποῖον ξίφος διῆλθεν ἐκεῖνον τὸν λάρυγγα [l], τὸ Δεσποτικὸν ὄργανον, τὸ ὑπ' οὐρανοῦ θαυμαζόμενον, καὶ ἔτι ὑπὸ γῆς φριττόμενον; ποῖος τόπος τὸ σὸν ἐδέξατο αἷμα, τὸ γαλακτοειδὲς ὁραθὲν ἐν τῷ χιτῶνι τοῦ σε ἀνασκολοπίσαντος; ὅπερ τὴν βάρβαρον αὐτοῦ ψυχὴν ὑπὲρ μέλι γλυκεῖαν, πιστὸν παρεσκεύασε γενέσθαι μετὰ τῶν συνεταίρων. Ἐμοὶ ξίφος ἐκεῖνο γένοιτο ἀντὶ στεφάνου. Ὡς τριακονταπέντε ἐδούλευσε τῷ Κυρίῳ μετὰ πάσης πρωθυμίας· τελέσας δὲ τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας δρόμον, ἀνεπαύσατο ὡς ἐτῶν ἑξήκοντα ὀκτώ. Ἀντιφθεγγόμεθα

[a] Tres mss. ὁ ἀναγκαῖος τοῦ Χριστοῦ. [b] Iidem τῇ οἰκουμένῃ παραγγόντες. Infra duo mss. ἀντὶ δὲ γάμου. Savil. in marg. ἀντὶ δὲ νόμου. [c] Savil. in marg. καὶ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἐφάνων. [d] Savil. in marg. καὶ ἡ λευκὴ καὶ ἁγνὴ περιστερά. [e] Alii ἡ ὀρθοδοξία. [f] Βωμοὺς τῶν εἰδώλων Savil. Mox quidam τὰ κάτω πλουτήσαντες. [g] Savil. in marg. τὸν Χριστὸν ἔχοντες, καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου δοχεῖα. [h] Alii μυρίζων.

[i] Omnes mss. et Savil. in marg. ἠλλοιώσατε. [j] Alii κόσμος ἐκκλησίας. [k] Omnes fere mss. πωρώσεις. [l] Savil. in marg. διῆλθέ σου τὸν ἀκριτικώτατον λάρυγγα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

aqua et sanguine intincta. Sic ad eum clamat Dominus: *Vade, quoniam ego in nationes longe mittam te* (*Act.* 22. 21). O par beatum, cujus fidei totius mundi animæ sunt concreditæ? Petrus orthodoxæ fidei principium, magnus atque illustris Ecclesiæ sacerdos, necessarius Christianorum consiliarius, supernarum potestatum thesaurus, honoratus a Domino apostolus : Paulus magnus præco veritatis, universi terrarum orbis gloria, in cælis homo, et in terra angelus, decus Ecclesiæ in sublimibus volans aquila, lyra, spiritus, hirundo atque cicada : organum Dominicum, vigilans Christi minister [1]. Paulus et Petrus jugati boves Ecclesiæ : qui orbi terrarum insignem operam negotiantes navarunt; qui pro jugo crucem tulerunt, pro sessore Salvatorem, pro jugi nexu Scripturarum utrumque Testamentum, pro stimulo Spiritus sancti gratiam. Paulus et Petrus Ecclesiæ luminaria, quibus ipsa quotidie illuminatur; pennaria Dominica, publica totius mundi hospitia, Spiritus receptacula, apta sanctæ Trinitatis interpretandæ instrumenta, divini verbi œconomiæ doctores. Petrus spiritualis meus amor; Paulus vas electionis, meus baculus : Petrus templum Dei; Paulus os Christi, lyra Spiritus, tricubitalis homo (*a*), qui cælum attingit [2], qui loco circumscribitur, et universum mundum Domino circumscribit; qui ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum replevit evangelium Christi (*Rom.* 15. 19) : cursor velocissimus, in cælum aquila volitans, divina repletus gratia, quem testatur Dominus suum nomen per universum terrarum orbem ferre (*Act.* 9) : qui tertium cælum pervasit, paradisum ingressus est, et usque ad Dominicam incomprehensibilemque cathedram ascendit, et audivit arcana mysteria, quæ non licet homini loqui. Sed de Petro quid dicemus? qui dulce spectaculum est Ecclesiæ, splendor totius mundi, columba castissima, apostolorum doctor, apostolus ardens, spiritu fervens, angelus et homo, gratia plenus, firma fidei petra, senilis Ecclesiæ sapientia, qui ob puritatem beatus et filius columbæ, ex Dominico ore audivit; qui claves regni cælorum ab ipso Domino accepit (*Matth.* 16. 17. 19). Angelorum ordines vos exspoliastis. Et quid multis? Ipse vos Dominus laudibus ornat, inquiens : *Vos estis lux mundi* (*Ibid.* 5. 14) : qui regibus estis copiosiores, divitibus potentiores, militibus robustiores, sapientibus et philosophis sapientiores, oratoribus eloquentiores; *Nihil habentes, et omnia possidentes* (2. *Cor.* 6. 10). Vos estis martyrum patientia, patriarcharum orthodoxa fides, monachorum exercitatio, virginum coronatores, pacificatores conjugum, rapacium divitum frena, intemperantium impudicorumque moderatores, regum protectio, Christianorum muri, barbarorum adversarii : vos hæreticorum audaciam refrenatis, animi perturbationes comprimitis, dæmonum legiones exegistis, Græcorum [3] aras evertistis, inferiorum supernarumque rerum heredes constituti; illarum siquidem claves, istarum ligandi atque solvendi peccata potestatem accepistis. O idiotæ miraculum! o illiterati sapientiam! Petrus sua ipsius umbra paralyticos solidavit, et mortem solvit; Paulus vestimentis suis morbos propulit, et dæmonas fugavit (*Act.* 5. 15) : qui in medio habetis matrem Domini, et justo spiritu estis potentiores [4] : Paulus quidem indefessa Ecclesiæ hirundo; Petrus vero orbi terrarum, quemadmodum luscinia, assidue canens : Ecclesiæ columnæ, magna mundi lumina, vobis inter vos præstantiores, et quavis simul creata natura excellentiores. Gaudeas, Petre, fidei petra; gaudeas Paule, Ecclesiæ gloriatio: gaudeas, Petre, rectæ fidei fundamentum; gaudeas, Paule, sollicitudo Ecclesiarum : gaudeas, Petre, gloria et decus orbis terrarum; gaudeas, Paule, introitus paradisi : gaudeas, Petre, introductor in regnum cælorum; gaudeas, Paule qui tranquillus portus es tempestate jactatis : gaudeas, Petre, qui multis laudibus a Domino cumulatus es; gaudeas, Paule, qui multorum es charismatum rector : gaudeas, Petre, qui sancto Spiritu ferves; gaudeas, Paule, strenuus cursor : qui sancta prædicatione vestra totum orbem terrarum illuminastis, qui infinita propter Ecclesiam sustinuistis mala, carceribus inclusi, a Judæis abominationi habiti, a barbaris indigne tractati, a regibus ignominiosis verberibus affecti : quibus nec commode respirandi, nec a docendo consistendi facultas est concessa : nec tamen docere cessastis : qui ne membrum quidem corporis præ graviorum rerum pondere movere potuistis; totumque terrarum orbem sceleribus devinctum, vestris salutaribus epistolis solvistis. Vos dæmonum phalangas præcipites egistis : per vos in orbem terrarum Spiritus sancti gratia diffusa est : vos erroris caliginem compressistis, vos dæmonum audaciam depressistis : altaria gentilium vos diruistis, vos omnem falsi nominis cultum in cinerem redegistis, vos sejunctas a frumento zizaniorum sordes ejecistis; et Ecclesiæ fruges quotidiana vestra doctrina puras reddidit.

2. *Laus Petri et Pauli.*—Quanam igitur gratiarum actione tot tantosque labores compensabimus, quos nostri causa pertulistis? Memini tui, Petre, et obstupesco : recordor tui, Paule, et quasi extra me positus, lacrymis perfundor. Quid enim dicam, aut quid loquar, dum vestras contemplor angustias, non intelligo. Quot carceres sanctificastis? quot vincula illustrastis? quot custodias doctrina vestra replevistis? quot catenas celebres reddidistis? quot tormenta sustinuistis? quot loca vestris gressibus sanctificastis? quot convicia superastis? ut Christum portastis? ut Ecclesias prædicatione exhilarastis? Benedictum instrumentum linguæ vestræ : membra vestra sanguine perfusa sunt propter Ecclesiam : vos in omnibus semper Christum imitati estis. In omnem terram exiit sonus vester, et in fines orbis terræ vestra verba (*Psal.* 18. 5). Indivulsam suam sponsam Ecclesiam a vobis desponsatam conservabit Christus. Nemo ante vos, neque post vos talis apparuit. Quis enim magistri officio fungens, dicere quidquam citra vestram traditionem ausus fuerit? Cunctos doctores vos perfecistis, cunctos theologos reddidistis, cunctos tenebris oppressos illuminastis. Vicit nostri cordis duritiem vestra tolerantia : anathema ipsi esse optantes, ut mundum lucrifaceretis (*Rom.* 9. 3). Quid igitur vobis retribuemus, pro omnibus bonis quæ retribuistis nobis? Hodie certaminis vestri celebratur memoria : hodie festivitas testimonii vestri, quod Christo dixistis; hodie læti nos omnes sanctas vestras reliquias veneramur. Gaudeas, Petre, qui ligno crucis fructus es, et ad Magistri similitudinem recta quidem figura, sicut Dominus noster, crucifigi noluisti, sed magis inverso capite, veluti in terra ad cælum iter parans. O clavos illos beatos, qui membra illa sanctissima pertransierunt, membra mihi optabilia, ipsaque cælesti gloria longe meliora. Qui cum fiducia spiritum in manus Domini tradidisti, qui continue Domino, ipsique despensatæ Ecclesiæ summa cum animi alacritate inservisti; Domini amans, recteque Domino serviens, Spiritu fervens, tu omnium Domini fidus apostolus. Beatissimus vero Paulus, cui caput ense præcisum est, vir cujus laudes verbis exprimi nequeunt. At cujusmodi ensis illius guttur, dominicum, inquam, instrumentum cælo suspiciendum et terræ tremendum pervasit? qualis locus tuum, Paule, sanguinem excepit, qui lacteus apparuit in ejus veste qui te percussit? qui quidem sanguis barbaricum illius animum reddens melle dulciorem, ut ipse una cum sociis ad fidem traduceretur, ita affecit? Sit mihi instar coronæ gladius ille. Is triginta et quinque annos, summa ad serviendum alacritate, Domino

[1] Tres Mss. habent, *Christi familiaris.*

[2] Savil. habet in margine, *qui tertium usque ad cælum penetravit.*

[3] Savil. legit, *idolorum*, pro, *Græcorum.*

[4] Idem in margine legit, *qui in medio Christum habetis et Spiritus sancti fontes.*

(*a*) Sic hominem multoties a staturæ mensura vocat Chrysostomus; vocat item Geographus Nubiensis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mancipavit. Perfecto denique octo et sexaginta annorum vitæ cursu, quem pro pietate institutum tenuerat, quievit. Vobis beatas vestras voces vicissim reddimus. *Gaudete in Domino semper* (*Philipp.* 4. 4) : absque intermissione pro nobis orate (1. *Thess.* 5. 17) : repromissiones vestras explete. Succlamas enim, beate Petre, sic dicens : Studebo post meum obitum memoriam vestri facere (2. *Petr.* 1. 15). Est ergo beatus Petrus apostolus Christi a Bethsaida Galilææ, ubi Dominus noster Jesus Christus plurima miracula operatus est : unde et Philippus prodiit : beatus vero Paulus ex urbe Ciliciæ Tarso. Obdormiere autem ambo in magna urbe Roma veteri, vigesimo nono die mensis Junii, sub iniquissimo Imperatore Nerone e medio sublati (*Act.* 21. 39), et ad omnium Dominum atque Magistrum plurimis rebus præclarissime gestis profecti. Omne itaque studium, carissimi, adhibeamus, precantes omnium regem Christum Deum nostrum, uti nos pro suo in humanum genus amore dignos reddat; qui possimus illorum traditionibus atque doctrinis feliciter insistere, ut consequamur misericordiam coram tribunali ipsius : per quem, et cum quo, Deo et Patri honor, cum sanctissimo et optimo et vivifico Spiritu, nunc et semper, in sæcula sæculorum. Amen [1].

[1] Unus Regius habet..... *vigesimo nono die mensis Junii sub imperatore Nerone. Ea autem nos gratia dignabitur Deus Dominus, ut illorum doctrinæ traditionibusque hærentes, per ipsorum sanctissimas preces, misericordiam consequamur ante tribunal Christi, cum quo Patri honor..... in sæcula sæculorum. Amen.*

SERMO IN SANCTOS DUODECIM APOSTOLOS.

Merito etiam hodie in adventu Spiritus sancti sagena hæc piscatorum impleta est, dum nos in eam pisces rationis compotes ultro insilimus. Nam Verbum verbi illiteratos erudiens, et linguis igneis tardiloquos corroborans, artem eorum in divinius quoddam transtulit, cum diceret : *Venite post me, et faciam vos piscatores hominum* (*Matth.* 4. 19). Dixit, *Venite post me*, et cuncta e vestigio in melius fuere traducta. Duodecim electi erant athletæ, et horum nemo remansit incoronatus. Una enim gratia cum omnibus simul certabat et currebat, quæ uniuscujusque victoriam reddidit illustriorem. Unus infelix Judas ab hujusmodi anchora [1] se divulsit, osculo lupis prodens ovem, et triginta argenteis vendens Dominum : sanguis autem venditi redemit mundum. Sed, o felicem illam et præclaram, apostoli, vestram societatem, qua omnibus omnia facti estis gratia; non arundine, sed sermone hominum greges sapienter cepistis. Vos enim rectæ fidei immobiles estis columnæ, Ecclesiæ petra, regni sceptrum, et hujus maxime gregis vigiles præfecti, infirmitatis humanæ gratis medici, nostræque versus Deum pœnitentiæ compatientes fidejussores. Tamquam enim incudes quædam animatæ, dum ferieremini, qui vos feribant, eos ad intelligentiam fabrefecistis.

Apostolorum divisio.— Petrus hinc Romam erudit : Paulus inde mundo evangelium annuntiat : Andreas Græciæ sapientes corrigit : Simon Deum docet barbaros : Thomas baptismate Æthiopas dealbat : Jacobi cathedram Judæa honorat : Marci thronum Alexandria ad Nilum complectitur : Lucas et Matthæus conscribunt Evangelia : Joannes autem divina tractans mysteria, etiam post mortem tamquam vivus Ephesum curat : Bartholomæus Lycaonas ad temperantiam instituit : Philippus miraculis conservat Hierapolim. Omnes ubique omnibus beneficia conferre non desistunt : pulverem immortalem in sepulcris reliquerunt : nunc quidem cultores, non multo post sublimes mundi judices consessuri. Huic cum claudus adhæsisset, rectis pedibus recessit : in illum paralyticus incidens, lectum portare jussus est : alius mortuos vocabat, et hos statim sibi audientes habuit : alterius vel sola umbra morbos propulit : alterius invocationem perhorrescebant dæmones, illorumque sudaria distillabant medelam. Nam discipuli illius erant, cujus vestimenti fimbria furtivo contactu arrepta, sanguinis fluxum patienti, rubeum sanguinis exsiccavit mare. Sed jam ad principes apostolorum converto sermonem, illius propheticæ vocis memor : *Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum.* (*Psal.* 132. 1)! Præcat igitur oratione Petrus, quandoquidem et prior in vineam Domini conductus fuit : Petrus boni Pastoris gregis primogenita ovis, Petrus qui e stagno in cælum ascendit, nautas dimisit, et cum angelis colloqui meritus est : qui navem reliquit, et Ecclesiæ regimen assumpsit : qui claviger regni cælorum vocatus est, et ligandi atque solvendi in terra potestatem accepit : ad vocationem celer, et in fide non ambiguus, et in omnibus fervens Magistri cooperator : qui dixit : *Tu es Christus, Filius Dei vivi* (*Matth.* 16. 16) : qui simul cum Domino mori proposuerat, et usque ad Caiphæ atrium, una cum vincto Redemptore ingressus est : qui etiam negans dignus fuit venia, et pœnitens admirabilis. Neque enim tam propterea quod negarit reprehendendus, quam, quod se pœnituerit, est felix prædicandus. Nobis siquidem et errans utilis fuit, quia cito flens delictum inundatione abluit, et ad modicum fluctuans, in perpetuum inventus est fundamentum fidelium. Etenim si consideres, o dilecte, opportunum illius temporis metum, Petrum magnæ reprehensioni profecto non reperies obnoxium. Nam cum sol fugiebat, cælum abscondebatur, terra commovebatur, petræ scindebantur, ut quæ ferre nequirent tantam Creatoris contumeliam : tunc Petrus lapsus est, tunc coryphæus negavit, et rationis expertem diei nuntium reperit, statim redarguentem prædictam negationem. *Priusquam gallus cantet, ter me negabis* (*Matth.* 26. 34). Verum cum primus negasset, primus ad sepulcrum cucurrit, primus vitæ datorem a mortuis resurrexisse vidit : id a Maria edoctus, quod ei angelus super lapidem sedens, dicere non erat ausus. Cæterum post eum prodeat in medium Paulus, totius orbis terrarum sapientissimus orator : qui ex lupo factus est agnus, ex vepribus racemus, ex zizaniis frumentum, ex inimico amicus, ex Hebræis Hebræus manens : qui apud illos Saulus spirans necem et cædem, apud nos autem Paulus Jesu Christi vocatus apostolus, ex blasphemo theologus, ex persequutore evangelii prædicator, ex pirata gubernator, ex proditore miles : qui Romam una cum Petro sortitus est sepulcrum : quorum neuter tamen hanc Sichem contempsere : qui ratione Benjamin, Joseph frater, et ratione Theclæ, filiorum pater atque magister fuisti : qui ante Damascum cæcus, et in unaquaque civitate prædicationis oculus; ex cælo vocatus, et in cælum raptus es : qui priusquam hinc discederet, paradisum contemplatus, victoriæque coronam adhuc certans accepit, eamque sibi debitam affirmat. Quid enim ait? *Quam reddet mihi Dominus in illo die* (2. *Tim.* 4. 3). Paulus ex novissimis primus, ex abortivis perfectus vir, persequutor suavis, et dum persequutiones patitur, dulcis : qui Romanus et Pharisæus, et omnia omnibus propter fidem factus. Christus enim qui dixit Petro : Oportet te pati (*Act.* 9. 16) : etiam de Paulo dixit, quam multa oporteret eum pro nomine ipsius pati : ut ille quidem cruci affixus, hic vero truncatus capite, una fide propagata, unoque etiam cursu terminato, veri testes resurrectionis ejus essent,

[1] Savil. in margine habet, *ab hujusmodi choro.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμῶν ταῖς ἁμαρτίαις τὰς μακαρίους ὑμῶν φωνάς [a]. *Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε*· ἀδιαλείπτως ὑπὲρ ἡμῶν προσεύχεσθε· τὰς ὑποσχέσεις ὑμῶν ἐκπληρώσατε. Ἀναχράζεις γὰρ, μακάριε Πέτρε, οὕτω φάσκων, ὅτι Σπουδάσω μετὰ τὴν ἐμὴν ἄφιξιν τὴν ὑμετέραν μνήμην ποιεῖσθαι. Ἔστιν οὖν ὁ μακάριος Πέτρος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας, ἔνθα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὰς πλείστας θαυματουργίας εἰργάσατο, ἐξ ἧς καὶ ὁ Φίλιππος ὥρμητο πόλεως· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος ἀπὸ Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας. Κεκοίμηνται δὲ ἀμφότεροι ἐν τῇ μεγαλοπόλει Ῥώμῃ [b] τῇ ἀρχαίᾳ, μηνὶ Ἰουνίῳ, εἰκάδι ἐννάτῃ, ἐπὶ Νέρωνος τοῦ ἀνομωτάτου βασιλέων ἀναιρεθέντες, καὶ πρὸς τὸν διδάσκαλον καὶ Κύριον τῶν ἁπάντων μετὰ πλείστας πραγματείας ἀφικόμενοι. Πᾶσαν οὖν σπουδὴν ἐπιδείξασθαι ὀφείλομεν, ἀγαπητοὶ, δεόμενοι τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἵνα ἡμᾶς ἀξιώσῃ τῇ αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ ταῖς αὐτῶν παραδόσεσι καὶ διδασκαλίαις ἐμμένειν, ἵνα λάβωμεν ἔλεος ἔμπροσθεν τοῦ βήματος αὐτοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Omnes mss. ὑμῖν τὰς μακαρίας ὑμῶν φωνάς. [b] Unus Regius habet ἐν τῇ μεγάλῃ καὶ πρεσβυτέρᾳ πόλει Ῥώμῃ, μηνὶ Ἰουνίῳ κθ' · ἐπὶ Νέρωνος βασιλέως. Ἀξιώσει δὲ καὶ ἡμᾶς Κύριος ὁ Θεὸς ταῖς παραδόσεσι καὶ ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν ἐμμένειν, ἵνα λάβωμεν διὰ τῶν ἁγίων αὐτῶν εὐχῶν ἔλεον ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ μεθ' οὗ τῷ Πατρί, etc.

---

[11] *Εἰς τοὺς ἁγίους δώδεκα ἀποστόλους.*

Εἰκότως καὶ τήμερον ἐπὶ φοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ τῶν ἁλιέων αὕτη πεπλήρωται σαγήνη, αὐτοκελεύστως [a] ἐν αὐτῇ τῶν λογικῶν ἰχθύων ἡμῶν εἰσπηδώντων. Ὁ γὰρ λόγος τοῦ Λόγου τοὺς ἀγραμμάτους σοφίσας, καὶ γλώσσαις πυρίναις τοὺς βραδυγλώσσους στομώσας, τὴν τέχνην αὐτῶν μετέθηκε ἐπὶ τὸ θειότερον, λέγων, *Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων*. Εἶπε, *Δεῦτε ὀπίσω μου*, καὶ πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον εὐθὺς μετεβλήθη. Δώδεκα ἐπιλεχθέντες ἐτύγχανον ἀθληταὶ, καὶ τούτων οὐδαμῶς οὐδεὶς ἔμεινεν ἀστεφάνωτος. Ἡ γὰρ μία χάρις τοῖς ἅπασι συνῆλθε καὶ συνέτρεχε, καὶ τὴν ἑκάστου νίκην δοκιμωτέραν ἐδείκνυε. Μόνος ὁ τάλας Ἰούδας τῆς τοιαύτης ἀγκύρας [b] ἑαυτὸν ἀπεσχοίνισε, φιλήματι τοῖς λύκοις ὑποδείξας τὸ πρόβατον, καὶ τριάκοντα ἀργυρίων πωλήσας τὸν Κύριον· οὗ τὸ αἷμα τὸν κόσμον ἠγόρασεν. Ἀλλ' ὦ τῆς ὑμῶν, ἀπόστολοι, μακαρίας καὶ λαμπρᾶς ξυνωρίδος! ὅτι τὰ πάντα τοῖς πᾶσι γεγόνατε χάριτι, οὐ καλάμῳ, ἀλλὰ λόγῳ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλας ἐμπείρως ζωγρήσαντες. Ὑμεῖς γάρ ἐστε τῆς ὀρθοδοξίας ἀμετάθετοι στῦλοι, τῆς Ἐκκλησίας πέτρα, τῆς βασιλείας σκῆπτρα, καὶ τοῦ ποιμνίου μάλιστα τούτου ἄγρυπνοι προστάται, τῆς νοσούσης ἀνθρωπότητος ἄμισθοι ἰατροὶ, καὶ τῆς ἡμῶν μετανοίας πρὸς Θεὸν ἀνάδοχοι συμπαθεῖς. Ὡς γὰρ ἄκμονές τινες ἔμψυχοι τυγχάνοντες, ἐν τῷ τύπτεσθαι τοὺς τύπτοντας ἐχαλκεύσατε πρὸς ἐπίγνωσιν.

Πέτρος ἐντεῦθεν μαθητεύει τὴν Ῥώμην. Παῦλος ἐκεῖθεν εὐαγγελίζεται κόσμον. Ἀνδρέας τῆς Ἑλλάδος σοφοὺς διορθοῦται· Σίμων διδάσκει τὸν Θεὸν τοὺς βαρβάρους· Θωμᾶς διὰ βαπτίσματος λευκαίνει τοὺς Αἰθίοπας· Ἰακώβου τὴν καθέδραν ἡ Ἰουδαία τιμᾷ· Μάρκου τὸν θρόνον Ἀλεξάνδρεια ἡ παρὰ Νείλον ἀσπάζεται· Λουκᾶς καὶ Ματθαῖος γράφουσι τὰ Εὐαγγέλια· Ἰωάννης ἔτι θεολογῶν, καὶ μετὰ τέλος ὡς ζῶν θεραπεύει τὴν Ἔφεσον· Βαρθολομαῖος παιδαγωγεῖ σωφρονεῖν [c] τοὺς Λυκάονας· Φίλιππος θαυματουργῶν σώζει τὴν Ἱεράπολιν. Ἅπαντες ἁπανταχοῦ πάντας εὑρεγετοῦντες οὐ παύονται· κόνιν ἀθάνατον ἐν τάφοις καταλελοίπασι, νῦν μὲν θεραπευταὶ, μετ' ὀλίγον δὲ δικασταὶ τοῦ κόσμου προκαθήμενοι. Τούτῳ προσπελάσας χωλὸς, ἀρτίπους ἀνέλυσεν· ἐκείνῳ συντυχὼν παράλυτος, κλινοφορεῖν ἐκελεύετο· ἄλλος ἐκάλει νεκρούς·, καὶ τούτους εἶχεν εὐθὺς ὑπακούοντας·· ἑτέρου καὶ σκιὰ μόνη τὰς νόσους ἐδίωκεν· ἄλλου τὴν ἐπίκλησιν οἱ δαίμονες ἔφριττον, καὶ τὰ σουδάρια τούτων ἀπέσταζον ἴασιν. Μαθηταὶ γὰρ ὑπῆρχον ἐκείνου, οὗπερ τὸ κράσπεδον κλαπὲν τῆς αἱμορροούσης ἀφῇ τὴν ἐρυθρὰν τῶν αἱμάτων ἀπεξήρανε θάλασσαν. Ἀλλ' ἐγὼ πρὸς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων ἐπάνειμι τῷ λόγῳ, καὶ τῆς προφητικῆς ἐκείνης ἐπιμέμνημαι φωνῆς· *Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν τοὺς ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό;* Ἠγείσθω τοίνυν τοῦ λόγου Πέτρος, ἐπειδὴ καὶ πρότερος εἰς τὸν ἀμπελῶνα τοῦ Κυρίου μεμίσθωται, Πέτρος τῆς τοῦ καλοῦ ποιμένος ἀγέλης τὸ πρωτότοκον πρόβατον, Πέτρος ὁ ἀπὸ λίμνης εἰς οὐρανὸν ἀναβὰς, ὁ τοὺς ναύτας ἀφεὶς, καὶ συλλαλεῖν ἀγγέλοις ἀξιωθεὶς, ὁ τὴν οἰκάδα καταλιπὼν, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν παραλαβὼν εἰς κυβέρνησιν· ὁ κλειδοῦχος τῶν οὐρανῶν προσκληθεὶς [d], καὶ τὸ δεσμοῦν καὶ λύειν ἐπὶ γῆς ἐν ἐξουσίᾳ δεξάμενος· ὁ πρὸς τὴν κλῆσιν ταχὺς, καὶ πρὸς τὴν πίστιν ἀνενδοίαστος, καὶ περὶ πάντα θερμὸς τοῦ Διδασκάλου συνήγορος. *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*, φθεγξάμενος· ὁ συναποθνήσκειν τῷ Δεσπότῃ προθέμενος, καὶ μέχρι [12] τῆς αὐλῆς τοῦ Καϊάφα τῷ δεδεμένῳ λυτρωτῇ συνεισερχόμενος· ὁ καὶ ἀρνούμενος συγγνωστὸς, καὶ μεταμελόμενος θαυμαστός. Οὐδὲ γὰρ μέμψεως τοσοῦτον διὰ τὴν ἄρνησιν, ὅσον μακαρισμοῦ διὰ τὴν μετάνοιαν ἄξιος. Ἡμῖν γὰρ καὶ σφαλλόμενος ὠφέλιμος, ὅτι ταχὺ δακρύσας τὸ πταῖσμα κατέκλυσε, καὶ πρὸς μικρὸν σαλευθεὶς, εἰς αἰῶνα τῶν πιστῶν εὑρέθη θεμέλιος. Ἂν γὰρ σκοπήσῃς, ἀγαπητὲ, τὸν τότε καιρὸν τῆς εὐκαίρου δειλίας, οὐκ ἂν εὕροις πολὺ τὸν Πέτρον πρὸς τὴν μέμψιν ὑπεύθυνον. Ὅτε γὰρ ἥλιος ἔφυγεν, οὐρανὸς ἐκρύπτετο, γῆ ἐσαλεύετο, πέτραι διεθρύπτοντο, οὐ δυνάμεναι φέρειν τὴν ὕβριν τοῦ κτίσαντος· τότε Πέτρος ὤκλασε, τότε ὁ κορυφαῖος ἠρνήσατο· καὶ τὸν ἄλογον τῆς ἡμέρας ἄγγελον, ἔλεγχον εὐθὺς εὗρε τῆς προρρηθείσης ἀρνήσεως· *Πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, ἀπαρνήσῃ με τρίς*. Ἀλλὰ πρῶτος ἀρνησάμενος, πρῶτος ἐπὶ τὸν τάφον ἔδραμε, πρῶτος εἶδεν ἀναστάντα τὸν ζωοδότην τῶν νεκρῶν, παρὰ Μαρίας μαθὼν ὅπερ αὐτῷ οὐκ ἐθαῤῥησεν ὁ ἐπάνω τοῦ λίθου καθήμενος ἄγγελος [e]. Ἀλλ' ἔλθῃ μετ' αὐτὸν εἰς μέσον Παῦλος ὁ πάνσοφος τῆς οἰκουμένης ῥήτωρ, ὁ ἀπὸ λύκου ἀμνὸς [f], ὁ ἐξ ἀκανθῶν βότρυς, ὁ ἐκ ζιζανίων σῖτος, ὁ ἀπὸ ἐχθροῦ φίλος, ὁ ἀπὸ Ἑβραίων μένων Ἕβραῖος, ὁ παρ' ἐκείνοις Σαῦλος ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου, παρ' ἡμῖν δὲ Παῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ κλητὸς ἀπόστολος, ὁ ἀπὸ βλασφήμου θεολόγος, ὁ ἀπὸ διώκτου εὐαγγελιστής, ὁ ἀπὸ πειρατοῦ κυβερνήτης, ὁ ἀπὸ προδότου στρατιώτης· ὁ μετὰ Πέτρου τὴν Ῥώμην λαχὼν εἰς ταφὴν, καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ ταύτην μὴ παρορῶν [g] τὴν Συχέμ· ὁ κατὰ τὸν Βενιαμὶν τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφὸς, καὶ κατὰ τὴν Θέκλαν καὶ τῶν παίδων πατὴρ καὶ διδάσκαλος· ὁ πρὸ τῆς Δαμασκοῦ τυφλὸς, καὶ καθ' ἑκάστην πόλιν τοῦ κηρύγματος ὀφθαλμός· ὁ ἐξ οὐρανοῦ κληθεὶς, καὶ εἰς οὐρανὸν ἁρπαγείς· ὁ θεωρήσας τὸν παράδεισον πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἀφίξεως, καὶ τὸν στέφανον τῆς νίκης ἔτι παλαίων λαβὼν, καὶ πάλιν, ὡς λέγει, χρεωστούμενος. Τί γάρ φησιν; *Ὃν ἀποδώσει μοι Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ*. Παῦλος ὁ ἐξ ἐσχάτων πρῶτος, ὁ ἀπὸ ἐκτρωμάτων τέλειος ἀνὴρ, ὁ καὶ διώκων ἡδὺς, καὶ διωκόμενος γλυκύς· ὁ Ῥωμαῖος, καὶ Φαρισαῖος, καὶ πάντα τοῖς πᾶσι διὰ πίστιν γενόμενος. Ὁ Χριστὸς γὰρ ὁ εἰπὼν Πέτρῳ, Δεῖ σε παθεῖν, εἶπε καὶ περὶ Παύλου, ὅσα αὐτὸν ἔδει ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ παθεῖν, ἵνα ὁ μὲν σταυρούμενος, ὁ δὲ

[a] Reg. αὐτοπροαιρέτως. [b] Savil. in marg. χορείας. Et infra Reg. τὸν Κύριον. Τὸ γὰρ αἷμα τοῦ πραθέντος τὸν κόσμον ἠγόρασεν. [c] Editi σωφρονῶν. Reg. σωφρονεῖν melius.

[d] Reg. προκληθεὶς, Savil in marg. προβληθεὶς. [e] Savilius legendum putat ἀγγεῖλαι. [f] Reg. ἀμνός. Editi ἀρνός. [g] Sic Reg. recte, et sic legit interpres. Editi καὶ παρορῶν. Reg. infra multum variat, sed verborum tenus tantum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν κεφαλὴν τεμνόμενος, μίαν πίστιν κηρύξαντες, ἕνα δρόμον τελέσαντες, μάρτυρες ἀληθεῖς τῆς ἀναστάσεως ἔσωνται τοῦ παθόντος καὶ ταφέντος καὶ ἀναστάντος, ὡς εἶδε, καὶ εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς φθάσαντος, ὑπερ οὐδέποτε καταλέλοιπε. Πρὸς οὓς αὐτὸς ὁ Δεσπότης προφητικῶς διαλέγεται· *Κυκλώσατε* τὴν νέαν ταύτην *Σιών, καὶ περιλάβετε αὐτήν*· τουτέστι, Φυλάξατε, τειχίσατε, ταῖς εὐχαῖς ὀχυρώσατε, ἵνα, ὅταν εὐκαίρως ὀργίζωμαι, καὶ σαλεύω τὴν σύμπασαν, βλέπων τὸν ὑμῶν ἀτελεύτητον τάφον, καὶ ἅπερ ἐκουσίως δι' ἐμὲ βαστάζετε στίγματα, νικῶ τὸν θυμὸν εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ προλαμβάνω τὴν ὑμῶν διὰ ταύτην πρεσβείαν. Ἱερωσύνην γὰρ καὶ βασιλείαν ὅταν ἴδω δακρύουσαν, εὐθὺς πρὸς οἶκτον ὡς συμπαθὴς ἐπικάμπτομαι, καὶ τῆς ἐμῆς ἐκείνης φωνῆς ἐπιμέμνημαι· *Ὑπερασπιῶ τῆς πόλεως ταύτης διὰ Δαυὶδ τὸν δοῦλόν μου, καὶ Ἀαρὼν τὸν ἅγιόν μου*· οἵτινες ὡς ὑμεῖς ὁμονοήσαντες τῇ πίστει, καὶ τὰς ἀξίας αὐθαιρέτῳ ταπεινοφροσύνῃ καλύψαντες, καὶ τῇ στολῇ δείξαντες τῆς ψυχῆς τὴν ταπείνωσιν, πολλάς μοι τῶν μαθητῶν μυριάδας προσήνεγκαν, ἐμὲ φερούσας, καὶ παρ' ἐμοῦ τῷ κόσμῳ τὸν ἱλασμὸν αἰτούσας. Εἶπον γάρ, *Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε.* Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεί, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ADMONITIO

[13] Probe de hac oratione sic sententiam tulit Savilius : *Orationem hanc editam Burdigalæ a Frontone Ducæo, accurate emendavimus ex Cod. Bavarico. Quominus autem credam duabus Synodis, scilicet Lateranensi et VI universali Constantinopolitanæ, Chrysostomo hanc orationem asserentibus, facit totius homiliæ textura et stylus a Chrysostomo, meo judicio, diversissimus. Est enim oratio tota fere dramatica, et ex prosopopœis conflata. Neque, ut alias monui, novum est aut nuper natum, fetus* ὑποβολιμαίους *claris parentibus subdere.*

Idipsum opinatur Fronto Ducæus in notis ad Tomum VI Parisinæ Editionis anni 1636, ubi sic loquitur pag. 1035 : *Hunc quoque nobis Chrysostomi sermonem monasterii Cryptæ Ferratæ mss. Codices conservarunt, ex quibus exscriptus, et ad nos ab illustriss. Card. Baronio transmissus est. Licet autem ut genuinum eum auctoris nostri fetum propter styli disparitatem non agnoscamus, tamen eum commendat auctoritas Synodi Lateranensis sub Martino I coactæ circa annum* 650 *contra Monothelitas : in cujus consultatione citatur ex eo locus hoc modo :* Item S. Joannis episcopi Constantinop. in Thomam apostolum : Hæc audiens mundavi animam a perfidia, *etc. ; quæ habes hic, p.* 326. *Profertur idem locus in sexta Synodo universali Constantinopoli sub Agathone habita contra eosdem Monothelitas, anno Christi* 681, *inter testimonia ostendentia duas voluntates et duas operationes in Domino, exscripta ex libris patriarchii Constantinopolitani actione* 10 : Item relectum est ex eodem codicillo testimonium S. Joannis archiep. Constantinopolitani ex Sermone in Thomam apostolum et contra Arianos, cujus initium : Legi quidem et Ecclesiæ obtemperans, continens ista : Hæc audiens, purgavi animam a perfidia, et exui me ambiguam sententiam, assumpsi credulum sensum, accepi corpus gaudens ac tremens. Expendi cum digitis et animæ oculum, et duas per hoc operationes sensi. Quod testimonium similiter collatum est cum libro membranaceo prolato a parte sedis Apostolicæ antiquæ Romæ et constitut. *Rectius tamen legitur hic,* τῷ μὲν νόμῳ τῆς Ἐκκλησίας, *quam illic,* legi quidem et Ecclesiæ.

---

[14] *Εἰς τὸν ἅγιον Θωμᾶν τὸν ἀπόστολον, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, καὶ εἰς τὸν ἐν τῇ Θράκῃ τυραννήσαντα καὶ ἀναιρεθέντα, καὶ αὐτὸν Ἀρειανόν.*

Τῷ μὲν νόμῳ τῆς Ἐκκλησίας πειθόμενος ἠψάμην, ὡς οἷόν τε, τοῦ βήματος· τῷ δὲ μεγέθει τῆς ὑποθέσεως ἐκνικώμενος ἰλιγγιῶ, καὶ πανταχόθεν συνέχομαι, πῶς ἀπαντήσω τῷ πράγματι, ποίαν εὕρω τῷ λόγῳ διέξοδον. Ὡς ζῶντα κηρύξω τὸν Θωμᾶν; Ἀλλ' ὁ τάφος ἀνακηρύττει τὸν θάνατον. Ὡς νεκρὸν διηγήσομαι; Ἀλλ' ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐλέγχομαι. Καὶ νεκρός ἐστι, καὶ ἀθάνατος· καὶ τέθνηκεν ὡς ἄνθρωπος, καὶ διατρέχει τὸν κόσμον ὡς ἄγγελος· καὶ πάθος ἐδέξατο, καὶ πάθεσι μάχεται· καὶ κάτω κεῖται, καὶ ἄνω εὐφραίνεται [a]. Οὐδὲν γὰρ αὐτὸν ἴσχυσεν ἀποκρύψαι, οὐδεὶς αὐτὸν ἠφάνισε τόπος· ὅλην τὴν οἰκουμένην ἐφώτισεν. Ἔλαβε τάφον, ἀλλὰ πανταχόθεν ὡς ἥλιος ἀνατέλλει· ἐνίκησε τὴν γῆν τὰ λείψανα τοῦ δικαίου, καὶ πλατύτερος ἐφάνη τῆς κτίσεως ὅλης· ἔσπειρεν αὐτὸν ἡ χάρις εἰς ὅλον τὸν κόσμον. Πᾶσα γωνία μέρος ἔχει τοῦ Θωμᾶ, πάντα τὸν κόσμον ἐπλή-

[a] Reg. et Savil. in marg. καὶ ἄνω παραφαίνεται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qui passus et sepultus est, et resurrexit, uti novit; et pervenit in sinum Patris, quem numquam reliquit. Ad quos ipse Dominus prophetice loquitur : *Circumdate* hanc novam *Sion*, *et complectimini eam* (*Psal.* 47. 13), hoc est : Conservate, muris cingite, precibus munite, ut quando merito iratus fuero, universamque mundi machinam concussero, considerans immortale vestrum sepulcrum, quæque mei causa geritis æquo animo stigmata, iram misericordia vincam; qua quidem ductus, en præmature vestram admitto supplicationem. Sacerdotium enim et regnum cum videro lacrymas fundere, quasi dolorum consors, statim ad commiserationem flectar, meæque illius vocis recordabor : *Protegam civitatem hanc propter David servum meum*, *et Aaron sanctum meum* (*4. Reg.* 19 34). Qui sicut vos una fide consentientes, voluntaria animi submissione dignitatem suam occultantes, vestitu denique ipso humilitatem animi præ se ferentes, multa ad me discipulorum millia traduxerunt, me tamquam insigne ferentium, et mundo placare studentium. Dixi enim : *Petite*, *et dabitur vobis* : *quærite*, *et invenietis* (*Matth.* 7. 7). Ipsi gloria et imperium, nunc et semper, in sæcula sæculorum. Amen.

AD ORATIONEM IN SANCTUM THOMAM.

Concors certe est omnium eruditorum opinio concionem esse Chrysostomo prorsus indignam. Tillemontius vero, qui quantum ad νοθείαν opusculi cæteris adstipulatur, opinatur hanc homiliam anno 402 Edessæ in Mesopotamia dictam. *Videtur*, inquit, *ad tumulum S. Thomæ*, *id est Edessæ in Mesopotamia*, *hanc orationem dictam fuisse. Hic dicitur Deus turrim et caput Arianismi dejecisse*, *Thraciamque a tyrannide liberasse*, *tyrannumque exterminavisse. Precaturque ut etiam Occidentem ab Arianorum furore eruat*, *ut fur ille barbarus vincatur et profligetur*, *Arius pellatur*, *Imperator victor maneat. Hæc porro referri posse videntur in annum 402*, *anno videlicet elapso postquam Thracia a Gaïnæ tyrannide liberata fuerat*, *cum Alaricus Italiæ formidolosus erat. Uterque enim Arianus erat. Hic orator Arianos interrogat*, *undenam blasphema dicta sua accepissent*; *an ut Thomas Christi plagas tetigissent* : Ecqua manu, *inquit*, an ea qua pretiosa vasa rapuisti? qua apostolos compilasti? qua barbari spolia excepisti? qua mercedem impietatis tenuisti? qua sanguinis vasa conflasti? *Hæc certe referri possunt ad direptiones a Gaïna Arianisque patratas*, *qui sane ecclesiis non pepercerant. Verum his quidpiam singularius subindicari videtur. Cum enim nuspiam narretur Gaïnam aliquam apostolorum celebrem ecclesiam diripuisse : opinamur ipsum Arcadium Constantinopolitanæ Apostolorum ecclesiæ pretiosa vasa abstulisse*, *cum urgente barbaro*, *instanteque necessitate*, *non posset alio modo tantam auri vim conflare*, *quantam exigebat ille pro se et pro militibus suis. Huic vero sententiæ favent hæc verba*, mercedem impietatis tenuisti.

Hæc sane omnia, si non omnino explorata, admodum probabilia sunt. Quod autem ante tumulum S. Thomæ hæc concio habita fuerit, planum et assertum videtur ex hisce verbis sub finem homiliæ : *Suscipe urbem cineri tuo supplicantem*, *ætatem omnem ad legationem subeundam misit : senes et juvenes tumulo advolvimur.*

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

SERMO IN SANCTUM THOMAM APOSTOLUM, ET CONTRA ARIANOS, DEQUE EO QUI TYRANNIDEM IN THRACIA OCCUPAVIT, ET E MEDIO SUBLATUS EST, CUM IPSE ARIANUS ESSET.

Legi quidem Ecclesiæ obtemperans, ut licuit, in hoc tribunal ascendi; verum argumenti magnitudine superatus hæreo, et undiquaque constrictus, quo pacto rem istam exsequi, et quo genere orationis expedire possim, ignoro. Anne tamquam vivum Thomam prædicabo? Atqui mortem ejus prædicat tumulus. Anne mortuum narrabo? Atqui a rebus ipsis redarguor. Et mortuus est, et immortalis : et mortuus est ut homo, et mundum percurrit ut angelus : et passionem excepit, et cum passionibus pugnat : et deorsum jacet, et sursum lætatur. Nihil enim eum celare potuit, nullus eum locus occultavit; totum orbem terrarum illuminavit. Tumulum subiit, sed undecumque tamquam sol exoritur : vicerunt terram justi reliquiæ, ac rebus omnibus creatis amplior apparuit : per universum mundum gratia ipsum dispersit. Omnis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

angulus partem aliquam habet Thomæ : omnem mundum implevit, et in singulis locis integer manet. In omnem terram exivit gloria ejus, et in fines orbis terræ tropæa ejus (*Psal.* 18. 5). Quo igitur eum nomine appellabo? solemne dicam? Atqui a nocte non vincitur. An stellam? At hunc dies minime abscondit : omni tempore creaturas illuminat, omnem caliginem ab orbe terrarum exterminat. Non cum ipso nox permanet, non eum tenebræ obscurant, non flumen impedit; mare continere non potest, oceanus virum novit, barbari Thomam honore afficiunt : omnes gentes festum hodie celebrant, ejusque dictum Domino tamquam donum offerunt, *Dominus meus et Deus meus* (*Joan.* 20. 28) : Consanguineus meus et Creator meus, Redemptor meus et Rex meus. Hæc enim docuit Thomas, hanc nobis tamquam filiis hereditatem reliquit : tamquam thesaurum hunc sermonem natura retinet; universum genus hoc dicto firmatur : hoc verbum ad angelos usque protenditur : angeli tamquam anchoram confessionem hanc tenent : omnis creatura doctrinam hanc velut diadema circumfert. Solus Arius hac oratione privatur, solus ille ab hereditate excidit, solus Christum cum Thoma Dominum non confitetur : non eum cum ipso Deum agnoscit : servum appellat dominum; creaturam, splendorem; spurium, legitimum; figmentum, opificem; non dicit Dominum et Deum herum suum, non favet veritati, non conjungit se cum Thoma, non sequitur justum; idque cum ejus diem colat, cum universo terrarum orbe festum celebret, et amicis Thomæ seipsum aggreget. Verum improbitas virtutem non fallit, neque cum duce veritatis seductor apte copulatur : novit feram pastor, novit lupum venator, novit fluctum gubernator, novit tempestatem portus, novit hostem imperator, novit Thomas Arium, novit et ipsum repellit. Blasphemi cultum non admittit, in homicidarum speluncam non intrat, non cum illis diversatur; impiorum confessum aversatur, vocem cum ipso pugnantem detestatur; os quod contra Deum loquitur iniquitatem (*Psal.* 74. 6), odit; linguam quæ Dominum ac Deum non appellat, aversatur, et ad eum ex toto terrarum orbe clamat : Ari, quid mihi blandiris? quid oleo caput meum impinguas? cur diem meum festum celebras, o nefarie? Blasphemum tuum hymnum non admitto : vanæ fidei tuæ non assentior : iniquam doctrinam tuam non agnosco. Ne me honores, qui Conditorem probro afficis, non suscipio honorem ignominiam parientem. Si dominum probris oneras, quomodo servum coles? si meam fidem non tenes, quomodo memoriam festo celebrabis? si mecum non sentis, quomodo sepulcro meo communicas? Ego Christum Dominum et Deum esse sum edoctus : palpavi manu, et veritatem inveni : propriis digitis sum certior factus : non alius mihi doctrinam inseruit, non miraculum auribus accepi, non iis credidi, qui mihi dicebant, *Vidimus Dominum* : repugnavi apostolis, restiti Petro, cum docere me conaretur : dixi illi, O homo, quid me perturbas? quid mihi verba pro rebus offers? quid mihi imperas ut verbis adductus credam? Nisi videro, non credam. Ut vidisti tu, videam et ego; ut edoctus es, edocear : ut didicisti, discam. Quod prædicandum mihi est, intuear, ac deinde prædicabo. Nemo fando audita annuntiat, nemo doctrinam a rumore manantem proponit, nemo me res tuas divulgantem recipiet. Si interroget, quo pacto resurrexerit Christus, quid dicam nescio. Si dicam, Petrus mihi dixit, quis ut fide digno assentietur? Videam, et prædicabo; discam, et docebo; persuadear, et persuadebo. Dicam ego quoque, Thomas apostolus non ab hominibus, neque per homines. Hæc ego cum dicerem, apparuit Dominus, et continuo pugnam diremit, aitque ad me : Quid tibi accidit, Thoma? quid cum Petro pugnas? quid cum amicis contendis? Ades, et miraculum experimento cognosce : disce reipsa resurrectionem : affer manum tuam, et corpus vide. Si potes, tene; si mundos digitos habes, vestigia clavorum tange; si credas, assequeris etiam; si vero contendas, non invenies; si sis incredulus, non cognosces; si dubites, quod passibile est non comprehendes; si passione teneris, quod passioni obnoxium non est, non percipies. Hæc audiens purgavi animam ab incredulitate, et ambiguam sententiam exui, credulum sensum assumpsi, tetigi corpus, gaudens et tremens, expandi cum digitis et animæ oculum, et duas de cætero operationes cognovi; prehendi, et aspexi, ac manu quidem corpus tenui, anima vero Deum percepi; et quod exterius mirabile erat, inveni; quod interius, formidabile; quod apparebat, ingens; quodque tenebatur, admirandum. Exclamavi ergo, de eo quod comprehenderam obstupescens : *Dominus meus et Deus meus* (*Joan.* 20. 28). Nusquam enim servum intuebar, nusquam species humilis apparebat. Et quod ejusdem mecum erat naturæ, elucebat, de eo divinitas effulgebat; et quod ferebatur, exaltatum erat; et quod ferebat, glorificatum apparebat : cumque duæ res diversæ intelligerentur, una erat persona, quæ adorabatur. Hæc ego experimento percepi, hæc digitis tractavi, hæc animo intellexi : tu vero, Ari, unde blasphemiam es edoctus? unde quæ prædicas, didicisti? num Christum ut ego palpasti? num manum admovisti? num vestigia clavorum scrutatus es? num digiti testimonium ferunt? Tune Christum tenuisti? qua vero manu? an ea qua pretiosam suppellectilem rapuisti? qua apostolos compilasti? qua barbari spolia excepisti? qua mercedem impietatis tenuisti? qua sanguinis vasa conflasti? hac ipsa Christum contrectasti? Absit. Non adeo iniquus est Dominus, non adeo imprudens Christus, ut suam tibi carnem credat : non prehendisti, quem repudiasti; non attrectasti, quem odisti; non scrutatus es, quem depressisti. Si enim scrutatus esses, non humiliasses; si recte perquisivisses, non adeo perverse interpretatus esses. Apage, recipe mercedem nequitiæ, cade cum commilitonibus tuis. Interim jam unam ex turribus tuis dejeci, jam Thraciam tua tyrannide liberavi. Adhuc modicum, et te funditus undiquaque perdam : adhuc modicum, et te ex orbe terrarum exterminabo. Modo tibi caput abscindam, modo superbia tua Occidentem quoque liberabo. Ita fac, beate Thoma, sermonem opere comple, exsequere quæ dixisti, præclarum principium fine confirma : ut Thraciam liberasti, sic et Occidentem liberato. Audiam et latronem sicut et tyrannum excisum : Imperatorem victoria coronato, pacem mundo largire, sudores eorum qui convenerunt, suscipe. Suscipe urbem cineri tuo supplicantem : ætatem omnem ad legationem obeundam misit. Senes ac juvenes tumulo advolvimur, virgines et adolescentes tuum corpus amplectimur, infantes passerum in morem hianti ore prospiciunt : noli talem speciem aspernari; ne vacuos labores nostros dimittas : da competentem sudoribus nostris mercedem. Nihil a te magnum postulamus : quæ possides petimus; quæ das, quærimus; quæ videre vis, desideramus, barbarum subactum, Arium pulsum, Imperatorem coronatum, mundum conversum, Christum exaltatum, et ab universo simul orbe terrarum audientem, *Dominus meus et Deus meus* : cui gloria, honor, et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρωσε, καὶ μένει κατὰ τόπον ὁλόκληρος· εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ἡ δόξα αὐτοῦ, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ τρόπαια αὐτοῦ. Πῶς οὖν αὐτὸν ὀνομάσω; Ἥλιον; Ἀλλ' ὑπὸ νυκτὸς οὐκ ἐλέγχεται. Ἀστέρα; Ἀλλ' ἡμέρα τοῦτον οὐ κρύπτει. Ἐν παντὶ καιρῷ καταυγάζει τὴν κτίσιν, πάντα ζόφον ἀπελαύνει τῆς οἰκουμένης. Οὐκ ἔτι νὺξ μετ' αὐτοῦ, σκότος αὐτὸν οὐκ ἀμβλύνει [a], ποταμὸς οὐ κωλύει, θάλασσα κατέχειν οὐ δύναται, ὠκεανὸς ἐπιγινώσκει τὸν ἄνδρα, βάρβαροι τιμῶσι τὸν Θωμᾶν· πάντα τὰ ἔθνη σήμερον ἑορτάζει, καὶ τὴν τούτου φωνήν, καθάπερ τι δῶρον, τῷ Δεσπότῃ προσφέρει. *Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου*· ὁ συγγενής μου καὶ ποιητής μου, ὁ λυτρωτής μου καὶ ὁ βασιλεύς μου. Ταῦτα γὰρ ἐδίδαξεν ὁ Θωμᾶς, τοῦτον ἡμῖν ὡς τέκνοις ἀφῆκε τὸν κλῆρον· ὡς θησαυρὸν ἡ φύσις κατέχει τὸν λόγον· ὅλον τὸ γένος διὰ ταύτης τῆς φωνῆς ὀχυροῦται· μέχρι τῶν ἀγγέλων ἐξετάθη τὸ ῥῆμα· ἄγγελοι ταύτην ὡς ἄγκυραν τὴν ὁμολογίαν κρατοῦσι· πᾶσα ἡ κτίσις ὡς διάδημα περιφέρει τὸ δόγμα. Μόνος ὁ Ἄρειος ἀποστερεῖται τοῦ λόγου, μόνος ἐκεῖνος ἐκπίπτει τοῦ κλήρου, μόνος οὐχ ὁμολογεῖ Κύριον τὸν Χριστὸν μετὰ Θωμᾶ· οὐ γνωρίζει αὐτὸν Θεὸν μετ' αὐτοῦ· δοῦλον ἀποκαλεῖ τὸν Δεσπότην, κτίσμα τὸ ἀπαύγασμα, νόθον τὸν γνήσιον, πλάσμα τὸν πλάστην· οὐ λέγει Κύριον καὶ Θεὸν τὸν Δεσπότην, οὐκ ἀνέχεται τῆς ἀληθείας, οὐ συντίθεται τῷ Θωμᾷ, οὐκ ἀκολουθεῖ τῷ δικαίῳ· καὶ ταῦτα τιμῶν αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, καὶ πανηγυρίζων μετὰ πάσης τῆς οἰκουμένης, καὶ συντάττων ἑαυτὸν τοῖς φίλοις τοῦ Θωμᾶ. Ἀλλ' οὐ κλέπτει τὴν ἀρετὴν ἡ κακία· οὐ συναρμόζει τῷ ὁδηγῷ τῆς ἀληθείας ὁ πλάνος. Οἶδεν ὁ ποιμὴν τὸ θηρίον, οἶδεν ὁ σφενδονίτης τὸν λύκον, οἶδεν ὁ κυβερνήτης τὸ κῦμα, οἶδεν ὁ λειμὴν τὸν χειμῶνα, οἶδεν ὁ στρατηγὸς τὸν πολέμιον, οἶδεν ὁ Θωμᾶς τὸν Ἄρειον, οἶδε καὶ διώκει αὐτόν. Οὐ δέχεται τὴν τιμὴν τοῦ βλασφήμου, οὐκ εἰσέρχεται παρὰ τὸ σπήλαιον τῶν φονέων, οὐ συναυλίζεται μετ' ἐκείνων· [15] ἀποστρέφεται σύνοδον ἀθετούντων [b], βδελύσσεται φωνὴν αὐτῷ μαχομένην, μισεῖ στόμα κατὰ τοῦ Θεοῦ λαλοῦν ἀδικίαν, ἐκτρέπεται γλῶτταν Κύριον καὶ Θεὸν τὸν Χριστὸν μὴ καλοῦσαν· καὶ βοᾷ πρὸς ἐκεῖνον ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης, Ἄρειε, τί με καθέλκεις; τί λιπαίνεις ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου; τί μου τὴν ἡμέραν ἑορτάζεις, παράνομε; Οὐ δέχομαί σου τὸν βλάσφημον ὕμνον· οὐ συμφωνῶ τῇ ματαίᾳ σου πίστει· οὐ γνωρίζω σου τὸ παράνομον δόγμα. Μή με τιμήσῃς ἀτιμάζων τὸν Ἱλάστην [c]· οὐ δέχομαι τιμὴν ἀτιμίας μητέρα. Εἰ τὸν Δεσπότην ὑβρίζεις, ἐμὲ τὸν δοῦλον πῶς θεραπεύσεις; εἰ μὴ κρατεῖς μου τὴν πίστιν, πῶς ἑορτάσεις τὴν μνήμην; εἰ μὴ συμφωνεῖς μοι, πῶς κοινωνεῖς μου τῷ τάφῳ; Ἐγὼ Χριστὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἐδιδάχθην· ἐψηλάφησα τῇ χειρὶ, καὶ τὴν ἀλήθειαν εὗρον· οἰκείοις ἐπιστώθην δακτύλοις· οὐκ ἄλλος ὑπέθετό μοι [d] τὸ δόγμα, οὐκ ἐξ ἀκοῆς ἔχω τὸ θαῦμα, οὐκ ἐπίστευσα τοῖς εἰποῦσί μοι, *Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον*· ἐμαχεσάμην τοῖς ἀποστόλοις, ἀντέκρουσα Πέτρῳ διδάσκειν με πειρωμένῳ· εἶπον πρὸς αὐτὸν, Ἄνθρωπε, τί με ταράττεις; τί μοι λόγους ἀντὶ πραγμάτων χαρίζῃ; τί μοι κελεύεις ἀπὸ ῥημάτων πιστεύειν; Ἐὰν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστεύσω. Ὢ; εἶδες καὶ σὺ, ἴδω κἀγώ· ὡς ἐδιδάχθης, διδαχθῶ· ὡς ἔμαθες, μάθω. Ὃ κηρύττειν μέλλω, θεάσωμαι, καὶ κηρύττω. Οὐδεὶς ἀκούων [e] ἀπαγγέλλει· οὐδεὶς ἀπὸ φήμης δόγμα προφέρει· οὐδεὶς ἀποδέχεταί με τὰ σὰ διαγγέλλοντα. Ἂν ἐρωτηθῶ, πῶς ἀνέστη ὁ Χριστὸς, οὐκ οἶδα τί λέξω. Ἐὰν εἴπω, Πέτρος μοι εἶπε, τίς ὡς ἀξιοπίστῳ προσέξει; Ἴδω, καὶ κηρύττω· μάθω, καὶ διδάσκω· πιστωθῶ, καὶ πιστοῦμαι. Εἴπω κἀγώ, Θωμᾶς ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων. Ταῦτά μου λέγοντος, Κύριος ἐπεφάνη, καὶ τὴν μάχην ἔλυσε παραχρῆμα· καί φησι πρός με· Τί σοι γέγονε, Θωμᾶ; τί μάχῃ τῷ Πέτρῳ; τί φιλονεικεῖς τοῖς ἑταίροις [f]; Δεῦρο, λάβε τὸ θαῦμα τῇ πείρᾳ· μάθε τὴν ἀνάστασιν ἔργῳ· φερε τὴν χεῖρα, καὶ βλέπε τὸ σῶμα. Εἰ χωρεῖς, κράτει· εἰ καθαροὺς ἔχεις δακτύλους, ἅψαι τῶν τύπων· εἰ πιστεύεις, καὶ φθάσεις· εἰ δὲ φιλονεικεῖς, οὐχ εὑρίσκεις· εἰ ἀπιστεῖς, οὐ γνωρίζεις· εἰ ἀμφιβάλλεις, τὸ παθητὸν οὐ κατέχεις· εἰ πάθος ἔχεις [g], τὸ ἀπαθὲς οὐ μανθάνεις. Ταῦτα ἀκούσας ἐκάθηρα τὴν ψυχὴν ἀπιστίας· ἀπεδυσάμην τὴν ἀμφίβολον γνώμην· ἀνέλαβον τὸν νοῦν πεπεισμένον· ἠψάμην τοῦ σώματος χαίρων καὶ τρέμων· ἐξήπλωσα μετὰ τῶν δακτύλων καὶ τὸ τῆς ψυχῆς βῆμα, καὶ δύο λοιπὸν ἐνεργ[ε]ιῶν ἠσθόμην. Ἐκράτουν, καὶ ἐώρων [h]· καὶ τῇ μὲν χειρὶ σῶμα κατεῖχον, τῇ δὲ ψυχῇ Θεὸν κατενόουν· καὶ τὸ ἔξωθεν ηὕρισκον θαυμαστὸν, καὶ τὸ ἔσωθεν φοβερόν· καὶ τὸ φαινόμενον, μέγα, καὶ τὸ κρατούμενον, θαῦμα. Ἐβόησα τοίνυν ἐκπλαγεὶς ὃ κατέλαβον· *Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου*· οὐδαμοῦ γὰρ ἔβλεπον δοῦλον, οὐδαμοῦ ταπεινὸν ἐφαίνετο σχῆμα· καὶ τὸ συγγενὲς ἐξέλαμπε, καὶ τὸ θεῖον ἐξήστραπτε· καὶ τὸ φορούμενον ὑψοῦτο, καὶ τὸ φοροῦν ἐδεδόξαστο· καὶ δύο νοουμένων πραγμάτων, ἓν ἦν τὸ προσκυνούμενον πρόσωπον. Ταῦτα ἐγὼ πείρᾳ παρέλαβον, ταῦτα δακτύλῳ ἐκράτησα, ταῦτα ψυχῇ κατενόησα. Σὺ δὲ, Ἄρειε, πόθεν τὸ βλάσφημον ἐδιδάχθης; πόθεν ἔμαθες, ἃ κηρύττεις; Χριστὸν ἐψηλάφησας ὡς ἐγώ; τὴν χεῖρα προσήνεγκας; τοὺς τύπους ἠρεύνησας; οἱ δάκτυλοί μαρτυροῦσί σοι; κατέσχες τὸν Κύριον σύ; εἰς ποίαν χεῖρα; εἰς ἣν ἥρπασας τὰ κειμήλια; εἰς ἣν τοὺς ἀποστόλους ἐσύλησας; εἰς ἣν ὑπεδέξω τοῦ βαρβάρου τὰ λάφυρα; εἰς ἣν ἐκράτεις τὸν μισθὸν τῆς ἀσεβείας; εἰς ἣν ἐχώνευσας τὰ σκεύη τοῦ αἵματος; εἰς ταύτην Χριστὸν ἐψηλάφησας; [16] Μὴ γένοιτο. Οὐχ οὕτως ἄδικος ὁ Δεσπότης, οὐχ οὕτως ἐπισφαλὴς ὁ Χριστὸς, ἵνα σοι τὴν ἰδίαν ἐμπιστεύσῃ σάρκα. Οὐκ ἐκράτησας, ὃν ἠθέτησας· οὐκ ἐψηλάφησας, ὃν ἐμίσησας· οὐκ ἠρεύνησας, ὃν ἐσμίκρυνας. Εἰ γὰρ ἠρεύνησας, οὐκ ἂν ἐταπείνωσας· εἰ καλῶς ἐξεζήτησας, οὐκ ἂν οὕτω κακῶς παρηρμήνευσας. Ἄπαγε, ἀπόλαυε [i] τῆς κακίας, πῖπτε μετὰ τῶν οἰκείων συμμάχων. Τέως ἕνα σου κατέβαλον πύργον· τέως τὴν θρᾴκην ἠλευθέρωσα τῆς σῆς τυραννίδος· ἔτι μικρὸν καὶ πανταχόθεν σε καταλύω· ἔτι μικρὸν καὶ διώκω σε τῆς οἰκουμένης. Ἄρτι σου τὴν κεφαλὴν ἀφαιροῦμαι· ἄρτι καὶ τὴν δύσιν ἀπαλλάττω τῆς σῆς ἀπωλείας. Ναὶ, μακάριε Θωμᾶ, πλήρωσον ἔργῳ τὸν λόγον· ἀκολούθησον τῇ φωνῇ σου· καλὴν τὴν ἀρχὴν βεβαίωσον καὶ τῷ τέλει. Ὡς τὴν Θρᾴκην ἠλευθέρωσας, ἐλευθέρωσον καὶ τὴν Δύσιν. Ἀκούσω καὶ τὸν λῃστὴν ὡς τὸν τύραννον ἐκκοπέντα· στεφάνωσον τὸν βασιλέα τῇ νίκῃ, βράβευσον εἰρήνην τῷ κόσμῳ, δέξαι τοὺς ἱδρῶτας τῶν συνελθόντων, δέξαι τὴν πόλιν ἱκετεύουσάν σοι· τὴν κοινὴν πᾶσαν ἡλικίαν [j] ἀπέστειλέ σοι πρεσβείαν. Γέροντες καὶ νέοι προσπίπτομέν σου τῷ τάφῳ· παρθένοι καὶ νεανίσκοι περιπλεκόμεθά σου τῷ σώματι· νήπια στρουθίων δίκην ἀτενίζουσι πρὸς σὲ κεχηνότα· μὴ παρίδῃς σχῆμα τοιοῦτον· μὴ κενοὺς ἡμῶν ἀποπέμψῃς τοὺς πόνους· ὅλος ἡμῖν ἄξιον μισθὸν τῶν ἱδρώτων. Οὐδὲν ἀπαιτοῦμέν σε μέγα· ἅπερ ἔχεις, αἰτοῦμεν· ἃ δίδως, ζητοῦμεν· ἃ θέλεις ἰδεῖν, ἐπιθυμοῦμεν· τὸν βάρβαρον ἡττηθέντα, τὸν Ἄρειον ἐλαθέντα, τὸν Βασιλέα στεφανωθέντα, τὸν κόσμον ἐπιστραφέντα, τὸν Χριστὸν ὑψωθέντα, καὶ παρὰ πάσης ὁμοῦ τῆς οἰκουμένης [k] ἀκούοντα, *Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου*· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Reg. οὐ καταλαμβάνει, non male. Savil. in marg. αὐτῷ οὐ καταμολύνει. [b] Savil. in marg. σύνοδον ἀσεβούντων. [c] Idem τὸν κτίστην. [d] Ita Reg. optime. Editi ὑπέθετό μου. [e] Reg. ἀκοήν. [f] Reg. τοῖς ἑτέροις. [g] Savil. ἴσ. οὐκ ἔχεις. [h] Reg. ἐώρων, καὶ ἐψηλάφουν, καὶ ἐθεώρων. [i] Savil. in marg. ἀπόβαλε. [j] Reg. ἱκετεύουσάν σου τὴν κόνιν πᾶσα ἡλικία. [k] Savil τῆς κτίσεως.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM

Jure inter spurias hanc sive orationem sive homiliam ablegavit Fronto Ducæus. Nihil enim hic Chrysostomo dignum, non stylus, non dictio : nulla ex dotibus hic comparet, quæis fulgebat ille divus orator. Hic vero quisquis sit Græculus exclamationibus, maximeque interrogationibus totam replevit orationem. Memoria autem labitur cum in longissima apostrophe Stephanum inducit Judæis dicentem : ἀλλ' ὁ ἐξ ὑμῶν, καθ' ὑμῶν δὲ μᾶλλον, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, Παῦλος κράζει. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν : *Verum is qui ex vobis est, vel contra vos potius, vas electionis, Paulus clamat : Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent :* quasi vero potuerit Paulus, tunc Christo et Christianis

[17] *Εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα.*

α'. Στέψωμεν ἄνθεσιν ἐγκωμίων τὸν Στέφανον, καὶ τοῖς τῶν ἐπαίνων αὐτὸν περιῤῥάνωμεν ῥόδοις· ἤδη γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν τοῖς τῆς πίστεως προεστεφάνωσεν ἄθλοις. Ἔκειτο μὲν γὰρ ἐν γράμμασι· *Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα* · ἀλλ' ἡ περὶ τὸ σῶμα συνάφεια τὴν δυσχέρειαν εἰσῆγε. Τούτου δὲ τοῦ νεανίου βουληθέντος μαρτυρικὰς ἀναδέξασθαι νίκας, πᾶσα ἀπελήλαται δυσχέρεια· δειλία δὲ καὶ φόβος ἀργεῖν ἐμελέτησεν. Οὔτε γὰρ ἀρχιερέων ἐφοβήθη μανίαν, οὐχ ἱερέων ἐδειλίασε θρασύτητα, οὔτε πρεσβυτέρων αὐτὸν κατέπληξαν λόγοι, οὐ γραμματέων αὐτὸν ἀπειλὴ διετάραξεν, οὐ λόγοι συκοφαντῶν τὴν αὐτοῦ προθυμίαν ἐνέκοψαν, γενναίῳ δέ τινι φρονήματι εἰς τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνας κατέσπευδε. Τίς τοίνυν θνητῶν ἄξιους ἐπαίνους τῷ ἀγωνιστῇ προσαγάγῃ; τίς ἀνθρώπων ἀνάλογον τῆς αὐτοῦ πολιτείας ἐγκώμιον διαπλέξει; ποία γλῶσσα τὰς τοῦ ἀριστέως ἐξειπεῖν δυνήσεται δόξας; ποῖον στόμα πρὸς ἔπαινον τῶν τοῦ Στεφάνου ἀγωνισμάτων ἀνοιγήσεται; ποῖα χεῖλη ἐπαρκέσει τὰς ἀνδραγαθίας εἰπεῖν τοῦ πρωτομάρτυρος; Ἐπὶ τῆς γῆς γὰρ ἐπάλαιε, καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς περιεσκέπτετο· ἐν τῷ βίῳ παρῆν, καὶ τὰ ἐν ὑψίστοις περιώδευε· μετὰ τῶν θνητῶν διελέγετο, καὶ ἀθανάτοις συνετάττετο· ἀνθρώποις ἀπεμάχετο, καὶ συνεχόρευεν ἀγγέλοις. Πᾶσα λοιπὸν ἡλικία τὸ βέβαιον ἐχέτω· Στέφανος γὰρ ἐπάλαισε, καὶ ὁ ἀρχέκακος ἔπεσεν. Ἐχέτω λοιπὸν καὶ ὁ ἐν πολιᾷ ἀγωνιζόμενος τὸ βέβαιον· καὶ ὁ ἐν γήρᾳ κατορθῶν τοὺς στεφάνους λαμβάνει, καὶ ὁ νεανίας ἀθλήσας στεφανοῦται, καὶ μειράκιον παλαῖσαν κομίζεται γέρα, καὶ νήπια ἀγωνιζόμενα κομίζονται στεφάνους, καὶ γύναια παραταξάμενα στεφανοῦνται δόξῃ. καὶ παρθένοι παλαίσασαι κομίζονται νίκας. Στεφάνου τοίνυν ἀνοίξαντος τοῦ μαρτυρίου τὰς πύλας, πᾶσα λοιπὸν ἡλικία ἐπὶ τὸ μαρτύριον τρεχέτω. Πρῶτος γὰρ Στέφανος τῷ τυράννῳ ἀντέστη, πρῶτος τὰς κατ' αὐτοῦ ἀνεδέξατο νίκας, πρῶτος τῶν καλλινίκων ἐκείνων ἀπήρξατο ἀγώνων, πρῶτος διὰ Χριστὸν τὰ τοῦ Χριστοῦ ἀνεδέξατο πάθη· ὑπέδειξε θνητοῖς, πῶς παίζεται θάνατος· ἔδειξεν ἀνθρώποις, πῶς νέκρωσις γέλως ἔσται· ἐγνώρισε τοῖς ἐν τῷ βίῳ τὰς οὐρανίους ἀνόδους. *Στέφανος* γὰρ *πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ.* Εἰς μείζονα προκοπὴν τὸν Στέφανον ἡ τοῦ Πνεύματος προεβίβαζε χάρις· τὸ γὰρ ἄμετρον τῆς αὐτοῦ πίστεως παρηγύαδε τὸ βέβαιον. Διάκονος γὰρ ταγεὶς, μάρτυς ἀνεδείχθη· εἰς χηρῶν κατασταθεὶς χρείαν, εἰς θαυμάτων προέκοψε χάριν· τραπεζῶν ἐτάγη διάκονος, καὶ τεραστίων ἀνεδείχθη ἐργάτης. *Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως.* Ἐχέτω, φησὶν, ἐν προσηγορίᾳ τὸν τῆς νίκης στέφανον ὁ Στέφανος· Στέφανος, ὁ ἀμελέτητον πόλεμον γνωρίσας τῷ βίῳ, ὁ ἀδίδακτον μάχην ἐμφανίσας τῷ κόσμῳ. Οὐκ εἶχεν ἐν ἕθει τοῦτο ἡ φύσις, καὶ Στέφανος κατὰ ἀσωμάτου στρατιᾶς παρετάξατο μόνος. Πίστις γὰρ αὐτῷ τοὺς ἀγῶνας κατώρθου· ἐλπὶς μετὰ τέλος προετρέπετο παλαίειν. *Στέφανος πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως.* Στέφανος, ὁ αἰχμάλωτον τὸν ἀρχέκακον δείξας, ὁ προαιρέσει γενναίᾳ κατ' αὐτοῦ τρόπαια ἐγείρας, ὁ δαίμονας παρασκευάσας θρηνεῖν, καὶ ἀνθρώπους χορεύειν· Στέφανος ὁ πρῶτος τῶν μαρτύρων τροπαιοῦχος, ὁ στρατηγὸς τῶν διὰ Χριστὸν ἀγωνιζομένων. Ὅς γὰρ ἂν διὰ Χριστὸν ἄρξηται παλαίειν [18], Στέφανον εὑρίσκει διδάσκαλον· ὅστις μαρτυρικῶν ἐφάψεται ἀγώνων, Στέφανον μιμεῖται. Στέφανος τὸ ἀκρωθίνιον τῶν διὰ Χριστὸν ἀγωνιζομένων, ἡ κρηπὶς τῶν δι' αὐτὸν ἀποθνησκόντων. *Στέφανος πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως.* Πανταχόθεν περιεπέφρακτο ὁ τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ἑκατέρωθεν ἐτεθωράκιστο ὁ εὐσεβὴς πολεμάρχης· *Πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως.* Ἐπήρκεσαν, φησὶ, ταῦτα πρὸς νίκην, ἐξίσχυσαν ταῦτα παρασχεῖν τὸ τρόπαιον. Πίστις γὰρ καὶ δύναμις καὶ τὸν ἀρχέκακον ἐνίκα, καὶ Ἰουδαίους κατέπληττε. *Πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ.* Θαυμάτων ὁ ἀριστεὺς ἐνεδείκνυτο πλήθη, τεραστίων πλῆθος ὁ Χριστοῦ εἰργάζετο στρατιώτης· *Ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα ἐν τῷ λαῷ*, χωλοῖς μὲν χαριζόμενος δρόμους, παρέτοις δὲ ὑγίειαν ἐκπέμπων, ἵνα πρὸς φθόνον τοὺς ἀρχιερεῖς διεγείρῃ· οὕτως ἐπεθύμει διὰ Χριστὸν γεύσασθαι θανάτου. Εἶτα ἐκκαλεῖται κατ' αὐτοῦ ἀνδρῶν ἀσεβεστάτων πεντάπολιν.

Ἀνέστησαν γὰρ, φησὶ, *τινὲς τῶν ἀπὸ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ.* Ὢ πόσον ὄχλον ἡ κακία συνήγαγεν! ὢ πόσον δῆμον ὁ φθόνος συνέτρεψε[a]! Λιβερτίνους, Κυρηναίους, Ἀλεξανδρεῖς, καὶ τοὺς ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας. Ἄπειρος, φησὶν, ὄχλος καθ' ἑνὸς παρετάξατο στρατιώτου· ἄμετρα πλήθη καθ' ἑνὸς ὥρμησαν ἀριστέως· πέντε πόλεων ἄνδρες ἐφ' ἕνα κατέδραμον νεανίαν. Ὢ τῆς ἀνιατρεύτου τῶν Ἰουδαίων κακίας! ἐξ αὐτῆς τῆς θέας[b] ἠθέλησαν τὸν ἀριστέα ἐκφοβῆσαι, ἵνα τῇ ὑπερβολῇ τοῦ πλήθους ὑπεκλυθῇ τὰ νεῦρα. Εἶτα καὶ τάξιν οἱ παμπόνηροι ἐπιτιθέασι τῇ μάχῃ, καὶ ζητημάτων τῷ Στεφάνῳ ἐν προοιμίοις πλέκουσι λόγους. *Ἀνέστησαν* γὰρ, φησὶ, *τινὲς ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ.* Τί, φασὶν, ὦ νεανία, ἀπερισκέπτως ὑβρίζεις τὸ Θεῖον; τί μεμελετημένοις λόγοις πείθεις τὸν ὄχλον; τί θαυμάτων ἀπάτῃ διασκεδάζεις τὸ ἔθνος; Ὧδε τῶν ζητημάτων τὸ πέρας· Θεός ἐστιν ὁ ἐκ Μαρίας τεχθείς; Δημιουργὸς ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐ Βηθλεὲμ τοῦτου κώμη, καὶ τροφὸς ἡ Ναζαρέτ; Θεὸν φαντάζῃ τὸν ἐπὶ γῆς τεχθέντα; Θεὸς, ὁ δι' εὐτέλειαν σπαργανωθεὶς ἐν τῇ φάτνῃ; ὁ ἀποδράσας ὀργισθέντα τὸν Ἡρῴδην; ὁ πρὸς κάθαρσιν λουτρὸν δεξάμενος Ἰορδάνην; ὁ πεινῇ

[a] Legendum putant Fronto Ducæus et Savil. συνήθροισε.
[b] Reg. ἐξ αὐτῆς τῆς ὄψεως ἐζήτησαν τὸν ἀθλητὴν καταπλῆξαι, ἐξ αὐτῆς τῆς θέας, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

IN ORATIONEM SEQUENTEM.

infensissimus, hoc dictum jam protulisse. Verum hujusmodi memoriæ lapsus non satis esset ad hanc concionem Chrysostomo abjudicandam, nisi alia adessent bene multa, quæ opusculi νοθείαν arguunt. Quot enim μνημονικὰ σφάλματα in doctoris nostri concionibus animadvertimus ! Multa certe, quæ longum esset recensere. Plurima quoque hujusmodi ad hunc locum congerit Fronto Ducæus, quibus referendis supersedemus, ne in re notissima diutius immoremur. Verum ex aliis tutioribus indiciis constat hanc concionem alicujus indocti hominis esse, qui eam Chrysostomo adscripserit.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

LAUDATIO SANCTI STEPHANI PROTOMARTYRIS (*a*).

1. Coronemus Stephanum laudum floribus, eumque rosis præconiorum conspergamus : jam enim se ipse fidei præmiis ante coronavit. Scriptum quidem erat : *Nolite timere eos, qui occidunt corpus* (*Matth.* 10. 28) ; at connexio cum corpore difficultatem afferebat. Verum ubi juvenis iste victorias martyrum voluit obtinere, difficultas omnis submota est ; timiditas autem metusque cessavit. Nam neque pontificum insaniam est veritus, neque sacerdotum audaciam reformidavit, neque terruerunt eum verba seniorum ; non scribarum ipsum minæ perturbarunt, neque sycophantarum sermones ejus ardorem animi restinxerunt, sed ad obeunda pro Christo certamina generosa mente properabat. Quis ergo mortalium dignas athletæ laudes offerat ? quis hominum convenientem ejus vitæ actionibus laudationem contexet ? quæ lingua poterit decora præstantissimi bellatoris effari ? quodnam os ad Stephani agones prædicandos aperietur ? quæ tandem labia strenui protomartyris sufficient facinoribus enarrandis ? Etenim luctabatur in terris, et quæ sunt in cælis contemplabatur ; in hac vita versabatur, et quæ sunt in excelsis, percurrebat : cum mortalibus colloquebatur, et immortalium ordinibus jungebatur : cum hominibus depugnabat, et cum angelis choreas ducebat. Omnis ætas deinceps bono animo esto : Stephanus enim luctatus est, et auctor mali collapsus est. Bono animo deinceps esto etiam is qui in canitie decertat ; et qui in senecta præclare se gerit, corona donatur ; et qui adolescens pugnaverit, coronatur ; et puer qui luctatus fuerit, refert præmia ; et infantes qui in agone contendunt, coronas reportant ; et mulieres quæ in acie steterint, gloria coronantur ; et virgines quæ luctatæ sunt, victorias consequuntur. Postquam igitur martyrii portas Stephanus reseravit, omnis in posterum ætas ad martyrium currat. Primus enim Stephanus tyranno restitit, primus de illo victoriam obtinuit, primus illos gloriosos agones inchoavit, primus propter Christum Christi passiones excepit : quo pacto mors fudatur, mortalibus indicavit ; quo pacto interitus sit risus futurus, hominibus demonstravit : his qui in hac vita versantur, vias, quæ in cælum ferunt, patefecit. *Stephanus* enim, *plenus gratia et fortitudine, faciebat signa et prodigia in populo* (*Act.* 6. 8). Ad majorem profectum Stephanum Spiritus gratia provehebat : ejus quippe fidei immensitas constantiam pollicebatur. Diaconus enim constitutus, martyr effectus est : viduarum necessitati præpositus, ad miraculorum gratiam profecit : diaconus mensis præfectus est, et prodigiorum effector est redditus. Stephanus autem plenus fide et fortitudine. Habeat, inquit, in nomine coronam victoriæ Stephanus : Stephanus, qui bellum, in quo se nemo exercuerat, hominum vitæ manifestavit : qui pugnam, quam nemo docuerat, mundo patefecit. Non erat hoc positum in more naturæ, et Stephanus adversus militiam incorpoream solus in acie stabat. Fides quippe feliciter ei certamina conficiebat ; spes incitabat ut ad finem usque depugnaret. Stephanus, plenus fide et fortitudine Stephanus, qui mali auctorem captivum ostendit, qui generoso mentis arbitrio tropæum adversus ipsum erexit, qui dæmones ut lugerent, et homines ut choreas agerent, effecit : Stephanus primus martyrum tropæum tenens, pro Christo decertantium dux copiarum. Quisquis enim cœperit propter Christum pugnare, Stephanum doctorem nanciscitur : quisquis certamina martyrum aggressus fuerit, Stephanum imitatur. Stephanus primitiæ propter Christum decertantium, fundamentum propter ipsum morientium. Stephanus plenus fide et fortitudine. Undique munitus armis erat Christi miles, ex utraque parte loricatus erat pius imperator : plenus fide et fortitudine. Sufficiebant, inquit, hæc ad victoriam : poterant hæc tropæum acquirere. Fides enim ac fortitudo et mali auctorem vincebat, et Judæos perterrefaciebat. *Plenus fide et fortitudine faciebat signa et prodigia magna in populo.* Miraculorum turbam vir fortissimus edebat, portentorum magnam vim Christi miles operabatur : faciebat signa et prodigia in populo, tum claudis cursum largiens, tum paralyticis sanitatem effundens, ut pontifices ad invidiam concitaret : adeo Christi causa mortem oppetere desiderabat. Tum adversus ipsum hominum impiissimorum evocat pentapolim.

Surrexerunt enim, inquit, *quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano* (*Act.* 6. 9). O quantam turbam improbitas congregavit ! o quantam invidia multitudinem convocavit ! Libertinos, Cyrenenses, Alexandrinos, et qui erant a Cilicia et Asia. Infinita, inquit, turba contra unum militem aciem instruxit ; innumerabiles copiæ adversus unum fortissimum bellatorem impetum fecerunt ; quinque civitatum viri in unum juvenem incurrerunt. O malitiam Judæorum insanabilem ! Ex ipso aspectu fortissimum bellatorem terrere voluerunt, ut multitudinis copia nervi debilitarentur. Deinde ordinem adhibent pugnæ sceleratissimi homines, atque initio quæstionum nodos sermonibus nectunt. *Surrexerunt*, inquit, *quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant a Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano.* Quid, inquiunt, adolescens, inconsiderate contumeliis Numen incessis ? quid meditatis verbis populo persuades ? quid miraculorum fallacia gentem dissipas ? Hic terminus quæstionum : Deusne est qui ex Maria natus est ? Creatorne est fabri filius ? nonne Bethleem castellum istius, et nutrix Nazaret fuit ? Deum confingis eum esse, qui in terris partu est editus ? qui propter tenuitatem in præsepio fasciis est obvolutus, qui Herodem fugit iratum, qui lavacro Jordanis ad emundationem est usus, qui fami subditus fuit et siti, qui fatigationem sensit et somnum ? qui captus est, nec aufugere valuit ? qui alàpis cæsus est, neque seipsum est ultus ? qui suspensus est, nec descendere potuit ? qui exsecrandum et ignominiosum finem sortitus est ? Eum qui positus est in sepulcro, in cælo esse confingis ? qui mortalibus est æqualis, cum mortuorum esse prædicas vi-

(*a*) Collata cum Codice Regio 2342.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tam ? Num igitur Deus ista pati sustinuisset ? nonne solo mandato suo sese invadentes necasset ? nonne imperans subito mortem intulisset ? Aut ergo cessa ab hac impostura, aut parem tu quoque mortem excipe.

2. Talia quædam dicebant, dum cum Stephano disputarent. Tum Stephanus : Nonne prophetarum apud vos scripta servantur ? nonne vos libros Veteris Testamenti pervolutatis ? nonne invicem dicebatis : *Nos scimus quia Moysi loquutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit ? nos Moysis discipuli sumus* (*Joan.* 9. 29. 28). Nonne Moyses dixit : *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus de fratribus vestris, tamquam me ; ipsum audietis* (*Deut.* 18. 15)? nonne ante multos annos scripsit Michæas : *Et tu, Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda : ex te enim exiet dux* (*Mich.* 5. 2) ? nonne partum innuptæ prænuntiavit Isaias : *Ecce virgo in utero habebit* (*Isai* 7. 14) ? nonne adstitura in præsepio duo animalia prædixit Ambacum : *In medio duorum animalium cognosceris* (*Habac.* 3. 2) ? nonne fugam in Ægyptum propter Herodem dixit Isaias : *Ecce Dominus venit super nubem levem in Ægyptum* (*Isai.* 19. 1) ? nonne Jordanis aquarum fugam David præsignificavit : *Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, et timuerunt* (*Psal.* 76. 17) ? nonne molestiarum et laborum ejus eventum ante scripsit Isaias : *Ipse peccata nostra accepit et ægrotationes portavit* (*Isai.* 53. 4. *Matth.* 8. 17)? nonne clavorum violentiam David propheta prædixit : *Foderunt manus meas et pedes meos* (*Psal.* 21. 17) ? nonne suspensionem in ligno Moyses ante prædicavit : Videbitis vitam vestram pendentem in ligno (*Deut.* 28. 66) ? nonne sepulturam in monumento Jacob ante scripsit : Recumbens dormivit ut leo (*Gen.* 49. 9)? nonne resurrectionem David prænuntiavit : *Surge, Deus, judica terram* (*Psal.* 81. 8. *et* 46. 6) ? nonne quæ ad ascensionem spectant idem prædixit : *Ascendit Deus in jubilo ?* Aut igitur in alio quopiam ostendite prophetias esse completas, aut tamquam Deum crucifixum adorate. Nam vos quidem, o stulti, Moysis prophetiam ignorantes, nudum vos hominem crucifigere putabatis : verum is qui ex vobis est, vel contra vos potius, vas electionis, Paulus clamat : *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent* (*1. Cor.* 2. 8). De ipso redarguens vos princeps apostolorum dicebat : *Vos autem sanctum et justum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis : auctorem vero vitæ interfecistis* (*Act.* 3. 14. 15). Vestram hanc vocem cum multo ante novisset Isaias, dicebat : Væ iis qui dicunt amarum dulce, et dulce amarum (*Isai.* 5. 20). Cum igitur Stephanus ita dissereret, *Non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur.* Recteque dictum est illud, *Resistere.* Nam quia superius dixerat, *Surrexerunt quidam de synagoga,* hic dicit, *Non poterant resistere.* Itaque silentio lingua eorum compressa erat, sua omnes labia concludebant, sermonum sagittas inhibebant, verborum arcus compescebant, sub lingua lanceam improbitatis occultabant. *Non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur.* O res novas et inusitatas ! quam recte scripsit Lucas ! quam certo effecit, ut promissa Christi apparerent ! Dixit enim Christus : *Dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri* (*Luc.* 21. 15). Recte igitur inquit : *Non poterant resistere sapientiæ et Spiritui, qui loquebatur.* Cui tandem sapientiæ ? Christo qui in ipso loquebatur. Christum autem sapientiam esse, prodeat qui dicit Paulus : Christus Dei virtus, et Dei sapientia (*1. Cor.* 1. 24). Ipsum autem loqui in iis, qui se gratos præbent, ut scias, alio loco scribens aiebat : *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus, qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis ? Et non poterant resistere sapientiæ* (2. *Cor.* 13. 3), hoc est, Christo. Quis enim resistet ei, et sustinebit ? *Et non poterant resistere sapientiæ et Spiritui.* Cuinam spiritui ? Paracleto , de quo in præcedentibus dicebat : *Stephanus autem plenus* fide *et fortitudine ;* ac rursus, *Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei. Tunc* itaque *summiserunt viros, qui dicerent se audivisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen et Deum* (*Act.* 7. 55. *et* 6. 8. 11). Successit invidiæ falsum testimonium. *Summiserunt viros.* Pecunia mendacium coemerunt : Venite, aiebant, o venerabiles viri, rebus nostris studia vestra subministrate[1] : cogitatis nostris operam lingua vestra navet : consiliis nostris os vestrum inserviat. Novus enim Galilæi defensor exortus est : propugnator illius surrexit ac vindex. Deum in sepulcro jacentem colit : Creatorem sepulcro conclusum prædicat : eum qui positus est in monumento, in cælis esse confingit : eum cui milites illuserunt, autumat cum militia cælesti versari : eum qui ne seipsum quidem vindicare potuit, creaturæ judicem fore pollicetur. Hujus corpus Joseph in monumento reposuit : et hic eum a dextris Dei sedere confingit : cujus discipuli tamquam deceptorem ipsum negarunt, et hic ait fore ut omnis ei lingua confiteatur : de cruce descendere minime potuit, et hic ejus secundum adventum a cælis pollicetur : ei maleficii conviciabantur, quod neque seipsum neque illos salvare posset, et hic contenta voce Salvatorem hunc mundi esse proclamat. An tale facinus umquam vidistis ? an vero omnino tantæ dementiæ ac blasphemiæ verba audistis? Vos itaque prætextui operam navate, et celebrem apud eos, qui nunc vivunt, gloriam vobis comparabitis. Tum vero posteri calumniatorum, qui Nabuthem quondam oppresserunt, ejusmodi verbis sunt usi : audivimus eum loquentem verba blasphemiæ in Moysen et Deum. Adversus ipsum, inquiunt, legislatorem ausus est dicere : denuntiabat ille nobis dicens : *Attendite, populo meus, legem meam* (*Psal.* 77. 1) : et hic clamat fore, ut traditiones mutet Jesus, quas tradidit nobis Moyses. In Moysen apud universam gentem venerabilem blasphemavit : in eum qui in auxilium sibi creaturam omnem adscivit, qui a gravi servitute gentem liberavit, qui virga maris undas in murum convertit, qui oratione copias Ægyptiorum in profundum demersit, qui oratione cælestem de nocte columnam accendit, qui cælestem panem nullaque agriculturæ ope confectum comparavit, qui virga fluenta ex sterili saxo hausit. *In Moysen.* Quid autem de hoc, *In Moysen,* sermonem protraho ? *Et in Deum.* In ipsum cælum tela jacit; adversus ipsum Conditorem linguam extendit : mortuum Deo Creatorique oppositum prædicat. *In Moysen et in Deum. Commoverunt itaque plebem, et seniores, et scribas : et concurrentes rapuerunt eum, et adduxerunt in concilium* (*Act.* 6. 12). Populum in iram concitarunt, et eum rapuerunt : ovem rapuerunt feræ, et adduxerunt in concilium hypocrisis atque invidiæ plenum, a veritate alienum, et expers æquitatis : et adduxerunt eum in concilium, de quo Jeremias multo ante clamavit : *Non sedi in concilio ipsorum vanitatis* (*a*) (*Jer.* 15. 17). *Et statuerunt falsos testes dicentes : Homo iste non cessat loqui verba blasphemiæ adversus locum sanctum, et legem* (*Act.* 6. 13). Templum, inquiunt, locum istum non erubuit afficere contumeliis, ubi eloquia divina recitantur, ubi prophetarum scripta buccinantur, ubi tabulæ ac manna cæleste, ubi arca et virga Aaronis, ubi canities pontificum, et dignitas seniorum, honorque scribarum : sed ludibrium existimat locum : templum vile esse pronuntiat. Neque contra locum tantum verba facere, sed et contra legem est ausus. Umbram esse legem fingit : figuram Vetus Testamentum esse audacter prædicat : Galilæum dicit Moyse esse majorem, Mariæ filium legislatore prædicat potentiorem : non seniorum est reveritus dignitatem, non scribarum turbas

[1] Reg. habet.... *O venerobiles viri, verbis nostris aures vestras præbete ; rebus nostris..... subministrate.*

(*a*) Hic versiculus desumitur ex Psal. 25, v. 5, ubi legitur *non sedi cum concilio vanitatis.* In Jeremia vero 15 17, sic legitur, *non sedi in concilio ludentium.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δουλεύσας καὶ δίψῃ; ὁ κόπου αἰσθόμενος καὶ ὕπνου, ὁ κρατηθεὶς, καὶ μὴ ἰσχύσας διαδρᾶσαι; ὁ ῥαπισθεὶς, καὶ ἑαυτὸν μὴ ἐκδικήσας; ὁ ἀναρτηθεὶς, καὶ κατελθεῖν μὴ ἰσχύσας; ὁ ἐπάρατον καὶ ἐφύβριστον εὑράμενος τέλος; Τὸν ἐν τάφῳ τεθέντα, ἐν οὐρανοῖς εἶναι φαντάζῃ; τὸν παραπλήσιον θνητοῖς, νεκρῶν ζωὴν εἶναι κηρύττεις; Κατεδέχετο οὖν Θεὸς ταῦτα παθεῖν; οὐκ ἐκέλευσε, καὶ τοὺς ἐπελθόντας ἐνέκρου; οὐχὶ προστάττων αἰφνίδιον ἐπῆγε τὸν θάνατον; Ἢ παῦσαι τοίνυν τῆς πλάνης, ἢ τὸν ἴσον αὐτοῦ δέχου καὶ σὺ θάνατον.

β'. Τοιαῦτά τινα λέγοντες ἦσαν συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ. Εἶτα ὁ Στέφανος· Οὐ παρ' ὑμῖν φυλάττονται τῶν προφητῶν τὰ συγγράμματα; οὐχ ὑμεῖς τὰς τῆς Παλαιᾶς ἀναπτύσσετε βίβλους; οὐκ ἐλέγετε ἀλλήλοις, *Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωϋσῇ λελάληκεν ὁ Θεὸς, τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ἡμεῖς τοῦ Μωϋσέως μαθηταί ἐσμεν*; Οὐχὶ Μωϋσῆς ἔλεγε· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε*; οὐ προέγραψε πόῤῥωθεν Μιχαίας· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος*; οὐ τῆς ἀπειρογάμου ὁ Ἡσαΐας προανήγγειλε τὸν τόκον· *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει*; οὐ τῶν ἐν τῇ φάτνῃ ζώων τὴν παράστασιν ὁ Ἀμβακοὺμ προεῖπεν· *Ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ*; οὐ [19] τὴν ἐν Αἰγύπτῳ φυγὴν δι' Ἡρώδην εἶπεν ὁ Ἡσαΐας· *Ἰδοὺ Κύριος ἔρχεται ἐπὶ νεφέλης κούφης εἰς Αἴγυπτον*; οὐ τῶν ὑδάτων τοῦ Ἰορδάνου τὸν δρασμὸν ὁ Δαυῒδ προεμήνυσεν· *Εἴδοσάν σε ὕδατα, ὁ Θεὸς, εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν*; οὐ τῶν κόπων καὶ πόνων τὴν ἔκβασιν ὁ Ἡσαΐας προέγραψεν· *Αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν*; οὐ τῶν ἥλων τὴν βίαν Δαυῒδ προεῖπεν ὁ προφήτης· *Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου*; οὐ τὴν ἐν τῷ ξύλῳ ἀνάρτησιν ὁ Μωϋσῆς προανεκήρυξεν· Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἐπὶ ξύλου; οὐ τὴν ταφὴν τὴν ἐν μνημείῳ ὁ Ἰακὼβ προέγραψεν· Ἀναπεσὼν ἐκοιμήθη ὡς λέων; οὐ τὰ τῆς ἀναστάσεως προανεβόησεν ὁ Δαυῒδ· *Ἀνάστα, ὁ Θεὸς, κρῖνον τὴν γῆν*; οὐ τὰ τῆς ἀναλήψεως ὁ αὐτὸς προεῖπεν· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ*; Ἢ δείξατε τοίνυν ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν προφητειῶν [a] τὴν ἔκβασιν, ἢ ὡς Θεῷ τῷ ἐσταυρωμένῳ προσκυνεῖτε. Ὑμεῖς γὰρ, ὦ ἀνόητοι, μὴ γινώσκοντες τὴν προφητείαν Μωϋσέως, ἐνομίζετε ψιλὸν ἄνθρωπον σταυροῦν· ἀλλ' ὁ ἐξ ὑμῶν, καθ' ὑμῶν δὲ μᾶλλον, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, Παῦλος κράζει [b]· *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.* Περὶ αὐτοῦ ἐλέγχων ὑμᾶς ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων ἔλεγεν· *Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε.* Ταύτην ὑμῶν τὴν φωνὴν πόῤῥωθεν εἰδὼς Ἡσαΐας ἔλεγεν· Οὐαὶ τοῖς λέγουσι τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν! Οὕτω τοίνυν διαλεγομένου τοῦ Στεφάνου, *Οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι, ᾧ ἐλάλει.* Καὶ καλῶς εἴρηται τὸ, *Ἀντιστῆναι.* Ἐπειδὴ γὰρ ἀνωτέρω εἶπεν, *Ἀνέστησάν τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς*, ὧδε λέγει, *Οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι.* Εἰς σιωπὴν οὖν ὠθοῦντο τὴν γλῶσσαν, συνέκλειον ἅπαντες τὰ οἰκεῖα χείλη, ἀνέστελλον τῶν λόγων τὰ βέλη, ἀπεκράτησαν τῶν ῥημάτων τὰ τόξα, ὑπὸ τὴν γλῶσσαν ἔκρυψαν τῆς κακίας τὸ δόρυ. *Οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι, ᾧ ἐλάλει.* Ὢ τῶν καινῶν πραγμάτων! πῶς καλῶς συγγράφεται ὁ ἀοίδιμος Λουκᾶς; πῶς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Χριστοῦ εἰς πέρας ἕλκει; Εἶπε γὰρ ὁ Χριστὸς, ὅτι *Δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν, ᾗ οὐ δυνήσονται ἀντιστῆναι πάντες οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν.* Καλῶς οὖν λέγει· *Οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ, καὶ τῷ Πνεύματι, ᾧ ἐλάλει.* Ποίᾳ σοφίᾳ; Τῷ Χριστῷ τῷ ἐν αὐτῷ φθεγγομένῳ. Καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς σοφία, ἡκέτω Παῦλος λέγων· Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία. Ὅτι δὲ λαλεῖ ἐν τοῖς εὐχαριστοῦσι, γράφων ἐν ἄλλοις ἔλεγεν· *Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὃς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δυνατεῖ ἐν ὑμῖν. Καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ*, τουτέστι, τῷ Χριστῷ. Τίς γὰρ ἀντιστήσεται αὐτῷ, καὶ ὑπομενεῖ; *Καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ Πνεύματι, ᾧ ἐλάλει.* Ποίῳ πνεύματι; Τῷ Παρακλήτῳ, περὶ οὗ ἐν πρώτοις ἔλεγε· *Στέφανος δὲ πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως·* καὶ αὖθις, *Ὑπάρχων δὲ Πνεύματος ἁγίου πλήρης, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ. Τότε οὖν ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, ὅτι Ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν καὶ τὸν Θεόν.* Διεδέξατο ψευδομαρτυρία τὸν φθόνον. *Ὑπέβαλον ἄνδρας.* Ἀργυρίου [c] ἠγόρασαν τὸ ψεῦδος, Δεῦτε, λέγοντες, ὦ τίμιοι ἄνδρες, τοῖς ἡμετέροις τὰ ὑμέτερα διακονήσατε· ἐν τοῖς ἡμῶν σκέμμασιν ἡ ὑμῶν ὑπουργήσειε γλῶσσα· τοῖς ἡμετέροις βουλεύμασιν ὑπηρετήσειε τὸ ὑμέτερον στόμα. Ἔκδικος γάρ τις τοῦ Γαλιλαίου ἀνέστη, ὑπέρμαχος ἐκείνου ἠγέρθη καὶ ἀντίμαχος. Θεὸν ἐν τάφῳ κείμενον γεραίρει· Δημιουργὸν τὸν ἐν τύμβῳ συγκλεισθέντα κηρύττει. Τὸν ἐν μνημείῳ τεθέντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς φαντάζεται εἶναι· τὸν ὑπὸ στρατιωτῶν ἐμπαιχθέντα, σὺν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ φημίζει παραγενέσθαι· τὸν μήτε ἑαυτὸν ἐκδικῆσαι ἰσχύσαντα, κριτὴν ἐπαγγέλλεται τῆς κτίσεως. Ἰωσὴφ ἀπέθετο τὸ τούτου σῶμα ἐν μνημείῳ, καὶ οὗτος αὐτὸν ἐκ δεξιῶν τοῦ [20] Θεοῦ φαντάζεται ὑπάρχειν. Οἱ μαθηταὶ αὐτὸν ἠρνήσαντο, ὡς ἀπατεῶνα, καὶ οὗτος λέγει, ὅτι πᾶσα γλῶσσα αὐτῷ ἐξομολογήσεται· ἐκ τοῦ σταυροῦ οὐκ ἴσχυσε καταβῆναι, καὶ δευτέραν αὐτοῦ παρουσίαν οὗτος ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπαγγέλλεται· οἱ κακοῦργοι αὐτὸν ἐβλασφήμουν μὴ δυνάμενον μήτε ἑαυτὸν σῶσαι, μήτε ἐκείνους· καὶ οὗτος τρανότατα κράζει, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου. Εἴδετέ ποτε τοιοῦτον τόλμημα; ἠκούσατε δὲ ὅλως τοιαύτης ἀπονοίας καὶ βλασφημίας ῥήματα; ὑπουργήσατε τοίνυν τῇ σκήψει [d], καὶ ἐπίκοινον παρὰ τῶν νῦν κομίσεσθε κλέος. Εἶτα οἱ ἀπόγονοι τῶν ἐπὶ Ναβουθὲ συκοφαντῶν τούτοις ἐχρήσαντο λόγοις· *Ἀκηκόαμεν λαλοῦντος αὐτοῦ ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν καὶ τὸν Θεόν.* Κατ' αὐτοῦ, φησὶ, τοῦ νομοθέτου ἀπετόλμησε λέγειν· αὐτὸς παρήγγειλεν ἡμῖν λέγων, *Προσέχετε, λαός μου, τὸν νόμον μου·* καὶ οὗτος κράζει, ὅτι *Ἰησοῦς ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.* Εἰς Μωϋσῆν ἐβλασφήμησε, τὸν σεβάσμιον παρ' ὅλῳ τῷ ἔθνει, τὸν εἰς συμμαχίαν ὅλην λαβόντα τὴν κτίσιν, τὸν δουλείας χαλεπῆς ἐλευθερώσαντα τὸ ἔθνος, τὸν ῥάβδῳ τὰ τῆς θαλάττης τειχίσαντα ὕδατα, τὸν βυθίσαντα προσευχῇ τὰ τῶν Αἰγυπτίων στρατεύματα, τὸν ἐν νυκτὶ προσευχῇ οὐράνιον ἀνάψαντα στῦλον, τὸν μεθοδεύσαντα οὐράνιον ἀγεώργητον ἄρτον, τὸν ἐξαντλήσαντα τῇ ῥάβδῳ τῆς ἀγόνου τὰ ῥεῖθρα. *Εἰς Μωϋσῆν.* Καὶ τί τῷ, *Εἰς Μωϋσῆν*, παρατείνω τὸν λόγον, *καὶ τὸν Θεόν*; Εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἠκόντισε τὰ βέλη· κατ' αὐτοῦ τοῦ Δημιουργοῦ ἐξέτεινε τὴν γλῶσσαν· νεκρὸν ἀντίθεον κηρύττει τοῦ Κτίστου. *Εἰς Μωϋσῆν, καὶ εἰς τὸν Θεόν. Συνεκίνησάν τε τὸν λαὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ τοὺς γραμματεῖς· καὶ ἐπιστάντες ἥρπασαν αὐτὸν, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον.* Εἰς ὀργὴν τὸν λαὸν συνεκίνησαν, καὶ ἥρπασαν αὐτόν· ἥρπασαν οἱ θῆρες τὸ πρόβατον, καὶ ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον, τὸ ὑποκρίσεως ἀνάμεστον καὶ φθόνου· εἰς τὸ συνέδριον τὸ ἀλλότριον ἀληθείας, καὶ χηρεῦον δικαίου· καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς τὸ συνέδριον, περὶ οὗ πόῤῥωθεν κέκραγεν Ἱερεμίας· *Οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν ματαιότητος· Καὶ ἔστησαν μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας· Ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα βλάσφημα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου καὶ τοῦ νόμου.* Τὸ ἱερὸν, φησὶ, τὸν τόπον τοῦτον οὐκ ἠρυθρίασεν ἐνυβρίσαι, ὅπου τὰ θεῖα ἀναγινώσκονται ῥήματα, ὅπου τῶν προφητῶν σαλπίζονται τὰ συγγράμματα, ἔνθα αἱ πλάκες καὶ τὸ οὐράνιον μάννα, ὅπου ἡ κιβωτὸς καὶ ἡ τοῦ Ἀαρὼν ῥάβδος, ὅπου ἀρχιερέων πολιὰ, καὶ πρεσβυτέρων ἀξίωμα, καὶ γραμματέων τιμή· ἀλλὰ παίγνιον ἡγεῖται τὸν τόπον, εὐτελὲς τὸ ἱερὸν ἀποφαίνεται. Καὶ οὐ μόνον κατὰ τοῦ τόπου ἐτόλμησε φθέγξασθαι, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ νόμου. Σκιὰν τὸν νόμον εἶναι φαντάζεται· τύπον τὴν Παλαιὰν ἀνυποστόλως κηρύττει· μείζονα τὸν Γαλιλαῖον εἶναι λέγει Μωϋσέως, ἰσχυρότερον τὸν ἐκ Μαρίας τοῦ νομοθέτου κηρύττει· οὐκ ἠρυθρίασε τῶν πρεσβυτέρων τὴν ἀξίαν, οὐκ ἐδειλάνθη τῶν

[a] Reg. τῆς προφητῶν. [b] Hic memoria, ne dicam sensu, labitur concionator, ut in Monito pluribus dictum est.

[c] Editi ἀργυρίου, Reg. ἀργυρίοις· et paulo post Reg. τοῖς ἡμετέροις λόγοις δανείσατε τὰ ὦτα, τοῖς ἡμετέροις τό. [d] Fronto Ducæus cum Savilio legendum putat σκέψει.

γραμματέων τὰ πλήθη, ἀλλ' ἐβλασφήμησε κατὰ τοῦ τόπου καὶ τοῦ νόμου.

γ'. Καὶ μάθετε αὐτοῦ τῶν λόγων τὴν πεῖραν. *Ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.* Νεκρὸν ἡμῖν ἐπαπειλεῖται Δεσπότην, τεθνεῶτα ἡμῖν ἐπαγγέλλεται Κύριον. Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος ἀναστήσεται, καὶ καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον. Ἐφαντάσθη, φησὶν, οὗτος ὁ νεανίας· ἠγνόησε τοῦ περιβοήτου ναοῦ τὴν τέρψιν· διέλαθον αὐτὸν τῶν ἐν αὐτῷ τελεσθέντων οἱ πόνοι. Ἡ Σολομῶντος σοφία τοῦτον διέγραψε τὸν οἶκον· σύμμαχον ἔσχεν ὁ σοφὸς τὴν ἄνωθεν χάριν· πολλοὺς ἀγῶνας ἐν τῇ κτίσει ὑπέμεινε τοῦ ἔργου· καὶ ὀγδοήκοντα μὲν χιλιάδες ἐλατόμουν ἐν τῷ ὄρει· ἑβδομήκοντα δὲ χιλιάδες ἐξέτεμνον τὸ ξύλον· τριάκοντα χιλιάδες παρεκόμιζον τὸν λίθον· τρισχίλιοι ἐξακόσιοι ἐπεστάτουν τῷ ἔργῳ· φιλότιμον χεῖρα τῷ ἱερῷ ἐπεξέτεινε, [21] καὶ ἐν τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσι μόλις ἠδυνήθη κατασκευάσαι τὸ ἔργον· καὶ οὗτος λέγει, ὅτι *Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος καταλύσει τὸν τόπον* [τοῦτον]· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ *Καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη, ἃπαρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς.* Τὸ πανάγιον σάββατον ὑπ' ἐκείνου καταλυθήσεσθαι λέγει· τὴν ἔννομον περιτομὴν ὑπὸ τοῦ Ναζωραίου ἀνατραπήσεσθαι ἀπεφήνατο· τὰς νεομηνίας ἡμῶν ὡς εὐτελεῖς παραγράφεσθαι λέγει· τῶν Σκηνοπηγιῶν τὴν τέρψιν τὸν ἐκ Μαρίας οὐ διαδέχεσθαι [a] κηρύττει· τὰς θυσίας ἡμῶν ἀπροσδέκτους παρὰ τῷ Θεῷ εἶναι φαντάζεται· τοὺς ῥαντισμοὺς καὶ τὰ συνήθη καθάρσια τὸν θανόντα ἀνατρέψαι ἀποφαίνεται. Τίς τοιγαροῦν οὐκ οἶδε τοῦ Ναζωραίου τὸ τέλος; πότε δὲ θνητὸς τοὺς ζῶντας ἀμύνασθαι δύναται; Ἡσαΐας ἐπρίσθη, καὶ οὐδαμοῦ ὁ τὰς δίκας εἰσπράττων· Ἱερεμίας ἐπνίγη, καὶ ἐπεξελθεῖν οὐκ ἠδυνήθη· ὁ Ναβουθὲ λίθοις ἀνῃρέθη, καὶ οὐδαμοῦ ὁ ἔκδικος τούτου· Ζαχαρίας ἐσφάγη, καὶ μένομεν ἕως τῆς δεῦρο ἀνέγκλητοι· καὶ τοῦ Ναζωραίου θανόντος ὑπέρμαχος ἵσταται οὗτος. Ὡς κριτὴν ἡμῖν τὸν νεκρὸν ἐπαπειλεῖται· ὡς δικαστὴν τὸν ἐν τύμβῳ καταγγέλλεται πλανώμενος. Εἶτα τούτων οὕτω ψευδῆ κατηγορούντων, *Ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν πάντες οἱ καθεζόμενοι ἐν τῷ συνεδρίῳ*, βλοσυρὸν ὅμμα κατ' αὐτοῦ ἐκπέμψαντες, ὀφρύας ὀργῇ μεμεστωμένας κατ' αὐτοῦ ἀκοντίσαντες, ἐξ αὐτῆς τῆς θέας βουλόμενοι ἐκπλῆξαι τὸν ἀγωνιστήν, ἐν τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ τὸ προφητικὸν πληροῦντες λόγιον· *Καταυροῖ ὁ ἁμαρτωλὸς τὸν δίκαιον, καὶ ζητεῖ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν· Ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν πάντες εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.* Ἡ γὰρ περὶ τὸ μαρτύριον χαρὰ προεκπηδῶσα τῆς ὄψεως, ἀγγελικὰς τῷ νεανίᾳ περιήστραπτε χάριτας. Καὶ διὰ τί τὸ πρόσωπον ἀγγέλου; Ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ, ὃν εἶπεν· *Ἐν τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε γαμίσκονται· ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Οὕτως ἔλαμψαν Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας ἐν τῷ ὄρει, ὅτε συνελάλουν τῷ Ἰησοῦ. ὥστε ἰδόντας τοὺς μαθητὰς πεσεῖν ἐπὶ πρόσωπον· οὕτω μέλλουσιν ἐκλάμπειν πάντες οἱ δίκαιοι ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρός. *Εἶδον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου.* Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιερεύς, *Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει;* Ὦ λόγοι ὑποκρίσεως ἀνάμεστοι! ὦ ῥήματα ἐστολισμένα ἐπινοίᾳ καὶ φθόνῳ! *Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει;* Ἐτόλμησας [b], φησὶν, ὦ ἄνερ, τὸν νομοθέτην ἐνυβρίσαι Μωϋσέα; εἰ ἄρα τῷ Θεῷ ἀντεστράτευσας ἀντίθεον; εἰ κατὰ τοῦ παναγίου ἀνερυθριάστως ἐλάλησας τόπου; εἰ τὸν ἐκ Θεοῦ δοθέντα νόμον ἄκυρον εἶναι ἐφαντάσθης; εἰ τὸν Ναζωραῖον ἐναλλάττειν τὰ Μωϋσέως ἐνόμισας; Μεγάλων κακῶν ἑαυτοῦ πρόξενος ἐγένου. Εἶτα πρὸς ταῦτα ὁ πρωτόμαρτυς· *Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε.* Ἐχέτω, φησὶ, πᾶσα τέως ἡλικία τὴν προσήκουσαν ἑκάστῳ τιμήν. *Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἀκούσατε.* Ἀκούσατε, οὐ λέγω, Πείσθητε· τὸ γὰρ ἄπιστον τῆς ὑμετέρας ἐπίσταμαι γνώμης· ἀλλ' *Ἀκούσατε. Ὁ Θεὸς τῆς δόξης ὤφθη τῷ πατρὶ ἡμῶν Ἀβραὰμ ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ.* Οὐκ ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, οὐκ ἐν τῷ περιβοήτῳ ναῷ, ἀλλ' *Ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ*, ὅπου κατείδωλος ὑπῆρχεν ὁ χῶρος, ἔνθα ἀθέοις ἡ πατρὶς συνεπνίγετο· *ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ*, ὅπου ξοάνοις ἀνεπέμπετο σέβας, ὅπου ξύλοις καὶ λίθοις τὸ πανάγιον ἐνετίθεσαν ὄνομα, ἐκεῖ αὐτῷ ὤφθη. Ἤδει γὰρ ὅτι ἐν ἀκάνθαις γίνεται ῥόδον, καὶ μέσον ζιζανίων εὐγενὴς ἀνατελεῖ σῖτος· ὥσπερ ὁ πολύαθλος Ἰὼβ ἐν τῇ ἀσώτῳ χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι ὡς ῥόδον ἐν ἀκάνθαις ὤφθη, καὶ ὡς κρίνον ἐν τριβόλοις. καὶ ὡς φωστὴρ ἐν τῷ σκότει τῆς ἀγνοίας ἔλαμπε ταῖς ἀρεταῖς, καὶ ὡς πύργος ἐν καταστροφῇ ἦν πάσαις ταῖς ἄνω δυνάμεσιν εὐδήλος, ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν τὰ κατορθώματα ἐπαύξων, ἀπὸ βάθους εἰς ὕψος τῆς δικαιοσύνης τοὺς καρποὺς ἐκπέμπων· ὅθεν ὀσφρανθεὶς αὐτῶν [c] ὁ Θεὸς τὸν καρπὸν, [22] ὡς καὶ τοῦ Νῶε μετὰ τὸν κατακλυσμὸν (*Ὠσφράνθη γὰρ Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας*), ἐμαρτύρει τῷ ἰδίῳ θεράποντι· Ἰδοὺ ἄνθρωπος δίκαιος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ, πρὸ τοῦ νόμου τὰ τοῦ νόμου πληρῶν· ἔχων γὰρ τὸν ἔμφυτον νόμον, οὐκ ἐδεήθη τοῦ γραπτοῦ· γνωστὰ γὰρ τῷ Θεῷ ἀπ' αἰῶνος πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Εἶτα λέγει πρὸς τὸν Ἀβραάμ· *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν, ἣν ἄν σοι δείξω. Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου.* Τί, φησὶ, πολύθεος χώρα τὸν τῶν ἐθνῶν περιέχει πατέρα; τί κατείδωλος πατρὶς περιέχει τὸν προπάτορα τοῦ ἔθνους; *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου.* Δυσχερῆ, ὡς ἐν ἀνθρώποις, τὰ προστατόμενα τῷ πατριάρχῃ. Κατάλιπε, φησὶ, πατρίδα, ἄφες ὅλον τὸ γένος, ἀπόταξαι τῇ γῇ ἐν ᾗ ἐγεννήθης, χωρίσθητι πατρὸς καὶ τεκούσης. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων τὸν πατριάρχην παρεσάλευσεν [d]· οὐκ ἐλογίσατο καθ' ἑαυτὸν, οἷά γε θνητὸς, Ἀδηλά μοι, φησὶν, ὁ ὀφθεὶς ὑπισχνεῖται· ἀβέβαια ἐπαγγέλλεται οὗτος. Καταλίπω τοίνυν τὰ ἐν χερσὶ, καὶ τὰ ἀόρατα μεταδιώξω· ἀφιῶ τὰ ἐν ποσὶ, καὶ τὰ ἄδηλα ποθήσω· Ἀλλ' οὐδὲν τούτων ὁ πατὴρ τῶν ἐθνῶν ἐλογίσατο· ἀλλὰ προσετάγη, καὶ τῷ χωρισμῷ συνετίθετο· ἐντολὰς ἐλάμβανε, καὶ τὰ ἄδηλα ζητεῖν ἐπεπόθει. Πίστις γὰρ αὐτῷ τοῦτον ἀνέκαιε τὸν ἔρωτα. Τὰ γὰρ ἐπαγγελλόμενα τελείως κατανοήσας, πλέον πρὸς τὴν ἔξοδον τῆς πατρίδος ἐσπούδαζεν. *Ἔξελθε* γὰρ, φησὶν, *ἐκ τῆς γῆς σου.* Ἐκ τῶν μηρῶν σου μέλλω, ἐκ σοῦ κατὰ σάρκα γενᾶσθαι. Οὐδέν σοι τοιγαροῦν ὑπισχνοῦμαι· ἀρκεῖ σοι γὰρ μόνον, ἵνα πατήρ μου χρηματίσῃς. *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.* Εἶτα τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ διηγησάμενος, ὅτι μιᾷ φωνῇ Θεοῦ ὑπήκουσε καλοῦντος, ὅτι προεῖπε τὴν τοῦ σπέρματος αὐτοῦ δουλείαν, καὶ ὅτι τετρακοσιοστὸν ἐν Αἰγύπτῳ δουλεύσουσιν ἔτος, καὶ ὅτι τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ λυτρωθῶσι τῆς ἀνάγκης, καὶ ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ περιτομῆς διαθήκην, λέγει λοιπὸν τὸν τοῦ Ἰσαὰκ παράδοξον τόκον, καὶ ὅτι τῇ ὀγδόῃ αὐτὸν περιέτεμε, καθὼς προσετάχθη. Ἔτι λέγει καὶ τὴν τοῦ Ἰακὼβ ἐκ τοῦ Ἰσαὰκ γένεσιν, καὶ ὅτι ὁ Ἰακὼβ δώδεκα πατριαρχῶν πατὴρ ἀνεδείχθη. Λέγει καὶ τὸν φθόνον πρὸς τοῦ Ἰωσὴφ τῶν συγγενῶν, καὶ τὴν πρᾶσιν αὐτοῦ τὴν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι εὗρε χάριν καὶ σοφίαν παρὰ τῷ βασιλεῖ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ὅτι μετὰ τὴν δουλείαν κύριος καὶ σοφὸς ἀνεδείχθη. Λέγει καὶ, ὅτι λιμὸς καθ' ὅλου, ὡς εἶπεν, ἀνεδείχθη τοῦ κόσμου, καὶ ὅτι Χαναὰν τῇ ἀπορίᾳ τῶν βρωμάτων τὰ οἰκεῖα φίλτατα προεδίδου, καὶ ὅτι ἐν δόξῃ ἐνεφάνισεν ἑαυτὸν Ἰωσὴφ τοῖς ἰδίοις συγγενέσι, καὶ ὅτι μετεκαλέσατο Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην, καὶ ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς ὁ Ἰακὼβ ἐκεῖσε κατῆλθε, καὶ ὅτι ἐπληθύνθη Ἰσραὴλ εἰς ἄμετρον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι ἕτερος ἀνέστη βασιλεὺς, τὸν Ἰωσὴφ ἀγνοήσας, καὶ ὅτι κατασοφισάμενος τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκάκωσεν ἔθνος, καὶ ὅτι τὰ ἄῤῥενα βρέφη ἔκδοτα παρέπεμπε τῷ Νείλῳ ποταμῷ. Λέγει δὲ καὶ τὴν γένεσιν Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου, καὶ ὅτι παρὰ τῶν γονέων ἐν τῇ θήκῃ ἐῤῥίφη, καὶ ὅτι ἀνείλετο αὐτὸν ἡ θυγάτηρ Φαραὼ τοῦ βασιλέως, καὶ ὅτι πᾶσῃ τῇ τῶν Αἰγυπτίων ἐπαιδεύθη σοφίᾳ, καὶ ὅτι δυνατὸς ἐν λόγοις ἐδείχθη καὶ ἔργοις, καὶ ὅτι μετὰ τὸ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀνῆλθεν εἰς ἐπίσκεψιν τοῦ ἔθνους, καὶ ὅτι εἶδεν Ἰσραηλίτην ἀδικούμενον, καὶ ἠμύνατο τὸν Αἰγύπτιον, καὶ ὅτι μαχομένοις Ἰσραηλίταις συνεβούλευσε φιλιάσαι, καὶ ὅτι ὑβρίσθη παρὰ ὁμοεθνοῦς, ὡς ἐργασάμενος φόνον, καὶ ὅτι ἔφυγεν εἰς γῆν Μαδιὰν διὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ ὅτι ἐκεῖ δύο υἱῶν πατὴρ ἀνεδείχθη, καὶ ὅτι ἄγγελος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Σινᾷ ὤφθη, καὶ ὅτι εἶδε πυρὸς καὶ βάτου ἅμαχον φιλίαν,

[a] Morel. οὐ διαδέχεσθαι. In Reg. et Savil. οὐ deest. [b] Reg. οὕτως ἔχει. Μεγάλων, φησὶ, κακῶν ἄξια τὰ ὑπὸ τούτων λεγόμενα· ἄξια θανάτου τὰ ὑπὸ τούτων νυνὶ κηρυττόμενα. Εἰ ἄρα ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐτόλμησας.

[c] Savil. conj. αὐτοῦ. [d] Sic Reg. Editi περιεσάλευσεν.

Digitized by Google Възпроизвеждане текста ABK/FR

reformidavit, sed blasphemiam in locum legemque jactavit.

3. Ac verborum ejus specimen istud cognoscite. *Audivimus enim eum dicentem, quoniam Jesus Nazarenus destruet locum istum, et mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses* (*Act.* 6. 14). Mortuum nobis Herum comminatur, defunctum Dominum nobis denuntiat. Jesus Nazarenus resurget, ac locum istum destruet. Spectris delusus est hic adolescens : celebris templi amœnitatem ignorat : latent eum labores eorum quæ in ipso perfecta sunt. Hanc domum sapientia Salomonis descripsit : cælestem gratiam auxiliatricem habuit sapiens : multas difficultates in hujus operis constructione toleravit : atque octoginta quidem millia lapides in monte cædebant, septuaginta vero millia ligna scindebant, triginta millia lapides attrahebant, ter mille sexcenti operi præsidebant : liberalem et magnificam in templum manum extendit, ac vix quadraginta et sex annorum spatio potuit opus perficere ; et hic dicit fore ut Jesus Nazarenus locum destruat : neque hoc tantum, sed etiam ut mutet traditiones quas tradidit nobis Moses. Fore ait ut sanctissimum ab illo sabbatum destruatur : circumcisionem legis eversum iri a Nazareno pronuntiavit : neomenias nostras ut viles rejiciendas affirmat : jucunditatem festi tabernaculorum Mariæ filium non admittere prædicat : minime accepta Deo sacrificia nostra esse contingit : aspersiones et solitas purgationes mortuum evertisse declarat. Quis porro exitum Nazareni non novit ? ecquando autem mortuus viventes potest ulcisci ? Isaias sectus est, nec uspiam qui exigeret pœnas, comparuit : Jeremias suffocatus est, et se non potuit vindicare : lapidibus e medio sublatus est Nabuthes, nec uspiam ultor istius exoritur. Zacharias mactatus est, et ad hunc usque diem impuniti permanemus ; et Nazareni defuncti vindex iste consurgit. Mortuum nobis tamquam judicem comminatur : tamquam disceptatorem eum, qui sepulcro conditus est, seductor annuntiat. Postea vero cum isti sic falsas accusationes proferrent, intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio, truculentos in eum oculos defigentes, ira repleta supercilia in eum vibrantes, ipso aspectu perterrefacere athletam conantes, in improbitate sua propheticum oraculum adimplentes : *Considerat peccator justum, et quærit mortificare eum* (*Psal.* 36. 32). *Intuentes in eum omnes, viderunt faciem ejus tamquam faciem angeli* (*Act.* 6. 15). Gaudium quippe martyrii subeundi ante ex ore prosiliens, efficiebat ut angelicæ gratiæ ex adolescente splendor emicaret. Quare vero faciem angeli ? Ut adimpleretur sermo Christi quem dixerat : *In resurrectione neque ducunt uxores, neque nubunt, sed sunt sicut angeli in cœlis* (*Matth.* 22. 30). Ita refulserunt Moyses et Elias, dum in monte cum Jesu loquerentur, sic ut discipuli, cum eos vidissent, in faciem ceciderint (*Matth.* 17. 6) : ita futurum est ut justi omnes in regno Patris effulgeant (*Id.* 13. 43). *Viderunt faciem ejus sicut faciem angeli* (*Act.* 6. 15). Dixit autem princeps sacerdotum : *Si hæc ita se habent* (*Act.* 7. 1) ? O plenum hypocrisis sermonem ! o verba fraude invidiaque velata ! *Si hæc ita se habent ?* Ausus es, inquit, o homo, ignominia legislatorem Moysen afficere ? num alium quemdam deum Deo tamquam in acie opposuisti ? num adversus locum sanctissimum es impudenter loquutus ? num ex Deo datam legem irritam esse imaginatus es ? num ea quæ Moysis sunt, Nazarenum immutaturum censuisti ? Magnorum tibi malorum auctor es factus. Tum ad hæc protomartyr : *Viri fratres et patres, audite* (*Ibid. v.* 2). Omni ætati interim, inquit, honor cuique conveniens deferatur. *Viri fratres et patres, audite. Audite*, non dico Credite : novi siquidem vestræ mentis incredulitatem ; sed, *Audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia.* Non in Jerusalem, non in illo celebri templo, sed, *In Mesopotamia*, ubi deditus idololatriæ locus erat, ubi regio impiorum cœtibus opprimebatur ; in Mesopotamia, ubi sculptilibus cultus exhibebatur, ubi sanctissimum Dei nomen liguis ac lapidibus indebatur, illic apparuit ei. Sciebat enim inter spinas rosas nasci, et in medio zizaniorum genuinum triticum germinare : quemadmodum ille multarum palmarum victor Jobus in luxuriosa regione Ausitide tamquam rosa inter spinas apparuit, tanquam lilium inter tribulos, tamquam lampas in tenebris ignorantiæ, virtutibus relucebat, et tamquam turris in expugnatione cunctis supernis virtutibus insignis ac notus erat, a terra in cælum præclara facinora adaugens, a profundo in sublime justitiæ fructus emittens : unde fructum eorum Deus odoratus, sicut et illum Noe post diluvium (*Odoratus* enim *est Dominus odorem suavitatis* [*Gen.* 8. 21]), famulo suo testimonium dicebat : Ecce homo justus, verax, colens Deum, abstinens ab omni malo, qui ante legem ea quæ sunt legis adimplet (*Job* 1. 1) : cum enim habeat insitam natura legem, scripta non indiget : nota enim Deo sunt a sæculo omnia opera ejus. Deinde ad Abraham dicit : *Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram, quam monstravero tibi* (*Gen.* 12. 1). *Exi de terra tua.* Cur, inquit, regio, cui multi sunt dii, gentium detinet patrem ? cur idololatriæ dedita patria progenitorem detinet gentis ? *Exi de terra tua, et de cognatione tua.* Difficilia sunt, si conditionem humanam spectes, quæ patriarchæ imperantur. Patriam, inquit, derelinque : totum genus dimitte : terræ in qua natus es, renuntia : a patre et matre sejungere. Verum nihil horum patriarcham perturbavit : non secum ipse tamquam mortalis reputavit, Incerta, inquiens, mihi, qui apparuit, promittit : instabilia iste pollicetur. Ergone quæ sunt in manibus, derelinquam, et invisibilia consectabor ? quæ ante pedes sunt, dimittam, et quæ incerta sunt appetam ? At nihil horum pater gentium cogitabat : sed jussus separationi est assensus : mandata accipiebat, et incerta quærere desiderabat : siquidem fides hanc in ipso cupiditatem accendebat. Nam cum ea, quæ promissa erant, perfecte intelligeret, vehementius, excessum e patria accelerabat. *Exi* enim, inquit, *de terra tua.* Ex femoribus tuis, ex te secundum carnem sum nasciturus. Nihil itaque tibi polliceor : solum enim sufficit, ut meus pater appelleris. *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham* (*Matth.* 1. 1). Deinde postquam ea quæ Abrahæ acciderunt, narravit, una scilicet audita Dei voce paruisse, illum vocanti, servitutem seminis ejus prædixisse, ac fore ut quadringentis annis in Ægypto servirent, et ex illa necessitate Dei dextera liberarentur, illique circumcisionis testamentum dedisse, subjicit deinde mirabilem Isaac partum, fuisseque ab ipso, prout imperatum erat, octavo die circumcisum. Commemorat præterea Jacob etiam generationem ex Isaac, et duodecim patriarcharum Jacob parentem esse factum. Commemorat et germanorum invidiam adversus Joseph, utque fuerit a fratribus venditus in Ægypto, et invenerit gratiam et sapientiam apud regem Ægypti, ac post servitutem dominus sapiensque sit factus. Commemorat etiam per universum pene orbem terrarum exortam esse famem, Chanaan propter inopiam cibariorum sua carissima pignora tradidisse, cum gloria seipsum Joseph germanis suis manifestasse, patriarcham Jacob in Ægyptum Joseph accersivisse, in septuaginta quinque animabus illuc Jacob descendisse, multiplicatum esse in immensum Israel in Ægypto, et alterum regem surrexisse, qui Joseph non noverat, eumque circumvenientem Israelis gentem afflixisse, ac masculos infantes expositos Nilo flumini tradidisse. Narrat autem Moysis quoque legislatoris ortum, utque fuerit a parentibus inclusus theca et projectus, utque sustulerit eum filia regis Pharaonis, utque omni Ægyptiorum sapientia fuerit eruditus, ac potens in verbis et operibus factus sit, utque post annum quadragesimum ad visitandam gentem ascenderit, et ut Israelitam injuriam patientem viderit, Ægyptiumque sit ultus, utque litigantibus Israelitis consuaserit amicitiam copulare, utque eum contumelia affecerit gentilis ipsius, quasi cædem pa-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

trasset, utque propter hoc verbum in terram Madian fugerit, ibique duum liberorum pater sit factus, utque angelus ipsi in monte Sina apparuerit, et ignis ac rubi pacificam viderit amicitiam, vocemque divinam de cælo lapsam exaudierit, quodque tremefactus non ausus fuerit considerare miraculum, et jussus fuerit pedum suorum solvere calceamentum, ac locum in quo erat, terram esse sanctam audiverit, quod cum signis eduxerit populum ex Ægypto, et per mare Rubrum quasi per aridam Israelis copias imperator traduxerit. Commemorat autem et iniquorum idololatriam in monte, cum illi maris viatores numen vitulo assimilarunt, et ab Ægyptiis reportatas victorias idolo acceptas retulerunt. Commemorat ipsis et captivitatem gentis in Babylone, utque acceptus Deo fuerit David, quoniam invenit gratiam ante Deum, et Christi pater est nuncupatus. Commemorat et ædificatam domum a Salomone, Deumque in locis manufactis non diversari. Postquam igitur patrum historias ita percurrit, Spiritu sancto sibi in auxilium ascito, probris eos increpare deinceps aggreditur, aitque : Duri cervice, inflexibiles atque indomiti : nam quæ tandem ærumna collum vestrum inflexit : quæ calamitas vestram cervicem inclinavit? nonne Pharaoni quadringentos annos in Ægypto servistis? nonne octo vos annos Chusarsat, rex Syriæ, sub ditionem suam subjunxit? nonne octodecim annis subditi Moabitarum regno fuistis? nonne rursus annos viginti Chananæorum servitutis jugum tulistis? nonne iterum septem annis Madianitis paruistis? nonne rursus octodecim annis subacti ab Ammonitis fuistis? nonne Philistiim annis quadraginta dicto audientes fuistis? nonne septuaginta Babyloniorum servitio mancipati fuistis? nonne Salmanazar ad incolendos montes vos transtulit Chaldæorum? neque vestras umquam mentes ulla calamitas immutavit? Duri cervice, quos Ægypti cophinus non edomuit, quos palearum onus non emolliit, quos conficiendorum laterum violenta necessitas non inflexit. Tum vero, auditis vocibus istis, *Ejicientes eum extra civitatem lapidabant* (*Act.* 7. 57). Ubi Regem crucifixerant, ibi lapidibus militem feriunt. *Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant.* At enim post lapidum etiam jactus athleta victoriam exspectabat, et ejusmodi vocibus Creatorem compellabat : *Domine Jesu, suscipe spiritum meum* (*Ibid. v.* 58). Domine Jesu, qui de sententia Patris passionem subiisti, qui Parentis consilio mortem sustinuisti, suscipe spiritum meum. Separa deinceps a corpore animam, incorpoream illam hinc transfer, suscipe spiritum meum omnigenis virtutibus redimitum, suscipe spiritum meum : *Cursum* etenim *consummavi, fidem servavi* (2. *Tim.* 4. 7) : propterea obsecro, suscipe spiritum meum. Quamdiu enim hoc sum mortali corpore circumseptus, pertimesco : quamdiu terrenam hanc gesto carnem, reformido, ne post labores fructus amittam : vereor admodum, ne post luctam corona privatus remaneam, ne præmia post agones amittam. *Suscipe* igitur *spiritum meum.* Lugeat deinceps diabolus, ut qui victoriam amiserit : lamentetur auctor malorum, ut qui contra mortalem superior non evaserit : ingemiscant incorporei, quoniam qui in corpore sunt, passiones irridenl. *Suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamavit voce magna : Domine, ne statuas illis hoc peccatum* (*Act.* 7. 59). Atque, ut eum intelligas cum affectu precari, non perfunctorie precatur stans et inclinatus, sed positis genibus, dixit cum compunctione ac dolore, cum multa compassione et affectu : *Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit.* Somnus enim justis est mors, et requies sapientibus obitus. Idcirco namque somnus mors est, ut tanquam ex sopore quodam in resurrectione expergefacti, bonis æternis perfruantur : quorum bonorum utinam participes flamus nos omnes, gratia et intercessione Christi, per quem gloria Patri in Spiritu sancto paracleto, sicut a principio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

Hanc ut et alias multas Chrysostomo nostro adscriptas orationes, Severiano adjudicat nuperus quidam. Sed etsi hic quisquis sit scriptor ferream, ut Severianus, eloquentiam præ se ferat, est tamen Severiano longe nugacior, et oratio tam inepta, ut meo judicio indigna sit quæ legatur. Quamobrem non sine fasti-

IN ILLUD : SUFFICIT TIBI GRATIA MEA : VIRTUS ENIM MEA IN INFIRMITATE PERFICITUR (2. *Cor.* 12. 9).

1. Cum Deus hunc mundum tanto, tam concinno ordine ab initio creavit, miracula miraculis addidit, non legi naturæ serviens, sed vi potestatis suæ omnia efformans. Verbi gratia : *In principio fecit Deus cælum et terram* (*Gen.* 1. 1). Vides ordinem et consequentiam? Primo tectum, deinde pavimentum. Nam, ut dixi, non legi naturæ, non arti subditus erat, sed ex potestate operabatur. Stabat tectum, et solum non apparebat : nam Opificis potestas totum continebat. Hæreticum interroga : Dic, quæso, mihi, quomodo tectum factum est, et solum non subjectum fuit? rationem mihi explica, dic modum. Sed siles, et ad fidem te recipis. Qua dignus es venia, dum circa mundana et terrena ad fidem te recipis, et divina cælestiaque curiose ac temere scrutaris? Fecit cælum et terram : fecit terram solum, et aquas subdidit. Vidisti fundamentum ædificii? Superior terra, inferiores aquæ. Atqui secus architecti faciunt : aquas exhauriunt, et tunc fundamentum jaciunt. Deus vero aquis fundamentum superposuit, ut ne fundamenti vim, sed Opificis potestatem mireris. Sed, ut dicebam, diligenter auscultate; nam philosophice loqui aggredior. Cum hunc mundum tam concinno ordine formatum fabricatus est, alia quidem omnia ex una substantia fecit. Quod si obscurus sermo sit, clariorem illum reddam, si attendatis. Alia quidem omnia ex una substantia fecit, tam quæ sursum, quam quæ deorsum sunt (nam et ille mundus, et hic mundus est); sed singula opera ex una substantia erant. Verbi causa : superna omnia incorporea, inferna omnia corpora sunt; superna intelligibilia, inferna sensibilia; superna invisibilia, inferna visibilia. Quæ inferna sunt, omnia sunt corpora, cælum, sol, luna, terra, mare, arbores, plantæ, boves, oves, equi : omnia visibilia et sensibilia : omnia tactui et aspectui subjiciuntur. Superna omnia invisibilia sunt et intelligibilia, angeli, archangeli, throni,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ὅτι φωνῆς οὐρανόθεν ἐπήκουσε θείας, καὶ ὅτι σύντρομος ἐγένετο μὴ τολμῶν κατανοῆσαι [a] τὸ θαῦμα, καὶ ὅτι ἐκελεύσθη τῶν οἰκείων ποδῶν λῦσαι τὸ ὑπόδημα, καὶ ὅτι [23] τὸν τόπον ἐν ᾧ ἕστη, γῆν ἤκουσεν ἁγίαν, καὶ ὅτι μετὰ σημείων τὸν λαὸν ἐξήγαγεν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ὅτι διὰ τῆς Ἐρυθρᾶς, ὡς διὰ τῆς ξηρᾶς, τὸν Ἰσραὴλ ἐστρατήγησε. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ ὄρει τῶν ἀνόμων εἰδωλολατρείαν, ὅτι οἱ τῆς θαλάσσης ὁδοιπόροι μόσχῳ παρωμοίωσαν τὸ Θεῖον, ὅτι τῷ εἰδώλῳ τὰς κατ' Αἰγυπτίων ἀνέθηκαν νίκας. Λέγει αὐτοῖς καὶ τὴν ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλωσίαν τοῦ ἔθνους, καὶ τὴν τοῦ Δαυὶδ πρὸς τῷ Θεῷ εὐαρέστησιν, ὅτι εὗρε χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ πατὴρ Χριστοῦ ἐχρηματίσθη. Λέγει δὲ καὶ τὸν ὑπὸ Σολομῶντος οἶκον κτισθέντα, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς ἐν χειροποιήτοις οὐκ αὐλίζεται τόποις. Οὕτω τοιγαροῦν διεξελθὼν τὰς τῶν πατέρων ἱστορίας, λαβὼν εἰς συνεργίαν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τῶν κατ' αὐτῶν λοιπὸν ἀπάρχεται ὕβρεων, καί φησι· Σκληροτράχηλοι, ἀκαμπεῖς καὶ ἀδάμαστοι· ποία γὰρ ὀδύνη τὸν ὑμέτερον ἔκαμψεν αὐχένα; ποία ἀνάγκη τὸν ὑμέτερον ἔκλινε τράχηλον; οὐχὶ τετρακόσια ἔτη Φαραὼ ἐν Αἰγύπτῳ ἐδουλεύσατε; οὐχὶ ὄγδοον ὑμᾶς ἔτος ὁ Συρίας βασιλεὺς Χουσαρσαθ εἰσεκτήσατο; οὐκ ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ὑπὸ τὴν τῶν Μοαβιτῶν γεγόνατε βασιλείαν; οὐ πάλιν εἴκοσιν ὑπὸ τῶν Χαναναίων ἐδουλώθητε χρόνους; οὐχ ἑβδομον ἔτος αὖθις πάλιν Μαδιανίταις ὑπεκύψατε; οὐχὶ πάλιν ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ὑπὸ Ἀμμωνιτῶν ἐκυριεύθητε; οὐχὶ τοῖς Φιλιστιείμ τεσσαράκοντα ὑπείξατε ἔτεσιν; οὐχὶ ἑβδομήκοντα τοῖς Βαβυλωνίοις ἐδουλεύσατε; οὐχὶ Σαλμανασὰρ ὑμᾶς εἰς τὰ ὄρη μετῴκισε Χαλδαίων; καὶ οὐδαμοῦ ἀνάγκη μεταβάλλουσα τὰς γνώμας ὑμῶν; Σκληροτράχηλοι, οὓς ὁ κόφινος οὐκ ἐδάμασεν Αἰγύπτου, οὓς οὐκ ἐμάλαξε τῶν ἀχύρων τὸ ἄχθος, οὓς οὐκ ἔκαμψε τῆς πλινθουργίας ἡ βία. Εἶτα, τούτων τῶν φωνῶν ἐπακούσαντες, *Ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν.* Ἔνθα τὸν βασιλέα ἐσταύρωσαν, ἐκεῖ καὶ τὸν στρατιώτην βάλλουσι λίθοις. *Καὶ ἐκβαλόντες αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν.* Ἀλλὰ καὶ μετὰ λίθων βολὰς ὁ ἀγωνιστὴς ἀνεδέξατο νίκας, καὶ τοιαύτῃ φωνῇ πρὸς τὸν Κτίστην ἐκέχρητο· *Κύριε Ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου. Κύριε Ἰησοῦ,* ὁ γνώμῃ Πατρὸς ἀναδεξάμενος πάθος, ὁ βουλῇ τοῦ τεκόντος θάνατον ὑπομείνας, *δέξαι τὸ πνεῦμά μου.* Χώρισον λοιπὸν τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, τὴν ἀσώματον μετάστησον, δέξαι τὸ πνεῦμά μου ἀρεταῖς κατεστεμμένον παντοίαις, δέξαι τὸ πνεῦμά μου· *Τὸν γὰρ δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα·* διὸ αἰτοῦμαι, *δέξαι τὸ πνεῦμά μου.* Ἐν ὅσῳ γὰρ περίκειμαι τὸ φθαρτὸν σῶμα, δειλιῶ· ἐν ὅσῳ φορῶ τὴν γηΐνην σάρκα, φοβοῦμαι, μὴ μετὸ πόνους ἀπολέσω τοὺς πόνους· ἰλιγγιῶ, μὴ μετὰ πάλην ἀστεφάνωτος μείνω, μὴ μετὰ τοὺς ἀγῶνας ἀπολέσω τὰ βραβεῖα. *Δέξαι οὖν τὸ πνεῦμά μου.* Πενθήσῃ λοιπὸν ὁ διάβολος, ὡς ἀπολέσας τὴν νίκην· θρηνήσῃ ὁ ἀρχέκακος, ὡς πρὸς θνητὸν μὴ ἐξισχύσας· ἐδυρέσθωσαν οἱ ἀσώματοι, ὅτι οἱ ἐν σώματι γελῶσι τὰ πάθη. *Δέξαι τὸ πνεῦμά μου. Θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ· Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην.* Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι μετὰ σπουδῆς εὔχεται, οὐχ ἁπλῶς εὔχεται, ἑστὼς καὶ κατανευόμενος, ἀλλὰ *Θεὶς τὰ γόνατα,* εἶπε μετὰ κατανύξεως, μετὰ πολλῆς συμπαθείας· *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐκοιμήθη.* Ὕπνος γὰρ τοῖς δικαίοις ὁ θάνατος, ἀνάπαυσις τοῖς σοφοῖς ἡ νέκρωσις. Διὰ τοῦτο γὰρ ὕπνος ὁ θάνατός ἐστιν, ἵνα ὥσπερ ἐκ κάρου τινὸς ἐν τῇ ἀναστάσει διεγερθέντες, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύσωσιν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μεταλαβεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ δόξα τῷ Πατρὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τῷ παρακλήτῳ, ὡς ἀπ' ἀρχῆς, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Reg. μὴ κατανοῶν τολμῆσαι, errore manifesto.

AD ORATIONEM IN ILLUD. SUFFICIT TIBI GRATIA MEA, ETC.

dio interpretationem novam Latinam paravi, quia illa, quæ Jacobo Beurero auctore circumferebatur, paraphrasim sapiebat.

[24] *Εἰς τό,* « *Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται.* »

α'. Ὅτε τὸν παναρμόνιον τουτονὶ κόσμον ἐξ ἀρχῆς ἔπλαττεν ὁ Θεὸς, θαύματα ἐπὶ θαύμασιν εἰργάσατο, οὐ νόμῳ φύσεως δουλεύων, ἀλλ' ἐξουσίᾳ δυνάμεως πάντα τεκταινόμενος [a]. Οἶόν τι λέγω· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Εἶδες τάξιν καὶ ἀκολουθίαν; Πρότερον τὸν βροφον, καὶ τότε τὸ ἔδαφος. Ὅπερ γὰρ εἶπον, οὐ νόμῳ φύσεως ἐδούλευεν, οὐδὲ τάξει τέχνης, ἀλλ' ἐξουσίᾳ δυνάμεως. Εἰστήκει ἡ στέγη, καὶ τὸ ἔδαφος οὐκ ἐφαίνετο· ἡ γὰρ δύναμις τοῦ ἐργαζομένου πάντα διεκράτει. Ἐρώτησον τὸν αἱρετικόν· Εἰπέ μοι, πῶς ἡ στέγη ἐγένετο, καὶ τὸ ἔδαφος οὐχ ὑπέκειτο; εἰπέ μοι τὸν λογισμὸν, εἰπέ μοι τὸν τρόπον. Ἀλλὰ σιγᾷς, καὶ πίστει σεαυτῷ παραχωρεῖς. Ποίας ἄξιος εἶ συγγνώμης, τὰ μὲν κοσμικὰ καὶ ἐπίγεια τῇ πίστει σεαυτῷ παραχωρῶν, τὰ δὲ θεῖα καὶ ἐπουράνια περιεργαζόμενος καὶ πολυπραγμονῶν; *Ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν·* ἐποίησε τὴν γῆν ἔδαφος, καὶ ὕδατα αὐτῇ ὑπέθηκεν. Εἶδες θεμέλιον τοῦ οἰκοδομήματος; Ἄνωθεν γῆ, καὶ κάτωθεν ὕδατα. Καίτοι γε οἱ οἰκοδόμοι ἑτέρως ἐργάζονται· ἐξαντλοῦσι τὰ ὕδατα, καὶ τότε τὸν θεμέλιον καταβάλλονται. Ὁ δὲ Θεὸς ἐπάνω τῶν ὑδάτων ἔθηκε τὸν θεμέλιον, ἵνα μὴ τὴν δύναμιν τοῦ θεμελίου, ἀλλὰ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἐργαζομένου θαυμάσῃς. Ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, προσέχετε μετὰ ἀκριβείας· φιλοσόφων γὰρ ἅπτομαι λόγων. Ὅτε δὲ τὸν παναρμόνιον τουτονὶ κόσμον εἰργάζετο, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀπὸ μοναδικῆς ἐποίησεν οὐσίας. Κἂν ἀσαφῆς ᾖ ὁ λόγος, ποιήσω αὐτὸν σαφέστερον, ἐὰν προσέχητε· Τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἀπὸ μοναδικῆς ἐποίησεν οὐσίας, τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω (καὶ γὰρ κόσμος ἐκεῖνος, καὶ κόσμος οὗτος· δύο οὗτοι κόσμοι)· ἀλλ' ἕκαστος τῶν γενομένων, ἀπὸ μοναδικῆς οὖν οὐσίας [b]. Οἶόν τι λέγω· Τὰ ἄνω πάντα ἀσώματα, τὰ κάτω πάντα σώματα, τὰ ἄνω νοερὰ, τὰ κάτω αἰσθητά· τὰ ἄνω ἀόρατα, τὰ κάτω ὁρατά. Πάντα σώματα τὰ κάτω, καὶ οὐρανὸς, καὶ ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ γῆ, καὶ θάλαττα, καὶ δένδρα, καὶ φυτὰ, καὶ βόες, καὶ πρόβατα, καὶ ἵπποι· πάντα ὁρώμενα, πάντα αἰσθητὰ, πάντα σώματα, πάντα ἀφῇ ὑποβαλλόμενα, καὶ ὄψει ὁρώμενα. Τὰ ἄνω πάντα ἀόρατα, νοερὰ, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, δυνάμεις, τὰ Χερουβὶμ, τὰ Σεραφίμ. Οὔτε ἐκεῖνα ὁρατὰ, οὔτε ταῦτα ἀόρατα· οὔτε ἐκεῖνα σώματα, οὔτε ταῦτα ἀσώματα, ἀλλὰ καὶ ταῦτα σώματα, καὶ ἐκεῖνα ἀσώματα· πάντα ἐκ [25] μοναδικῆς ἐγένετο οὐσίας, καὶ τὰ κάτω, καὶ τὰ ἄνω· καὶ τὰ μὲν ἀπὸ σωμάτων, τὰ δὲ

[a] Savil. in marg. τερνόμενος.

[b] Legendum videtur cum Savilio ἓν οὐσίας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐξ ἀσωμάτων, τὰ μὲν σώματα. τὰ δὲ ἀσώματα. Μόνος ὁ ἄνθρωπος ἐκ διπλῆς ἐγένετο οὐσίας, τῆς μὲν βελτίονος, τῆς δὲ χείρονος. ψυχῆς τε καὶ σώματος· ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀόρατος καὶ νοερά, ἡ ψυχή· τὸ δὲ σῶμα αἰσθητὸν καὶ ὁρατόν. Τίνος οὖν ἕνεκεν οἱ μὲν δύο κόσμοι οὗτοι ἀπὸ μοναδικῆς ἐγένοντο οὐσίας, καὶ οὔτε ἄνω σώματα, οὔτε κάτω ἀσώματα· ἄνθρωπος δὲ μόνος ἀπὸ ἀσωμάτου καὶ σώματος συνέστηκεν; Ἀκούσατε τὴν αἰτίαν, καὶ μάθετε τοῦ ἐργαζομένου τὴν σοφίαν. Ἐπειδὴ γὰρ δύο κόσμοι ἦσαν οὗτοι τῇ οὐσίᾳ διεστηκότες, ὁ μὲν ἀσώματος, ὁ δὲ ἐνσώματος· ὁ μὲν ἀόρατος, ὁ δὲ ὁρατός· ὁ μὲν νοερὸς ὁ ἄνω, ὁ δὲ αἰσθητὸς ὁ κάτω· ἵνα μὴ ἡ διαφορὰ τῶν ἔργων διαφόρους δημιουργοὺς εἰσαγάγῃ, καὶ μὴ λέγηται, ὅτι ἄλλος τὰ ἄνω ἐποίησε, καὶ ἄλλος τὰ κάτω, διπλοῦν ζῶον ἐν τῷ κόσμῳ ἔθηκεν ἀνακηρύττειν καὶ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω τὴν δημιουργίαν. Διπλοῦς κόσμος ἄνθρωπος, καὶ τῶν ἄνω τὸ συγγενὲς ἔχων τὴν ψυχήν, καὶ τῶν κάτω τὸ σῶμα, σύνδεσμός τις καὶ γέφυρα, ἕνα δημιουργὸν ἔχων, τὸν τὰ ἄνω καὶ τὰ κάτω ἐργασάμενον· καὶ καθάπερ παρθένος, ἐμπέπλεκται ἡ ψυχὴ ἐν μέσῳ τῷ σώματι. Ἐπεὶ οὖν διπλῆ γέγονεν ἡ οὐσία, διπλῆ αὐτῆς καὶ ἡ χρεία. Πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας τῷ λόγῳ· διπλῆ αὐτῆς καὶ ἡ χρεία. Ἔστι σῶμα, καὶ ἔστι ψυχή. Ὥρισε τῷ σώματι τροφήν, καὶ τῇ ψυχῇ λόγον· τρέφεται τὸ σῶμα ἄρτῳ, τρέφεται καὶ ἡ ψυχὴ τῷ λόγῳ· ἔχει ἔνδυμα τὸ σῶμα, ἱμάτια· ἔχει ἔνδυμα καὶ ἡ ψυχή, τὴν ἀρετήν. *Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη*· οὐ περὶ αἰσθητῶν ἱματίων λέγουσα ἡ Γραφή, ἀλλὰ περὶ τῶν τῆς ἀρετῆς. *Πᾶσα γὰρ ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς*. Τί οὖν; Διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος, καὶ διπλῆ ἡ οὐσία· καὶ δεῖται ἡ ψυχὴ λόγου διδάσκοντος, νοῦντος· ἀπωθουμένου[a] τὰ πάθη, διορθοῦντος τὰ τραύματα. Μὴ τοίνυν τὴν αἰσθητὴν μόνον προσέχωμεν τράπεζαν, ἀλλὰ καὶ τὴν νοερὰν ὑμῖν παραθῶμεν[b] ἀπὸ τῶν Παύλου ῥημάτων τὴν ἑστίασιν ὑμῖν ἐργαζόμενοι, καὶ τὸν σκηνοποιὸν εἰς μέσον ἄγοντες, τὸν ἰδιώτην, τὸν ἀμαθῆ, τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον, τὸν τοῖς δαίμοσι φοβερὸν, τὸν νοσήματα ἐλαύνοντα, τὸν ἄνω καὶ κάτω περιτρέχοντα, τὸν εἰς παράδεισον ἐλθόντα, τὸν εἰς τρίτον ἀνελθόντα οὐρανὸν, τὸν ἐν τῇ τέχνῃ τοσαύτην ἔχοντα τὴν χάριν, τὸν οὐ παρὰ τῆς τέχνης διακωλυόμενον, ἀλλ' ἐπιτήδευμα μεταχειρίζοντα, καὶ λάμποντα τοῖς κατορθώμασιν. Ἄγωμεν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον· οὐ γὰρ λαμβάνω αὐτοῦ κόρον τῶν ἐγκωμίων. Ἐραστής αὐτοῦ εἰμι τοῦ κάλλους· οὐ γάρ ἐστι σωματικὸν, ἵνα σήπηται. ἀλλὰ πνευματικὸν μηδέποτε μαραινόμενον. Τὸ σῶμα διελύθη, καὶ ἡ μορφὴ λάμπει ὑπὲρ τὸν ἥλιον. Ὁ ἥλιος ἄνω τρέχει, Παῦλος κάτω ἀντιτρέχει· ὁ μὲν αἰσθητὸν φαίνων φῶς, ὁ δὲ νοερὸν εἰς τὰς ψυχὰς εἰσάγων· ὁ μὲν ἐν νυκτὶ παραχωρῶν, ὁ δὲ καὶ ἐν νυκτὶ λάμπων. Ἔλαβε βασιλέας, καὶ εὐσεβείας ἐνέπλησεν· ἔλαβε γυναῖκας, καὶ ἀνδρῶν ἀνδρειοτέρας κατέστησεν· ἔλαβε νέους, καὶ γεγηρακότων συνετωτέρους κατεσκεύασεν· ἑκατέραν φύσιν, πᾶσαν ἡλικίαν κατώρθωσεν ὁ σμίλην ἔχων, ὁ δέρματα ῥάπτων· οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς αὐτοῦ λέγων τὴν τέχνην. Νύμφη παρεσκευασμένη, βασιλέων σεμνότερος, πλουσίων εὐπορώτερος, στρατιωτῶν δυνατώτερος, τειχῶν ἀσφαλέστερος· λύρα ἡ γλῶσσα, μέλιτος γλυκύτερος, θαλάσσης βαθύτερος, οὐρανοῦ ὑψηλότερος, πυρὸς θερμότερος, σιδήρου τομώτερος· Θεοῦ τὴν χάριν ἔχων, ναὸς τοῦ Θεοῦ, στόμα τοῦ Χριστοῦ, λύρα τοῦ Πνεύματος, τῶν κατηχουμένων κήρυξ, τῶν πιστῶν παιδοτρίβης, πανταχοῦ περιερχόμενος, τεῖχος μηδέποτε καταπίπτον, ἐπιστολαὶ τὴν οἰκουμένην νικῶσαι καὶ τὴν κιβωτόν.

β'. Καθάπερ γὰρ Νῶε σανίδας ῥάψας κιβωτὸν εἰργάσατο, οὕτω καὶ Παῦλος ἐπιστολὰς γράψας κατεσκεύασε [26] κιβωτὸν νοεράν· αὕτη ἐκείνης βελτίων. Ἡ μὲν γὰρ ἐλάμβανε τὰ ἄλογα, καὶ ἐτήρει τὰ ἄλογα· αὕτη δὲ λαμβάνει τὰ ἄλογα, καὶ μεταβάλλει. Οἷόν τι λέγω· Εἰσῆλθεν εἰς τὴν κιβωτὸν λύκος, καὶ ἐξῆλθε λύκος· εἰσῆλθεν εἰς τὰς Παύλου ἐπιστολὰς λύκος, καὶ ἐξῆλθε πρόβατον· εἰσῆλθε μάγος, καὶ δωρθώθη· εἰσῆλθεν ὕπατος, καὶ βελτίων ἐγένετο. Καὶ ἐκείνη μὲν ἡ κιβωτὸς τὸν Νῶε διέσωσε μόνον μετὰ δύο ἢ τριῶν ὀνομάτων· αὕτη δὲ ἡ κιβωτὸς τὴν οἰκουμένην ἐσαγήνευσε. Πανταχοῦ πλέει καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ αἱ σανίδες οὐ διαλύονται· οὐ γὰρ πίσσῃ, ἀλλὰ Πνεύματί εἰσι κεχρισμέναι. Ἀπῆλθεν ὁ Νῶε ἐξ αὐτῆς, καὶ αὐτὴ πλέει· ἀπέθανε Παῦλος, καὶ ἡ κιβωτὸς ζῇ· καθ' ἑκάστην ἡμέραν σαγηνεύει, καὶ οὐ καταποντίζεται· ἔχει γὰρ τοῦ κυβερνήτου τῆς οἰκουμένης τὴν χάριν αὐτὴν κατέχουσαν. Ἐπεὶ οὖν τοιαῦται αἱ ἐπιστολαὶ, τοιαῦται αἱ σανίδες, τοιαύτη ἡ σωτηρία, φέρε δὴ τὴν γλῶτταν ἐνταῦθα ἀφήσωμεν, μίαν λέξιν ὑμῖν ἑρμηνεύοντες, καὶ πᾶσαν τὴν ὁμιλίαν εἰς ταύτην ἀναλίσκοντες. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν Γραφῶν περιουσία. Καθήμενος γὰρ καὶ ἀκούων αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι ἡρπάγη εἰς τρίτον οὐρανὸν, καὶ ἤκουσεν ἁρρήτα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ εἰπεῖν· εἶτα προϊόντος καὶ λέγοντος· *Ἐν τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ*· ἐφοβήθην[c], μή τις τῶν ἀκουόντων ἀγνοῶν τὸ νόημα, ἁπλουστέρως σκανδαλισθῇ, ἀνάγκην ἐποιησάμην ταύτην εἰς μέσον τὴν ῥῆσιν ἀγαγεῖν, καὶ διαψηλαφῆσαι οὕτως. Εἴτε γὰρ ἠγνόει τις, σαφὲς ἔσται· εἴτε μὴ, γνωριμώτερον καὶ εὐληπτον ἔσται· ὁ μὲν γὰρ εἰδὼς, ἀναμνησθήσεται· ὁ δὲ μὴ εἰδὼς, μαθήσεται. Καὶ γὰρ πολλῶν ἤκουσα τὸ νόημα ἀγνοούντων καὶ λεγόντων, ὅτι παρεδόθη τῷ Σατανᾷ ὁ Παῦλος. Τί λέγεις, εἰπέ μοι; Παρεδόθη, φησὶ, τῷ Σατανᾷ, ἵνα τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ πλήξῃ· καὶ κεφαλαλγίαν αὐτῷ ἐνέβαλεν ὁ διάβολος. Τοῦτο ὅλον; τὸν διδάσκαλον τῆς οἰκουμένης, τὸν παραδείσου πολίτην, τὸν ναὸν τοῦ Χριστοῦ, ὅπερ ἔφην, τὴν λύραν τοῦ Πνεύματος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸν τὴν οἰκουμένην διαδραμόντα, τὸν τὰς ἀκάνθας τῶν ἁμαρτημάτων ἀνασπάσαντα, τὸν τὰ σπέρματα τῆς εὐσεβείας ἐμβαλόντα, τὸν ἐν γῇ τρέχοντα, τὸν ἐν θαλάσσῃ ἀγωνιζόμενον, τὸν νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποιηκότα, τὸν ἐν δεσμωτηρίοις στεφανούμενον, τὸν ἐν δικαστηρίῳ τρόπαιον στήσαντα, τὸν πᾶσαν ἐπιδραμόντα τὴν οἰκουμένην, τὸν ἄϋπνον ἐκεῖνον, οὗ τὰ ἱμάτια νόσους ἐφυγάδευσεν, οὗ ἡ ζωὴ θάνατον δραπετεύειν παρεσκεύασε, τοῦτον ὑποχείριον ὁ διάβολος εἶχε; Καὶ μὴν τὸ ἐναντίον ἀκούω ποιοῦντα. Ἐπόρνευσέ τις παρὰ Κορινθίοις· ἤκουσεν ὁ Παῦλος, καὶ τί φησι; *Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ τοῦ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἀπὼν τῷ σώματι, παρὼν δὲ τῷ πνεύματι, ἤδη κέκρικα ὡς παρὼν τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον, ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου συναχθέντων ὑμῶν ἁπάντων, καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, παραδοῦναι τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ.* Ἐννόησον ἐξουσίαν Παύλου· τὸν πεπορνευκότα παρέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα πλήξῃ αὐτὸν ὁ Σατανᾶς, ἵνα ἡ κόλασις αὐτῷ αὕτη καθάρσιον γένηται τοῦ ἁμαρτήματος. Ὅτι γὰρ τοῦτο ἐγένετο, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐπιστολῇ λέγει· *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.* Σὺ παρέδωκας τῷ Σατανᾷ, καὶ σὺ λέγεις· *Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ;* Οὐ γὰρ οἶδε, φησὶ, μέτρον ὁ Σατανᾶς. Παρέδωκα ὅτε ἔδει, ἀπολαμβάνω ὅτε χρή· παρέδωκα ὡς δημίῳ τῷ Σατανᾷ, ἵνα μόνον ἀποσμηχθῇ ὁ ἡμέτερος ἄνθρωπος· λάβωμεν αὐτόν. Ἐὰν γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἀφῶμεν αὐτὸν, πλεονεκτούμεθα ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· οὐ γὰρ οἶδε μέτρον ὁ Σατανᾶς. Παρέδωκα, ἵνα διορθώσηται ἑαυτόν· ἐὰν δὲ ἀφῶμεν αὐτὸν, ἀποκτενεῖ αὐτὸν ὡς τὸν Ἰούδα[ν]. Διὰ τοῦτο λέγει· *Κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.* Τί κάλλιστα εἶπεν; Οὐκέτι τοῦ Σατανᾶ ἐστιν· οὐ γὰρ ἐν πορνείᾳ ἐστὶν, ἀλλ' ἐν μετανοίᾳ· μὴ οὖν τὸ ἐμὸν λάβῃ ἐκεῖνος. Ὅτε ἦν ἐκείνου, ἔδωκα [27] αὐτῷ, ἵνα ἐμὸν γένηται τὸ ἐκείνου. Ὦ σοφία Παύλου! διὰ τοῦ λύκου τὸ πρόβατον ἔσωσε· διὰ τοῦ πειρατοῦ τὸν ναύτην ναυαγήσαντα ἀνιμήσατο· διὰ τοῦ πολεμίου τὸν στρατιώτην εἰς τάξιν ἐπανήγαγεν. Ἀντὶ φαρμάκου πικροῦ κέχρηται τῇ τοῦ διαβόλου πληγῇ. Εἰ μόνον παιδεύσει, ἀφίσταται αὐτοῦ. Κολαζέτω ἐκεῖνος, ἵνα αἴσθηται τί εἰργάσατο ὁ πεπορνευκώς. Ὅταν ἀποσμήξῃ τὸ ἁμάρτημα, ὅταν ἀποσμήξῃ τὴν σηπεδόνα, καὶ ἐκκαθάρῃ τὸ τραῦμα, τότε ἰσχυρὰ δείκνυται ἡ ψυχή. Οὐκ ἀφίημι τὸ χρυσίον ἐν τῷ πυρί· ἵνα μὴ φρυγῇ, ἀνιμῶμαι αὐτό. Τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ σοφοῦ, εἰδέναι τὸ μέτρον, πόσον δοῦναι τῷ πυρὶ, καὶ πόσον λαμβάνειν. Ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα

[a] Alii ἀποθεμένου. [b] Marg. Savil. σήμερον παραθῶμεν.

[c] Sav. et Fronto Ducæus suspicantur legendum ροδηθείς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

dominationes, principatus, potestates, virtutes, Cherubim et Seraphim. Neque illa visibilia, neque hæc invisibilia sunt : neque illa corpora, neque hæc incorporea : sed et hæc corpora, et illa incorporea sunt ; omnia ex una substantia formata, et quæ deorsum, et quæ sursum sunt; alia quidem ex corporibus, alia ex incorporeis ; alia corporea, alia incorporea. Solus homo ex duplici substantia factus est ; alia præstantiore, alia deteriore, ex anima et corpore : illa enim, anima scilicet, est invisibilis et spiritualis ; corpus vero sensibile et visibile est. Cur ergo hi duo mundi ex una substantia sunt facti, neque sursum corpora, neque deorsum incorporea sunt; solus autem homo ex incorporeo et ex corpore constat? Audite causam, et discite Opificis sapientiam. Quia enim duo mundi erant substantia distincti ; alius incorporeus, alius corporeus, alius visibilis, alius invisibilis ; alius spiritualis, nempe superior, alius sensibilis, inferior : ne diversitas operum diversos induceret opifices, et ne diceretur alium superna, alium inferna fecisse, animal duplex in mundo posuit, quod et superiorum et inferiorum creationem prædicaret. Duplex mundus est homo, qui superioribus affinem habet animam, et inferioribus corpus. Ligamen quodpiam et pons est, qui unum habet Creatorem, superiorum et inferiorum opificem : ac quemadmodum virgo, in medio corpore anima implexa est. Quia ergo duplex est substantia, et duplex ejus est usus. Attende diligenter huic sermoni : duplex ejus est usus. Est anima, est et corpus. Corpori cibum, animæ doctrinam præscripsit : alitur corpus pane, anima doctrina : corpus vestibus induitur, anima virtute. *Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate* (*Psal.* 44. 10). Non de sensilibus vestibus loquitur Scriptura, sed de virtute. *Omnis enim gloria filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis* (*Ibid. v.* 14). Quid ergo? Duplex est homo, duplex substantia; et opus habet anima ratione docente, intelligente, affectus depellente, vulnera curante. Ne itaque mensæ tantum sensibili attendamus, sed et spiritualem vobis apponamus, ex Pauli verbis vobis convivium parantes, ac tentoriorum opificem in medium adducentes, idiotam, indoctum, orbis doctorem, dæmonibus terribilem, morbos curantem, sursum deorsum currentem, qui in paradisum venit, qui in tertium cælum ascendit, qui in arte sua tantam habuit gratiam, qui ab arte sua non impediebatur, sed dum eam tractaret, operibus fulgebat. Illum in medium agamus : neque enim laudibus ejus possum satiari. Ejus pulchritudinem amo : neque enim illa corporea est, ut putrescat, sed spiritualis, quæ numquam marcescit. Corpus solutum est, et forma plus quam sol splendet. Sol sursum currit, Paulus in terra currit : ille sensilem lucem emittit, hic spiritualem in animas inducit : ille noctu occidit, hic noctu lucet. Hic reges cepit, et pietate replevit : cepit mulieres, et viris fortiores reddidit : cepit juvenes, et senibus prudentiores effecit utrumque sexum, quamlibet ætatem instituit, qui cultrum sutorium habebat, qui pelles consuebat; neque enim finem faciam artem ejus memorandi. Nympha illa ornata, regibus honoratior, divitibus ditior, militibus fortior, muris tutior, lyra est lingua, melle dulcior, mari altior, cælo sublimior, igne ferventior, ferro acutior : ille Dei gratia præditus, templum Dei, os Christi, lyra Spiritus, catechumenorum præco : fidelium magister, undique circumcursans, murus qui numquam delabitur, epistolæ ejus et orbem vincunt et arcam.

2. Quemadmodum enim Noe, junctis asseribus arcam fecit : sic et Paulus scriptis epistolis arcam spiritualem struxit, illa meliorem. Illa namque bruta animalia recepit, et bruta servavit ; hæc bruta recipit, et immutat. Verbi gratia, ingressus est in arcam illam lupus, et egressus est lupus, ingressus est in Pauli epistolas lupus, et egressus est ovis : ingressus est magus, et emendatus est : ingressus est consul, et melior est effectus. Illa quidem arca Noe servavit solum cum duobus aut tribus hominibus ; hæc autem arca orbem quasi sagena cepit : hæc quotidie ubique navigat, et tabulæ ejus non dissolvuntur ; neque enim pice, sed Spiritu unctæ sunt. Exiit ex illa Noe, et ipsa navigat ; mortuus est Paulus, et arca vivit : quotidie hæc sagena capit, nec demergitur ; habet enim gratiam Gubernatoris orbis se sustinentem. Quia ergo tales sunt epistolæ, tales tabulæ, tanta salus ; age, hic linguam expediamus, unum vobis dictum explicantes, totam homiliam ea in re insumamus. Talis enim est Scripturarum ubertas. Cum enim sedens audivi ipsum dicentem, se raptum esse usque ad tertium cælum, et audivisse arcana verba, quæ non licet homini loqui (2. *Cor.* 12. 4); ubi deinde pergit ille dicens, *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carni meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet* (*Ibid. v.* 7) : metui ne quis simplicium auditorum hæc non intelligens offenderetur, et necesse duxi hoc dictum in medium proferre et tractare. Nam sic ignaro clarum erit, gnaro lucidius et facilius; gnarus in memoriam revocabit, ignarus docebitur. Nam multos ignaros audivi dicentes, Paulum traditum fuisse satanæ. Quid dicis? quæso te. Paulus traditus est, inquit, satanæ, ut caput ejus percuteret : dolorem capitis immisit ipsi diabolus. Quid hoc est? an doctorem orbis, paradisi civem, Christi templum, ut dixi, lyram Spiritus, vas electionis, eum qui orbem percurrerat, qui spinas peccatorum evulserat, qui semina pietatis injecerat, qui in terra currebat, qui in mari certabat, qui nocte et die in profundo maris fuerat, qui in carceribus coronabatur, qui in judicio tropæum erexerat, qui totum orbem percurrerat, insomnem illum, cujus vestes morbos fugabant, cujus vita mortem profligavit, hunccine diabolus subitum habuit? Atqui contra ipsum fecisse audio. Fornicatus erat quispiam apud Corinthios; id Paulo nuntiatum est : quid dicit? *Et vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini congregatis vobis omnibus, et meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu Christi, tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini Jesu* (1. *Cor.* 5. 2-5). Cogita Pauli potestatem : fornicantem tradidit satanæ, ut illum satanas percuteret, ut hæc castigatio peccatum ejus expiaret. Nam quod ita factum sit, in epistola secunda dicit : *Confirmate in illum caritatem, ut non circumveniamur a satana* (2. *Cor.* 2. 8. 11). Tune diabolo tradidisti, et dicis, *Ut non circumveniamur a satana?* Modum, inquit, non novit satanas. Tradidi cum oportuit, cum par est resumo : tradidi ipsum satanæ ut carnifici, ut saltem homo noster abstergeretur : recipiamus eum. Nam si amplius ipsum dimittamus, circumvenimur a satana : nullum enim modum novit satanas. Tradidi, ut seipsum emendaret : si dimittamus, occidet eum ut Judam. Ideo dicit : *Confirmate in illum caritatem, ut non circumveniamur a satana.* Quam pulchra dixit! Non ultra satanæ est ; non enim in fornicatione, sed in pœnitentia degit : ne igitur ille quod meum est auferat. Cum illius esset, ipsi tradidi ; ut quod illius erat, meum tandem fieret. O Pauli sapientiam! Per lupum ovem servavit : per piratam, naufragum nautam reduxit : per inimicum, militem in ordinem restituit : pro acerbo pharmaco, diaboli plaga utor. Si modo erudiat, ab illo decedam. Castiget ille, ut fornicator quid fecerit sentiat : cum peccatum et putredinem absterserit, cum vulnus curaverit, tum anima fortis apparebit. Non relinquo aurum in igne, ne labefactetur, ipsum extraho. Sapientis enim est nosse modum, quamdiu igni tradendum sit, et quando extrahendum. *Ut non circumveniamur a satana* (2. *Cor.* 2. 11). Non enim cogitata illius ignoramus. Qui ergo cogitata illius novit, tantam habet potestatem, ut illi et temporis et modi fines præscribat ; temporis, cum rapit ab illo ; modi, cum tradit eum satanæ in interitum carnis. Quia enim insatiabilis est bellua, quæ carnibus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nostris numquam potest expleri, ne ipsum aliquando interficeret, ideo dicit : *In interitum carnis*, ne animam ejus attingeret. Quod Deus circa Jobum dicit : Abi, percute carnem ejus, animam autem ejus ne attingas (*Job* 2. 6) : diaboloque terminos posuit Deus. Ita et servus Dei, ex ejus virtute Dominum imitatus, sententiam fert in illum, quam diabolus transilire non ausus est. Quod si fecisset, Paulum domuisset. Nam cum in carcere esset, ejusmodi quidpiam diabolus tentavit : quia enim carcer concussus, soluta vincula erant, experrectus carceris custos, gladium arripuit ut seipsum interficeret, impellente diabolo (*Act.* 16. 27). Cum pastor intus esset, ne servaretur ovis, venit lupus ut illam raperet. Verum pastor, etsi vinctus, ipsum detinuit dicens : *Nihil mali tibi facias.* O pastoris humanitatem ! Vinctus est, et vincientem se miseratur : suis relictis res illius curat. *Nihil mali tibi facias* (*Ibid. v.* 28). Fores vides apertas, sed ego benevolus sum domesticus : fores sunt apertæ, sed ego intus maneo ; donec salutem tibi pariam, non exeo. Ideo ingressus sum, ut te ex catenis erutum, a peccatis liberem. Tu me vinxisti, ego te solvo. *Nihil mali tibi facias : omnes enim hic sumus.* Quid ergo? Lupus stabat interempturus, gladium impellens in custodem carceris pastor clamavit. Audivit lupus, dimisit ovem, mox abripiendam pastor cepit. *Quid faciam*, inquit, *ut salvus fiam* (*Ibid. v.* 30) ? Baptizare in nomine Christi. Papæ, quam facilis salus ! quam ineffabilis benignitas ! Custodem carceris vinctus servavit, carcerem fecit ecclesiam. Quandonam, inquit, baptizabor, ut salvus sim ? Carcer non impedit, locus non officit : gratia est quæ loco opus non habet, nec opportunitate : sit ipse carcer ecclesia.

β'. [35] *Καὶ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ.* Προσέθηκε τῇ καλῇ βουλῇ τὴν πρᾶξιν τὴν ἀγαθήν. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς οὐ μόνον βουλεύεσθαι τὰ συμφέροντα, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀγαθὰς ὁρμὰς δεικνύειν ταῖς πράξεσιν. Ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος τοῦ τόπου, πλησίον δὲ ὄντος τῷ τρόπῳ, καὶ τὰς χεῖρας συνεχῶς [h] ἐπιῤῥηγνύοντος, καὶ τύπτοντος τὸ ἴδιον στῆθος, ὡς τῶν πονηρῶν λογισμῶν ὑπάρχον ἐργαστήριον, καὶ τὸ πρόσωπον προσηλοῦντος τῇ γῇ, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπαιτοῦντος δοῦναι συμπρεσβευτὰς τὰς τῶν δακρύων σταγόνας, καὶ προμελετῶντος τὴν ἀπολογίαν, φθάσας ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ, μετὰ δακρύων λέγων· *Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου.* Ἥμαρτον, οἶδα, Χριστὲ Δέσποτα καὶ Θεέ· ἐμὰς ἁμαρτίας σὺ μόνος ἐπίστασαι· ἥμαρτον, ἐλέησον ὡς Θεὸς καὶ Δεσπότης. Οὐκ εἰμὶ ἄξιος εἰς τὸν οὐρανὸν βλέπειν, καὶ παρακαλεῖν σε τὸν ἀγαθὸν μου Δεσπότην, γέμων μεγίστων καὶ χαλεπῶν ἐγκλημάτων· οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς τῶν ἐμῶν ἁμαρτημάτων. Ἐλέησον ὡς ἀγαθὸς Θεὸς ὢν ἀεὶ, *Ὅτι οὐκ εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου, ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.* Οὕτως ἱκετεύοντα ἐκ βάθους τῆς καρδίας εἶδεν αὐτὸν ὁ βλέπων πλημμελοῦντας, καὶ παραβλέπων ἁμαρτάνοντας, καὶ περιμένων αὐτῶν τὴν μετάνοιαν· εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐσπλαγχνίσθη. Πατὴρ γὰρ ἦν τῇ χρηστότητι, εἰ καὶ Θεὸς ὑπῆρχε τῇ φύσει. *Καὶ δραμὼν ἔπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν.* Οὐκ ἀνέμεινε τὸν προσκρούσαντα πλησίον ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ προαπήντησε προθύμως. Καὶ οὐκ ἐβδελύξατο τὸν τράχηλον αὐτοῦ, ὡς ταῖς κηλῖσι τῆς ἀσωτίας κατάστικτον καὶ μεμιαμμένον· ἀλλὰ ταῖς ἀχράντοις αὐτοῦ χερσὶ περιλαβὼν κατεφίλησεν ἀπλήστως τὸν πάλαι ποτὲ ποθούμενον. Ὦ τῆς στοργῆς τῶν σπλάγχνων τῶν πατρικῶν! ἁμαρτωλὸς ἐπὶ γῆς ἐδάκρυσε, καὶ ὁ μόνος ἀναμάρτητος οὐρανόθεν ἑαυτὸν πρὸς τὴν φιλανθρωπίαν ἐπέκλινε. Τίς εἰδέ ποτε ἁμαρτωλὸν ὑπὸ Θεοῦ κολακευόμενον; τίς εἰδέ ποτε τὴν δικαστὴν κατάδικον θεραπεύοντα; τίς εἰδέ ποτε κατάχριτον κολακευόμενον; Ἀλλ' ὅμως ὁ Θεὸς παρακαλεῖ, ὡς ποτε τὸν Ἰσραὴλ. *Λαός μου,* φησὶ, *τί ἠδίκησά σε, ἢ τί παρηνώχλησά σοι;* Καὶ νῦν τὰ αὐτὰ γίνεται, καὶ ἐγένετο, ἐπειδὴ οὕτως εἴωθεν ὑφ' ἑαυτοῦ νικᾶσθαι ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως. Οὐ μὴν ἠρκέσθη τούτοις ὁ ἄσωτος οὗτος υἱός· ἀλλα καὶ ἐν τοῖς τῆς μετανοίας ἀγαθοῖς ἄσωτος ὤν, οὐδὲ ἐνόμισεν αὐτῷ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτηθέντων τὴν τοσαύτην φιλανθρωπίαν πρὸς τὴν τελείαν σωτηρίαν ἀρκεῖν· ἀλλ' ἅπερ ἐμελέτησεν εἰπεῖν τῷ πατρὶ, ταῦτα καὶ πα-

[a] Alii διαλέγεται. [b] Alii ἅπερ ἤτησεν, ἀπώλεσε. [c] Ἴδιον deest in quatuor mss. [d] Sic mss. omnes. Editi ἀπεβάλετο. Idem mox προσέλαβε. Editi προσελάβετο. [e] Alii ὅπου τῆς ἀγρθενίας ὁ βότρυς οὐ ληνοβατεῖται. [f] Alii δωρεὰς παρέχουσι. [g] Sic mss. Editi ταύτη.

[h] Alii et editi συχνῶς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

agitatus. Patrem agnovit natura enm, qui se condiderat, licet honore non prosequuta sit voluntas libera Creatorem suum. *Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.* Recte petiit a Deo quæ Dei sunt, sed male quæ accepit, absumpsit. *Et divisit illis substantiam pater.* Dedit illis ut domum propriam mundum universum; dedit ipsis, ut Creator, creaturam omnem: ipsis corpora et animas ratione præditas largitus est, ut ratione quasi manu ducti nihil agerent contra rationem: proposuit ipsis legem suam, et naturalem et scriptam, quasi divinum pædagogum, ut ab ea instituti Legislatoris voluntatem adimplerent. *Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius* (ut adolescentiorem decebat, fecit) *profectus est peregre in regionem longinquam* (*Luc.* 15. 13). Discessit a Deo, et discessit ab eo Deus: non enim vim facit illi, qui nolit ipsi servire. Sunt enim arbitrii, non necessitatis, virtutes omnes. *Ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose.* Ibi animæ divitias omnes perdidit; ibi delectans et deliciis perfruens naufragium fecit: ibi ludens et delusus pauper est factus: ibi corruptrices animæ voluptates mercatus, et risum emens, parentes lacrymarum accepit: ac virtutes quidem, quas habuit, abjecit; scelera autem, quæ non habuit, assumpsit. *Cum vero omnia consumpsisset* (non enim solent durare turpiter viventibus opes gratiæ), *facta est fames valida in regione illa* (*v.* 14). Ubi enim temperantiæ fruges non excoluntur, ibi fames valida: ubi continentiæ vitis plantata non est, ibi fames valida: ubi castitatis racemus in torculari non premitur, ibi fames valida: ubi mustum cæleste non abundat, ibi magna fames: ubi fertilitas malorum, ibi omnino sterilitas bonorum: ubi abundantia malarum actionum, ibi omnino raritas virtutum: ubi humanitatis oleum non scaturit, ibi fames valida. *Tunc* ergo *et ipse cœpit egere.* Nihil enim ei reliquum erat, nisi ea quæ intemperantiæ propria sunt mala, postquam omnia turpitudinis facinora commiserat. *Et profectus adhæsit uni civium regionis illius* (*v.* 15). Cives autem regionis illius erant dæmones, in qua profugus degebat. *Et misit eum in villam suam* civis ille, *ut pasceret porcos.* Sic enim honore afficiunt dæmones eos, qui se honore prosequuntur: sic amant eos, a quibus amantur: talia dona largiuntur illis qui sibi obediunt. *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant* (*v.* 16). Quid autem hoc est, *De siliquis?* Siliquarum gustus dulcis est, sed tamen et asper simul et difficilis. Ejusmodi est et peccati natura; paululum quidem exhilarat, sed torquet plurimum: delectat ad tempus, et in æternum castigat. *In se autem reversus* (*v.* 17), apud se priorem felicitatem cogitans ac posteriorem hanc miseriam, sibique in memoriam revocans qualis esset, dum versaretur cum Deo et patre, qualis autem nunc sit, dum dæmonibus subjectus est: *In se* ergo *reversus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo!* Quam multi nunc catechumeni sacris literis perfruuntur, ego autem fame divinorum oraculorum teneor! O quantis meipsum bonis privavi! o quantis me ipsum malis implicui! Cur enim a beato illo convictu secessi? cur me in hanc mortiferam vitam ingessi? Didici ex iis, quæ passus sum, Deum non derelinquere: didici eum semper tenere, qui se retinentes semper conservat: didici impuris dæmonibus non credere, qui omnem impuritatem et depravationem docent. Quid ergo ait? *Surgam, et ibo ad patrem meum* (*v.* 18). Revertar bene, unde discessi male: redibo ad patrem meum, Conditorem, Dominum, Curatorem, et Provisorem: et perveniam ad eum qui solet exspectare et prævenire eos qui se ad ipsum convertunt. *Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam illi: Pater, peccavi in cœlum et coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut unum de mercenariis tuis* (*v.* 19). Sufficiunt mihi ad salutem hæc verba, sufficit mihi ad obsecrationem patris mei nomen: etenim facere non potest pater meus, pater a me appellatus, quin se patrem operibus prodat: non potest non commovere viscera sua, qui misericors est: non potest, cum audierit. *Peccavi*, non veniam dare delictis meis: non potest, cum vocem meam exaudierit, justæ iræ suæ non oblivisci. Scio quantum apud eum valeat pœnitentia, scio quantum possint apud eum lacrymæ: scio quo pacto quisque peccator ad ipsum conversus, et flens amare, ut Petrus, peccatorum obtineat remissionem: novi Dei mei bonitatem: novi patris mei benignitatem. Miserebitur mei pœnitentis, quem non punivit peccantem.

2. *Et cum surrexisset, venit ad patrem suum* (*v.* 20). Præclaro consilio præclaram adjunxit actionem. Nos enim oportet non modo de rebus profuturis deliberationem instituere, sed et affectus probos actionibus indicare. Cum autem ille adhuc longe distaret loco, animo autem prope esset, et manibus continuo pectus suum rumperet ac percuteret, utpote quod pravarum cogitationum esset officina, et vultum terræ affigeret, atque ab oculis suis lacrymarum posceret stillas comites ad intercedendum, et excusationem meditaretur: prius exclamavit voce magna, cum lacrymis dicens, *Pater, peccavi in cœlum et coram te* (*Luc.* 15. 21). Peccavi, sat scio, Christe Domine et Deus; peccata mea tu solus nosti; peccavi, miserere, ut Deus et Dominus. Non sum dignus ut in cœlum intuear, et te deprecer optimum Dominum meum, utpote qui maximis et gravissimis peccatis scateam: numerari non possunt peccata mea. Miserere, cum bonus sis semper Deus, *Quoniam dignus non sum vocari filius tuus; fac me sicut unum de mercenariis tuis* (*v.* 19). Sic ex intimo pectore deprecantem vidit, qui delinquentes videt, et in peccatorum sceleribus connivet, eorumque pœnitentiam exspectat: vidit eum pater ejus, et miseratione ductus est: Pater quippe erat bonitate, licet Deus esset natura. *Et accurrens cecidit super collum ejus, et osculatus est eum* (*v.* 20). Non exspectavit, ut, qui offenderat, prope accederet, sed ipse illi propere occurrit: neque ejus collum detestatus est, ut sordibus incontinentiæ compunctum, atque fœdatum; sed impollutis manibus suis eum complexus, deosculatus est, quem olim desideraverat, ita ut exsatiari non posset. O ineffabilem simul et tremendam misericordiam! o incredibilem humanitatem! o stupenda pacta! o mirabilem reconciliationem! Inflexit continuo Deum, vel uno momento, ad id, ut tum lacrymis cederet, tum tantam delictorum multitudinem præteriret. Num miratus es, cum videres Deum peccatori blandiri? O ingentem amorem viscerum paternorum! Peccator in terris lacrymas fudit, et qui solus est peccati expers, de cælis seipsum ad humanitatem inclinavit. Quis umquam vidit peccatorem, cui adularetur Deus? quis umquam vidit judicem officiose colentem reum? quis umquam ullum vidit adulari damnato? Verumtamen obtestatur Deus, ut olim Israelem. *Populo meus*, inquit, quam injuriam tibi intuli, *aut quid molestus fui tibi* (*Mich.* 6. 3)? Nunc etiam eadem fiunt, et facta sunt, quandoquidem ita vult placatu facilis Deus, ita solet a seipso vinci pater misericordiarum et Deus totius consolationis. Neque vero his contentus fuit prodigus ille filius, sed in iis bonis quæ ad pœnitentiam pertinent, prodigus fuit. Non enim sufficere sibi tantam humanitatem in tanta multitudine peccatorum arbitratus est, ad perfectam salutem obtinendam; sed, quæ patri dicere meditatus erat antea, ea et præsens convenienti habitu compositus dixit: Pater, si quidem omnino licet patrem te appellare, nisi forte et in hoc præter alia mea delicta pecco, dum te patrem voco; nisi nomen illud contumelia afficio, quod extra omnem contumeliæ aleam positum est; nisi labia mea conscientia claudit; nisi conditio morum linguam meam devincit; nisi orationem impedit anteacta vita: suscipe, pater sancte, pollutam deprecationem ab ore polluto. Pater secundum gratiam, et Conditor secundum naturam, *Peccavi in cœlum et coram te, et non sum dignus vocari filius tuus.* Peccavi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

confiteor peccata mea, non occulto quæ cernis, non nego quæ scis; ut reus abjectus jaceo, ut iniquus condemnor, ut judex miserere mei. *Peccavi in cœlum et coram te.* Vereor oculos meos ad cælum convertere. Etenim firmamenti speciem ut accusatoris vocem reformido: vereor in luce deitatis figere obtutum, cum mentis oculos habeam sordidatos. *Peccavi in cœlum et coram te, nec jam sum dignus vocari filius tuus.* Ecce meipsum prodo, meipsum condemno, sententiam in meipsum pronuntio. Non est opus mihi judice ad pronuntiandam sententiam, non opus est accusatoribus ad convincendum reum, non opus est testibus ad tabulas confirmandas. Intus habeo præsidentem conscientiam, judicem implacabilem in anima gero, ac forum formidabile: in conscientia testes circumfero, in oculis meis accusatores produco: theatra me accusant, in me circi clamant, in me spectacula eorum, qui cum bestiis pugnant, vociferantur: prodigalitas me traducit, me actiones, meæ infamia obruunt, me præsens nuditas manifestat; ipsi ignominiæ panni quibus amictus sum, me pudore suffundunt, et non sum dignus vocari filius tuus: *Fac me sicut unum ex mercenariis tuis.* Ne me autem abigas ab aula tua, Domine, ut ne rursum me inventum hostis errantem velut captivum adducat: neque me prope tremendam ac mysticam mensam tuam sistas: non enim ausim apertis oculis intueri sancta sanctorum. Sine me cum catechumenis intra ecclesiæ fores consistere, ut contemplans quæ in ea perficiuntur mysteria, eorum sensim rursus particeps fieri concupiscam; ut divinis laticibus perfusus, turpium canticorum sordes in auribus meis residentes abstergam, ut cum tuas margaritas a piis viris abripi videro, manus et ipse dignas quæ tale munus accipiant, habere desiderem. Cum his eum invasisset prodigus, esset que cum lacrymis ita vociferatus, *Dixit pater ad servos suos* (*Luc.* 15. 22). Ad quosnam servos? Audi: ad sacerdotes et ministros mandatorum suorum. *Proferte cito stolam primam, induite illum.* Proferte stolam desuper textam, ab igne spirituali præparatam; proferte stolam in aquis piscinæ contextam; proferte stolam ex igne spiritali conflatam, et induite eum qui sese exuit: induite novum Adamum quem nudavit diabolus; induite regem creaturæ, ornate eum per quem mundum ornavi, condecorate filii mei membra carissima: non enim possum eum inornatum intueri, non fero ut imago mea nuda relinquatur: meum probrum censeo filii probrum, meam gloriam existimo hujus celebre nomen.

3. *Date etiam annulum in manum ejus:* ut Spiritus pignus gerat, et ipsum ferens custodiatur ab ipso Spiritu; ut meum sigillum circumferens, formidabilis omnibus hostibus adversariisque appareat; ut a longe, cujus patris iste sit filius, intelligatur. *Date etiam calceamenta in pedes ejus:* ne rursum nudatum reperiat serpens calcaneum ejus, eumque aculeo suo percutiat; sed ut ipse potius caput draconis conculcet, ut hostis conterat stimulos, et viam quæ secundum Deum est, percurrat. *Et adducite vitulum saginatum, et occidite* (v. 23). Quem tandem vitulum dicit saginatum? Quemnam? Quem juvenca Maria Virgo peperit. Proferte Vitulum indomitum, qui nondum peccati jugum sustinuit, virginem, et ex Virgine natum, qui sequitur eos qui sequuntur se, non ex necessitate, sed sponte; qui non utitur robore suo, neque cornibus, sed prompte cervicem inclinat iis, qui mactare ipsum volunt. Mactate itaque eum qui sponte mactatur; mactate eum, qui vivificat eos qui se mactant; occidite eum, qui occiditur, sed non moritur; occidite eum, qui membratim conciditur, et eos sanctificat, qui se concidunt; occidite eum, qui comeditur ab iis qui ipsum norunt, et numquam consumitur; occidite eum, qui comedentes beatos reddit. Et epulantes omnes lætemur, *Quia hic filius meus mortuus erat, et revixit; perierat, et inventus est. Et cœperunt epulari* (v. 24). Nostis spiritales delicias, qui eas degustastis et tremendis mysteriis initiati estis, dum ministri sacri officii, imitantes angelorum alas tenuibus suis lineis velis (*a*), quæ sinistris humeris insident, in ecclesia discurrunt, clamantque: Ne quis ex catechumenis, ne quis eorum qui non edunt, nullus ex exploratoribus, ne quis eorum qui non possunt intueri Vitulum qui comeditur, neve quis eorum qui spectare non possunt cælestem sanguinem, qui effunditur in remissionem peccatorum, ne quis indignus hostia vivente, ne quis non initiatus, ne quis eorum, qui non possunt impollutis labiis tremenda mysteria attingere: deinde subjunguntur voces angelorum collaudantium de cælis et dicentium. Sanctus Pater, qui voluit mactari Vitulum saginatum, qui peccatum non novit, ut propheta dixit Isaias: *Qui peccatum non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus* (*Isai.* 53. 9; 1. *Pet.* 2. 22). Sanctus est Filius simul et Vitulus qui semper occiditur sponte, qui semper vivit: sanctus Paracletus, Spiritus sanctus, qui sacrificium perficit. Hæc itaque dum intus agerentur, senior filius cum venisset, audivit a longe symphoniam, et choros (*Luc.* 15. 25); et cum ex pueris unum advocasset, interrogabat quid hoc esset: Aures meas verberat sonus quispiam. Ille autem inquit: David propheta intus concinit: *Tunc imponent super altare tuum vitulos* (*Ps.* 50. 21). Idem rursus eos, qui adsunt, ad epulas cohortatur, aitque: *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* (*Ps.* 33. 9). Paulus divinarum rerum interpres proclamat, ac dicit: *Pascha nostrum immolatus est Christus* (1. *Cor.* 5. 7). Ecclesia festum agit, epulatur, et choreas ducit. Ille autem ait servo: Itane est? dum ego foris sum, alii mysteria mea, me absente, dividunt? Sic est, inquit, quoniam frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum eum recepit. His auditis iratus est justus, neque ingredi voluit (*Luc.* 15. 28). Iratus est justus, et invidiæ factus est servus: qui delicias vitæ pedibus conculcaverat, ab invidia superatus est. Quomodo autem ait Paulus: *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem* (*Rom.* 9. 3). Non ut invidum ostenderet esse justum, sed ut magnitudinem quamdam immensam innueret, ita orationem conformavit Salvator, ut immensas divitias bonitatis Patris sui declararet. Idque per ea, quæ consequuntur, indicat. *Pater* enim *egressus cœpit rogare illum.* O ineffabilem sapientiam! o religiosam providentiam! Et peccatoris est misertus, et justo est adulatus; et non permisit ut caderet is qui stabat, et eum qui ceciderat, excitavit: pauperem divitem effecit, neque divitem sivit invidia pauperem fieri. *At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annis servio tibi, et numquam mandatum tuum præterivi, et numquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer* (*Luc.* 15. 29): sed circumeo in melotis, in pellibus caprinis, egens, angustiatus, afflictus (*Hebr.* 11. 37). Sed postquam filius tuus hic, qui contempsitte, qui devoravit substantiam tuam cum meretricibus, venit, subito occidisti illi vitulum saginatum, et neque verbo ipsum castigasti, neque in speciem vultum ab ipso avertisti; sed continuo ipsum hospitio excepisti, et omnibus tuis vestimentis exornasti, aureo annulo splendidum reddidisti, calceamentis munivisti, ecclesiam aperuisti, mensam adornasti, crateras implevisti, vitulum occidisti saginatum, ad epulas fideles convocasti, angelos ad choreas impulisti, admirabile cæli terræque convivium convocasti. Tanta ergo munera in eum qui tuam bonitatem contempserat, quique nobilitatem tuam probris affecerat, contulisti. Quid dicam de tuarum miserationum pelago? quomodo tuæ benignitatis oceanum admirabor? Misereris omnium, Domine, quod omnia possis, et in hominum peccatis connives, ut ad pœnitentiam convertantur. *Pater autem dixit ipsi: Fili, tu semper mecum es* (*Luc.* 15. 31). Tu a meo sinu haud unquam sejunctus es; tu

(*a*) Alludit ad Diaconorum stolas.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ρῶν διελέγετο μετὰ τοῦ πρέποντος σχήματος· πάτερ, εἴ γε ὅλως ἔξεστί μοι πατέρα σε εἰπεῖν· εἰ μὴ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων μου πταισμάτων, καλῶν σε πατέρα, ἐξαμαρτάνω· εἰ μὴ ὑβρίζω τῇ κλήσει τὸ ἀνύβριστον ὄνομα· εἰ μὴ κλείει μου τὰ χείλη τὸ συνειδός [a]· εἰ μὴ δεσμεῖ μου τὴν γλῶτταν ὁ τρόπος τῆς πράξεως· εἰ μὴ κωλύει μου τὸν λόγον ὁ βίος· δέξαι, πάτερ ἅγιε, δέησιν ῥυπαρὰν ἐκ στόματος ῥυπαροῦ. Πάτερ κατὰ χάριν, καὶ δημιουργὲ κατὰ φύσιν, «Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου». Ἥμαρτον, ὁμολογῶ τὰ πραπτώματά μου, οὐ κρύπτω ἅπερ βλέπεις, [36] οὐκ ἀρνοῦμαι ἅπερ ἐπίστασαι· ὡς ὑπεύθυνος πρόκειμαι, ὡς παράνομος κατακρίνομαι· ὡς κριτὴς ἐλέησόν με. *Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου.* Δέδοικα εἰς τὸν οὐρανὸν τὰ ὄμματά μου ἀναπτεῖναι· φοβοῦμαι γὰρ τοῦ στερεώματος τὴν μορφήν, ὡς κατηγόρου φωνήν· εὐλαβοῦμαι ἐνατενίσαι τῷ φωτὶ θεότητος, ῥυπαροὺς ἔχων τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμούς. *Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου.* Ἰδοὺ ἐμαυτὸν ἀνακηρύττω, ἐμαυτὸν κατακρίνω, κατ' ἐμαυτοῦ ἀποφαίνομαι. Οὐ δέομαι δικαστοῦ πρὸς ἀπόφασιν, οὐ δέομαι κατηγόρων πρὸς ἔλεγχον, οὐ δέομαι μαρτύρων πρὸς ἔγγραφα· ἔνδον ἔχω προκαθήμενον τὸ συνειδός, τὸν ἀπαραίτητον δικαστὴν ἐν τῇ ψυχῇ βαστάζω, τὸ φοβερὸν δικαστήριον· ἐν τῷ συνειδότι περιφέρω τοὺς μάρτυρας, ἐν τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς τοὺς κατηγόρους ἐπάγων· τὰ θέατρά μου κατηγορεῖ, αἱ ἱπποδρομίαι μου κατακράζουσιν, αἱ θεωρίαι τῶν θηριομαχούντων καταβοῶσί μοι· ἡ ἀσωτία θριαμβεύει με, αἱ πράξεις μου στηλιτεύουσί με, ἡ παρουσα γυμνότης φανεροῖ με [b], αὐτὰ τὰ ῥάκη τῆς αἰσχύνης, ἃ περιβέβλημαι, καταισχύνει με, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· *Ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.* Μήτε τῆς αὐλῆς σου ἀποπέμψῃς με, Δέσποτα, ἵνα μὴ πάλιν ὁ πολέμιος εὑρών με πεπλανημένον, ὡς αἰχμάλωτον ἀπαγάγῃ· μήτε πλησίον ἐλκύσῃς με τῆς φοβερᾶς σου καὶ μυστικῆς τραπέζης· οὐ γὰρ τολμῶ ὀφθαλμοῖς [c] ἐναγέσιν ὁρᾶν τῶν ἁγίων τὰ ἅγια. Ἔασόν με στῆναι μετὰ τῶν κατηχουμένων, τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας ἔνδον, ἵνα θεωρῶν τὰ ἐν αὐτῇ τελούμενα μυστήρια, ποθήσω κατὰ μικρὸν ταῦτα πάλιν ἀναλαβεῖν· ἵνα τοῖς θείοις νάμασιν ἐπαντλούμενος, ἀποσμήξω τὴν αἰσχύνην τῶν αἰσχρῶν ἁμαρτημάτων, τὸν ῥύπον τὸν ἐγκείμενον ταῖς ἐμαῖς ἀκοαῖς· ἵνα θεωρῶν τοὺς σοὺς μαργαρίτας ἁρπαζομένους παρὰ τῶν εὐσεβῶν ἀνδρῶν, ἐπιθυμήσω καγὼ κτήσασθαι χεῖρα; ἀξίας τῆς τούτων ὑποδοχῆς. Ταῦτα τοῦ ἀσώτου προσκρούσαντος, καὶ μετὰ δακρύων βοῶντος, *Εἶπεν ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ* [d]. Πρὸς ποίους δούλους; Ἄκουε· πρὸς τοὺς ἱερεῖς; καὶ λειτουργοὺς τῶν αὐτοῦ προσταγμάτων. *Ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν·* ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν ἀνωθεν ὑφαντὴν, τὴν ἐκ τοῦ πνευματικοῦ πυρὸς καταρτιζομένην· ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν ἐν τοῖς ὕδασι τῇ κολυμβήθρᾳ ὑφαινομένην. Ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν ἐκ τοῦ πνευματικοῦ πυρὸς κατασκευαζομένην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν. Ἐνδύσατε τὸν ἑαυτὸν ἀποδύσαντα, ἐνδύσατε τὸν νέον Ἀδάμ, ὃν ἐγύμνωσεν ὁ διάβολος· ἐνδύσατε τὸν βασιλέα τῆς κτίσεως· κοσμήσατε τοῦτον, δι' ὃν τὸν κόσμον ἐκόσμησα· καλλωπίσατε τοῦ υἱοῦ μου τὰ φίλτατα μέλη· οὐ φέρω γὰρ αὐτὸν ἀκαλλώπιστον καθορᾷν· οὐ φέρω τὴν ἐμὴν εἰκόνα γεγυμνωμένην καταλιπεῖν· ἐμὸν ὄνειδος ἡγοῦμαι τὸ ὄνειδος τοῦ ἐμοῦ παιδός, ἐμὴν ὀδύαν ἡγοῦμαι τούτου τὴν εὐκλειαν.

γ'. *Δότε καὶ δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ·* ἵνα φορῇ τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, καὶ φορῶν αὐτὸν φρουρηθῇ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος· ἵνα τὴν ἐμὴν σφραγῖδα περιφέρων, φοβερὸς ᾖ πᾶσι τοῖς πολεμίοις τε καὶ ἐναντίοις· ἵνα πόῤῥωθεν φαίνηται, ποίου πατρός ἐστιν οὗτος υἱός. *Δότε καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ·* ἵνα μὴ πάλιν εὕρῃ ὁ ὄφις γυμνὴν τὴν πτέρναν αὐτοῦ, καὶ πατάξῃ αὐτὸν διὰ τοῦ κέντρου· ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτὸς καταπατῇ τὴν τοῦ δράκοντος κεφαλὴν, ἵνα συντρίψῃ τοῦ πολεμίου τὰ κέντρα, καὶ ἵνα τρέχῃ τὴν κατὰ θεὸν ὁδόν. *Καὶ ἐνέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, θύσατε.* Ποῖον μόσχον λέγει σιτευτόν; Ποῖον; Ὃν ἡ δάμαλις Μαρία παρθένος ἐγέννησεν. Ἐνέγκατε τὸν μόσχον τὸν ἀδάμαστον, τὸν μὴ δεξάμενον ἁμαρτίας ζυγὸν, τὸν παρθένον, καὶ ἐκ παρθένου, τὸν ἀκολουθοῦντα τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ, οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἑκουσίως· τὸν μὴ χρώμενον τῇ δυνάμει αὐτοῦ, μηδὲ τοῖς κέρασιν, ἀλλ' ἑτοίμως ὑποκλίναντα τὸν ἑαυτοῦ αὐχένα τοῖς σφάττειν θέλουσι. Θύσατε οὖν ἐκόντα θυόμενον, θύσατε τὸν ζωοποιοῦντα τοὺς θύοντας. θύσατε τὸν θυόμενον καὶ μὴ νεκρούμενον· θύσατε τὸν μελιζόμενον, καὶ τοὺς μελίζοντας αὐτὸν ἁγιάζοντα· θύσατε τὸν ἐσθιόμενον παρὰ τῶν εἰδότων αὐτὸν, καὶ μηδέποτε δαπανώμενον· θύσατε τὸν τοὺς ἐσθίοντας μακαρίους ἀπεργαζόμενον. Καὶ φαγόντες πάντες εὐφραν θῶμεν, [37] *Ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησεν· ἀπολωλὼς ἦν, καὶ ηὑρέθη. Καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι.* Ἐπίστασθε τὴν πνευματικὴν εὐφροσύνην, οἱ ταύτης γευσάμενοι καὶ μεμνημένοι τῶν φρικτῶν μυστηρίων, τῶν λειτουργῶν τῆς θείας ἱερουργίας, τῶν μιμουμένων τὰς τῶν ἀγγέλων πτέρυγας ταῖς λεπταῖς ὀθόναις ταῖς ἐπὶ τῶν ἀριστερῶν ὤμων κειμέναις, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρεχόντων καὶ βοώντων· Μή τις τῶν κατηχουμένων, μή τις τῶν μὴ ἐσθιόντων, μή τις τῶν κατασκόπων, μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸν Μόσχον ἐσθιόμενον, μή τις τῶν μὴ δυναμένων θεάσασθαι τὸ οὐράνιον αἷμα τὸ ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, μή τις ἀνάξιος τῆς ζώσης θυσίας, μή τις ἀμύητος, μή τις μὴ δυνάμενος ἀκαθάρτοις χείλεσι προσψαύσασθαι τῶν φρικτῶν μυστηρίων· εἶτα καὶ τῶν ἀγγέλων [e] οὐρανόθεν ἐπευφημούντων καὶ λεγόντων· Ἅγιος ὁ Πατὴρ, ὁ θελήσας τυθῆναι τὸν Μόσχον τὸν σιτευτὸν, τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, καθώς φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας· *Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ·* ἅγιος ὁ Υἱὸς, ἅμα καὶ Μόσχος ὁ ἀεὶ θυόμενος ἑκὼν, καὶ ἀεὶ ζῶν· ἅγιος ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ τὴν θυσίαν τελεσιουργῆσαν. Τούτων οὖν ἔνδον ἐπιτελουμένων ὁ πρεσβύτερος υἱὸς μακρόθεν παραγενόμενος ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν· καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων, ἐπυνθάνετο τί ἂν εἴη τοῦτο· Ἦχός τις περιεκτύπει [f] μου τὰ ὦτα. Ὁ δέ φησι, Δαυὶδ ὁ προφήτης ἔνδον μελῳδεῖ· *Τότε ἀνοίσουσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους.* Ὁ αὐτὸς πάλιν προτρέπεται τοὺς παρόντας πρὸς τὴν ἑστίασιν, καὶ λέγει· *Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος.* Παῦλος ὁ τῶν θείων μυστηρίων ἐξηγητὴς ἀναβοᾷ καὶ λέγει· *Τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν* [g] *ἐτύθη Χριστός.* Ἡ Ἐκκλησία πανηγυρίζει εὐφραινομένη, καὶ χορεύει. Ὁ δέ φησι πρὸς τὸν δοῦλον· Ναὶ, καὶ μὴ παρόντος ἐμοῦ ἄλλοι τὰ ἐμὰ μυστήρια παρὰ τὴν ἐμὴν ἀπουσίαν ἐν τῇ ἐμῇ αὐλῇ μερίζονται. Ναὶ, φησὶν· ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἦκει, καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν. Ὠργίσθη δὲ πρὸς ταῦτα ὁ δίκαιος, καὶ οὐκ ἠθέλησεν εἰσελθεῖν. Ὠργίσθη ὁ δίκαιος, καὶ τοῦ φθόνου ἐγένετο δοῦλος· ὁ καταπατήσας τοῦ βίου τὰ τερπνὰ, φθόνῳ κεκράτηται. Καὶ πῶς φησιν ὁ Παῦλος λέγων· *Ἐβουλόμην αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα;* Οὐχ ἵνα βάσκανον δείξῃ τὸν δίκαιον, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑπερβολὴν οὕτω τὸν λόγον ἐσχημάτισεν ὁ Σωτήρ· ἵνα κηρύξῃ τὸν ὑπερβάλλοντα πλοῦτον τῆς χρηστότητος τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο δηλοῖ διὰ τῶν ἑφεξῆς. *Ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ,* φησὶν, *ἐξελθὼν παρεκάλει αὐτόν.* Ὦ σοφίας ἀῤῥήτου, ὦ προνοίας θεοφιλοῦς· καὶ τὸν ἁμαρτωλὸν ἠλέησε, καὶ τὸν δίκαιον ἐκολάκευσε· καὶ τὸν ἱστάμενον οὐκ ἀφῆκε πεσεῖν, καὶ τὸν πεσόντα ἤγειρε· καὶ τὸν πένητα πλούσιον ἀπέδειξε, καὶ τὸν πλούσιον οὐ συνεχώρησε τῷ φθόνῳ γενέσθαι πτωχόν. *Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε τῷ πατρί· Ἰδοὺ ἐγὼ τοσαῦτα ἔτη ἔχω δουλεύων σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον· καὶ ἐμοὶ οὐκ ἔδωκάς ποτε ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ·* ἀλλὰ περιέρχομαι ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενος, θλιβόμενος, κακουχούμενος. Ὅταν δὲ ὁ υἱός σου οὗτος ἦλθεν, ὁ καταφρονήσας σου, καὶ καταφαγὼν σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, εὐθέως ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν· καὶ οὔτε ῥήματι ἐνεκάλεσας αὐτῷ, οὔτε σχήματι τὸ πρόσωπόν σου ἀπέστρεψας ἀπ' αὐτοῦ· ἀλλ' εὐθέως

[a] Alii τὸ ὄνειδος. [b] Alii στηρίζει με. [c] Alii οὐ δύναμαι γὰρ ἀνανεύειν καὶ ὀφθαλμοῖς. [d] Alii τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ. [e] Alii τῶν ἁγίων, et mox κελεύσας pro θελήσας. [f] Alii ἦχός τις περιηχεῖ. [g] Aberat ὑπὲρ ἡμῶν, quod e Savil. et Bibliis receptimus. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐξενοδόχησας αὐτὸν, καὶ πάσῃ τῇ στολῇ σου κατεκοσμησας, καὶ τῷ χρυσῷ δακτυλίῳ περιήστραψας, καὶ τοῖς ὑποδήμασι περιέφραξας [a], καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἠνέῳξας, καὶ τὴν τράπεζαν ἐκαλλώπισας, καὶ τοὺς κρατῆρας ἐπλήρωσας, καὶ τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν κατέσφαξας, καὶ πρὸς τὴν εὐωχίαν τοὺς πιστοὺς προσεκάλεσας, καὶ τοὺς ἀγγέλους χορεύειν ἐποίησας, καὶ ξένον οὐρανοῦ καὶ γῆς συμπόσιον συνεκρότησας· καὶ τοιαύτας δωρεὰς παρέσχες τῷ καταφρονήσαντι τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ τὴν εὐγένειαν καθυβρίσαντι. [38] Τί εἴπω πρὸς τὸ βάθος καὶ τὸ πέλαγος τῶν σῶν οἰκτιρμῶν; πῶς θαυμάσω τὴν θάλατταν τῆς σῆς γαληνότητος; Ἐλεεῖς, Κύριε, πάντας, ὅτι πάντα δύνασαι, καὶ παροράς ἁμαρτήματα ἀνθρώπων εἰς μετάνοιαν. *Ὁ δὲ Πατὴρ αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ· Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ.* Σὺ τῶν ἐμῶν κόλπων οὐκ ἐχωρίσθης ποτέ· σὺ τῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐμῆς οὐκ ἀπεσκίρτησας· σὺ ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις προσέσχες ἀεί· σὺ μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐντυγχάνεις διαπαντός· σὺ τῷ θυσιαστηρίῳ παριστάμενος, μετὰ παῤῥησίας βοᾷς, *Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.* Οὗτος δὲ προσῆλθέ μοι κατακεκριμένος, κατηγορούμενος, τὸ πρόσωπον ὠθῶν εἰς τὴν γῆν, καὶ μετὰ συντετριμμένης καὶ στυγνῆς φωνῆς ἀνεβόησε· *Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.* Τί εἶχον ποιῆσαι πρὸς τὰ ῥήματα ταῦτα; ἠδυνάμην μὴ ἐλεῆσαι τὸν ἐμὸν υἱὸν προσελθόντα μοι; Σὺ δίκασον ὁ θυμούμενος. Ἀλλ' οὐ πέφυκα, φιλάνθρωπος ὤν, ἀπάνθρωπόν τι διαπράξασθαι· οὐ δύναμαι μὴ ἐλεῆσαι, ὃν ἐγὼ ἐποίησα· οὐ δύναμαι μὴ οἰκτείρειν, ὃν ἐκ τῶν ἐμῶν σπλάγχνων ἐγέννησα. *Τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα, σά ἐστιν·* ὁ οὐρανὸς σὸς, τὸ στερέωμα σὸν, ὁ ἥλιος δαδοῦχος σὸς, ἡ σελήνη θεραπαίνη σή, οἱ ἀστέρες λαμπτῆρες σοὶ, ὁ ἀὴρ τροφεὺς σὸς, καὶ πάντα τὰ ἐναέρια σά· ἡ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ σά, ἡ θάλασσα καὶ τὰ ἐν αὐτῇ σά, ὁ κόσμος σὸς, ἡ Ἐκκλησία σή, τὸ θυσιαστήριον σὸν, ὁ μόσχος ὁ σιτευτὸς σὸς, ἡ θυσία σή, οἱ ἄγγελοι σοὶ, οἱ ἀπόστολοι σοὶ, οἱ μάρτυρες σοί· τὰ παρόντα σά, τὰ μέλλοντα σά, ἡ ἀνάστασις σή, ἡ ἀθανασία σή, ἡ ἀφθαρσία σή, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σή, πάντα τὰ φαινόμενα καὶ τὰ νοούμενα σά. Μὴ τὰ σὰ ἀπήγαγον, κἀκεῖνῳ προσήγαγον; μὴ σὲ ἀπέδυσα, κἀκεῖνον ἐνέδυσα; οὐχὶ ἐκ τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐχαρισάμην τὸ ἔλεος; οὐχ ὁμοιός εἰμι καὶ σοῦ κἀκείνου πατήρ; Καὶ σὲ τιμῶ διὰ τὴν ἀρετὴν, κἀκεῖνον ἐλεῶ διὰ τὴν καλλίστην ἐπιστροφήν· καὶ σὲ ποθῶ διὰ τὴν ζωὴν, κἀκεῖνον διὰ τὴν μεταβολήν· καὶ σὲ διὰ τὴν πολιτείαν φιλῶ, κἀκεῖνον διὰ τὴν μετάνοιαν· καὶ σὲ διὰ μακροθυμίαν, κἀκεῖνον διὰ τὴν ἐν ἐμοὶ ἐπιστροφήν. *Εὐφραν θῆναι δὲ καὶ χαρῆναί σε ἔδει, ὅτι οὗτος ὁ ἀδελφός σου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησεν· ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη.* Τίς βλέπων νεκρὸν ἀνιστάμενον, οὐκ εὐφραίνεται; καὶ τίς εὑρὼν ἃ ἀπώλεσεν, οὐκ ἀγάλλεται; Δεῦρο καὶ σὺ, υἱέ μου, συνευφράνθητι σὺν ἐμοὶ, καὶ συσκίρτησον σὺν τοῖς ἀγγέλοις, καὶ περίπτυξον σὺν ἐμοὶ τὸν σὸν ἀδελφὸν, καὶ σύμψαλλε τῷ Δαυῒδ ἐκεῖνο τὸ πνευματικὸν μέλος, τὸ πρέπον τῇ παρούσῃ πανηγύρει· *Μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι· μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν.* Ἠκούσατε τῆς θείας παραβολῆς, καὶ τὸν ταύτης σκοπὸν ἔγνωτε, καὶ τὴν δύναμιν αὐτῆς εἴδετε· ἐμάθετε πῶς φιλάνθρωπον ἔχομεν Κύριον, πῶς ἀνεξίκακον. Αὐτῷ τοίνυν προσφύγωμεν μετὰ καθαρᾶς καρδίας. Δεῦτε, κοινῇ φωνῇ βοήσωμεν πρὸς αὐτόν· Δέσποτα, Κύριε φιλάνθρωπε, μονογενὲς Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἡμάρτομεν εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ ἐσμὲν ἄξιοι κληθῆναι υἱοί σου· ἀλλὰ θαῤῥοῦμεν τοῖς σοῖς οἰκτιρμοῖς· ἔχομεν ὅμηρα τῆς σῆς φιλανθρωπίας τὸν τίμιον σταυρὸν, ὃν ὑπέμεινας δι' ἡμᾶς· ἔχομεν ἐγγυητὰς τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας τὴν ποτε πόρνην, καὶ τὸν ποτε λῃστὴν [b]. Διὰ τούτων γὰρ καὶ ἡμεῖς καὶ πάντες οἱ ἁμαρτωλοὶ προτρεπόμεθα προστρέχειν τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ. Ὡς ἐκείνους ἀοιδίμους καὶ μακαρίους ἀπέδειξας, Κύριε, καὶ ἡμᾶς προσπίπτοντάς σοι ἐλέησον· ὡς ἀνέστησας νεκροὺς σταυρωθεὶς, καὶ [c] ἡμᾶς νεκρωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ διὰ τὴν πολλήν σου φιλανθρωπίαν ἀνάστησον, ἵνα ἀπολαύσωμεν μετὰ τῶν ἀπολυτρωσαμένων τῆς σῆς ἀναστάσεως. Ταῦτα λέγοντες, ἐπιμείνωμεν, ἵνα καὶ πρὸς ἡμᾶς εἴπῃ ὁ Δεσπότης ἡμῶν Χριστός· *Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν.* Καὶ [39] ὑμεῖς δὲ οἱ μέλλοντες ἀπολαύειν τῆς τοῦ βαπτίσματος ἐωρεᾶς, πάντα λογισμὸν ἀλλότριον ἀπορῤῥίψαντες, καὶ τὰς ψυχὰς ὑμῶν εἰς τὸν οὐράνιον νυμφίον εὐθύναντες, τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος ἀπολαύσατε. *Ὁ Κύριος ἐγγὺς, μηδὲν μεριμνᾶτε.* Ἐπὶ θύραις ὁ λυτρωτὴς ἐφέστηκεν, ὁ ἰατρὸς τοῖς πιστεύουσι πάρεστι, τὸ ἰατρεῖον ἠνέῳκται, τὰ φάρμακα πρόκειται, ἡ κολυμβήθρα πάντας προσδέχεται, ἡ χάρις ἐξήπλωται, ἡ πνευματικὴ στολὴ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξυφαίνεται. Μακάριοι οἱ καταξιούμενοι φορέσαι τὴν στολήν. Μόνον ὑμεῖς τῆς πίστεως τὰς λαμπάδας ἀνάψατε, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς εὐσεβείας δαψιλῶς ἐπιβάλλετε, ἵνα νυκτὸς, ὅταν γίνηται φωνὴ λέγουσα, « Ἰδοὺ ὁ νυμφίος ἔρχεται, » ἐξέλθητε εἰς ὑπάντησιν αὐτοῦ μετὰ φαιδρῶν τῶν λαμπάδων [d], χορεύοντες καὶ σκιρτῶντες, καὶ βοῶντες, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου·* αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

[a] Quidam περιεσφράγισας. [b] Inserunt alii καὶ τὸν ποτε τελώνην, καὶ τὸν ποτε διώκτην. [c] Alii οὕτω καί. [d] Alii add. τῆς πίστεως.

Εἰς τὴν ὄρχησιν τῆς Ἡρωδιάδος, καὶ εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς κεφαλῆς Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ.

α'. Ὥσπερ τις ἀνὴρ φιλέρημος ἔν τινι τόπῳ ἀλσώδει ὑπὸ δένδρα σκιαζόμενος, ταῖς τῶν ὀρνέων καλλιφώνοις κλαγγαῖς, καὶ ταῖς τῶν ὑδάτων εὐήχοις ῥοαῖς κυλινδουμένος πρᾶον ἔχει τὸ φρόνημα, πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ τοιοῦτος ἀρέσκει· οὕτω καὶ ἡμεῖς ταῖς προλαβούσαις ἡμέραις τῇ πραείᾳ τοῦ Πνεύματος αὔρᾳ παρακαλούμενοι, τὰ περὶ ἐλεημοσύνης ὑμῖν διελεγόμεθα. Ὅτε δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἐκήρυξε τὴν Ἡρώδου παραφροσύνην, καὶ γυναικῶν ἀσέλγειαν, καὶ κῶμον ἀνδρῶν παραφρόνων, καὶ τράπεζαν ἐναγῆ, καὶ δῶρον ἀθέμιτον, καὶ ἔργον ἀνόσιον, καὶ κηδείαν σώματος σεμνοτάτου, ἄλλος ἐξ ἄλλου γεγένημαι. Ἐνεὸς γὰρ γίνομαι, ἀγαπητοὶ, ὅταν ὑπ' ὄψιν ἐμαυτοῦ ἀγάγω τὰ ὑπὸ Ἡρώδου γεγενημένα πράγματα· εἴ γε ἔστιν ἐκεῖνα λέγειν πράγματα, καὶ μὴ τραύματα, τοῦ τοιαῦτα δεδρακότος πράγματα [a]. Ἐν ἐκείνῳ, φησὶ, τῷ καιρῷ ἤκουσεν Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ, καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν Ἰωάννης, ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα. Αὐτὸς ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ. Ὁμολογεῖ τοῦ προφήτου τὸν φόνον, ὃν οὐ δύναται ψεύσασθαι· καὶ ᾔδει ὃν ἀπέκτεινεν, ὅτι προφήτης ἐστὶ, καὶ ἀνὴρ δίκαιος. Εἰ μὴ γὰρ ἐγίνωσκεν, οὐκ ἂν ἔλεγεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι, καὶ διὰ τοῦτο τὰς δυνάμεις ἐν αὐτῷ ἐνεργεῖν. Ὦ συνειδήσεως κακῆς· ἐπὶ οἱῳδήποτε φόνῳ ὁ αὐτὸς μαρτυρεῖ ἑαυτῷ; ὦ συνειδήσεως κακῆς συζώσης ψυχῇ μιᾷ, καὶ κολαζούσης ἕως θανά-

[a] Reg. δεδρακότος δράματα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ab Ecclesia mea nunquam dissiluisti; tu psalmis semper et hymnis operam dedisti; tu cum angelis quovis tempore versaris; tu altari assistens cum fiducia clamas, *Pater noster, qui es in cœlis : sanctificetur nomen tuum* (*Matth.* 6. 9) Hic vero accessit ad me condemnatus, vultu pudore suffuso, et in terram inclinato, corde contrito ac voce tristi clamavit : *Pater, peccavi in cœlum et coram te; jam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Quid potuissem facere, auditis his vocibus? potuine non misereri filii mei ad me accedentis? judica tu qui iratus es. Atqui non fert natura mea, cum humanus sim, ut inhumanum quid perpetrem; non possum non ejus misereri, quem procreavi, non possum non miseratione duci ejus, quem ex meis visceribus genui. *Fili, tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt.* Tuum est cœlum, tuum firmamentum, sol laternarius tuus, luna ancilla tua, stellæ sunt faces tuæ, aer nutritius tuus, tuaque omnia quæ in aere versantur : tua est terra, et omnia quæ in ea sunt; tuum est mare, quæque in eo sunt cuncta; tuus mundus, ecclesia tua, tuum altare, tuus vitulus saginatus, tuum sacrificium, tui angeli, tui apostoli, tui martyres, tua præsentia, tua futura, tua resurrectio, tua immortalitas, tua incorruptio, tuum regnum cælorum, omnia quæ cernuntur oculis, quæque mente percipiuntur, sunt tua. Num tua abripui, et illi apposui? num te exui, et illum indui? nonne ex meis operibus misericordiam largitus sum? nonne pariter sum et tuus et illius pater? Et te honore afficio virtutis nomine, et illius me miseret propter insignem conversionem : te diligo propter vitam, et illum propter transmutationem : te propter conversationem, illum propter pœnitentiam : te propter longanimitatem, illum propter conversionem in me. *Epulari enim et gaudere te oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, et revixit; perierat, et inventus est* (*Luc.* 15. 32). Quis cum viderit mortuum excitatum ab inferis, non oblectatur? quis cum invenerit ea quæ perdiderat, gaudio non effertur? Veni et tu, fili mi, oblectare nobiscum, exsulta cum angelis, complectere nobiscum fratrem tuum, et cum Davide psalle illud spiritale canticum, quod huic convenit festivitati : *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum* (*Psal.* 31. 1. 2). Audistis divinam parabolam, et ejus scopum novistis, vimque perspexistis : quam benignum Dominum habeamus, quam patientem didicistis. Ad eum ergo cum puro corde confugiamus. Venite, communi voce ad eum clamemus : Here, Domine benigne, unigenite Dei Fili, peccavimus in cœlum, et coram te, nec digni sumus qui filii tui vocemur, sed in miserationibus tuis confidimus, habemus obsidem tuæ benignitatis pretiosam crucem, quam nostra causa pertulisti : habemus fidejussorem tuæ misericordiæ illam olim meretricem, et illum quondam latronem : propter illos enim et nos peccatores omnes incitamur, ut ad humanitatem tuam recurramus. Ut illos celebres ac beatos reddidisti, sic etiam nostri, qui lapsi sumus, miserere : qui crucifixus mortuos suscitasti, nos quoque a peccato enecatos per humanitatem exsuscita, ut una perfruamur cum illis qui redempti sunt, et participes facti sunt, tua resurrectione. Hæc cum dixerimus, exspectemus, ut et nobis dicat Dominus noster Christus : *Secundum fidem vestrum fiat vobis* (*Matth.* 9. 29). Vos vero qui baptismatis dono perfruituri estis, omnem alienam cogitationem abjicite, animasque vestras ad cælestem sponsum convertite : Spiritus sancti gratia perfruimini. *Dominus prope est, nihil sollliciti sitis* (*Philipp.* 4. 5. 6). Etenim adstat pro foribus Redemptor, adest credentibus medicus, officina medici aperta est, parata sunt pharmaca, omnes exspectat piscina, gratia explicata est, spiritalis stola a Patre et Filio et Spiritu sancto pertexta est. Beati qui digni habiti fuerint, ut stolam ferant. Vos lucernas tantum fidei accendite, et oleum pietatis copiose infundite, ut de nocte cum audita vox fuerit dicens, *Ecce sponsus venit* (*Matth.* 25. 6), exeatis obviam illi cum splendidis lucernis, choreas ducentes, saltantes, et clamantes, *Benedictus qui venit in nomine Domini* (*Ibid.* 21. 9) : ipsi gloria et potestas, nunc et semper, et in sæcula. Amen.

MONITUM

IN SEQUENTEM SERMONEM.

Hunc ut et alios quam plurimos sermones, qui Chrysostomi nomine circumferuntur, Severiano Gabalorum episcopo adscripsit nuperus scriptor. Nec satis perspicio cur omnia ejusdem farinæ opuscula ad unum Severianum referat. Multi certe erant Græculi qui sua Chrysostomi præmisso nomine publicabant. Hujus vero stylus non tam implicatus esse videtur, quam illarum orationum series, quas Severiani esse liquet Est autem prorsus ineptus, et flosculis ad nauseam usque redundans.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

IN SALTATIONEM HERODIADIS, ET DECOLLATIONEM JOANNIS PRÆCURSORIS ET BAPTISTÆ (*a*).

1. Quemadmodum si quis amator solitudinis in aliquo saltibus referto loco sub arborum umbra consideat, et jucundo volucrum concentu, ac fluentis aquæ murmure placido delectetur, fieri nequit ullo modo, quin ejus animus sensusque omnis ad humanitatem traducatur, omnibusque sese affabilem præbeat : ita nos quoque superioribus diebus benignitate Spiritus commoti, de eleemosyna sermonem apud vos habebamus. Ubi vero stultitiam Herodis evangelium prædicavit, mulierumque petulantiam, convivium delirantium virorum, exsecrandam mensam, donum iniquum, opus injustum, et exequias corporis omni veneratione prosequendi, penitus immutatus sum. Mutus enim fio, dilectissimi, cum meis observantur oculis prætérita Herodis facta, vel potius vulnera, unde tam immania spectacula consequantur. *In illo*, inquit, *tempore audivit Herodes tetrarcha famam Jesu, et ait pueris suis : Hic est Joannes Baptista, quem ego decollavi; ipse surrexit a mortuis, et ideo virtutes operantur in eo* (*Matth.* 14. 1). Confitetur cædem prophetæ, quam negare non potest, et, quem occidit, novit prophetam esse, virumque justum. Nisi enim nosset, haud illum diceret a mortuis surrexisse, ideoque virtutes operari in eo. O improbam conscientiam! in quali cæde testimonium in se dicit! o improbam conscientiam, quæ cum anima perversa usque ad mortem vivens illamque crucians, post mortem etiam implacabiliter torquet. Quam vero ob causam prophetam occidit? Quoniam præco veritatis erat, et injustam ejus actionem impedire sua reprehensione conten-

(*a*) Collata cum Codice Reg. 1971.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

debat : et quem ut regem oportebat mandatorum Dei esse custodem, ipse indomita voluptatum petulantia leges violabat. Rex quippe ille est, qui justas fert leges, primusque agit, nec eas transgreditur. Quomodo enim alioquin sibi subditas gentes recto ordine componet, nisi justis legibus quasi frenis pervicax et insolens genus humanum regat? Herodes autem rex non populorum, sed voluptatum, vel potius servus earumdem (nam *A quo quis superatus est, hujus et servus est* [2. *Pet.* 2. 19]), non modo leges Dei transgressus est, sed et cædem inique perpetravit. Quem vero occidit? Virum justum, quo major inter natos mulierum non surrexit (*Matth.* 11. 11) : quod et Dominus ipse testatus est : virum qui desertum inhabitabile, inaquosum, infrugiferum, inaccessum, sine arboribus, sine graminibus, sine herbis habitabat. Desertum autem habitabat Joannes, non homines tribules et cognatos suos fugiens, sed ne videret audiretque hominum scelera detestanda. Is neque serebat, neque metebat unquam, propterea neque panem habebat, neque vinum, non mensam, non lectum voluptatum administrum, non suffultas molli anserum pluma culcitas, quæ effeminatorum hominum corpora frangunt et emolliunt; non lucernam habebat, non candelabrum, non mensam, non scamnum, non poculum, non discum. Nam cum extra mundum esset, nulla re mundi indigebat. Habitabat porro non in ædibus, quarum inaurata essent laquearia, sed sub petra se contegente. Huic et mensa, et scamnum, et cubile erat pavimentum, carnes erant locustæ; placenta, mel sylvestre : huic phiala erat vola manus; et vinum delicatum, quæ manabat a saxo aqua limpidissima. Hunc tenuit Herodes, et alligavit. *Herodes,* inquit, *cum prehendisset Joannem, vinxit eum, et posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui* (*Ibid.* 14. 3). O rem prodigiosam! Joannes vinctam ejus animam peccati catena, reprehensione sua solvere conabatur, ille autem solventem vinciebat. Verumtamen licet vinciretur Joannes, loquebatur, et in carcerem conjectus, reprehendebat : implebat enim quod scriptum est : *Et loquebar in conspectu regum, et non confundebar* (*Psal.* 118. 46). Neque enim mortem reformidabat Joannes, sed veritatem non eloqui reformidabat. Hunc vero dum occidit, non unam modo cædem perpetravit, sed et plures. Qui enim eum, qui animas docet, ac de iis bene mereri non cessat, occidit, non unum occidit, sed totidem quotquot ille vivens vivificare poterat sermone. Quando autem istum occidit? Pudor erat dicere, pudor quidem non ei qui dicit, sed ei qui cædem patravit. Die namque natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, et placuit ipsi : unde cum juramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo. At illa præmonita a matre sua, *Da mihi*, inquit, *in disco caput Joannis* (*Matth.* 10. 8). O natale pessimum, quod prophetæ cædem spirat, cum oportuisset potius viros sanctos mensa exceptos opipare reficere. Sic nimirum anima ejus perversa correcta fuisset. Etenim *Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris* (*Psal.* 17. 26. 29). Cum debuisset potius viduarum res agere, orphanorum misereri, ut vitam suam multis ac variis precibus inconcussam servaret : nunc autem cum intemperantibus hominibus et inhonestis mulieribus epulans, multo vino gravatus, ab impudicis mulieribus illusus, præcursorem diei matutinum Joannem cæsum e medio sustulit; qui decore fidei lampadem præferebat, lucernam totius mundi Joannem exstinxit. Hanc autem lucernam dum exstinxit Herodes, seipsum tenebris oppressit. Quamvis ejus fictile vas in terram resolutum sit, tamen Spiritus ejus irradians lampas iis, qui apud inferos erant, fidei lumina recte præferens illuxit. Nam cum esset propheta, sciretque se Dominum suum apud inferos præcessurum, misit aliquot ex discipulis suis ad illum dicens : *Tu es, qui venis, an alium expectamus* (*Matth.* 11. 3)? Neque vero quod ignoraret, interrogabat. Quomodo enim ignoraret Dominum, quando ipsum etiam indicabat, dicens : *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi* (*Joan.* 1. 29)? quomodo ignoraret, qui spectator descensus de cælo Spiritus sancti fuit, et paternæ vocis auditor, de ipso dicentis : *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui?* Verum interrogat, quo pacto? Tu es qui venis, an alius? Non dixit, Tu es qui venisti : nam et in terram venit : sed, *Tu es, qui venis* (scilicet apud inferos), *an alium expectamus* (*Matth.* 3. 17)?

2. Dicebat enim apud se Joannes : Num forte angelum potentia instructum a se ac munitum, ad inferos ad munus suum exsequendum vult mittere? an vero cunctos una voce exsuscitaturus est, ut in Lazaro fecit? Quamobrem cum de consilio Domini judicare non posset, interrogat dicens : *Tu es qui venis, an alium expectamus* apud inferos? Hunc occidit Herodes. Quo pacto occidit? Cum natalem suum diem celebraret, saltavit filia Herodiadis in medio. Dignum profecto ludicrum tali mensa. Ubi enim effeminatio et luxus et ebrietates et convivia, nihil firmum est, sed omnia perturbata et eversa, quæ Herodis insaniam indicant. Audite qui saltatorum spectacula usque adeo amatis, qui ad flexibiles dissolutorum adolescentium pedes vestros oculos accommodantes, vestros animos simul cum eorum infractis atque emollitis corporibus effeminatis; audite ad quale obsonium cædis effloruit hæc flexuosa saltatio. Illa vero præmonita a matre ait : *Da mihi hic in disco caput Joannis* (*Ibid.* 14. 8). O improbæ leænæ ex aspide gentium fetum? Non aurum, non argentum, non lapides pretiosos, sed caput Joannis petivit. Ac si quidem propter fidem postulasset, multo sane pretiosius est caput Joannis auro quovis, argento, lapillisque maximi pretii. Atqui non ob fidem petiit, ut honore afficeret, sed ut reprehensore occiso, omni timore matrem liberaret, quo impune se omni scelere commacularet. *Et contristatus est rex* (*Ibid. v.* 9), cum hoc audisset, non ob cædem prophetæ, sed ob metum plebis, quoniam omnes ut prophetam illum habebant. Etenim si ob reverentiam modestiamque contristatus esset, non cum a principio vinctum in carcerem misisset; sed propter plebem contristatus est. Erat tunc Herodis animus quasi navis in mari intercepta a fluctibus, et in utrumque latus vacillans : qui cædem patrare propter plebem timebat, et cui non permittebatur, ut a cæde patranda abstineret, *Cum propter jusjurandum, tum propter eos, qui simul discumbebant.* Sed miser, oppressus et illectus ab ardenti vi amoris, quo mulierem prosequebatur, cum et religionem sacramenti observandi cædi factæ prætexeret, *Misit, et decollavit Joannem* (*Ibid. v.* 10). Quam pernicios um sit jurare, nunc quidem vobis in memoriam revocate, qui libenter juratis. Audite Dominum dicentem, *Non jurare omnino* (*Matth.* 5. 34). Nam si non jurasset infelix iste, numquam ad patrandam cædem impelli potuisset. Oportebat quidem, ut omnino non jurasset : verum ubi juravit, utile illi fuit, ut pejeraret : nam in malorum delectu satius fuit minus admittere. *Misit, et decollavit* ipsum. Quæ dextera ausa est, dilectissimi, gladium in sanctam cervicem Joannis injicere, quam in deserto belluæ reverebantur, quam leones tremebant, quam cerastæ ac dracones et aspides horrebant, quam apes sylvestres propter viri sanctitatem labore cellulas parantes alebant? Nam ex variis floribus atque herbis in deserto, velut emendicantes aureolas roris guttas, conflatum a se mel illi offerebant. Hunc carnifícis manus abscidit, neque similem angelis vultum ejus reformidavit, non tremuit, non reverita est faciem ejus divinum ejaculantem splendorem. Sed exæcatus opinor ab Herodis ebrietate, qui missus est carnifex, ensem quidem habuit, oculos vero non habuit. Et abscissum est caput Joannis (non enim unquam vinum biberat), et efferebatur in disco caput Joannis in convivio, tum quoque vociferans ad Herodem, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui* (*Ibid.* 14. 4). Etenim etiam post mortem vivebat justus, et abscisso capite vox ipsa vivit. O hominis crudelitatem!

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

2. Horresco dum mihi in mentem venit, quod accidit ; dum eum enarro casum, qui mulierculis evenit, totis artubus contremisco. Tremendum thalamum intueri optabant : propter eum enim delicias mundi abjecerant, voluptates neglexerant, gloriam despexerant, vias duras custodierant, animi affectus superaverant, cum delectationibus decertarant : sed quoniam oleum non habebant, occlusa regni claustra repererunt, omni spe introcundi sublata. Nam cum venissent, pulsabant, *Dicentes*, *Domine*, *Domine*, *aperi nobis :* Judice ex interioribus ædibus terribiliter inclamante : *Amen, amen dico vobis, nescio vos* (*Matth.* 25. 11. *et* 12). O supremam sententiam, licet non per angelum, sed per se ipse luctuosum responsum dederit ; ut cum vocem audirent, faciem autem videre non possent, multo amplius torquerentur. *Amen dico vobis*, *nescio vos*. Non nosti nos, Domine ? in te projectæ sumus ex utero, sequutæ sumus te a juventute nostra, castitatem servavimus, quod nobis effluxisti corpus, incorruptum conservavimus, non subjecimus membra affectibus, coronas a dextera tua suscipiendas exspectabamus ; et nunc fores occlusisti ac dicis, *Nescio vos ?* Etiam, vere nescio vos. Quid ita, Domine ? Tum Dominus, Quid ita ? *Quoniam esurivi, et non dedistis mihi manducare ; sitivi, et non potastis me ; hospes eram, et non collegistis me ; nudus, et non induistis me ; infirmus et in carcere, et non venistis ad me* (*Ibid.* 25. 42. 43). Scriptis verbis declaravi vobis, dicens : *Quatenus non fecistis uni ex his* fratribus meis *mininis* et parvis, *nec mihi fecistis* (*Ibid. v.* 45). Illæ autem dixerunt : Frustra ergo, Domine, laborem et afflictionem carnis sustinuimus, frustra vigiliis et jejuniis nos ipsas confecimus, frustra cælestem sponsum ad finem usque desiderantes, virginitatem illibatam conservavimus. Sane, inquit, virgines quidem estis, sed dotem non habetis ; virgines estis, sed nuptiali mundo exornatæ non estis : carnis castitatem exercuistis, sed inhumanitate castitatem læsistis : incorruptum vestrum est corpus, sed mores immisericordes ; non naturæ, sed inhumanitatis. Meus thalamus est habentium bonorum operum oleum. Oportet ergo, eas quæ meæ sponsæ factæ sunt eis moribus exornari, qui mundo illi conveniant. Non possum thalamis meis sponsam excipere quæ mecum pugnet : non introducam bellum in thoros pacatos. Discedite a me, ne frustra obstrepite foribus meis : misericordium est domicilium regnum meum. Ille mecum facile ingredietur, qui meam in pauperes misericordiam imitatus fuerit, qui spiritu pauper fuerit, qui indigentibus aures faciles præbuerit, qui proximorum malis non aliter perculsus fuerit ac propriis, qui alienis calamitatibus illacrymatus fuerit, qui animam esurientis satiarit bonis, qui nudorum humeros calefecerit, qui ægroti vocem aure surda non præterierit, qui pusillanimi consolationis sermonem fuerit mutuatus, qui peregrinum tecto exceperit, qui commiserationis spongia lacrymas viduarum absterserit, qui orphanorum conditionem gravem et miseram subsidio suo levarit. His admoniti, fratres, nolite lingua laudare, sed opere imitari : linguæ siquidem sigillum est manus, eamque dexteræ interpretatur largitio, quæ verba imitatur. Amorem in pauperes plurimi faciamus, dispergere nummos in pauperes, quæso, ne gravemur ; Domini voces audiamus, metum experti experientiam declinemus, nostri curam per pauperes geramus. Etenim virgines, quod humanitatem non coluissent, a Sponsi thalamo rejiciuntur. Quæ porro spes peccatoribus relicta est, qui præ inhumanitate contumeliis affecerunt ? Hæc dum multitudini dico, negligentiorum conscientiam in tuto pono, nulla in re benignos lædens, sed eos, etiam ut ardentius in pietatem incumbant, incitans. Dispergе itaque, mi frater, quamdiu durant hujus vitæ nundinæ : negotiare in iis, quæ tibi defensioni futura sint : antequam throni tonantur, luctum præ te fer : prævені Sponsi adventum : curre velocius quam peccatum ; præoccupa illam dijudicationem, quæ præstituto futura est tempore : cole Judicem, ne tibi accidat ut tribunali nudus sistaris. Nunc pecunias distribue, ut tunc crimina di-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

luas : alloquere solus Judicem solum, ne coram omnibus condemnet te : accipe mediatorem pauperem ad ejus favorem promerendum : per illum concilia tibi muneribus Judicem : illi soli tale crede secretum : vende per illum jus jure. Mendicus accipit, et Judex remissionem subscribit; sine scripto suscipit, et manu scripta profert. *Qui enim miseretur pauperis, Domino fœneratur* (*Prov.* 19. 17). Id quod nunc in manum pauperis jacis, hoc in Judicis dextera agnosces. Si ergo judicium elabi contendemus, hic etiamnum Judicem per pauperes exorabimus. Et tum quoque, cum domi tuæ moriturus disponis inter cognatos et amicos tuos hæredem, scribe animam tuam excedentem e vivis : da illi quamvis exiguum necessitatis viaticum : sit in tabulis testamenti scriptum nomen Judicis : ne sit expers mentionis pauperis charta. Conciliatricem gaudii, non luctu dignam mortem redde : ne sine patronis horrendo te sistas foro : pasce ventres eorum, quorum linguæ apud Dominum tibi patrocinari debent. Per eos nobis debitorem reddamus Creatorem, ne illa die pœnas demus : emamus pecuniis nobis oratores futuros ad rem ejuscemodi consequendam : habes quippe amoris erga me testem pauperem : scis me ea quæ sunt mendicorum mihi propria censere. Ego fœnum pecoribus oriri jubeo, et omnibus præbeo cibum : et tamen te eleemosynam faciente, ego cum paupere manum extendo, et obolum excipio. *Amictus sum lumine sicut vestimento* (*Psal.* 103. 2.); et, si solum pauperem operias, ego sentio calorem. Scis in cælo me sedere cum Patre : et, si solum ad eos, qui in carcere sunt, visitandos perrexeris, invenies me inter vincula residentem : quod si ad ægrotos properaveris, a lecto non absum. Ubique sum enim, et iis, qui premuntur necessitate, succurro. Quod pauperi dederis, id apud me multiplicatum videbis. Si in ædes tuas introduxeris eum, qui tecto caret, et me per ipsum domi tuæ suscipias, hæc tibi tria præbebo, et lucrum augebo, et domum tuam custodiam, et habitationem tibi præparabo in cælis : unde aufugit omnis dolor et tristitia et gemitus : in Deo Patre, simul cum Spiritu sancto, cui gloria et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IN MERETRICEM ET PHARISÆUM (*Luc.* 7. 37).

In sancta et magna feria quarta.

1. Semper quidem peccatoribus Deus, utpote benignus, tempus ad pœnitentiam concedit; sed animam suam vir negligens per socordiam perdit. Etenim rebus inanibus et caducis dum addictus est, bonis cælestibus privatur : et qui rerum omnium dominus rexque constitutus est ab Opifice suo ac Deo, ob sæcularia desideria factus est servus peccati. Quamobrem de iis, qui hæc faciunt, inquit David : *Nescierunt, neque intellexerunt; in tenebris ambulant* (*Psal.* 81. 5). Et Christus peccatores invenens ait : *Non veniunt ad lucem, ut non arguantur opera eorum : omnis enim qui mala agit, odit lucem* (*Joan.* 3. 20). Et rursus dicit : *Dum lucem habetis, ambulate in luce, ut non tenebræ vos comprehendant* (*Ibid.* 12. 35); et rursus, *Ego veni in mundum*, ut non pereant, sed *ut vitam habeant :* et rursus, *Non veni ut judicem mundum, sed ut salvum faciam* (*Ibid.* 10. 10; *et* 12. 47; *et* 10. 15); et rursus, *Animam meam pono pro ovibus* (*Luc.* 7. 37). Hæc verba cum audiisset meretrix, tamquam aromata undequaque divulgata, et omnibus, qui digni erant, odorem vitæ fundentia; cum illi mala opera sua in mentem venissent, ea damnavit, ipsorum deplorans infamiam, cum secum cogitaret quanta sibi ob hæc scelera imminerent mala : multa enim tristitia, multusque dolor illic eos, qui meretricie vivunt, invadit. Horum metu perculsa, mutata est meretrix, nec jam amplius meretrix fuit, sed continuo virgine honestior facta est. Etenim sedens adversus seipsam judicium exercuit, et seipsam condemnans dixit : Hei mihi peccatrici, hei mihi perditæ, quousque tandem a malis me non sejungam? cur non cogito quanta sit misericordia Dei, cum propter me tamquam ovem errantem, omnes vias circumeat Dominus? Propter me siquidem inclinavit cælos et descendit, cum peccatore Pharisæo cibum sumit, qui dat escam omni carni. Appropinquat peccatori, qui omnis expers est peccati : mensæ fit particeps, qui omnes nutrit : et jacet in terra, qui super Cherubim gestatur, et peccatoribus omnibus chirographa peccatorum ultro largitur. Quid etiamnum exspectas? Aude, anima mea, accede : non venit ut salvos faceret justos, sed peccatores (*Luc.* 5. 32). Hæc cum illa dixisset, continuo a mensa Christi bonus odor indulgentiæ ad meretricem pervenit, olim incontinentem, nunc castam; olim feram, nunc ovem; olim servam peccati, nunc liberam pœnitentia; olim meretricem, nunc castam. Et stans apprehensionis promptitudine, animo venit ad ipsum, ac cernens Dominum apud mensam, non petiit micas, ut Chananæa, sed ipsum vitæ panem totum complexa est. Nam Chananæa (*Matth.* 15. 12. *sqq.*) quidem pro filia a dæmonio vexata precabatur, et cum audiret canis, ut micas accipere liceret, petebat : hæc autem non filiam habebat a dæmone obsessam, sed totum corpus ab impudicitiis obsessum. Ac Chananæa quidem coram omnibus clamabat : Miserere mei, fili David; meretrix autem ne vocem quidem mittebat, sed cum probe sciret Deum omnia nosse, tacens ore, corde loquebatur ei, qui corda novit, et plorans deosculabatur pedes, atque ita Dominum ad commiserationem inflexit. Enimvero, fratres, investiganda nobis est, si lubet, sapientis illius mens, ut discamus, quomodo illam ita exceperit Christus, et quomodo tenebris obsessæ animæ illuxerit. Vere enim, ut prædixit David, *Speciosus forma præ filiis hominum* Dominus (*Psal.* 44. 3) : neque solum speciosus, sed et speciosorum amator. Hanc enim, priusquam ad ipsum ingrederetur, jam noverat optima mente ac consilio instructam. Verum, audiamus, si videtur, ipsa Evangelii verba. Cum recumberet Jesus in domo Pharisæi, mulier quædam in civitate peccatrix audivit. Et cum cepisset unguentum pretiosum, ingressa, pedes ejus ungebat, et lacrymis rigabat, capillisque tergebat (*Luc.* 7. 37. 38). Magnum studium mulieris, magnus ad salutem cursus, magna contentio animæ, quæ se periculo expedire cupit : audiit et properavit, ad pœnitentiam animum appulit, hæc secum reputans : O peccatrix anima terque misera, quid exspectas? quid suspenso animo differs? *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (2. *Cor.* 6. 2). Ecce tempus, quod quærebas, advenit : ecce adest qui solvit et purgat et abstergit peccata; adest unguentum : quousque tandem in luto ac fœtore hæres? perge ad illum : etenim propter te venit ille. Abjice vetera illa vana, et dilige quæ nunc sunt tempestiva; illa detestabilia, hæc desiderabilia et æterna : odio prosequere pristinam mentem, unge unguenti Creatorem, blandire illi, qui te salvam facere vult. Invenisti amatorem potiorem omnibus, quos umquam habueris, amatoribus. Illos osculata, multa tibi peccata cumulasti : hunc si osculata fueris, etiam priora peccata, quæ ex illis contraxisti, ipse condonabit. Ita secum ratiocinata in ædes irrepsit, aitque : Recedo a veteribus malis, et nova invenio bona, illisque assentior : vale dico, et abdico me malo, atque conjungor bono : audivi enim dicentem Davidem, *Accedite ad eum, et illuminamini* (*Psal.* 33. 6); et Dominum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θεράπευσον τὸν κριτήν· μὴ καταδέξῃ τῷ βήματι παραστῆναι γυμνός. Νῦν σκόρπισον χρήματα, ἵνα τότε διαλύσῃς ἐγκλήματα· λάλησον τῷ δικαστῇ καταμόνας, ἵνα μὴ ἐπὶ πάντων καταδικάσῃ σε· λάβε μεσίτην πρὸς τὴν αὐτοῦ θεραπείαν τὸν πένητα· δι' αὐτοῦ τὸν κριτὴν δωροδόκησον· αὐτῷ μόνῳ θάρρει τὸ τοιοῦτον μυστήριον· δι' αὐτοῦ πῶλει τοῖς καταδίκοις τὸ δίκαιον [a]. Ὁ πτωχὸς λαμβάνει, καὶ ὁ κριτὴς ὑπογράφει συγχώρησιν· ἀγράφως δέχεται, καὶ προσφέρει χειρόγραφα. *Ὁ γὰρ ἐλεῶν πτωχὸν, δανείζει Θεῷ.* Ὅπερ ἂν νῦν βάλλῃς ἐν τῇ χειρὶ τοῦ πτωχοῦ, γνωρίσεις ἐν τῇ παλάμῃ τοῦ δικαστοῦ. Εἰ διαδράσαι τὴν κρίσιν τοίνυν σπουδάσωμεν, ἐντεῦθεν ἤδη τὸν δικαστὴν διὰ τῶν πτωχῶν δυσωπήσωμεν. Εἰ καὶ ὀπηνίκα τελευταῖα διατυποῖς, γράφον μετὰ τῶν συγγενῶν ἢ φίλων τὴν ἀποδημοῦσαν τοῦ βίου ψυχήν· δὸς αὐτῇ κἂν μικρὰ τῆς ἀνάγκης ἐφόδια· ἐχέτω τοῦ δικαστοῦ τὸ ὄνομα τῆς διαθήκης τὰ γράμματα· μνήμης πτωχοῦ μὴ ἀμοιρείτω ὁ χάρτης. Χαρᾶς πρόξενον, καὶ μὴ θρήνων ἄξιον ἔργασαι τὸν θάνατον· συνηγόρων ἐκτὸς μὴ παραστῇς τῷ φοβερῷ κριτηρίῳ· χόρτασον τὰς κοιλίας τῶν ὀφειλόντων ταῖς γλώσσαις ὑπὲρ σοῦ ῥητορεῦσαι πρὸς τὸν Κύριον. Κτησώμεθα δι' αὐτῶν χρεώστην τὸν κτίσαντα, τοῦ μὴ δοῦναι δίκην κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν· ὠνησώμεθα χρήμασι τῆς τοιαύτης ἐπιτυχίας ῥήτορας. Ἔχεις γάρ, φησὶ, μάρτυρα τῆς περὶ ἐμὲ φιλίας τὸν πένητα· οἶδάς με τὰ τῶν πτωχῶν οἰκειούμενον. Ἐξανατέλλω χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ πᾶσι τὴν τροφὴν χορηγῶ· καὶ ὅμως σοῦ ποιοῦντος τὴν ἐλεημοσύνην, ἐγὼ τῷ πένητι συγκλίνω τὴν χεῖρα, καὶ τὸν ὀβολὸν ὑποδέχομαι. *Ἀναβάλλομαι τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον·* κἂν μόνον σὺ τὸν πτωχὸν περιβάλῃς, ἐγὼ τῆς θέρμης αἰσθάνομαι. Οἰδάς με ἐν οὐρανῷ τῷ Πατρὶ συγκαθήμενον· κἂν μόνον ὁρμήσῃς τοὺς ἐν φυλακῇ ἐπισκέψασθαι, εὑρήσεις με τοῖς δεσμοῖς συγκαθήμενον· κἂν δράμῃς πρὸς νοσοῦντας, τῆς κλίνης οὐκ ἀπολιμπάνομαι. Πανταχοῦ γάρ [49] εἰμι, καὶ τοῖς ἐν ἀνάγκῃ προῖσταμαι. Ὅπερ ἂν δώσῃς τῷ πένητι, ὄψει τοῦτο παρ' ἐμοῦ πληθυνόμενον. Ἐὰν εἰσάγῃς εἰς τὴν οἰκίαν σου τὸν ἄστεγον, καὶ δι' αὐτοῦ λάβῃς με ἐν οἴκῳ σου, τρία ταῦτα παρέξω σοι· καὶ τὸ κέρδος αὐξήσω, καὶ τὸν οἶκόν σου φυλάξω, καὶ μονὴν ἐν οὐρανοῖς ἑτοιμάσω σοι· ἐν ᾗ ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς, ἐν Θεῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Sic Savil. Morel. vero τοῖς δικαίοις τὸν δίκαιον.

Εἰς τὴν πόρνην καὶ εἰς τὸν Φαρισαῖον.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ δ'.

α'. Πάντοτε μὲν ὁ Θεὸς, ὡς φιλάνθρωπος, καιρὸν εἰς μετάνοιαν τοῖς ἁμαρτωλοῖς δέδωκε· τῇ δὲ ῥαθυμίᾳ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπόλλυσιν ὁ ἀμελής. Φιλῶν γὰρ τὰ μάταια, καὶ γῆινα, καὶ πρόσκαιρα, ἀποστερεῖται τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν, καὶ ὁ κατασταθεὶς βασιλεὺς καὶ κύριος πάντων ὑπὸ τοῦ πλάστου καὶ Θεοῦ, ἄνθρωπος, δοῦλος γέγονε τῆς ἁμαρτίας διὰ κοσμικὰς ἐπιθυμίας. Ὅθεν καὶ Δαυὶδ φησι περὶ τῶν ταῦτα πραττόντων· *Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν· ἐν σκότει διαπορεύονται.* Καὶ ὁ Χριστὸς αἰνιττόμενος τοὺς ἁμαρτωλοὺς, φησίν· *Οὐκ ἔρχονται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν αὐτῶν τὰ ἔργα· πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων, μισεῖ τὸ φῶς.* Καὶ πάλιν λέγει· *Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, περιπατεῖτε πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ.* Καὶ πάλιν λέγει· *Ἐγὼ ἦλθον εἰς τὸν κόσμον, ἵνα μὴ ἀπόλωνται* [a], *ἀλλ' ἵνα ζωὴν ἔχωσι.* Καὶ πάλιν, *Οὐκ ἦλθον κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι·* καὶ πάλιν, *Τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.* Ταῦτα τὰ ῥήματα ἀκούσασα ἡ πόρνη, ὥσπερ ἀρώματα πανταχοῦ κηρυττόμενα, καὶ πᾶσι τοῖς ἀξίοις τὴν ὀσμὴν [b] ζωῆς παρέχοντα, τῶν ἔργων αὐτῆς τῶν κακῶν εἰς νοῦν ἐλθοῦσα, εὐθέως ἐπελάβετο τούτων, κλαίουσα τὴν αἰσχύνην τὴν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐννοοῦσα τὰ μέλλοντα αὐτῇ κακὰ γίνεσθαι διὰ τούτων· πολλὴ γὰρ θλῖψις καὶ ὀδύνη γίνεται τοῖς πόρνοις ἐκεῖ. Ταῦτα φοβηθεῖσα, μετεβλήθη ἡ πόρνη, καὶ οὐκ ἔτι ἔμεινε πόρνη, ἀλλ' εὐθέως παρθένου γέγονε σεμνοτέρα. Καθίσασα γὰρ καθ' ἑαυτὴν δικαστήριον συνεστήσατο, καὶ ἑαυτὴν κατακρίνουσα ἔλεγεν· Οἴμοι τῇ ἁμαρτωλῷ, οἴμοι τῇ ἀσώτῳ, ἕως τίνος οὐκ ἀφίσταμαι τῶν κακῶν; τί οὐ λογίζομαι τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ; ὅτι δι' ἐμὲ τὴν πλανωμένην, ὡς πρόβατον, πᾶσαν ὁδὸν περιέρχεται ὁ Δεσπότης. Δι' ἐμὲ γὰρ οὐρανοὺς ἔκλινε, καὶ κατέβη· δι' ἐμὲ τῷ ἁμαρτωλῷ Φαρισαίῳ συνδειπνεῖ ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί. Ἐγγίζει τῷ ἁμαρτωλῷ ὁ ἀναμάρτητος· τραπέζης μετέχει ὁ πάντας τρέφων, καὶ κατάκειται ἐπὶ τὴν γῆν ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ βασταζόμενος, καὶ χαρίζεται πᾶσι τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὰ χειρόγραφα τῶν ἁμαρτιῶν. Τί λοιπὸν μένεις [c]; Θάρσει, ψυχή μου, πρόσελθε· οὐκ ἦλθε δικαίους σῶσαι, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. Καὶ ταῦτα εἰποῦσης αὐτῆς, εὐθὺς ἐκ τῆς τραπέζης τοῦ Χριστοῦ εὐωδία συγχωρήσεως ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, τὴν ποτὲ ἄσωτον, νυνὶ δὲ σώφρονα· τὴν ποτὲ θῆρα, νῦν δὲ πρόβατον· τὴν ποτὲ δούλην τῆς ἁμαρτίας, νῦν δὲ ἐλευθέραν τῇ μετανοίᾳ· τὴν ποτὲ πόρνην, νῦν δὲ σεμνήν. Καὶ στᾶσα τῆς ἀντιλήψεως προθύμῳ τῇ ψυχῇ, ἔρχεται πρὸς αὐτόν. Καὶ ἰδοῦσα ἐπὶ τῆς τραπέζης τὸν Δεσπότην, οὐκ ἐζήτησεν, ὡς ἡ Χαναναία, ψιχία, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς ὅλον περιέλαβεν. Ἡ γὰρ Χαναναία περὶ θυγατρὸς δαιμονιζομένης παρεκάλει, καὶ κύνα ἑαυτὴν ἀκούσασα, ψιχία λαβεῖν ἠτεῖτο· αὕτη [50] δὲ οὐ θυγατέρα δαιμονιζομένην εἶχεν, ἀλλὰ πᾶν σῶμα δαιμονιζόμενον ταῖς ἀσελγείαις. Ἀλλ' ἡ Χαναναία ἐπὶ πάντων ἔκραζεν· Ἐλέησόν με, υἱὲ Δαυίδ· ἡ δὲ πόρνη οὐ κραυγὴν ἀφῆκεν, ἀλλ' ἰδοῦσα, ὅτι πάντα οἶδεν ὡς Θεὸς, σιγῶσα τῷ στόματι, τῇ καρδίᾳ ἐλάλει τῷ τὰς καρδίας εἰδότι· καὶ κλαίουσα κατεφίλει τοὺς πόδας, καὶ οὕτω τὸν Δεσπότην εἰς συμπάθειαν ἤνεγκεν. Ἀλλ' ἤθελον, ἀδελφοὶ, ἐρευνῆσαι τῆς σοφῆς ἐκείνης τὰς φρένας, καὶ μαθεῖν, πῶς ἐδέξατο αὐτὴν ὁ Χριστὸς, καὶ πῶς ἐνέλαμψε τῇ ἐσκοτισμένῃ ψυχῇ. Καὶ γὰρ ἀληθῶς, καθὼς προεφήτευσεν ὁ Δαυὶδ, *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων* ὁ Κύριος· καὶ οὐ μόνον ὡραῖος, ἀλλὰ καὶ τῶν ὡραίων ἐραστής. Ταύτην γὰρ καὶ πρὶν εἰσελθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἐπεγίνωσκεν ἔχουσαν ψυχῆς ἀγαθῆς προαίρεσιν. Ἀλλ', εἰ δοκεῖ, καὶ τοῦ ῥητοῦ τοῦ εὐαγγελικοῦ ἀκούσωμεν. Ἀνακειμένου τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, γυνή τις ἁμαρτωλὸς ἐν τῇ πόλει ἦκουσε. Καὶ λαβοῦσα μύρον πολύτιμον, εἰσελθοῦσα ἤλειφεν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχε, καὶ ταῖς θριξὶν ἔμασσε. Μεγάλη σπουδὴ γυναικὸς, μέγας δρόμος σωτηρίας, μεγάλη προαίρεσις ψυχῆς κινδύνων θελούσης ἀπαλλαγῆναι· ἤκουσε καὶ ἔσπευσεν, ὤθησε τὴν ἔννοιαν εἰς τὴν μετάνοιαν, λέγουσα ταῦτα ἐν αὐτῇ· Ὦ ψυχὴ ἁμαρτωλὴ καὶ τρισαθλία, τί ἀναμένεις; τί σκέπτῃ; *Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας.* Ἰδοὺ ὁ καιρὸς, ὃν ἐζήτεις, ἔφθασεν· ἰδοὺ πάρεστιν ὁ λύων καὶ καθαίρων καὶ ἀποσμήχων τὰ ἁμαρτήματα· πάρεστι τὸ μύρον· μέχρι τίνος προσμένεις τῷ βορβόρῳ καὶ τῇ ὑσσωδίᾳ; ἄπελθε πρὸς αὐτόν· καὶ γὰρ αὐτὸς διὰ σὲ ἦλθεν. Ἄφες τὰ ποτὲ μάταια, καὶ πόθησον τὰ νῦν ὡραῖα· ἐκεῖνα βδελυκτὰ, ταῦτα ποθητὰ καὶ αἰώνια· μίμησον τὴν ἀρχαίαν γνώμην, μύρισον τὸν τὸ μύρον ποιήσαντα, κολάκευσον τόν σε σῶσαι θέλοντα. Εὕρες ἐραστὴν ὑπὲρ πάντας οὓς ἔσχες ἐραστάς. Ἐκείνους φιλήσασα, πολλὰς ἁμαρτίας εἰς ἑαυτὴν ἐξενένωσας· τοῦτον ἐὰν φιλήσῃς, καὶ τὰς προτέρας ἁμαρτίας, ἃς ἐξ ἐκείνων ἐκτήσω, αὐτός σοι συγχωρήσει [d]. Ταῦτα λογισαμένη, ὑπεισέρχεται τῇ οἰκίᾳ, καὶ λέγει· Ἀναχωρῶ τῶν ἀρχαίων κακῶν, εὑρίσκω τὰ νέα καλὰ, καὶ συμφωνῶ· ἀποτάσσομαι τῷ πονηρῷ, καὶ συντάσσομαι τῷ ἀγαθῷ· ἤκουσα γὰρ τοῦ Δαυὶδ λέγοντος· *Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε·* καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἐγγίσατέ μοι, κἀγὼ ἐγγιῶ ὑμῖν.* Ἐγγίζω κἀγὼ τῷ Θεῷ, ἀλλὰ φοβοῦμαι ἡ ἁμαρτωλὸς πρὸς τὸν ἀναμάρτητον, ὁ βόρβορος πρὸς τὸ μύρον. Ἀλλ' ἔχω ἐνέχυρον τῆς εὐσπλαγχνίας

[a] Sic mss. Editi vero ἀπόλλυνται. [b] Hic quædam secus posita ex mss. emendantur [c] Alii ἀναμένεις.

[d] Mss. συγχωρεῖ. Paulo post Morel. et Savil. in textu ἀρέσκω τῷ νέῳ καλῷ, κ. τ. λ. Savil. in marg. καὶ εὑρίσκω τὰ νέα καλὰ, συμφυσῶ, καὶ ἀποτάσσομαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτοῦ τὴν φωνὴν τὴν λέγουσαν· Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ ἁμαρτωλοί, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Ἀπέρχομαι τοίνυν· οὐκ ὀνειδίζει με, οὐ λέγει μοι· Ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ἡ ἁμαρτωλός· ἕως ἄρτι ἐν τῷ σκότει διῆγες, καὶ νῦν ἦλθες ἰδεῖν με τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον; Ἀλλὰ τί σκέψομαι; λαμβάνω μύρον, καὶ πορεύομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ποιῶ φωτιστήριον τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, καὶ τοῖς ῥείθροις τῶν δακρύων κολυμβήθραν μοι κατασκευάζω· καὶ τῷ ἀλαβάστρῳ τοῦ μύρου τὴν σφραγῖδα λαμβάνω τῶν πιστῶν κατὰ τοῦ μετώπου, καὶ τῇ μετανοίᾳ καθαρίζομαι τῶν ἁμαρτημάτων μου καὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ τῷ ἰαματικῷ ἀποφεύγω τοὺς βρόχους τοῦ διαβόλου. Οὐδέν μοι ἀπηλπισμένον ἐστίν. Οἶδα ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ Ῥαὰβ τὴν πόρνην ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως οἰκητήριον τῆς ἁμαρτίας ἔχουσαν· ἀλλ' αὕτη τοὺς κατασκόπους τοῦ Ἰσραὴλ δεξαμένη, τῆς φιλοξενίας τὸν μισθὸν ἐκομίσατο τὴν ζωήν. Ὁ γὰρ σώσας ἐκείνην Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ, τύπον εἶχε τοῦ ἀληθινοῦ Ἰησοῦ· ἀμοιβὰς ἀγαθὰς τῇ πόρνῃ ὑπὲρ τῶν κατασκόπων ὁ τοῦ Ναυὴ Ἰησους ἐχαρίσατο. Εἰ οὖν τότε τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ σωτηρίαν καὶ συγχώρησιν ἁμαρτιῶν παρέσχε· νῦν ὁ ἀληθινὸς Ἰησοῦς, ὁ παρθένος καὶ ἐκ παρθένου, πόρνην ξενοδοχοῦσαν, καὶ ἀλείφουσαν μύρῳ τοὺς πόδας, ἀπώσασθαι ἔχει, καὶ μὴ χαρίσασθαι ἄφεσιν ἁμαρτιῶν; Ἀλλ' ἐκεῖ Ῥαὰβ ἀπέλυσε τοὺς κατασκόπους, ἐγὼ δὲ μένω κατέχουσα ὃν ἐπόθησα, οὐχ [51] ὡς ἐκείνη, κατάσκοπον πόλεως, ἀλλ' ὡς ἐπίσκοπον πασῶν τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν. Ἰδοὺ, καθὼς προεῖπον, ἔφθασε καιρὸς, ὃν ἰδεῖν ἐπεθύμουν· ἔλαμψέ μοι ἡμέρα, καὶ ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἐνιαυτὸς δεκτὸς παρὰ Κυρίου, καὶ μεγάλη ἐπισκοπὴ παρὰ Θεοῦ. Ἀληθῶς γὰρ ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Σίμωνος αὐλίζεται ὁ Δεσπότης· ἀπέλθω πρὸς αὐτόν. Καὶ τί ποιήσω; Κλαύσω, ὥσπερ Ἄννα ἔκλαυσε τὴν στείρωσιν; Ἀλλὰ λογίζεταί με ὁ Σίμων ὡς μεθύουσαν· ὥς ποτε καὶ τὴν Ἄνναν Ἠλὶ ὁ ἀρχιερεύς. Ἀλλὰ μένω προσευχομένη τῇ καρδίᾳ πρὸς τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ, καὶ δακρύουσα; Τοῦτο ποιήσω.

β'. Συνήργησε δὲ ἡ πίστις τῆς πόρνης τῇ καθαρᾷ προθέσει, καὶ παραγίνεται πρὸς τὸν τὸ μύρον πωλοῦντα, καὶ ἄρχεται λέγειν αὐτῷ· Ἐπειδὴ μέγας μοι φίλος παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων παρεγένετο, εἰ ἔχεις ἐπάξιον μύρον, δός μοι· ἵνα ἀξίως προσενέγκω τῷ ἀξίως φιλουμένῳ παρ' ἐμοῦ, τῷ πυρώσαντί μου τὴν καρδίαν καὶ τοὺς νεφροὺς· μηδὲν περὶ τιμῆς μελέτω σοι, ἐὰν δέῃ με, καὶ μέχρι σώματος καὶ ὀστέων, ἑτοίμως ἔχω πωλῆσαι καὶ δοῦναι, ἵνα κἂν μικρόν τι ἔχω προσενέγκαι τῷ οὕτω καθαρίσαι με θέλοντι. Ὁ δὲ βλέπων τῆς πίστεως τὸ θερμὸν καὶ προαιρετικὸν, λέγει αὐτῇ· Εἰπέ μοι τίς ἐστιν ὄνπερ ποθεῖς, ὅτι τοσοῦτον ἐθέρμανέ σου τὸ φίλτρον; Τί πρὸς τὸ μύρον τοῦτο προσδοκᾷς παρ' αὐτοῦ λαβεῖν; Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν λέγει· Τί μοι λέγεις, ὦ ἄνθρωπε; ἀγνοεῖς, οὐκ οἶδας τί φθέγγῃ. Ἔχει δοῦναί μοι ἀντάξιον τοῦ μύρου, εἰ καὶ οἷόν τι οὐδεὶς δύναται τούτῳ ἀντάξιον δοῦναι τοῦ ἀξιώματος. Οὐδὲ αὐτὸς ὁ οὐρανὸς, οὔτε ἡ γῆ, οὔτε οὐδεὶς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ συγκρίνεται τῷ ἐλθόντι πρός με. Ἦν σὺ μὲν εὐτελὴς θεωρεῖς, ἐκεῖνος δὲ καταξιώσας ὡς φιλάνθρωπος, τῶν ἁμαρτιῶν ἠλευθέρωσεν. Οὗτος υἱὸς Δαυὶδ ἐστι κατὰ σάρκα· διὰ τοῦτο καὶ εὔοπτός ἐστι· περὶ αὐτοῦ γὰρ ἔλεγεν· *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Οὗτος Υἱὸς Θεοῦ· καὶ τοῦτον οὐκ εἶδον, ἀλλὰ ἀκούσασα περὶ αὐτοῦ, ἐτρώθην τῷ πόθῳ. Τὸν Δαυὶδ Μελχὼλ ἡ τοῦ Σαοὺλ θυγάτηρ ἀγαπήσασα, τὰ βασίλεια κατέλιπε, καὶ τούτῳ πτωχεύοντι ἠκολούθησεν. Ἐγὼ δὲ τὸν ἴδιον πλοῦτον πωλῶ, εἰ καὶ κακῶς τοῦτον συνήγαγον, καὶ ἀγοράζω μύρον, καὶ προστρέχω τῷ ἐκ Δαυὶδ δι' ἐμὲ πτωχεύσαντι. Καὶ λαβοῦσα ἡ πιστὴ πόρνη τὸ μύρον, ἔδραμεν ὡς κληθεῖσα εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου. Καὶ ὁ μὲν Φαρισαῖος ἰδὼν τὴν πόρνην κατέχουσαν τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ μυρίζουσαν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκίαν πληρωθεῖσαν τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου, εἰς ἑαυτὸν ἐλογίζετο, καὶ ἔλεγεν· *Εἰ ἦν οὗτος προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς ἡ γυνὴ ἡ ἁπτομένη αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι.* Καὶ τὴν παῤῥησίαν τῆς πόρνης ἔψεγεν, ὡς ἀναισχύντως ἐγγισάσης καὶ ἁψαμένης αὐτοῦ· καὶ αὐτὸν τὸν Δεσπότην ἐμέμφετο, ὡς ἀσκέπτως δεχόμενον πάντας τοὺς προσιόντας αὐτῷ· καὶ ἄγνοιαν αὐτοῦ καταψηφιζόμενος, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ· Ὢ τῶν πραγμάτων· ἐκάλεσα ἐπὶ δεῖπνον αὐτὸν ὡς ἕνα τῶν προφητῶν· καὶ αὐτὴν, ἣν πάντες οἴδασιν οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ πόλει, καὶ ἣν ἕκαστος ἐπίσταται, οὗτος οὐκ ἔγνω. *Εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς ἡ γυνή.* Ἀλλ' ὁ Χριστὸς ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, ἐθεώρει τοῦ Φαρισαίου τοὺς λογισμούς· καὶ σαλευομένων αὐτοῦ τῶν ἐνθυμήσεων, γίνεται αὐτῷ ἔνδοθεν γαλήνη ὁ Χριστός· καὶ λέγει αὐτῷ· *Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. Ὁ δέ φησι· Διδάσκαλε, εἰπέ.* Λέγει αὐτῷ· Μεμπταίς σοι ἐφάνην, ὅτι οὐκ ἐνέτρεψα τὴν πόρνην, ἀλλ' ἐσκέπασα· μεμπταῖόν σοι ἐφάνη, ὅτι οὐκ ἀπεστράφην τὴν ἁμαρτωλὸν, ἀλλὰ ἀπεδεξάμην· μεμπταίόν σοι ἐφάνη, ὅτι οὐκ ἐδίωξα, ἀλλ' ἐδικαίωσα· μεμπταῖόν σοι ἐφάνη, ὅτι οὐκ ὠργίσθην, ἀλλ' ἠπαλύνθην· μεμπταῖόν σοι ἐφάνη, ὅτι τὴν θέλουσαν φυγεῖν τῶν ἑαυτῆς ἀνομιῶν, ταύτην ἀνεκαλεσάμην· δέον σε χαρῆναι ἐπὶ τῷ πεσόντι καὶ ἀναστάντι, λυπῇ ἐπὶ [52] τοῖς καλοῖς. Ἀλλ' οὐκ εὔλογος ἡ μέμψις σου. Σύγκρινον τοῦτο, ὃ μέλλω σοι λέγειν. *Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι· ὁ εἷς ὤφειλε δηνάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα.* Τούτοις δὲ ἀπορήσασιν ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο τὰ χειρόγραφα ὁ δανειστής. Τίς οὖν αὐτῶν ὀφείλει πλέον ἀγαπᾷν; Ὁ δὲ λέγει, *Ὑπολαμβάνω, ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο.* Καὶ λέγει αὐτῷ, *Ὀρθῶς ἔκρινας.* Εἶτα *Στραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα, τῷ Σίμωνι ἔφη· Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα,* τὴν σοι ἀπηγορευμένην; Σύ μοι νίψαι τοὺς πόδας οὐ κατηξίωσας, *αὕτη δὲ δάκρυσί μου τοὺς πόδας ἔβρεξε· φίλημά μοι ἀγάπης οὐ προσήγαγες, αὕτη δὲ οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας· ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἠλειψας, αὕτη δὲ μύρῳ ἠλειψέ μου τοὺς πόδας.* Ἀλλὰ διδάχθητι, Φαρισαῖε, τίς ὁ δανειστὴς, καὶ τίνες οἱ χρεωφειλέται. Ἐγώ εἰμι ὁ δανειστὴς τῶν δύο, σοῦ καὶ αὐτῆς· καὶ οὐ μόνον ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων. Ἐγὼ πᾶσιν ἐχάρισα, ἅπερ καὶ ἔλαβον, ἀπ' ἐμοῦ, ψυχὴν, πνοὴν, σῶμα, αἴσθησιν, γνῶσιν, κίνησιν. Τὸν οὖν δανειστὴν, τὸν οὐκ * ἀπαιτοῦντά σε παρασχεῖν, ἅπερ ἔλαβες, εἰς πλῆρες, ἂν μὴ ἔχῃς ἀποδοῦναι, ἱκέτευσον συγχωρῆσαί σοι τὸ δάνειον. Εἰ δὲ οὔτε ἀποδοῦναι δύνασαι, οὔτε ἱκετεῦσαι ἀξιοῖς συγχωρηθῆναι, κἂν μὴ ἀναισχυνθῇς πολυλογῶν καὶ ἀνθιστάμενος· σίγησον ὡς αὐτὴ ἡ πόρνη, ἥτις τὰ πολλὰ ἑαυτῆς ἰδοῦσα χρέη, εἶπεν ἐν ἑαυτῇ· Τί λαλήσω, ἢ τί ἀποκριθῶ; ἐὰν θελήσω εἰπεῖν, Οὐ χρεωστῶ τὸ δάνειον, αὐτὸς πάντα οἶδε, καὶ πόσα χρεωστῶ αὐτὸς ἐπίσταται, καὶ ἀπὸ ποίων χρόνων ὑπεύθυνός εἰμι. Διὰ τοῦτο ὡς ἰδοῦσα, ὅτι πάντα οἶδε, καὶ οὐδὲν τῶν πεπραγμένων αὐτῇ κακῶν ἐστιν, ὃ λανθάνει αὐτὸν, σιγῇ προσῆλθε δακρύουσα, καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῆς πάντα τὰ χρέη ὁμολογοῦσα, ἐξημυμενίσατο τὸν Θεόν. Σίγησον οὖν καὶ σὺ, Φαρισαῖε, ἵνα σοι χαρίσηται ὁ Κύριος τὴν ὀφειλήν. Μὴ σὺ, κατάδικος ὤν, καταδίκαζε τὴν καταδεδικασμένην· μὴ σὺ, εὐτελὴς ὤν, εὐτέλιζε τὴν εὐτετελισμένην. Ἡσύχασον· οὔτε γὰρ τῶν σῶν, οὔτε τῶν αὐτῆς χρείαν ἔχω· ἀλλ' ἀμφοτέροις ἦλθον τὴν ὀφειλὴν χαρίσασθαι. Τῶν γὰρ δύο δανειστὴς φιλάνθρωπος ὑπάρχω, οὐ μόνον δὲ ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μὴ ἔχουσιν ἀποδοῦναι· ἐὰν μόνον ὁμολογήσωσι τὸ χρέος, καὶ αἰτήσωνταί με συγχωρῆσαι αὐτοῖς διὰ μετανοίας τὸ χειρόγραφον. Εἴ τις οὖν χρεωστῇ, καὶ προσέλθῃ τῇ χάριτι τοῦ βαπτίσματος, δι' αὐτῆς ἐλευθεροῦται τοῦ χρέους. Ὑπάγετε τοίνυν, ἰδοὺ τῶν χρεῶν ἀπελύθητε, πάσης ἐνοχῆς τῇ χάριτι ἠλευθερώθητε· μὴ πάλιν ἄλλο χειρόγραφον

* Hæc negatio male irrepsisse videtur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ipsum dicentem : *Appropinquate* mihi, *et ego appropinquabo vobis* (*Jac.* 4. 8). Appropinquo et ego Deo, sed vereor accedere peccatrix ad eum, qui peccati expers est, lutum ad unguentum. Verum habeo misericordiæ pignus vocem ejus dicentem : Venite ad me, omnes peccatores, et ego reficiam vos (*Matth.* 11. 28). Proficiscor igitur : non me probro afficit, non dicit mihi, Recede a me, peccatrix : hactenus in tenebris vixisti, et nunc me justitiæ solem visum venisti? Verum quid differo? accipiam unguentum, et ad eum pergam : Pharisæi domum mihi baptisterium faciam, et ex fluentis lacrymarum piscinam mihi et lavacrum parabo : ex alabastro unguenti sigillum fidelium in fronte sumam, et per pœnitentiam mundabor a peccatis, ac medicæ orationis opera laqueos evadam diaboli. Nihil est quod non sperem. Novi in Veteri Testamento (*Jos.* 2) Raab meretricem, quæ ad portam urbis domicilium peccati collocaverat : atqui ipsa cum Israelis exploratores excepisset, mercedem hospitalitatis vitam accepit. Qui enim eam servavit Jesus Nave, Jesu veri figuram gessit : optimum meretrici præmium propter exploratores Jesu Nave filius largitus est. Si tum igitur Jesu nomen salutem et peccatorum remissionem attulit; nunc verus Jesus, et virgo et ex Virgine natus, meretricem hospitio excipientem, et unguento pedes ungentem, repellendam censebit, ac non potius peccatorum indulgentia donabit? Verum tunc quidem Raab exploratores dimisit, ego vero constanter teneo quem desideraveram, non ut illa exploratorem urbis, sed ut Episcopum animarum omnium hominum (1. *Pet.* 2. 25). Ecce utique, ut dixi, tempus advenit, quod cernere optabam; illuxit mihi dies solque justitiæ et annus acceptabilis a Domino, et magna a Deo visitatio. Vere namque visitavit nos Oriens ex alto, ut appareret iis, qui in tenebris et in umbra mortis sedent. In Simonis ædibus diversatur Dominus (*Luc.* 7. 36); pergam ad illum. Quid vero faciam? plorabo ut ploravit Anna sterilitatem? Sed me Simon quasi ebriam reputabit, ut quondam etiam Heli pontifex Annam (1. *Reg.* 1). Sed manebo orans corde ad pedes Christi, et lacrymas fundens? Hoc faciam.

2. Huic puro meretricis proposito auxiliata est fides, acceditque ad unguentorum venditorem, atque ita sermonem apud illum instituit. Quandoquidem magnus mihi amicus præ omnibus filiis hominum advenit, si eximium habes aliquod unguentum, da mihi, ut digne offeram illi, qui merito suo a me diligitur, qui mihi cor et renes igne quodam novo ussit. Ne tibi sit curæ pretium, etiamsi me opus sit corpore et ossibus satisfacere, parata sum, possum emere, ac dare, ut vel exiguum quid habeam, quod illi offeram, qui me ita mundare vult. Ille autem videns ardorem fidei, animique propositum, ait ipsi : Dic mihi, quæso, quisnam ille sit quem amas, qui adeo suo te amore inflammavit? quid hujus unguenti gratia te ab illo impetraturam existimas? Tum illa respondit : Quid tu dicas, mi homo, nescis; non nosti quæ loqueris. Mihi quidem ille munus dare potest unguenti loco, cujus pretium nullo unquam dono æquari potest. Ne cælum quidem ipsum, neque terra, neque ullus eorum, qui mundum incolunt, cum eo conferendus est, qui ad me venit. Quam ut quidem vilem intueris, at ille, utpote benignus, dignam existimans, a peccatis liberavit. Hic filius est David secundum carnem; propterea et formosus est : nam de ipso dixit : *Speciosus forma præ filiis hominum* (*Psal.* 44. 3). Hic Filius est Dei, et eum non vidi, sed de eo cum audissem, amore vulnerata sum. Davidem cum amaret Melchol, filia Saül, regiam dereliquit, et eum egentem sequuta est (1. *Reg.* 18). Ego vero divitias meas vendo, licet perperam eas congregaverim : et emo unguentum, atque ad Davidis nepotem mea causa egenum factum accurro. Cumque accepisset fidelis meretrix unguentum, perinde quasi vocata esset, ad ædes Pharisæi properavit. Ac Pharisæus quidem cum meretricem videret Jesu pedes tenentem, eosque ungentem, totamque domum unguenti odore repletam, sic apud se ratiocinabatur, dicebatque : *Hic si esset propheta, sciret utique, quæ et qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est* (*Luc.* 7. 39). Et mulieris confidentiam vituperabat, ut quæ impudenter accessisset, eumque tetigisset : et Dominum ipsum reprehendebat, ut qui inconsiderate omnes ad se accedentes exciperet. Ignorantiam igitur ejus condemnans apud se dicebat : Quid hoc rei est? illum ego tamquam ex prophetis unum ad prandium vocavi : et hanc, quam omnes, qui urbem incolunt, noverunt, quam quisque perspectam habet, iste non novit. Si propheta esset, sciret quænam hæc mulier sit. Christus autem, qui scrutatur corda et renes, cogitationes Pharisæi videbat. In varias partes agitatis ejus considerationibus, fit intus tranquillitas Christus, aitque ipsi : *Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait : Magister, dic* (*Ibid. v.* 40). Ait ipsi : Dignum tibi reprehensione visum est, quod hanc peccatricem non sim aversatus, sed exceperim : dignum tibi reprehensione visum est quod non abegerim, sed justificarim : reprehendendum videtur quod non iratus fuerim, sed placatus : reprehendendum videtur, quod eam, quæ ob peccata sua fugere volebat, revocarim : cum deberes potius gratulari lapso, et mox resurgenti, dolorem inurunt tibi aliorum bona. Verumtamen non est rationi consentanea reprehensio tua : confer hoc cum eo quod tibi narraturus sum. *Duo debitores erant cuidam fœneratori : unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta* (*Ibid. v.* 41)! Cum vero egestate premerentur, ambobus chirographa sua ultro reddidit fœnerator. Quis ergo illorum plus diligere debet? Ille autem ait : *Æstimo quia is, cui plus donavit.* Ait ipsi : *Recte judicasti.* Deinde *Conversus ad mulierem, ait Simoni : Vides hanc mulierem* (*Ibid. v.* 43 *sqq.*), de qua tu spem omnem abjeceras? tu meos lavare pedes non es dignatus; *hæc autem lacrymis pedes meos rigavit : osculum mihi* caritatis *non dedisti; hæc autem non cessavit osculari pedes meos : oleo caput meum non unxisti; hæc autem unguento unxit pedes meos.* Verum disce, o Pharisæe, quis sit fœnerator, et qui debitores. Ego sum fœnerator duorum, tui et illius; nec vestri solum, sed et omnium mortalium. Ego omnibus largitus sum gratis, quæ a me acceperunt, animam, spiritum, corpus, sensum, cognitionem, motum. Creditorem itaque a te repetentem in solidum, quæ accepisti, si non habeas, unde reddas, ora ut debitum tibi donet : quod si neque reddere possis, neque orare digneris, ut tibi donetur, licet non erubescas, dum garrulus es, et contendis; tace ut hæc meretrix, quæ multa esse videns debita sua, dixit apud se : Quid dicam, aut quid respondebo? si dicere velim, Non debeo, scit ipse me debere, et a quo tempore referendis rationibus sim obnoxia. Itaque cum probe sciret, eum omnia nosse, nullumque ex iis sceleribus, quæ in se admiserat, eum latere, silentio processit lacrymans, et in corde suo omnia debita confessa, Deum placatum reddidit. Tace igitur et tu, Pharisæe, ut tibi debitum Dominus condonet. Noli tu, cum reus sis, condemnatam jam condemnare : noli tu, cum vilis sis, vilem vilipendere. Quiesce; neque enim aut tuis aut illius rebus indigeo, sed ambobus ut remitterem debitum veni. Ego enim sum ille humanus fœnerator duorum, neque tantum vobis, sed et omnibus, qui solvendo non fuerint, dummodo fateantur debitum, et postulent per pœnitentiam, ut sibi remittam, donemque chirographum. Si quis ergo æs alienum contraxerit, accedat ad gratiam baptismi, et per eam a debito liberabitur. Abite ergo, ecce a debitis soluti estis, ab omni obligatione liberati per gratiam estis, ne vos, primo jam rescisso, alio rursus chirographo obnoxios reddatis. Verum, Domine dominator Jesu Christe, quandoquidem ea quæ debeo tibi, unde reddam, neque habeo neque possum reddere, meis siquidem multis sceleribus tuam sortem cum fœnore absumpsi : ne quæso a me repetas, quæ mihi dedisti, animæ sortem et corporis fœnus : quin po-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tius pro tua humanitate leva me pondere debitorum meorum, mihique dic, ut meretrici : Dimittuntur tibi peccata multa (*Luc.* 7. 47). Tu enim solus es sine peccato, bonus, et benignus, et peccata condonans; teque decet omnis gloria, honor, et adoratio, cum Patre tuo, qui principio caret, et omnino sancto, bono, et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

[53] De hac homilia hæc habet Savilius Tom. VIII, in notis, pag. 867 : *In hac homilia nihil est Chrysostomo dignum præter epilogum, qui totus fere sumptus est ex trigesima prima Chrysostomi homilia in Joannem. Codex Oxoniensis, Cæsareus, et Ducæi Romanus inter se consentiunt. Mediceus plenior, sed illorum brevitas magis placet.* Hæc scite observata sunt. Medicei lectiones nimias non attulit Savilius; et bene quidem neglexit :

IN SAMARITANAM, ET IN ILLUD, VENIT JESUS IN CIVITATEM SAMARIÆ, QUÆ DICITUR SYCHAR (*Joan.* 4. 5) (*a*).

1. Samaritanæ certamina Christus nobis hodie promulgavit : et inopem orationem nostram oportet ejus recte factorum pelagus trajicere. Fidem enim ejus intueor, et statui laudationem ejus in medium afferre, ac vobiscum encomiis celebrare mendicam illam et opulentam; meretricem illam et apostolam; luxuriosam et fidelem; multis nuptiis junctam, et multis viribus præditam; eam quæ multos corrupit, et quæ unigenitum Dei Verbum obsequiis demeruit; quæ inquinata fuit, et purgata; quæ sitiebat, aquasque vivas desiderabat, et cælestium fluentorum gratiam consequuta est. Quid enim ait Joannes evangelista, qui mysteria ineffabilia intonuit? *Venit Jesus in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, juxta prædium quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus : Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent* (*Joan.* 4. 5-8). *Jesus ergo fatigatus ex itinere.* Cur igitur Isaias propheta dicit : Deus magnus non esuriet, neque sitiet, neque fatigabitur, *Nec est inventio prudentiæ ejus* (*Isai.* 40. 28)? Sed et Matthæus evangelista in Evangelio secundum ipsum de eo scribit : *Et cum jejunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus, postea esuriit* (*Matth.* 4. 2). Similiter autem et Joannes evangelista, sicut audiebas paulo ante, dicit : *Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.* Atque ille quidem esuriisse Dominum ait, hic vero fatigatum etiam eum fuisse. At Isaias propheta declarat ex Spiritu sancto loquens : Deus magnus non esuriet, neque sitiet, neque fatigabitur, *Nec est inventio prudentiæ ejus.* Quo pacto potest apud istos consensus Evangeliorum et prophetiæ conservari? Verumtamen neque propheta mentitus est; absit : neque apostoli aliena a Spiritu sancto et a prophetia scripserunt; sed quoniam Salvatoris nostri magni Dei dispensatio geminam quamdam et insitatam habuit connexionem, ex divinitate, inquam, et humanitate, secundum ejus beneplacitum ac voluntatem : idcirco propheta quidem divinitatis potentiam et amplitudinem prædicat; apostoli vero et evangelistæ veram corporis dispensationem exponunt. *Jesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Jesus : Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana : Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana?* Operæ pretium igitur est, dilectissimi, ut perquiramus, qua de causa et locum, et horam, et absentiam discipulorum indicavit : locum, *Sedebat juxta fontem :* horam, *Hora erat quasi sexta :* discipulorum absentiam, *Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent.* Cur igitur locum dixit? Ego docebo. In spirituali venatione versabatur, cujus causa in locum illum se contulerat, unde poterat prædam referre. Non vides quid faciant piscatores? Neque enim omnia maris loca percurrunt, sed ad certum locum abeunt, in quo latitare pisces noverunt. Sunt enim multa in mari loca, quæ plus cæteris pisces alunt. Ita nimirum et Dominus noster Jesus Christus, juxta prophetiam magnus Deus, noverat ut Deus, inde se posse prædam reportare, mulierem scilicet Samaritanam. Ut igitur dicebam, piscatores ea loca insident, unde sperant piscem se posse venari : sic etiam Christus in eum venit locum, unde poterat Samaritanam venari, et per ipsam ingentem hominum capturam parare. Ecce loci causam indicavi. Cur autem horam quoque dixit? Ait enim, *Fatigatus Jesus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.* Audi ergo, carissime, de hora quoque. Egena quæpiam erat hæc Samaritana, quæ sibi manuum labore semper victum quærebat, egena, inquam, et corpore et pecuniis, at non ita religione atque animæ pietate. Sic igitur expergefacta currebat ad telam propter opificium, unde et victum sibi comparabat. Hora vero sexta, quo tempore quieti a labore vacabant omnes, tum illa, cum hydriam arripuisset, aquam advehebat. Noverat ergo, qui sciebat omnia, Dominus, quam horam cæteri captandæ quieti dabant, illa solere istam advehendæ aquæ vacare, propterea sexta hora Dominus abiit : quippe qui noverat eam ad aquam advehendam profectam, neque spiritualem hanc prædam posse venari. Quare vero discipulos suos ablegavit Dominus? *Discipuli enim ejus*, inquit Evangelium, *abierant in civitatem, ut cibos emerent.* Mulier illa paupercula quædam erat misera, ut jam antea declaravimus, neque potuisset multorum satellitum numerum contueri. Quod si Magistri dignitatem vidisset, ac discipulorum comitatum, Magistrum, discipulos, turbam, ordinem, dignitatem, speciem, splendorem, subito fortassis aufugisset, ac præda periisset : accedere ausa non esset, piscis ex retibus evasisset, neque sagena captus fuisset, imo resiliisset : propterea discipulos in civitatem ablegavit. Abeuntes enim, inquit, emite cibos : vos abeuntes emite, ego aliud prandium habeo. *Meus enim cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, et perficiam opus ejus* (*Joan.* 4. 34) : vos carnalia, et ego

(*a*) Collata cum quatuor Regiis Codicibus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἑαυτοῖς ἐπεισενέγκητε, τοῦ πρώτου ἅπαξ σχισθέντος. Ἀλλὰ, Κύριε Δέσποτα, Ἰησοῦ Χριστὲ, ἐπειδὴ ἀποδοῦναί σοι ἃ χρεωστῶ, οὐκ ἔχω, οὐδὲ ἰσχύω (ἀπὸ γὰρ τῶν πολλῶν ἀνομιῶν μου καὶ τὸ κεφάλαιον σὺν τόκῳ κακῶς ἀνήλωσα), μὴ ἀπαιτήσῃς με, ἃ παρέσχες μοι, τῆς ψυχῆς τὸ κεφάλαιον, καὶ τῆς σαρκὸς τὸν τόκον· ἀλλὰ κούφισόν με τοῦ βάρους τῶν χρεῶν μου, ὡς φιλάνθρωπος, καὶ εἰπὲ κἀμοὶ ὡς τῇ πόρνῃ· Ἀφέωνταί σου αἱ πολλαὶ ἁμαρτίαι. Σὺ γὰρ εἷ μόνος ἀναμάρτητος καὶ ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ συγχωρῶν ἁμαρτίας· καὶ σοὶ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ σου Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

AD HOMILIAM DE SAMARITANA.

neque enim tantam accurationem meretur inficetum opusculum. Sicque nos Regii cujusdam Codicis lectiones misimus, cujus librarius multum excurrebat, et inutilia multa adjiciebat. Epilogum ex Chrysostomi Homilia trigesima prima in Joannem desumptum suo loco annotamus.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Εἰς τὴν Σαμαρεῖτιν, καὶ εἰς τὸ, « Ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχάρ. »

α'. Σήμερον ἡμῖν ὁ Χριστὸς τοὺς ἄθλους τῆς Σαμαρείτιδος ἀνεκήρυξεν· καὶ χρὴ τὸν πτωχὸν λόγον εἰς τὸ πέλαγος τῶν αὐτῆς κατορθωμάτων διαπλεῦσαι. Ὁρῶ γὰρ αὐτῆς τὴν πίστιν, καὶ τὸν ἐγκωμιαστικὸν αὐτῆς λόγον ἐξειπεῖν βούλομαι, καὶ μεθ' ὑμῶν ἐπαινέσαι τὴν πτωχὴν καὶ πλουσίαν, τὴν πόρνην καὶ ἀπόστολον, τὴν ἄσωτον καὶ πιστὴν, τὴν πολύγαμον καὶ πολυδύναμον, τὴν πολλοὺς μιάνασαν, καὶ τὸν μονογενῆ Λόγον τοῦ Θεοῦ θεραπεύσασαν, τὴν μιανθεῖσαν, καὶ καθαρισθεῖσαν, τὴν διψήσασαν, καὶ ὑδάτων ζώντων ἐπιθυμήσασαν, καὶ τῶν ἐπουρανίων ναμάτων τὴν χάριν κληρονομήσασαν. Τί γάρ φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὁ τὰ ἄῤῥητα βροντήσας μυστήρια; *Ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς πόλιν τῆς Σαμαρείας, λεγομένην Συχάρ, πλησίον τοῦ χωρίου, ὃ ἔδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Ἦν γὰρ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ. Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας, ἀντλῆσαι ὕδωρ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Δός μοι πιεῖν. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.*—*Οὖν* Ἰησοῦς κεκοπιακώς. Τί οὖν Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγει· Ὁ Θεὸς ὁ μέγας οὐ πεινάσει, οὐδὲ μὴ διψήσει, οὐδὲ μὴ κοπιάσει· *Οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ;* Ἀλλὰ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος περὶ αὐτοῦ ἐν τῷ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ γράφει· *Καὶ νηστεύσας ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον ἐπείνασεν.* Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, καθὼς ἄρτίως ἤκουες, λέγει· *Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.* Καὶ ὁ μὲν λέγει, ὅτι ἐπείνασεν· ὁ δὲ ὅτι καὶ ἐκοπίασεν. Ὁ δὲ προφήτης δηλοῖ Ἡσαΐας Πνεύματι ἁγίῳ φθεγγόμενος· Ὁ Θεὸς ὁ μέγας οὐ πεινάσει, οὐδὲ μὴ διψήσει, οὐδὲ μὴ κοπιάσει, *Οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ.* Καὶ πῶς δύναται παρὰ τούτοις ἡ ὁμοφωνία διασώζεσθαι τῶν τε Εὐαγγελίων καὶ τῆς προφητείας; Πλὴν οὔτε ὁ προφήτης ἐψεύσατο· μὴ γένοιτο· οὔτε οἱ ἀπόστολοι ἀλλότρια τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔγραψαν καὶ τῆς προφητείας· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ μεγάλου Θεοῦ οἰκονομία διπλῆν τινα καὶ παράδοξον [551] εἶχε συμπλοκὴν, ἐκ θεότητος λέγω καὶ ἀνθρωπότητος, κατὰ τὴν αὐτοῦ εὐδοκίαν καὶ βουλὴν, διὰ τοῦτο ὁ μὲν προφήτης τῆς θεότητος τὴν δύναμιν ἐξαγγέλλει καὶ τὴν μεγαλειότητα [a]· οἱ δὲ ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ τὴν τοῦ σώματος οἰκονομίαν ἀληθῆ διαγορεύουσιν. *Ὁ οὖν Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Δός μοι πιεῖν. Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι. Λέγει οὖν αὐτῷ ἡ γυνὴ ἡ Σαμαρεῖτις· Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὤν, παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος;* Ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν, ἀγαπητοὶ, ἐπιζητῆσαι, διὰ τι καὶ τὸν τόπον ἐσήμανε, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὴν τῶν μαθητῶν ἀπόλειψιν· τὸν τόπον, *Ἐκαθέζετο παρὰ τῇ πηγῇ·* τὴν ὥραν, *Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη·* τῶν μαθητῶν τὴν ἀπόλειψιν, *Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.* Τίνος οὖν ἕνεκεν τὸν τόπον εἶπεν; Ἐγὼ λέγω. Θήραν εἶχε πνευματικὴν, δι' ἣν καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν τόπον, ἐξ οὗ εἶχε τὴν θήραν ἑλκύσαι. Οὐχ ὁρᾷς, ὅπως ποιοῦσιν οἱ ἁλιεῖς; ὅτι οὐ πάντα τόπον διατρέχουσι τῆς θαλάσσης, ἀλλ' εἰς τόπον φανερὸν, ἔνθα ἂν γινώσκωσι τοὺς ἰχθύας ἐνεδρεύοντας; Εἰσὶ γὰρ πολλοὶ τόποι κατὰ θάλασσαν μᾶλλον τῶν ἄλλων τοὺς ἰχθύας διατρέφοντες. Οὕτω δὴ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μέγας Θεὸς κατὰ τὴν προφητείαν, ᾔδει ὡς Θεὸς, ὅτι ἐκεῖθεν ἡδύνατο λαβεῖν τὴν θήραν, τουτέστι τὴν γυναῖκα τὴν Σαμαρεῖτιν. Ὥσπερ οὖν εἶπον, οἱ ἁλιεῖς τοῖς τόποις ἐκείνοις ἐνεδρεύουσιν, ὅθεν καὶ τὸν ἰχθὺν ἐλπίζουσι θηρεῦσαι· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν τόπον, ὅθεν τὴν Σαμαρεῖτιν εἶχε θηρεῦσαι, καὶ δι' αὐτῆς μεγάλην ζωρείαν ἀνθρώπων ἀπεργάσασθαι. Ἰδοὺ, τοῦ τόπου τὴν αἰτίαν ἐμήνυσα. Διὰ τί δὲ καὶ τὴν ὥραν εἶπε; Φησὶ γάρ· *Ὁ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ. Ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.* Ἄκουε τοίνυν, ἀγαπητὲ, καὶ περὶ τῆς ὥρας. Πτωχή τις ἦν ἡ Σαμαρεῖτις διὰ παντὸς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῆς τρεφομένη, πτωχὴ δὲ καὶ τῷ σώματι καὶ τοῖς χρήμασιν, ἀλλ' οὐ τῇ τῆς ψυχῆς εὐσεβείᾳ. Οὕτως οὖν ἐγειρομένη ἐπὶ τὸν ἐστὸν διέτρεχε διὰ τὴν ἐργασίαν, ὅθεν καὶ τὴν τροφὴν ἐπραγματεύετο. Ἀλλ' ἐν ὥρᾳ ἕκτῃ, ὅταν πάντες πρὸς ἀνάπαυσιν ἠσχολοῦντο, τότε ἐκείνη τὴν ὑδρίαν λαμβάνουσα, τὸ ὕδωρ ἐγέμιζεν [b]. Ἤδει οὖν ὁ τὰ πάντα ἐπιστάμενος Κύριος, ὅτι τὴν ὥραν, ἣν πάντες πρὸς ἀνάπαυσιν εἶχον, ἐκείνη πρὸς τὸ κομίζειν τὸ ὕδωρ ἑαυτὴν ἀπησχόλει. Καὶ διὰ τοῦτο ὥραν ἕκτην ἀπῆλθεν ὁ Κύριος, ὅτε ἐγίνωσκεν, ὅτι ἀπέρχεται κομίσαι τὸ ὕδωρ, καὶ δύναται θηρεῦσαι τὴν πνευματικὴν ταύτην θήραν. Καὶ τίνος ἕνεκεν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ὁ Κύριος ἀπεπέμψατο; *Οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ,* φησὶ τὸ Εὐαγγέλιον, *ἀπεληλύθεισαν εἰς τὴν πόλιν, ἵνα τροφὰς ἀγοράσωσι.* Ἡ γυνὴ πτωχή τις ἦν ἐλεεινὴ, ὡς ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, μὴ ἰσχύουσα πρὸς δορυφορίαν πολλῶν ἀντιβλέψαι. Καὶ εἰ ἐθεάσατο ἀξίωμα διδασκάλου, καὶ μαθητῶν περιβολὴν, τὸν διδάσκαλον, τοὺς διδασκομένους, τὸν ὄχλον, τὴν τάξιν, τὸ ἀξίωμα, τὸ σχῆμα, τὸ ἐπίσημον, εἶχεν ἂν εὐθὺς ἀποφυγεῖν, καὶ ἀπώλετο ἡ θήρα· οὐκ ἐτόλμα προσελθεῖν, καὶ ὁ ἰχθὺς ἀπὸ τῶν δικτύων ἐξέφυγε, καὶ οὐκ ἐσαγηνεύετο, ἀλλ' ἀπεπήδα· διὰ τοῦτο ἀπεπέμψατο τοὺς μαθητὰς εἰς τὴν πόλιν. Ἀπελθόντες γὰρ, φησὶν, ἀγοράσατε βρώματα· ὑμεῖς ἀπελθόντες ἀγοράσατε, ἐγὼ ἕτερον ἄριστον ἔχω. *Ἐμὸν γὰρ βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα* [c] *τοῦ πέμψαντός με, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον·* ὑμεῖς τὰ σαρκικὰ, ἐγὼ τὰ πνευματικά· ὑμεῖς ἀγοράσατε, ἐγὼ γὰρ ἐξηγόρασα. *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς*

[a] Καὶ τὴν μεγαλειότητα deest in quibusdam et in Savil. Mox Morel. et mss. διαγορεύουσι. Savil. διαγράφουσι.

[b] Sic Savil. et omnes mss. Morel. vero ἐκόμιζεν.

[c] Alii τὰ ἔργα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, φησὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, Παῦλος· δι' ὑδάτων βούλομαι θηρεῦσαι τὴν πνευματικὴν ταύτην ἀλείαν. *Ἔμαθες διὰ τί καὶ ὁ τόπος, καὶ ἡ ὥρα, καὶ ἡ τῶν μαθητῶν ἀπόλειψις. Οὐκοῦν ἀναγκαῖον λοιπὸν ἁρξασθαι* [55] *τῶν ἑξῆς. Ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ. Ἔρχεται* ἡ Σαμαρεῖτις ἀντλῆσαι ὕδωρ ὥραν ἕκτην, παυσαμένη τοῦ ἰστοῦ, ἐπὶ τὸ ὑδρεύσασθαι ὕδωρ τῇ ὥρᾳ τῆς ἀναπαύσεως, καί, ὡς πολλάκις εἴρηται, ὥρᾳ ἕκτῃ· ἐπειδὴ καὶ ἡ Εὔα ὅταν ἐν τῷ παραδείσῳ παρέβη τὴν ἐντολήν, ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη· καὶ διὰ τοῦτο ἡ Σαμαρεῖτις διεσώθη ἐν τῇ πηγῇ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ἕκτῃ. Εἶτα λοιπὸν ἦλθεν ἡ Σαμαρεῖτις ἀντλῆσαι ὕδωρ, καὶ βλέπει τὸν Ἰησοῦν ὥς τινα ξένον, καὶ μόνον ὡς ὁδοιπόρον ἀποκαυματῆσαι βουλόμενον, καὶ παρὰ τῇ πηγῇ καθεζόμενον. Εἶδεν ἄνδρα καταπεφρονημένον, καὶ οὐδὲ λόγον αὐτοῦ ἐποιήσατο. Ἀλλ' αὐτὸς ὁ τὰ πάντα ἐπιστάμενος Θεὸς, πρὶν γενέσεως αὐτῶν, θεασάμενος τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως, λέγει αὐτῇ· *Δός μοι πιεῖν.* Ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς παρὰ τὴν πηγὴν καθεζόμενος πιεῖν ἀπαιτεῖ, οὐ πιεῖν [a], ἀλλὰ δοῦναι βουλόμενος. Δός μοι πιεῖν, ἵνα σοι δώσω ὕδωρ ἀφθαρσίας πιεῖν. Ἐγὼ γὰρ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων διψῶ· οὐχ ἵνα πίω, ἀλλ' ἵνα ποτίσω. Ἐμιμησάμην τὸν οἰκεῖον Πατέρα· λέγει γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς Ἀβραάμ· Δός μοι τὸν υἱόν σου· ἀνένεγκέ μοι Ἰσαὰκ τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, τὸν μονογενῆ, εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐπὶ ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἄν σοι δείξω. Ἀλλ' οὐ τὸν υἱὸν θέλων λαβεῖν, τοῦτο εἴρηκεν, ἀλλὰ βουλόμενος τὸν Ἴδιον Υἱὸν τῇ οἰκουμένῃ χαρίσασθαι.

β'. Φησὶ γὰρ ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· *Οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.* Δός μοι τὸν μονογενῆ, ἵνα χαρίσωμαι τῷ κόσμῳ [b] τὸν Μονογενῆ· θῦσον τὸν υἱόν σου, οὐχ ἵνα θύσῃς, ἀλλ' ἵνα θύσω τὸν Υἱόν μου τὸν μονογενῆ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας, θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον, ἁγίαν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα· *Δός μοι πιεῖν*, οὐχ ἵνα πίω, ἀλλ' ἵνα ποτίσω. *Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὢν, παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις.* Ἀκριβὴς ἡ γυνή· ἐν τούτοις ἡ πόρνη φιλοτιμεῖται· ἐν τούτοις ἡ πόρνη τὴν φυλακὴν τοῦ νόμου δείκνυσι. Τοιοῦτον τυγχάνει τὸ τῶν Σαμαρειτῶν γένος· ἐν πορνείαις μιαίνεται, καὶ ἐν βαπτίσμασι καθαρίζεσθαι νομίζουσιν. *Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὢν, παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις.* Τὴν ψυχὴν κηλῖδος πληροῦσι, καὶ τὸ σῶμα ἀποσμήχειν δοκοῦσιν. Οὕτω καὶ ἡ Σαμαρεῖτις· τὴν ψυχὴν ἐν πορνείαις πεφυρμένην ἔχουσα, περὶ πόσεως ὑδάτων δικάζεται. Τί οὖν ὁ Ἰησοῦς; Οὐκ ἀπεσείσατο αὐτήν· οὐκ εἶπεν αὐτῇ· *Ἐγὼ Θεός εἰμι ἐκ Θεοῦ· ἐγὼ τὸν οὐρανὸν ἐστερέωσα, καὶ τὴν γῆν ἐθεμελίωσα·* καὶ περὶ ὑδάτων καὶ πόσεως δικάζῃ μοι, καὶ ταῦτα γυνὴ ταῖς ἁμαρτίαις [c] μεμιασμένη; *ἀλλὰ τί; Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν.* Εἶδες, πῶς κατ' ὀλίγον διήγειρεν αὐτῆς τὸν πόθον εἰς ἐπιθυμίαν, εἰπών, *Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν.* Τί οὖν πάλιν πρὸς αὐτὸν ἡ γυνή; *Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακώβ, ὃς ἔδωκεν ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιεν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;* Μεγάλην τινὰ φαντασίαν εἶχεν ἡ γυνὴ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἰακώβ (προσέχετε, παρακαλῶ, μετὰ πάσης ἀκριβείας)· ὑπόληψιν μεγάλην εἶχεν περὶ τοῦ Ἰακὼβ ἡ Σαμαρεῖτις γυνὴ, καὶ μεγάλην εἶχε τὴν δόξαν περὶ αὐτοῦ, ὡς περὶ πατριάρχου, ὡς περὶ δικαίου, ἐπειδήπερ οὗτος ἐγένετο τῶν δώδεκα πατριαρχῶν πατήρ· αἱ γὰρ δεκαδύο φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ Ἰακὼβ ἐγένοντο. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπάλαισε μετὰ Θεοῦ, καὶ εὑρέθη δυνατὸς, ὡς καὶ τὸν Θεὸν εἰπεῖν πρὸς αὐτόν· *Ἀπόλυσόν με διότι ἀνέβη ὁ ὄρθρος.* Καὶ Θεὸς μετὰ ἀνθρώπου παλαίων, ἔλεγεν· *Ἀπόλυσόν με, διότι φίλος μου εἶ·* καὶ *ἀνέβη ὁ ὄρθρος. Ὁ δέ· Οὐ μὴ σε ἀπολύσω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς.* Τί τοῦτο δηλῶν, καὶ τίς ἡ πάλη τοῦ Θεοῦ μετὰ ἀνθρώπου, ἢ ὅτι τὴν καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς ἔμελλεν ἐνδύσασθαι σάρκα; Τί οὖν ὁ Θεὸς πρὸς αὐτόν; Οὐκ ἔτι κληθήσῃ Ἰακὼβ, ἀλλ' ἔσται τὸ ὄνομά σου Ἰσραὴλ, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ. Μεγάλην οὖν εἶχεν ὑπόληψιν περὶ τοῦ πατριάρχου ἡ γυνή· διὰ τοῦτο ἔλεγε τῷ Κυρίῳ, *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἰακὼβ, ὃς ἔδωκε ἡμῖν τὸ φρέαρ, καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ ἔπιεν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ τὰ θρέμματα αὐτοῦ;* Τί οὖν ὁ Χριστός; Βλέπε τὴν σοφίαν τοῦ Δεσπότου· βλέπε τὴν ἐπιείκειαν τοῦ Διδασκάλου. Οὐκ εἶπεν αὐτῇ, Ναὶ ἐγὼ μείζων εἰμὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν Ἰακώβ· Οὐδὲ εἶπεν αὐτῇ, καθὼς εἶπεν τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι *Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμι·* ἢ πάλιν ὡς ἔλεγεν, *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πολλοὶ βασιλεῖς καὶ δίκαιοι σὺν τοῖς προφήταις ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον.* Οὐδὲν τούτων εἶπε τῇ γυναικὶ, ἀλλὰ καταστέλλει τὴν πάλην τὴν εἰς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐκ τοῦ φανεροῦ τὴν μάχην ἰσχυροτέραν ποιεῖ. Εἰ γὰρ εἶπεν αὐτῇ, ὅτι Ναὶ μείζων εἰμὶ τοῦ Ἰακώβ· ἐκεῖνος μὲν γὰρ παρ' ἐμοῦ τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο, ἐγὼ δὲ παρέσχον αὐτὴν αὐτῷ· ταχέως ἂν ἐκείνη πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἀποκαλύψεων ἀντιβλέψαι μὴ δυναμένη, φεύγειν ἂν εἶχεν. Οὐδὲν οὖν τούτων εἶπεν αὐτῇ, ἀλλ' ἐκ τῶν φαινομένων τὸ πρᾶγμα σαφὲς καὶ ἄμαχον ποιεῖ. Τί γὰρ πρὸς αὐτήν; *Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου, διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.* Πρόσωπον ἦν ἐν μέσῳ τοῦ Ἰακὼβ καὶ τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' ἀφῆκε τὴν πάλην τὴν περὶ τῶν προσώπων, καὶ ἔρχεται πρὸς τὴν πάλην τῶν φαινομένων ὑδάτων, καὶ τῶν μὴ φαινομένων [d] χαρισμάτων. Εἰ γὰρ εἶπε, Ναὶ μείζων εἰμὶ τοῦ Ἰακώβ, εὐθὺς ἐκείνη ἂν ἀποφυγοῦσα, εἰς τὴν πόλιν ἐφυγαδεύετο, καὶ ἀπεπήδα πρὸ τῆς ἀποκρίσεως. καὶ πρὸ τοῦ λόγου τὴν πόλιν κατελάμβανε, λέγουσα· Οὗτος παραπλέει, δαιμονιῶν τίς ἐστι, κορυβαντιῶν, φρενῖτιδι βέβληται· ξένος τις ὤν, καὶ εὐκαταφρόνητος, μείζονα ἑαυτὸν λέγει τοῦ πατρὸς ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τοῦ πατρὸς γενομένου τῶν δώδεκα φυλῶν τῶν Ἰσραὴλ, τοῦ τὰς εὐλογίας ὑποδεξαμένου παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦ πτωχοῦ μὲν ἀποδημήσαντος, πλουσίου δὲ διὰ τὴν οἰκονομίαν τὴν εἰς αὐτὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ γενομένην ἐπανελθόντος· ἀλλὰ συγκατέβαινε τῇ γυναικὶ ὁ Χριστὸς, καὶ ἐνεδίδου τῇ ἀσθενείᾳ τῆς γυναικὸς πρὸς τὸ κατὰ μικρὸν εἰς τὸ ὕψος τῶν κρειττόνων αὐτὴν ἀναφέρεσθαι. Καθάπερ γὰρ οἱ τῶν ἰχθύων θηρευταὶ (τί γὰρ ἐκεῖνοι ποιοῦσιν, ἄκουε συνετῶς) βάλλουσιν ἄγκιστρον εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ὅταν αἴσθωνται ὅτι ἰχθὺς ἐζωγρήθη, οὐκ εὐθὺς ἀνασπῶσιν αὐτὸν, ἀλλ' ἐνδιδόασι κατὰ μικρὸν, ἵνα ἐκεῖνος τελείως καταπίῃ καὶ ἀμερίμνως τὸ δέλεαρ, καὶ ὅταν αἴσθησιν λάβωσιν, ὅτι εἰς τὸ βάθος τῆς καρδίας καὶ ἐν τοῖς ἐγκάτοις ἐδέξατο τὸ ἄγκιστρον, τότε μᾶλλον μετὰ ἐπιτάσεως τὸν ἰχθὺν ἀνασπῶσιν οἱ πρότερον αὐτῷ συγκαταβεβηκότες· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τῇ γυναικὶ πεποίηκεν. Οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἀπεκάλυψεν αὐτῇ τῆς θεότητος τὸ κάλλος, οὐδὲ μεγάλων ἀγαθῶν ἐπαγγελίας αὐτῇ δέδωκε, οὐδὲ τὸν Ἰακὼβ ὡς ποιήσας αὐτὸν ἐξῆγγειλεν· ἀλλὰ τὴν ὄρεξιν τῆς ψυχῆς αὐτῆς εἰς ἐπιθυμίαν διεγείρει, λέγων πρὸς αὐτήν· *Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου διψήσει πάλιν· ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλὰ τὸ ὕδωρ, ὃ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται ἐν αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.* Κατέλιπε τῶν προσώπων τὴν πάλην, καὶ λοιπὸν εἰς τὴν τῶν χαρισμάτων ἀφθονίαν ἦλθε [e], μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ἐκείνων ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος τὴν ὑπεροχὴν δείκνυσι. Τί οὖν ἡ γυνή; *Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχομαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.* Εἶδες; πῶς ἐπίστευσε ταχέως, ὅτι τὸ παρὰ τοῦ Χριστοῦ διδόμενον ὕδωρ δίψαν οὐκ ἔτι ἐργάζεται; *Κύριε, δός μοι τοῦτο τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν.* Διήγειρεν αὐτὴν κατ' ὀλίγον εἰς ἐπιθυμίαν τῶν πνευματικῶν αὐτοῦ ὁ Χριστὸς ναμάτων. [57] Ἐπίστευσεν, ὅτι ἔστιν ὕδωρ πινόμενον, καὶ δίψαν οὐκ ἐργαζόμενον· μεταλαμβανόμενον, καὶ ἁμαρτημάτων ἐξαφανίζον τὸ χειρόγρα-

[a] Savil. λαβεῖν. [b] Τῷ κόσμῳ deest in quibusdam. [c] Savil. et alii ταῖς πορνείαις. [d] Sic Savil. Legebatur καὶ φαινομένων. Edit. [e] Sic Savil. et mss. Morel. ἐχώρησε.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

spiritualia : vos emite ; nam ego redemi. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum* (*Gal.* 3. 13), inquit vas electionis, Paulus : per aquas hanc spiritualem piscaturam venari volo. Didicisti cur locus notatus sit, et hora, et discipulorum absentia. Itaque operæ pretium est, ut deinceps ea quæ sequuntur, aggrediamur. *Venit mulier de Samaria haurire aquam.* Venit Samaritana, ut aquam hauriret, hora sexta, cum ab opificio telæ conquievisset, ad aquandum hora intermissionis a labore, atque, ut sæpe dictum est, hora sexta : quandoquidem et cum Eva mandatum in paradiso transgressa est, hora erat quasi sexta : ideoque Samaritana salutem consequuta est in fonte eadem sexta hora. Deinde vero Samaritana venit, ut aquam hauriret : et Jesum tamquam hospitem quemdam vidit, ac solum tamquam viatorem, qui levare vellet æstum, et juxta fontem sederet. Vidit hominem contemptum, nec illum magni fecit. At ipse Deus qui cuncta novit, priusquam in lucem edantur, fidei thesaurum contemplans *Da mihi bibere*, inquit. Fons vitæ, juxta fontem sedens bibere poscit, non bibere volens, sed dare potum. *Da mihi bibere*, ut tibi dem bibendam aquam immortalitatis. Ego enim salutem mortalium sitio ; non ut bibam, sed ut potum præbeam. Patrem imitor meum : sic enim ait Deus ad Abraham : Da mihi filium tuum ; offer mihi filium tuum Isaac dilectum, unigenitum, in holocaustum, super unum montium, quem ostendero tibi (*Gen.* 22. 2). Non quod accipere filium vellet, id dixit ; sed quod proprium Filium orbi terrarum largiri vellet.

2. Nam, ut ait tonitrui filius divinus Joannes : *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret : ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam* (*Joan.* 3. 16). Da mihi unigenitum, ut mundo largiar Unigenitum : immola filium, non ut immoles, sed ut Filium meum unigenitum immolem pro salute mundi, hostiam viventem, placentem, sanctam (*Rom.* 12. 1). Ita hic quoque, *Da mihi bibere*, non ut bibam, sed ut potum præbeam. *Dicit ei mulier : Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana ? non enim coutuntur Judæi Samaritanis.* Acuta mulier : in his meretrix laudem quærit ; in his meretrix observationem præ se fert legis. Tale Samaritanorum est genus : in scortationibus polluitur, et in baptismatibus purgari se arbitratur. *Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana ? non enim coutuntur Judæi Samaritanis.* Animam sordibus replent, et corpus videntur abstergere. Sic et Samaritana cum animam scortationibus inquinatam habeat, de aquarum potu litigat. Quid ergo Jesus ? Illam a se non repulit, non dixit : Ego Deus ex Deo sum ; ego cælum firmavi, terramque fundavi ; et tu mecum de aquis et potu litigas, atque adeo mulier commaculata peccatis ? sed quid ? *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam* (*Joan.* 4. 10). Vides, ut paulatim amorem ejus ad cupiditatem excitarit, dicens : *Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi : Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam ?* Quid ergo rursus ad eum mulier ? *Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est ; unde ergo habes aquam vivam ? Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus* (*Ibid. v.* 11. 12) ? Magnam conceperat opinionem de patriarcha Jacob mulier (attendite quæso diligenter) : magna in existimatione erat apud mulierem Samaritanam, eumque plurimi faciebat, tamquam patriarcham, tamquam justum : quandoquidem hic duodecim patriarcharum fuerat pater ; duodecim enim tribus Israel ex Jacob proseminatæ sunt. Neque ob id solum, sed quoniam et cum Deo luctatus est, et potens inventus est : sic ut ei diceret Deus : *Dimitte me ; jam enim ascendit aurora* (*Gen.* 32. 26). Et cum homine luctans aiebat Deus : Dimitte me, quia meus amicus es, et ascendit aurora. Tum ille : *Non te dimittam, nisi me benedixeris.* Quid hoc sibi vult, et quænam tandem est hæc Dei cum homine lucta, nisi quod nostræ similem propter nos carnem induturus erat ? Quid ergo illi respondit Deus ? Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum : quoniam invaluisti cum Deo et cum hominibus potens eris. Magnam igitur opinionem conceperat de patriarcha mulier ; idcirco Domino dicebat : *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus, et pecora ejus ?* Quid ergo Christus ? Animadverte Domini sapientiam : vide Magistri benignitatem. Non dixit illi : Sic est, ego patre vestro Jacob major sum : neque dixit ei, sicut Judæis dixit : *Antequam Abraham fieret, ego sum* (*Joan.* 8. 58) ; vel rursus ut dicebat : *Amen dico vobis quia multi reges et justi cum prophetis cupierunt videre quæ vos videtis, et non viderunt* (*Matth.* 13. 17). Nihil horum dixit mulieri, sed luctam inhibet cum patriarcha ineundam, et ex eo, quod manifestum est, validiorem pugnam reddit. Si enim dixisset illi : Sic est, ego major sum quam Jacob : nam ille quidem a me benedictionem accepit, ego vero ipsam illi præbui : fortassis illa, cum tantam capere revelationum altitudinem minime posset, statim aufugisset. Nihil igitur tale dixit illi ; sed ex iis, quæ subjecta erant oculis, rem dilucidam et inexpugnabilem reddit. Quid enim ait illi ? *Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam* (*Joan.* 4. 13. 14). Prolatæ fuerant in medium personæ Jacob et Christi, sed omissa personarum lucta, venit ad luctam aquarum, quæ videntur, ac donorum quæ non videntur. Si enim dixisset : Etiam, major sum quam Jacob ; confestim illa in urbem aufugiens abacta esset, resiliisset ante responsum, et antequam verba fecisset, ad civitatem pervenisset, dicens : Hic quidem insanit, homo est aliquis a dæmonio vexatus, furiosus est, et phrenesi laborat : cum sit unus aliquis peregrinus ac nullius pretii, majorem seipsum patre nostro dicit ; imo vero illo, qui duodecim tribuum Israel pater fuit, qui benedictiones accepit a Deo, qui pauper quidem peregre profectus est, sed ob dispensationem et providentiam, qua rexit eum Deus, opulentus reversus est : sed accommodabat se mulieri Christus, et infirmitati mulieris aliquid concedebat, ut sensim ad rerum earn graviorum sublimitatem proveheret. Nam quemadmodum piscium venatores (audi enim prudenter quid illi faciant) hamum in mare mittunt, cumque senserint captum esse piscem, non statim extrahunt illum, sed paulatim laxant, ut ille plane atque intrepide illecebram devoret ; cumque animadverterint intimis ejus præcordiis hamum ac visceribus infixum esse, tum majori cum impetu piscem extrahunt, qui prius se illi accommodaverant : ita se Christus erga mulierem gessit. Non a principio pulchritudinem illi divinitatis revelavit, neque ingentium illi bonorum promissa proposuit, neque se Jacob ipsum creasse indicavit, sed ejus appetitum animi ad cupiditatem excitat, dicens illi : *Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum : qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum : sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Personarum contentionem ac luctam omisit, et ad alteram donorum partem transiit, imo vero præstantiam illorum ex re ipsa demonstrat. Quid igitur mulier ? *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Vides, ut cito crediderit, aquam a Christo datam, ut non amplius sitiamus, efficere. *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire* (*Ibid. v.* 15). Ad spiritualium fluentorum suorum horum cupiditatem Christus eam sensim incitavit. Credidit aquam esse, quæ bibitur, et sitim non generat ; quæ participatur, et peccatorum delet chirographum. *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus : Vade, voca virum tuum, et veni huc* (*Ibid.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

v 16). Si consortem habes copulæ, fiat et consors fidei : ne spiritualium horum sola donorum gratiam accipias. *Vade, voca virum tuum, et veni huc.* Idcirco enim veni, non ut Evam solam salvam faciam per semper virginem Deique genitricem Mariam, sed etiam ut virum per me in paradisum rursus revocem. *Vade, voca virum tuum, et veni huc.* Recte quoque totius orbis doctor Paulus, dilectissimi, ex eadem regula scribens ad Corinthios dicebat : *Unde enim scis, mulier, si virum salvum facies* (1. Cor. 7. 16)? Jam vero rem propositam attingamus. *Vade, voca virum tuum, et veni huc. Dicit ei mulier, Non habeo virum* (*Joan.* 4. 17). Cœpitque deinceps aperire peccata sua mulier : cœpit deinceps confiteri, ac dicere : *Non habeo virum.* Jam enim in scortationis et luxuriæ profundo demersa sum, et virum non habeo. *Dicit ei Jesus : Bene dixisti, quia non habeo virum : quinque enim viros habuisti ; et nunc quem habes, non est tuus vir : hoc vere dixisti* (*Ibid. v.* 18). Quid autem hoc est, *Quinque enim viros habuisti ; et nunc quem habes, non est tuus vir?* Operæ pretium est dicere. Quinque viros habuit mulier, et mortui sunt : post illos scortata est ; quamobrem nemo deinceps cum illa voluit tamquam cum uxore legitima copulari. At illa cum libidinis cohibere fervorem non posset, clam deinceps eum habebat, cum quo scortabatur ; sic ut neque aperte meretrix esset neque legitime nupta, sed virum clam haberet : existimabat autem se Christum velut hominem decepturam, eique dicebat : *Non habeo virum.* Deinde Christus, qui cordis occulta cognoscit, quique novit omnia antequam fiant (*Dan.* 13. 42), ait illi : *Bene dixisti, quia non habeo virum : quinque enim viros habuisti ; et nunc quem habes, non est tuus vir : hoc vere dixisti. Dicit ei mulier : Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos Judæi dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet* (*Joan.* 4. 19. 20). Quem tandem prophetam dicis, mulier? eumne quem scripsit Moses, *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris sicut me* (*Deut.* 18. 15), an alium quempiam? hunc tu dicis, mulier, qui cordis revelat occulta? Nam cum sua revelari peccata vidisset, ait : *Domine, video quia propheta es tu :* quod perinde erat ac si diceret cum Davide : *Ab occultis meis munda me* (*Psal.* 18. 13).

3. Et sedebat cum muliere colloquens Deus. O insignem humanitatem! Qui super Cherubim sedet, cum muliere meretrice confert sermonem. *Video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.* Meretrix de dogmatibus sermonem infert, et Dominum prophetam esse arbitrata, nihil sæculare postulavit : Dominum confessa est, et pecuniarum copiam non requisivit. *Domine, video quia propheta es tu.* Dominum confessa est, et nihil præter paterna dogmata petivit. *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis locus est, ubi adorare oportet.* Etenim illo in monte Somor Abraham filium suum Isaac Deo in sacrificium obtulit : Jerosolymis vero Jacob cum in Mesopotomia ad Laban Syrum descenderet, scalam, quæ a terra in cælum extendebatur, in somnis vidit, et cum Deo luctatus est : propterea dicebat : *Deus apparuit mihi in Luza* (*Gen.* 48. 3). Idcirco mulier dogmata attingit, et ait : *Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis, quia Jerosolymis locus est, ubi adorare oportet.* Itaque Dominus cum ea quæ decebat ipsum sapientia respondet. Nam quia Judæus ab ea existimabatur, ipsa vero Samaritana erat, respondere noluit interrogationi, ut neque mentiretur, neque asperiorem mulierem redderet. Nihil quippe aliud propositum illi fuit, nisi ut mulierem venaretur, et ad salutis viam traduceret : propterea nihil asperius apud eam proloquutus est, ut neque mentiretur, neque Samaritanæ pudorem inculeret. Si enim dixisset illi Jerosolymis locum esse, ubi adorare oportet, sicut Moyses filiis Israel præcepit, ipsam exasperasset : quoniam vetus, ut diximus, ipsam opinio præoccupaverat de monte illo in Sicimis ; in eo jussum esse Abraham a Deo Isaac immolare. Rursus autem si morem illi gerere voluisset, ac dicere hunc esse montem illum ; et, Recte adoratis ; rursus falsum verbum protulisset. Idcirco ergo utrumque in terram abjiciens, mulierculam ad eam, quæ paulo magis spiritualis erat, adorationem quasi manu ducit, aitque : *Mulier, crede mihi dicenti, quia venit hora, et nunc est, quando neque in monte hoc, neque Jerosolymis adorabunt Patrem : sed veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus : et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare* (*Joan.* 4. 21 - 24). Vidisti doctrinam optimam? vidisti doctoris industrii sapientiam? *Mulier, crede mihi dicenti.* Vide quomodo conciliat fidem mulieris ; vide quomodo sensim animam ejus in cælum evehit : non erubescit amictum meretricis, sed salutem animæ promovet. Quid ita? Quia non venit vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam (*Luc.* 5. 32) : quia propter ovem, quæ perierat, minime deserto sinu Patris, ad nos inclinatis cælis descendit, et perfectus homo factus est, simulque quod erat permansit. *Mulier, crede mihi dicenti, quia venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus; et qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare.* Non circumscribitur loco adoratio Dei, sed undiquaque diffusa est gratiæ divinæ cognitio : non jam amplius Judæi et Samaritani ad se legis insignia rapiunt. *Nam eos, qui adorant Deum, in spiritu et veritate oportet adorare.* Non amplius in alienis holocaustis, et vitulis, et arietibus ; non amplius circumcisio et sabbati observatio ; non amplius templum, et altare, et hircus emissarius, et sancta sanctorum ; non amplius umbra, et cultus, et sabbata ementita. *Neomenias enim vestras et sabbata*, inquit Deus per prophetam, *et diem magnum non fero : jejunium et otium, et solemnitates vestras odit anima mea. Nam eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare* (*Isai.* 1. 13. 14). Omnia illa velut umbra præterierunt ; vetera transierunt ; ecce nova facta sunt omnia. Commutata est deinceps rerum gratia ; non amplius secundum legem unum in locum eos, qui Deum adorant, congregari sino ; quippe qui velim omnem in terrarum orbem salutis dona diffundere. *In omnem* enim *terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum* (*Rom.* 10. 18). *Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier : Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus : cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia* (*Joan.* 4. 25). O meretricem de spiritualibus philosophantem! o meretricem Scripturas sacras in ore habentem! Etsi enim corpore sordibus scortationis cooperta est, animo tamen sacrarum literarum prænuntiatione et lectione purgata est. *Scio quia Messias venit.* Messias vero, si interpretari velis, est Unctus. Propterea mulier, Exspecto, inquit, unctum, cujus caro divinitate ungetur [1]. *Cum ergo venerit ille, annuntiabit nobis omnia.* O profectum spiritualem! o mulierem meretricem, et omnia scientem! Vide quo pacto a terrenis ad cælos evolarit. Messiam dicit eum qui mittebatur, Christum, qui exspectabatur, qui ad mundi totius salutem procurandam veniebat : et rursus prophetam, rursusque Dominum, non amplius Judæum ipsum vocat, non amplius de aquæ largitione disceptat, non amplius illi dicit : *Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coutuntur Judæi Samaritani :* quid igitur? *Domine, video quia propheta es tu :* et rursus attingens dogmata, *Patres nostri in monte hoc adoraverunt, et vos dicitis quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.* Vide, quomodo spiritualium donorum gratiam rapiat : vide, quomodo cuncta

[1] Hæc, *cujus caro divinitate ungetur*, desunt in quibusdam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φων. *Κύριε, δός μοι τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ διψῶ, μηδὲ ἔρχωμαι ἐνθάδε ἀντλεῖν. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.* Εἰ κοινωνὸν, φησὶν, ἔχεις τῆς μίξεως, κοινωνὸς γενέσθω καὶ τῆς πίστεως· μὴ μόνη λάμβανε τὴν δωρεὰν τῶνδε τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων. *Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.* Διὰ γὰρ τοῦτο παρεγενόμην, οὐχ ἵνα μόνην τὴν Εὔαν σώσω διὰ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας καὶ θεοτόκου, ἀλλ' ἵνα καὶ τὸν ἄνδρα δι' ἐμοῦ εἰς τὸν παράδεισον πάλιν ἀνακαλέσωμαι. *Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε.* Καλῶς, ἀγαπητοὶ, καὶ ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος Παῦλος τῷ αὐτῷ κανόνι Κορινθίοις γράφων ἔλεγε· *Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις;* Τέως δὲ τῶν προκειμένων ἀψώμεθα. *Ὕπαγε, φώνησον τὸν ἄνδρα σου, καὶ ἐλθὲ ἐνθάδε. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, Οὐκ ἔχω ἄνδρα.* Καὶ ἤρξατο λοιπὸν ἡ γυνὴ τὰς ἑαυτῆς ἁμαρτίας ἀνακαλύπτειν· ἤρξατο λοιπὸν ἐξομολογεῖσθαι, καὶ λέγειν, *Οὐκ ἔχω ἄνδρα.* Καὶ γὰρ λοιπὸν τῷ τῆς πορνείας καὶ τῷ τῆς ἀσωτίας κατεβαπτίσθην βυθῷ, καὶ ἄνδρα οὐκ ἔχω. *Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Καλῶς εἶπας, ὅτι Ἄνδρα οὐκ ἔχω· πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν, ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας.* Τί δέ ἐστι τοῦτο, τὸ *Πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν, ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ;* Ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Ἡ γυνὴ πέντε ἄνδρας ἔσχεν, καὶ ἐτελεύτησαν· μετ' ἐκείνους δὲ ἐπόρνευσεν· ὅθεν οὐδεὶς αὐτῇ λοιπὸν ὡς γυναικὶ νομίμῃ προσεγγίζειν ἐβούλετο. Ἐκείνη δὲ μὴ φέρουσα χαλινώσαι τῆς ἡδονῆς τὰ κύματα, λαθραίως εἶχε λοιπὸν τὸν πορνεύοντα μετ' αὐτῆς· καὶ οὐκ ἦν οὐδὲ πόρνη περιφανὴς, οὔτε νομίμη· εἶχεν δὲ ἄνδρα λαθραίως· ἐνόμιζε δὲ ὡς ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν παρακρούεσθαι, καὶ ἔλεγεν αὐτῷ, *Οὐκ ἔχω ἄνδρα.* Εἶτα ὁ Χριστὸς, γινώσκων τὰ κρύφια τῆς καρδίας, καὶ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, λέγει αὐτῇ· *Καλῶς εἶπας, ὅτι Ἄνδρα οὐκ ἔχω· πέντε γὰρ ἄνδρας ἔσχες, καὶ νῦν ὃν ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκας. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ· Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς δὲ λέγετε ὁ τόπος ἐν Ἰερουσαλὴμ ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Ποῖον προφήτην λέγεις, ὦ γύναι; ὃν ὁ Μωϋσῆς ἔγραψεν, ὅτι *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ,* ἢ ἕτερόν τινα; τοῦτον σὺ λέγεις, γύναι, τὸν ἀποκαλύπτοντα τὰ κρύφια τῆς καρδίας; Καὶ γὰρ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἁμαρτημάτων παρὰ τοῦ Δεσπότου λαβοῦσα, λέγει· *Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ.* Ταὐτὸν ἦν αὐτὴν τὸ τοῦ Δαυὶδ εἰπεῖν· *Ἔκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με.*

γ'. Καὶ ἐκάθητο ὁ Θεὸς, ὁμιλῶν τῇ γυναικί. Ὦ πολλῆς φιλανθρωπίας· ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ πόρνῃ γυναικὶ διαλέγεται. *Θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἰερουσαλὴμ ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Ἡ πόρνη περὶ δογμάτων εἰσάγει λόγον, καὶ νομίσασα τὸν Δεσπότην εἶναι προφήτην, οὐδὲν ἤτησε βιωτικόν· Κύριον ὡμολόγησε, καὶ χρημάτων περιουσίαν οὐκ ἐπεζήτησε. *Κύριε, θεωρῶ ὅτι προφήτης εἶ σύ.* Κύριον ὡμολόγησε, καὶ οὐδὲν ἤτησε πλέον τῶν πατρικῶν δογμάτων. *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐν Ἰερουσαλὴμ ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Καὶ [a] γὰρ ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ τῷ Σώμωρ ὁ Ἀβραὰμ τὸν ἴδιον υἱὸν Ἰσαὰκ εἰς θυσίαν ἀνήνεγκε τῷ Θεῷ, ἐν δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ὁ Ἰακὼβ ἐν Μεσοποταμίᾳ κατερχόμενος πρὸς Λάβαν τὸν Σύρον, τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως οὐρανοῦ κλίμακα τεταμένην κατὰ τοὺς ὕπνους κατεῖδε, καὶ τὴν πάλην τὴν μετὰ τοῦ Θεοῦ ἐπάλαισε· διὸ καὶ ἔλεγεν· *Ὁ Θεὸς ὤφθη μοι ἐν Λούσῳ.* Διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ δογμάτων ἅπτεται, καὶ φησι· *Κύριε, θεωρῶ,* [58] *ὅτι προφήτης εἶ σύ. Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἰερουσαλὴμ ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Τί οὖν ὁ Κύριος; Πάλιν μετὰ τῆς πρεπούσης αὐτῷ σοφίας ἀποκρίνεται. Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαῖος ἐνομίζετο παρ' αὐτῆς, αὐτὴ δὲ Σαμαρεῖτις ἦν, οὐκ ἠθέλησε πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρίνασθαι, ἵνα μήτε διαψεύσηται, μήτε τὴν γυναῖκα σκληροτέραν ἀπεργάσηται. Οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ ἄλλο τι τὸ κατασκευαζόμενον, ἀλλὰ θηρεῦσαι τὸ γύναιον πρὸς τὴν τῆς σωτηρίας ὁδὸν ἐπεζήτει· καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲν σκληρότερον πρὸς αὐτὴν λέγει, ἵνα μήτε διαψεύσηται, μήτε καταισχύνῃ τὴν Σαμαρεῖτιν. Εἰ γὰρ εἶπεν αὐτῇ, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν, καθὼς προσέταξε Μωϋσῆς τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, σκληροτέραν ἂν αὐτὴν ἀπειργάσατο· ἐπειδὴ, ὡς εἰρήκαμεν, παλαιὰν εἶχεν ὑπόληψιν περὶ τοῦ ὄρους τοῦ ἐν Σικίμοις, ὅτι ἐν αὐτῷ θυσιάζειν ὁ Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ προσετέτακτο παρὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ πάλιν, εἰ ἠθέλησεν αὐτῇ συγκαταβῆναι, καὶ εἶπεῖν, ὅτι Τοῦτό ἐστι τὸ ὄρος, καὶ καλῶς προσκυνεῖτε, πάλιν ψευδὴς τὸ ῥῆμα προεβάλλετο. Διὰ τοῦτο οὖν ἀμφότερα χαμαὶ καταλιπὼν ἐπὶ τὴν πνευματικωτέραν προσκύνησιν χειραγωγεῖ τὸ γύναιον, καὶ φησι· *Γύναι, πίστευσόν μοι λέγοντι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οὔτε ἐν τῷ ὄρει τούτῳ, οὔτε ἐν Ἱεροσολύμοις προσκυνήσουσι τῷ Πατρί· ἀλλ' οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.* Εἶδες διδασκαλίαν ἀρίστην, εἶδες εὐμηχάνου Διδασκάλου σοφίαν; *Γύναι, πίστευσόν μοι λέγοντι.* Βλέπε, πῶς καταρτίζει τὴν πίστιν τῆς γυναικός· βλέπε, πῶς τὴν ψυχὴν αὐτῆς κατ' ὀλίγον εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνακουφίζει, οὐκ αἰσχυνόμενος τὸ τῆς πόρνης περιβόλαιον, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὴν σωτηρίαν διακονῶν [b]. Διά τί; Ἐπειδὴ οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· ἐπειδὴ διὰ τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον, μὴ κενώσας τοὺς κόλπους τοὺς πατρικοὺς, πρὸς ἡμᾶς καταβέβηκε, κλίνας οὐρανοὺς καὶ ἄνθρωπος τέλειος γέγονεν, ὅπερ ἦν μεμενηκώς. *Γύναι, πίστευσόν μοι, ὅτι ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ. Καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ τοιούτους ζητεῖ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτόν. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.* Οὐ περιγράφεται τόπῳ ἡ τοῦ Θεοῦ προσκύνησις, ἀλλ' ἐξεφήλωται πανταχοῦ τῆς θείας χάριτος ἡ ἐπίγνωσις· οὐκ ἔτι Ἰουδαῖοι καὶ Σαμαρεῖται ἁρπάζουσι πρὸς ἑαυτοὺς τοῦ νόμου τὰ σύμβολα. *Καὶ γὰρ τοὺς προσκυνοῦντας τὸν Θεὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, δεῖ προσκυνεῖν.* Οὐκ ἔτι ἐν ἀλλοτρίοις ὁλοκαυτώμασι, καὶ μόσχοις, καὶ κριοῖς· οὐκ ἔτι περιτομὴ, καὶ σαββάτου φυλακή· οὐκ ἔτι ναὸς, καὶ βωμὸς, καὶ τράγος ἀποπομπαῖος, καὶ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· οὐκ ἔτι σκιὰ, καὶ λατρεία, καὶ σάββατα διεψευσμένα. *Τὰς γὰρ νεομηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα,* φησὶν ὁ Θεὸς διὰ προφήτου, *καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι· νηστείαν καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου. Τοὺς προσκυνοῦντας γὰρ αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.* Παρελήλυθεν ἐκεῖνα πάντα ὡς σκιά· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. Μετεστράφη λοιπὸν τῶν πραγμάτων [c] ἡ χάρις· οὐκ ἔτι κατὰ τὸν νόμον εἰς ἕνα τόπον τοὺς προσκυνοῦντας τῷ Θεῷ συγκροτεῖσθαι συγχωρῶ· εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν οἰκουμένην ἐφαπλῶσαι βούλομαι τὰ τῆς σωτηρίας χαρίσματα. *Εἰς πᾶσαν γὰρ τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· Οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀπαγγελεῖ ἡμῖν πάντα.* Ὦ πόρνης πνευματικὰ φιλοσοφούσης· ὦ πόρνης τὰς θείας Γραφὰς ἐπὶ στόματος φερούσης. Κἂν γὰρ τῷ σώματι βεβάπτισται τῇ τῆς πορνείας ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἡ ψυχὴ κεκαθάρισται τῇ [59] τῶν θείων Γραφῶν ἐπαγγελίᾳ καὶ ἀναγνώσει. *Οἶδα ὅτι Μεσσίας ἔρχεται.* Μεσσίας δὲ ἑρμηνεύεται Ἠλειμμένος. Διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ, Προσδοκῶ, φησὶ, τὸν Ἠλειμμένον, οὗ ἡ σὰρξ ἀλειφθήσεται τῇ θεότητι [d]. *Ἐκεῖνος ὅταν ἔλθῃ, ἀπαγγελεῖ ἡμῖν πάντα.* Ὦ προκοπῆς πνευματικῆς, ὦ γυναικὸς πόρνης καὶ πάντα εἰδυίας. Βλέπε πῶς ἀπὸ τῶν καταχθονίων εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνεπτερώθη. Μεσσίαν λέγει τὸν ἀποστελλόμενον, τὸν προσδοκώμενον Χριστὸν,

[a] Hæc usque ad sequens προσκυνεῖν, desunt in Savil. et in duobus mss.

[b] Sic Morel. et duo mss. Savil. et unus ἀκονῶν. [c] Savil. et unus γραμμάτων. [d] Hæc, οὗ ἡ σὰρξ ἀλειφθήσεται τῇ θεότητι, desunt in quibusdam.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ παντὸς τοῦ κόσμου ἐρχόμενον, καὶ πάλιν προφήτην, καὶ πάλιν Κύριον· οὐκ ἔτι καλεῖ αὐτὸν Ἰουδαῖον, οὐκ ἔτι διακρίνεται περὶ τὴν δόσιν τοῦ ὕδατος, οὐκ ἔτι λέγει πρὸς αὐτόν· *Πῶς σὺ, Ἰουδαῖος ὤν, παρ' ἐμοῦ πιεῖν αἰτεῖς, οὔσης γυναικὸς Σαμαρείτιδος; οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις*· ἀλλά τί; *Κύριε, θεωρῶ, ὅτι προφήτης εἶ σύ*· καὶ πάλιν ἀπτομένη δογμάτων· *Οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τῷ ὄρει τούτῳ προσεκύνησαν, καὶ ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐν Ἱεροσολύμοις ἐστὶν ὁ τόπος, ὅπου δεῖ προσκυνεῖν.* Βλέπε, πῶς ἁρπάζει τὴν δωρεὰν τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων· βλέπε, πῶς ἅπαντα μετὰ Γραφικῆς ἀποδείξεως λέγει. *Οἶδα, ὅτι Μεσσίας ἔρχεται, ὁ λεγόμενος Χριστός· ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα.* Ἐκεῖνον ζητῶ, ἐκεῖνον προσδοκῶ, ἐκεῖνον ἐκδέχομαι. *Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.* Ὦ μεγάλων καὶ παραδόξων θαυμάτων· ὁ πολλοὺς τῶν ἀποστόλων οὐκ ἀπεκάλυψε, τοῦτο τῇ πόρνῃ φανερῶς ἀποκαλύπτει.

δ'. Ἐπὶ τοῦ Κλεώπα ἑαυτὸν τοῖς ἀποστόλοις οὐκ ἀπεκάλυψεν· ἀλλ' ὅτε διήνοιξεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, τότε ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, ὡς καὶ τοὺς μαθητὰς εἰπεῖν, ὅτι *Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν ἡμῖν, ὡς ἐλάλει ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς Γραφάς;* Ἐκείνοις ἑαυτὸν οὐκ ἀπεκάλυψε, καὶ τῇ γυναικὶ λέγει· *Ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.* Ὃ ἐποίησε Παύλῳ μόνῳ, τῷ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀνελθόντι, τῷ ἁρπαγέντι εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἄῤῥητα ῥήματα ἀκούσαντι, τῷ τὴν οἰκουμένην σαγηνεύσαντι, τοῦτο προλαβὼν καὶ τῇ Σαμαρείτιδι πεποίηκεν. Παύλῳ σαφῶς ἀπεκάλυψεν ἐξ οὐρανοῦ λέγων· *Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις; Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Ὁ δὲ Σαῦλος ἀπεκρίθη λέγων· Τίς εἶ, Κύριε; Ὁ δὲ ἀπεκρίθη· Ἐγώ εἰμι Ἰησοῦς Χριστὸς, ὃν σὺ διώκεις.* Τοῦτο δὲ νῦν τῇ Σαμαρείτιδι λέγει· *Ἐγώ εἰμι, ὁ λαλῶν σοι.* Ἐπὶ τούτοις ἔρχονται οἱ μαθηταὶ, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν ὁμιλοῦντα τῇ γυναικί· *Καὶ ἐθαύμασαν, ὅτι μετὰ γυναικὸς ἐλάλει.* Ὁ παρὰ τῶν ἀγγέλων προσκυνούμενος, μετὰ πόρνης διελέγετο· ὁ μετὰ τοῦ Πατρὸς συμβασιλεύων βασιλείαν τὴν ἀτελεύτητον, μόνος πρὸς μόνην τὴν γυναῖκα ὡμίλει. Ἀλλ' ἐκείνη τὴν ὑδρίαν ἀφεῖσα, εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν. Ἀφῆκε τὴν ὑδρίαν, ἐπειδὴ ἐνεπλήσθη τῶν ζώντων ὑδάτων, καὶ εἰσελθοῦσα πρὸς τοὺς πολίτας, ἐβόα· *Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον.* Οὐκ εἶπε, Δεῦτε, βλέπετε Θεὸν ἐν ἀνθρώποις, ἵνα μὴ τοῖς ἀνθρώποις δόξῃ παραφρονεῖν, ἵνα μὴ εἴπωσιν ἄνθρωποι, Αὕτη μαίνεται. Πότε γὰρ εἶδέ τις Θεὸν περιπατοῦντα; πότε τις εἶδε Θεὸν μετ' ἀνθρώπων συναναστρεφόμενον; *Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα.* Διεγείρει αὐτοὺς πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξελθεῖν, καὶ θηρευθῆναι· ὡς ἐσαγηνεύθη, σαγηνεύει· ἀπὸ Ἰουδαίου εἰς Κύριον προέκοπτεν αὐτὴ, ἀπὸ ἀνθρώπου εἰς Θεὸν χειραγωγεῖ. Ὦ πόρνης ἀποστολικῆς· ἡ πόρνη γέγονε τῶν ἀποστόλων δυνατωτέρα. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι μετὰ τὸ πληρωθῆναι πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν, τότε τῶν ἀποστολικῶν ἤρξαντο κηρυγμάτων [a]· ἡ δὲ πόρνη καὶ πρὸ τοῦ Πάθους καὶ τῆς οἰκονομίας καὶ τῆς ἀναστάσεως τὸν Χριστὸν εὐαγγελίζεται. *Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα.* Στηλιτεύω τὰ ἐμὰ ἁμαρτήματα, ἵνα ὑμᾶς χειραγωγήσω· ἵνα ὑμεῖς ἴδητε Θεὸν πρὸς ἀνθρώπους παραγενόμενον, ἐκπομπεύω μου τὰ κακά· καὶ προσκυνείσθω Χριστὸς ὁ τοὺς ἁμαρτωλοὺς μὴ βδελυττόμενος. *Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα· μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός;* Βλέπε σοφίαν γυναικὸς, βλέπε πόρνης εὐγνωμοσύνην. Ἐν ἁμάρτημα εἶπεν αὐτῇ ὁ Χριστὸς μόνον τὸ τῆς πορνείας, κἀκεῖνη ἀφεῖσα τὴν ὑδρίαν, ἔδραμεν εἰς τὴν πόλιν, λέγουσα· *Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα.* Κηρύττει τὸν εἰδότα τὰ πάντα, κηρύττει τῶν ἀποστόλων ἰσχυρότερα. Οὐκ εἶδεν αὐτὸν ἐκ τῶν νεκρῶν ἐγειρόμενον, οὐκ εἶδε τετραήμερον Λάζαρον ἐκ τοῦ τάφου ἀνακαλούμενον, οὐκ εἶδε θάνατον κλειόμενον, οὐκ εἶδε θάλασσαν τῷ ῥήματι χαλινουμένην, οὐκ εἶδε τὸν πλάσαντα τὸν Ἀδὰμ, ἐπὶ τοῦ τυφλοῦ τὸ ἐλλεῖπον τῆς δημιουργίας πηλῷ προσαναπληροῦντα, καὶ τὸν ἐν παραδείσῳ κεραμέα διὰ τὸν λόγον ἀνακηρύττουσα ἦν. *Δεῦτε, ἴδετε ἄνθρωπον, ὃς εἶπέ μοι ἅπαντα ὅσα ἐποίησα.* [60] *Ἐκ δὲ τῆς πόλεως ἐκείνης τῶν Σαμαρειτῶν πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν διὰ τὸν λόγον τῆς γυναικὸς μαρτυρούσης, ὅτι Εἶπέ μοι πάντα, ὅσα ἐποίησα.* Μιμησώμεθα τὴν γυναῖκα ταύτην τὴν Σαμαρεῖτιν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι μὴ αἰσχυνώμεθα, ἀλλὰ φοβώμεθα τὸν Θεόν. Νῦν δὲ τὸ ἐναντίον ὁρῶ γινόμενον· τὸν μὲν γὰρ μέλλοντα κρίνειν ἡμᾶς οὐ δεδοίκαμεν, τοὺς δὲ οὐδὲν ἡμᾶς παραβλάπτοντας, τούτους φρίττομεν, καὶ τὴν παρ' αὐτῶν αἰσχύνην δεδοίκαμεν· διὰ ποῦτο ἐν οἷς δεδοίκαμεν, ἐπὶ τούτων διδόαμεν τὴν τιμωρίαν. Ὁ γὰρ ἐπαισχυνόμενος ἀνθρώπῳ ἀποκαλύψαι τὰ ἁμαρτήματα, Θεοῦ δὲ ὁρῶντος μὴ αἰσχυνόμενος πρᾶξαι, μηδὲ θέλων ὁμολογῆσαι, καὶ μετανοῆσαι, ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐνώπιον ἑνὸς καὶ δύο, ἀλλὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὀρώσης παραδειγματίζεται. Διαλεχθῶμεν οὖν τῷ Χριστῷ· καὶ γὰρ καὶ νῦν μέσος ἡμῶν ἕστηκε, καὶ διὰ τῶν προφητῶν, καὶ διὰ τῶν ἀποστόλων ἡμῖν φθεγγόμενος. Ἀκούσωμεν τοίνυν, καὶ πεισθῶμεν αὐτῷ. Μέχρι τίνος ζῶμεν εἰκῇ καὶ μάτην; Ὅταν γὰρ τὸν δοθέντα ἡμῖν χρόνον ἀναλώσωμεν εἰς οὐδὲν, ἀπελευσόμεθα δίκην δώσοντες τὴν ἐσχάτην τῆς ἀκαίρου δαπάνης. Διὰ τοῦτο γὰρ ἤγαγεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς εἰς τὸν παρόντα βίον, καὶ ψυχὴν ἐνέπνευσε λογικὴν, οὐχ ἵνα τῷ παρόντι βίῳ χρησώμεθα μόνον, ἀλλ' ἵνα πρὸς τὴν μέλλουσαν ζωὴν πάντες πραγματευσώμεθα. Τὰ γὰρ ἄλογα μόνῳ τῷ παρόντι χρήσιμα βίῳ· ἡμεῖς διὰ τοῦτο ψυχὴν ἀθάνατον ἔχομεν, ἵνα πρὸς τὴν ἐκεῖ ζωὴν πάντα πράξωμεν, ἵνα ἐκεῖ λάμψωμεν, ἵνα μετὰ ἀγγέλων χορεύσωμεν, ἵνα τῷ βασιλεῖ παριστώμεθα διὰ παντὸς ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἀκηράτοις. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀθάνατος γέγονεν ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἔσται πάλιν. Ἐὰν δὲ τῇ γῇ προσηλωμένος ᾖς, τῶν οὐρανίων προκειμένων, ἐννόησον, ὅση γίνεται ὕβρις εἰς τὸν δωρούμενον, ὅταν ἐκεῖνος τὰ ἄνω σοι προτείνῃ, σὺ δὲ οὐ πολὺν αὐτῶν ποιούμενος λόγον, τὴν γῆν αὐτῶν ἀνταλλάσσῃ. Διὰ ταῦτα καὶ γέενναν ἠπείλησεν, ἅτε καταφρονούμενος, ἵνα μάθῃς ἐντεῦθεν, ὅσων ἀποστερεῖς σεαυτὸν καλῶν. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο πεῖραν λαβεῖν τῆς κολάσεως ἐκείνης· ἀλλ' εὐαρεστήσαντες ἡμῖν τῶν αἰωνίων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Alii πραγμάτων.

ADMONITIO

[61] Hanc homiliam inter spuria ablegarunt Fronto Ducæus et Savilius, aliique quotquot de illa sententiam tulerunt : et jure quidem. Stylus enim toto cœlo differt a Chrysostomi dicendi genere. Non assentimur autem nupero cuidam scriptori, qui hanc Joanni nostro falso adscriptam homiliam, ut et alias bene multas, Severiano Gabalorum episcopo sine ulla auctoritate adscribit ; nam meo quidem judicio non minus a Severiano in dicendi genere differt, quam a Chrysostomo. Severiani namque stylus strigosus est atque

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

depromptis ex Scriptura demonstrationibus firmet. *Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus; cum venerit ille, annuntiabit nobis omnia.* Illum quæro, illum præstolor, illum exspecto. *Dicit ei Jesus, Ego sum, qui loquor tecum* (*Ibid. v.* 26). O magna et incredibilia miracula! Quod multis ex apostolis non revelavit, hoc meretrici palam revelat.

4. Cum Cleophæ apparuit, seipsum apostolis non manifestavit; sed cum oculos illorum aperuit, tunc ex ipsorum conspectu ablatus est : ita ut dicerent discipuli : *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in via, dum aperiret nobis Scripturas* (*Luc.* 24. 32)? Seipsum illis non revelavit, et mulieri dicit : *Ego sum, qui loquor tecum.* Quod soli Paulo fecit, qui ad tertium usque cælum ascendit, qui raptus est in paradisum, et audivit arcana verba, qui terrarum orbem sagena cepit, hoc multo ante Samaritanæ fecit. Paulo se manifeste revelavit e cælo dicens : *Saule, Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Saulus vero respondit, dicens : Quis es, Domine? Tum ille respondit : Ego sum Jesus Christus, quem tu persequeris* (*Act.* 9. 4. 5). Hoc et nunc Samaritanæ dicit : *Ego sum, qui loquor tecum.* Interea veniunt discipuli, et cum muliere colloquentem offendunt : *Ac mirati sunt quia cum muliere loquebatur* (*Joan.* 4. 27). Qui ab angelis adoratur, cum meretrice colloquebatur : qui cum Patre regnat in æterno regno, solus cum sola sermonem conferebat. At illa, relicta hydria sua, civitatem ingressa est (*Ibid. v.* 28). Reliquit hydriam, postquam aquis vivis expleta fuit, et ad cives ingressa clamabat : *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci : numquid ipse est Christus* (*Ibid. v.* 2. 9)? *Venite, videte hominem.* Non dixit : Venite, cernite Deum inter homines : ne hominibus videretur delirare : ne dicerent homines, Hæc insanit. Quando enim vidit quis Deum ambulantem? quando vidit quis Deum cum hominibus conversari? *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci.* Excitat eos ad cupiditatem ut egrederentur, et venatu caperentur : ut retibus capta est, ita retia tendit : a Judæo ad Dominum progressum fecit ista; ab homine ad Deum manu ducit. O meretricem apostolicam! Meretrix apostolis potentior evasit. Siquidem apostoli, postquam omnis Domini dispensatio completa fuit, tum demum apostolicam prædicationem aggressi sunt (*a*) : at meretrix etiam ante passionem et dispensationem et resurrectionem, Christum evangelizat. *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci :* Mea peccata divulgo, ut vos manu ducam : ut vos Deum, qui ad homines venit, cernatis, mala mea publico : Christus adoretur, qui peccatores non aversatur. *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci : numquid ipse est Christus?* Vide mulieris sapientiam; vide meretricis probitatem. Unum ei tantum dixit scortationis peccatum Christus, et illa relicta hydria cucurrit ad urbem, dicens : *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci.* Prædicat eum qui novit omnia, vel ipsis apostolis prædicat vehementius. Non vidit illum a mortuis excitatum, non vidit Lazarum quatriduanum e monumento evocatum, non vidit mortem conclusam, non vidit mare verbo frenatum, non vidit eum, qui Adam formaverat, creationis defectum in cæco luto adimplentem, et illum in paradiso Figulum sermone prædicabat. *Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci. Ex civitate autem illa Samaritanorum multi crediderunt in eum propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia, quæcumque feci* (*Ibid. v.* 39). Imitemur et nos hanc mulierem Samaritanam, et ob propria peccata non erubescamus, sed Deum timeamus. Jam vero contrarium fieri video : nam eum, qui nos judicaturus est, non reformidamus; eos vero, qui nullatenus nos lædunt, perhorrescimus, et ignominiam ab ipsis inurendam reformidamus : quapropter in iis quæ timemus, pœnam sustinemus. Qui enim homini detegere peccata erubescit, Deo vero cernente facere non erubescit, neque confiteri vult, et pœnitentiam agere; in die illa non coram uno vel duobus, sed universo terrarum orbe spectante traducetur. Colloquamur ergo cum Christo : nam et nunc in medio nostrum stetit, et per prophetas ac per apostolos nobis loquitur. Audiamus igitur, et illi pareamus. Quousque tandem temere ac frustra vivimus? Cum enim datum nobis tempus in re nulla consumpserimus, immodicarum pœnas extremas expensarum daturi discedemus. Idcirco enim in hanc vitam nos introduxit Deus, animamque participem rationis inspiravit, non ut vita præsenti utamur tantum, sed ut ad futuram vitam adipiscendam omnes incumbamus. Nam brutæ animantes huic solum vitæ sunt utiles : nos animam immortalem propterea sortiti sumus, ut ad vitam, quæ illic ducitur, obtinendam cuncta faciamus, ut illic fulgeamus, ut cum angelis choreas agamus, ut in æternum per infinita sæcula Regi astemus. Propterea namque et immortalis facta est anima, corpusque nostrum rursus erit. Quod si, propositis rebus cælestibus, afflixus terræ fueris, cogita quanta inferatur ignominia largitori, cum ille tibi superna porrigat, tu nihilominus illa non admodum curans, cum terra commutas. Idcirco gehennam quoque veluti contemptus minatus est, ut hinc intelligas quantis teipsum bonis prives. Sed absit ut illud experiamur supplicium : quin potius Deo placentes æternis nos perfrui bonis contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, una cum Patre et sancto vivificoque Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) Epilogus in multis ad verbum similis epilogo Homiliæ 31 Chrysostomi in Joannem.

AD HOMILIAM DE CÆCO NATO.

perplexus, et Savilio judice totus ferreus. Hic vero orandi genere utitur clariore ac simpliciore, licet inculto. Sub finem vero contra Arianos agit, videturque antiquus esse scriptor; nec fortasse diu post Chrysostomum scripserit.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

DE ZELO AC PIETATE, ET DE CÆCO NATO (*a*).

1. Fons est luminis verbum Dei : cum enim plenum sit luminis, et lumen effundat, fidelium mentes illuminat, et splendore circumdat : siquidem ipsum ex seipso fulget, et eos qui ipso fruuntur, illustrat; nec solum fidelium mentem illuminat, sed et lucis nomen impertit. Nam eos qui ignorantiæ sunt inutriti, et infidelitati addicti, merito Scriptura tenebras appellat, utpote qui veritatis lucernam non recipiant, ut sint filii lucis. Propterea dicit et divinus apostolus Paulus : *Non sumus filii noctis, neque tenebrarum, sed filii lucis et diei* (1. *Thess.* 5. 5). Ac re vera lucis filii sumus, qui evangelici verbi, quod Dei ore prolatum est, filii sumus : *Ego* enim, inquit Christus, *sum lux mundi : qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ* (*Joan.* 8. 12). Illud namque verbum est lucis; cui si nos fidem adhibuerimus, efficit ut in filios lucis evadamus. Unde etiam Salvator ait : *Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis* (*Ibid.* 12. 36). Ut enim se habet erga corpora lux ista, quæ sensu percipitur : sic erga animas spirituale verbum Dei : quodque tenebræ sunt in nocte, hoc in animabus seductis est ignorantia. Idcirco etiam de talibus scribit beatus David, dicens : *Nescierunt, neque intellexerunt : in tenebris ambulant* (*Psal.* 81. 5). Sic igitur synagogam ignorantia obruntam, nec volentem oculos ad spiritualis [1] doctrinæ cognitionem reflectere, noctem appellat Deus ob ignorantiam, cui addicta erat. Cum enim diceret Deus Judæis per prophetam : *Nocti assimilavi matrem vestram* (*Osee* 4. 5); quam similem tenebris noctem appellaret, exponens addidit : *Assimilatus est populus meus populo non habenti scientiam* (*Ibid.* 4. 6). Propterea *Nescierunt, neque intellexerunt :* in nocte ambulant. Verum illi quidem hoc pacto : at qui doctrinæ Christi lucem receperunt, ejusmodi homines lux reddentur. Lux enim est Deus noster; itemque Verbum ejus, quod ex ipso ante sæcula absque ulla passione generatum est, lux dicitur; et sanctus, atque consubstantialis, vitæque largitor Spiritus, lux vocatur. Lux, et lux, et lux; sed una lux est : et anima quæ verbum suscepit, lux appellatur. Sed Deus quidem lux est naturaliter in tribus personis subsistens; nos vero per illius participationem : et rursus ipse Dominus noster Jesus Christus lux est, de quo Joannes evangelista dicit : *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum* (*Joan.* 1. 9). Cum vero sit lux de luce ineffabili, legem luce redundantem transmittit, juxta prophetam dicentem : *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis* (*Psal.* 118. 105). Postquam igitur lucem veritatis verbum susceperit anima, lux ipsa quoque redditur, et audit a Paulo : *Eratis enim aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino* (*Ephes.* 5. 8). Cum autem lucem evangelicam mens receperit, ratione fidei lux etiam nominatur, eodemque modo ratione operum. *Luceat* enim, inquit, *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est* (*Matth.* 5. 16). Necesse namque est eum, qui fidei lucem receperit, ad opera quoque lucis progredi. Neque vero lucem esse tantum oportet fidelis animam, sed et per opera coram hominibus lucere : propterea Salvator etiam dicit : *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.* Ac vide rem mirabilem : lux quidem a Deo procedens simplex est; sed radios habet differentes, non natura, sed operatione : ac mittitur quidem in omnem animam splendida doctrina Dei, juxta illud dictum : *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos* (*Psal.* 89. 17), ut apud eum opera nostra dirigantur. Unus est splendor, sed adveniens multos apud nos splendores efficit, splendorem elemosynæ [1], splendorem castitatis, splendorem hospitalitatis, splendorem fraterni amoris. Apud Deum quidem splendor est unus : hic vero cum ad nos transmissus fuerit, diversos operatione sua fulgores producit, dum huic splendorem prophetiæ largitur, alii splendorem apostolatus, alii martyrii splendorem. Illic quidem splendor unus est; in nobis autem multi, sicut scriptum est : *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum tuorum* (*Psal.* 109. 3). Cur igitur recenset eos Paulus, et dicit : *Numquid omnes apostoli? numquid omnes prophetæ? numquid omnes doctores* (1. *Cor.* 12. 29)? Non ita sine causa dividit Paulus, sed ut idoneas offendit animas, non pro sua auctoritate, sed secundum fidei confessionem; non quod pro arbitrio suo det, aut pro libito, sed quod ejus arbitrium sine judicio non sit, verum secundum donationes gratiarum. Nam quemadmodum floridæ rectæque tinctæ regiæ vestes radium quidem solarem excipiunt, at diversos fulgores emittunt : et qualis tincturæ fuerit pulchritudo, talem coloris nitorem efficit : utque transmittatur a subjecta tinctura decor in aurum, vel in purpuram, vel in prasinum, aut in alium quemdam colorem, non quod radius dividatur, sed quod pro conditione sua vestis radium luce dispenset : ejusmodi floribus semper relucet Ecclesiæ pulchritudo, quæ regia veste induta est, et cælesti ac variegata stola decorata, sicut et Psalmorum auctor dicit : *Filiæ regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato circumamicta, variegata* (*Psal.* 44. 10). Quomodo variegata est? Spiritus sancti donis, sicut Paulus ait, Operante *Deo signis, et portentis, et variis virtutibus* (*Hebr.* 2. 4), et Spiritus sancti distributionibus. Quid vero Christi Ecclesiam appellabo? Sponsam ornatam, reginam comptam, hortum vernantem, pratum redundans fertilitate; et si quid aliud dixero, minus quam pro dignitate verba fecero. Propterea dicebat Isaias propheta, ex persona Ecclesiæ vocem ejus assumens : *Exsultet anima mea in Domino : induit enim me vestimento salutis* (*Isai.* 61. 10). Et quoniam exemplo utebatur, neque totam Ecclesiæ pulchritudinem describere poterat, illud varietate distinguit, dicens : Sicut sponsam ornavit me mundo muliebri, et sicut sponso circumposuit mihi mitram : sicut terram efferentem fruges suas, et sicut hortum olerum semina sua [2]. Hortus enim re vera conclusus ac paradisus est Ecclesia Dei vivi (*Cant.* 4. 12) : paradisum autem dico non antiquo illi similem, sed illo multo sublimiorem. Etenim illic quidem serpens regnabat, hic vero Christus regnat.

non agere ac simulare, ut ei metum inculerent, ne magistrum illum confiteretur, ait illis : *Dixi vobis jam, et non audistis : quid iterum vultis audire? numquid et vos vultis discipuli ejus fieri?* Cum dixit, *Numquid et vos*, confiteri se discipulum esse indicavit. Hanc vocem usurpet omnis Christianus, a paganismo deductus : cum enim occurrerit tibi paganus veteris erroris addictus consuetudini, et dixerit tibi, Christianus es, dic illi : Etiam; numquid et tu vis fieri? Hic igitur fuit hominis istius scopus, qui visum et animæ et corporis receperat. *Dixi vobis jam, et non audistis : quid iterum vultis me audire? numquid et vos vultis discipuli ejus fieri?* Quasi diceret : Tantum abest ut me de sententia dimovere possitis, ut ego vos sperem potius de sententia dimotos, Christum ipsum confessuros. Quid ad illum deinde Judæi? *Maledixerunt ei, et dixerunt : Tu discipulus illius sis, nos autem Mosis discipuli sumus. Nos scimus, quia Mosi loquutus est Deus; hunc autem nescimus unde sit* (*Joan.* 9. 28. 29). Cogita quænam esset multitudo contradicentium, et quænam unius potentia qui resistebat. Neque siluit rursus patronus veritatis, sed institit : *In hoc enim mirabile est*, inquit, *quia vos nescitis unde sit, et aperuit meos oculos. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam* (*Ibid.* v. 30. *et* 33). Stabat decertans, et spectator erat ac certaminis præses Deus : multi formidabiles adversus unum robustum, nubes infidelis adversus unam fidei guttam. *A seculo non est auditum*, inquit, *quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam* (*Ibid.* v 32). Quandoquidem de doctrina Mosis gloriamini. Non ille quidem adhuc Mosis mentionem facit, ne exasperet eos : sed ait : *A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati :* hoc est, Quis alius aperuit propheta? neque qui antecellat occurrit, neque qui possit comparari. At quantum iste veritatem tuebatur, tantum illi in impudentia perseverabant. Quia negare non poterant, deinceps occultare contendebant : et dicunt, *Da gloriam Deo : nos scimus quia hic homo peccator est* (*Ibid.* v. 24). Gloria Filii, Patris est gloria et indivisa est gloria. Decertat inito præclaro cum Judæis certamine. Dicunt ei : *Da gloriam Deo.* Cuinam? Deo legis nostræ? An vero justum est, ut alius beneficium contulerit, et alius gloriam reportet? *Da gloriam Deo.* Alius beneficus fuit, et alii gloriam dabo? Confessi sunt lutum fecisse Jesum, et unxisse oculos ejus : eum qui aperuit, confitentur, et alteri gloriam deferam? Quare vero gloriam Deo dabo? Quia nempe Dei opus hoc est. Igitur Deum esse Christum imprudentes fatemini. *Da gloriam Deo.* Nam si Dei est opus, eique gloria debetur : qui auctor est operis, ipse est Deus. *Da gloriam Deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Respondit eis, qui cæcus fuerat : Si peccator est, nescio; unum scio, quia cæcus cum essem, modo video* (*Ibid.* v. 25).

5. Hucusque cum libere loquutus esset, ejici foras ipsum jusserunt. *Et ejecerunt eum*, inquit evangelista, *foras* (*Ibid.* v. 34). Beatus qui ablegatus est a concilio malignantium (*Psal.* 63. 3). Ac vide, quid fiat. Postea quam bonum certamen certavit, Dei gloriam defendit, ac multa cum fiducia dicendique libertate Salvatorem confessus est; jam absolutis certaminum suorum spectaculis, foras ejectus est athleta, corona minime accepta, et foris illi præmiorum occurrit distributor. *Audivit* enim, inquit, *Jesus, quia ejecerunt eum foras : et cum invenisset eum dicit ei* (*Joan.* 9. 35). O verbum notandum, Invenit eum! quem perdidit error, veritas invenit. Cur autem occurrit illi? Vidit Salvator animam probitatis plenam : vidit animam pro Deo verba facere nondum scientem, sed pro fideli aliquo propheta se loqui existimantem : interrogatur enim de Christo. Et quid de illo dicit? quia propheta est. Salvator autem hæc ait : Si, cum me prophetam arbitratur, et hominem esse suspicatur, ita decertat, quid non faciet, si gloriam divinitatis cognoverit? Si cum hominem esse me censet, ac prophetam appellat, tantum veritati subsidium tulit, tantumque certamen suscepit nondum fidei elementis imbutus, sed solo beneficio illuminatus : cogita cur hominem putans, se patrocinio tueri, a veritate non deflexerit; si secundum evangelium effari didicerit : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* 1. 1); quid tandem erit? Propterea deinceps ejus scientiam corrigit, ejusque certamine collaudato fidem ipsius obsignat. Occurrit ei Salvator : non enim eum de facie noverat iste. Quando enim misit eum ad Siloam natatoriam ut lavaret, cæcum misit : ut autem videns rediit, Salvatorem cum turba mixtum non aspexit; ac confestim antequam Dominum cerneret, ad certamen vocatus decertavit. Porro lutum fecit Dominus, antequam lavaret ipse, atque inunxit oculos ejus, ut defectum sarciret. Quando igitur ejecerunt eum foras, cum invenisset eum Christus, dixit ei : *Tu credis in Filium Dei?* Non enim te credere oportet, ut prophetæ decertanti, sed ut Filio Dei. Ille cum faciem non nosset, vocem agnovit. *Tu credis in Filium Dei?* inquit. Vocem agnovit, et summa cum lætitia clamavit, *Quis est, Domine, ut credam in eum* (*Id.* 9. 36)? Cur credis dicenti tibi fideli : *Tu credis in Filium Dei?* Scio verum tuum esse sermonem; ac licet hanc mihi tu des cognitionem, non dubitabo tamen tibi credere. *Et quis est, Domine, ut credam in eum?* Tum futurorum provisor respondit : *Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est* (*Ibid.* v. 37). Qui patrocinatus est intus, foris alloquitur : *Tu credis in Filium Dei?* At is qui in corpore et animo fuerat illuminatus ait : *Et quis est, Domine, ut credam in eum?* Respondens ille dixit ei : *Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est.* Tum alter ait : *Credo, Domine, et adoravit eum.* Hæc a me dicta sunt, ut discatis omnes bonum magistrum sequi, bonumque pastorem imitari, ac pro veritate certare : vestrum enim certamen magno Pastore subsidium ferente committitur. Admirati estis cæcum, qui beneficio affectus patronus factus est veritatis; latronem, qui ante beneficium acceptum Christo patrocinatus est, admirati estis. Semper enim anima divina, quæ veritatem æmulatur, multa merito suo reserat ora, quæ veritati suffragentur. Pendebat in cruce Christus, et duo latrones, unus a dextris et unus a sinistris, et Judæi deblaterant, principes sacerdotum blasphemant : *Ecce Regem Judæorum :* et rursus, *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut videamus, et credamus ei* (*Marc.* 15. 26. 32) : et rursus, *Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere* (*Ibid.* v. 31). Similiter et qui cum eo crucifixus erat latro et ipse deblaterabat dicens : *Si Filius Dei es, salvum fac temetipsum et nos* (*Luc.* 23. 39). Alter vero latronum nihil dicebat, et alios obnoxios suo silentio castigabat. Postquam igitur principes sacerdotum et scribæ, qui legem noverant, imo vero qui ignorabant, qui prophetarum lectione commoniti Christum debuerant confiteri, confessi non erant : inexspectatum os aperuit Deus in cruce quod veritati patrocinetur. Ac vide quid faciat. Cum nondum Christi vocem audisset ei patrocinatur, ac deinde coronatur [1]. *Crucifixi* enim *sunt*, inquit, *cum eo duo latrones; unus a dextris, et unus a sinistris* (*Matth.* 27. 38); eratque medius Salvator tamquam statera veritatis, unum elevans confitentem, et alterum blasphemantem condemnans. Ac vide rem mirabilem. Dum scribæ ac principes sacerdotum Christum blasphemarent, et dicerent : *Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut videamus, et credamus ei;* et alio latrone dicente, *Si Filius Dei es, salvum fac teipsum et nos;* nihil ait unus ex latronibus probus : quippe latrones populi Judæorum et nostri figuræ fuerunt. Nam hic quidem blasphemat, et damnatur; ille vero credit, et pœnitentiam agit, et salvatur. Ait igitur improborum ex Judaico latrocinio germanus (fuerunt enim popu-

[1] Juxta Savil. legendum esset : *Vide quid faciat. Non primum compellat Christum, non primum vocem ejus audit, atque ita ei patrocinatur, sed primum patrocinatur, ac deinde coronatur.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lus latronum improbi Judæi, ut testatur Salvator dicens : *Domus mea domus orationis vocabitur ; vos autem fecistis illam speluncam latronum* (*Matth.* 21. 13) ; ac prioris quidem propositum animi Judaicum fuit, posterioris vero Christianum, cum a malis exorsus, pœnitentia salutem extorqueat) : ait igitur improbus latro, cui propositum animi fuit Judaicum : *Si Filius Dei es, salvum fac temetipsum et nos*, de cruce descendens : alter autem probus invenitur, in judicio reus, in cruce judex. Sed et timorem Dei docet. Prima enim vox latronis ad socium latronem hæc fuit : *Neque tu times Deum quod in eadem damnatione es ? Et nos quidem juste ; nam digna factis recipimus : hic vero nihil mali gessit* (*Luc.* 23. 40. 41). Quid ais ? qui foris furabaris, hic condemnas ? qui foris occidebas, hic timorem doces ? *Neque tu times Deum ?* Cognosce Christi crucem, ut vox ista te doceat pietatem. Vide namque rem miram ; latro socio latroni dicit : *Neque tu times Deum ?* Deum ipsum prædicat, qui cum illis ultro crucifixus est, ac toleranter pro humano genere patitur. De ipso enim Salvatore dicere illum, *Neque tu times Deum ?* ex iis quæ sequuntur intellige : *Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es ? Et nos quidem juste ; nam digna factis recipimus : hic vero nihil mali gessit.* Hæc ideo dico, ut pro pietate laborare discatis, et cum domi tum publice æmulationem præ vobis ferre, ac pro Christo decertare, ut et ab ipso justitiæ coronam accipiatis, sicut et iste probus latro. Audi enim quibus verbis socium latronem blasphemantem affatur : *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es ? Et nos quidem juste ; nam digna factis recipimus : hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum : Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Vidisti verum patrocinium ? vidisti, ut Christum verum Deum sit confessus ? *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Mala propria confitetur, et Domino patrocinatur. Adeo tortus es, latro, coram præside, ut latrocinia tua, cædes, et furta a te commissa fatereris, nec tamen fassus es : et nunc extra tormenta dicis : *Digna factis recipimus ?* Mille tormentis admotis vix apud præsidem fassus es ; et hic, nemine te cogente, ita facile confiteris ? Sic est, inquit ; verum illic confessionem excipit mors, hic confessionem pœnitentia sequitur et vita. *Nos enim digna factis recipimus : hic vero nihil mali gessit.* Si nos, inquit, juste, hic injuste. Nos enim vivos occidimus, hic mortuos suscitavit : nos aliena prædati sumus, hic divitias suas orbi terrarum largitus est. Pugnat latro cum socio latrone, et ait : Ad hoc usque tempus, quo cruci affixi sumus, inter nos convenimus, et iter una fecimus ; verumtamen ab ipsa cruce finditur mihi via : si mecum iter facere velis ad vitam, veni : sin minus, vade vias tuas. Hactenus cum te comitarer, prima via tecum ibam : jam vero crux secundam hanc viam in duas dividit. Pœnitentia dividitur latronum via. Tumque Psalmus et finis Psalmi adimplebatur : *Novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit* (*Psal.* 1. 6). Postquam igitur veritati patrocinatus est latro, ad Dominum gloriæ se vertit, et ait : *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.*

6. Erubescant deinceps Ariani, et audiant quid latro dicat : *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Videt cruci affixum latro, et Dominum confitetur : hæreticus ejusdem throni participem cum Patre confitetur, et ut creaturam blasphemat. *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Vellem et ipse verbis quibusdam latronem compellare : Ut meminerit tui Christus, quid tandem fecisti, quo id commereueris ? an quia occidisti, quia deprædatus es ? sic enim ais, *Memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Sed nemo existimet, secundum gratiam tantum salvatum esse a Christo latronem ; imo secundum debitum illi reddendum hoc fuit. Quod tandem debitum ? dicet aliquis ; an quod res justas egerit ? eleemosynas dederit ? res suas distribuerit ? jejunarit ? vigilarit ? rem fecerit, quam nemo alius ? An vero quod Deo crediderit ? Et prophetæ Deo crediderunt, et patriarchæ crediderunt, hymnorum scriptores crediderunt, apostoli, prædicatores, martyres : verum omnes isti, cum Deum in gloria conspexissent, hic autem, cum in ignominia. Tu vero mille mihi famulos domino servientes siste, quo tempore ille prospera fortuna et honoribus fruitur : et unum servum, qui in tempore tentationis, afflictionis et exsilii a domino suo non recedat ; illos autem mille servos, qui tentationis in tempore et exsilii dominum deseruerint, ac recesserint : numquid hi prospera favente fortuna, servi, qui tentationis tempore dominum reliquerunt, pares esse possunt ei, qui rebus in adversis Dominum est sequutus ? Nequaquam. Credidit Petrus ; sed cum mortuos eum suscitantem vidisset, cum gloriam ejus contemplatus esset, credidit : credidit Paulus, sed cum cælitus missam lucem vidisset, eumque lumina corporis excæcantem, animæ vero oculos illuminantem : credidit Abraham ; sed cum divinam visionem aspexisset : Isaias credidit ; sed cum eum in solio sedentem excelso vidisset (*Isai.* 6. 1), et Cherubim in circuitu ejus. Omnes viderunt, sed in gloria : hic autem in ignominia ; quamobrem etiam clamabat : *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Sed spectato rerum mearum statu, mihi dicturi estis : Quamobrem hoc ais ? Equidem peccator sum, et homicida : latro ad hanc horam usque : multa sunt scelera mea, fateor ; sed in mente mea fidem absconditam habeo, quam nemo novit, nisi Dominus solus, qui mecum patitur. Habet exterius apparentes notas passionis Dominus : at ego eam, quæ apparet, ignominiam non attendo, sed absconditam majestatem glorifico. Sic et tu dicito : Domine, noli, quæ apparent scelera mea, sed absconditam fidem spectare : et *Memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Cum nulli prorsus quidquam loquutus esset Christus, sed tacuisset, et neque Pilato, neque ulli alteri Judæorum scelerato capiti respondisset, tum respondet ; et quoniam grave admodum et incommodum erat silentium, jam respondet, aitque latroni : *Amen, amen, dico tibi : hodie mecum eris in paradiso.* O eximium largitoris beneficium ! Quandoquidem tardum beneficium postulasti, ac dixisti, *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum*, sero postulasti, ego præproperum beneficium confero : *Hodie mecum eris in paradiso* (*Luc.* 23. 43). Vidisti Dei salutem ? vidisti Domini beneficium ? vidisti magnum veritatis Judicem ? *Hodie mecum eris in paradiso.* Nemo hactenus Judæorum, aut patriarcharum, de paradiso fieri mentionem audivit, ex quo transgressus est Adamus, et ex illo egressus est : ac tametsi Deus hominibus innumera fidelibus promisit, nulli tamen paradisum, nisi latroni promisit : nusquam homini apparet Dei ore promissum esse paradisum, postquam ejectus Adamus est, nisi huic primum latroni. Cur nulli patriarcharum primum de paradiso loquutus est, nulli prophetarum, nulli apostolorum ? Antiquis vero promisit : Dabo tibi *Terram lacte et melle manantem* (*Exod.* 13. 6) ; apostolis dicit : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* (*Matth.* 5. 3) : nusquam paradisus : reservat in medio paradisum, ut latroni primum promittatur. Licet enim dixerit Paulus, Raptus sum in paradisum (2. *Cor.* 12. 2) ; post latronem tamen hoc accidit. Cur igitur primus ingressus est, qui unam prope vocem protulit ? quid enim ? an sæpe psalmos cantavit ? sæpe decertavit ? sæpe de divinitate verba fecit ? Semel, inquit. Justus nimirum est Deus meus salutis arbiter. quandoquidem primum hominum Adamum non ob multa peccata, sed ob unam inobedientiam e paradiso ejecit : ita justitiæ statera latroni primum in paradisum ingressurum eum promisit, non cum multa quædam confessus esset, verum cum unam fidei confessionem obtulisset. Dixi peccatum Adami fuisse, quod contra quam præceptum erat, lignum attigerit. Quæ porro fuit latronis purgatio ? Quod cum fide crucem attigerit, in paradisum intravit. Quid fit deinceps ? Sal-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συνεσταυρωμένον αὐτοῖς, καὶ μακροθύμως ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπότητος πάσχοντα. Καὶ ὅτι περὶ αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος λέγει· *Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν;* ἐκ τῶν ἑξῆς μάνθανε· *Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν.* Ταῦτα λέγω, ἵνα μάθητε ὑπὲρ εὐσεβείας κάμνειν, καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ ἐν ἀγορᾷ τὸν ζῆλον ἐνδείκνυσθαι, [70] καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγωνίζεσθαι, ἵνα καὶ παρ' αὐτοῦ τὸν τῆς δικαιοσύνης λάβητε στέφανον, ὡς ὁ εὐγνώμων οὗτος λῃστής. Ἄκουε γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν βλάσφημον συλλῃστήν· *Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ; Καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν. Καὶ ἔλεγε τῷ Ἰησοῦ, Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Εἶδες; συνηγορίαν ἀληθῆ; εἶδες πῶς αὐτὸν τὸν Χριστὸν Θεὸν ἀληθινὸν ὡμολόγησε; *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Ὡμολόγει τὰ ἴδια κακὰ, καὶ συνηγορεῖ τῷ Δεσπότῃ. Τοσαῦτα ἐβασανίσθης, λῃστὰ, ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἵνα ὁμολογήσῃς τὰς λῃστείας, καὶ τοὺς φόνους, καὶ τὰς κλοπὰς, ἃς ἐποίησας, εἰ καὶ οὐχ ὡμολόγησας· καὶ ὧδε λέγεις ἐκτὸς βασάνων, *Ἄξια ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν;* Διὰ μυρίων βασάνων μόλις ὡμολόγησας ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος· καὶ ὧδε μηδένα ἔχων τὸν ἀναγκάζοντα, εὐκόλως οὕτως ὁμολογεῖς; Ναὶ, φησίν· ἀλλ' ἐκεῖ τῇ ὁμολογίᾳ ἀκολουθεῖ θάνατος, ὧδε τῇ ὁμολογίᾳ ἕπεται μετάνοια καὶ ζωή. *Ἄξια γὰρ ἡμεῖς ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξεν.* Εἰ ἡμεῖς, φησὶ, δικαίως· οὗτος ἀδίκως. Ἡμεῖς γὰρ τοὺς ζῶντας ἐφονεύσαμεν, οὗτος τοὺς νεκροὺς ἤγειρεν· ἡμεῖς τὰ ἀλλότρια ἐσυλήσαμεν, οὗτος τὸν ἴδιον πλοῦτον τῇ οἰκουμένῃ δέδωκε. Μάχεται ὁ λῃστὴς τῷ συλλῃστῇ, καὶ φησι· Μέχρι τούτου τοῦ καιροῦ τοῦ κατὰ τὸν σταυρὸν ἀλλήλοις συνήλθομεν καὶ συνωδεύομεν, ἀλλὰ νῦν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ σχίζεταί μοι ἡ ὁδός· ἐὰν θέλῃς συνοδεῦσαί μοι πρὸς τὴν ζωὴν, ἐλθέ· εἰ δὲ μὴ, τὴν οἰκείαν πορεύου. Ἔνθεν, ὅτε σὺν σοὶ συνώδευον, τὴν πρώτην μετὰ σοῦ ἥμην· ἀλλὰ νῦν ὁ σταυρὸς ἔσχισεν αὐτὴν τὴν ὁδὸν τὴν δευτέραν εἰς δύο. Μετανοίᾳ σχίζεται ἡ ὁδὸς τῶν λῃστῶν. Καὶ ἦν ὁ ψαλμὸς καὶ τὸ τέλος τοῦ ψαλμοῦ τότε πληρούμενον· *Γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.* Ὅτε οὖν συνηγόρησεν ὁ λῃστὴς τῇ ἀληθείᾳ, στρέφεται πρὸς τὸν βασιλέα τῆς δόξης, καί φησι, *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν βασιλείᾳ σου.*

ς'. Αἰσχυνέσθωσαν λοιπὸν οἱ Ἀρειανοὶ, καὶ ἀκουέτωσαν εἰ ὁ λῃστὴς λέγει· *Κύριε, μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Ὁ λῃστὴς βλέπει ἐσταυρωμένον, καὶ Κύριον ὁμολογεῖ· ὁ αἱρετικὸς ὁμολογεῖ σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, καὶ ὡς κτίσμα βλασφημεῖ. *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Ἤθελόν τινα εἰπεῖν πρὸς τὸν λῃστήν· Μνησθείη σου ὁ Χριστὸς, τί ἄξιον ποιήσαντος; Ὅτι ἐφόνευσας; ὅτι ἐσύλησας; λέγεις γὰρ, *Μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Ἀλλὰ μή τις νομιζέτω, ὅτι κατὰ χάριν μόνον ἔσωσε τὸν λῃστὴν ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ κατὰ ὀφειλὴν ἐχρέωστεῖτο αὐτῷ. Ποῖον χρέος; φησίν· ὅτι ἐδικαιοπράγησεν; ἐλεημοσύνας ἔδωκεν; τὰ ἴδια ἐμέρισεν, ἐνήστευσεν, ἠγρύπνησεν; ἐποίησε πρᾶγμα, ὃ μηδεὶς ἄλλος; Ἀλλ' ὅτι ἐπίστευσε τῷ Θεῷ; Καὶ προφῆται ἐπίστευσαν τῷ Θεῷ, καὶ πατριάρχαι ἐπίστευσαν, ὑμνογράφοι ἐπίστευσαν, ἀπόστολοι, κήρυκες, μάρτυρες· ἀλλ' οὗτοι πάντες ἐν δόξῃ θεασάμενοι τὸν Θεὸν, οὗτος δὲ ἐν ὕβρει. Ἀλλὰ στῆσον μυρίους οἰκέτας δουλεύοντας δεσπότῃ, ὅτε ὁ δεσπότης ἐστὶν ἐν εὐπραγίᾳ καὶ τιμῇ· καὶ ἕνα δοῦλον ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ θλίψεως καὶ φυγῆς, οὐκ ἀναχωροῦντα τοῦ ἰδίου δεσπότου· ἐκείνους δὲ τοὺς μυρίους δούλους ἐν τῷ τοῦ πειρασμοῦ καιρῷ καὶ τῆς φυγῆς καταλιπόντας τὸν δεσπότην καὶ ὑποχωρήσαντας· ἆρά γε οὗτοι οἱ δοῦλοι οἱ ἐν εὐπραγίᾳ τὸν δεσπότην ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πειρασμοῦ καταλιπόντες, ὅμοιοι εἶναι δύνανται τοῦ ἐν δυσπραγίᾳ τῷ δεσπότῃ ἀκολουθήσαντος; Οὐδαμῶς. Ἐπίστευσε Πέτρος, ἀλλ' ἰδὼν νεκροὺς ἐγείραντα, τὴν δόξαν αὐτοῦ θεασάμενος ἐπίστευσεν· ἐπίστευσε Παῦλος, ἀλλ' ἰδὼν φῶς οὐρανόθεν, καὶ τὰς μὲν σωματικὰς ὄψεις πηρώσαντα, τὰ δὲ ψυχικὰ ὄμματα φωτίσαντα· ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ, ἀλλὰ θεασάμενος ὄψιν θεϊκήν· Ἡσαΐας ἐπίστευσεν, ἀλλ' ἰδὼν αὐτὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τὰ Χερουβὶμ κύκλῳ αὐτοῦ. [71] Ὅλοι εἶδον, ἀλλ' ἐν δόξῃ· οὗτος δὲ ἐν ὕβρει· διὸ καὶ ἔκραξε, *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Ἀπὸ τῶν κατ' ἐμὲ ὀφείλετέ μοι εἰπεῖν· διὰ τί λέγεις; Ὅτι ἁμαρτωλός εἰμι, καὶ φονεύς· λῃστὴς μέχρι τῆς ὥρας ταύτης· πολλά μου τὰ κακὰ, ὁμολογῶ, ἀλλ' ἔχω ἐν τῇ διανοίᾳ μου πίστιν κεκρυμμένην, ἣν οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ Δεσπότης μόνος ὁ σὺν ἐμοὶ πάσχων. Ἔξωθεν ἔχει ὁ Δεσπότης τὰ τοῦ πάθους φαινόμενα σύμβολα· καὶ ἐγὼ, φησὶν, οὐ προσέσχον τῇ φαινομένῃ ὕβρει, ἀλλὰ τὴν κεκρυμμένην βασιλείαν δοξάζω. Οὕτω καὶ σὺ λέγε· Κύριε, μὴ ἴδῃς μου τὰς ἀδικίας τὰς φαινομένας, ἀλλὰ τὴν πίστιν τὴν κρυπτομένην, καὶ, *Μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Διόλου μηδὲν μηδενὶ λαλήσας Χριστὸς, ἀλλὰ σιωπήσας, καὶ μήτε τῷ Πιλάτῳ ἀποκριθεὶς, μήτε τινὶ ἄλλῃ ἀγκώμονι ψυχῇ τῶν Ἰουδαίων, ἀποκρίνεται τότε· καὶ ἐπειδὴ πολὺ βαρὺ ἦν καὶ ἄτοπον τὸ σιωπᾷν, ἀποκρίνεται λοιπὸν, καὶ λέγει τῷ λῃστῇ· *Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω σοι· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Ὦ τοῦ εὐεργέτου χάριτος! ἐπειδὴ βραδεῖαν ᾔτησε τὴν χάριν, καὶ λέγεις, *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Σὺ βραδεῖαν ᾔτησας, ἐγὼ ταχεῖαν δίδωμι τὴν χάριν· *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Εἶδες Θεοῦ σωτηρίαν; εἶδες Δεσπότου εὐεργεσίαν; εἶδες τὸν μέγαν τῆς ἀληθείας δικαστήν; *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Πρὸ τούτου οὐδεὶς ἤκουσεν τῶν Ἰουδαίων ἢ τῶν πατριαρχῶν ἐπαγγελίαν παραδείσου, ἀφ' οὗ ὁ Ἀδὰμ παρέβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐξ αὐτοῦ· καίτοι μυρία ὁ Θεὸς ἐπηγγείλατο τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πιστοῖς· καὶ οὐδενὶ ἐπηγγείλατο παράδεισον, ἢ τῷ λῃστῇ· οὐδαμοῦ φαίνεται τὸ στόμα τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελλόμενον παράδεισον ἀνθρώπῳ μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τὸν Ἀδὰμ, ἢ ταύτῳ πρῶτον τῷ λῃστῇ. Διὰ τί μηδενὶ τῶν πατριαρχῶν πρῶτον εἶπε περὶ παραδείσου, οὐδενὶ τῶν προφητῶν, οὐδενὶ τῶν ἀποστόλων; Ἀλλὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐπηγγείλατο· *Δώσω σοι γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι·* τοῖς ἀποστόλοις λέγει· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν·* παράδεισος οὐδαμοῦ· ἐν μέσῳ τηρεῖ τὸν παράδεισον εἰς ἐπαγγελίαν πρῶτον τῷ λῃστῇ. Ὅταν γὰρ εἶπε Παῦλος· Ἡρπάγην εἰς τὸν παράδεισον· ἀλλὰ πεπτ τὸν λῃστὴν τοῦτο ἐγένετο. Διὰ τί οὖν πρῶτος εἰσῆλθεν ὁ μίαν ὁμοῦ φθεγξάμενος φωνὴν; τί γάρ; πολλάκις ἔψαλλε; πολλάκις ἠγωνίσατο; πολλάκις ἐθεολόγησεν; Ἅπαξ, φησί· δίκαιος ὁ Θεός μου, ὁ βραβευτὴς τῆς σωτηρίας· ἐπειδὴ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον Ἀδὰμ οὐ διὰ πολλὰς ἁμαρτίας ἐξέβαλε τοῦ παραδείσου, ἀλλὰ διὰ μίαν παρακοήν· οὕτως ὁ τῆς δικαιοσύνης ζυγὸς πρῶτον εἰσελθεῖν ἐν παραδείσῳ τὸν λῃστὴν ἐπηγγείλατο, τὸν μὴ πολλά τινα ὁμολογήσαντα, ἀλλὰ μίαν ὁμολογίαν πίστεως προσενεγκόντα. Εἶπον τὸ ἁμάρτημα τοῦ Ἀδὰμ, ὅτι ἥψατο τοῦ ξύλου παρὰ τὴν ἐντολήν· τίς ἡ δικαιολογία τοῦ λῃστοῦ; Ὅτι ἥψατο τοῦ σταυροῦ μετὰ πίστεως, εἰσῆλθεν εἰς τὸν παράδεισον. Τί λοιπὸν γίνεται; Ἐπηγγείλατο μὲν τὴν σωτηρίαν ὁ Σωτήρ· καιρὸς δὲ οὐκ ἦν, οὐδὲ ἐνεδίδοτο τῷ λῃστῇ πιστεῦσαι καὶ φωτισθῆναι· ὁ Σωτὴρ γὰρ ἀπεφήνατο· *Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Οὐχ ηὗρισκεν εὐκαιρίαν ἡ παρρησίαν ὁ λῃστὴς, οὐκ εἶχε καιρὸν βαπτισθῆναι· ἐν τῷ σταυρῷ γὰρ ἐκρέματο. Εὑρίσκει τοιγαροῦν ὁ Σωτὴρ ἐν ἀπόροις πόροις. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπίστευσε τῷ Σωτῆρι ὁ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πεπαλαιωμένος ταῖς ἁμαρτίαις, καὶ ἔδει αὐτὸν καθαρισθῆναι, οἰκονομεῖ ὁ Χριστὸς μετὰ τὸ πάθος τὸν στρατιώτην νύξαι τῇ λόγχῃ τὴν πλευρὰν τοῦ Κυρίου, καὶ ἐκπηδᾷ αἷμα καὶ ὕδωρ· ἐκ γὰρ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ, φησὶν ὁ Εὐαγγελιστής, *Ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ*, ἐν ἀληθείᾳ τοῦ πεσόντος, εἰς τύπον τῶν μυστηρίων. Καὶ οὐκ ἐξῆλθε δὲ τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ οὕτως ἁπλῶς ῥέον, ἀλλὰ ῥοΐζω, ἵνα [72] *ῥαντίσῃ* τὸ σῶμα τοῦ λῃστοῦ· τὸ γὰρ μετὰ ῥοΐζου πεμπόμενον ῥαντίζει, τὸ δὲ ῥέον ῥέμα ῥέει, καθὼς ἔρχεται. Ἀλλὰ μετὰ ῥοΐζου ἐξῆλθεν τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ ἐκ τῆς πλευρᾶς, ἵνα ῥαντίσας τὸν λῃστὴν βαπτίσῃ, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Προσεληλύθαμεν Σιὼν ὄρει καὶ αἵματι ῥαντισμοῦ κρεῖττον λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ*. Διὰ τί παρὰ τὸν Ἄβελ κρεῖττον λαλεῖ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ; Ἐπειδὴ τὸ αἷμα τοῦ Ἄβελ ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ φονέως· τὸ δὲ αἷμα τοῦ Χριστοῦ καθαρίζει καὶ τοὺς φονευτὰς μετανοοῦντας. Μάθε οὖν τὸν ζῆλον τῆς ἀληθείας, καὶ ἀγάπησον τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ παῤῥησίαν· ἀκολούθησον ἀληθεῖ Διδασκάλῳ ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνιζομένῳ, ἵνα οὕτως ἀκούσας παρὰ τοῦ ἀποστόλου Παύλου, *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ*, καταξιωθῇς καὶ αὐτὸς τῶν στεφάνων τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὧν ἡτοίμασεν αἰωνίων ἀγαθῶν τοῖς ἠγαπηκόσιν αὐτὸν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς πάντας ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ADMONITIO IN SERMONEM

Hanc orationem a multis auctam, retractatam et mutatam fuisse perspicuum est, neque unus occurrit Codex manuscriptus qui cum alio consentiat. Longiorem homiliam Latine solum ediderat Gerardus Vossius : hujus autem interpretationi Latinæ ex aliquo exemplari breviorem aptavit Græcam homiliam Fronto Ducæus, ita ut non paucis in locis hiulcam et mutilam seriem repræsentet ; et tamen si extrema verba ubi hiatus incipit, cum sequentibus quo desinit, conjungas, nihil desiderari existimes. Sub hæc autem, Vossiana et Frontoniana longiorem orationem edidit Savilius, sed multis in locis vitiatam. Nos demum ex Codice Coisliniano 349 hanc sartam et tectam proferimus, a Frontoniana et Vossiana longe diversam, et cum Saviliana magis consonantem.

Λόγος περὶ ψευδοπροφητῶν, καὶ ψευδοδιδασκάλων, καὶ ἀθέων αἱρετικῶν, καὶ περὶ σημείων τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἐῤῥήθη δὲ μέλλοντος αὐτοῦ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος.

α'. Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος, καθότι καὶ ἔσχατος, ὥς μοι δεδήλωται, ἀλλὰ καὶ πολλῆς χαρᾶς γέμων. Ὀδυνηρὸς μὲν, ὅτι οὐκ ἔτι λαλήσω πρὸς ὑμᾶς· πολλῆς δὲ χαρᾶς γέμων, ὅτι ἐφέστηκέν μου ὁ καιρὸς εἰς τὸ ἀναλῦσαι, καὶ σὺν Χριστῷ εἶναί με· καὶ καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, *Οὐκέτι λαλήσω μεθ' ὑμῶν*. Ἔτι δὲ νῦν [73] λαλήσω ἐν ὀδύνῃ καρδίας περὶ τῶν ψευδοπροφητῶν, καὶ ψευδοδιδασκάλων, καὶ ἀθέων αἱρετικῶν, περὶ ὧν ὁ Ἀπόστολος ἔλεγε· *Πονηροὶ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι*· περὶ ὧν πολλάκις ὑμᾶς ὑπέμνησα. Πολλοὺς γὰρ λόγους ἐποιησάμην χάριτι Χριστοῦ, ὡς καὶ ἐπίστασθε φιλόθεοι· καὶ σχεδὸν ἐν ἑκάστῳ λόγῳ περὶ τούτων ὑπεμνήσαμεν, εἰ ἄρα μέμνησθε τῶν χθὲς εἰρημένων· οἶδα δὲ ὅτι μέμνησθε, καὶ μάλιστα οἱ φιλόπονοι, καὶ φιλόβιβλοι, καὶ φιλόχριστοι. Ὁ γὰρ φιλόβιβλος δικαίως ἂν ἐκλήθη φιλόχριστος, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Δεσπότου, ὅτι *Ὁ ἀγαπῶν με, τοὺς λόγους μου τηρεῖ· Ὁ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου*. Ὁ ἀγαπῶν με, ἐν τῷ νόμῳ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός· δηλονότι ἐν Εὐαγγελίῳ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς Γραφαῖς. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀνεξάλειπτον ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην· ἀπεκδεχόμενος αὐτὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀεὶ τηρεῖ τὴν ὥραν τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Πάντοτε ἐν χερσὶν αὐτοῦ κατέχων τὰς ἱερὰς βίβλους, οὐκ ἐπιλήσεται ἐκείνων τῶν φοβερῶν βιβλίων, περὶ ὧν γέγραπται· *Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν*.. Ὅρα πόσον κέρδος ἐστὶ τοῦ ἐρευνᾶν τὰς Γραφὰς, καθὼς πολλάκις ἠκούσατε. Τί δέ ἐστιν, ὃ λέγομεν ; Ὅτι οὐδὲν ἔλειπεν, οὐδὲ παρεσιώπησε τῶν συμφερόντων ἡμῖν ἡ θεία Γραφὴ, ἀλλὰ πανταχοῦ κράζει, διά τε προφητῶν καὶ ἀποστόλων, προαναφωνοῦσα καὶ προασφαλιζομένη ἕκαστον ὡς μήτηρ φιλότεκνος τὰ ἴδια τέκνα φιλοῦσα, προμαρτυρεῖται· καὶ ὑπομιμνήσκει περὶ τῶν παρηκολουθηκότων καὶ περὶ τῶν ἐνεστώτων, καὶ περὶ τῶν μελλόντων, μηδὲν παριδοῦσα, ὡς προείρηται, τῶν ἡμῖν συμφερόντων· καὶ τοῦτο οὐκ ἐν κρυπτῷ λαλοῦσα, οὐδὲ μικροφωνοῦσα, ἀλλὰ πανταχοῦ πόνῳ καὶ δυνάμει κράζουσα διά τε νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου. Διὰ μὲν γὰρ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου λέγει· *Ἀναβόησον ἐν ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ, ὡς σάλπιγγι ὕψωσον τὴν φωνήν σου*· καὶ πάλιν λέγει, *Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών*· καὶ προῶν λέγει, *Ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε*. Καὶ πάλιν Δαυῒδ λέγει· *Ἐκοπίασα κράζων, ἐβραγχίασεν ὁ λάρυγξ μου*. Ἰωάννης δὲ ὁ θεολόγος ἐν τῇ καθολικῇ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ λέγει· *Βλέπετε ἑαυτούς*. Παῦλος δὲ τί ; *Βλέπετε πῶς περιπατεῖτε*· ὁ δὲ Κύριος, *Ἐγὼ παῤῥησίᾳ ἐλάλησα τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν κρυπτῷ ἐλάλησα οὐδέν*. Καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Εὐαγγελιστὴς περὶ αὐτοῦ, ὅτι *Ἔστηκε, καὶ ἔκραξεν λέγων· Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω*. Ὁρᾷς πόσος ἀγὼν, πόση σπουδὴ, πῶς παῤῥησίᾳ κράζει, καὶ οὐδεὶς ὁ συνιών ; Καὶ πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος λέγει· *Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, Βλέπετε τὴν κατατομήν. Βλέπετε πῶς περιπατεῖτε, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι*. Καὶ Ἰωάννης· *Βλέπετε ἑαυτούς, ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε, ὅτι πολλοὶ πλάνοι ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον*. Καὶ πολλά ἐστι τοιαῦτα ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς Παλαιᾶς τε καὶ Καινῆς Διαθήκης, βοῶντα καὶ διυπνίζοντα ἡμᾶς ἐκ τῆς ῥαθυμίας ἡμῶν. Ἡμεῖς δὲ τὸ ἐναντίον ποιοῦμεν, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης, ὅτι *Τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν*. Ὢ πόσων καὶ πηλίκων γραμμάτων ἀκούοντες οὐ συνιοῦμεν ! Ὅθεν καὶ ἀναπολόγητοι ἐσόμεθα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως, ὅταν ἔλθῃ ὁ φωτίζων τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερῶν τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· ὅταν τὸ κριτήριον καθίσῃ, καὶ βίβλοι

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vator quidem salutem promiserat, sed tempus non erat, neque permittebatur latroni credere, ac baptizari : pronuntiarat enim Salvator, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non introibit in regnum cœlorum* (*Joan.* 3. 5). Opportunitatem aut licentiam non reperiebat latro, suscipiendi baptismi tempus illi non suppetebat, quippe qui suspensus esset in cruce. Salvator igitur viam invenit, qua impedita expediret. Nam quia crediderat is Salvatori, qui in peccatis inveteraverat, eumque necesse erat baptizari, sic disponit Deus ut post passionem lancea miles Domini latus vulneret; et exsilit sanguis et aqua : ex ejus enim latere, inquit evangelista, *Exivit sanguis et aqua* (*Ibid.* 19. 34), ut de veritate passionis constaret, et figura sacramentorum exstaret. Neque vero sic exierunt sanguis et aqua, ut simpliciter fluerent, sed cum impetu, ut latronis corpus aspergerent. Quod enim cum impetuoso fluxu emittitur, aspergit : quod autem fluit, leniter fluit, prout venit. At cum impetu exivit ex latere sanguis et aqua, ut latronem aspersum baptizarent, sicut Apostolus ait : *Accessimus ad Sion montem, et aspersionem sanguinis melius loquentem quam Abel* (*Hebr.* 12. 21. 24). Quare melius quam Abel loquitur sanguis Christi? Quia sanguis Abel insidet capiti homicidæ, Christi vero sanguis homicidas etiam pœnitentes emundat. Disce igitur æmulationem ac zelum veritatis, et libertatem pro Christo loquendi adamato; sequere verum Magistrum pro veritate decertantem, ut cum ab apostolo Paulo sic audiveris, *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (1. *Cor.* 11. 1), justitiæ tu quoque coronam obtinere merearis, et quæ Christus Deus noster æterna bona præparavit iis, qui diligunt illum; quæ nobis omnibus utinam consequi detur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

DE PSEUDOPROPHETIS ET FALSIS DOCTORIBUS.

Is qui Chrysostomi nomen in titulo ementitus est, sese fingit populo suo ultimum vale dicere : *Tempus resolutionis meæ instat*, inquit. Hic omnia νοθεῖας signa sese statim offerunt. Stylus humilis abjectusque, a Chrysostomi orandi genere toto cœlo diversus : dictio inelegans est, grammaticæ leges plerumque violantur, epitheta insipida ad nauseam usque accumulantur. Demum Dionysius Areopagita ut scriptor celeberrimus memoratur. Hujus tamen scripta, quæ spuria apud eruditos omnes habentur, aliquot post mortem Chrysostomi sæculis confecta publicataque sunt. Inter hæreticos recensetur Nestorius; unde arguitur quanta fuerit Græculi hujus imperitia.

Interpretationem novam Latinam adornavimus.

ORATIO DE PSEUDOPROPHETIS, ET FALSIS DOCTORIBUS, ET IMPIIS HÆRETICIS, ET DE SIGNIS CONSUMMATIONIS SÆCULI HUJUS. DICTA EST PAULO ANTEQUAM (SANCTUS) DE VITA MIGRARET.

1. Lugubris oratio, utpote ultima, ut mihi significatum est : attamen magno gaudio plena. Lugubris, quia non ultra vos alloquar; multo gaudio plena, quia tempus resolutionis meæ instat, ut sim cum Christo; ac sicut dixit Dominus, *Non amplius loquar vobiscum* (*Joan.* 14. 30). Adhuc tamen nunc loquar in dolore cordis de falsis prophetis, de falsis doctoribus, et de impiis hæreticis, de quibus dicebat Apostolus : *Mali homines et præstigiatores proficient in pejus, in errorem inducentes et errantes* (2. *Tim.* 3. 13) : de quibus etiam vos frequenter commonefeci. Multa enim verba feci per Christi gratiam, ut vos scitis, viri religiosi, fereque in singulis concionibus vos monui, si recordamini eorum, quæ heri dicebam : ac scio vos meminisse, maxime vero qui laboriosi, lectioni dediti, et Christi amantes estis. Nam qui lectionis studiosus est, jure Christi amans vocetur, secundum id quod dictum est a Domino : *Qui diligit me, sermones meos servat;* et, *Qui diligit me, diligetur a Patre meo* (*Joan.* 14. 23). Qui diligit me, in lege meditabitur die ac nocte, videlicet in Evangelio et reliquis Scripturis. Talis enim numquam delendam in corde suo Dei retinet memoriam : exspectans quippe illum de cœlis venturum, ejus adventus horam semper observat. Sacros manibus libros pertractans, non obliviscetur illorum tremendorum librorum, de quibus scriptum est : *Judicium sedit, et libri aperti sunt* (*Dan.* 7. 10). Vide quantum sit lucrum, scrutari Scripturas, ut sæpe audivistis. Quid porro est id quod dicimus? Scripturam divinam nihil tacuisse eorum, quæ utilia nobis esse possent; sed perpetuo clamare per prophetas et apostolos, ac velut matrem prolis amantem prænuntiare, singulosque præmunire. Commonefacit enim circa præterita, præsentia et futura, nihilque negligit, ut dictum est, eorum quæ nobis utilia sunt : id vero non in occulto, nec demissa voce, sed ubique totis viribus clamat, per legem, prophetas et apostolos, imo per ipsum Dominum. Per Isaiam quidem prophetam dicit : *Clama in fortitudine, et ne parcas, quasi tubam exalta vocem tuam* (*Isai.* 58. 1), et iterum dicit: *Super montem excelsum ascende qui evangelizas Sion* (*Ibid.* 40. 9); ac postea dicit : *Exaltate, ne timealis.* Rursumque David ait : *Laboravi clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ* (*Psal.* 68. 4). Joannes autem Theologus in Catholica sua epistola dicit : *Videte vosmetipsos* (2. *Joan.* 8). Paulus vero quid? *Videte quomodo ambuletis* (*Ephes.* 5. 15); Dominus item : *Ego palam loquutus sum mundo et in abscondito nihil loquutus sum* (*Joan.* 18. 20). Et alibi evangelista de ipso ait, stetisse illum et clamasse : *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* (*Ibid.* 7. 37). Vides quanta contentione, quanto studio, quomodo palam loquatur, et nemo intelligat? Rursumque beatus Paulus dicit : *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

(*Philipp.* 3. 2). *Videte quomodo ambuletis, quia dies mali sunt* (*Ephes.* 5. 15. 16). Et Joannes : *Videte vosmetipsos, ne perdatis ea, quæ operati estis, quia multi seductores exierunt in mundum* (2. *Joan.* 8. 7). Multaque hujusmodi sunt in divinis Scripturis tum Veteris tum Novi Testamenti, quæ occlamant, et nos somno sopitos excitant. Nos autem contrarium facimus, quemadmodum dixit Isaias propheta : *Auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt* (*Isai.* 6. 10). O quam multas et quales scripturas audientes intelligimus! Quamobrem inexcusabiles erimus in die examinis cum venerit is qui illuminat abscondita tenebrarum, et manifesta facit consilia cordium : cum judicium sedebit, et libri aperientur (*Dan.* 7. 10), quos nunc cum audimus, ridemus, et non suspicimus. Nos enim singuli in propria via erramus, relinquentes rectam viam, et facti sumus sicut ab initio (*Isai.* 63. 19), cum nobis non imperares, Domine. Vereque in nobis impleta est prophetia Davidis, quæ sic habet: *Et commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum* (*Psal.* 105. 35). Ideo humiles vilesque sumus per universam terram propter peccata nostra, et in nos pervenerunt fines sæculorum, sicut scriptum est (1. *Cor.* 10. 11) : et pastores lupi sunt, et oves contritæ; et fames instans, non fames panis, neque sitis aquæ, sed fames audiendi verbum Dei. Sed nemo sperantium in Dominum animum despondeat. Ne igitur animo deficiatis, semper respicientes in eum, qui dixit : *Vobiscum sum* (*Matth.* 28. 20).

2. Confidite ergo. Neque enim fame necabit Deus animas justorum (*Prov.* 10. 3). De hac fame loquitur Dominus per prophetam : *Et erit in diebus illis, inducam famem super terram; non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. Et circumquaque current ab Occidente usque ad Orientem, quærentes verbum Domini* (*Amos* 8. 11. 12). Vides hic non de pane verba fieri? Deus enim non de pane loquitur. O diram, exitiosam et damnosam famem! o famem æternum supplicium procurantem! Hæc fames est, quæ rem omnem malam subministrat : hæc fames omnis mali causa. Hanc prævidens futuram famem propheta David verbis Deum rogabat : *Deus meus, ne taceas a me.* Et de probis fidelibus sic vaticinatus est : *Ut eruat a morte animas eorum, et alat eos in fame.* Et alibi dicit : *Et in diebus famis saturabuntur;* et rursum : *Miserator et misericors Dominus escam dedit timentibus se.* (*Psal.* 27. 1; *et* 32. 19; *et* 36. 19; *et* 110. 4. 5). Hæc dixit David de iis, qui scrutantur Scripturas, quod non sint esurituri. Scrutemur Scripturas, fratres, ne esuriamus accedente exitiosa illa fame : scrutemur, ne in errorem abducamur, et circumferamur omni vento. Ideo negligentibus dicit Dominus : *Erratis, non intelligentes Scripturas* (*Matth.* 22. 29). Vere namque ii, qui tales sunt, errant. Undenam exitiosa fames advenit? annon ex eo quod Scripturas non scrutemur? O quantis nos privamus bonis, quod divinas Scripturas relinquamus! Dominicum enim præceptum est. Scrutare diligenter, scrutare et inquire, inveniesque magnas inæstimabilesque divitias, in agro absconditas, intelligesque sacram Scripturam. Scrutare, et invenies : cumque inveneris, vende omnia quæ habes, et eme agrum illum, præclaram nempe sanctarum Scripturarum scientiam, in quibus absconditur Filius, vera Sapientia Patris. Quem cum inveneris, beatus eris, sicut scriptum est : *Beatus homo, qui invenit sapientiam* (*Prov.* 3. 13). Scrutare, dilecte, sive dives sis sive pauper, sive servus sive liber, sive mas sive femina. *Scrutamini Scripturas* (*Joan.* 5. 39). Divina quippe Scriptura penus est omnis boni. Sed ad propositum redeamus : de consummatione quippe sermo est, de falsis prophetis, deque falsis doctoribus, et impiis hæreticis, qui torrentium instar omnia ubique inundant, multosque in errorem inducunt. Undenam id contigit? Certe ex ignorantia et imperitia præfectorum : ubi enim imperitia pastorum est, ibi ovium pernicies. Quid ergo primum dicam? an de consummatione nostra? an impiorum hæreticorum detestanda dogmata traducam? Si per tempus liceret, possem illorum profana dogmata et scelerata gesta triumphare : sed magno opus est certamine longoque sermone, quo impura illorum doctrina detegatur et triumphetur. Cæterum in præsenti operæ pretium est illos ex sacris Scripturis inimicos Christi comprobare, et lupos gregem ejus invadentes, ubique pellendos, et ab ovibus ejus abigendos. Ideo lupi jure vocati sunt et a prophetis, et ab ipso Domino, et a beatis apostolis; nec modo lupi, sed perniciosi, impii, hostes, inimici, insidiatores, blasphemi, hypocritæ, fures, latrones, abominandi, falsi prophetæ, falsi doctores, duces cæci, errones, maligni, antichristi, scandala, filii hostis maligni, zizania, athei, pneumatomachi, qui in Spiritum gratiæ blasphemant : quibus non remittetur neque in hoc sæculo neque in futuro : *Per quos via veritatis blasphemabitur* (2. *Pet.* 2. 2). Ad hæc, filii maligni diaboli, ut ait Theologus Joannes : *Manifesti sunt filii diaboli* (1. *Joan.* 3. 10). Oportet ergo primum circa istos occupari, et postea de consummatione loqui. Quandoquidem igitur in nos fines sæculorum devenerunt, ut ait Apostolus (1. *Cor.* 10. 11), et exorta sunt tempora difficilia, et multiplicata est iniquitas, refrixitque caritas multorum, seductoresque multi sunt, ac plures qui seducuntur; age, sacros libros evolvamus, in iisque reperta veritatis via, per eam incedamus, et ad sanctos montes accurramus; ad prophetas dico et apostolos, ut non erremus, nec *Circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris* (*Ephes.* 4. 14). Ne infra maneamus, sed simul ascendamus cum sanctis discipulis ad beatum montem, audiamusque Pastorem nostrum dicentem : *Videte ne seducamini* (*Luc.* 21. 8) : *Videte ne quis vos seducat* (*Matth.* 24. 4) : videte ubique. Joannes quoque similia dicit : *Ne perdatis quæ operati estis* (2. *Joan.* 8); et Paulus : *Videte canes* (*Philip.* 3. 2) : *Videte quomodo ambuletis* (*Ephes.* 5. 15). Illud autem, *Videte*, ad nihil aliud dicitur, quam ad nostram tutelam contra eos, qui sub ovina pelle seducunt, et lupum occultant, ac negligentiores seducunt. Certe necessario in Scripturis ubique occurrit illud, Videte, respicite, vigilate, attendite, non modo vobis, sed et universo gregi. Divina namque Scriptura, eorum quæ nobis proderant nihil tacuit.

3. Mihi vero erumpunt lacrymæ, cum audio quosdam ex nostra Ecclesia dicere, hæc in divinis Scripturis non haberi; nec dici modo hæc a laicis, sed etiam ab iis, qui videntur esse pastores, et loca obtinent apostolorum et prophetarum, sed non mores. Quibus opportune dicatur : Væ vobis, duces cæci, et indocti, atque inconstantes; qui vestium ornatu delectamini, non libris; qui dereliquistis verbum Dei, et ventri servitis : *Quorum Deus venter est, et gloria in confusione* (*Philip.* 3. 19) : qui lacte et lana et carnibus gregis abutimini, deque ovibus nihil curatis. Quomodo ergo evadetis, cum tantam salutem neglexeritis? Ego vero, assumpta ex sermone fiducia, plura testimonia proferam, ut ostendam ex sacris Scripturis, Evangeliis, prophetis, apostolis, Christo juvante, quomodo obstruatur os loquentium iniqua, et illuminetur cor eorum, qui verbum desiderant. Undenam autem incipiemus, nisi ab hoc dicto, *Ego sum principium et finis* (*Apoc.* 21. 6)? Quisque vero hic animum adhibeat, omni deposita sæculari cura. *Videte*, dicit Dominus, *ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus; et multos seducent* (*Luc.* 21. 8. *Matth.* 24. 5). Et rursum : *Attendite* vobis ipsis *a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; sed ex fructibus eorum cognoscetis eos* (*Id.* 7. 15. 16); id est, ex sermonibus eorum, ex falsa prophetia, ex hypocrisi eorum, ex pravis dogmatibus, ex blasphemia ipsorum cognoscetis eos. *Non potest* enim *arbor mala fructus bonos facere* (*Id.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀνοιχθῶσιν. ἃς νῦν χλευάζομεν ἀκούοντες, καὶ οὐ παραδεχόμεθα. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ ὁδῷ ἐπλανήθημεν, καταλείποντες τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, καὶ ἐγενόμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρχες ἡμῖν, Κύριε. Καὶ ἀληθῶς εἰς ἡμᾶς ἐπληρώθη ἡ προφητεία Δαυὶδ λέγουσα· *Καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν.* Διὰ τοῦτό ἐσμεν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ εἰς ἡμᾶς κατήντησε τὰ τέλη τῶν αἰώνων, ὡς γέγραπται· καὶ οἱ ποιμένες λύκοι, καὶ τὰ πρόβατα συντετριμμένα· καὶ ὁ λιμὸς ἐπὶ θύραις, οὐ λιμὸς ἄρτου καὶ δίψα ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Θεοῦ. Μηδεὶς οὖν τῶν ἐλπιζόντων ἐπὶ Κύριον ἀπογινωσκέτω. Μὴ [74] οὖν ἀθυμεῖτε, προορῶντες πάντοτε τὸν εἰπόντα, ὅτι *Μεθ' ὑμῶν εἰμι.*

β'. Θαρσεῖτε οὖν· οὐ γὰρ λιμοκτονήσει Κύριος ψυχὰς δικαίων. Περὶ τούτου τοῦ λιμοῦ λέγει ὁ Κύριος διὰ τοῦ προφήτου· *Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐπάγω λιμὸν ἐπὶ τὴν γῆν· οὐ λιμὸν ἄρτου, οὐδὲ δίψαν ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸν τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Θεοῦ. Καὶ περιδραμοῦνται ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν, ζητοῦντες τὸν λόγον Κυρίου.* Ὁρᾷς, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου λέγει; Θεὸς γὰρ οὐ περὶ τοῦ ἄρτου ἔλεγεν. Ὦ λιμοῦ δεινοῦ, καὶ ψυχοφθόρου, καὶ βλαβεροῦ! ὦ λιμοῦ τῆς αἰωνίου κολάσεως προξένου! Οὗτος ὁ λιμός ἐστιν ὁ χορηγὸς παντὸς πονηροῦ πράγματος· οὗτος ὁ λιμός, ὁ αἴτιος παντὸς κακοῦ. Τοῦτον τὸν λιμὸν προθεωρήσας ὁ προφήτης Δαυὶδ ἐρχόμενον παρεκάλει τὸν Θεὸν, λέγων· *Ὁ Θεός μου, μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ.* Καὶ περὶ τῶν σπουδαίων πιστῶν προεφήτευσε λέγων· *Ῥύσασθαι ἐκ τοῦ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν, καὶ διαθρέψαι αὐτοὺς ἐν λιμῷ.* Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· *Καὶ ἐν ἡμέραις λιμοῦ χορτασθήσονται·* καὶ πάλιν, *Ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων ὁ Κύριος τροφὴν ἔδωκε τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.* Ταῦτα εἶπεν ὁ Δαυὶδ περὶ τῶν ἐρευνώντων τὰς Γραφὰς, ὅτι οὐ πεινάσουσιν. Ἐρευνήσωμεν τὰς Γραφὰς, ἀδελφοὶ, ἵνα μὴ πεινάσωμεν ἐλθόντος τοῦ ψυχοφθόρου λιμοῦ· ἐρευνήσωμεν, ἵνα μὴ πλανηθῶμεν, καὶ περιφερώμεθα παντὶ ἀνέμῳ. Διό φησιν ὁ Κύριος πρὸς τοὺς ἀμελοῦντας· *Πλανᾶσθε, μὴ νοοῦντες τὰς Γραφάς.* Ἀληθῶς γὰρ οἱ τοιοῦτοι πλανῶνται. Πόθεν γὰρ ὁ ψυχοκτόνος ἐπῆλθεν λιμός; οὐχὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐρευνᾷν τὰς Γραφάς; Ὦ πόσων ἀγαθῶν ἑαυτοὺς ἀπεστερήσαμεν, καταλιπόντες τὰς θείας Γραφάς! δεσποτικὸν γὰρ τὸ πρόσταγμα. Ἐρεύνησον ἐμπόνως, ἐρεύνησον καὶ ζήτησον, καὶ εὑρήσεις πολὺν τὸν ἀνείκαστον πλοῦτον, καὶ θησαυρὸν κεκρυμμένον ἐν τῷ ἀγρῷ· νοήσεις τὴν θείαν Γραφήν. Ἐρεύνησον, καὶ εὑρήσεις, καὶ εὑρὼν, πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ ἀγόρασον τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον, τὴν καλὴν γνῶσιν τῶν ἁγίων Γραφῶν, ἐν αἷς κέκρυπται ὁ Υἱὸς, ἡ ἀληθινὴ Σοφία τοῦ Πατρός· ὃν εὑρὼν, μακάριος ἔσῃ. καθὼς γέγραπται, ὅτι *Μακάριος ἄνθρωπος, ὃς εὗρεν σοφίαν.* Ἐρεύνησον, ἀγαπητὲ, κἂν πλούσιος τυγχάνῃς ἢ πένης, εἴτε δοῦλος, εἴτε ἐλεύθερος, εἴτε ἄῤῥην, εἴτε θῆλυ. *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς.* Ἡ γὰρ θεία Γραφὴ ταμιεῖόν ἐστι παντὸς ἀγαθοῦ. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν· περὶ γὰρ συντελείας ὁ λόγος, καὶ περὶ ψευδοπροφητῶν, καὶ ψευδοδιδασκάλων, καὶ περὶ ἀθέων αἱρετικῶν, χειμάῤῥων δίκην ἐπικλυσάντων πανταχοῦ, καὶ πλανώντων πολλούς. Καὶ πόθεν τοῦτο συμβέβηκεν; Δῆλον ὅτι ἐκ τῆς ἀγνωσίας καὶ ἀπειρίας τῶν προϊσταμένων· ὅπου γὰρ ἀπειρία ποιμένων, ἐκεῖ προβάτων ἀπώλεια. Τί οὖν εἶπω πρῶτον; περὶ τῆς συντελείας ἡμῶν; ἢ τῶν ἀθέων αἱρετικῶν στηλιτεύσω τὰ βέβηλα δόγματα; Εἰ καιρὸς ἦν, εἶχον ἂν θριαμβεῦσαι καὶ δημοσιεῦσαι αὐτῶν τὰ βέβηλα δόγματα, καὶ τὰ ἄθεσμα πράγματα· ἀλλὰ μέγας ἐστὶν ὁ ἀγὼν, καὶ πολὺς ὁ λόγος, τὰ τούτων γυμνῶσαι καὶ θριαμβεῦσαι ἀκάθαρτα δόγματα. Πλὴν πρὸς τὸ παρὸν ἀναγκαῖόν ἐστι παραστῆσαι ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν τούτους ὡς ἐχθροὺς τοῦ Χριστοῦ, καὶ λύκους τῆς αὐτοῦ ποίμνης, πανταχοῦ ἐλαυνομένους, καὶ ἐκβαλλομένους τῶν Χριστοῦ προβάτων. Διὸ καὶ λύκοι δικαίως ἐκλήθησαν ὑπὸ τῶν προφητῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου, καὶ τῶν μακαρίων ἀποστόλων· καὶ οὐ μόνον λύκοι, ἀλλὰ καὶ λοιμοὶ, καὶ ἀσεβεῖς, καὶ ἀντίδικοι, καὶ ἐχθροὶ, καὶ ἐπίβουλοι, καὶ βλάσφημοι, καὶ ὑποκριταὶ, καὶ κλέπται, καὶ λῃσταὶ, καὶ ῥδελυκτοὶ, καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ ψευδοδιδάσκαλοι, καὶ ὁδηγοὶ τυφλοὶ, καὶ πλανῆται, καὶ πονηροὶ, καὶ ἀντίχριστοι, καὶ σκάνδαλα, καὶ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ, καὶ ζιζάνια, καὶ ἄθεοι, καὶ πνευματομάχοι, οἱ βλασφημήσαντες τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος· οἷς οὐκ ἀφεθήσεται οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· *Δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται.* Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τέκνα τοῦ πονηροῦ διαβόλου, καθώς φησιν ὁ θεολόγος· *Φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου.* Δεῖ οὖν πρῶτον περὶ τούτων ἀσχοληθῆναι, καὶ τότε περὶ τῆς συντελείας λαλῆσαι. Ἐπεὶ οὖν εἰς ἡμᾶς τὰ τέλη τῶν αἰώνων ἔφθασεν, ὡς λέγει ὁ [75] Ἀπόστολος, καὶ ἀνέστησαν οἱ χαλεποὶ καιροὶ, καὶ ἡ ἀνομία ἐπληθύνθη, καὶ ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν ἐψύγη, καὶ οἱ πλανῶντες πολλοὶ, καὶ οἱ πλανώμενοι πλείονες· φέρε οὖν ἀναπτύξωμεν τὰς ἱερὰς βίβλους, ἐν αἷς εὑρόντες τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας, βαδίζωμεν, ἀνατρέχοντες ἐπὶ τὰ ἄγια ὄρη, προφήτας λέγω καὶ ἀποστόλους, ὅπως μὴ πλανηθῶμεν, καὶ *Περιφερώμεθα ἐν παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης.* Μὴ κάτω μείνωμεν, ἀλλὰ συνανέλθωμεν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ μακάριον, καὶ ἀκούσωμεν τοῦ ἡμετέρου ποιμένος λέγοντος· Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε· *Βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ·* πανταχοῦ βλέπετε. Καὶ Ἰωάννης ὅμοια λέγει· *Ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ εἰργάσασθε·* καὶ Παῦλος, *Βλέπετε τοὺς κύνας· Βλέπετε πῶς περιπατεῖτε.* Τὸ δὲ, *Βλέπετε,* καὶ *Βλέπετε,* οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, εἰ μὴ πρὸς ὑμετέραν ἀσφάλειαν εἰρημένον περὶ τῶν πλανώντων τῷ κωδίῳ, καὶ τὸν λύκον ὑποκρυπτόντων καὶ ἀπατώντων τοὺς ἀμελεστέρους. Πάνυ δὲ ἀναγκαίως πανταχοῦ εἴρηται ἐν ταῖς Γραφαῖς, τὸ, Βλέπετε, καὶ Ὁρᾶτε, καὶ Γρηγορεῖτε, καὶ Προσέχετε, οὐ μόνον ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ. Οὐδὲν γὰρ παρεσιώπησε τῶν ἡμῖν συμφερόντων ἡ θεία Γραφή.

γ'. Ἐμοὶ δὲ δακρύειν ἐπέρχεται, ὅταν ἀκούσω ἀπὸ τῆς ἡμετέρας; Ἐκκλησίας τινὰς λέγοντας, μὴ εἰρῆσθαι ταῦτα ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· καὶ τοῦτο οὐ μόνον παρὰ λαϊκῶν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν δοκούντων εἶναι ποιμένων, καὶ τόπους ἐπεχόντων ἀποστόλων καὶ προφητῶν, ἀλλ' οὐ τρόπους· πρὸς οὓς εὔκαιρον εἰπεῖν· Οὐαὶ ὑμῖν, οἱ ὁδηγοὶ τυφλοὶ, καὶ ἀμαθεῖς, καὶ ἀστήρικτοι· οἱ ἱματίων καλλωπισταὶ, καὶ οὐχὶ βιβλίων· οἱ καταλιπόντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ γαστρὶ διακονοῦντες· *Ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ·* οἱ τὸ γάλα καὶ τὸ ἔριον καὶ τὰ κρέα τῆς ποίμνης καταχρώμενοι, περὶ δὲ τῶν προβάτων οὐ φροντίζοντες; Πῶς οὖν ἐκφεύξεσθε τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; Ἐγὼ ὑπαρθεὶς τῷ λόγῳ εἰς μέσον προσθήσω περισσοτέρας μαρτυρίας, ἀποδεικνύων ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν, Εὐαγγελίων τε καὶ προφητῶν καὶ ἀποστόλων, τοῦ Χριστοῦ χορηγοῦντος, πῶς ἐμφράττῃ στόμα λαλούντων ἄδικα, τῶν δὲ ποθούντων τὸν λόγον φωτισθῇ ἡ καρδία. Ἀρξώμεθα δὲ πόθεν, ἢ ἐκ τοῦ εἰπόντος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος;* Ἐπιστησάτω δὲ ἕκαστος τὸν νοῦν ἑαυτοῦ, ἀποθέμενος πᾶσαν βιωτικὴν μέριμναν. Εἶπεν ὁ Κύριος· *Βλέπετε, μὴ πλανηθῆτε. Πολλοὶ γὰρ ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου ἐλεύσονται λέγοντες, ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός· καὶ πολλοὺς πλανήσουσι.* Καὶ πάλιν· *Προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀλλ' ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς,* φησί· τουτέστι, ἀπὸ τῶν λόγων, ἐκ τῆς ψευδοπροφητείας, ἐκ τῆς ὑποκρίσεως αὐτῶν, ἐκ τῆς κακοδοξίας αὐτῶν, ἐκ τῆς βλασφημίας αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. *Οὐ γὰρ δύναται δένδρον σαπρὸν ποιεῖν καρποὺς καλούς.* Πᾶν γὰρ δένδρον ἐκ τοῦ ἰδίου καρποῦ ἐπιγινώσκεται. Οὕτω καὶ ὑμεῖς τοὺς τοιούτους ἐκ τῶν καρπῶν τῶν ἰδίων ἐπιγινώσεσθε· καὶ ἐπιγνόντες, μὴ παραλαμβάνετε αὐτοὺς εἰς οἰκίαν, μὴ ὑποκάμψητε, μὴ ἀξιώσητε λόγου, μὴ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν αὐτῶν· ἀλλὰ προσέχετε ἀπὸ τῆς ζύμης αὐτῶν, ἥτουν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν. Μηδεὶς ἐξ ὑμῶν ἀποκακήσῃ, ἢ παρέργως ἀκούσῃ· Θεὸς γὰρ ὁ λαλῶν. Ἀκούσατε, οἱ ποιμένες, τὰς φωνὰς τοῦ Ἀρχιποιμένος· ἀκούσατε, πῶς ἀποκαλύπτει καὶ θριαμβεύει εἰς τοὺς κρυφίους λύκους· ἀκούσατε καὶ προσέχετε καὶ ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ. *Βλέπετε τοὺς κύνας,* βλέπετε τοὺς κλέπτας. *Ὁ γὰρ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλ' ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής.* Καὶ πάλιν περὶ αὐτῶν λέγει· *Ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι.* Καὶ πάλιν πρὸς αὐτοὺς ἔλεγεν· *Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς* [76] *τοῦ διαβόλου ἐστέ. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅτι κλείετε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὑμεῖς γὰρ οὐκ εἰσέρχεσθε, οὐδὲ τοὺς εἰσερχομένους ἀφίετε εἰσελθεῖν. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· Ὑμεῖς οὐκ ἔστε ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν. Ὁρᾷς πῶς πανταχοῦ ὁ Δεσπότης στηλιτεύει καὶ θριαμβεύει τοὺς ἀσεβεῖς, ὅπως ἡμεῖς μὴ πλανηθῶμεν; Ὢ τῆς ἀφράστου συγκαταβάσεως· ὦ τῆς ἀνεικάστου ἀγαθότητος. Τί ἀνταποδώσομεν τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων τούτων; τί ἀπολογησόμεθα τῷ ἀρχιποιμένι; Ὦ ποιμένες καὶ συμποιμένες· ἰδοὺ γὰρ ὀλίγα ἐκ τῶν πολλῶν. Πῶς πανταχοῦ ἀσφαλιζόμενος ὁ Δεσπότης διὰ τῶν ἀχράντων Εὐαγγελίων βοᾷ· Βλέπετε, γρηγορεῖτε, προσέχετε, σπουδάσατε, ἀγωνίσασθε; Καὶ οὐ μόνον διὰ τῶν Εὐαγγελίων βοᾷ, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν θεοφόρων προφητῶν, καὶ τῶν θεολόγων μαθητῶν τὰ ὅμοια φθέγγεται· ἐν πᾶσι γὰρ αὐτοὺς λαλεῖ ὡς βούλεται· καὶ μαρτυρεῖ μοι ὁ Παῦλος λέγων· *Τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ.* Δεῦρο τοίνυν παραγάγωμεν εἰς μέσον τοὺς θεολόγους, καὶ ἀκούσωμεν ἐξ αὐτῶν τί περὶ αἱρετικῶν παραγγελοῦσιν ἡμῖν. Εἰπὲ, μακάριε Πέτρε, ὃν ἐμακάρισεν ὁ Κύριος Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· εἰπὲ ἡμῖν περὶ τῶν πλανώντων καὶ μελλόντων πλανᾶν τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην, ἣν σοι παρέδωκε καὶ ἐπίστευσεν ὁ ἀρχιποίμην καὶ ἐπίσκοπος τῶν ψυχῶν ἡμῶν· εἰπὲ, ὅσα σοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐχορήγησεν, καὶ στήριξόν σου τὴν ποίμνην· δεῖξον ἡμῖν τοὺς κρυφίους λύκους, καθὼς ὁ καθηγητής σου Χριστὸς ὁ Κύριος. Πέτρος εἶπε· *Τοῦτο πρῶτον γινώσκετε, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας πορευόμενοι.* Καὶ πάλιν λέγει· *Καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς Δεσπότην ἀρνούμενοι. Καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀσελγείαις· οἷς τὸ κρῖμα οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει· κατάρας τέκνα, καταλείποντες τὴν εὐθεῖαν ὁδόν.* Ταῦτα Πέτρος ἐφθέγξατο, Πέτρος ὁ μακάριος ἀληθῶς, Πέτρος τῆς πίστεως ἡ πέτρα, ἐφ' ἧς ᾠκοδόμησεν ὁ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν, Πέτρος ὁ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν κατέχων, Πέτρος ὁ κατὰ κυμάτων πεζεύσας, ὁ θερμὸς ἐραστὴς τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, ὁ τὸν Σίμωνα τὸν μάγον ἐν τῇ Ῥώμῃ ῥίψας, ὡς κορυφαῖος καὶ πρωτοστάτης τὸν πρῶτον λῃστὴν καὶ μαθητὴν τοῦ διαβόλου ἐν ταῖς αἱρέσεσιν. Ἰωάννης εἶπεν· *Φανερά ἐστι τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου.* Ὁρᾷς, πῶς ἐν πᾶσι τούτοις ὁ Χριστὸς λαλεῖ; Καὶ γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις τὰ ὅμοια εἶπε πρὸς αὐτοὺς, ὅτι *Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ διαβόλου ἐστέ.* Οἶδα πολλοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἔπλασεν (χωρὶς γὰρ Θεοῦ, λέγοντες, ἐγένετο οὐδὲν), μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται. Ὅτι με γὰρ ὁ Θεὸς ἔκτισε, σύμφημι κἀγώ· ἀλλ' ἔκτισεν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς, ἵνα ἐν αὐτοῖς ἐπακολουθήσωμεν, καὶ γενώμεθα τέκνα τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ὀρθῆς πίστεως.

δ'. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Ἰωάννης λέγει· *Καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασι·* καὶ πάλιν, *Βλέπετε ἑαυτούς, ἵνα μὴ ἀπολέσητε ἃ ἐργάσασθε· ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰς τὸν κόσμον ἐξῆλθον.* Ἀγαπητοὶ, *μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐστιν· ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται εἰς τὸν κόσμον εἰσεληλύθασι.* Καὶ πάλιν λέγει· *Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει μεθ' ἑαυτοῦ, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ Χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. Ὁ γὰρ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ τοῖς πονηροῖς.* Καὶ πάλιν, *Πᾶς ὁ παραβαίνων, καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ τοῦ Χριστοῦ, Θεὸν οὐκ ἔχει.* Ταῦτα Ἰωάννης ἡμῖν παραινεῖ, Ἰωάννης ὁ υἱὸς τῆς βροντῆς, ὁ ὑπὲρ πάντας ἁγίους ἠγαπημένος. ὁ στηρίξας τὴν ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν, καὶ ἐμφράξας τὰ τῶν αἱρετικῶν στόματα τῇ θεολογίᾳ. Ἰάκωβος εἶπεν· *Ὃς ἂν δοκῇ φίλος αὐτῶν εἶναι, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται.* Ἀκούσατε, πάντες οἱ τοῖς αἱρετικοῖς συνεσθίοντες, ὀδυνηρὰν ἀπόφασιν· ὅτι τοῦ Χριστοῦ ἐχθροί ἐστε. Οὐδὲ γὰρ ὁ τοῖς ἐχθροῖς τοῦ βασιλέως συμφιλιάζων, δύναται τοῦ βασιλέως φίλος εἶναι· ἀλλ' οὐδὲ ζωῆς ἀξιοῦται, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἐχθροῖς ἀπολεῖται, καὶ τὰ χείρονα ὑπομένει. Ἰούδας Ἰακώβου εἶπεν· *Παρεισέδυσάν τινες ἄνθρωποι οἱ ἔκπαλαι προγεγραμμένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλγειαν,* [77] *καὶ τὸν μόνον Δεσπότην καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι.* Καὶ πάλιν λέγει· *Ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων ἔσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι τῶν ἀσεβειῶν. Οὗτοί εἰσι οἱ ἀφόβως ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, νεφέλαι ἄνυδροι, παντὶ ἀνέμῳ περιφερόμεναι, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνας τετήρηται.* Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων παραινεῖ ἡμᾶς Ἰούδας ὁ καλός. Δεῦρο λοιπὸν, Παῦλε, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, εἰπὲ ἡμῖν καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν σοι παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ ἡμῖν περὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ αἰῶνος· φανέρωσον τοὺς κρυφίους λύκους, θριάμβευσον καὶ στηλίτευσον τοὺς κλέπτας τῆς ἁγίας ποίμνης τοῦ Θεοῦ. Παῦλος εἶπεν· *Οἶδα ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἄφιξίν μου λύκοι βαρεῖς εἰς ὑμᾶς, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου.* Ὁρᾷς πανταχοῦ τοὺς θεολόγους συμφωνοῦντας τῷ Διδασκάλῳ περὶ τῶν ἀθέων αἱρετικῶν, κύνας αὐτοὺς καὶ λύκους προσαγορεύοντας; καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ Παῦλος· *Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. Βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης. Βλέπετε ἀκριβῶς πῶς περιπατεῖτε, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι.* Τίς ἔξει ἀπολογίαν ἀμελείας, ἀκούων τὰς τοσαύτας παραγγελίας; Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· *Μὴ παραδέχεσθε αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν·* καὶ πάλιν, *Διδαχαῖς ποικίλαις καὶ ξέναις μὴ παραφέρεσθε·* καὶ πάλιν, *Αἱρετικοὶ ἄνθρωποι προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι·* καὶ ἀλλαχοῦ, *Τοῖς μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν.* Ἀκούσατε πάλιν, οἱ τὰς ἀγάπας μετ' αὐτῶν ποιοῦντες· πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς ἐπερχομένης ἐφ' ὑμᾶς, οἱ τούτοις συμμαινόμενοι ἐν βρώσει, ἐν πόμασι; πῶς τολμᾶτε προσελθεῖν τοῖς θείοις μυστηρίοις καὶ φρικτοῖς τοῦ Χριστοῦ; ἢ οὐκ ἠκούσατε τοῦ μακαρίου Παύλου βοῶντος, ὅτι *Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πιεῖν, καὶ ποτήριον δαιμόνων· οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων.* Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτεσθε. Ἆρα δυσωπήσωμεν ὑμᾶς; ἢ εἰς κενὸν κοπιῶμεν καὶ εἰς ἀέρα λαλοῦμεν; Πλὴν διὰ τοὺς θέλοντας καὶ σπουδάζοντας ἀκούειν τὸν λόγον καὶ ποιεῖν, οὐκ ἀποκνήσω, οὐκ ἀποστήσομεν τῶν ῥημάτων Παύλου, ἀλλὰ πάλιν ταὐτὰ ἐρῶ· ἀκούσατε, *Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;* Ποῦ εἰσιν οἱ θρασύστομοι, οἱ λέγοντες, μὴ εἰρῆσθαι ταῦτα ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· *Ὢν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες;* Ταῦτα ὁ Παῦλος παρακαλεῖ καὶ διδάσκει καὶ παραινεῖ, Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, τὸ ἔρκιον τῆς Ἐκκλησίας, ὁ πολύαθλος καὶ γενναῖος, Παῦλος ἡ θεόφθογγος λύρα, ὁ Χριστοῦ κήρυξ, ὁ συγγραφεὺς τῶν δογμάτων, ἡ σάλπιγξ τοῦ Λόγου, ὁ ῥήτωρ τῆς εὐσεβείας, ἡ τῶν ἐθνῶν σαγήνη. Καὶ οἱ μὲν μακάριοι θεολόγοι ταῦτα καὶ πλείονα τούτων περὶ ἀθέων καὶ ἀπίστων ἐφθέγξαντο· οἱ δὲ προφῆται προηγούμενοι ἔκπαλαι τὰ ὅμοια ἐφθέγξαντο· ἀναγκαῖον γὰρ καὶ τούτους εἰς μέσον ἀγαγεῖν. Εἶπεν ὁ προφήτης Δαυὶδ· *Οὐκ ἔστιν ἐν στόματι αὐτῶν ἀλήθεια.* Καὶ πάλιν λέγει· *Κύριε, οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; Τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, καὶ εἰς ἐχθροί μοι ἐγένοντο.* Καὶ ὁ Σολομὼν λέγει, ὅτι Δυσσεβοῦντες ὑποκρίνονται εὐσέβειαν. Καὶ πάλιν λέγει· *Υἱὲ, μή σε*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

7. 18). Omnis quippe arbor ex fructu suo cognoscitur. Sic et vos ex fructibus ipsorum cognoscetis eos : et cum cognoveritis eos, ne recipiatis illos domi, ne flectamini, neque dignemini loqui cum illis : ne projiciatis margaritas vestras ante illos, sed cavete a fermento eorum, hoc est, ab hæresi eorum. Nemo vestrum deficiat, vel perfunctorie audiat : Deus enim est qui loquitur. Audite, pastores, vocem Principis pastorum : audite, quomodo occultos lupos detegat, de ipsisque triumphet : audite et cavete vobis, et universo gregi. *Videte canes* (*Philip.* 3. 2), videte fures. Nam *Qui non ingreditur per ostium in ovile ovium, sed aliunde ascendit, fur est et latro* (*Joan.* 10. 1). Rursusque de illis ait : *Qui non est mecum, contra me est* (*Matth.* 12. 30). Iterumque sic illos alloquitur : *Vos ex patre diabolo estis* (*Joan.* 8. 44). *Væ vobis, quia clauditis regnum cœlorum ! ipsi enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare* (*Matth.* 23. 13). Et alibi rursum : *Vos non estis ex ovibus meis* (*Joan.* 10. 26). Viden' quo pacto Dominus impios ubique traducat, deque ipsis triumphet, ne nos seducamur ? O ineffabilem indulgentiam ! o inæstimabilem benignitatem ! Quid retribuemus Domino pro his omnibus ? quomodo nos purgabimus Principi pastorum ? O pastores, et compastores ! En pauca ex multis. Quomodo nos undique muniens Dominus per immaculata clamat Evangelia : Videte, vigilate, cavete, attendite, decertate ? Nec modo per Evangelia clamat, sed etiam per deiferos prophetas, et per theologos discipulos similia dicit : in omnibus quippe illis ut vult loquitur ; testisque est mihi Paulus, dicens : *Qui in me loquitur Christi* (2. *Cor.* 13. 3). Age ergo theologos in medium producamus, et ab iis audiamus quid nobis circa hæreticos præcipiant. Dic, beate Petre, quem beatum prædicavit Dominus Deus noster Jesus Christus (*Matth.* 16. 17) : loquere nobis de seductoribus, qui gregem Christi seducturi sunt, quem tibi tradidit et credidit Princeps pastorum, et Episcopus animarum nostrarum : dic ea, quæ tibi Spiritus sanctus largitus est, et confirma gregem tuum : ostende nobis occultos lupos, ut fecit et Doctor tuus Christus Dominus. Petrus dixit : *Hoc primum scitote, quod venient in novissimis diebus illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes* (2. *Pet.* 3. 3). Rursumque ait : *Et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, et eum, qui emit eos, Dominum negant. Et multi sequentur eorum luxurias ; quibus judicium non cessat, et perditio eorum non dormitat* (*Ibid.* 2. 1-3) ; *maledictionis filii, derelinquentes rectam viam* (*Ibid. v.* 14. 15). Hæc Petrus loquutus est ; Petrus vere beatus, Petrus fidei petra, super quam ædificavit Christus Ecclesiam, Petrus qui claves regni cœlorum tenet, Petrus qui supra fluctus ambulavit (*Matth.* 16. 18. 19), fervens amator Domini Christi, qui Simonem magum Romæ prostravit, ut coryphæus et primus defensor, primum latronem et in hæresibus diaboli discipulum dejecit. Joannes dixit : *Manifesti sunt filii diaboli* (1. *Joan.* 3. 10). Viden' quomodo in omnibus illis Christus loquatur ? Nam in Evangeliis similia dicit illis : *Vos ex patre vestro diabolo estis* (*Ibid.* 8. 44). Scio multos objicere, ipsos quoque a Deo efformatos esse (nam sine Deo, aiunt, factum est nihil), non intelligentes nec quæ dicunt, nec de quibus affirmant. Nam quod me Deus creaverit, ego quoque concedo ; sed creavit ad opera bona, ut in ipsis perseveremus, et per rectam fidem filii Dei efficiamur.

4. Sed ad propositum revertamur. Joannes dicit : *Et nunc Antichristi multi facti sunt* (1. *Joan.* 2. 18) ; ac rursum : *Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis : quoniam multi seductores exierunt in mundum* (2. *Joan.* 8. 7). *Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt : quia multi pseudoprophetæ in mundum intraverunt* (1. *Joan.* 4. 1). Ac rursum dicit : *Si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi, ave, communicat operibus illius malignis* (2. *Joan.* 10. 11) ; et rursum : *Omnis qui recedit, et non permanet in doctrina Christi, Deum non habet* (2. *Joan.* 9). His Joannes nos hortatur, Joannes filius tonitrui, qui plus quam omnes sancti dilectus fuit, qui firmavit Ecclesiam a terminis usque ad terminos orbis, qui theologia sua hæreticorum ora obstruxit. Jacobus dixit : *Si quis videatur amicus eorum esse, inimicus Dei constituitur* (*Jac.* 4. 4). Audite omnes, qui cum hæreticis comeditis, amaram sententiam : quod Christi inimici sitis. Neque enim is, qui cum regis inimicis amicitiam init, potest esse regis amicus ; imo neque vita dignus habetur ; sed cum inimicis peribit, et deteriora patietur. Judas Jacobi dixit : *Subintroierunt quidam homines, qui olim præscripti sunt in hoc judicium, impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, et solum Dominatorem et Dominum Jesum Christum negantes* (*Judæ* 4). Rursumque dicit : *In novissimo tempore erunt quidam illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus* (*Ibid. v.* 18). *Hi sunt, qui sine timore semetipsos pascunt, nubes sine aqua, quæ omni vento circumferuntur, sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum* (*Ibid. v.* 12. 13). Hæc et plurima nos admonet præclarus ille Judas. Huc demum accede, Paule, vas electionis ; dic et ipse nobis secundum gratiam, quæ data est tibi a Deo ; dic nobis de instante sæculo malo : occultos lupos detege, de raptoribus sacri gregis Dei triumpha. Paulus dixit : *Scio quia intrabunt post discessionem meam lupi graves in vos non parcentes gregi* (*Act.* 20. 29). Viden' ubique theologos cum Magistro concordes circa impios hæreticos, quos canes atque lupos vocant ? ut etiam alibi ait Paulus : *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem* (*Philipp.* 3. 2). *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam et vanam fallaciam* (*Col.* 2. 8). *Videte quomodo caute ambuletis : quoniam dies mali sunt* (*Ephes.* 5. 15. 16). Quis poterit de negligentia excusari, cum tot tantaque monita audiat ? Et alibi rursum : *Hæreticum hominem post unam et secundam correptionem devita* (*Tit.* 3. 10) ; et rursus : *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci* (*Hebr.* 13. 9) ; et iterum : *Hæretici homines proficient in pejus, errantes et in errorem mittentes* (2. *Tim.* 3. 13) ; et alibi : *Coinquinatis et infidelibus nihil est mundum* (*Tit.* 1. 15). Audite rursum, qui agapas cum illis facitis (*a*) : quomodo effugietis iram vos invadentem, qui cum his in cibo et potu commaculamini ? quomodo audetis accedere ad divina et tremenda Christi mysteria ? nonne audistis beatum Paulum clamantem : *Non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum : non potestis participare mensæ Domini, et mensæ dæmoniorum* (1. *Cor.* 10. 20. 21). Exite de medio ipsorum, et immundum ne tangatis. Num vobis persuadebimus ? num frustra laboramus, et in aerem verba fundimus ? Attamen eorum gratia, qui volunt et dant operam ut audiant et faciant, non segnis ero, neque a verbis Pauli discedemus, sed rursum hæc dicam : Audite : *Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim societas luci ad tenebras* (2. *Cor.* 6. 14) ? Ubinam sunt audaces illi, qui negant hæc dici in divinis Scripturis : *Quorum deus venter est, et gloria in confusione, qui terrena sapiunt* (*Philipp.* 3. 19). Hæc admonet Paulus, hæc docet et prædicat : Paulus vas electionis, Ecclesiæ sepes, certator ille strenuus ; Paulus lyra Deum resonans, Christi præco, dogmatum scriptor, tuba Verbi, orator pietatis, gentium sagena. Et quidem beati illi theologi hæc et plura de impiis et infidelibus dixerunt : prophetæ vero prius et jam olim similia loquuti sunt : necessarium enim est hos quoque in medium adducere. Dixit David propheta : *Non est in ore eorum veritas* (*Psal.* 5. 10) ; et rursum : *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam ? Perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi*

(*a*) Agapæ, ut nemo nescit, erant convivia fraterna inter Christianos instituta ; atque etiam pro alimento pauperibus suppeditato accipiebantur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

(*Psal.* 138. 20 21). Salomon quoque dicit : Impii simulant pietatem iterumque dicit : *Fili, ne te seducant viri impii, neque ambules in via cum eis* (*Prov.* 1. 10. 15). Isaias vero propheta, imo Dominus per prophetam dicit : *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me* (*Ibid.* 1. 2); et rursum : *Non est gaudendum impiis, dicit Dominus* (*Isai.* 48. 22).

5. Num hæc satis sunt? an omnes prophetas in medium proferam? Verum hæc sufficiunt iis, qui audire volunt. Nam qui dictis non attendit, neque pluribus persuadebitur. Sed adhuc aliquantulum Davidis dicta versemus; et videamus quomodo traducat occultum illorum dolum ac de illo triumphet, dicatque : *Non est in ore eorum veritas : cor eorum vanum est* (*Psal.* 5. 10); etc. Vide autem prophetæ prudentiam, quomodo traducit ac detegit triumphantis more heterodoxos, ne nos seducamur. Audite, orthodoxi, et cum hæreticis ne consentiatis. Audite, pastores, exhorrescite, et ne sileatis, sed prædicate verbum; ne detis locum diabolo, ne lupis prædam. Imitamini beatum Petrum apostolum, qui exsecrando Simone Romæ blasphemante ac dicente, se esse Virtutem Dei, ne vel una hora tacuit, aut distulit; sed postquam illum confutasset, mendacem ostendisset, furem et Deo adversarium, perniciei illum tradidit. Similiterque illius, imo potius diaboli filium Montanum, exsecrandum illum, impurum et impium, cum duabus meretricibus, magna cura et studio convictum, ac Dei hostem, pseudochristum et pseudoprophetam demonstratum Apostolus (*a*) compressit, et os ejus impurum in nomine Christi obstruxit, ac sine ulla mora vel dilatione blasphemiam ejus prostravit. Sic et vos, pastores, facite, et nolite communicare impuris tenebrarum operibus; sed potius confutate illos, ut fecerunt apostoli et Dei pater David, qui multos hujuscemodi suscepit labores, multa certamina, confutavitque ipsos, corripuit, traduxit, Deum adversus illos precatus est dicens : *Usquequo peccatores, Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? Disperge illos in virtute tua. Da illis, Domine, secundum opera eorum : quoniam non intellexerunt opera tua, Domine* (*Psal.* 93. 3. *et* 58. 12. *et* 27. 4. 5). *Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges* (*Ibid.* 72. 20). Rursus David has preces Domino emittit, ut ipse descendens petitionem suam impleat clamans et dicens : *Domine, inclina cœlos, et descende, Domine, ne moreris. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine* (*Ibid.* 143. 6. *et* 69. 6. *et* 78. 8). Quid vero benignissimus Deus, qui vult omnes homines salvos esse, et ad agnitionem veritatis venire, quia prope est omnibus invocantibus eum in veritate? Non sprevit neque despexit deprecationem sanctorum, sed *Inclinavit cœlos, et descendit* (*Psal.* 17. 10), et omnia ad salutem generis nostri dispensavit, omniaque monstravit opere et doctrina. Deinde, ut ostenderet quo pacto ii, qui futuri erant Ecclesiarum præfecti hæreticos profligaturi essent, flagellum fecit ex funiculis, et ingressus omnes ejecit de templo, et expulit persequutusque est, dicens : *Domus mea, domus orationis est : vos autem fecistis illam speluncam latronum* (*Matth.* 21. 13). Audite, Ecclesiarum præsides. Vobis enim id quod rectum erat ostendit, ut sequeremini vestigia ejus, intenti undique, ut lupos pellatis, gregemque custodiatis. Deinde omnibus foras ejectis, iis nempe qui contraria sentiebant, eorum desolationem et exterminationem per generationes futuram prædixit dicens : *Ecce relinquetur domus vestra deserta* (*Ibid.* 23. 38). Vide quomodo sermones completi sunt. Nam Ecclesiæ inimici et insidiatores, hæretici nempe, per singulas generationes perniciei traduntur, secundum sermonem Domini qui dixit : *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus, eradicabitur* (*Matth.* 15. 13). Id quod etiam factum est. Ipse namque primus hoc fecit et monstravit : post ejus autem in cælos assumptionem, beati apostoli aciem instruxerunt adversus eos. Post illos, divina illorum dogmata Ecclesiæ doctores synodi suis temporibus collectæ, hos in hæresi pertinaces, eradicatos perniciei tradiderunt secundum illud : *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium* (*Psal.* 5. 7). Itaque omnes defecerunt et perierunt propter iniquitatem suam. Ubi namque sunt, qui Ecclesiam olim oppugnarunt, reges, principes et sapientes? nonne dissipati sunt et perierunt, atque ad nihilum redacti sunt?

6. Ubi enim superbia et ferocia Judæorum? ubi Simon magus, in hæresi primus discipulus et præcursor Antichristi? ubi mala illius proles, ac furoris lasciviæque ejus successor Montanus, malorum antesignanus, cum duabus meretricibus, ipsorumque mysteriis, ut vocabant, quæ alto sunt silentio digna, abominanda et impura : de quibus Apostolus dicebat : *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere* (*Eph.* 5. 12) Ubi Marcion, ubi Valens, ubi Manes, ubi Basilides, ubi Nero, ubi Julianus, ubi Arius, ubi Nestorius, ubi omnes veritatis adversarii, de quibus clamabat Ecclesia : *Circumdederunt me canes multi* (*Psal.* 21. 17)? Nonne omnes perierunt? Dissipati namque sunt propter blasphemiam suam, et expulsi sunt quasi lupi. Invenerunt enim antagonistas, strenuos bellatores, verosque pastores, qui tum Ecclesiis præerant, beatos viros. Cæterum magnum perspicio inter illos olim et hodiernos pastores discrimen. Illi bellatores, hi transfugæ : illi librorum et dogmatum cultores, hi vestium atque mercium. Hi utpote mercenarii oves relinquunt et fugiunt; illi animam suam pro ovibus posuerunt, bonum imitati Pastorem. O beatos viros, quorum nomina sunt in libro vitæ; quos horruerunt dæmones, formidarunt hæretici; *Et obstructum est os loquentium iniqua* (*Ibid.* 62. 12). Loquar igitur ego similia iis, quæ David cum luctu dicebat : *Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine* (*Psal.* 88. 50)? Dicam et ego cum lacrymis : Ubi est beatus ille chorus episcoporum et doctorum, qui instar luminarium in mundo fulserunt verbo vitæ instructi? Quid autem vetat quominus illos in medium adducam, saltem ex multis paucos? nam vel ipsos commemorare sanctitatem affert animæ. Ubi est Evodius, bonus odor Ecclesiæ, atque apostolorum successor et imitator? ubi Ignatius Dei habitaculum? ubi Dionysius volucris cæli? ubi Hippolytus dulcissimus et benignissimus? ubi Basilius magnus, et pene par apostolis? ubi Athanasius ille sanctus, et virtutibus opulentus? ubi Gregorius alter theologus (*a*), invictus Christi miles, ejusque cognominis? ubi Ephræm ille ingens, afflictorum consolatio, juvenum pædagogus, pœnitentium ductor, contra hæreticos gladius, Spiritus receptaculum, vas virtutum? Viden' quantum sit intervallum, quanta differentia inter beatos sanctosque viros illos, et eos qui nunc in vivis sunt? Novi et alios quoque divinos doctores; sed hi jam satis sint. Illi animam suam, ut diximus, posuerunt pro ovibus; hi vero dimissis ovibus fugerunt : illi potentes et in opere et in sermone; hi potentes opibus et possessionibus equorum et mulorum, agrorum, gregum, coquorum et splendidæ mensæ. Horum illi nocte dieque magnam curam gerunt; rationabilis autem gregis nullam habent rationem : de qua tamen ratio exigetur in magno judicii die. Deinde si quis de libris illos interroget, respondent : Pauper sum, nec possum libros emere. Deinde prodeunt, non ut pauperes, sed cum splendidis vestibus, plenis marsupiis, colla

(*a*) Longe errat hic quisquis sit Græculus, qui Montanum ab Apostolo, sive de Petro sive de Paulo hæc vox intelligatur, confutatum et prostratum dicit. Nam integro pene sæculo post Petri et Pauli martyrium Montanus hæresim prædicare cœpit, anno 19 Antonini Pii, inquit Epiphanius. p. 402. Duæ autem illæ, quas μαγαλίδας seu meretrices appellat, erant Priscilla et Maximilla, de quibus pluribus agit Epiphanius ibidem.

(*a*) Primus Theologus Græcis est Joannes Apostolus, secundus Theologus est Gregorius Nazianzenus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πλανήσωσιν ἄνδρες ἀσεβεῖς, μηδὲ πορευθῇς ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν. Ἡσαΐας δὲ ὁ προφήτης, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος διὰ τοῦ προφήτου λέγει· *Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν·* καὶ πάλιν, *Οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει Κύριος.*

ε'. Ἆρα ἀρκεῖ ταῦτα; ἢ παραγάγω εἰς μέσον καὶ πάντας τοὺς προφήτας; Ἀλλὰ ἀρκεῖ καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς ἀκούειν θέλοντας. Ὁ γὰρ τοῖς εἰρημένοις μὴ προσέχων, οὐδὲ τοῖς πλείοσι πεισθήσεται. Ἀλλ' ἔτι μικρὸν ἐνδιατρίψωμεν τοῖς τοῦ προφήτου Δαυὶδ ῥήμασι, καὶ ἴδωμεν πῶς στηλιτεύει καὶ θριαμβεύει τὸν [78] κεκρυμμένον αὐτοῖς δόλον, καὶ λέγει· *Οὐκ ἔστιν ἐν στόματι αὐτῶν ἀλήθεια· ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.* καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅρα δὲ τὴν τοῦ προφήτου σύνεσιν, πῶς δημοσιεύει καὶ ἀποκαλύπτει θριαμβεύων τοὺς κεκοδόξους, ἵνα μὴ ἡμεῖς πλανηθῶμεν. Ἀκούσατε οἱ ὀρθόδοξοι, καὶ τοῖς αἱρετικοῖς μὴ συγκαταβαίνετε· ἀκούσατε ποιμένες, καὶ φρίξατε, καὶ μὴ σιγήσατε, ἀλλὰ κηρύξατε τὸν λόγον· μὴ δότε τόπον τῷ διαβόλῳ, μὴ δότε θήραν τοῖς λύκοις. Μιμήσασθε τὸν μακάριον ἀπόστολον Πέτρον, πῶς ἐν τῇ Ῥώμῃ τοῦ τρισκαταράτου Σίμωνος βλασφημοῦντος, καὶ λέγοντος ἑαυτὸν εἶναι τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ, οὔτε κἂν πρὸς ὥραν ἐσιώπησεν, ἢ ἀνεβάλλετο, ἀλλ' ἐλέγξας, καὶ ψεύστην αὐτὸν ἀποδείξας, καὶ λῃστὴν καὶ ἀντίθεον, ῥίψας αὐτὸν τῇ ἀπωλείᾳ παρέδωκεν; Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν τούτου υἱόν, μᾶλλον δὲ τοῦ διαβόλου, Μοντανόν, τὸν μιαρὸν καὶ ἀκάθαρτον καὶ ἄθεον, μετὰ τῶν δύο μοιχαλίδων, σπουδῇ πολλῇ ὁ Ἀπόστολος ἐλέγξας, καὶ ἀντίθεον ἀποδείξας καὶ ψευδόχριστον καὶ ψευδοπροφήτην, ἐφίμωσε, καὶ ἐνέφραξε τὸ μιαρὸν αὐτοῦ στόμα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, μὴ μακροθυμήσας, μὴ ἀναβαλλόμενος ἐπὶ τῇ τούτου βλασφημίᾳ. Οὕτως οὖν ποιεῖτε καὶ ὑμεῖς, ποιμένες, καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκαθάρτοις τοῦ σκότους· μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε, ὥσπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαυὶδ περὶ αὐτῶν πολλοὺς μόχθους κατεβάλετο, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας, ἐλέγχων καὶ ἐπιτιμῶν, στηλιτεύων αὐτοὺς καὶ τῷ Θεῷ ἐντυγχάνων κατ' αὐτῶν, καὶ λέγων· *Ἕως πότε ἁμαρτωλοί, Κύριε, ἕως πότε ἁμαρτωλοὶ καυχήσονται; Διασκόρπισον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου. Δὸς αὐτοῖς, Κύριε, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, ὅτι οὐ συνῆκαν εἰς τὰ ἔργα σου, Κύριε. Κύριε, ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις.* Καὶ πάλιν παρακαλεῖ ὁ Δαυὶδ δεήσεις προσάγων τῷ Δεσπότῃ, ὅπως αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ κατελθὼν ποιήσῃ τὸ αἴτημα αὐτοῦ, βοῶν καὶ λέγων· *Κύριε, κλῖνον οὐρανούς, καὶ κατάβηθι· Κύριε, μὴ χρονίσῃς. Ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε.* Καὶ τί ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ πάντας ἀνθρώπους θέλων σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ὅτι ἐγγύς ἐστι πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ; Οὐ παρήκουσεν οὐδὲ ὑπερεῖδε τὴν δέησιν τῶν ἁγίων, ἀλλ' *Ἔκλινεν οὐρανούς, καὶ κατέβη,* καὶ πάντα ᾠκονόμησε πρὸς σωτηρίαν τοῦ γένους ἡμῶν, καὶ πάντα ὑπέδειξε ποιῶν καὶ διδάσκων. Εἶτα θέλων διδάξαι, ἵνα οἱ μέλλοντες προΐστασθαι τῶν Ἐκκλησιῶν, οὕτως ἐκδιώκωσι τοὺς αἱρετικούς, ἐποίησεν φραγέλλιον ἐκ σχοινίων, καὶ εἰσελθὼν πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἀπώσατο, καὶ ἐξεδίωξε, λέγων· *Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς ἐστιν· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ἐποιήσατε σπήλαιον λῃστῶν.* Ἀκούσατε οἱ προϊστάμενοι τῶν Ἐκκλησιῶν. Ὑμῖν γὰρ ὑπέδειξε τὸ καλὸν, ἵνα ἐξακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ, προσέχοντες πανταχόθεν ἀκριβῶς, καὶ τοὺς λύκους ἐκδιώκοντες, καὶ τὴν ποίμνην φυλάττοντες. Εἶτα ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, δηλονότι τοὺς τὰ ἐναντία φρονοῦντας, τέλος δὲ καὶ τὴν ἐρήμωσιν αὐτῶν καὶ ἀφανισμὸν προεπὼν, τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν τοῖς τὰ ἐναντία φρονοῦσι λέγων· *Ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος.* Ὅρα πῶς οἱ λόγοι ἔργον ἐγένοντο· οἱ γὰρ ἐχθροὶ καὶ ἐπίβουλοι τῆς Ἐκκλησίας, ἦγουν οἱ αἱρετικοὶ, καθ' ἑκάστην γενεὰν τῇ ἀπωλείᾳ παραδίδονται, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὃν εἴρηκεν, ὅτι *Πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου, ἐκριζωθήσεται·* ὃ καὶ γέγονεν. Αὐτὸς γὰρ πρῶτος τοῦτο ἐποίησεν καὶ ὑπέδειξε· μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν οἱ μακάριοι ἀπόστολοι παρετάξαντο κατ' αὐτῶν. Μετὰ δὲ τούτους, τὰ θεῖα τούτων διδάγματα καὶ οἱ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλοι, καὶ αἱ κατὰ καιροὺς γενόμεναι ἅγιαι σύνοδοι τούτους ἀμετανοήτους ἔχοντας ἐκριζώσαντες, τῇ ἀπωλείᾳ παρέδωκαν κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.* Οὐκοῦν πάντες ἐξέλιπον καὶ ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Ποῦ γάρ εἰσιν οἱ ποτε τὴν Ἐκκλησίαν πολεμήσαντες, βασιλεῖς καὶ δυνάσται καὶ σοφοί; οὐχὶ διεσκορπίσθησαν καὶ ἀπώλοντο, καὶ ἐγένοντο εἰς οὐδέν;

ς'. Ποῦ γὰρ τὸ γαυρίαμα καὶ ἡ θρασύτης τῶν [79] Ἰουδαίων; ποῦ Σίμων ὁ μάγος ὁ πρῶτος ἐν αἱρέσει, ὁ μαθητὴς τοῦ ἀντιχρίστου καὶ πρόδρομος; ποῦ τὸ κακὸν τούτου γέννημα, καὶ τῆς τούτου μανίας καὶ ἀσελγείας διάδοχος Μοντανός, ὁ τῶν κακῶν ἔξαρχος μετὰ τῶν δύο μοιχαλίδων, καὶ τὰ τούτων λεγόμενα μυστήρια, τὰ βαθείας σιωπῆς ἄξια, τὰ βδελυκτὰ καὶ ἀκάθαρτα, περὶ ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· *Τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν;* Ποῦ Μαρκίων, ποῦ Οὐάλης, ποῦ Μάνης, ποῦ Βασιλίδης, ποῦ Νέρων, ποῦ Ἰουλιανὸς, ποῦ Ἄρειος, ποῦ Νεστόριος, ποῦ πάντες οἱ ἀντιτασσόμενοι τῇ ἀληθείᾳ, περὶ ὧν ἐβόα ἡ Ἐκκλησία, ὅτι *Ἐκύκλωσάν με κύνες πολλοί;* Οὐχὶ πάντες ἀπώλοντο; Διεσκορπίσθησαν γὰρ διὰ τὴν βλασφημίαν αὐτῶν, καὶ ἐξεδιώχθησαν ὡς λύκοι. Εὗρον γὰρ τοὺς ἀνταγωνιστὰς καὶ γενναίους πολεμιστὰς καὶ ὄντως ποιμένας, τοὺς προϊσταμένους τότε τῶν Ἐκκλησιῶν μακαρίους ἄνδρας. Ἀλλὰ πολὺ τὸ διάφορον ὁρῶ τῶν τότε ποιμένων παρὰ τῶν νῦν. Ἐκεῖνοι πολεμισταὶ, οὗτοι φυγάδες· ἐκεῖνοι βιβλίων καλλωπισταὶ καὶ δογμάτων, οὗτοι ἱματίων καὶ γελγῶν. Οὗτοι ὡς μισθωτοὶ ἀφιεῖσι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγουσιν· ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἔθηκαν ὑπὲρ τῶν προβάτων, μιμησάμενοι τὸν ποιμένα τὸν καλόν. Ὢ τῶν μακαρίων αὐτῶν ἀνδρῶν, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βιβλίῳ ζωῆς· οὓς ἔφριξαν δαίμονες, καὶ ἐτρόμαξαν αἱρετικοί· καὶ *Ἐφράγη στόμα λαλούντων ἄδικα.* Φθέγξομαι τοίνυν κἀγὼ παραπλήσια τῷ Δαυὶδ, ὃς ἀποδυρόμενος ἔλεγε· *Ποῦ εἰσι τὰ ἔλεή σου τὰ ἀρχαῖα, Κύριε;* Εἶπω κἀγὼ ἐν δάκρυσι· Ποῦ ἐστιν ὁ μακάριος χορὸς ἐκεῖνος τῶν ἐπισκόπων καὶ διδασκάλων, οἵτινες ἔλαμψαν ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες; Τί δὲ κωλύει καὶ εἰς μέσον τούτους παραγαγεῖν, κἂν ἐπὶ πολλῶν ὀλίγους; καὶ γὰρ τὸ μνημονεῦσαι αὐτοὺς ἀγιασμός ἐστι τῆς ψυχῆς. Ποῦ Εὐόδιος ἡ εὐωδία τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διάδοχος καὶ μιμητής; ποῦ Ἰγνάτιος τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον; ποῦ ὁ Διονύσιος τὸ πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ; ποῦ Ἱππόλυτος ὁ γλυκύτατος καὶ εὐνούστατος; ποῦ Βασίλειος ὁ μέγας, καὶ μικροῦ δεῖν τῶν ἀποστόλων ἰσόρροπος; ποῦ Ἀθανάσιος ὁ ἅγιος, καὶ πλεονέκτης τῶν ἀρετῶν; ποῦ Γρηγόριος ὁ δεύτερος θεολόγος, καὶ ἀήττητος στρατιώτης τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ τούτου συνώνυμος; ποῦ Ἔφραὶμ ὁ πολὺς, ἡ παραμυθία τῶν ἀθυμούντων, ἡ παιδαγωγία τῶν νέων, ἡ χειραγωγία τῶν μετανοούντων, ἡ κατὰ τῶν αἱρετικῶν ῥομφαία, τὸ δοχεῖον τοῦ Πνεύματος, τὸ σκεῦος τῶν ἀρετῶν; Ὁρᾷς πόσον τὸ μέσον, καὶ πόση διαφορὰ ἐκείνων τῶν μακαρίων καὶ ἁγίων ἀνδρῶν παρὰ τῶν νῦν; Οἶδα καὶ ἄλλους θεοφόρους διδασκάλους, ἀλλὰ ἀρκεῖ πρὸς τὸ παρὸν τέως. Ἐκεῖνοι τὴν ψυχὴν αὐτῶν, καθὼς προείρηται, ἔθηκαν ὑπὲρ τῶν προβάτων· οὗτοι δὲ ἀφέντες τὰ πρόβατα ἔφυγον· ἐκεῖνοι δυνατοὶ καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν ἔργῳ· οὗτοι δὲ καὶ ἐν χρήμασι καὶ ἐν κτήμασι καὶ ἵπποις καὶ ἡμιόνοις, καὶ ἀρούροις καὶ ποιμνίοις, καὶ μαγείροις καὶ λαμπρᾶς τραπέζης. Πολὺς ὁ λόγος ἐν αὐτοῖς περὶ τούτων καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα· περὶ δὲ τῆς λογικῆς ποίμνης λόγος οὐδείς, περὶ ἧς λόγον ἀπαιτηθήσονται ἐν τῇ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. Εἶτα ἐάν τις ἐρωτήσῃ αὐτοὺς περὶ βιβλίων, ἀποκρίνονται λέγοντες· Πτωχός εἰμι, καὶ οὐκ εὐπορῶ βιβλία κτήσασθαι. Εἶτα προσέρχονται οὐχ ὡς πτωχοὶ, ἀλλ' ἱμάτια φοροῦντες ἐκστιλβα, βαλάντια κεκτημένοι ἁδρὰ, καὶ τραχήλους ὡς παρασίτων ταύρων, μαθητῶν πλῆθος ἐπισυρόμενοι, μᾶλλον δὲ μαγείρων· τὰ μὲν αἰσχρὸν ἐστι καὶ λέγειν, ἐκ τοῦ περισσοῦ γὰρ πλούτου συνεισάκτους ἐκτήσαντο προφάσει ἀνδραπόδων. Ὦ βαθείας αἰσχύνης· ὦ τῆς κακῆς εὐπορίας! ὦ πικρᾶς φιλαργυρίας! ὦ τῆς ἀπλήρωτου γαστρός! Λοιπὸν ἐκεῖθεν σκάνδαλα, ψιθυρισμοὶ, ὀνείδη, λοιδορισμοὶ, θόρυβοι. Εἶτα ἐγκαλούμενοι ἀποκρίνονται· Οὐκ ἀδικῶ τινα, ἐξουσίαν ἔχω τῶν ἐμῶν χρημάτων. Εἶτα ἐάν τις ἀθέων αἱρετικῶν παραφρονῇ λαλῶν διεστραμμένα, ὁ ἀντιλέγων οὐδείς, ὁ πολεμῶν [80] οὐδαμοῦ· πάντες πτωχοὶ τότε γίνονται, πάντες σιωπητικοὶ, πάντες φυγάδες. Ὦ τῆς κακῆς ῥίζης πάντων τῶν κακῶν τῆ; φιλαρ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γυρίας! Ἐκ τοῦ πλούτου βούλεσθε σωθῆναι; Ἀλλ' *Εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.* Τρυφῶντες, μεθύοντες, καὶ μετεωριζόμενοι βούλεσθε νικᾶν τὰς αἱρέσεις; Ἀλλ' οὐκ ὑμῖν, οἱ τρυφῶντες καὶ μετεωριζόμενοι, ἐν χρυσῷ καὶ ἱματίοις ποικίλοις καλλωπιζόμενοι· πῶς ἄλλοις δείξετε τὴν καλὴν πτωχείαν τοῦ Χριστοῦ, τοῦ δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος, τοῦ ἐντειλαμένου τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ μὴ ἔχειν χαλκὸν ἐν ταῖς ζώναις. Ὄντως πλανᾶσθε, μὴ νοοῦντες τὰς Γραφάς. Οὐκ ἀκούετε τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι *Μακάριοι οἱ πτωχοί* · καὶ πάλιν, *Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις* · καὶ, *Μὴ θησαυρίζετε ἐπὶ τῆς γῆς.* Ὁ πλοῦτος ὑμῶν ἐπληθύνθη, καὶ ὁ λόγος ὑμῶν ἐξέλειπε· τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γεγόνασι· περὶ ὧν λόγον δώσετε τῷ ἀρχιποιμένι Χριστῷ. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ· ὑμεῖς δὲ καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ τῶν προβάτων, ἀρχιερεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ διάκονοι, ἕκαστος καθὼς ἐπιστεύθη. Ἀλλ' ὁρᾶτε, μὴ ἐπιλάθεσθε τῶν ταλάντων. *Προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ* · βλέπετε μὴ ἀπολείψῃ πρόβατον ἐκ τῆς ποίμνης. Τοῦτο γὰρ ἐστε γινώσκοντες, ὅτι ἐὰν ἓν πρόβατον ἀπολείψῃ γενόμενον θηριάλωτον ἐξ ὑμετέρας ἀμελείας, πάντα τὸν βίον ὑμῶν κατέλυσεν· τὸ γὰρ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν ἀπαιτήσει ὁ Κριτής.

ζ'. Ἀνανήψατε οὖν λοιπόν, κηρύξατε τὸν λόγον. ἀπορρίψατε πᾶσαν βιωτικὴν μέριμναν, βλέπετε ἀκριβῶς πῶς περιπατεῖτε· *Βλέπετε τοὺς κύνας.* Πάλιν τὸ βλέπετε λέγω, καὶ λέγων οὐ παύομαι. Βλέπετε τοὺς κλέπτας, βλέπετε ὅτι πολλοὶ πλάνοι ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον. Ἀγρυπνεῖτε καὶ νήφετε, οἱ τὸ δεσποτικὸν χάρισμα καταπιστευθέντες, καὶ γρηγορεῖτε, καὶ τὴν ὥραν τῆς φοβερᾶς παρουσίας τοῦ Δεσπότου τηρεῖτε, ὅταν ἔρχηται συνᾶραι λόγον μεθ' ὑμῶν, οἷς ἐπίστευσε τὰ τάλαντα. Ταῦτα τοίνυν κατὰ νοῦν ἔχοντες, ὦ ἀγαπητοί, *Ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ*, ὡς λέγει ὁ Ἀπόστολος, *μὴ ἀναγκαστικῶς, ἀλλ' ἑκουσίως, μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως, μηδὲ ὡς κατακυριεύοντες τοῦ κλήρου, ἀλλὰ τύποι γενόμενοι τοῦ ποιμνίου. Καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποιμένος κομίσεσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον.* Πάλιν οὖν ταὐτὰ ἐρῶ· ἀκούσατε, ἱερεῖς Κυρίου, *Βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες λαοί, ἄρχοντες καὶ πάντες κριταὶ γῆς· νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων. Ἐρωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην*, οἱ μικροὶ καὶ μεγάλοι, εἴτε ἄρσεν εἴτε θῆλυ, *Ἐπὶ τῷ αὐτῷ πλούσιος καὶ πένης* · προσέχετε τοῖς λεγομένοις, παρακαλῶ· βούλομαι γὰρ ἀποδεῖξαι καὶ πληροφορῆσαι ὑμᾶς ἐκ τῶν ἁγίων Γραφῶν, ὅτι οὐ πάντες οἱ λεγόμενοι Χριστιανοί, Χριστιανοί εἰσιν, ἀλλὰ μόνον τὸ ὄνομα καλούμενοι Χριστιανοὶ φρεναπατῶνται ἐπὶ τῇ ψιλῇ προσηγορίᾳ. Τῷ μὲν λόγῳ Χριστιανοὶ πολλοί, τῷ δὲ τρόπῳ ὀλίγοι καὶ σπάνιοι· τῷ σχήματι ὡς Χριστιανοὶ καὶ ὡς Χριστοῦ μαθηταί, τῷ δὲ τρόπῳ προδόται· τῷ λόγῳ εὐσεβεῖς καὶ εὐσπλαγχνοι, τῷ δὲ τρόπῳ ἀσεβεῖς καὶ ἀνελεήμονες· τῇ προσηγορίᾳ Χριστιανοί, τοῖς δὲ ἔργοις ἐθνικοί, καθὼς προεῖπεν ὁ προφήτης Δαυΐδ, ὅτι *Ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔμαθον τὰ ἔργα αὐτῶν.* Καὶ ὀλιγῶς ἐν ἡμῖν ἐπληρώθη ἡ προφητεία αὕτη. Ποταποὶ Χριστιανοὶ Ἰουδαϊκοῖς καὶ Ἑλληνικοῖς προσέχοντες μύθοις, καὶ γενεαλογίαις [a], καὶ μαντείαις, καὶ ἀστρολογίαις, καὶ φαρμακείαις, καὶ φυλακτηρίοις· καὶ παρατηρήσεις ἡμερῶν καὶ ἐνιαυτῶν, κληδονισμοὺς καὶ ὀνειρα, καὶ ὀρνέων φωνάς· καὶ ἐν πηγαῖς λύχνους ἅπτοντες καὶ ἀπολουόμενοι, καὶ συναντήματα παρατηρούμενοι, καὶ εἰδωλόθυτον ἐσθίοντες, καὶ αἷμα πνικτῶν καὶ θηριαλώτων, καὶ ὀρνεοπάκτα, καὶ πολλὰ ἕτερα τούτων ὅμοια; Πῶς Χριστιανοὶ εὐρεθῶσιν οἱ τοιαῦτα πράσσοντες; ποίᾳ δὲ παῤῥησίᾳ τολμῶσιν ἑαυτοὺς ὀνομάζειν Χριστιανούς; πῶς δὲ τολμῶσι προσελθεῖν τοῖς [81] θείοις μυστηρίοις οἱ χείρονες τῶν Ἑλλήνων ὑπάρχοντες; Πάλιν ἀκούσατε, ποταποὶ Χριστιανοὶ οἱ τὰ τῶν ἐθνῶν σχήματα ποιοῦντες, ἀφανισμὸν προσώπων, ἢ ἐπιφωνήσεις, ἢ ὀρχήσεις, ἢ κρότους χειρῶν, ἢ στολισμὸν γυναικῶν ἐν ἀνδράσι; Τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσι οὐδὲν ὄφελος τὸ λέγεσθαι αὐτοὺς Χριστιανούς. Ὥσπερ γὰρ ἡ κόρη ἡ παρθένος, ἕως ὅτε φυλάσσει τὴν παρθενίαν αὐτῆς, εὐλόγως καὶ ἀξίως παρθένος καλεῖται, καὶ ἔστιν· ἐπὰν δὲ ἁπατηθῇ ὑπό τινος, καὶ φθαρῇ, καὶ τὴν παρθενίαν ἀπολέσῃ, οὐκ ἔτι παρθένος ἐστίν· οὕτω καὶ ὁ καλούμενος Χριστιανὸς ἐὰν τὰς συνθήκας παραβῇ, καὶ τὰς ἐπαγγελίας καταπατήσῃ, καὶ τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου ἀθετήσῃ, καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν πράττῃ, οὐδὲν ὄφελος τὸ καλεῖσθαι αὐτὸν Χριστιανόν, καθὼς προείρηται. Σύνετε οὖν ἅπαντες, ἀγαπητοί, ὅτι δι' ὀλίγων ῥημάτων ἅπασιν ἐκείνοις ἀπεταξάμεθα λέγοντες· ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ἐννόησον τί εἶπες, Πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ· βλέπε τίνι συνέθου, οὐκ ἀγγέλῳ, οὐ βασιλεῖ ἐπιγείῳ, οὐκ ἄρχοντι τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλὰ τῷ Βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων καὶ Ἄρχοντι τῶν ἀρχόντων· αὐτῷ συνέθου καὶ ὡμολόγησας, καὶ συνετάξω ἐπὶ πολλῶν μαρτύρων· λοιπὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ καὶ σὺ καὶ οἱ λόγοι σου. Τὸ λοιπὸν προσδέχου αὐτὸν ἐρχόμενον ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπιφερόμενόν σου τὸ γραμματεῖον, τὰ ῥήματα ἐκ τοῦ στόματός σου ἐπὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων. Ὅρα, ἀδελφὲ, καὶ φύλαξον τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν πραγμάτων. Ἀκούσατε τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Τοῦτο οὖν λέγω, καὶ μαρτύρομαι ἐν Κυρίῳ, μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ. Ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστόν.* Προσέχετε τοῖς λεγομένοις, ἀγαπητοί, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε τοῖς τοιαῦτα πράττουσι. Πολλοὶ γάρ εἰσι τῆς ἀπωλείας μαθηταί, καὶ ἔτι πληθυνθήσονται. Βλέπετε, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι, καὶ ὁ καιρὸς τοὺς ἰδίους ὑπηρέτας προχειρίζεται.

η'. Καὶ μὴ θαυμάσῃς, ἐὰν οἱ ποιμένες λύκοι γίνωνται. Πρὸς γὰρ ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους διαλεγόμενος Παῦλος ὁ ἀπόστολος ἔλεγεν, ὅτι *Ἐξ ὑμῶν αὐτῶν ἀναστήσονται ἄνδρες λαλοῦντες διεστραμμένα.* Ὥστε μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς, ἔχων ἔξωθεν σχῆμα ἀγγελικὸν, καὶ ἔσωθεν διαβολικόν. Διὰ τοῦτο ὁ Ἰησοῦς ἔλεγεν· Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ. Κἀγὼ δὲ πάλιν τὰ ὅμοια ἐρῶ· βλέπετε μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ, μήτε ἀπὸ τῶν ἔσωθεν, μήτε ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, μὴ ἐπίσκοπος. μὴ πρεσβύτερος, μὴ διάκονος, μὴ ἀναγνώστης, ἢ τις ἐὰν ἢ λαλῶν διεστραμμένα· *Οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες* · οἵτινες ἔχουσιν μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. Ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ, μὴ πλανηθῆτε, ἀλλ' ὡς παρελάβετε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε· καὶ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐνταῦθα ἀποδώσω τὸν λόγον· μικρὰ δὲ διαλεχθεὶς περὶ σημείων τῆς συντελείας, καταπαύσω. Ὅταν δὲ ἄρξωμαι λαλεῖν περὶ τῆς συντελείας, φρίκη μοι ἐπέρχεται, καὶ ἐξίσταμαι. Πάντα μὲν τὰ τοῦ Κυρίου θαυμαστά, μεγάλα καὶ φοβερὰ καὶ ἔνδοξα· τὸ δὲ τέλος τῆς συντελείας καὶ τὸ τῆς δευτέρας αὐτοῦ παρουσίας μυστήριον, ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν καὶ ἔννοιαν, ὑπερβαίνει πᾶσαν διήγησιν, καὶ καταπλήττει πᾶσαν ἀκοήν. Μέγας δὲ ἀγὼν καὶ πολὺς πόθος τῶν μαθητῶν, ἀκούειν παρὰ τοῦ διδασκάλου σημεῖα περὶ τῆς συντελείας. Ὡς γὰρ πολλάκις ἠκούσατε τοῦ Εὐαγγελίου λέγοντος, ὅτι *Καθημένου τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τοῦ ὄρους τῶν Ἐλαιῶν, προσῆλθον αὐτῷ μαθηταὶ αὐτοῦ κατ' ἰδίαν λέγοντες· Εἰπὲ ἡμῖν, τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας, καὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Ὅρα τὸ σοφὸν καὶ συνετὸν τῶν μαθητῶν. Ὅταν μέγα τι ἐβούλοντο ἐρωτᾶν, οὐ πάντες αὐτῷ προσέρχονται, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν, καί φασιν· Εἰπὲ ἡμῖν, Δέσποτα, καὶ τὸ, εἰπὲ ἡμῖν, ἀγαθέ· εἰπὲ ἡμῖν, καρδιογνῶστα· εἰπὲ ἡμῖν, ὁ γινώσκων τὰ ἔσχατα καὶ τὰ ἀρχαῖα· εἰπὲ ἡμῖν, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν· εἰπὲ ἡμῖν, ὁ ποιητὴς τῶν αἰώνων· εἰπὲ ἡμῖν, ὁ Πατὴρ τοῦ [82] μέλλοντος αἰῶνος· εἰπὲ ἡμῖν, *Τί τὸ σημεῖον τῆς σῆς παρουσίας καὶ συντελείας τοῦ αἰῶνος*, ὅταν μέλλῃς ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς πάσης τῆς οἰκουμένης· ὅταν καταργήσῃς πᾶσαν ἀρχὴν καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δύναμιν· ὅταν καμφθῇ σοι πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων· *Εἰπὲ ἡμῖν, τί τὸ σημεῖον τῆς παρουσίας σου*, ὅπως καὶ ἡμεῖς διδάξωμεν πάντα τὰ ἔθνη τὴν παράδοξόν σου παρουσίαν. Ὁ δὲ Κύριος εἶπεν αὐτοῖς· *Βλέπετε, μὴ πλανηθῆτε· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες, ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστός. Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς πλανήσῃ· ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστι.* Ὅπερ νῦν ἡμεῖς θεωροῦμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν,

[a] Γενεαλογίαις hic puto imperite poni pro γενεθλιαλογίαις. Genethlialogia autem frequentius per γένεσιν, *genesim*, exprimitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

habentes taurorum pinguium, caterva stipati discipulorum, imo potius coquorum ; quodque dictu turpe fuerit, ex opum affluentia subintroductas (*a*) habent ancillarum nomine. O ingentem turpitudinem ! o malam opulentiam ! o acerbam avaritiam ! o ventrem insatiabilem ! Hinc demum scandala, murmurationes, opprobria, convicia, tumultus. Si incusentur, respondent : Neminem lædo, libere pecuniis utor meis. Deinde si quis ex impiis hæreticis cum contemptu et perversa loquatur, nemo est qui contradicat, nemo qui repugnet : omnes tunc inopes sunt, omnes taciturni, omnes refugiunt. O insaniam ! o malam omnium malorum radicem avaritiam ! Per divitias salutem consequi vultis ? Sed *Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam divitem in regnum Dei* (*Matth.* 19. 24). Deliciis, ebrietate et superbia vultis hæreses superare ? Sed væ vobis, qui in deliciis versamini, qui altum sapitis, qui auro et pretiosis vestibus conspicui estis : quomodo aliis exhibebitis pulchram illam Christi paupertatem, qui propter nos inops factus est, qui discipulos jubet pecuniam non habere in zonis (*Ibid.* 10. 9) ? Vere erratis, non intelligentes Scripturas. Non auditis Dominum dicentem : *Beati pauperes* (*Ibid.* 5. 3) ; et rursum, *Væ vobis divitibus* (*Luc.* 6. 24) ; et, *Nolite thesaurizare super terram* (*Matth.* 6. 19) ? Divitiæ vestræ creverunt, et sermo vester defecit : vestimenta vestra a vermibus corrosa sunt : quibus de rebus Principi pastorum Christo rationem dabitis. Non enim ignoratis quemque nostrum rationem Deo redditurum esse ; vos autem et pro vobis et pro ovibus, episcopi nempe, sacerdotes et diaconi, singuli pro iis, quæ sibi commissæ sunt. Sed cavete ne talentorum obliviscamini. *Attendite vobis et universo gregi* (*Act.* 20. 28) : videte ne qua ovis ex grege pereat. Hoc enim scitote, si vel una ovis per negligentiam vestram a feris capta desit, totam vitam vestram esse subvertendam : Judex enim sanguinem ejus de manibus vestris requiret.

7. Respicite igitur, prædicate verbum, abjicite omnem sæcularem curam, videte accurate quomodo ambuletis : *Videte canes* (*Philipp.* 3. 2). Rursum dico. Videte, nec finem dicendi faciam. Videte fures, videte multos deceptores in mundum effusos. Vigilate et attendite, quibus Domini gratia concredita est, atque horam tremendi Domini adventus observate, quando veniet posturus rationem vobiscum, quibus talenta commisit. Hæc itaque cogitantes, dilecti, *Pascite gregem Dei, qui apud vos est*, ut dicit Apostolus ; *non coacte, sed spontanee ; non turpis lucri gratia, sed voluntarie ; neque ut dominantes in clerum, sed forma facti gregis. Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam* (1. *Petr.* 5. 2-4). Hæc rursus dicam. Audite, sacerdotes Domini, *Reges terræ, et omnes populi, principes et omnes judices terræ : juvenes et virgines, senes cum junioribus* (*Psal.* 148. 11. 12). *Auribus percipite, omnes qui habitatis orbem* (*Ibid.* 48. 2. 3) : parvi et magni, sive masculus sive femina, *Simul in unum dives et pauper* : dictis attendite, quæso : volo vobis ostendere, vosque ex sacris Scripturis certiores facere, non omnes qui Christiani appellantur, esse Christianos ; sed solo nomine Christianos nuda appellatione decipi. Nomine Christiani multi sunt, moribus pauci ; habitu quasi Christiani et Christi discipuli, moribus proditores ; verbo pii ac misericordes, moribus impii et immisericordes ; appellatione Christiani, operibus ethnici, ut prædixit propheta David : *Commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum* (*Psal.* 105. 35). Vere apud nos impleta est hæc prophetia. Quot Christiani Judæorum gentiliumque fabulis incumbunt, genealogiis, vaticiniis, auguriis, veneficiis, phylacteriis. Hinc observationes dierum et annorum, auspicia, somnia, avium voces. In fontibus lucernas appendunt quidam et se abluunt, et occursus observant, idolis immolata comedunt, et sanguinem suffocatorum, necnon ea, quæ ab avibus lacerata sunt, multaque alia his similia. Quomodo Christiani existimentur qui talia agunt ? qua fiducia se Christianos appellare audebunt ? quomodo ausint ad divina mysteria accedere, qui pejores sunt gentilibus ? Rursum audite : quot Christiani gentilium modos imitantur, facies suas exterminantes, acclamationes, saltationes, plausus manuum adhibentes, viri muliebrem induentes vestem ! Talia agentes nihil juvat Christianos vocari. Quemadmodum enim puella virgo donec servat virginitatem, jure ac merito virgo vocatur, et est ; postquam autem ab aliquo decepta et violata est, virginitatemque perdidit, non amplius virgo est : sic et qui vocatur Christianus, si pacta sua violaverit, si promissa conculcaverit, evangelii verba despexerit, gentiliumque opera fecerit, non ultra debet vocari Christianus, ut jam diximus. Intelligite igitur omnes, carissimi, paucis illis verbis nos cunctis illis abrenuntiasse, cum diximus : Abrenuntio satanæ, et omnibus operibus ejus. Cogita quid dixeris : Omnibus operibus ejus : vide cum quo pacta inieris : non cum angelo, non cum rege terreno, non cum principe sæculi hujus ; sed cum Rege regum, et cum Principe principum. Cum illo pactus es, et spopondisti, et fœdere junctus es coram multis testibus : jam in manu ejus es et tu et verba tua. Jam reliquum est ut exspectes illum venturum de cœlis, et afferentem rationum tuarum schedulam et verba oris tui, coram angelis et hominibus recitanda. Vide, frater, et cave deinceps ab operibus gentilium. Audite Apostolum dicentem : *Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et cæteræ gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum* (*Ephes.* 4. 17. 18). *Vos autem non ita didicistis Christum* (*Ibid.* 20). Dictis attendite, dilecti, et ne commisceamini cum iis, qui talia operantur. Multi sunt enim pernicici discipuli, et adhuc multiplicabuntur. Considerate, dies esse malos, et tempus proprios sibi ministros exhibere.

8. Nec mireris si pastores lupi efficiuntur. Nam episcopos et presbyteros alloquens Paulus apostolus ait : *Ex vobis ipsis exsurgent viri, loquentes perversa* (*Act.* 20. 30). Itaque nemo vos seducat, exterius habitum angelicum, interius diabolicum habens. Ideo Jesus dicebat : *Videte, ne quis vos seducat* (*Matth.* 24. 4). Et ego quoque similia dicam : Videte, ne quis vos seducat, vel ab exterioribus, vel ab interioribus : non episcopus, non presbyter, non diaconus, non lector, non quisquis tandem sit is qui loquitur perversa : *Qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces* (*Ibid.* 7. 15) : qui habent pietatis speciem, dum pietatis virtutem negant. Vos autem, dilecti, ne seducamini, sed ut accepistis Dominum nostrum Jesum Christum, in ipso ambulate ; et Deus pacis erit vobiscum. Et de his quidem omnibus hic sermonem claudam ; paucis vero additis de consummatione, dicendi finem faciam. In exordio autem sermonis de consummatione horror quidam me invadit, et obstupesco. Omnia quidem Domini miracula magna sunt, terribilia et gloriosa : finis autem consummationis, et secundi illius adventus mysterium, omnem sermonem, mentem et intelligentiam superat, et auditum omnem terrore percellit. Magnum certe discipulorum certamen fuit, cum a Doctore suo audierunt signa in consummatione futura. Ut enim sæpe audistis ex Evangelio, *Sedente Jesu in monte Olivarum, accesserunt ad eum discipuli ejus secreto, dicentes : Dic nobis, quod signum adventus tui, et consummationis sæculi* (*Matth.* 24. 3). Perpende sapientiam prudentiamque discipulorum. Cum de re magna quadam interrogare volebant, non omnes simul illum adibant, sed seorsim, dicebantque : Dic nobis, Domine ; dic nobis, benigne ; dic, cordium cognitor ; dic nobis, qui nosti novissima et vetera ; dic nobis, qui nosti omnia antequam fiant ; dic nobis, Opifex sæculorum ; dic nobis, pater futuri sæculi ; dic nobis, *Quod signum*

(*a*) Vide tomo primo hujus editionis, sermonem de subintroductis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

adventus tui, et consummationis sæculi, quando venturus es judicare vivos et mortuos totius orbis : quando destrues omnem principatum, omnem potestatem et virtutem : quando flectetur tibi omne genu cælestium, terrestrium et infernorum : *Dic nobis quod signum adventus tui ;* ut nos doceamus omnes gentes stupendum adventum tuum. Dicit illis Dominus : *Videte, ne seducamini : multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus. Videte ne quis vos seducat, quia tempus prope est* (*Luc.* 21 8. *et Matth.* 24. 4). Quæ nunc nostris oculis videmus, tunc dixit prope esse ; nunc vero tempus adest, omnesque illa videmus. Viden', quanta sit Domini cura, ut nobis falsos doctores et hæreticos detegat, nobisque ostendat dolum in ipsis absconditum ? Ideo ante signa post discipulorum interrogationem, illos præmisit ut lupos gregem invadentes, et Antichristi præcursores : deinde ea, quæ sequutura sunt, prædicit, bella et seditiones gentis contra gentem et regni adversus regnum. Quæ nunc videntes, non intelligimus : videntes bella in diversis locis, famem, terricula, signa de cælo, et cætera quæ dixit quamplurima videntes, non animadvertimus. *Tunc*, inquit, *scandalizabuntur multi, et invicem tradent* (*Ibid. v.* 10). Et ubi jam non est proditio ? nonne omnes fere contra alios insurgunt, et se mutuo oderunt ? Hoc quoque impletum est, ut videmus. Nonne omnes sese mutuo impugnant ? gens contra gentem insurgit, regnum adversus regnum, principes contra principes, episcopi contra episcopos, presbyteri contra presbyteros, diaconi contra diaconos, lectores contra lectores, laici contra laicos ? Nam *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum* (*Ibid. v.* 12). Ideo prædixit Dominus : *Scrutamini Scripturas* (*Joan.* 5. 39) ; et, *Ne seducamini* (*Luc.* 21. 8). Aliud rursus signum præmisit dicens : *Prædicabitur hoc evangelium in universo mundo in testimonium omnibus gentibus* (*Matth.* 24. 14). Et tunc exspecta finem : exspecta, te visurum esse abominationem desolationis, filium perditionis, propter quem fiet tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi. Rursumque dixit : *Surgent pseudochristi et pseudoprophetæ, et dabunt signa et prodigia, ita ut in errorem inducant, si fieri possit, etiam electos* (*Ibid. v.* 24). Vide quomodo sæpe memoret pseudoprophetas, falsos doctores, et falsos apostolos Antichristi filii perditionis ; qui per immundos spiritus impulsi, et ab illis producti, præcursores fiunt Antichristi et adversarii ; et per propria dogmata seducent, et præparabunt populum peculiarem ad suscipiendum filium perditionis.

9. Idcirco, fratres, divina Scriptura sæpe clamat, multos seductores exivisse in mundum. Ideo Dominus sic intulit : *Ecce prædixi vobis.* Perpendamus oportet singularum dictionum sensum. *Ecce prædixi vobis* (*Ibid. v.* 25) ; id est, Jam obtentum non habetis. *Ecce prædixi vobis :* si quempiam ex vobis seducant, non erit ille venia dignus. *Ecce prædixi vobis :* nulli suppetit excusatio legitima. *Ecce prædixi vobis omnia : Videte, ne seducamini.* Videte, ne pro me vero Christo, alium Antichristum recipiatis. *Multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus, et multos seducent* (*Matth.* 24. 5) ; et, *Tempus prope est* (*Ibid.* 26. 18). Ne ergo post illos eatis. Videte quanta his de rebus in sacris Scripturis dicantur. Ideo sæpe vos admonui circa impios hæreticos, et nunc rogo, nulla in re cum illis consentiatis vel conveniatis, non in cibo et potu, non in amicitia vel affectu, non in agape et in pace. Nam qui in his deceptus cum illis consentit, alienum se constituit ab Ecclesia Catholica. Verus autem et sincerus Dei discipulus cum fiducia clamat : *Si quis vos evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit* (*Gal.* 1. 9) ; et cum Davide psallit : *Domine, nonne eos, qui oderunt te, oderam, et super inimicos tuos tabescebam ? perfecto odio oderam illos* (*Psal.* 138. 20. 21). Exhorrescite et contremiscite, qui agapas cum illis facitis, et resipiscite, ne in eorum impietatibus pereatis. Hic quoque apposite repetitur illud : *Ecce prædixi vobis.* Sed ad rem propositam redeamus, ut de consummatione sermonem compleamus. Et ut compendio dicam, prædicta signa completa sunt : jam quisque debet paratus et expeditus esse, nec plura, quam scripta sint, curiosius exquirere. Multi ignari nec firmi fuerunt, qui divinas Scripturas contorsere : cave tu, ne credas illis. Multa malitia, multa nequitia effusa est super terram, multa offendicula : tu vero cave, ne seducaris ; ne declines ad dexteram vel ad sinistram, sed in via regia incede. Multos habes fideles, carissime ; si non in terra, saltem in cælo, quibuscum festines velim ut semper vivas. Habes illic celebritates angelorum, patriarchas, prophetas, apostolos, evangelistas ; habes martyres, sanctos confessores, et eos qui in monastica vita floruerunt, multitudinem magnam quorum nomina sunt in libro vitæ. Hos desidera, hos imitare, ab his non recedas : horum memoriam in corde tuo habeas nocte dieque : eorum libros semper præ manibus habeas legasque, ut multam invenias utilitatem. Esto negotiator[1] verbi justitiæ, ut possis contradicentes confutare, fabulatores corripere, hæreticis os obstruere, lapsos monere et convertere. Scrutare divinas Scripturas, ut cum videris seditionem et perturbationem, non labaris, sed ad divinam Scripturam confugias. Cave autem, ne mollior evadas, neque vacilles in mente tua. Cum multos videris imprudentes, ne obstupescas : oportet enim hæc fieri. Cum multos videris pseudoprophetas, recordare Domini dicentis : *Surgent pseudochristi et pseudoprophetæ* (*Matth.* 24. 24). Cum deceptores videris, recordare prophetæ dicentis : *Væ iis, qui scribunt nequitiam* (*Isai.* 10. 1). Cum videris pios, fideles et sapientes despici ; scelerates autem, arrogantes, proditores celebrari ; recordare Apostoli dicentis : *Mali homines et incantatores proficient in pejus, in errorem mittentes et errantes* (2. *Tim.* 3. 13). Cum videris sacram Scripturam in exsecrationem haberi ab iis, qui videntur esse Christiani, et eos, qui loquuntur verbum Dei odio haberi, recordare Domini dicentis : *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si me persequuti sunt, et vos persequentur* (*Joan.* 15. 18. 20). Cum videris populos simul accurrentes ad fabulatores, et quædam scripta custodientes, ad genealogias, vaticinationes, doctrinas dæmonum, et interrogationes spirituum immundorum, ne turberis, ne concidas. Et si quosdam videris ex iis, qui videntur esse pastores, talia facientes, ne animum despondeas, sed lacrymans recordare Apostoli dicentis : *In novissimis diebus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum immundorum* (1. *Tim.* 4. 1). Rursumque dixit : *Erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum propria desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus : et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur* (2. *Tim.* 4 3. 4).

10. Cum videris lauta prandia, cœnas, delicias, fraudem, tumultum, inconditas voces, recordare Domini dicentis : *Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis : væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis* (*Luc.* 6. 25). Cum videris choreas agentes, ludentes, et dæmonum cantica recitantes, ingemisce, et cum lacrymis recordare Davidis dicentis : *Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant* (*Psal.* 81. 5) ; et Isaiæ prophetæ sic loquentis : Væ qui surgunt mane, et siceram sequuntur : qui exspectant vesperam, cum citharis, et psalteriis, et tympanis, et fistulis, bibentes vinum ; opera autem Dei non vident, et opera manuum ejus non considerant (*Isai.* 5. 11. 12). In summa quando scandalum quodlibet videris, memento Domini dicentis : *Væ mundo a scandalis : impossibile autem est ut non veniant scandala ; væ autem illi, per quem scandala veniet* (*Matth.* 18. 7. *Luc.* 17. 1). Sed quid ad hæc dicunt homines gravi corde, qui quærunt mendacium ? Non est malum, inquiunt, ani-

[1] Alias legitur, *ardens*, pro, *negotiator*.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τότε εἶπεν, Ὅτι καιρὸς ἐγγύς ἐστι· νῦν ἕστηκε, καὶ πάντες θεωροῦμεν. Ὁρᾷς, πόση σπουδὴ τοῦ Δεσπότου περὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ αἱρετικῶν τοῦ ἀπογυμνῶσαι, καὶ δεῖξαι ἡμῖν τὸν κεκρυμμένον ἐν αὐτοῖς δόλον; Διὸ καὶ πρὸ τῶν σημείων ἐν τῇ ἐρωτήσει τῶν μαθητῶν, τούτους προήγαγεν ὡς λύκους τῆς ποίμνης καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου προδρόμους· εἶτα προεῖπε τὰ ἀκόλουθα, πολέμους καὶ ἀκαταστασίας, ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, καὶ βασιλείαν ἐπὶ βασιλείαν· ἅπερ ὁρῶντες νῦν, οὐ συνίεμεν, βλέποντες κατὰ τόπους πολέμους, καὶ λιμοὺς, καὶ φόβητρα, καὶ σημεῖα ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ ἅπερ εἴρηκεν, τὰ πλείστα ὁρῶντες, οὐ συνίεμεν. *Τότε*, φησὶ, *σκανδαλισθήσονται πολλοὶ, καὶ ἀλλήλους παραδώσουσι.* Καὶ ποῦ νῦν οὐκ ἔστι προδοσία; οὐχὶ πάντες σχεδὸν κατ' ἀλλήλων γεγόνασι, καὶ μισοῦσιν ἀλλήλους; Καὶ τοῦτο πεπλήρωται, καθὼς ὁρῶμεν. Οὐχὶ πάντες κατ' ἀλλήλων γεγόνασιν, ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, βασιλεία ἐπὶ βασιλείαν, ἄρχοντες κατὰ τῶν ὁμοίων, ἐπίσκοποι κατὰ ἐπισκόπων, πρεσβύτεροι κατὰ πρεσβυτέρων, καὶ διάκονοι κατὰ διακόνων, ἀναγνῶσται κατ' ἀλλήλων, λαϊκοὶ κατὰ λαϊκῶν; *Διὰ γὰρ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.* Διὰ τοῦτο προεῖπεν ὁ Δεσπότης· *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς*, καὶ, *Οὐ μὴ πλανηθῆτε.* Ἕτερον δὲ πάλιν σημεῖον προέθηκεν λέγων· *Καὶ κηρυχθήσεται τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι.* Καὶ τότε προσδέχου τὸ τέλος, προσδόκα ἰδεῖν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, τὸν υἱὸν τῆς ἀπωλείας, δι' ὃν γενήσεται θλῖψις πολλὴ καὶ μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κόσμου. Καὶ πάλιν λέγει· *Ἐγερθήσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα καὶ τέρατα, ὥστε, εἰ δυνατὸν, πλανῆσαι καὶ τοὺς ἐκλεκτούς.* Ὅρα δὲ, πῶς ἄνω καὶ κάτω τοὺς ψευδοπρφήτας καὶ ψευδοδιδασκάλους καὶ ψευδαποστόλους τοῦ Ἀντιχρίστου υἱοῦ τῆς ἀπωλείας, οἵτινες διὰ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων προχειριζόμενοι, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐνεργούμενοι, πρόδρομοι γίνονται τοῦ Ἀντιχρίστου καὶ ἀντικειμένου· καὶ διὰ τῶν ἰδίων δογμάτων ἀπατήσουσι, καὶ ἑτοιμάσουσι λαὸν ἐπιτήδειον πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀπωλείας.

θ'. Διὰ τοῦτο ἡ θεία Γραφὴ, ἀδελφοὶ, ἄνω καὶ κάτω κράζει ὅτι πολλοὶ πλάνοι ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δεσπότης ἐπήγαγε τὸ, *Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν.* Νοεῖν δὲ ἡμᾶς χρὴ τὸν νοῦν ἑκάστης λέξεως. *Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν*· τουτέστιν, ἀπάρτι πρόφασιν οὐκ ἔχετε. *Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν*· ἐὰν πλανήσωσί τινα ἐξ ὑμῶν, ἀσύγγνωστος ἔσται. *Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν*· εὔλογον πρόφασιν οὐδεὶς ἔχει. *Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν πάντα*· *Βλέπετε, μὴ πλανηθῆτε.* Ὁρᾶτε, μὴ ἄλλον ψευδόχριστον δέξησθε ἀντὶ ἐμοῦ τοῦ ἀληθινοῦ. *Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐν τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· ὅτι Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, καὶ πολλοὺς πλανήσουσι*· καὶ, *Ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστι.* Μὴ οὖν πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν. Ὁρᾶτε, πόσος ὁ λόγος ἐν ἁγίαις Γραφαῖς περὶ τῶν τοιούτων. Διὰ τοῦτο πολλάκις ὑμᾶς ὑπέμνησα περὶ τῶν ἀθέων αἱρετικῶν, καὶ τανῦν παρακαλῶ, τοῦ μὴ συγκαταβῆναι αὐτοῖς ἔν τινι πράγματι, μὴ ἐν βρώμασιν, ἢ ἐν πόμασιν, ἢ φιλίᾳ ἢ σχέσει, ἢ ἀγάπῃ ἢ εἰρήνῃ. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις ἀπατώμενος, καὶ συγκαταβαίνων αὐτοῖς, ἀλλότριον ἑαυτὸν καθίστησι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὁ δὲ ἀληθινὸς καὶ ἄδολος μαθητὴς τοῦ Θεοῦ μετὰ παῤῥησίας κράζει· *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παῤ ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω*· καὶ τὰ τοῦ Δαυὶδ ψάλλει· *Κύριε, οὐχὶ* [83] *τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσουν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς.* Φρίξατε καὶ τρομάξατε οἱ τὰ; ἀγάπας μετ' αὐτῶν ποιοῦντες, καὶ διορθώσασθε, ἵνα μὴ ἀπόλησθε ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν. Ἁρμόζει δὲ καὶ ἐνταῦθα τὸ, *Ἰδοὺ προείρηκα ὑμῖν.* Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, τὰ περὶ τῆς συντελείας ἀναπληροῦντες. Καὶ ἵνα συντόμως εἴπω· τὰ προειρημένα σημεῖα ἐπληρώθησαν· λοιπὸν χρὴ ἕτοιμον εἶναι καὶ παρεσκευασμένον, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν πλεῖον τῶν γεγραμμένων. Πολλοὶ ἀμαθεῖς καὶ ἀστήρικτοι γεγόνασιν οἱ στρεβλοῦντες τὰς θείας Γραφάς· ὅρα δὲ σὺ, μὴ πιστεύσῃς αὐτοῖς. Πολλὴ κακία, πολλὴ πονηρία ἐκκέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, πολλὰ σκάνδαλα· Βλέπε δὲ σὺ, μὴ ἀπατηθῇς· μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ, μηδὲ εἰς τὰ ἀριστερὰ, ἀλλ' ὁδῷ βασιλικῇ βάδιζε. Ἔχεις πολλοὺς πιστοὺς, ἀγαπητὲ, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ, μεθ' ὧν πάντοτε συνεῖναι σπεῦσον. Ἔχεις ἐκεῖ πανηγύρεις ἀγγέλων, ἔχεις πατριάρχας, προφήτας, ἀποστόλους, εὐαγγελιστάς· ἔχεις μάρτυρας, ὁσίους ὁμολογητὰς, καὶ τοὺς ἐν μοναχικῷ βίῳ διαπρέψαντας, πλῆθος πολὺ, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βιβλίῳ ζωῆς. Τούτους πόθησον, τούτους μίμησαι, τούτων μὴ χωρίζου, τούτων τὴν μνήμην ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἔχε νυκτὸς καὶ ἡμέρας, πάντοτε ἐν ταῖς χερσί σου τὰς τούτων βίβλους κατέχων ἀναγίνωσκε, ὅπως εὔρῃς πολλὴν ὠφέλειαν. Γίνου ἔμπορος[a] λόγου δικαιοσύνης, ἵνα δύνῃ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, καὶ τοῖς μυθολόγοις ἐπιτιμᾶν, καὶ τοὺς αἱρετικοὺς ἐπιστομίζειν, καὶ τοὺς παραπίπτοντας νουθετεῖν καὶ ἐπιστρέφειν. Ἐρεύνα τὰς θείας Γραφὰς, ἵνα ὅταν ἴδῃς ἀκαταστασίαν καὶ σύγχυσιν, μὴ καταπέσῃς, ἀλλ' ἐπὶ τὴν θείαν Γραφὴν καταφύγῃς. Ὅρα δὲ, μὴ χαυνωθῇς, μηδὲ σαλευθῇς ἀπὸ τοῦ νοός σου. Ὅταν ἴδῃς πολλοὺς ἀσυνετοῦντας, μὴ ξενίζου· δεῖ ταῦτα γενέσθαι. Ὅταν ἴδῃς πολλοὺς ψευδοπροφήτας, ὑπομνήσθητι τοῦ Δεσπότου λέγοντος, ὅτι *Ἐγερθήσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται.* Ὅταν πλανολόγους, ὑπομνήσθητι τοῦ προφήτου λέγοντος· *Οὐαὶ τοῖς γράφουσι πονηρίαν.* Ὅταν ἴδῃς τοὺς εὐλαβεῖς καὶ πιστοὺς καὶ σοφοὺς ἐξουδενουμένους, τοὺς δὲ ἐναγεῖς καὶ ἀλαζόνας καὶ προδότας καὶ πόρνους προχειριζομένους, ὑπομνήσθητι τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι *Πονηροὶ ἄνθρωποι καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι.* Ὅταν ἴδῃς τὴν ἁγίαν Γραφὴν βδελυχθεῖσαν ὑπὸ τῶν εἶναι δοκούντων Χριστιανῶν, καὶ τοὺς λαλοῦντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μισηθέντας, ὑπομνήσθητι τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε, ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν. Εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν.* Ὅταν ἴδῃς λαοὺς ἐπισυντρέχοντας πρὸς τοὺς μυθολόγους καὶ φυλακτογράφους, καὶ γενεαλογίας, καὶ μαντείας, καὶ διδασκαλίας δαιμόνων, καὶ ἐπερωτήσεις πνευμάτων ἀκαθάρτων, μὴ θορυβηθῇς, μηδὲ καταπέσῃς. Κἂν ἐκ τῶν δοκούντων εἶναι ποιμένων ἐάν ἴδῃς ταῦτα πράσσοντας, μὴ ἀπογνώσῃς, ἀλλὰ δακρύσας ὑπομνήσθητι τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, ὅτι *Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνης, καὶ διδασκαλίαις δαιμόνων ἀκαθάρτων.* Καὶ πάλιν λέγει· *Ἔσται καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐπισωρεύσουσι ἑαυτοῖς διδασκάλους, κλυθόμενοι τὴν ἀκοήν· καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται.*

ι'. Ὅταν ἴδῃς ἅρματα πολυτελῆ, καὶ δεῖπνα, καὶ τρυφὴν, καὶ ἀπάτην, καὶ θόρυβον, καὶ ἀτάκτους φωνὰς, ὑπομνήσθητι τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Οὐαὶ οἱ ἐμπεπλησμένοι, ὅτι πεινάσετε· οὐαὶ οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε.* Ὅταν ἴδῃς χορεύοντας, καὶ παίζοντας, καὶ τὰ ἄσματα τῶν δαιμόνων καταλέγοντας, στέναξον, καὶ δακρύσας ὑπομνήσθητι τοῦ Δαυὶδ λέγοντος· *Οὐκ ἔγνωσαν οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται*· καὶ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου λέγοντος· Οὐαὶ οἱ ἐγειρόμενοι τὸ πρωΐ, καὶ τὸ σίκερα διώκοντες, οἱ μένοντες ὀψὲ, μετὰ κιθαρῶν, καὶ ψαλτηρίων, καὶ τυμπάνων, καὶ αὐλῶν, τὸν οἶνον πίνοντες· τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ οὐ βλέπουσι, καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ οὐ κατανοοῦσι. Καὶ ἁπλῶς πᾶν σκάνδαλον θεωρῶν γινόμενον, [84] ὑπομνήσθητι τοῦ Δεσπότου λέγοντος· *Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· ἀνένδεκτον δέ ἐστι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται.* Ἀλλὰ τί φασιν οἱ βαρυκάρδιοι, οἱ ζητοῦντες τὸ ψεῦδος; οὐκ ἔστι κακὸν, λέγοντες, τὸ μετεωρίζεσθαι· τί γὰρ βλάπτει ἡ κιθάρα καὶ τὰ λοιπὰ ὄργανα; Ὦ ἐσχάτης ἀνοίας· ὦ τῆς πονηρᾶς ἐπινοίας τοῦ διαβόλου. Γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς, ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδότε; Ὁ ἄχραντος Δεσπότης πανταχοῦ ἐνετείλατο, μήτε ὅλως μετεωρίζεσθαι Χριστιανὸν, καὶ σὺ λέγεις, τὸ βλάπτει ταῦτα; *Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πικρὸν γλυκὺ· οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς.* Εἰπάτωσαν δὲ ἡμῖν οἱ ἀπαίδευτοι, ἐκ ποίας ἱερᾶς Γραφῆς παραστῆσαι δύνανται, ὅτι χρὴ τὸν Χριστιανὸν ποιεῖν ταῦτα τὰ σχήματα; ποία βίβλος τῶν ἁγίων, ποῖα Εὐαγγέλια ἐδίδαξεν οὕτως ἀσχημονεῖν τοὺς Χριστιανούς; Ἰδοὺ ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν, καὶ ἀπὸ περάτων τῆς οἰκουμένης κράζει, καὶ διδάτκει, καὶ παραινεῖ, διά τε νόμου, καὶ προφητῶν, καὶ ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου, καὶ οὐδαμοῦ

[a] Alii ἔμπυρος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τις εὗρεν, ὅτι ἐπετράπη Χριστιανὸς ποιεῖν ταῦτα τὰ σχήματα. Πόσοι βασιλεῖς καὶ δυνάσται, καὶ σοφοὶ, καὶ εὐγενεῖς, καὶ ἔνδοξοι, καὶ νομικοὶ, καὶ δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι, καὶ πτωχοὶ καὶ πλούσιοι, καὶ πρεσβῦται καὶ νέοι; τίς ἐκ τούτων πάντων δύναται ἀποδεῖξαι ἢ παραστῆσαι περὶ τούτων, ὅτι ἐπετράπη ὁ Χριστιανὸς κιθαρίζειν, ἢ ὀρχεῖσθαι, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιεῖν, ὧν προειρήκαμεν; Οὐδεὶς δύναται παραστῆσαι. Μηδεὶς πλανάτω ὑμᾶς· οὐκ ἔστι ταῦτα Χριστιανῶν· ταῦτα ἀλλότρια εἰσὶ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ποιοῦσι. Μηδεὶς, ἀδελφοί μου, πλανάτω ὑμᾶς· ὅσοι ἐν τούτοις ἐνάγεσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε· Χριστὸς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει. Ἐπανέλθωμεν δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ καλὴν ὁμολογίαν, εἰς ἣν ἐκλήθημεν, ἐνώπιον πολλῶν μαρτύρων, ἐπὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ τοῦ κτίστου τῶν ὅλων· αὐτὸς γὰρ τὸ γραμματεῖον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν κατέχει ἐν οὐρανῷ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ καθὼς ἔπραξε καὶ ἐφύλαξε τὴν ὁμολογίαν. Ἑκάστου γὰρ ἡμῶν γεγραμμέναι εἰσὶ, καὶ αἱ συνθῆκαι, καὶ ἡ τοῦ διαβόλου ἀποταγὴ καὶ πρὸς Χριστὸν συνταγὴ, καὶ τὰ ἔργα ἡμῶν καὶ αἱ πράξεις, καὶ οἱ λόγοι, καὶ τὰ ἐνθυμήματα, καὶ οἱ μετεωρισμοὶ, καὶ τὰ γέλοια· καὶ πάντα γεγραμμένα ἔχων ἔρχεται ὁ Χριστός. Λοιπὸν οὖν τί βούλει; ψεύσασθαι αὐτῷ; Ἀλλ' οὐκ ἔστι δυνατόν· ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ καὶ σὺ καὶ οἱ λόγοι σου. Ἀλλὰ βούλει κρύπτεσθαι; Ἀλλ' οὐκ ἔστι δυνατὸν, ἐπειδὴ ἐν χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, *Καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ*, καὶ οὐ κρυβήσῃ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ. Ἐὰν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῇς, αὐτὸς ἐκεῖ ἐστιν· ἐὰν καταβῇς εἰς τὴν ἄβυσσον, ἐκεῖ πάρεστι. Γέγραπται γὰρ, ὅτι *Πάντα, ὅσα ἐθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις*. Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; Στενὰ ἡμῖν πανταχόθεν· *Αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας* καὶ νεφρούς. Φυγεῖν οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. Κρυβῆναι ἀδύνατον· κατέχει γὰρ τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ, ὡσεὶ *ἀκρίδας*. Ἀντιστῆναι οὐκ ἔνι, καθὼς γέγραπται, ὅτι *Σὺ φοβερὸς εἶ, καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι;* Αὐτὸς γὰρ δεσπόζει τῶν ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, ὁ μέλλων καταργεῖν πᾶσαν ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. Ἀπολογία οὐκ ἔνι, οὐδὲ ἀφορμὴ, οὔτε ἔννοια. Διὰ τοῦτο ἀπὸ περάτων τῆς γῆς ἕως περάτων ἡ θεία Γραφὴ βοᾷ, καὶ παραινεῖ, καὶ ἐλέγχει, καὶ νουθετεῖ, καὶ διαμαρτύρεται, καὶ ἀπειλεῖ. Διό φησιν ὁ Δεσπότης ἡμῶν· *Ὁ ἀθετῶν με, καὶ μὴ λαμβάνων τὰ ῥήματά μου, ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν· ὁ λόγος, ὃν ἐλάλησα, κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ*. Καὶ πάλιν λέγει· *Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν*. Ἠκούσατε, ὅτι οὐδεὶς πρόφασιν ἔχει. Ὄντως, ἀδελφοὶ, στενὰ ἡμῖν πανταχόθεν.

ια'. [85] Ἀλλὰ πάντως τις ἀποκρίνεται, ὅτι Ἱκανῶς καθήψω ἡμῶν διὰ τοῦ λόγου, καὶ τὰ σκυθρωπὰ ὑπέδειξας, καὶ τὰς κολάσεις ὑπέμνησας, καὶ τὰς τιμωρίας διεγράψω, καὶ περισσῶς κατέπληξας καὶ ἐφόβησας. Καὶ οἶδα ἀληθῶς, ὅτι οὕτως ἐστίν· καὶ οἶδα, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν περὶ ἑαυτοῦ λόγον ἀποδώσει τῷ Θεῷ, καὶ ἕκαστος θερίσει ὃ ἔσπειρεν, καὶ ἕκαστος τὸ ἴδιον φορτίον βαστάσει. Ἀλλ' ὡς ταῦτα ἀπήγγειλας, καὶ εἰς μέσον ἤγαγες, καὶ κατέπληξας καὶ ἐφόβησας, ὑπόδειξον ἡμῖν λοιπὸν καὶ τῆς σωτηρίας τὸν τρόπον, δὸς καὶ τῆς πληγῆς τὴν ἴασιν· ὥσπερ εἶπες τὰ καταπληκτικὰ, εἰπὲ καὶ τὰ χαροποιά. Ἰδοὺ σωθῆναι θέλω, τί ποιήσω; πῶς σωθῶ; ποίῳ τρόπῳ χρήσωμαι; πρὸς τίνα καταφεύξομαι; Πολλὰ γὰρ ἥμαρτον, καὶ ἐν ἔργοις καὶ ἐν λόγοις, καὶ ἐκουσίως καὶ ἀκουσίως. καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν. Τί οὖν ποιήσω; πῶς σωθῶ; πρὸς τίνα καταφεύξομαι; Ἐγώ σοι λέγω πρὸς τίνα καταφύγῃς. Ὁ μακάριος Δαυὶδ ὑπέδειξε πρὸς τίνα δεῖ καταφυγεῖν, εἰπών· *Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις*. Τοῦτο ὑπέδειξεν καὶ Ἰωάννης, ὁ μείζων πάντων τῶν προφητῶν, λέγων· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*. Τοῦτο ἀπήγγειλε καὶ ὁ ἄγγελος, λέγων· *Αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν*· καὶ πάλιν ὁ προφήτης Δαυὶδ λέγει· *Κύριε, πρὸς σὲ κατέφυγον*. Πρὸς τοῦτον καὶ σὺ κατάφυγε τὸν εἰπόντα· *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς*· τὸν εἰπόντα, *Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες*· τὸν εἰπόντα, *Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν*· τὸν λέγοντα, *Δεῦτε πάντες πρός με οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*· τὸν εἰπόντα, *Ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας*· τὸν λέγοντα, ὅτι *Τὸν ἐρχόμενον πρός με, οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω*· τὸν εἰπόντα διὰ τοῦ προφήτου, *Ζῶ ἐγὼ, ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν*· τὸν εἰπόντα, ὅτι *Ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας*· τὸν εἰπόντα, *Χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι*. Πρὸς τοῦτον κατάφευγε μετανοῶν καὶ δακρύων. Μετανόησον, καὶ μὴ διακριθῇς· μετανόησον, καὶ μὴ ἀθυμήσῃς, μηδὲ ἀπογνώσῃς σεαυτὸν ἔχοντα σωτηρίας φάρμακα. Ἐν οὐρανῷ χαρὰ γίνεταί σου μετανοοῦντος, καὶ σὺ ῥᾳθυμεῖς; ἄγγελοι σκιρτῶσι, καὶ σὺ νυστάζεις; διὰ σὲ παραγέγονεν ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν, καὶ σὺ τὸ τραῦμα κρύπτεις; αὐτὸς κράζει· ἐπιστράφητε πρός με, υἱοὶ ἀνθρώπων, δεῦτε πρός μέ· καὶ σὺ οὐ σπουδάζεις; αὐτὸς κράζει· *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν*. Ὦ φιλανθρωπία Δεσπότου ἀνείκαστος! *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους*, φησὶν, *ἀλλὰ ἁμαρτωλούς*. Θάρσει οὖν, ἁμαρτωλὲ, καὶ μὴ ἀθυμήσῃς. Σὲ γὰρ ἦλθε καλέσαι ὁ ποιμὴν ὁ καλός· διὰ σὲ ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη, λέγων· *Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ πεφορτισμένοι. Οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς*. Ὅρα δὲ μὴ χαυνωθῇς ἐπὶ τῷ λόγῳ, ἀκούων τὴν αὐτοῦ ἄφατον φιλανθρωπίαν· οὐ γὰρ μόνον τὴν κλῆσιν ψιλὴν εἴρηκεν, ἀλλὰ προσέθηκε τὸ, *Εἰς μετάνοιαν. Οὐ γὰρ ἦλθον*, φησὶ, *καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν*· οὐκ εἰς γελοῖα, ἀλλ' εἰς δάκρυα· οὐκ εἰς αἰσχρολογίαν, ἀλλ' εἰς δοξολογίαν· οὐκ εἰς ἅρπαγα καὶ δεῖπνα καὶ μέθην, ἀλλ' εἰς νηστείαν καὶ ἀγρυπνίαν καὶ δάκρυα· οὐκ εἰς χορεύματα καὶ κιθαρισμοὺς καὶ καταλέγματα, ἀλλ' εἰς πένθος καὶ θλῖψιν καὶ στενοχωρίαν, λέγων· *Μακάριοι οἱ πενθοῦντες* καὶ κλαίοντες, δηλονότι, τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἄρξαι οὖν τοῦ μετανοεῖν· βάλε τὴν ἀρχὴν μόνον, καὶ ὁ Θεὸς τῶν μετανοούντων συνεργήσει, καὶ ἐνισχύει σε, καὶ εὑρήσεις χάριν πολλὴν, καὶ γενήσεται ἐν σοὶ ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον. Πολλαὶ ὁδοὶ βίου, καθὼς γέγραπται, καὶ πολλοὶ τρόποι τῆς σωτηρίας. Οἵῳ τρόπῳ θέλεις, σώθητι, μόνον σώθητι. Ἐὰν ἔχῃς, ἐλέησον· εἰ δὲ οὐκ ἔχεις, οὐ ζητεῖ ὁ Θεός. Οὐκ ἔχεις ἄρτον, οὐκ ἔχεις ἱμάτιον. Κλῖνον τὰ γόνατα, τύψον τὸ στῆθος, κατάγαγε τὰ δάκρυα, στέναξον, πένθησον, ἔκτεινον τὰς χεῖράς σου εἰς τὸν οὐρανὸν, ἆρον τὸ βμμα σὸν πρὸς [86] τὸν Δεσπότην, νήστευσον, ἀγρύπνησον. Ταῦτα ἔχει πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ἀρνήσασθαι οὐ δύναται· ταῦτα σπούδασον προσάγειν τῷ Θεῷ πάντοτε. Ἀλλὰ καὶ ταῦτα μετὰ σκοποῦ καὶ διακρίσεως δεῖ ποιεῖν, ἵνα μὴ εἰς ἀνόνητα τρέχῃς, καὶ εἰς κενὸν κοπιᾷς.

ιβ'. Ταύτας οὖν τὰς ἀρετὰς ποιῶν, καὶ τῷ Θεῷ προσφέρων τὴν μετάνοιαν, τήρησον ἀκριβῶς καὶ ἐρεύνησον, μήποτε ἔχῃς ἔχθραν κατά τινος, καὶ ὁ σκοπός σου ἅμα εἰς κενὸν γένηται· ἀλλὰ καθὼς εἶπεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, *Μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν ἐργαζόμενοι*, καὶ τηροῦντες τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· *Ἐὰν ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τὰ παραπτώματα ὑμῶν*. Ἐὰν οὖν προσεύχῃ τῷ Θεῷ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ οὐ χλευάζων καὶ μετεωριζόμενος, τήρησον αὐτοῦ τὴν ἐντολὴν ταύτην, καὶ ἄφες, εἴ τι ἔχεις κατά τινος. Βούλει ἀφεθῆναί σοι τὰ ἴδια παραπτώματα; Ἄφες καὶ σὺ τὰ τοῦ πλησίον. Ἐὰν δὲ σὺ οὐκ ἀφῇς τὰ τοῦ ἀδελφοῦ παραπτώματα, οὐδὲ τὰ σὰ ἀφήσει ὁ Δεσπότης· εἶπε γάρ, ὅτι *Ἐὰν μὴ ἀφῆσητε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ἀφήσει τὰ ὑμέτερα*. Καὶ οἴδαμεν πάντες, ὅτι οὐ ψεύδεται· ἀψευδὴς γάρ ἐστι, καὶ πιστὸς ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Γίνου οὖν ἕτοιμος προσδεχόμενος καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸν ἀπαιτοῦντα τὴν ψυχήν σου. Μὴ σήμερον μετανοήσῃς, καὶ αὔριον ἐπιλάθῃ· μὴ σήμερον κλαύσῃς, καὶ αὔριον χορεύσῃς· μὴ σήμερον νηστεύσῃς, καὶ αὔριον μεθύων προέλθῃς, περιφερόμενος ὑπὸ πολλῶν· μὴ σήμερον ἀγρυπνήσῃς, καὶ αὔριον ἀναπέσῃς· ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν σου μερίμνησον, ἵνα στεφανωθῇς. Μὴ νοθεύσῃς τὴν ἀρετὴν, μὴ περιφύγῃς τὸν κόπον, ἵνα μὴ στερηθῇς τῶν στεφάνων. Μίσησον πᾶσαν χαρὰν τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ. Καὶ εἰπὲ μετὰ τοῦ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mum relaxare: quid enim damni affert cithara, quid reliqua instrumenta? O summam stultitiam! o malam diaboli cogitationem! Generatio mala et adultera, hoccine Domino retribuitis? Immaculatus Dominus ubique præcipit, ne Christianus unquam his se dedat ludicris; et tu dicis, Quid hæc afferunt damni? *Væ qui dicunt amarum dulce: væ qui ponunt tenebras lucem* (*Isai.* 5. 20). Dicant vero nobis immorigeri illi, ex quanam Scriptura ostendere possint Christiano licere hanc sectari formam? quis sanctorum liber, quæ Evangelia docuere Christianos ita turpiter agere? Ecce Catholica et Apostolica Ecclesia, ab oriente usque ad occidentem, a terminis orbis terrarum clamat, docet, hortatur per legem, per prophetas, per apostolos, perque ipsum Dominum; et nusquam reperies Christiano licere talibus operam dare nugis. Quot sunt reges et principes, sapientes, nobiles, illustres, legisperiti, servi et liberi, pauperes et divites, senes et juvenes? ecquis illorum omnium possit probare et ostendere, quod Christianis liceat cithara ludere, aut tripudiare, aut simile quidpiam facere? Nullus certe id ostendere possit. Nemo vos seducat: hæc non sunt Christianorum: hæc aliena sunt a Catholica Ecclesia: hæc omnia gentiles faciunt. Nemo, fratres mei, vos seducat: quotquot in his versamini, a gratia excidistis: Christus nihil vobis proderit. Redeamus iterum ad primam et pulchram confessionem, ad quam vocati sumus in conspectu multorum testium, angelorum, hominum, et Creatoris universorum. Ipse namque schedulam confessionis nostræ retinet in cælo, ut reddat unicuique secundum opera sua, et prout confessionem servavit. Uniuscujusque enim nostrum scripta sunt et pacta, et abrenuntiatio diabolo, et fœdus cum Christo initum, nostra quoque opera et gesta, verba, cogitationes, ludi, cachinni: omnia descripta habens venturus est Christus. Quid denique vis? mentiri illi? Id fieri nequit: in manu quippe ejus et tu et verba tua sunt. Sed vis occultari? Verum non potes, quia in manu ejus sunt fines terræ: *Neque est creatura invisibilis in conspectu ejus; sed omnia nuda et aperta sunt oculis ejus* (*Hebr.* 4. 13); neque occultari poteris a facie ejus. Si ascenderis in cælum, illic ipse est; si descenderis in abyssum, illic adest (*Psal.* 138. 8). Scriptum est enim: *Omnia, quæcumque voluit, Dominus fecit in cælo et in terra, in mari et in omnibus abyssis* (*Ibid.* 134. 6). Quid ergo faciemus, fratres? Angustiæ nos tenent undique: *Ipse enim novit abscondita cordis* (*Ibid.* 43. 22) et renes. Fugere non licet: neque enim est, qui nos eruat de manibus ejus (*Isai.* 43. 13). Abscondi nemo potest; gyrum enim terræ, et omnes habitantes in illa quasi locustas tenet (*Ibid.* 40. 22). Resistere non possumus, sicut scriptum est: *Tu terribilis es, et quis resistet tibi* (*Psal.* 75. 8)? Ipse namque dominatur cælestibus, terrestribus et infernis, qui debet destruere omnem principatum et potestatem et virtutem. Excusatio nulla est, nec obtentus, neque consilium. Ideo a finibus usque ad fines terræ divina Scriptura clamat, hortatur, arguit, monet, testificatur, comminatur. Quapropter Dominus noster ait: *Qui despicit me, et non accipit verba mea*, ego non judico illum: *sed sermo, quem loquutus sum, judicabit illum in novissimo die* (*Joan.* 12. 48). Rursumque dicit: *Si non venissem et loquutus fuissem eis, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo* (*Ibid.* 15 22). Audistis quod nemo excusationem habeat. Profecto, fratres, angustiæ nobis sunt undique.

11. Sed respondebit quispiam: Satis nos sermone tuo tetigisti, tristia exhibuisti, supplicia commemorasti, cruciatus descripsisti, et supra modum perculisti ac terruisti. Scio utique rem ita se habere: novi unumquemque nostrum Deo rationem esse redditurum, messurumque quod seminavit, ac proprium onus portaturum esse. Verum ut hæc denuntiasti, et in medium adduxisti, nosque perculisti ac terruisti, salutis quoque modum nobis ostende; vulneri medelam adhibe: ut terribilia dixisti, sic gratiosa enarra. Ecce salutem consequi volo, quid faciam ut consequar? quo utar modo? ad quem confugiam? Multa namque peccavi, operibus et dictis, volens et imprudens, nocte et die, et in quacumque hora. Quid ergo faciam? quomodo salutem consequar? ad quem confugiam? Ego tibi ad quem confugias dicam. Beatus David ostendit ad quem confugiendum sit, his verbis: *Deus noster refugium et virtus* (*Psal.* 45 2). Id ostendit et Joannes, major omnibus prophetis, dicens, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (*Joan.* 1. 29). Hoc annuntiavit et angelus, dicens: *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* (*Matth.* 1. 21); ac rursum propheta David dicit: *Domine, ad te confugi* (*Psal.* 142. 9). Ad illum et tu confuge, qui dixit: *Non veni vocare justos, sed peccatores* (*Matth.* 9. 13); qui dixit: *Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent* (*Luc.* 5. 31); qui dixit: *Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum* (*Matth.* 3. 2); qui ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* (*Ibid.* 11. 28); qui dicit: *Potestatem habet Filius hominis super terram dimittendi peccata* (*Matth.* 9. 6); qui dicit: *Eum, qui venit ad me, non ejiciam foras* (*Joan.* 6. 37); qui per prophetam dixit: *Vivo ego, quia nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat* (*Ezech.* 33. 11); qui dixit: *Faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte* (*Luc.* 18. 7); qui dixit: *Gaudium est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente* (*Ibid.* 15. 7). Ad hunc confugito, pœnitentiam agens et lacrymans. Pœnitentiam age, et ne differas: pœnitentiam age, et ne animo deficias neque desperes, cum salutis pharmaca habeas. In cælo gaudium est te pœnitente, et tu torpescis? angeli exsultant, et tu dormitas? propter te Medicus animarum advenit, et tu vulnus occultas? ipse clamat: Convertimini ad me, filii hominum, venite ad me; et tu non festinas? ipse clamat: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* (*Matth.* 9. 13). O benignitatem Domini inæstimabilem! *Non veni vocare justos*, inquit, *sed peccatores*. Confide ergo, o peccator, et ne desperes. Te namque bonus Pastor vocatum venit; propter te inclinavit cælos, et descendit, dicens: *Venite ad me omnes qui onerati estis: non* enim *veni vocare justos, sed peccatores* (*Id.* 11. 28). Vide autem, ne segnior evadas ex hoc sermone, audiens ejus ineffabilem clementiam: neque enim simplicem vocationem dixit, sed addidit, *Ad pœnitentiam. Non enim*, inquit, *veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam:* non ad risum, sed ad lacrymas; non ad turpia verba, sed ad Deum glorificandum; non ad prandia et cœnas et ebrietatem, sed ad jejunium, vigilias et lacrymas; non ad choreas saltantium et citharas et cantilenas, sed ad luctum, tribulationem et angustias, dicens: *Beati qui lugent* et flent (*Id.* 5. 5), scilicet peccata sua. Incipe ergo pœnitentiam agere: pone principium tantum, et Deus pœnitentium tecum operabitur, te roborabit, et gratiam multam invenies, eritque in te super mel et favum. Multæ viæ vitæ, sicut scriptum est, et multi modi salutis: quo volueris modo, salutem consequere. Si possis, da eleemosynam; si non possis, id Deus non requirit. Non habes panem, non habes vestimentum? Genua flecte, pectus tunde, funde lacrymas, ingemisce, luge, extende manus tuas ad cælum, oculos ad Dominum attolle, jejuna, vigila. Hæc omnes possunt homines, nec negare valent: hæc studeas semper Deo offerre. Verum hæc cum discretione fiant oportet, ne inutiliter curras, et in vanum defatigeris.

12. Has itaque virtutes exercens, et Deo pœnitentiam offerens, observa diligenter et scrutare, num inimicitiam adversus aliquem habeas, ne studium tuum in vanum abeat; sed, ut dixit apostolus Paulus, *Cum timore et tremore salutem* nostram *operantes* (*Philipp.* 2. 12); et Christi præceptum servantes, qui dicit: *Si dimiseritis hominibus peccata sua, dimittet et Pater vester cælestis peccata vestra* (*Matth.* 6. 14). Si ergo Deum toto corde precaris, nec risui et fastui deditus es, hoc ejus præceptum servato, et si

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quid contra quempiam habeas, dimitte illi. Vis dimitti tibi peccata? Dimitte tu proximo. Si tu non dimittas fratri tuo peccata, neque tua tibi Dominus dimittet; dixit enim : *Nisi remiseritis hominibus peccata sua, neque Pater vester cælestis remittet vestra* (*Matth.* 6. 15). Novimusque omnes ipsum non mentiri : verax enim est et fidelis in omnibus verbis suis. Paratus igitur esto, exspectans quotidie eum, qui repetet animam tuam. Ne hodie pœnitentiam agas, et cras agere obliviscaris : ne hodie fleas, et cras choreas agas : ne hodie jejunes, et cras ebrius a multis exporteris : ne hodie vigiles, et cras concidas; sed salutem cura tuam, ut coroneris. Ne virtutem adulteres, ne laborem refugias, ne coronis priveris. Omne gaudium hujus sæculi odio habeas, necnon gloriam ejus; et dic cum Davide : *Iniquitatem odio habui et abominatus sum, legem autem tuam dilexi. Ab omni via mala prohibui pedes meos. Juravi et statui, ut custodiam mandata tua* (*Psal.* 118. 163. 101. 106). Cura semper ut paratus sis, ut cum venerit is qui repetet animam tuam, te in pœnitentia paratum inveniat : et ego promitto tibi, quod te ab iis qui salutem nacturi sunt, non te segregaturus sit. Serva semper Domini mandatum illud : *Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem* (*Matth.* 26. 41). Rursumque ait : *Estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet* (*Id.* 24. 44). Audi quoque Apostolum dicentem : *Sine intermissione orate* (1. *Thess.* 5. 17). Cogitate quid sit illud, *Sine intermissione;* id est, semper, in omni tempore, nocte et die, vespere, mane et meridie, atque omni hora; sive opereris sive iter agas, sive gregem cures sive terram sulces, sive decumbas sive e lecto surgas. Ne exspectes Dominicam, vel festum, aut loci differentiam. Deus enim non loco circumscribitur : nam *In manu ejus sunt fines terræ* (*Psal.* 94. 4). Ideo propheta David per singulos dies et noctes orans, non exspectabat diem, nec loci discrimen, sed lacrymans dicebat, suam hortans animam : *In omni loco dominationis ejus, benedic, anima mea, Dominum* (*Psal.* 102. 22). Et tu, carissime, ne exspectes horam, aut diem, aut loci discrimen; sed, ut supra dictum est, in omni loco, et in domo tua precare : in ecclesia quoque precare, et quocumque in loco sis precare, in omni loco dominationis Dei. *Auribus percipite omnes qui habitatis orbem, simul in unum dives et pauper* (*Psal.* 48. 2. 3), sive mas, sive femina, sive turba, juvenes et virgines, senes cum junioribus, reges terræ et omnes judices terræ, audite id quod scriptum est : *Tempus breve est, ut qui habent uxores, tamquam non habentes sint* (1. *Cor.* 7. 29). Abnegemus *Impietatem et sæcularia desideria; sobrie et juste et pie vivamus in hoc sæculo*, in futuro *exspectantes beatam spem et adventum gloriæ magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi* (*Tit.* 2. 12. 13). Mementote mei semper, fratres, et servate traditiones quas accepistis a beatis viris, a prophetis, ab apostolis, et a Domino universorum. In exemplum afflictionis et perseverantiæ habeatis prophetas; patientiæ, Jobum; castitatis, Josephum; discretionis, Danielem; caritatis, Dominum nostrum Jesum Christum, qui dedit semetipsum pro nobis; pœnitentiæ, Dei patrem Davidem. Hic enim nobis pœnitentiæ exemplar fuit, admonens et exhortans nos his verbis : *Venite, filii, audite me* (*Psal.* 33. 12): et ego vobis pœnitentiæ modum ostendam : quoniam ego aliquando lapsus sum, sed per pœnitentiam surrexi : et agnosco Domini benignitatem; novi ipsum eos, qui sincere pœnitentiam agunt, supinis manibus excipere : non potest enim Dominus mentiri. Audivi enim illum dicentem : *Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita* (*Ibid.* 88. 35). *Nam cælum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* (*Matth.* 24. 35). *Semel juravi in sancto meo* (*Psal.* 88. 36) : *Vivo ego, qui nolo mortem peccatoris* (*Ezech.* 33. 11). Audistis quod per semetipsum juraverit ille amator hominum. Ideo hortor omnes : *Venite, filii, audite me :* et dum tempus est nobis, festinemus, antequam veniat dies Domini magnus : *Præoccupemus faciem ejus in confessione. Venite, adoremus et procidamus ante Dominum, qui fecit nos* (*Psal.* 94. 2. 6). Quoniam ipse fecit nos, ipse *Misereatur nostri, et benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri* (*Psal.* 66. 2). Ipse namque est Deus pœnitentium, ipse nos pœnitentes recipit, ipse pascit : ipsi gloria et imperium et omnis gratiarum actio, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

Ineptum nugacissimi Græculi opusculum, non sine nausea ad fidem duorum Codicum Mss. emendatum hic tandem proferimus : indignum, Tillemontii judicio, p. 393, quod legatur vel intelligatur. Erat certe ἰδιώτης, infacundus et linguæ Græcæ imperitissimus, qui talem opellam emisit, et Chrysostomo adscribere ausus est. Et tamen illam commentariis et notis illustrare conati sunt viri inter litteratos principes, Julius Cæsar Bulengerus et Claudius Salmasius; quia in comparatione illa inepta de circo visibili, quem ipse σωματικὸν vocat, cum circo intelligibili, sive πνευματικῷ, multas adhibet voces ad ludos cir-

ORATIO DE CIRCO (*a*).

Stadium nobis hodie spirituale et cursus cælestis apertus est iis, qui ad spiritus spectaculum parati sunt; non secundum hominem de terra terrenum, sed secundum hominem spiritualem et cælestem : ubi currendum quidem est in terra, sed spectandum est cælum. Hoc tractandum suscepi, ut spectaculorum amantes redarguerem, qui spirituale salutis spectaculum despiciunt, et corporalem [1] nequitiæ hippodromum, seu potius satanodromum ipsi anteponunt. Tu vero, dilecte, diligenter potius tranquillum illum Ecclesiæ hippodromum intuere, ubi Paulus decertat, non eripi et camporum orbes decurrens, sed a Jerosolyma usque ad Illyricum circumquaque evangelium pleno cursu prædicans (*Rom.* 15. 19) : ubi Elias currum illum ducit, de quo dictum est : Currus,

(*a*) Collata cum Codice Regio bombycino num. 2333, et cum altero exemplari Ms. recentiore, quod penes nos est.

[1] Duo Mss. legunt, *spiritualem;* minus recte.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Δαυὶδ· *Ἀδικίαν ἐμίσησα καὶ ἐβδελυξάμην, τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα·* καὶ, *Ἐκ πάσης ὁδοῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου. Ὅμοσα καὶ ἔστησα τοῦ φυλάξασθαι τὰς ἐντολάς σου.* Σπούδασον οὖν πάντοτε ἕτοιμος εἶναι, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ ἀπαιτῶν τὴν ψυχήν, εὕρῃ σε ἕτοιμον ἐν τῇ μετανοίᾳ· κἀγὼ ἐγγυῶμαί σοι, ὅτι οὐ μή σε χωρίσῃ τῶν σωζομένων. Τήρησον ἀεὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἐντολήν, τὸ, *Γρηγορεῖτε καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν.* Καὶ πάλιν λέγει· *Γένεσθε ἕτοιμοι, ὅτι ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται.* Ἄκουσον καὶ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· *Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε.* Νοεῖτε τί ἐστι τὸ, *Ἀδιαλείπτως*· τουτέστι, πάντοτε, ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν, καὶ ἐργαζόμενος καὶ ὁδεύων, καὶ ποιμαίνων καὶ ἀροτριῶν, καὶ κοιμώμενος καὶ ἀνιστάμενος. Μὴ ἀναμείνῃς Κυριακήν, ἢ ἑορτήν, ἢ τόπου διαφοράν. Οὐ γὰρ ἐν τόπῳ περιγράφεται τὸ Θεῖον· *Ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς.* Διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης Δαυὶδ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα προσευχόμενος, οὐκ ἀνέμενεν ἡμέραν, οὐδὲ τόπου διαφοράν, ἀλλὰ δακρύων ἔλεγε, καὶ παραινῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· *Ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ εὐλόγει ἡ ψυχή μου Κύριον.* Καὶ σὺ, ἀγαπητὲ, μὴ ἀναμένῃς ὥραν, ἢ ἡμέραν, ἢ τόπου διαφοράν· ἀλλὰ καθὼς προείρηται, ἐν παντὶ τόπῳ, καὶ ἐν οἴκῳ σου προσεύχου, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γενόμενος προσεύχου, καὶ ὅπου δ' ἂν τυγχάνῃς, προσεύχου, ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας Θεοῦ. *Ἐρωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πλούσιος καὶ πένης,* εἴτε ἄρσεν, εἴτε θῆλυ, εἴτε μιγάδες, νεανίσκοι καὶ παρθένοι, πρεσβῦται καὶ νέοι, βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ πάντες κριταὶ γῆς, ἀκούσατε τὸ γεγραμμένον· *Ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶν, ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας, ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν.* Ἀρνησώμεθα *Τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι,* καὶ ἐν τῷ μέλλοντι *προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Μέμνησθέ μου πάντοτε, ἀδελφοὶ, καὶ κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς παρελάβετε παρὰ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν, προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, καὶ τοῦ Δεσπότου τῶν [87] ὅλων. Ὑπόδειγμα δὲ τῆς κακοπαθείας καὶ μακροθυμίας ἔχετε τοὺς προφήτας, τῆς ὑπομονῆς τὸν Ἰὼβ, τῆς σωφροσύνης τὸν Ἰωσὴφ, τῆς διακρίσεως τὸν Δανιὴλ, τῆς ἀγάπης τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, τῆς μετανοίας τὸν θεοπάτορα Δαυὶδ ἔχετε. Οὗτος γὰρ τύπος μετανοίας ἡμῖν γέγονε, παραινῶν ἡμῖν, καὶ παρακαλῶν, καὶ λέγων, *Δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου·* κἀγὼ ὑμῖν ὑποδείξω τὸν τρόπον τῆς μετανοίας· ἐπειδὴ κἀγώ ποτε ἐσκανδαλίσθην, ἀλλὰ διὰ τῆς μετανοίας ἀνέστην· καὶ γινώσκω τὴν τοῦ Δεσπότου φιλανθρωπίαν· οἶδα πῶς γνησίως τοὺς μετανοοῦντας, ὑπτίαις χερσὶν ὑποδέχεται· ἀδύνατον γὰρ τὸν ἐμὸν Δεσπότην ψεύσασθαι. Ἤκουσα γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· *Τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου οὐ μὴ ἀθετήσω. Ὁ οὐρανὸς γὰρ καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσιν.* Ἅπαξ ὤμοσα ἐν τῷ ἁγίῳ μου. *Ζῶ ἐγὼ,* ὃς *οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ.* Ἠκούσατε, ὅτι καθ' ἑαυτοῦ ὤμοσεν ὁ φιλάνθρωπος. Διὰ τοῦτο προτρέπομαι πάντας· *Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου·* καὶ ὡς καιρὸν ἔχομεν, ὀξυποδήσωμεν, πρὶν ἐλθεῖν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην· *Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ὁμολογήσει. Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν ἐναντίον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς.* Ὅτι αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, αὐτὸς *Οἰκτειρήσαι ἡμῖν, καὶ εὐλογήσαι ἡμᾶς, ἐπιφάναι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς·* αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς τῶν μετανοούντων, αὐτὸς προσδέχεται ἡμᾶς μετανοοῦντας, αὐτὸς καὶ ποιμανεῖ ἡμᾶς· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ πᾶσα εὐχαριστία, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN ORATIONEM DE CIRCO

censes et ad circum pertinentes; euripum nempe memorat, albam lineam, ex qua cursus incipiebatur, et sphendonem, quo desinebat cursus. Deinde voces κομβινεύειν et κομβινεύματα affert, quæ parium circensium equorum junctionem significant. Quæ fere omnes voces apud scriptores historiæ Byzantinæ occurrunt. Hæc una causa fuit cur tam insulsum opusculum tot notis illustratum fuerit. Bulengerus commentarium in hanc Orationem edidit in libro suo de Circo, quod longius esset hic referre. Eamdemque ipsam orationem Græce cum Latina sua interpretatione edidit.

Εἰς τὸ ἱπποδρόμιον λόγος.

Στάδιον ἡμῖν σήμερον πνευματικὸν καὶ δρόμος οὐράνιος ἀνέῳγε [a] τοῖς ἑτοίμως πρὸς τὴν θεωρίαν τοῦ πνεύματος ἔχουσιν, οὐ κατὰ τὸν ἐκ γῆς χοϊκὸν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ πνεύματος ἐπουράνιον ἄνθρωπον· ἐφ' ᾧ δεῖ τρέχειν μὲν [b] κατὰ τὴν γῆν, σκοπεῖν δὲ κατὰ τοῦ οὐρανοῦ. Τοῦτο προήχθην ἱστορῆσαι πρὸς ἔλεγχον τῶν φιλοθεαμόνων, τῶν τὸ πνευματικὸν τῆς σωτηρίας θεώρημα [88] παρορώντων, καὶ τὸ σωματικὸν [c] τῆς πονηρίας ἱπποδρόμιον, μᾶλλον δὲ σατανοδρόμιον προτιμούντων. Θεώρει δὲ σπουδαίως, ἀγαπητὲ, μᾶλλον τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀπερίεργον ἱπποδρόμιον, ἔνθα Παῦλος ἀγωνίζεται, οὐκ εὐρίπου καὶ κάμπων κύκλους τρέχων, ἀλλ' ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐκπληρῶν τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ· ἔνθα ὁ Ἠλίας ἡνιοχεῖ, περὶ οὗ εἴρηται· Ἅρμα, ἅρμα, ἡνίοχε τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἱππεὺς αὐτοῦ· οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν, ἀλλ' ἀπὸ γῆς

[a] Codex unus ἠνέῳγε. [b] Duo mss. τρέχειν με. [c] Duo mss. καὶ τὸ πνευματικόν, minus recte. Paulo post Savil. et Morel. προτιμούντων θεωρεῖν. Ἀλλ' δὲ σπουδαίως, ἀγαπητὲ, μᾶλλον. Hinc per asteriscos hiatum exhibent, ubi in mss. duobus nullus hiatus nec quidpiam hic in serie desideratur, si punctum ponas post προτιμούντων, et postea legas θεώρει, ut in mss. habetur: ποῦ tamen ante δέ superfluum videtur. Infra Editi καὶ κάμπῳ, mss. καὶ κάμπων melius.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εἰς οὐρανὸν πυρίνου ἅρματος κατατολμῶν, ἔνθα λαὸς οὐρανοπολιτῶν ἐπὶ τὴν θεωρίαν πάρεστι, καὶ κριτὴς πνευματικὸς καθέζεται, καὶ βασιλεὺς θεωρεῖ, καὶ ἐπινίκιον οὐράνιον δῶρον τίθεται, καὶ μάστιγες φοβερᾶς κρίσεως πρόκεινται. Βούλεταί σε ὁ Θεὸς δι' ἑαυτοῦ ἀγωνίζεσθαι. Διὸ καὶ δέδωκέ σοι τὸ τῶν Εὐαγγελίων τετράθηρον [a] ἅρμα, ἐν ᾧ ἅρματι ἵπποι λευκοὶ κατὰ τὸν Ζαχαρίαν· ζυγαῖοι μὲν φῶς καὶ ἀθανασία, ἀκροτῆρες δικαιοσύνη καὶ ἀλήθεια, οἱ πορευόμενοι κατόπισθεν τοῦ ἅρματος τοῦ πορευομένου εἰς γῆν βορρᾶ· περὶ οὗ λέγει ἡ Σοφία, *Σκληρός τις ἄνεμος βορρᾶς*· σκληρὸν γὰρ ἀληθῶς πνεῦμα καὶ πονηρὸν ὁ διάβολος. Ἐν ἅρματι αὐτοῦ ἵπποι μέλανες· ὑποζύγιοι μὲν ὁ ᾅδης καὶ θάνατος, ἀκροτῆρες δὲ σκότος καὶ ἀπώλεια, οὓς δεῖ καθηνιοχεῖν τῷ ἅρματι τοῦ Χριστοῦ, ὅτι *Τὸ ἅρμα*, φησὶ, *τοῦ Θεοῦ, μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθυνόντων*, οὓς δεῖ καθηνιοχεῖν ἐν ταῖς τρικυμίαις τοῦ βίου, ὡς ἐν θαλάσσῃ. Ἐπεβίβασεν γὰρ εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους αὐτοῦ ταράττοντας ὕδατα πολλὰ, καὶ καταστρέφοντας τὰ ἅρματα τοῦ νοητοῦ Φαραὼ, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν Ἐρυθράν. Ἔχει δὲ καὶ πάριππον ἄγγελον τὸν καταδιώκοντα καὶ παρασκοτοῦντα τοὺς ἵππους τοῦ ἐχθροῦ σου. *Γενηθήτω* γὰρ, φησὶν, *ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκότος καὶ ὀλίσθημα, καὶ ἄγγελος Κυρίου καταδιώκων αὐτούς*. Ἔχεις ἐξ ἐναντίας τοὺς τὰς δόσεις αὐτοῦ καταγγέλλοντας Χαναναίους, Φαρισαίους, Σαδουκαίους· ἔχεις καὶ σὺ Μωϋσέα, Σαμουὴλ καὶ Δαυὶδ, οἳ προκατήγγειλαν περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου. Ἔχει ἐκεῖνος μεσαφέτας δαίμονας, Βὴλ καὶ Δαγὼν καὶ Βαὰλ καὶ Χαμὼς, οἳ τὸν Ἰσραὴλ ἔβαλλον ἀπὸ σκελῶν [b], καὶ τὰ κῶλα αὐτῶν ἔρριψαν ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἔχεις καὶ σὺ Θυρανοίκτας Παῦλον, καὶ Σιλουανὸν, καὶ Τιμόθεον, καθὼς αὐτοί φασιν, ὅτι *Θύρα ἡμῖν ἀνέῳγε μεγάλη καὶ ἐναργὴς, καὶ ἀντικείμενοι πολλοί*, οἳ καὶ ἐζήτησαν ἵνα δοθῇ αὐτοῖς λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος αὐτῶν. Ἔχει ἐκεῖνος Φίλητον [c], Ἰούδαν, Δήμαν καὶ Ἑρμογένην, Ὑμεναῖον καὶ Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα ὑποκρίσεως γέμοντας· ἔχεις καὶ σὺ θεωρητὰς τὸν τῶν ἀγγέλων δῆμον, τὰ τῶν δικαίων τάγματα ἄνωθεν καθορῶντα· πῶς μὲν *πάντες τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον*. Εἷς ὁ κατὰ τὴν ἀλήθειαν λαὸς τοῦ Χριστοῦ, εἷς ἐν Χριστῷ βαπτισθεὶς, καὶ Χριστὸν ἐνδυσάμενος· καὶ μηκέτι Ἰουδαῖος μήθ' Ἕλλην, ἄρσεν καὶ θῆλυ, δοῦλος ἢ ἐλεύθερος, Σκύθης, Ἄρειος, Εὐνόμιος, Μαραθώνιος [d], ἀλλ' εἷς ἐν Χριστῷ. Ἄξιος τοῦ Θεοῦ τρέχε, καὶ πολιτεύου, λαὲ τοῦ Θεοῦ, ἐν τῷ θεωρίῳ τοῦ παναγίου Πνεύματος. Μὴ τέρπέτω [e] σε τὰ προϊππικὰ κομβινεύματα, ἵνα μὴ καταλάβῃ σε τὰ πρὸ κρίσεως κινδυνεύματα. Εἰ βούλει κομβινεύειν καὶ διατάσσεσθαι, δύνασαι τοῦτο ποιεῖν μᾶλλον ἐν τῷ θεωρήματι πνευματικῷ. Ζεῦξον κατὰ τῶν θηλυμανῶν ἵππων τοῦ διαβόλου τοὺς εὐσεβεῖς σου λογισμούς· ἀντιδιάταξαι κατ' ἰσχυρῶν [89] μακροθυμίαν. *Κρεῖττον* γὰρ, φησὶ, *μακρόθυμος ἰσχυροῦ*· κατὰ Ἰουδαϊσμοῦ χριστιανισμὸν, καθ' ἑλληνισμοῦ θεοσέβειαν, κατὰ πορνείας σωφροσύνην, κατὰ πλεονεξίας ἐλεημοσύνην, κατὰ ψεύδους ἀλήθειαν, κατ' ὀργῆς πραότητα καὶ ἐπιείκειαν. Πάλιν κατ' ὀξέων ζεῦξον καθυποτακτὰς, τουτέστι, κατὰ θυμοῦ καὶ λύπης πραῢθυμίαν (*Πραΰθυμος* γὰρ, φησὶν, *ἀνὴρ, καρδίας ἰατρός*)· κατ' ὀξέων πραῢθυμίαν, κατ' ἔχθρας φιλίαν, κατὰ μίσους ἀγάπην, κατὰ ὀλιγωρίας εὐχαριστίαν, καθ' ὑπερηφανίας ταπεινοφροσύνην, κατὰ πονηρίας ἀγαθωσύνην, καὶ κατὰ παντὸς ἅπαξ ἐναντίου πράγματος τὴν ὀρθόδοξον καὶ σωτήριον πίστιν ἔχε. Δεῖ δέ σε ἡνιοχοῦντα καὶ τὴν τοῦ πνεύματος ἔχειν ἐγκράτειαν, ἵνα μὴ ναυσιασμῷ περιπεσὼν ἀκηδιάσῃς. *Ὁ* γὰρ *ἀγωνιζόμενος*, φησὶ, *παντὸς ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον*. Λάβε καὶ τὴν κασσίδα τοῦ σωτηρίου, καὶ τὸ φραγέλλιον ἐν τῇ χειρί σου, ὃ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ποιήσας ἐκ σχοινίου, ἤλαυνεν [f] ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ τοὺς τοῦ διαβόλου ἐμπόρους. Στῆκε ἑδραίως ἐπὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς· ἀνάβηθι ἐπὶ τὸ ἅρμα τοῦ εὐνούχου, ὦ Φίλιππε, τοῦ ἀπηλλαγμένου τῆς ἀκαθαρσίας πάσης· ἀνάβηθι ἐπὶ τὸ ἅρμα· ἀμετεωρίστως ἀτένιζε τὸν τῷ ἀναγνώσματι τοῦ Εὐαγγελίου διακονοῦντα μαμπάριον. Μήτις με δόξῃ γελοιάζοντα λέγειν· οὐ ψεύδομαι. Ὡς γὰρ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τὸν μαμπάριον, πεπηγότος τοῦ σημάντρου, ἀτενίζουσιν, ἐκδεχομένων ἐν τῇ βουλῇ ἐκείνου τὸ ἄνοιγμα· οὐδὲν ἧττον καὶ οἱ ἐπὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν Θεωρίαν εἰς τὸ αὐτὸ ἀθροιζόμενοι, τοῦ διακόνου ἀνοίγειν μέλλοντος τὸ τοῦ Εὐαγγελίου τετράθυρον, πάντες αὐτῷ ἀτενίζομεν ἡσυχίαν παρέχοντες, καὶ ἡνίκα τοῦ δρόμου τῆς ἀναγνώσεως ἄρξηται, εὐθέως διανιστάμεθα ἡμεῖς, ἐπιφωνοῦντες· Ἀλλὰ δόξα σοι, Κύριε. Ἀνάβηθι ἐπὶ τὸ ἅρμα, θήρευσον, ἀποδρόμησον, κατάστειλον, ἔκβαλε, ἀπόστρεψον, πίασον, καὶ ποίησον ἐκ τοῦ στόματος τὴν καλὴν ὁμολογίαν, ἀποδρόμησον κατὰ τοῦ ἐναντίου· *Ὁ* γὰρ *πορευόμενος ἁπλῶς, πορεύεται πεποιθώς*. Κατάστειλον αὐτὸν ὡς ὁ Δαυὶδ τὸν Γολιὰθ, ἔκβαλλε αὐτὸν ὡς ὁ Ἐλισσαῖος τὸν Γιεζὶ, πίασον αὐτὸν ὡς ὁ Ἠλίας τὸν Ἀχαὰβ ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Ναβουθαὶ, ἀπόστρεψον αὐτὸν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὅπου ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· πρόσεχε σεαυτῷ. *Προσέχετε* γὰρ, φησὶν, *ἑαυτοῖς, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι ἐν κραιπάλῃ καὶ μέθῃ*. Πάντα βάστασον· *Ἀλλήλων* γὰρ, φησὶ, *τὰ βάρη βαστάζετε*. Ἄνοδα ἔχων φυλάττου, *Μὴ ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου*· μὴ ἀποστρεφόμενος εἰς τὰ ὀπίσω, μνημονεύων τῆς γυναικὸς Λώτ. Μέσον ἔχε ὁδὸν δικαιοσύνης, μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ, μηδ' εἰς ἀριστερά. Ἔσωθεν ζήτει ἐκ τοῦ παραδείσου, ἔσωθεν ζήτει. *Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροὶ, φόνοι, μοιχεῖαι, κλοπαὶ, ψευδομαρτυρίαι*, καταλαλιαὶ, βλασφημίαι, τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. [g] Μὴ συναναβῇς αὐτῷ, ὡς οὐδὲ ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ, ὅτι σκληροτράχηλός ἐστι· μὴ συναναβῇς αὐτῷ· εἰς ἁμαρτίαν σε καλεῖ. Αὐτός σε κάμψει. Καὶ γενοῦ πρὸ αὐτοῦ, λέγων αὐτῷ· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων*. Ἔξω μεῖνον, ὡς Ἠλίας φεύγων τὴν Ἰεζαβέλ· σπεῦδε εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως. Μή σε καταλάβῃ, ὡς οὐδὲ Ἀβεσσαλὼμ παῖδες τοὺς περὶ Ἰωναθὰν, καὶ Ἀχιμαὰς τοὺς ἱερεῖς τοῦ Κυρίου φεύγοντας· μή σε πιάσει, ὡς οὐδὲ βασιλέως Ἱεριχὼ παῖδες τοὺς κατασκόπους· ἀλλ' εἰ δυνατὸν, ἀπάτησον αὐτὸν ὡς Ῥαὰβ τοὺς ἐρευνῶντας ἡ πόρνη. Μή σε καθυποτάξῃ, ὡς οὐδὲ Φαραὼ τοὺς περὶ Μωϋσέα καὶ Ἀαρών· ἀλλὰ περίκαμψον αὐτὸν, ὡς οἱ μάγοι Ἡρώδην. Μὴ ἀγωνιάσῃς· ἔχεις γὰρ τὸν διατάκτην Θεὸν, καὶ ἰατρὸν τὸν Χριστόν. Μηδὲν πτοηθῇς· ἔχεις γὰρ ἀλείπτην τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν τοῦ Σαμουήλος μυστικῷ κέρατι χρίοντά σε τῷ μύρῳ. Μηδὲ τὸ δίψος φοβηθῇς· ἔχεις γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ σὲ τῆς ἀναπαύσεως τοῦ βαπτίσματος διὰ τῆς κολοκύνθης, ἵνα προερχόμενόν σοι, τουτέστι, διὰ τῆς κηρυκείας τοῦ Ἰωνᾶ, ἀναλάβῃ σε. Στρέψον τὸ ἅρμα τῆς τυραννίδος [90] αὐτοῦ· βάλε αὐτὸν εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο· βάλε αὐτὸν εἰς τὴν βαθεῖαν ἐκεῖ. Ψαλμικῶς ἀνάβησον, *Ἐκ βαθέων ἐκέκραξά σοι, Κύριε· Κύριε, εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου*. Βάλε αὐτὸν εἰς τὴν βαθεῖαν, κατακάμψας μονώτατος ἐκ τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ. Ἄρον εἰς ὕψος ὁσίους χεῖρας πρὸς τὸν βασιλέα, λαῶν βραβεῖον τῶν φοινίκων κατὰ τοὺς παῖδας, καὶ σείσας προσκύνησον αὐτῷ, ὅτι Ἔπεσε Βὴλ, συνετρίβη Δαγών. *Χάρις δὲ τῷ Θεῷ τῷ διδόντι ἡμῖν τὸ νῖκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Ταύτῃ τῇ νίκῃ καὶ τὸν παράδεισον οἷα λοῦτρον πάνδημον ἀνοίξαι δυνηθήσῃ, ἔνθα ποταμοὶ τέσσαρες, ὕδωρ πολὺ, ὡς ἐν λούτρῳ, ἐν τύπῳ χλόης, ὅπως καὶ σὺ εὐκαίρως λέγῃς· *Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν, ἐφ' ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με*· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις καυχώμενος λέγῃς, *Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος*, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Mss. τετράθυρον. Alii legendum putant τετράορον. Mox mss. Ζαχαρίαν ζυγαί. Οἱ μὲν φῶς.

[b] Legendum putant ὑποσκελίζοντες. Ibid. mss. recte καὶ κῶλα αὐτῶν. Editi male καὶ τὰ καλῶς αὐτῶν.

[c] Mss. Φιλητάς.

[d] Mss. Μαραθόνιος.

[e] Sic recte mss. Editi vero μὴ τρεπέτω.

[f] Mss. ἤλασεν.

[g] Sic mss. In Editis quædam deerant ὅτι ὁμοιοτέλευτον.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

currus, auriga Israel, et eques ejus (4. *Reg.* 2. 12) : non a linea alba ad sphendonem (*a*) milliare decurrens, sed a terra ad cælum in curru igneo attingere tentans : ubi cælestis populus ad spectaculum adest, et Judex spiritualis sedet, Rexque contemplatur, ac victoriæ præmium cæleste positum est, flagellaque tremendi judicii prostant. Vult Deus ut propter ipsum decertes. Ideo dedit tibi Evangeliorum quatuor animalibus junctum currum [1] : cui currui equi candidi juncti sunt, secundum Zachariam (*Cap.* 6). Jugales sunt, lux et immortalitas : extremi, justitia et veritas : quæ eunt post currum pergentem in terram aquilonis; de quo dicit Sapientia : *Ventus asper est boreas* (*Prov.* 27. 16) : asper enim spiritus atque malignus, diabolus est. In curru ejus equi atri : subjugales sunt, infernus et mors ; extremi, tenebræ et pernicies : quos oportet opponi currui Christi. *Currus Dei*, inquit, *decem millibus multiplex, millia lætantium* (*Psal.* 67. 18) : qui opponendi sunt hujus vitæ procellis ceu marinis tempestatibus. Deduxit enim in mare equos suos, turbantes aquas multas (*Habac.* 3. 15), et submergentes currus spiritualis Pharaonis, omnesque copias ejus in mari Rubro. Habet autem equis vicinum angelum persequentem et tenebris obvolventem equos inimici tui. Nam ait : *Fiat via illorum tenebræ et lubricum, et angelus Domini persequens eos* (*Psal.* 34. 6). Habes ex adverso Chananæos, Pharisæos, Saducæos, diaboli dona nuntiantes : tu quoque habes Moysen, Samuelem et Davidem, qui prænuntiarunt justi adventum. Habet ille quos in medium immittat dæmones, Bel, Dagon, Baal et Chamos, qui Israelem supplantarunt, et membra ejus in deserto disjecerunt : habes tu quoque qui januam aperiant, Paulum, Silvanum, et Timotheum, ut ipsi dicunt : *Ostium* nobis *apertum est magnum et evidens, et adversarii multi* (1. *Cor.* 15. 9) : qui petierunt ut daretur sibi verbum in apertione oris sui (*Ephes.* 6. 19). Habet ille Philetum, Judam, Demam, Hermogenem, Hymenæum et Alexandrum ærarium, hypocrisi plenos : habes tu spectatores angelorum populum, justorum ordines superne intuentes, quomodo multi currant, et unus accipiat bravium (1. *Cor.* 9. 24). Unus revera Christi populus, unus in Christo baptizatus, unus qui Christum induit : neque ultra est Judæus, neque Græcus, non masculus, non femina, non est servus, nec liber, non est Scytha, non Arius, Eunomius, Marathonius (*b*); sed unus in Christo. Digne Deo curre, et vitam institue, populе Dei, in spectaculo sancti Spiritus. Ne te delectet prælusio paribus equis, ne te ante judicium pericula invadant. Si vis paribus equis currere, et in hoc ordine poni; hoc magis potes facere in spectaculo spirituali. Junge contra libidine furentes diaboli equos pias tuas cogitationes : oppone fortioribus patientiam; *Melior* enim, inquit, *est patiens viro forti* (*Prov.* 16. 32) : contra Judaismum, Christianismum; contra gentilium cultum, veram religionem; contra fornicationem, castitatem; contra avaritiam, eleemosynam; contra mendacium, veritatem; contra iram, mansuetudinem et modestiam. Rursum contra acriores impetus junge ea quæ opposita illis sunt; contra iram et dolorem junge lenitatem (nam ait ille : *Lenis vir, cordis est medicus* [*Prov.* 14. 30]); contra acriores impetus, mansuetudinem; contra inimicitias, amicitiam; contra odium, caritatem; contra afflictionem, gratiarum actionem; contra superbiam, humilitatem; contra nequitiam, benignitatem; et, ut uno verbo dicam, contra res omnes adversas, orthodoxam et salutarem fidem habeas. Oportet autem te aurigam spiritus temperantiam habere, ne in nauseam incidens, a labore deterrearis. Nam *Qui in agone contendit*, inquit, *ab omnibus se abstinet : et illi quidem ut corruptibilem coronam acci-piant, nos autem incorruptam* (1. *Cor.* 9. 25). Accipe et galeam salutis, et flagellum in manu tua; quod cum Dominus noster Jesus ex sparto fecisset, diaboli negotiatores ex templo ejecit. Sta firmiter supra vas electionis : ascende in currum eunuchi, o Philippe, ab omni immunditia liberati : inscende currum : sine animi electione specta eum, qui in lectione Evangelii mappam ministrat. Ne quis putet me ridendi causa hæc dicere : non mentior. Ut enim in circo omnium oculi in mappam, signo affixo, feruntur, dum exspectant ex consilii voluntate aperiendos ludos esse : eodem modo cum ad ecclesiasticum spectaculum convenimus, cum diaconus Evangelii fores quatuor aperturus est, omnes ipsum cum quiete multa respicimus; cum autem cursum lectionis incepit, statim erigimur vociferantes : Gloria tibi, Domine. Currum conscende, venare, excurrito, contrahe, ejice, averte, comprehende, et ore pulchram confessionem emitte : curre contra adversarium : nam *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter* (*Prov.* 10. 9). Comprime ipsum, ut David Goliathum; ejice illum, ut Elisæus Giezi; comprehende illum, ut Elias Achabum in vinea Nabuthæ; averte illum in tenebras exteriores, ubi fletus et stridor dentium (*Matth.* 8. 12); attende tibi. Etenim ait ille : *Attendite vobis, ne graventur corda vestra in crapula et ebrietate* (*Luc.* 21. 34). Omnia sustine : *Alter alterius*, inquit, *onera portate* (*Gal.* 6. 2). In invia incedens cave, *Ne forte offendas ad lapidem pedem tuum* (*Psal.* 90. 12). Ne retro avertaris, memor uxoris Loti. Mediam justitiæ viam teneas, ne declines ad dexteram vel sinistram. Interius quære de paradiso : interius quære. *Ex corde enim exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, furta, falsa testimonia*, obloquutiones, *blasphemiæ* (*Matth.* 15. 19), quæ coinquinant hominem. Ne cum diabolo ascendas, quemadmodum nec Deus cum Israele, quia duræ cervicis erat : ne cum illo ascendas : ad peccatum te vocat. Ipse te flectet. Ipsum præveni, ac dic illi : *Vade retro, satana, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum* (*Marc.* 8. 33). Extra mane, ut Elias fugiens Jezabelem : curre ad bravium supernæ vocationis. Non te comprehendet, ut neque pueri Absalonis Jonatham, et Achimaam sacerdotes Domini fugientes comprehenderunt. Non te comprehendet, ut neque pueri regis Jericho exploratores ceperunt; sed si fieri possit, decipe illum, ut Rahab meretrix perquirentes decepit. Ne te subjiciat, ut neque Pharao Moysem et Aaronem, sed circumvenito illum, ut magi Herodem. Ne in agone deficias : habes enim præceptorem Deum, medicum Christum. Ne deterrearis : habes enim unctorem Spiritum sanctum, qui ex cornu Samuelis te mystico unguento unget. Neque sitim metuas : habes enim in te aquam quietis baptismi nempe per cucurbitam, ut præveniens scilicet per prædicationem Jonæ, te recipiat. Everte currum tyrannidis ejus : conjice illum in foveam, quam fecit, conjice illum in profundum. Ex Psalmo clama : *De profundis clamavi ad te : Domine, Domine, exaudi vocem meam* (*Psal.* 129. 1. 2). Dejice eum in profundum, deflectens solus ex ejus exitio. Extolle in altum sanctas manus ad Regem, accipiens bravium palmarum, ut olim pueri : et quatiens adorato eum, quia cecidit Bel, contritus est Dagon (*Isai.* 46. 1). *Gratia autem Deo, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum* (1. *Cor.* 15. 57). Hac victoria paradisum quasi lavacrum publicum aperire poteris, ubi quatuor flumina, aqua multa, ut in lavacro, in loco pascuæ, ut et tu opportune dicas : *In loco pascuæ ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me* (*Psal.* 22. 2) : et super hæc omnia exsultans dicas : *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi : in reliquo reposita est mihi corona justitiæ* (2. *Tim.* 4. 7. 8), in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Alii legendum putant, *Evangeliorum quadrigam*; recte.

(*a*) Sphendon est locus circa metam. Vide Bulengerum.

(*b*) De Marathonio vide quid dicat Socrates, l. 2, c. 45.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM

Hunc sermonem non esse Chrysostomi omnes dijudicant, etsi sagaci viro non sit indignus. Quod vero dixit nescio quis, sed ex conjectura tantum, Severiani esse, id certe cum recta ratione pugnare videtur; neque enim minus a Severiani stylo differt oratio, quam a Chrysostomi dicendi genere. Severianus enim

IN ILLUM LOCUM, « ATTENDITE NE ELEEMOSYNAM VESTRAM FACIATIS CORAM HOMINIBUS » (*Matth.* 6. 13)

1. Sapientes ac periti agriculturæ artifices, ubi cum omni cura et sollicitudine terræ stirpes plantaverint, prius ipsas plantas in altitudinem erigunt, deinde superfluos et importunos stolones artificiose resecant. Idem et legislator Moses fecit: primum enim unius imperium in hominum mente plantavit, ac deinde multorum imperium ex hominum mente amputavit. Quo tandem pacto unius imperium plantarit, audi ipsum dicentem: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies:* et rursus, *Audi, Israel: Dominus Deus tuus, Dominus unus est* (*Deut.* 6. 13. *et* 10. 20. *et* 6. 4). Quomodo autem superfluos et importunos surculos imperii multorum amputavit, edisce: *Non facies*, inquit, *deos conflatiles, neque adorabis deos alienos: ego enim, ego Dominus Deus tuus* (*Exod.* 34. 17. *Levit.* 19. 4). Hoc vero etiam hodierno die Deus idem et Salvator noster agit. Nam postquam nuper in animis nostris pulchram eleemosynæ olivam plantavit, ejusque fructum, hoc est, misericordes coronavit, et beatos prædicavit dicens, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur:* merito nimirum hodie pullulantes molestas eleemosynæ superfluitates amputat ac repurgat. Enimvero nuper omnes simul cum ad eleemosynam excitaret, pauperem quidem pauperculæ viduæ, quæ in Sarephtha Sidoniæ habitabat, exemplo edocuit, ne inhumanitati paupertatem prætexat: mendicum autem viduæ illius mendicæ exemplo, quæ in Evangelio minuta duo in gazophylacium misisse memoratur, incitavit, ut mendicas eleemosynæ opes prompto animo conferat: mercatorem porro consideratis maris procellis refrænavit, ut pauperibus potius quam mari sua communicet: at eum, qui negotiationem terrestri itinere exercet, coercuit, ut animo necessitatem prævertat, et ante necessitatem latroni Deum anteponat. Postquam igitur omnibus ad eleemosynam instructis, unumquemque ex eo, quod laudes excepturus sit, promptum esse, tamquam virentem quamdam plantam ad eleemosynam inclinatam, vidit: *Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei* (*Psal.* 51. 10): propterea simul pullulantes eleemosynæ simulationes exscindit. Quid dicens? *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis:* non quasi nos lectionem hanc de industria commode nunc proponamus: sed quasi ex ipsa serie eorum quæ jam lecta sunt ista transmittantur. *Attendite ne eleemosynam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis;* sin secus, nullam certe mercedem habebitis: hæc enim ostentatio mercedem tollit illorum: talis largitio futuram illis eripit felicitatem. Etenim nullus est animæ adeo noxius affectus, atque hæc inanis gloriæ cupiditas. Cum enim ex iis quæ mandata sunt, multa præclare perfecerimus, tunc ipsius inanis gloriæ cupiditatis adnascitur ægritudo. Verum illam a nobis radicitus exstirpavit Salvator, dum nos docuit, ut clam eleemosynas conferamus. Sed utique dices: Quid ergo? non possumus id facere: non enim fieri potest, quin is, qui pauperibus quidpiam dat, vel sacerdotibus offert, aut in gazophylacium mittit, videatur. Tum tu igitur nos in posterum ad impertiendam eleemosynam negligentiores reddidisti. Nunc itaque præstante Domino Deoque nostro ac Salvatore Jesu Christo, de amicorum ac fratrum meorum animabus bene mereri volo, easque omni ægritudine liberare, et actionis istius modum corrigere. Voluntatem enim examinat et consilium ejus, qui eleemosynam impertit. Propterea recte adjecit dicens: *Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt* (*Matth.* 6. 2): non quod tubas haberent illi, sed quod larva esset ac species eleemosynæ; animus autem hominibus militaret, et ab eorum aspectu illi penderent. Non enim propter Deum eleemosynam conferebant, sperantes ab eo se misericordiam consequuturos, et promissam mercedem centuplam accepturos; sed, ut momentaneam reciperent ab hominibus gloriam, largiebantur. Non igitur differebant ab illis, qui populariter in theatris suas facultates profundunt, et ut inanem gloriam aucupentur, opes suas dilapidant, non ad aliquem utilem animæ fructum, sed ad futilem hominum laudem. Convertitur enim sæpe laus illa in contumeliam, et cum multos sumptus fecerint, multis opprobriis onerantur. Vide quam multas pecunias in circensibus ludis expendant; et postquam multa expenderint, tum a vilissimis et abjectissimis hominibus pluribus probris lacerantur. Nam equorum infirmitatem hominibus vitio vertunt: et equus quidem collabitur, ambitiosus autem editor contumeliis vexatur: et ipse quidem rationis expers equus cecidit, homo vero ratione præditus excidit et explosus est: ac sæpenumero dixit ingemiscens: Quid frustra meas facultates perdo? quid tantos labores sustinui, totque damna, meque omnibus bonis everti, ut a despectissimis hominibus ad extremum contumeliis onerarer? O quam multos pauperes istæ pecuniæ frustra insumptæ ditare potuissent! quam multos erigere, qui exciderunt! Atque effunduntur quidem velut ex fonte quodam ad vanam laudem captandam populares istæ largitiones; contumeliæ vero stolidorum hominum tamquam ex flumine quodam excitantur. Alii vero suas animas nihili faciunt; et alii rursus ob equorum contentiones proprias ædes evertunt.

2. At illos quidem sumptus facere, et probris lacerari, vanisque largitionibus opes profundere sinamus: quo vero pacto pecuniæ pie sint expendendæ discamus, et quo modo vita religiose traducenda sit, ac cælestia pro terrenis exspectanda. Non enim prohibet ne des eleemosynam Christus, sed qua ratione facere eleemosynam oporteat, docet: *Ne sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* Hoc vero loco rursus non manus significat, sed hyperbolice dictum est illud, quasi diceret: Ne sciat perversa cogitatio tua, quid recta mens tua faciat, ne te avertat a bono. Incumbit enim, ut inquit Deus, mens hominum diligenter ad mala. Propterea, inquit, Studiose tibi, ut tu ipse quoque ignores, expetendum existimato. Quid ita? Ut Pater tuus, qui videt in abscondito hilarem tuam promptamque largitionem, te diligat, et in manifesto reddat tibi. Magnum et illustre iis, qui eleemosynas

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

IN SEQUENTEM SERMONEM.

totus strigosus est, perplexus, figuris redundans : uno verbo, stylo ferreo utens, ut ait Savilius; hic vero scriptor simplex est, ac sine salebris fluit.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Εἰς τὸ, « Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων. »

α'. Οἱ σοφοὶ καὶ ἐπιστήμονες τῆς γεωργίας τεχνῖται, ὅταν μετὰ πάσης φροντίδος καὶ ἐπιμελείας τὰ κατὰ γῆς βλαστήματα φυτεύσωσιν, αὐτὰ τὰ φυτὰ πρότερον εἰς μῆκος διεγείρουσιν, εἶθ' οὕτω τὰς παρενοχλούσας φυάδας τεχνικῶς τέμνουσιν. Τὸ αὐτὸ καὶ ὁ νομοθέτης Μωσῆς πεποίηκεν· πρότερον γὰρ κατεφύτευσε τὴν μοναρχίαν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν, εἶθ' οὕτως ἐξέτεμε τὴν πολυαρχίαν διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάνοιαν [a]. Καὶ πῶς κατεφύτευσεν τὴν μοναρχίαν; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις·* καὶ πάλιν, Ἄκουε, *Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν.* Καὶ πῶς τὰς παρενοχλούσας φυάδας τῆς πολυαρχίας ἐξέτεμε, μάθε· *Οὐ ποιήσεις, φησὶ, θεοὺς χωνευτοὺς, οὐδὲ προσκυνήσεις θεοὺς ἀλλοτρίους· ἐγὼ γάρ, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός σου.* Τοῦτο δὲ καὶ σήμερον αὐτὸς ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ ἡμῶν ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ πρῴην ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς κατεφύτευσε τὴν καλὴν ἐλαίαν τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐστεφάνωσεν, τουτέστι τοὺς ἐλεήμονας, καὶ ἐμακάρισεν εἰπών, *Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται·* εἰκότως ὅτι σήμερον τὰ παρενοχλοῦντα τῆς ἐλεημοσύνης [b] ἀνακόπτει μάταια καὶ ἀποκαθαίρει. Πρῴην γὰρ πάντας ὁμοῦ πρὸς ἐλεημοσύνην διεγείρων, καὶ τὸν μὲν πέντε ἀπὸ τῆς πενιχρᾶς χήρας τῆς ἐν Σαρέπτοις τῆς Σιδωνίας ἐπαίδευσε, μὴ προφάσεις [91] τῆς ἀπανθρωπίας τὴν πενίαν προβάλλεσθαι· τὸν δὲ πτωχὸν ἀπὸ τῆς πτωχῆς χήρας τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις καταβαλούσης τὰ δύο λεπτὰ εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, διήγειρεν, ὥστε τὸν πτωχὸν πλοῦτον τῆς ἐλεημοσύνης μετὰ προθυμίας συνεισφέρειν· τὸν δὲ ἔμπορον ἀπὸ τῆς τρικυμίας τῆς θαλάσσης ἐχαλίνωσε, τοῖς πένησιν μᾶλλον ἢ τῇ θαλάσσῃ μεταδιδόναι· τὸν δὲ κατὰ γῆν πραγματευόμενον περιέσφιγξε προλαβεῖν τῇ γνώμῃ τὴν ἀνάγκην, καὶ πρὸ τῆς ἀνάγκης τὸν Θεὸν μᾶλλον προτιμᾶν, ἢπερ τὸν λῃστήν. Ἐπειδὴ πάντας ὁμοῦ πρὸς ἐλεημοσύνην παιδεύσας, εἶδεν, ἀφ' ὧν ἐπαινέσεται, ἀποδεξάμενος ὡς ἕτοιμός ἐστιν ἕκαστος, καθάπερ φυτὸν εὐθαλὲς πρὸς ἐλεημοσύνην κλιθέν· *Ἐγὼ δὲ ὡσεὶ ἐλαία κατάκαρπος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ·* διὰ τοῦτο συναναιρεῖ τὰς παρενοχλούσας τῆς ἐλεημοσύνης ὑποκρίσεις. Τί λέγων; *Προσέχετε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς*, οὐχ ὅτι ἡμῶν ἐπιτηδείως τὴν ἀνάγνωσιν ταύτην προβαλλομένων, ἀλλὰ τῆς προτέρας ἀκολουθίας τῶν ἀναγνωσμάτων παραπεμπούσης. *Προσέχετε τὴν ὑμῶν ἐλεημοσύνην μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς·* εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε· αὕτη γὰρ ἡ ἐπίδειξις ἐκείνων ἀφανίζει τὸν μισθόν· ἡ τοιαύτη δόσις ἀποστερεῖ ἐκείνους τῆς μελλούσης ἀγαθωσύνης. Οὐδὲν γὰρ οὕτω πικρὸν πάθος ἐστὶν τῆς ψυχῆς, ὡς τὸ τῆς κενοδοξίας. Ὅταν γὰρ πολλὰ κατορθώσωμεν τῶν ἐπιταγμάτων, τότε τῆς κενοδοξίας παραφύεται νόσημα. Ἀλλὰ πρόῤῥιζον αὐτὸ ἐξέτεμεν ὁ Σωτὴρ ἀφ' ἡμῶν, διδάξας ἡμᾶς ἐν τῷ κρυπτῷ τὰς ἐλεημοσύνας ποιεῖν. Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς· Τί οὖν; οὐ δυνάμεθα ποιῆσαι· οὐ γάρ ἐστι δυνατὸν διδόντα τοῖς πένησιν, ἢ προσφέροντα τοῖς ἱερεῦσιν, ἢ βάλλοντα εἰς τὸ γαζοφυλάκιον, μὴ θεαθῆναι. Οὐκοῦν καὶ πρὸς τὴν δόσιν τῆς ἐλεημοσύνης ὀκνηροτέρους ἡμᾶς κατέστησας διὰ παντός. Νῦν οὖν ὠφελῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν ἐμῶν φίλων καὶ ἀδελφῶν βούλομαι, καὶ παντὸς νοσήματος, ἀπαλλάξαι, χάριτι τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν τρόπον τοῦ γινομένου διορθώσασθαι. Τὴν γὰρ προαίρεσιν ἐτάζει τοῦ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην. Διὰ τοῦτο καλῶς ἐπάγει λέγων· *Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, ὥσπερ οἱ ὑποκριταί·* οὐχ ὅτι σάλπιγγας εἶχον ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὅτι μὲν τὸ προσωπεῖον ἐλεημοσύνης ἦν, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐστρατεύετο, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἐβάδιζεν θέαν. Οὐ γὰρ διὰ τὸν Θεὸν ἐποίουν ἐλεημοσύνην, ἐλπίζοντες ἐλεηθῆναι παρ' αὐτοῦ, καὶ λαβεῖν τὸν ἐπηγγελμένον μισθὸν ἑκατονταπλασίονα· ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς προσκαίρου δόξης ἀπολαύειν τῶν ἀνθρώπων, παρεῖχον. Οὐδὲν οὖν ἔλαττον τῶν ἐν τοῖς θεάτροις φιλοτιμουμένων, καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς κεναῖς δόξαις τὰς ἰδίας ὑπάρξεις σκορπιζόντων, οὐ διὰ τὸν τῆς ψυχῆς χρήσιμον καρπὸν, ἀλλὰ διὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον τὸν μάταιον. Περιτρέπεται γὰρ ὁ ἔπαινος πολλάκις ἐκεῖνος πρὸς ὕβριν, καὶ πολλὰ δαπανήσαντες, πολλὰ καθυβρίζονται. Ἐπίβλεπε πόσα δαπανῶσι χρήματα κατὰ τὰς ἱπποδρομίας· καὶ ὅταν πολλὰ δαπανῶσι, τότε πλείονα παρ' ἐλαχίστων καὶ ἀπερρίμμενων ἀνθρώπων ὑβρίζονται. Τὴν γὰρ τῶν ἵππων ἀσθένειαν τοῖς ἀνθρώποις προστρίβουσιν· καὶ ὁ μὲν ἵππος σφάλλεται, ὁ δὲ φιλότιμος ἀτιμάζεται· καὶ ὁ μὲν ἄλογος ἵππος ἔπεσεν, ὁ δὲ λογικὸς ἄνθρωπος ἐξέπεσεν· καὶ πολλάκις ἀποδυρόμενος εἶπε, Τί μάτην ἀπολῶ μου τὴν ὑπόστασιν; τί τοσοῦτον κάματον ὑπέμεινα καὶ τοσαύτας ζημίας, καὶ τῶν ὑπαρχόντων ἔκπτωτος ἐγενόμην, ἵνα παρὰ τῶν ἀπηγορευμένων ὑβρισθῶ ἐσχάτως; Ὦ πόσου πένητας ἠδύναντο πλουτίσαι τὰ χρήματα ταῦτα τὰ μάτην ἀπολλύμενα! πόσους ἐκπεσόντας ἀνορθῶσαι. Καὶ ῥέουσι μὲν ὥσπερ ἀπό τινος πηγῆς αἱ φιλοτιμίαι διὰ τὸν μάταιον ἔπαινον· ἀνεγείρονται [92] δὲ ὥσπερ ἀπό τινος ποταμοῦ αἱ λοιδορίαι τῶν ἀλογίστων ἀνθρώπων. Ἄλλοι δὲ καὶ τῶν οἰκείων ψυχῶν καταφρονοῦσι, καὶ πάλιν ἕτεροι διὰ τὴν ἔριν τῶν ἵππων τοὺς ἰδίους οἴκους καταστρέφουσιν.

β'. Ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἀφήσωμεν δαπανᾶσθαι καὶ λοιδορεῖσθαι καὶ ματαιοφιλοτιμεῖσθαι· μάθωμεν δὲ πῶς χρὴ δαπανᾶν εὐσεβῶς τὰ χρήματα, καὶ πῶς χρὴ διάγειν εὐλαβῶς, καὶ προσδοκᾶν ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τὰ οὐράνια. Οὐ γὰρ κωλύει σε δοῦναι Χριστὸς ἐλεημοσύνην, ἀλλὰ διδάσκει πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐλεημοσύνην· *Μὴ μάθῃ ἡ ἀριστερά σου τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου.* Ἐνταῦθα δὲ πάλιν οὐ τὰς χεῖρας αἰνίττεται, ἀλλ' ὑπερβολικῶς αὐτὸ εἶπεν, ὡς ὅτι μὴ γνῷ ὁ πονηρός σου λογισμὸς, τί ποιεῖ ἡ ἀγαθή σου γνώμη, ἵνα μὴ ἀνατρέψῃ σε τοῦ καλοῦ. Ἔγκειται γὰρ κατὰ τὴν θείαν φωνὴν ἡ διάνοια τῶν ἀνθρώπων εἰς τὰ πονηρά. Διὰ τοῦτό φησι, τὸ, Καὶ σεαυτὸν ἀγνοῆσαι, περισπούδαστον ἔστω σοι. Διὰ τί; Ἵνα ὁ Πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ τὴν ἐλαφρὰν, τὴν πρόθυμόν σου δόσιν τῶν πτωχῶν, ἀγαπήσῃ σε, καὶ ἀποδώσῃ σοι ἐν τῷ φανερῷ. Μέγα καὶ σεμνὸν τοῖς τὰς ἐλεημοσύνας ποιοῦσιν ἐκάθισε θέατρον· καὶ ὅπερ ἐπιθυμοῦσιν οἱ ἐλεήμονες, τοῦτο μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας δεδώρηται αὐτοῖς· ἵνα κἂν μυριάδες ἀνθρώπων θεωρῶσιν ὑμᾶς ποιοῦντας ἐλεημοσύνην, ἀλλ' ὑμεῖς μὴ προσέχητε αὐτοῖς, μηδὲ ἐπιθυμήσητε τὴν παρ' αὐτῶν πρόσκαιρον δόξαν· ἀλλ' εἰ βούλεσθε, φησὶ, θεατὰς ἔχειν τῶν γινομένων παρ' ὑμῶν, λάβετε, φησὶ, τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἀρχαγγέλους, καὶ τὸν τῶν ἁπάντων δημιουργὸν καὶ Δεσπότην. Εἰ δὲ τοὺς ἀνθρώπους βούλεσθε ἔχειν θεατὰς τῶν πραττομένων καὶ εἰς ἐπίδειξιν αὐτῶν ποιεῖν τὰς ἐλεημοσύνας, ἑκατὸν ἢ χιλίους ἕξετε θεατὰς εὐφημοῦντας ὑμᾶς. Ἐὰν δὲ τοὺς κατὰ τὸν παρόντα βίον

[a] Forte leg. cum Savil. ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων διανοίας.
[b] Τὴν ἐλεημοσύνην conj. Savil. qui om. ὅτι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπαινοῦντας ὑμᾶς λαθεῖν σπουδάσητε, λαθεῖν δὲ οὕτως, ἵνα, κἂν τινες δοξάσωσιν ὑμᾶς, μὴ ἀποδέξησθε ἡδέως, καὶ εἰς ἔπαρσιν ἔλθητε, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποστρέφεσθαι τοὺς τοιούτους, καὶ ἀνατρέπειν αὐτούς· καὶ τότε κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν τὴν φοβερὰν, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ὁρώσης λήψεσθε τοὺς στεφάνους τῆς δόξης. Ἐὰν διὰ τὸν Θεὸν, καὶ τὸν ἐκεῖ σοι μέλλοντα πλοῦτον ἀποθησαυρίζεσθαι παρ' αὐτοῦ, ποιῇς τὴν ἐλεημοσύνην, καὶ οὐ διὰ τὴν πρόσκαιρον δόξαν· τότε ὥσπερ εἰς τοὺς ἰδίους κόλπους ὁ Θεὸς ὑποδεχόμενος ὑμῶν τὰ κατορθώματα τῆς ἐλεημοσύνης, πάντων τῶν ἀνθρώπων παρόντων ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος· τότε πάντων τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων παρόντων, ὅτε χιλιάδες καὶ μυριάδες ἀγγέλων παρεστήκασι· τότε ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ ἀχράντοις χερσὶ προσκαλέσεται ὑμᾶς λέγων· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.* Δεῦτε, ἐγὼ γὰρ τοὺς ὑμετέρους καμάτους ὑπεδεξάμην· ἐγὼ τῶν ὑμετέρων χρημάτων τραπεζίτης ἐγενόμην. Ὅτε σὺ τὰς χεῖρας ἐξέτεινας τῷ πτωχῷ, ἐγὼ τοὺς ἐμοὺς διήνοιγον κόλπους· ὅταν σὺ ἐδίδους τὸν ἄρτον σου τῷ πένητι, ἐγὼ διὰ τῆς ἐκείνου κοιλίας ἐχορταζόμην. *Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με.* Τοιαύτης οὖν χαρᾶς ἀξιοῦσθε, οἱ ἐλεήμονες. Εἰ δὲ πρὸς ἐπίδειξιν ποιῆτε τὰς ἐλεημοσύνας, ἀπολήψεσθε παρ' αὐτῶν τὸν μισθόν. Εἰ γὰρ ἐπιδείκνυσθαι χρὴ, πρῶτον πάντων τῷ Θεῷ ἐπιδείξασθαι τῷ μάλιστα ἔχοντι ἐξουσίαν στεφανῶσαι, καὶ πρὸς τὸ θέατρον τῶν ἀγγέλων χειραγωγῆσαι. Τίς οὖν ἄρα οὕτως ἄθλιος, ὅστις τοῦ βασιλέως σπουδάζοντος ἐπὶ τὴν θεωρίαν τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων ἐλθεῖν, ἐκεῖνον ἀφεὶς πρὸς τοὺς ἐλαχίστους καθίζει τὸ ἑαυτοῦ θέατρον, καὶ μισθὸν παρ' ἐκείνων ἐκδέχεται; Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν Χριστιανῶν τοιοῦτος· μὴ γένοιτο. Καὶ γὰρ ὅπερ ἂν ποιῶμεν οἱ Χριστιανοὶ, τὸν Χριστὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὀνομάζοντες πράττομεν· αὐτὸς γὰρ διὰ τῶν αὐτοῦ Εὐαγγελίων δέδωκεν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας, ἵνα πᾶσαν ἐλεημοσύνην ποιοῦντες, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν μετερχόμενοι, ἐκείνῳ προσέχοντες, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ χαρίσματα κομιζόμενοι ποιῶμεν. Εἴτε γὰρ μάρτυρες τὰ αὐτῶν σώματα παραδεδώκασι τοῖς ἀνόμοις, δι' ἐκεῖνον παρέδωκαν τὸν εἰπόντα· *Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν* [93] *μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ·* εἴτε οὖν ἐκκλησίας, εἴτε ξενοδοχεῖα ἠνοιξάν τινες κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, δι' ἐκεῖνον ἐποίησαν τὸν εἰπόντα, ὅτι *Ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με·* εἴτε ταπεινοφροσύνην μετερχόμεθα, δι' ἐκεῖνον μετερχόμεθα τὸν εἰπόντα· *Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν·* εἴτε δὲ τοῖς πένησιν ἄρτους παρέχομεν, δι' ἐκεῖνον δίδομεν τὸν εἰπόντα· *Ὃς δ' ἂν ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, οὐ μὴ ἀπολέσει τὸν μισθὸν αὐτοῦ·* εἴτε φυλακὰς ἐπισκεπτόμεθα, δι' ἐκεῖνον ἐπισκεπτόμεθα τὸν εἰπόντα· *Ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με·* εἴτε τὰς χῆρας καὶ τοὺς ὀρφανοὺς ἀμφιάζομεν, δι' ἐκεῖνον ἀμφιάζομεν τὸν εἰπόντα· *Γυμνὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με·* εἴτε καθόλου τοῖς πτωχοῖς διάδοσιν ποιοῦμεν, δι' ἐκεῖνον τὸν εἰπόντα· *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε·* εἴτε τοὺς ὀνειδισμοὺς ὑποφέρομεν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἐθνῶν, ὡς προσκυνοῦντες τὸν ὑπὸ Ἰουδαίων σταυρωθέντα, καὶ τὴν οἰκουμένην ζωοποιήσαντα, δι' ἐκεῖνον τὸν εἰπόντα· *Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι· χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Μηδεὶς τοίνυν ὑπολαμβανέτω, ὅτι Χριστιανός ποτε πρὸς ἐπίδειξιν τῶν ἀνθρώπων ποιεῖ τὴν ἐλεημοσύνην, διὰ τὴν παρ' αὐτῶν μισθαποδοσίαν· μὴ γένοιτο. Ἅπαξ γὰρ τῶν εὐαγγελικῶν θησαυρῶν ἐνουθετήθημεν, καὶ πιστωθέντες ἐπιστεύσαμεν, καὶ πιστεύσαντες διεσώθημεν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν εὐαγγελικῶν ἀναγνωσμάτων κηρύττομεν. Ἀλλὰ καὶ ἀναγινωσκομένων τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, οὐχ ἁπλῶς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἀκροώμεθα, ἀλλ' ἱστάμενοι καὶ νήφοντες, καὶ μετὰ παντὸς φόβου παραδεχόμενοι τὰ παραγγέλματα, οὐκ ἀναπίπτοντες τῷ φρονήματι, οὐ καθεζόμενοι τοῖς σώμασιν, οὐκ ἀπασχολούμενοι τοῖς τοῦ πλησίον διηγήμασι, τολμῶμεν παραπέμψασθαι· οὐ πλούσιος, οὐ πένης, οὐ δοῦλος, οὐκ ἐλεύθερος, οὐκ ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, οὐκ ἄρχοντες, οὐκ ἀρχόμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα τὸ βασιλικὸν περικείμενος, εὐθέως τῶν Εὐαγγελίων ἀναγινωσκομένων, ἵσταται μετὰ παντὸς φόβου καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς, καὶ οὐδὲ τὸ διάδημα συγχωρεῖ περικεῖσθαι τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ, ἀλλ' ὑποκύπτει διὰ τὸν ἐν τοῖς ἁγίοις Εὐαγγελίοις ὁμιλοῦντα Θεόν. Τί λέγων; Οἶδα τὴν ἀξίαν τοῦ δεδωκότος ἐμοὶ τὴν ἀξίαν, προσκυνῶ τὴν βασιλείαν τοῦ δεδωκότος μοι τὴν βασιλείαν, καὶ ἵσταμαι μετὰ φόβου, τῶν ἁγίων αὐτοῦ λογίων ἀναγινωσκομένων· ἐπειδήπερ, φησὶν, αὐτὸς ἔδωκεν ἄρχουσιν ἵστασθαι πρὸς τὸ βασιλικὸν ἐπινίκιον ἀναγινωσκόμενον. Καὶ ἵνα μὴ λοιδορήσῃ ὁ αἱρετικὸς, λέγων, ὅτι πρὸς καιρὸν ὀλίγον μόνον ὑποκρίνονται οἱ βασιλεῖς τοῦ Χριστοῦ τὴν τιμὴν, ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος (πρὸ πολλῶν γὰρ γενεῶν τὴν νῦν γινομένην εἰκόνα λέγει)· *Βασιλεῖς δύσονταί σε, καὶ ἐγερθήσονται ἄρχοντες, καὶ ἀναστήσονται, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.* Μάνθανε οὖν καὶ πίστευε, ὦ αἱρετικὲ, ὅτι εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας διαμένει Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ χάρις αὐτοῦ στεφανοῦσα πάντας τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ χειραγωγοῦσα ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Οὕτω πάντες οἱ Χριστιανοὶ πάντα πράττουσιν πρὸς ἐκεῖνον ἀποβλέποντες, καὶ ἐπείσθημεν αὐτοῦ λέγοντος· *Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα, καὶ δοξάσωσιν τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ ἐξουσία καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Υἱῷ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ καὶ παντοδυνάμῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

MONITUM

De indictione quæ in titulo fertur, ne verbum quidem est in hac homilia, quæ fere tota mulierem sanguinis fluxum patientem respicit. In anni principio dictam profitetur is qui scripsit. Hanc quoque Severiano Gabalorum episcopo adscribit idem nuperus : et certe a Severiani stylo non abhorret hic quisquis est Græculus ; imo Severianum nugacitate superat, figuris et tropis ubique redundat, apostrophas passim

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

largiuntur, crexit theatrum; et quod expetunt misericordes, id illis cumulate concessit. Itaque licet multa vos hominum millia eleemosynam largientes contemplentur, vos tamen nolite illis attendere, neque momentaneam ab illis gloriam expetatis : sed, si vestrarum actionum nancisci spectatores velitis, accipite, inquit, angelos et archangelos, et omnium Conditorem ac Dominum. Sin autem homines eorum, quæ a vobis geruntur, habere spectatores optetis, et eleemosynas facere, ut vos apud eos venditetis, centum aut mille habebitis spectatores a quibus laudemini. Quod si eos, qui in hac vita vos laudant, latere studueritis, atque ita latere, ut licet vos nonnulli laudibus prosequantur, libenter eas non admittatis, neque vos efferatis; quin potius tales aversemini ac repellatis; ita fiet ut, cum formidabilis illa dies illuxerit, gloriæ coronas toto terrarum orbe spectante recipiatis. Si propter Deum, et eas quas ille tibi reservaturus est illic opes, eleemosynam tribuas, non propter gloriam temporariam; tunc velut in sinum suum receptis vestris eleemosynæ recte factis, Deus præsentibus omnibus, qui ab Adamo exstiterint usque ad sæculi consummationem, hominibus, tunc omnibus angelis archangelisque præsentibus, dum millia infinita angelorum astabunt, tunc suis vos propriis immaculatis manibus advocabit dicens : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (*Matth.* 25. 34). Venite, ego vestros labores excepi : ego pecuniarum vestrarum nummularius sum factus. Quando tu mendico manus extendisti, ego meum sinum aperiebam : quando tu panem tuum pauperi dabas, ego per illius ventrem saturabar. *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare : sitivi, et dedistis mihi bibere* (*Ibid.* v. 35). Ejusmodi ergo gaudio perfundemini misericordes. Sin autem ad ostentationem eleemosynas largiamini, mercedem ab hominibus recipietis. Etenim si ostentare se oportet, ante omnia Deo nos ostentasse par est, qui nos coronandi et ad angelorum theatrum deducendi potestate pollet maxime. Ecquis ergo adeo miser fuerit, ut ad spectanda præclara ipsius facinora Rege venire cupiente, illo neglecto, apud infimæ conditionis homines theatrum sibi collocet, et ab illis mercedem præstoletur? At enim inter Christianos nullus est ejusmodi; absit. Quicquid agimus Christiani, Christum præ oculis habentes, ejusque nomen usurpantes id facimus. Ipse namque per evangelium suum viam salutis nobis dedit, ut omnem eleemosynam facientes, et omnem virtutem exercentes, illum spectantes ejusque dona recipientes, faciamus. Sive enim martyres sua corpora tradiderunt iniquis, propter illum tradiderunt, qui dixit : *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* (*Id.* 10. 28) : sive ergo ecclesias sive xenodochia aperuerunt aliqui in toto orbe terrarum, propter eum id egerunt, qui dixit : *Hospes eram, et collegistis me* (*Id.* 25. 35) : sive humilitatem exercemus, propter illum exercemus, qui dixit : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* (*Matth.* 5. 3) : sive præterea pauperibus panes porrigimus, propter illum damus, qui dixit : *Qui dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suam* (*Id.* 10. 42); sive carceres visitamus, propter illum visitamus, qui dixit : *In carcere eram, et venistis ad me* (*Id.* 25. 36) : sive viduas et orphanos vestimus, propter illum vestimus, qui dixit : *Nudus eram, et operuistis me* : sive in universum quippiam pauperibus distribuimus, propter illum qui dixit : *Quantum fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis* (*Ibid.* v. 40) : sive opprobria sustinemus ab impiis gentilibus, ut qui eum adoremus, qui a Judæis crucifixus est, et humano generi vitam restituit; propter illum, qui dixit : *Beati estis, cum maledixerint vobis et persequuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes; gaudete, et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis* (*Ibid.* v. 5. 11. 12). Nullus ergo Christianum unquam ad hominum ostentationem, ut ab illis mercedem recipiat, arbitretur eleemosynam impertiri : absit. Semel enim evangelicis admonitionibus eruditi sumus, et ad fidem edocti credidimus, et cum credidissemus, salvi facti sumus. Idcirco enim lectis Evangeliis prædicamus. Sed et dum sancta leguntur Evangelia, non temere neque perfunctorie auscultamus; sed stantes et attenti, magno cum timore mandata excipientes, non animo concidentes, non corporibus sedentes, non proximi narrationibus operam dantes, ea prætermittere audemus : non dives, non pauper, non servus, non liber, non viri, non feminæ, non principes, non subditi : quin etiam ille ipse qui regio diademate redimitus est, cum primum leguntur Evangelia, stat summo cum timore summoque studio, ac ne diademate quidem redimitum esse caput suum permittit, sed Deum in Evangeliis loquentem inflexa cervice veneratur. Quid dicens? Nota est mihi dignitas ejus, qui hanc mihi contulit dignitatem : adoro regnum ejus, qui mihi tribuit regnum, et dum ejus sancta leguntur oracula, sto cum timore : quandoquidem, inquit, ipse principibus dedit, ut starent, quando legitur regium victoriæ monumentum. Ac ne forte nobis exprobret hæreticus, ac dicat, reges ad perexiguum modo tempus simulate Christo hunc honorem deferre, audi prophetam dicentem (jam enim ante multa sæcula imaginem eorum, quæ nunc geruntur, descripsit) : *Reges videbunt te, et consurgent principes et exsurgent, et adorabunt eum omnes reges terræ* (*Isai.* 49. 7). Disce igitur et crede, o hæretice, Christi Dei nostri regnum in infinita sæcula permanere, simulque gratiam ejus quæ Christianos coronat, et in regnum cælorum quasi manuducit. Atque ita Christiani omnes illum spectantes omnia faciunt; et obedivimus, dicente illo : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui est in cœlis* (*Matth.* 5. 16). Ipsi gloria et imperium et potestas et adoratio cum unigenito ejus Filio, ac sancto et bono et vivifico et omnipotenti Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

AD SEQUENTEM HOMILIAM.

usurpat; ita ut ipsum sanguinis fluxum, quo mulier illa laborabat, loquentem, nec pauca dicentem inducat. Cum porro multos hujuscemodi Græculos scriptores frequenter reperiamus, quis ausit dicere hunc, quia hoc vitio laborat, Severianum esse?

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

IN PRINCIPIUM INDICTIONIS NOVI ANNI, ET IN MARTYRES, ATQUE IN MULIEREM QUÆ SANGUINIS FLUXUM PATIEBATUR (*a*).

1. Alternum est quoddam continuumque miraculum, a Christo Domino bonorum imber effusus, et aliæ aliis succedunt opes. Ecce nos etiam hodie victores martyres epulo excipiunt, et sua nobis certamina tamquam lætitiæ commune convivium apponunt. Oportebat enim, oportebat ut martyres semper gratia juvenescentes, etiam sub novi anni ingressum occasionem convivii piis afferrent : oportebat ut temporum mutationis exordia tanta nos cum benedictione susciperemus : oportebat ut diei hujus celebritatem choro sanctorum exornatam exciperemus : oportebat anni ut circulus corona martyrum decoraretur : oportebat ut tali sub adventantis anni initium jucunditate frueremur, eamque martyrum honore cumularemus. Hi sunt enim illi omnes justitiæ generi humano auctores generosi milites Christi, ejusque virtutis post mortem etiam præcones; qui deceptorem serpentem sapientiæ pedibus conculcarunt, et tyrannico sensu tumidum leonem, amoris in Deum manibus suffocarunt, ac veritatem propalarunt; qui præsentem vitam ut vanam oderunt, et cælorum regnum, ut filii matrem, adamarunt, qui per mortem januas immortalitatis reserarunt, mortisque genitorem morte propria enecarunt; qui in corpore incorporeos dæmones superarunt, non corporis robore, sed animæ fide : per fidem enim omnia, quæ mundi sunt, subegerunt : qua nihil optabilius est Christianis. Fide siquidem sibi in auxilium adscita, verba operibus confirmarunt. Enimvero magnum est prorsus officium justitiæ; illustris est et virtus temperantiæ; utilis pariter et amoris in pauperes sollicitudo; præclara et pulchra simul cum istis est exercitatio continentiæ; sed præ omnibus his potentis fidei prærogativæ palma defertur. Hæc in Abrahamo quondam sterilem uterum Sarræ post multum tempus fertilem agrum reddidit : hac Moyses mare quod navibus trajiciebatur, ut perambularetur, effecit : per hanc Helias cælo imperavit, et auditus est : hæc sexcenta morborum genera tempore Salvatoris fugavit : per hanc leprosus ægritudinis suæ squamas excussit : per illam cæcus oculos, quos non tulerat natura, recepit : hujus præsidio septa Chananæa, cum prolis suæ causa vim pateretur, filiam suam invasori dæmoni extorsit. Fides etiam dum lateret, sanguinis fluxum exsiccavit : atque in cæteris quidem, cum petitio præcessisset, donum sequebatur; hic vero silens a silente, ut putabat, gratiam furabatur. O mulierem miseram simul et beatam! miseram propter superum statum, beatam propter hunc sequentem : Ecce enim, inquit, *Mulier in fluxu sanguinis sui annis duodecim* (*Luc.* 8. 43). Si tantus fuisset dierum numerus, quot jam annorum tempus elapsum erat, ipsum conficere potuisset, nedum anni duodecim. In naturam opinor morbus evaserat : quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, ad corporis tabem pecuniarum jacturam adjunxit : nec potuit ab ullo sanari (*Ibid.*). Hem, non potuit! Indomitum habuit mulier adversarium morbum illum : venter nimirum mulieris fontis in modum scaturiebat; fons ille perpetuo fluebat; nec rivo fœtoris fecunditatem tam longi temporis diuturnitas absumebat. Doloribus præterea mens ejus vexabatur et curis, quo pacto vincula gravis infirmitatis abrumperet, quo pacto duodecim annorum morbum excuteret, quo pacto continuos dolores solveret, quo pacto effrenata illa fluenta sisteret, quomodo insaniam venarum sedaret : ad omnium medicorum fores nocte profecta et distracta contabescebat : lucem enim declinabat, ne forte labentes sanguinis guttæ signata semita latentem incedentis ignominiam propalarent. In eos, qui sanare ipsam vellent, mercedis loco suas omnes facultates effudit, ad dandum necessitate compulsa : sanitatis quippe desiderium ut pecuniis minime parcatur suadet. Atque ita medici omnes morbum oppugnantes torpebant : variæ medicamentorum inventiones non poterant morbi sævitiam mitigare : tamquam enim surda quædam bellua incantantium artem non audiens permanebat, atque iis, a quibus urgebatur, talia quædam dicendo refragari videbatur : Quid frustra cum bellua valentiore pugnatis? tantum me tempus corporis possessione non spoliavit : medentium peritiæ minime cedo : nemo pecuniis redimet virtutem meam; nemo ex iis qui in terris versantur, meam fecunditatem exhauriet : unus me solus medicus ex Virgine natus fugabit; ejus gloriæ ego quoque reservor : ut cum cæteris ejus sim testis virtutis, custodior. Quid ergo incassum tot labores suscipitis, et Domino victoriam præripere servi conamini? Non parcam creaturæ, donec conspexero Creatorem. O quam multa mulierem divexabant! temporis diuturnitas, continui dolores, inutiles bonorum publicationes, molestia corporis tabescentis, cogitationes vana spe absumptæ. Veruntamen tot adversarii, fidei ejus quæ in periculo versabatur, arma non eripuerunt : tam multi tentationum insultus patientem feminam non dejecerunt : tot adversarum rerum decumanis fluctibus obruta naufragium femina passa non est. Vidit, inquit, Jesum. Vidit, ea quæ perierat, Servatorem; vidit captiva redemptorem; vidit anchoram mundi, ea quæ tempestate jactabatur; vidit ægritudinum regem, qui a sedibus supernis advenerat; vidit spem gaudii inexspectatam, vidit insuperabilem medicinæ virtutem, vidit fontem sanitatum, gratis fluenta dividentem, vidit inter mortuos enectos vitam diversantem; vidit, et talia quædam læto animi sensu versare cœpit : Heperi, inquit, sufficientem jam medicum; nec auri mercedem hic medicus reposcet : unam opinor mercedem, sinceram mentem, exiget; unum ex me fidei donum requiret. Ego vero illud habeo : nam me hoc solo morbus minime spoliavit. Verum anxietate cogitationum in contrarium distrahor. Quid enim? accurrens contingam? Periculum, quod a turba imminet, reformido. An meum hunc statum voce declarabo? Me ut immundam ablegabunt. Occultabo miseriam? At dolorem non fero. An tanquam ad medicum naturæ accurram? Atqui ut regem pertimesco. Me ut supplicantem suscipiet? Nisi refugiat tamquam inquinantem. Miserebitur morbi? Nisi condemnet in medium prodeuntem.

2. Quid igitur faciam? quod consilium sequar? num audacter prodibo? Vereor ne rursus maneam incurata. Non reformidabo turbam, metum omnem abjiciam, spectaculum fiam, exteriorem risum effugiam; interius bellum malumque sanabo. Lex ut inquinatam odit; legislator ut ægrotantis miseretur. Cupiditas ac metus mulieris animum distrahebant : veruntamen aggressionis conciliatricem fidem invenit. Cum accessisset a tergo Jesu, *Tetigit fimbriam vestimenti ejus* (*Matth.* 9. 20. 21). *Dicebat enim intra se : Si tetigero tantum fimbriam vestimenti ejus, salva ero* (*Luc.* 8. 43). O furtum, quod parentem nactum est fidem! o furtum, quod ipse laudavit, a quo furta puniuntur! o furtum, quod eum delectat, qui furtum est passus? o prædationem a judice coronatam? Ac miraculum vide : cum furata sit lucrum, quasi sit largita, laudatur. *Dicebat enim intra se.* Deus, inquit, Dominus est, qui nihil ignorat; Dominus, qui corporeis oculis nequaquam indiget; medicus est, qui animabus medetur; oculus est cogitationes perlustrans :

(*a*) Collata cum Codice Regio 2343.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἰνδικτιῶνος τοῦ νέου ἔτους, καὶ εἰς μάρτυρας, καὶ εἰς αἱμόρρουν.

3. *Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias, dicentes : Hi novissimi :* hi senio confecti, hi qui vixdum tuum agnovere dominatum, qui vixdum genua coram tua majestate flexerunt, qui vixdum tremulis digitis suis salutaris crucis tuæ signum frontibus impresserunt, qui tentationum cophinos non gestarunt, qui calamitatum ligones non tenuerunt : *Hi novissimi una hora fecerunt.* Vineam tuam tantum oculis usurparunt : nobis solo visu suo consortes exstiterunt : operationis suæ ostenderunt, non perfecerunt actiones aliquas : testes laborum, non participes fuerunt : *Et pares nobis illos fecisti, qui portavimus pondus diei et æstum?* Nos libidinibus incensi fuimus, sed virtutibus non sumus exstincti ; nos propter te passi persequutionem sumus, nos sexcentos labores tua causa exantlavimus, ut tuam substantiam amplificaremus : et acceptis præmiis similibus iis, qui non laborarunt, hinc discedimus : labor dissimilis est, et consimile lucrum : inæqualis molestia, et gloria æqualis. *Hi novissimi una hora fecerunt.* Ut una hora prope te mulier meretrix ploret, et capillos resolvat, quos antea male concinnabat, et immaculatos pedes tuos castis labris osculetur, ac tibi cælesti offerat unguentum terrestre, filiæ ac virginis illi honorarium detulisti. Ut una hora cruci affixus latro a cruce ad te confugiat, et clamet, *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum* (*Luc.* 23. 42) : unius hujus vocis gratia paradisum illi reserasti. Ut una hora pœnitentiam agat Paulus persequutor, hostis, evangelista creatus est. *Hi novissimi una hora fecerunt ; et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et æstum.* Quid igitur ad eos sic affectos benignus Dominus? *Respondens uni eorum dixit . Amice, non facio tibi injuriam* (*Matth.* 20. 13). O præstantissimam benignitatem! Dominus pro servis cum servo litigat, Judex pro reis apud accusatorem defensionem suscipit. *Amice, non facio tibi injuriam.* Cum ratione mecum judicio contende, amice, et ne injuste contristeris : disputa mecum

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

legitime, et ne illegitime indigneris : die, qua in re injuria affectus es ipse, dum conservus tuus honore cumulatus est? dic, qua in re læsus es ipse, dum frater etiam tuus in regni tecum societatem est ascitus? nonne id accepisti cujus gratia labores suscepisti? nonne diei totius integram mercedem recepisti? nonne quod optabas, retulisti? quid igitur amplius quæris? *Nonne ex denario convenisti mecum?* Revoca tibi in memoriam promissa mea, quibus te a principio conduxi. Si quid præter conventa commisi, merito indignaris : sin autem pacta complevi, frustra inculpatum arguis. *Nonne ex denario convenisti mecum?* Num quippiam ex donis tuis imminui? num res tuas arreptas, aliis erogavi? num tuam gloriam cæteris impertivi? nonne facultates meas, quibus placuit, divisi? quid ergo murmuras tamquam servus læsus, qui honore tamquam liber affectus es? quid ergo murmuras tanto beneficio cumulatus? quid fratribus tuis invides, cum ab invidia dominum habeas alienum! *Tolle quod tuum est, et vade* (*Matth.* 20. 14). Præsentibus contentus esto : noli solus regnare, qui cum multis vocatus es : regnum cælorum et tibi et omnibus qui eo digni sunt, sufficit. *Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi.* Voluntati meæ quis resistet? *Deus est qui justificat, quis est qui condemnet* (*Rom.* 8. 33. 34)? Deus est qui largitur, quis est qui rationem reposcat? Deus est qui ditat, quis est qui spoliare possit? judex patronus est, quis accusator erit? disceptator advocatus est, quis adversarius reperietur? *Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi.* Non possum mea simulacra gloria destituta derelinquere : non possum meam imaginem despicere indigentem, mendicantem : non patior non illos quoque mecum regnare, quorum causa de cælo descendi. *Volo dare huic novissimo sicut et tibi.* Novissime venit : hoc ego quoque probe novi; sed mihi fidem obtulit, quæ præcedentem tarditatem excusat : novissime venit, sed amorem ostendit qualem amo : erravit tempore elapso sicut ovis, sed Pastorem ovis agnovit (*Psal.* 118. 176). Meus erat hic etiam quando vagabatur. Novissime venit, at per meum lavacrum transivit sicut et tu : novissime venit, at mensæ meæ sicut et tu factus est particeps : novissime venit, at omnem vineæ meæ decorem conspexit : ligni vitæ plantam conspexit : exosculatus est spinas, quibus fui propter ipsum coronatus : amplexatus est crucem, quam propter ipsum sustinui. Non possum eum, qui me tantopere adamavit, qui ita credidit, non omni studio, omni honore decorare. Sicut credidisti, credidit : sicut abundasti, abundavit : sicut adorasti, adoravit : sicut regnasti, regnavit : sicut laborasti, non laboravit; verum ego gratia defectum supplevi. *Aut non licet mihi facere quæ volo* (*Matth.* 20. 15), in iis quæ mea sunt? num enim res tuas expendo? Res meas dilargior. Num tuis sumptibus munificentiam meam exerceo? De rebus meis pro mea auctoritate statuo. Num te voluntatis meæ curatorem constitui? Mercenarium te assumpsi a principio. Num enim te meæ potestatis dominum designavi? Ut benignus participem rerum mearum te feci. Si oculus tuus nequam est, videre nequit ea, quæ oculus non vidit, neque auris audivit (1. *Cor.* 2. 9). Aspectu minime inquinato est opus ad hæc mysteria contuenda : anima pura est opus ad intelligenda, quæ pura sunt. Vidistis quo pacto bonus sit Dominus noster : vidistis quo pacto eos, qui diversis temporibus accesserunt, unam autem fidem et animi studium et conversationem ostenderunt, paribus honoribus muneribusque dignatus sit : vidistis quo pacto novissimos etiam æquales fecerit primis propter abyssum miserationum suarum. Adducti estis ad ita benignum Dominum : ipse nunc etiam vos conduxit : ipse vobis etiam dicit : *Ite et vos in vineam.* Deus est qui conducit, merces cælestis, opus salutare, vinea speciosa; vineæ janua, lavacri piscina constituta est. Divina gratia pro foribus astans piscinæ tamquam elegans ostiaria, ad omnes, qui per eam ingrediuntur, clamat : Hæc porta Domini, recens illuminati intrabunt per eam. Nos vobis nequaquam invidemus, ut qui postremo veneritis, et quibus tamen eadem gloria nobiscum obvenerit; sed cum ejus consortibus tamquam cum fratribus exsultamus, atque gratulamur, et salutem vestram, nostram gloriam arbitramur. Itaque eum, qui vocavit vos, adamate : accipite facilis in vineam ingressus certum et erroris nescium ducem, fidem : fides enim ad baptismi piscinam quasi optimus ductor viam monstrat; fides, naturæ anchora tempestate jactatæ : fides, humani generis tranquillus portus; fides, eorum quæ sub oculos minime cadunt, splendidum speculum; fides, consubstantialis Trinitatis doctor exactus; fides, ut illa salutaria verba proferremus, effecit : Credo in unum Deum Patrem omnipotentem. Credo, non scrutor : credo, non prosequor id quod comprehendi non potest : credo, non metior id quod immensum est. Si credam, mente illuminor; si curiose inquiram, tenebras rationi meæ offundo : si recte credam, in cælum attollor; si curiose quæram, præcipitor in profundum. Credo in unum ac solum verum et Deum et Patrem omnipotentem. Deos a paganis per errorem conflctos abnego : non enim cælum incolit multitudo deorum. Unum solum Deum celebro : Arianismum odi : non dico, Erat tempus, cum non erat Pater; sed Deum, semper Deum, semper Patrem eumdem prædico : qui sic est Pater, ut novit ipse. Credo in Dominum nostrum Jesum Christum, Filium ejus unigenitum, ex ipso genitum ante omnia sæcula, ut solus ipse, qui est genitus, novit : genitum non factum, genitum non creatum, genitum non conditum, eum qui sine tempore e substantia paterna resplenduit, non exterius advenientem aliunde, non suppositium, aut spurium Filium, sed genuinum splendorem genuini Patris, invisibilis formæ per omnia similem figuram. Christum novi Filium Dei et Patris ut Deum; Christum novi filium ancillæ suæ ac matris, ut hominem, apparentem; Christum novi hominibus consubstantialem, ut hominem ex homine; Christum novi cælestem et terrenum : novi Christum invisibilem et visum; novi Christum non contrectabilem, et a Thoma contrectatum : Christum novi millia multa verbo nutrivisse, per fluctus iter fecisse, dæmonibus imperasse, mortuos suscitasse, atque miracula infinita virtute propriæ divinitatis edidisse : Christum novi esuriisse, sitivisse, defatigatum fuisse, et angore correptum, ac sudasse humanitatis natura; Christum novi ut Deum passionis expertem; Christum novi mortuum esse ac passionem carne subiisse; Christum novi secundum eum, qui quantum fieri potuit, mortem sustinuit; Christum novi, qui sui corporis templum excitavit : duarum ejus naturarum discrimen intelligo : unum Filium in filios duos non divido. Credo et in Spiritum sanctum, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, Trinitatis complementum : ab hoc me sanctitatem adepturum confido, ab hoc spero futuram mortuorum resurrectionem.

4. Hæc animo perpetuo linguaque meditamini; hæc affectu et ore continuo vociferamini. Habetis apostolicam fidei ac religiosæ conversationis regulam; sine fide namque mortua sunt opera. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ : *Sicut enim exhibuistis membra vestra arma iniquitatis peccato : ita exhibete membra vestra arma justitiæ Deo* (*Rom.* 6. 19). Fornicator, temperans fiat; injustus, fiat justus; raptor, liberalis : avarus, pauperum amator; inhumanus et auri cupidus olim, nunc Christi studiosus appareat; blasphemus, cantor hymnorum; qui ad theatra currebat, deinceps ad atria Dei currat; qui decursionum equestrium amore insaniebat, apostolis operam det, quorum cursûs est imitatoribus salutaris. Ut qui futuri sponsæ Christi sitis, ita vestras animas et corpora exornate. Oculi vestri sint ejus quæ est in anima tranquillitatis imagines : vultus, interioris pietatis sint effigies eminentes : ora vestra psalmorum suaves odores atque hymnorum emittant : sint composita et modesta, convenientia virgini mox nupturæ : sint animæ puræ, candidæ, ut genuino regiæ purpuræ colore

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δλης τέλειον τὸν μισθόν; οὐκ ἀπέλαβες, ὅπερ ἐπόθεις; τί οὖν ἄλλο πλέον ζητεῖς; *Οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι;* Ὑπόμνησον ἑαυτὸν τῶν ἐμῶν ὑποσχέσεων, ἐφ' οἷς ἐμισθωσάμην σε τὴν ἀρχήν. Εἰ παρὰ τὰ συγκείμενα ἐποίησά τι, δικαίως ἀγανακτεῖς· εἰ δὲ τὰς συνθήκας ἐπλήρωσα, μάτην ἐγκαλεῖς τῷ ἀνεγκλήτῳ. *Οὐχὶ δηναρίου συνεφώνησάς μοι;* Μή τι τῶν σῶν ἐμείωσα δωρεῶν; μὴ τὰ σὰ λαβὼν ἑτέροις προσέδωκα; μὴ τὴν σὴν δόξαν ἄλλοις ἀπένεμον; οὐχὶ τὴν ἐμὴν οὐσίαν, οἷς ἠθέλησα, κατεμέρισα; τί οὖν γογγύζεις, βλαβεὶς [103] ὡς δοῦλος, ὡς ἐλεύθερος τιμηθείς; τί οὖν γογγύζεις ὁ τοσοῦτον ὠφεληθείς; τί φθονεῖς τοῖς σοῖς ἀδελφοῖς, ἄφθονον ἔχων δεσπότην; *Ἆρον τὸ σὸν, καὶ ὕπαγε.* Ἀρκέσθητι τοῖς παροῦσι· μὴ θέλε μόνος βασιλεύειν κεκλημένος μετὰ πολλῶν· ἀρκεῖ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν καὶ σοὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἀξίοις αὐτῆς. *Θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί.* Τῷ θελήματί μου τίς ἀντιστήσεται; *Θεὸς ὁ δικαιῶν, καὶ τίς ὁ κατακρίνων;* Θεὸς ὁ χορηγῶν, τίς ὁ λογοθετῶν; Θεὸς ὁ πλουτίζων, τίς ὁ γυμνῶσαι δυνάμενος; ὁ κριτὴς συνήγορος, τίς ὁ κατήγορος; ὁ δικαστὴς σύνδικος, τίς ἀντίδικος εὑρεθήσεται; *Θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι ὡς καὶ σοί.* Οὐ φέρω τοὺς ἐμοὺς ἀνδριάντας γυμνοὺς δόξης καταλιπεῖν· οὐ φέρω τὴν ἐμὴν εἰκόνα πτωχεύουσαν παριδεῖν· οὐ φέρω μὴ συμβασιλεῦσαί μοι καὶ τούτους, δι' οὓς κατῆλθον ἐκ τῶν οὐρανῶν. *Θέλω δοῦναι τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ ὡς καὶ σοί.* Ἔσχατος ἦλθεν, οἶδα κἀγώ· ἀλλὰ προσήγαγέ μοι πίστιν ἀπολογουμένην ὑπὲρ τῆς γεγενημένης βραδύτητος· ἔσχατος ἦλθεν, ἀλλ' ἐπεδείξατο πόθον, οἷον ποθῶ· ἐπλανήθη τὸν παρελθόντα χρόνον ὡς πρόβατον, ἀλλ' ἐπέγνω τὸν ποιμένα τὸ πρόβατον. Ἐμὸς ἦν οὗτος καὶ ὅτε ἐρρέμβετο. Ἔσχατος ἦλθεν, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐμῆς κολυμβήθρας παρῆλθεν, ὥσπερ καὶ σύ. Ἔσχατος ἦλθεν, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς τραπέζης ἀπήλαυσεν, ὥσπερ καὶ σύ· ἔσχατος ἦλθεν, ἀλλ' εἶδέ μου πᾶσαν τοῦ ἀμπελῶνος τὴν εὐπρέπειαν· εἶδε τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς τὸ φυτόν· κατεφίλησε τὰς ἀκάνθας, ἃς ἐστεφανοφόρησα δι' αὐτόν· περιεπτύξατο τὸν σταυρὸν, ὃν ὑπέμεινα δι' αὐτόν. Οὐ δύναμαι οὖν τὸν οὕτω με ποθήσαντα, τὸν οὕτω μοι πιστεύσαντα, μὴ τιμῆσαι πάσῃ σπουδῇ καὶ τιμῇ. Ὡς ἐπίστευσας, ἐπίστευσεν· ὡς εὐπόρησας, εὐπόρησεν· ὡς προσεκύνησας, προσεκύνησεν· ὡς ἐβασίλευσας, ἐβασίλευσεν· ὡς ἔκαμες, οὐκ ἔκαμεν, ἀλλ' ἐγὼ τῇ χάριτι τὸ λεῖπον ἀνεπλήρωσα. *Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι, ὃ θέλω,* ἐν τοῖς ἐμοῖς; μὴ γὰρ τὰ σὰ δαπανῶ; Τὰ ἐμὰ χορηγῶ. Μὴ γὰρ ἐν τοῖς σοῖς φιλοτιμοῦμαι; Ἐν τοῖς ἐμοῖς αὐθεντῶ. Μὴ γὰρ ἐπίτροπόν σε τῆς ἐμῆς κατέστησα γνώμης; Μισθωτόν σε ἔλαβον ὡς ἐξ ἀρχῆς. Μὴ γὰρ κύριόν σε τῆς ἐμῆς ἐξουσίας ἐχειροτόνησα; Ὡς φιλάνθρωπος κοινωνὸν ἐποιησάμην τῶν ἐμαυτοῦ. Εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, οὐ δύναται βλέπειν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὓς οὐκ ἤκουσεν. Ἀπολώτου χρεία βλέμματος εἰς τὴν τῶν μυστηρίων ἐπίσκεψιν· καθαρᾶς χρεία ψυχῆς εἰς τὴν τῶν καθαρῶν κατανόησιν. Εἴδετε, πῶς ἀγαθὸς ὁ Δεσπότης ἡμῶν· εἴδετε, πῶς τοὺς ἐν διαφόροις καιροῖς προσιόντας, μίαν δὲ πίστιν καὶ προθυμίαν καὶ πολιτείαν ἐπιδεικνυμένους, ὁμοίαις τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἠξίωσεν· εἴδετε, πῶς καὶ τοὺς ἐσχάτους ἴσους τοῖς πρώτοις ἐποίησε διὰ τὴν ἄβυσσον τῶν αὐτοῦ οἰκτιρμῶν. Ἐπίχθητε τοίνυν πρὸς τὸν οὕτω φιλάνθρωπον· αὐτὸς καὶ νῦν ὑμᾶς ἐμισθώσατο· αὐτὸς λέγει καὶ πρὸς ὑμᾶς· *Ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα.* Θεὸς ὁ μισθούμενος, ὁ μισθὸς οὐράνιος, τὸ ἔργον σωτήριον, ὁ ἀμπελὼν εὐτρεπὴς, ἡ θύρα τοῦ ἀμπελῶνος, ἡ κολυμβήθρα καθέστηκεν. Ἡ θεία χάρις εἰς θύραν τῆς κολυμβήθρας παρισταμένη, καθάπερ φαιδρὰ πυλωρὸς πρὸς πάντας τοὺς δι' αὐτῆς εἰσιόντας βοᾷ· Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου· νεοφώτιστοι διελεύσονται δι' αὐτῆς. Ἡμεῖς οὐ φθονοῦμεν ὑμῖν ὡς τελευταῖον ἐλθοῦσιν, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν δόξης μετέχουσιν· ἀλλὰ συγχορεύομεν ὡς ἀδελφοῖς, καὶ συγχαίρομεν, ἡμετέραν δόξαν τὴν ὑμετέραν σωτηρίαν ἡγούμενοι. Ἠθήκατε οὖν τὸν καλέσαντα· λάβετε τῆς εἰς τὸν ἀμπελῶνα εὐπορίας τὴν πίστιν ὁδηγὸν ἀκλανῆ· πίστις γὰρ τῆς ἐπὶ τὴν κολυμβήθραν ὁδοῦ χειραγωγὸς ἀγαθὸς, πίστις χειμαζομένης φύσεως ἄγκυρα, πίστις ἀνθρωπότητος λιμὴν γαληνὸς, πίστις τῶν ἀοράτων κάτοπτρον τηλαυγὲς, [104] πίστις τῆς ὁμοουσίου Τριάδος διδάσκαλος ἀκριβὴς, πίστις λέγειν ἡμᾶς παρεσκεύασεν ἐκεῖνα τὰ σωτήρια ῥήματα· « Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα. » Πιστεύω, οὐκ ἐρευνῶ· πιστεύω, οὐ διώκω τὸ ἀκατάληπτον· πιστεύω, οὐ μετρῶ τὸ ἀμέτρητον. Ἐὰν πιστεύσω, φωτίζομαι τὴν ψυχήν· ἐὰν περιεργάζωμαι, σκοτίζω μου τοὺς λογισμούς· ἐὰν πιστεύσω καλῶς, ἀνυψοῦμαι πρὸς οὐρανόν· ἐὰν ζητήσω περιέργως, καταφέρομαι πρὸς βυθόν. Πιστεύω εἰς ἕνα καὶ μόνον ἀληθινὸν Θεὸν καὶ Πατέρα παντοκράτορα. Ἀρνοῦμαι τοὺς παρὰ τῶν Ἑλλήνων πεπλανημένους θεούς· πολυθεΐα γὰρ οὐρανὸν οὐκ οἶκεῖ. Ἕνα καὶ μόνον Θεὸν ἀνυμνῶ· μισῶ τὸν Ἀρειανισμόν· οὐ λέγω, Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν Πατήρ· ἀλλὰ ἀεὶ Θεὸν τὸν Θεὸν, ἀεὶ Πατέρα τὸν αὐτὸν κηρύττω, οὕτως ὄντα Πατέρα, ὡς οἶδεν αὐτός. Πιστεύω εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, ὡς αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ γεννηθείς· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· γεννηθέντα, οὐ κτισθέντα· γεννηθέντα, οὐ δημιουργηθέντα· ἐκ τῆς πατρῴας οὐσίας ἀχρόνως ἐκλάμψαντα, οὐκ ἔξωθεν ἐπεισελθόντα ποθὲν, οὐχ ὑποβολιμαῖον, ἢ νόθον υἱὸν, ἀλλὰ γνήσιον ἀπαύγασμα τοῦ γνησίου Πατρὸς, ἀπαράλλακτον χαρακτῆρα ἀοράτου μορφῆς. Οἶδα τὸν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς ὡς Θεόν· οἶδα τὸν Χριστὸν υἱὸν τῆς δούλης αὐτοῦ καὶ μητρὸς, φαινόμενον ὡς ἄνθρωπον· οἶδα τὸν Χριστὸν ὁμοούσιον τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀόρατον καὶ ὁρώμενον· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀψηλάφητον, καὶ παρὰ τοῦ Θωμᾶ ψηλαφούμενον· οἶδα τὸν Χριστὸν χιλιάδας ῥήματι θρέψαντα, καὶ τοῖς κύμασιν ἐπιβαδίσαντα, καὶ τοῖς δαίμοσιν ἐπιτάξαντα, καὶ νεκροὺς ἀναστήσαντα, καὶ μυρία ποιήσαντα θαύματα τῇ δυνάμει τῆς οἰκείας θεότητος· οἶδα τὸν Χριστὸν πεινάσαντα, καὶ διψήσαντα, καὶ κοπιάσαντα, καὶ ἀγωνιάσαντα, καὶ ἱδρώσαντα τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος· οἶδα τὸν Χριστὸν ὡς Θεὸν ἀπαθῆ· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀποθανόντα, καὶ σαρκὶ τὸ πάθος δεξάμενον· οἶδα τὸν Χριστὸν κατὰ τὸ δυνατὸν ὑπομείναντα τὴν τελευτήν· οἶδα τὸν Χριστὸν ἀναστήσαντα τοῦ σώματος αὐτοῦ τὸν ναόν. Γνωρίζω τῶν δύο φύσεων αὐτοῦ τὸ διάφορον· οὐ μερίζω τὸν ἕνα Υἱὸν εἰς δύο υἱούς. Πιστεύω καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ τῆς Τριάδος συμπληρωτικόν· αὐτῷ θαῤῥῶ τὸν ἐμὸν ἁγιασμὸν, αὐτῷ θαῤῥῶ τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν ἐξανάστασιν.

δ'. Ταῦτα τῇ ψυχῇ καὶ τῇ γλώττῃ μελετᾶτε διαπαντός· ταῦτα τῷ φρονήματι καὶ τῷ στόματι βοᾶτε διηνεκῶς. Ἔχετε τὸν ἀποστολικὸν ὅρον τῆς πίστεως καὶ πολιτείας θεοφιλοῦς· ἄνευ γὰρ τῆς πίστεως τὰ ἔργα νεκρά. Ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν· *Ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ Θεῷ.* Ὁ πόρνος γενέσθω σώφρων, ὁ ἄδικος γενέσθω δίκαιος, ὁ ἅρπαξ εὐμετάδοτος, ὁ πλεονέκτης φιλόπτωχος, ὁ ἀπάνθρωπος καὶ φιλόχρυσος πρὸ τούτου, νῦν φανήτω φιλόχριστος, ὁ βλάσφημος ὑμνολόγος, ὁ τρέχων εἰς θέατρα, τρεχέτω λοιπὸν εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Θεοῦ, ὁ τοῖς δρόμοις τῶν ἵππων ἐπιμαινόμενος, σχολασάτω τοῖς ἀποστόλοις, ὧν ὁ δρόμος τοῖς μιμουμένοις σωτήριος. Ὡς μέλλοντες χρηματίζειν νύμφαι Χριστοῦ, οὕτω στολίσατε τὰς ὑμετέρας ψυχὰς καὶ τὰ σώματα. Ἔστω ὑμῶν τὰ βλέμματα τῆς κατὰ ψυχὴν γαλήνης ἐξεικονίσματα· ἔστωσαν αἱ ὄψεις τῆς ἔνδον εὐλαβείας χαρακτῆρες σαφεῖς· ἔστω ὑμῶν τὰ στόματα ψαλμῶν καὶ ὕμνων εὐωδίαν ἐκπέμποντα, κόσμια, σώφρονα, πρέποντα παρθένῳ μελλούσῃ νυμφεύεσθαι· ἔστωσαν αἱ ψυχαὶ καθαραὶ, λευκαὶ, ἵνα γνησίαν τῆς

Digitized by Google Bibliothèque nationale de France ABK/FR

βασιλικῆς ἀλουργίδος τὴν βαφὴν ὑποδέξωνται. Ἐπειδὰν δὲ καταλάβητε τὸν νυμφῶνα τοῦ Πνεύματος, ἐπειδὰν εἰσδράμητε τὴν παστάδα τῆς χάριτος, ἐπειδὰν πλησίον γένησθε τῆς φοβερᾶς ὁμοῦ καὶ ποθεινῆς κολυμβήθρας, ὡς αἰχμάλωτοι προσπέσατε τῷ βασιλεῖ· ῥίψατε πάντες [105] ὁμοίως ἐπὶ γόνατα, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείναντες εἰς τὸν οὐρανόν, ὅπου κάθηται βασιλικῶς ὁ πάντων ἡμῶν βασιλεύς, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εὐθύναντες πρὸς τὸν ἀκοίμητον ὀφθαλμόν, τοιούτοις πρὸς τὸν φιλάνθρωπον χρήσασθε ῥήμασιν· Ἄνοιξον ἡμῖν τὸν ἀμπελῶνά σου, Κύριε, εἰ καὶ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐφθάσαμεν· μὴ ὀργισθῇς ἡμῖν ὡς βραδύνασιν, Δέσποτα, μηδὲ κλείσῃς εἰς τὰς ἡμετέρας ὄψεις τῆς σῆς φιλανθρωπίας τὰς θύρας· κατέγνωμεν τῆς ῥᾳθασάσης ἡμῶν ἀργίας, κατέγνωμεν τῆς προλαβούσης ἡμέρας τὴν ῥᾳθυμίαν, ἐβλάβημεν παρακούσαντες, ἐζημιώθημεν καθευδήσαντες, ἐναυαγήσαμεν τερπόμενοι, ἐγυμνώθημεν παίζοντες καὶ παιζόμενοι, ἀπωλόμεθα τοῖς ματαίοις ψυχαγωγούμενοι. Μόλις ἐγρηγορήσαμεν, μόλις ἐνήψαμεν, μόλις εὕρομεν τὸ συμφέρον, μόλις ἐφύγομεν τὸν πόλεμον· ἀπεταξάμεθα τῷ πονηρῷ παντελῶς, ἀπεταξάμεθα τοῖς ὀλεθρίοις κακοῖς καὶ τερπνοῖς συσχολάσαι· τῷ Σωτῆρι λοιπὸν συνταττόμεθα, τῷ μόνῳ Θεῷ. Δέξαι τὸ γραμμάτιον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ἵνα φοβούμενοι τὸ πρόστιμον, ἐμμένωμεν οἷς καὶ συνεθέμεθα· δέξαι τὸ σύμβολον τῶν πρὸς σὲ συνθηκῶν, ἵνα τὸ σύμβολον αἰσχυνόμενοι, τὸν τρόπον ἡμῶν ἀπερίτρεπτον καθιδρύσωμεν. Οἰκτειρον τοὺς σοὺς δούλους, τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ γυμνούς, καὶ νεκρούς· ἀπόδος ἡμῖν τὴν ἀρχαίαν συγγένειαν· ἔνδυσον οὓς ὁ διάβολος ἀπεγύμνωσεν· χρῖσον ἡμᾶς τῷ ἐλαίῳ τῆς ἁγίας σου χρίσεως· ἵνα μὴ βλαβῶμεν ἐὰν πάλιν δηχθῶμεν [a] ὑπὸ τοῦ ὄφεως. Θέλομεν ἐργάσασθαι τὰς σὰς ἐντολάς, θέλομεν εὑρεθῆναι τοῦ ἀμπελῶνος ἐντός, θέλομεν ὡς ἐγγίζοντές σοι χρηματίζειν ἐργάται· ἐζήσαμεν πάσας ἡμῶν τὰς ἡμέρας κακῶς. θέλομεν ζῆσαι τὰς ὑπολοίπους καλῶς. Θέλοις ὡς πόρνοις συγχωρῆσαι. Συγχώρησον. Θέλοις ὡς τελώναις περιποιήσασθαι· θέλοις ὡς λῃστὰς φιλανθρωπεύσασθαι· θέλοις ὡς διώκτας περισῶσαι· περίσωσον, ὡς θέλεις· ἐλέησον μετανοοῦντας, οἷς ἐμακροθύμησας· ἐξαμαρτάνουσιν· ἐλέησον προσπίπτοντας, οὓς καὶ ἀπολακτίζοντας ᾠκτειρες· ἐλέησον καθικετεύοντας, οὓς ὑβρίζοντας ἔφερες. Ἄνοιξον ἡμῖν τοῖς χειμαζομένοις τὸν τῆς κολυμβήθρας λιμένα· ἄνοιξον ἡμῖν τοῖς τετραυματισμένοις τὸ ἀνώδυνον ἰατρεῖον· ἄνοιξον τοῖς παλαιωθεῖσιν τὸ ἄλυπον χωνευτήριον· ἄνοιξον τοῖς χρεωστοῦσιν θάνατον τὸν ἀκίνδυνον τάφον· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς τριημέρου σου νεκρώσεως τὸ ζωηφόρον ἐκτύπωμα· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς παλιγγενεσίας τὴν παρθένον γαστέρα· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς υἱοθεσίας τὴν ἄφθαρτον μητέρα· ἄνοιξον ἡμῖν τῆς ἀθανασίας τὴν πύλην· ἄνοιξον ἡμῖν τὴν θύραν τῶν οὐρανῶν· ὅτι σὺ εἶπας, *Κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.* Ἅπερ εἶπας, ἀληθείᾳ πλήρωσον· ἅπερ ἐλάλησας, ὡς ἀψευδὴς ἐπιτέλεσον. Πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι πάντα ποιῆσαι· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι τῶν ἁμαρτημάτων ἡμῶν ἀποπλῦναι τὸν βόρβορον· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι διὰ Πνεύματος καὶ ὕδατος ἀναγεννῆσαι τοὺς ἐν ἁμαρτίαις γηράσαντας· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι τὴν ξένην λοχείαν ἐργάσασθαι· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι γυναῖκας καὶ βρέφη καὶ νέους καὶ ἄνδρας καὶ γέροντας ἐκ τῶν ὑδάτων νεοπλάστους ἀναγαγεῖν ὡς ἀρτίτοκα βρέφη· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι τοῖς ὕδασιν ἀποπνῖξαι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καθάπερ τὸν Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ πᾶσαν κατέκλυσας· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι σωτηρίαν ποιῆσαι τοῖς Ἰσραηλίταις ἐδημιούργησας· ὁδὸν ἐξευρεῖν, ὡς ποτε τοῖς Ἰσραηλίταις ἐδημιούργησας· ὁδὸν ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης· πιστεύομεν, ὅτι δύνασαι τοσαῦτα, ὅσα καὶ θέλεις. Ταῦτα λέγοντες πρὸς τὸν Κύριον ἐπιμείνατε, ἵνα εἴπῃ καὶ πρὸς ὑμᾶς ὁ Σωτήρ· *Πιστεύετε, ὅτι δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι; Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενηθήτω ὑμῖν.* Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Verba ἐὰν πάλιν δηχθῶμεν non habet Savil., neque iegit Interpres. Edit.

MONITUM

[106] Hanc quoque homiliam putavit idem ipse qui supra, esse Severiani Gabalorum episcopi; et fortasse non injuria. Est quippe stylus Severiani homiliis admodum affinis : eloquentia omnino ferrea, ut de Severiano loquens ait Savilius. Omnia salebrosa, sive inventionem spectes, sive figuras et tropos.

[106] *Εἰς τὴν παραβολὴν περὶ συκῆς, ὁμιλία.*

α'. Ὀφθαλμὸς μὲν ὁρῶν ἢ δένδρον ἀνθοφόρον, ἢ πηγὴν ὑδροτόκον, ὑπ' αὐτῆς τῆς θέας ἕλκεται, καὶ τὸν τῆς καρδίας νοῦν μεταστρέφει ἐκεῖ. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀκούων [a] διὰ λόγων πράξεις καὶ ἱστορίας, πρὸς ἐκείνας τὴν διάνοιαν ἀνατείνει, ὡς εἶναι τὸν τοιοῦτον τῷ μὲν σώματι ἐν τῷδε τῷ τόπῳ, τῇ δὲ διανοίᾳ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ [b], ἔνθα ὁ λόγος τῆς ἱστορίας διαστρέφει τὸ πρᾶγμα. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐμοὶ συμβέβηκεν, ἀγαπητοί. Ἀκούσας γὰρ τοῦ εὐαγγελιστοῦ διηγουμένου τὰ ἐν Βηθανίᾳ κατὰ τὴν συκῆν γεγονότα πράγματα [c], ὧδε μέν εἰμι τῷ σώματι· τῇ δὲ διανοίᾳ ἐμαυτὸν εἶναι ἐκεῖ φαντάζομαι· καὶ οἶομαι νῦν ἀκολουθεῖν τῷ Δεσπότῃ Ἰησοῦ, καὶ ὁρᾶν τὴν συκῆν πρὸ μὲν τοῦ Δεσποτικοῦ προστάγματος ἀνθηρὰν καὶ κατάκομον, μετὰ δὲ τὸ Κυριακὸν *πρόσταγμα* στυγερὰν καὶ κατάξηρον. *Πρωΐας* γὰρ, φησὶν, *ἐπανάγων ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασε. Καὶ ἰδὼν συκῆν, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ οὐδὲν εὗρεν ἐν αὐτῇ εἰ μὴ φύλλα μόνον· καὶ λέγει αὐτῇ· Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ εὐθέως ἐξηράνθη.* Τοῦτο γὰρ ἀρτίως ἡμῖν [d] ὑπανεγνώσθη. Ἐκπλήττει με τὸ θαῦμα· μεμέρισταί μου ἡ διάνοια. Ὅταν γὰρ βουληθῶ τὸ πρᾶγμα τῆς ἱστορίας διηγήσασθαι, εὐθέως μετὰ τῆς ἱστορίας τὰ θαύματα πρὸς αὐτὰ ἐπισπᾶται [e]. Καὶ ὥσπερ ὁπόταν ἴδῃ τις στάμνον χρυσῆν ἔχουσαν ἔνδοθεν λίθους τιμίους, φέροντας ἐν ἑαυτοῖς [f] γεγραμμένα μυστήρια, θέλει μὲν ὁρᾶν τὴν στάμνον διὰ τὴν τοῦ εἴδους στιλβότητα, ἀνθέλκεται δὲ ὑπὸ τῶν ἔνδοθεν λίθων· σπεύδει γὰρ καὶ τὸ τῶν λίθων περιαθρῆσαι κάλλος, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα [g] μυστήρια γνῶναι· ὡσαύτως κἀγὼ ὁρῶν μὲν τὴν τοῦ γράμματος ἱστορίαν λαμπρὰν καὶ περικαλλῆ τυγχάνουσαν, ἐκεῖ κατέχομαι τὸν νοῦν· ἀνθέλκομαι δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς τοῦ πνεύματος θεωρίας, μείζονά μοι τῆς ἱστορίας ἐπαγγελλομένης δεικνύειν τὰ θαύματα. *Πρωΐας* γὰρ, φησὶν, *ἐπανάγων ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν πόλιν, ἐπείνασεν.* Ὦ ἀνεκφράστου καὶ ἀνεκδιηγήτου μυστηρίου! Ἐπείνασεν ὁ τρέφων πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· ἐπείνασεν ὁ ἐκ πέντε ἄρτων πεντάκις χιλίους εἰς κόρον ἐκθρέψας· ἐπείνασεν ὁ ἐκ πηλοῦ

[a] Savil. οὐς ἀκοῦον. [b] Savil. omittit ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. [c] Savil. Τοιοῦτόν τι καὶ νῦν ἐμοὶ σ. ὦ ἀγ., ἀκούοντι τοῦ Εὐαγγελίου δ. τ. ἐν Β. ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ τὰ κ. τ. σ. γ. πράγματα.

[d] Savil. ὑμῖν. [e] Unus εὐθέως με ταράττει τὰ τῆς ἱστορίας θαύματα. Πρὸς αὐτὰ ἐπίσταμαι. [f] Tres mss. ἐν αὐτῇ. [g] Savil. ἐν αὐτοῖς ἐγγεγραμμένα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tingantur. Postquam autem ad thalamum Spiritus perveneritis; postquam in sponsale gratiæ conclave irrepseritis; postquam prope tremendam simul et exspectandam baptismi piscinam constiteritis, velut captivi coram rege procideritis, omnes simul in genua vos projicite, ac manibus in cælum sublatis, ubi regio more considet Rex omnium nostrum, oculisque in insomnem illum oculum directis, hujusmodi verbis apud Dominum benignum utimini : Aperi nobis veniam tuam, Domine, tametsi nos circa undecimam horam advenimus : ne succenseas nobis, ut qui tardi fuerimus, Domine, neque ad conspectum nostrum, humanitatis tuæ januas claudas : præcedentem nostram negligentiam damnamus, præteriti temporis pigritiam damnamus : quod non paruerimus, læsi sumus; quod dormierimus, damnum fecimus : dum oblectamur, naufragium sumus passi; spoliati sumus, dum ludimus ac deludimur; periimus, dum rebus vanis animum recreamus. Vix tandem evigilavimus, vix torporem excussimus, vix quod expediebat invenimus, vix bellum effugimus : renuntiavimus penitus maligno, renuntiavimus perniciosis malis et otiosis deliciis : Salvatori deinceps nos adjungimus, soli Deo. Excipe confessionis nostræ libellum, ut præfinitam mulctam reformidantes, ea quæ pacti sumus observemus; excipe tecum initorum pactorum pignus ac tesseram, ut pudore cogente, mores constantes et immutabiles instituamus. Miserere servorum tuorum captivorum, et nudorum, et mortuorum; pristinam illam cognationem nobis restitue; quos denudavit diabolus, vesti; oleo nos unctionis tuæ sanctæ inunge, ne a serpente lædamur. Volumus tua mandata peragere, volumus intra vineam reperiri, volumus ut appropinquantes tibi degere operarii : toto vitæ nostræ tempore male viximus : volumus quod reliquum est bene vivendo traducere. Placeat tibi tamquam fornicatoribus ignoscere. Ignosce. Placeat tamquam publicanos servare; placeat tamquam latrones benigne tractare; placeat tamquam persequutores salvare; salva, ut placet; miserere pœnitentium, quos patienter tulisti peccantes; miserere ad genua procumbentium, quos etiam recalcitrantes miseratus es; miserere supplicantium, quos contumeliam inferentes tolerasti. Aperi nobis tempestate jactatis sacri portum lavacri; aperi nobis vulneratis dolores abigentem medici officinam; aperi inveteratis expertem molestiæ conflatoriam fornacem; aperi mortis reis periculo vacans sepulcrum; aperi nobis vitam afferentem triduanæ tuæ necis effugiem; aperi nobis regenerationis virginem ventrem; aperi nobis adoptionis matrem incorruptam; aperi nobis immortalitatis januam; aperi nobis cælorum portam, quandoquidem tu dixisti : *Pulsate, et aperietur vobis* (*Matth.* 7. 7). Quæ dixisti, veritate adimple; quæ loquutus es, ut qui mentiri non potes, perfice. Credimus omnia te facere posse; credimus posse te peccatorum nostrorum cœnum abluere; credimus posse te eos, qui in peccatis consenuerint, per Spiritum et aquam regenerare; credimus te mirabile illud puerperium posse perficere; credimus posse te mulieres et infantes et juvenes et viros et senes ex aquis recens formatos, quasi modo genitos infantes educere; credimus posse te peccata nostra aquis suffocare, quemadmodum Pharaonem totumque ipsius exercitum submersisti; credimus posse te viam salutis adinvenire, quemadmodum Israelitis quondam in maris medio viam stravisti; credimus tam multa te posse, quam multa vis. His ita Dominum compellantes perseverate, ut vos etiam Salvator sic alloquatur : Creditis quia hoc possum facere? *Secundum fidem vestram fiat vobis* (*Id.* 9. 29). Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

AD HOMILIAM DE FICU AREFACTA.

Attamen Severiani esse affirmare non ausim. Hoc unum fidenter dicam, esse hanc eloquentiam Chrysostomi eloquentiæ ex diametro oppositam.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi, quam quibusdam in locis emendavimus.

IN PARABOLAM DE FICU, HOMILIA (*a*).

1. Cum vel floridam arborem, vel fontem aquis scaturientem cernit oculus, ipso aspectu pellicitur, et illuc animi sensum convertit. Pari quoque ratione is, qui facta et historias verbis expositas audit, ad eas mentem intendit : sic ut talis sit corpore quidem hoc in loco, mente vero illo in loco ad quem historiæ narratio rem traducit. Tale mihi quiddam evenit, dilectissimi. Dum enim res eas, quæ in Bethania circa ficum acciderunt, audio evangelistam narrantem, hic quidem sum corpore, mente vero meipsum imaginor illic esse : meque nunc arbitror Dominum Jesum sequi, ac ficum videre, ante jussum quidem Domini, floridam atque frondentem, post jussum autem ejus, horribilem et arentem. *Mane* siquidem, inquit, *revertens Jesus in civitatem, esuriit. Et videns ficum, venit ad eam, et nihil invenit in ea nisi folia tantum; et ait illi : Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum; et subito aresacta est* (*Matth.* 21. 18. 19). Hoc enim paulo ante nobis [1] recitatum est. Obstupefacit me miraculum : varias in partes mens mea distrahitur. Cum enim historiæ factum narrare instituo, continuo cum historia miracula ad se trahunt. Et quemadmodum cum urnam auream pretiosos continentem lapillos quis conspexerit, in quibus arcana depicta fuerint, cernere quidem urnam desiderat propter formæ splendorem, sed ab iis qui sunt intus lapillis in diversum trahitur, et lapillorum pulchritudinem et arcana depicta in ea spectare festinat : pari ratione videns ego quoque splendidam quidem ac perelegantem historiæ literam esse, illic mente detineor; sed in diversum rursus trahor a spiritus intelligentia, quæ historia majora se mihi ostensuram miracula pollicetur. *Mane* siquidem, inquit, *revertens Jesus in civitatem, esuriit.* O mysterium ineffabile atque inenarrabile! Esuriit ille, qui universum orbem terrarum alit : esuriit ille, qui ex quinque panibus quinque hominum millia ad satietatem enutrivit : esuriit ille, qui viventes oculos e luto fabricatus est : esuriit ille, qui in fluctibus maris inambulavit, nec in aquam pedes immersit : esuriit ille, qui solo mentis jussu aquam in vinum convertit : esuriit ille, qui e corporibus animas extraxit, et rur-

[1] Savil. legit, *vobis*.

(*a*) Collata cum tribus Codicibus et Savil.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sus eas in suas ædes verbo introduxit. Et quomodo, inquit Isaias, *Deus æternus non esuriet, neque laborabit* (*Isai.* 40. 28)? Christum autem Deum esse cuivis utique manifestum est, qui Scripturæ credit dicenti : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* 1. 1). Quomodo igitur esuriit Deus? Esuriit forma servi; quinque autem millia, quæ in ipso erat Domini voluntas enutrivit. Venit ad ficum homo qui cernebatur; at erat ubique ea, quæ in ipso divinitas intelligebatur. Vidit infructuosam ficum ut homo, verbo illam arefecit ut Deus. Dixit : *Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum;* et factum consequutum est dictum, statimque ficus arefacta est. Dictum erat humanum, factum autem divinum. Sed multa nobis disquisitione opus est, dilectissimi, ad spiritualem ficus intelligentiam eruendam, quæ apud multos quidem exposita est, ut mihi quidem videtur, minus accurate : verumtamen eorum qui præcesserunt lucubrationes vobis dicam, tum quæ a nobis strenue elaborata sunt proferemus. Est enim captu difficilis quæ in historia literæ est sita sententia, atque in recessu abditum continet mysterii fulgorem. Quid enim necessarium erat verbo ficum arefieri, ac non verbo potius frugiferam fieri? Quando is, qui eam dicto arefecit, potuit etiam fecundam dicto reddere. Quid vero etiam peccavit ficus, dicet aliquis, cum tempus ejus non esset, dicente Marco evangelista (*Cap.* 11. 13), tum temporis hyemem fuisse? Quod si non aliquod sit in ipsa mysterium supra hominem adimpletum, uno modo laudandus, altero vero reprehendendus Dominus reperietur; laudandus quidem quod eam verbo arefecerit, reprehendendus autem quod immerito illi maledixerit. Verumtamen deinceps intelligendum est, dilectissimi, cujusnam imaginem gereret ficus : neque enim fuit quidquam eorum quæ a Christo gerebantur[1], quod mysterio vacaret. In universum, nullum ab ipso patratum est opus quod non admodum fructuosum esset : nihil quod veritatem non clamaret : nihil quod ad cælestium rerum susceptionem animum non excitaret. Multi ex interpretibus ficum istam Judæorum synagogæ assimilatam esse dixerunt, ad quam venit Dominus, inquiunt, fructum in ea fidei quærens : neque invenit nisi prophetarum ac legis sermonibus quasi foliis comantem : quapropter et arefecit, dicens : *Numquam ex te fructus nascatur in æternum.* Ego vero huic expositioni contradicere conabor, dilecti : non enim ea est vera et exacta significatio. Quomodo namque maledixisset Dominus, qui dicit : *Benedicite, et nolite maledicere* (*Rom.* 12. 14)? quomodo autem synagogæ maledixisset et eam arefecisset, qui dicit : *Non venit Filius hominis perdere, sed quærere et salvum facere quod perierat* (*Luc.* 9. 56. *et* 19. 10)? Quod si quis adhuc contradicat et contendat, Judæorum synagogæ assimilatam esse ficum, respondeat quo pacto ab radice arefacta synagoga talem fructuosum ramum suavissimum Paulum germinarit. Multos vero etiam alios ex synagoga Judæorum conversos novimus : nam et Stephanus, qui lapidatus est a Judæis, ex illa erat synagoga, et Aquila et Priscilla multique alii, quorum enumerationem nominum propter dictionum multitudinem commemorare jam nolumus. Porro non prorsus Deum repulisse populum Judæorum testetur mihi Paulus dicens : *Dico ergo : Numquid Deus prorsus repulit populum suum? Absit : nam et ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam* (*Rom.* 11. 1. 2). Sed et populo illi salutem in novissimis diebus pollicetur, dum ait : *Cum autem plenitudo gentium intraverit, tunc omnis Israel salvus fiet* (*Ibid. v.* 25. 26). Si enim inimici Dei facti sunt Judæi, propter nos facti sunt, ut nos propter incredulitatem illorum misericordiam consequamur, ut testatur Paulus, cum ait : *Secundum evangelium quidem, inimici propter nos; secundum electionem autem carissimi, propter patres : sine pœnitentia enim sunt dona et vocatio sancta*[1] (*Rom.* 11. 28. 29). Quærendum est ergo, dilecti, cujusnam rei figuram et imaginem præ se ferrent ea, quæ de ficu narrata sunt. Verumenimvero si recordatus fueris tu, Adam, quo tempore in paradiso denudatus es, cujusnam arboris sumptis frondibus et consutis amictum tibi contexueris, videbis quo pacto jure folia arefecerit. Num enim, quæso, sumptis foliis ficus tuam ignominiam occultabas? Venit igitur Christus, et florentem in te ficum ignominiæ velamen verbo arefecit : sustulit paupertatem tuam, et tibi divitias est largitus : sustulit ignominiæ tuæ velamina, et tibi niveo colore splendentem stolam ex aqua et Spiritu contextam largitus est : arefecit ficulneæ folia, et restituit tibi animæ spolia. Quænam spolia? Quibus te serpens in paradiso spoliavit, æqualem angelis vitam, paradisi delicias, stolam immortalitatis.

2. Verum ad parabolæ caput revertamur. *Mane* siquidem, inquit, *revertens Jesus in civitatem, esuriit. Mane*, postquam erroris nox præterierat, et diluculum Christus mundo lumine resurrectionis illuxerat : diluculum enim est Christus, prout ait propheta : *Quasi diluculum paratum inveninus eum* (*Osee* 6. 3). *Mane revertens Jesus.* Mane, cum mortem tenebras invehentem Christus luce gloriæ delevisset, et radiis aureis sol justitiæ in obtenebratis hominum cordibus refulsisset : mane, cum calentes divinitatis radios diffudisset, et enectas animas a diabolo calefecisset : *Non est enim qui se abscondat a calore ejus* (*Psal.* 18. 7). Frigidissimo namque peccato diabolus hominum corda enecavit. Quamobrem precatur propheta, dicens : *Ure renes meos, et cor meum* (*Psal.* 25. 2). Siquidem frigore impietatis humana natura omnis constricta erat. Ideoque prophetæ omnes uno animo Deum obsecrabant, dicentes : *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro* (*Psal.* 125. 4); hoc est, Quemadmodum calidus auster ubi congelatas aquas perflaverit, ad priorem aquæ naturam eas reducit : pari modo nos quoque diaboli peccato enectos, tamquam auster calidus perflans in antiquam immortalitatis naturam restituit. Hanc calidam austri respirationem sponsa Ecclesia in Canticis Canticorum advocat, dicens : *Exsurge, aquilo, et veni, auster, perfla hortum meum, et fluant aromata* (*Cant.* 4. 16). *Mane*, inquit, *revertens.* Recte illud scripsit, *Revertens*, ut significet, cum Adamus e paradiso excidisset, rursum venisse Christum Dominum nostrum, ut in eumdem locum ipsum reduceret. *Mane revertens Jesus in civitatem, esuriit.* Cum civitatem nunc audieris, noli inferius circumspicere, sed ad Jerusalem quæ sursum est respice, ad sedem cælestem : etenim *Conversatio nostra in cœlis est. Mane revertens Jesus in civitatem, esuriit* (*Philipp.* 3. 20), non cibum expetens hominum; sed vitam hominum : *Meus* quippe *cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei* (*Joan.* 4. 34), ut credant in eum quem ille misit; *Qui enim credit in* eum, sicut dixit ipse, *non morietur in æternum* (*Joan.* 11. 26). *Mane Jesus revertens in civitatem, esuriit; et videns ficum, venit ad eam.* Si enim ficum præteriisset, immortalem in ficu nidum suum serpens habuisset; sed venit ad ficum, et illam arefecit. Sub tali ficu Nathanael cum esset, a Domino visus est : *Prius enim quam te Philippus vocaret cum esses sub ficu, vidi te* (*Joan.* 1. 48). Hanc ficum prævidens infructuosam redditum iri, propheta dicebat : *Ascendam ad populum peregrinationis meæ : quoniam ficus non afferet fructum* (*Habac.* 3. 16. 17). Talem in ficum Zacchæus ascendit, ut Jesum videret : cui dixit, *Festinans descende* (*Luc.* 19. 5). Illic serpens tortuosus circumvolvitur, illic nidum construxit; illic se occultavit. *Festinans descende.* Lepide autem evangelista sycomorum dixit, de Zacchæo loquens, ut latam spatiosamque viam indicaret cum stultitia esse copulatam, unde pessimum exitium nascitur. Venit ad ficum Dominus. Hæc ficus latæ ac spatiosæ viæ imaginem præ se ferebat : est

[1] In savil. legitur..... *gerebantur hominum gratia.*

[1] Savil. in marg. et Bibl. habent *Dei*, pro *sancta.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ζῶντας ὀφθαλμοὺς ἐργασάμενος· ἐπείνασεν ὁ ἐπὶ τῶν κυμάτων τῆς θαλάσσης περιπατήσας, καὶ τοὺς πόδας εἰς τὸ ὕδωρ μὴ βάψας· ἐπείνασεν ὁ ἐννοίᾳ μόνῃ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετατρέψας· ἐπείνασεν ὁ ψυχὰς ἐκ τῶν σκηνωμάτων ἐκσπάσας, καὶ [107] πάλιν αὐτὰς εἰσοικίσας λόγῳ. Καὶ πῶς λέγει ὁ Ἡσαΐας, *Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει;* Χριστὸς δὲ ὅτι Θεὸς παντί που δῆλον τῷ πιστεύοντι τῇ Γραφῇ λεγούσῃ· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Πῶς οὖν ἐπείνασεν ὁ Θεός; Ἐπείνασεν ἡ τοῦ δούλου μορφή· διέθρεψε δὲ πεντακισχιλίους ἡ ἐν αὐτῷ τοῦ Δεσπότου βουλή. Ἦλθεν ἐπὶ τὴν συκῆν ὁ ὁρώμενος ἄνθρωπος· ἦν δὲ [a] πανταχοῦ ἡ ἐν αὐτῷ νοουμένη θεότης. Εἶδε τὴν συκῆν ἄκαρπον ὡς ἄνθρωπος, ἐξήρανε ταύτην λόγῳ ὡς Θεός. Εἶπε, *Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα*· καὶ τὸ ἔργον ἠκολούθησε τῷ ῥήματι· καὶ εὐθὺς ἡ συκῆ ἐξηράνθη. Τὸ ῥῆμα ἀνθρώπινον, τὸ δὲ ἔργον θεῖκόν. Ἀλλὰ πολυζήτητος ἡμῖν, ἀγαπητοὶ, ἡ θεωρία ἡ κατὰ τὴν συκῆν, παρὰ πολλοῖς μὲν ἑρμηνευθεῖσα, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, οὐκ ἠκριβωμένως· πλὴν τὰς τῶν προλαβόντων ὑμῖν λέξω λύσεις, καὶ τὰς ἡμῖν πεπονημένας προσκομίσομεν ἀριστείας. Δύσληπτος γὰρ ὁ ἐν τῇ [b] ἱστορίᾳ τοῦ γράμματος κείμενος νοῦς, πολλῷ τῷ βάθει κεκρυμμένην ἔχων τὴν τοῦ μυστηρίου στιλβότητα. Τί γὰρ τὸ ἀναγκαῖον ἦν τῷ λόγῳ ξηραίνεσθαι τὴν συκῆν, καὶ μὴ λόγῳ ταύτην καρποφορεῖν; Ὁ γὰρ ῥήματι ξηράνας αὐτὴν ἠδύνατο καὶ ῥήματι εὔκαρπον αὐτὴν ποιῆσαι [c]. Τί δὲ καὶ ἥμαρτεν ἡ συκῆ, εἴποι τις ἄν, ὁπότε οὐκ ἦν αὐτῆς ὁ καιρὸς, Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος χειμῶνα εἶναι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν; Καὶ εἰ μή τί ἐστι μυστήριον ὑπὲρ ἄνθρωπον [d] ἐν αὐτῇ τελούμενον, εὑρεθήσεται ὁ Κύριος κατὰ μὲν ἕνα τρόπον ἐπαινετὸς, κατὰ δὲ ἕτερον μεμπτέος· ἐπαινετὸς μὲν γὰρ, ὅτι λόγῳ αὐτὴν ἐξήρανε· μεμπτέος δὲ, ὅτι ἀδίκως αὐτὴν κατηράσατο. Ἀλλὰ δεῖ νοεῖν τοῦ λοιποῦ, ἀγαπητοὶ, τίνος ἔφερεν εἰκόνα ἡ συκῆ· οὐ γὰρ ἦν τι ὑπὸ Χριστοῦ γενόμενον πρᾶγμα, ὃ οὐκ εἶχε μυστήριον [e]. Ὅλως οὐδὲν ἦν παρ' αὐτοῦ γινόμενον ἔργον, ὃ μὴ σφόδρα ὠφέλιμον· οὐδὲν ὃ μὴ ἐῴα τὴν ἀλήθειαν· οὐδὲν ὃ μὴ [f] πρὸς τὴν τῶν οὐρανίων παραδοχὴν ἐκίνει τὸν νοῦν. Ταύτην τὴν συκῆν οἱ πολλοὶ τῶν ἑρμηνέων εἰρήκασι τῇ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῇ παρεικασμένην εἶναι, ἐφ' ἣν ἦλθε, φησὶν, ὁ Κύριος, ζητῶν ἐν αὐτῇ καρπὸν πίστεως· καὶ οὐχ εὗρεν, εἰ μὴ μόνον λόγοις προφητῶν καὶ νόμου καθάπερ φύλλοις κομῶσαν· διὸ καὶ ἐξήρανε, λέγων· *Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἐγὼ δὲ τῇ ἑρμηνείᾳ ταύτῃ πειρῶμαι ἀντιλέγειν, ἀγαπητοί· οὐ γὰρ οὕτως ἔχει ἡ ἀκρίβεια τοῦ νοήματος. Πῶς γὰρ ἂν κατηράσατο ὁ Κύριος, λέγων, *Εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε*; πῶς δὲ καὶ τὴν συναγωγὴν κατηράσατο ἂν καὶ ἐξήρανεν ὁ λέγων, *Οὐκ ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀπολέσαι, ἀλλὰ ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός*; Εἰ δέ τις ἔτι ἀντιλέγει καὶ φιλονεικεῖ, λέγων, τῇ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῇ παρεικασμένην εἶναι τὴν συκῆν ἀκριβῶς, λεγέτω πῶς ἡ ἀπὸ ῥιζῶν ξηρανθεῖσα συναγωγὴ τοιοῦτον ἔγκαρπον κλάδον ἐβλάστησε, τὸν γλυκύτατον Παῦλον. Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἐπιστρέψαντας ἔγνωμεν ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς· καὶ γὰρ καὶ Στέφανος ὁ λιθασθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐξ ἐκείνης τῆς συναγωγῆς ἐτύγχανε, καὶ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα καὶ πολλοὶ ἄλλοι, ὧν τὸν κατάλογον νῦν τῶν ὀνομάτων διὰ τὸ πλῆθος τῶν λέξεων παραιτούμεθα λέγειν [g]. Ὅτι δὲ οὐ παντελῶς ἀπώσατο ὁ Θεὸς τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, μαρτυρεῖτω μοι Παῦλος λέγων· *Λέγω οὖν, Μὴ παντελῶς ἀπώσατο Κύριος* [h] *τὸν λαὸν αὐτοῦ; Μὴ γένοιτο· καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, φυλῆς Βενιαμίν. Οὐκ ἀπώσατο Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ.* Ἀλλὰ γὰρ καὶ σωτηρίαν τῷ λαῷ ἐκείνῳ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐπαγγέλλεται ἐν τῷ λέγειν· *Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται.* Εἰ γὰρ καὶ ἐχθροὶ γεγόνασιν Ἰουδαῖοι τοῦ Θεοῦ, δι' ἡμᾶς γεγόνασιν, [108] ἵνα τῇ ἐκείνων ἀπειθείᾳ ἡμεῖς ἐλεηθῶμεν, ὡς μαρτυρεῖ μοι Παῦλος λέγων, *Κατὰ μὲν τὸ Εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς· κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ, διὰ τοὺς πατέρας· ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις ἁγία* [i]. Ζητητέος τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ὁ περὶ τῆς συκῆς λόγος, τίνος ἔφερεν εἰκόνα. Ἀλλ' ἐὰν σὺ, ὁ Ἀδὰμ, μνησθῇς, ὅτε ἐν τῷ παραδείσῳ ἐγυμνώθης, ποίου δένδρου φύλλα λαβὼν καὶ συῤῥάψας ἑαυτῷ περιβόλαιον ὑφανας, ὄψει πῶς δικαίως ταύτην ἐξήρανεν· ἣ γὰρ οὐχὶ φύλλα συκῆς λαβὼν τὴν σεαυτοῦ αἰσχύνην ἐκάλυπτες; Ἦλθεν οὖν ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν ἔτι ἐν σοὶ ἀνθοῦσαν συκῆν τὸ τῆς αἰσχύνης κάλυμμα τῷ λόγῳ ἐξήρανεν· ἧρέ σου τὴν πενίαν, καὶ δέδωκέ σοι τὸν πλοῦτον· ἧρέ σου τὰ τῆς αἰσχύνης καλύμματα, καὶ δέδωκέ σοι χιτωνοφεγγῆ στολὴν, ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος ὑφανθεῖσαν· ἐξήρανε τὰ φύλλα τῆς συκῆς, καὶ ἀπέδωκέ σοι τὰ σύλα τῆς ψυχῆς. Ποῖα σύλα; Ἃ ὄφις ἐσυλαγώγησεν ἐν σοὶ ἐν τῷ παραδείσῳ, τὴν ἰσάγγελον ζωὴν, τὴν τοῦ παραδείσου τρυφὴν, τὴν τῆς ἀφθαρσίας στολήν.

β'. Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ κεφάλαιον. *Πρωῒ* γὰρ, φησὶν, *ἐπανελθὼν* [j] *ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν πόλιν ἐπείνασε. Πρωῒ*, μετὰ τὸ τὴν νύκτα τῆς πλάνης παραδραμεῖν, καὶ τὸν ὄρθρον Χριστὸν τὸ τῆς ἀναστάσεως φέγγος αὐγάσαι τῷ κόσμῳ· ὄρθρος γὰρ ὁ Χριστὸς, καθάπερ φησὶν ὁ προφήτης· *Ὡς ὄρθρον ἕτοιμον εὑρήσομεν αὐτόν. Πρωῒ ἐπαράγων ὁ Ἰησοῦς. Πρωῒ*, μετὰ τὸ τὸν σκοτεινόμορφον θάνατον τῷ φωτὶ τῆς δόξης Χριστοῦ ἀφανισθῆναι, καὶ τὰς χρυσοῦς ἀκτῖνας τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἐν ταῖς [j] τῶν ἐσκοτισμένων ἀνθρώπων καρδίαις ἐλλάμψαι· πρωῒ, μετὰ τὸ τὰς θερμὰς ἀκτῖνας τῆς θεότητος ἐκπετάσαι, καὶ τὰς νενεκρωμένας ὑπὸ τοῦ διαβόλου ψυχὰς ἐκθερμᾶναι· *Οὐκ ἔστι γὰρ ὃς ἀποκρυβήσεται τῆς θέρμης* [k] *αὐτοῦ.* Τῇ γὰρ ψυχροτάτῃ ἁμαρτίᾳ ὁ διάβολος τὰς τῶν ἀνθρώπων καρδίας ἐνέκρωσεν. Ὅθεν ὁ προφήτης ἐπεύχεται λέγων· *Πίρωσον τοὺς νεφρούς μου, καὶ τὴν καρδίαν μου.* Κρυμῷ γὰρ ἀσεβείας πᾶσα ἡ ἀνθρωπότης ἐδέδετο. Διὸ πάντες οἱ προφῆται ὁμοθυμαδὸν ηὔχοντο πρὸς τὸν Θεὸν λέγοντες· *Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, ὡς χειμάῤῥους ἐν τῷ νότῳ*· τουτέστιν, ὥσπερ νότος θερμὸς ἐπιπνεύσας τὰ παγωθέντα ὕδατα εἰς τὴν προτέραν φύσιν τοῦ ὕδατος ἐπανάγει, ὡσαύτως καὶ ἡμᾶς τοὺς τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ διαβόλου νεκρωθέντας, ὡς νότος θερμὸς ἐπιπνεύσας, ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν φύσιν τῆς ἀφθαρσίας ἀνακαινίζει. Ταύτην τὴν θερμὴν ἐπίπνευσιν τοῦ νότου καὶ ἡ νύμφη Χριστοῦ Ἐκκλησία ἐν τοῖς Ἄσμασι τῶν ἀσμάτων ἐπικαλεῖται λέγουσα· *Ἐξεγείρου, βορρᾶ, καὶ ἔξελθε, νότε· διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματα* [l]. *Πρωῒ*, φησὶν, *ἐπαράγων.* Καλὸν τὸ, *Ἐπαράγων*, ἵνα σημάνῃ, ὅτι τὸν ἐκ τοῦ παραδείσου ἐκπεσόντα Ἀδὰμ πάλιν ἐλθὼν ὁ Κύριος ἡμῶν εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἐπανάγει. *Πρωῒ ἐπαράγων ὁ Ἰησοῦς ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐπείνασε.* Πόλιν νῦν ἀκούσας, μὴ κάτω περιβλέπου, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀνάβλεπε, πρὸς τὸν οὐράνιον χῶρον· καὶ γὰρ *Τὸ πολίτευμα ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Πρωῒ ὁ Ἰησοῦς ἐπαράγων ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐπείνασεν*, οὐ τὴν τροφὴν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων· *Ἐμὸν γάρ ἐστι βρῶμα, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου*· ἵνα πιστεύσωσιν εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος· *Ὁ γὰρ πιστεύων εἰς αὐτὸν, καθὼς εἶπεν αὐτὸς, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Πρωῒ ὁ Ἰησοῦς ἐπαράγων ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐπείνασε, καὶ ἰδὼν συκῆν, ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν.* Εἰ γὰρ παρέδραμε τὴν συκῆν, εἶχεν ἂν ἐν τῇ συκῇ τὴν καλιὰν αὐτοῦ ὁ ὄφις ἀθάνατον [m]· ἀλλ' ἦλθεν ἐπὶ τὴν συκῆν, καὶ ταύτην ἐξήρανεν. Ὑπὸ τοιαύτην συκῆν τὸν Ναθαναὴλ ὄντα εἶδεν ὁ Κύριος· *Πρὸ τοῦ γάρ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν, εἶδόν σε.* Ταύτην τὴν συκῆν προροῶν ὁ προφήτης μέλλουσαν ἄκαρπον γενέσθαι, ἔλεγεν· *Ἀναβήσομαι εἰς λαὸν παροικίας μου, διότι συκῆ οὐ καρποφορήσει.* Ἐπὶ τοιαύτην συκῆν ἀνέβη ὁ Ζακχαῖος ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν· πρὸς ὃν ἔλεγε· *Σπεύσας κατάβηθι.* [Ἐκεῖ ὁ ὄφις καμπύλα [109] περιπλέκεται, ἐκεῖ ἐνόσσευσεν, ἐκεῖ κέκρυπται. *Σπεύσας κατάβηθι* [n].] Χαριέντως δὲ ὁ εὐαγγε-

[a] Savil. ἦν δὲ πάλιν. [b] Savil. πλὴν τὰς τούτων ὑπαλλάξωμεν λύσεις, κ. τ. ἡ. π. προκομίσωμεν. Δύσλ. ὁ ἐν τῇ. [c] Savil. ἔγκαρπον... ἀναδεῖξαι. [d] Savil. μυστήριον ἀνθρώπων. [e] Savil. addit ὑπὲρ ἀνθρώπων τελούμενον. Mox idem παρ' αὐτῷ. [f] Ὅλως οὐδὲν ὃ μὴ, omissis interpositis. [g] Savil. συναγωγῆς· ἢ γὰρ οὐχὶ... ἐτύγχανεν, Ἀ... τῶν ὀνομ. νῦν.... λέγειν. [h] Savil. et Bibl μὴ ἀπώσατο ὁ Θεός... et paulo post ἐκ γένους, ubi ἐκ σπέρματος. [h'] Bibl et Savil. marg., κλῆσις τοῦ Θεοῦ. [i] Savil. et tres mss. ἐπανελθών, Morel. ἐπαγάγων. Ibid. Savil. et iidem mss. ὁ Ἰησοῦς, ἐπείνασε. [j] Savil. καὶ τὰς χρυσοειδεῖς ἀκτ. ἐν ταῖς. [k] Savil et Bibl. τὴν θέρμην. [l] Savil. διαπνευσάτωσαν ἀρώματα, omissis interpositis. [m] Sic Morel. Savil. et mss. θάνατον, Ibid. duo in s. ἀλλ' ἦλθεν ὑπὸ τὴν συκῆν. [n] Uncinis inclusa non habet Savil.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λιστὴς εἶπε συκομορέαν ἐπὶ τοῦ Ζακχαίου, ἵνα σημάνῃ. ὅτι ἡ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ὁδὸς συμπέπλεκται τῇ μωρίᾳ, ὅθεν τίκτεται ὁ κάκιστος μόρος [a]. Ἦλθεν ἐπὶ τὴν συκῆν ὁ Κύριος. Αὕτη ἡ συκῆ εἰκὼν ἔφερε τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ· πλατύφυλλον γάρ ἐστι τὸ φυτὸν τῆς συκῆς, καὶ κνησμώδης ἐστὶν [b] ἡ ἁμαρτία, διὰ τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου ὁδοῦ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Γλυκύτατός ἐστιν ὁ καρπὸς τῆς συκῆς· γλυκεῖά ἐστιν ἡ ἡδονή, εἰς ὄλισθον ἁμαρτίας τοὺς προσεγγίζοντας αὐτῇ καταβρηγνῦσα. Φεῦγε αὐτῆς τὴν γεῦσιν, ὦ ἀγαπητέ· γλυκεῖα γάρ ἐστιν ἐν τῇ γεύσει, πικρὰ δὲ μετὰ τὴν πρᾶξιν. *Μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, καὶ* [c] *πρὸς καιρὸν λιπαίνει τὸν φάρυγγα· ὕστερον δὲ πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ἠκονημένον μᾶλλον διστόμου μαχαίρας.* Πόρνη ἐστὶν ἡ ἡδονή, γλυκέα σοι προσομιλεῖ τὰς ἀρχάς, λαθραίως παρεμβάλλουσα ἐν τῇ ὁμιλίᾳ τὸ πικρὸν τοῦ θανάτου. Τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ ὄφις, γλυκὺς ἐν τῷ λόγῳ, καὶ πικρὸς ἐν τῷ ὄλῳ· γλυκὺ μὲν τὸ βρῶμα, πικρὸν δὲ τὸ πῶμα. Φεῦγε οὖν, ἀγαπητὲ, τὴν πόρνην, τὴν γλυκεῖάν σοι ὁμιλοῦσαν, καὶ πικρὰ τραύματα ἐμφέρουσαν· φεῦγε τὴν ἡδονὴν ὡς Ἠλίας τὴν Ἰεζάβελ. Ἦλθε τοίνυν ὁ Κύριος ἀπὸ οὐρανῶν· ἐπείνασεν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων εὗρασθαι· εὗρε τὴν πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν τοῦ βίου τούτου ἐστῶσαν· ἦλθεν ἐπ' αὐτὴν, καὶ εὑρίσκει αὐτὴν φύλλοις κομῶσαν, τουτέστι, δόγμασιν ἁμαρτίας ἀνθοῦσαν, μὴ ἔχουσαν δὲ αὐτὴν καρπὸν ἔτι θανάτου. Διὰ τί; Ἐπειδὴ οὐκ ἦν καιρός· τοῦτο γὰρ προσέθηκεν ὁ εὐαγγελιστής· *Οὐκ εἶχε, φησὶ, καρπὸν· οὐ γὰρ ἦν καιρός.* Πῶς γὰρ ἠδύνατο ἔτι θάνατον καρποφορῆσαι. Ἰησοῦ παραγενομένου, καὶ ἀνάστασιν τῷ κόσμῳ κηρύττοντος; Οὐκ ἔτι ἦν αὐτῆς καιρὸς καρποφορεῖν θάνατον· *Ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως*, τουτέστι, τοῦ νόμου. Οἶδε γάρ, φησὶν, ἡ Γραφὴ τὸν νόμον λέγειν Μωϋσέα, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Ἔχουσιν Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας.* Εἶπε Κύριος πρὸς αὐτὴν, Οὐ περαιτέρω καὶ *Μηκέτι ἐκ σοῦ καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα*· τουτέστι, Πρὸ τῆς ἐμῆς παρουσίας ἐκαρποφόρησας θάνατον· ἰδοὺ ἐγὼ παραγέγονα, αὕτη ἡ ἀνάστασις. Ἐμοῦ παραγενομένου *Μηκέτι ἐκ σου καρπὸς γένηται εἰς τὸν αἰῶνα. Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ συκῆ*· καὶ ἐπληρώθη τὸ γεγραμμένον, *Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;* Εἰπὼν γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς χειμῶνα εἶναι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ἡ συκῆ τοῖς φύλλοις ἐκόμα, ἠνίξατο ὅτι ἡ ἁμαρτία ἐκόμα, διὰ τὸ εἶναι τὸν διάβολον χειμῶνα ἐπικείμενον πάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι [d]. Πρὸ γὰρ τῆς τοῦ εἰρηνάρχου παρουσίας, ποικίλοις πνεύμασιν ἐκλονεῖτο τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, πρὸς εἰδωλολατρείας καὶ αἱμοχυσίας καὶ κώμους καὶ λαγνείας ἐλαυνόμενον· ἐλθὼν δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ εἰρήνη τοῦ κόσμου, κατέστειλε τὰς τῶν ἐναντίων πνευμάτων σπιλάδας ταραττούσας τὴν τοῦ βίου τούτου τῶν παθῶν ἁλμυροφόρον θάλασσαν, καὶ τὰ ἀφροφόρα τῶν ἡδονῶν κατέσβεσε κύματα. Καὶ ξηράνας τὴν συκῆν, ἐφύτευσε τὴν τοῦ σταυροῦ πίστιν ἀνθοῦσαν, καὶ ζωὴν πᾶσιν ἀστράπτουσαν· οὗ σταυροῦ αἱ μὲν ῥίζαι εἰς τὴν γῆν ἐτέθησαν. οἱ δὲ κλάδοι εἰς οὐρανοὺς ἀνετάθησαν· οὗ τὰ φύλλα ἀγήρατα, καὶ τὸ ἄνθος ἀμάραντον, καὶ ὁ καρπὸς ἀθάνατος· οὗ [e] καὶ ὁ Δαυὶδ μέμνηται ξύλου, λέγων· *Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀπορρυήσεται.* Τούτου τοῦ ξύλου μέμνηται καὶ ἡ Σοφία, λέγουσα· *Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς.* Τοῦτο τὸ ξύλον προφητικῷ ὀφθαλμῷ θεωρήσας Ἱερεμίας, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέλλον κατὰ Χριστοῦ πελεκᾶσθαι, εἰς πρόσωπον τῶν Ἰουδαίων ἀπεφθέγξατο, λέγων αὐτοῖς· *Δεῦτε, καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἐκ γῆς ζώντων.* [110] Ξύλον ὁ σταυρὸς, ἄρτος τὸ σῶμα Χριστοῦ. Λαβὼν γὰρ ὁ Κύριος ἄρτον, εἶπε· *Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.* Ἐπὶ τοῦτο τὸ ἰκρίον [f] τοῦ σταυροῦ ἀναβὰς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐκπετάσας, καὶ τὰς ἐν τῷ ἀέρι πετομένας δυνάμεις ἐξελάσας, ἀνεμπόδιστον ἡμῖν τὴν εἰς οὐρανὸν πορείαν ηὐτρέπιζε, καὶ κλίμακα μακρὰν ἡμῖν τὴν πίστιν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας [g]· καὶ τὸ παράδοξον, ἐὰν ἀκούσητε, ἀγαπητοὶ, ἔστη τὸ δένδρον τοῦ σταυροῦ, ἐφηπλώθη ἐν αὐτῷ ἡ ἀληθινὴ ἄμπελος, ἡ λέγουσα, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινή*· καὶ ἐγένετο τῷ μὲν διαβόλῳ ἀναδενδρὰς θανατηφόρος, ἡμῖν δὲ ἀναδενδρὰς ζωηφόρος, τὸν καύσωνα τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἀναστέλλουσα, καὶ σκιὰν ἀναπαύσεως ἡμῖν δωρουμένη. Ὑπὸ τὴν σκιὰν αὐτοῦ ὁ καθήμενος λέγει τὸ ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος εἰρημένον [h]· *Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ἐπεθύμησα καὶ ἐκάθισα, καὶ γλυκὺς αὐτοῦ ὁ καρπὸς ἐν τῷ λάρυγγί μου.* Ἐν ταύτῃ τῇ σκιᾷ θαῤῥήσας ὁ μακάριος Δαυὶδ ἔλεγε· *Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ.* Ἕως πότε; *Ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ἀνομία μου.* Ὦ θαυμαστοῦ πράγματος καὶ μυστηρίου καινοῦ! Ἡ πηγὴ ἐπὶ δένδρον ἔκειτο, καὶ ὁ σταυρὸς ὑπ' αὐτῆς ἐποτίζετο· νυγεὶς γὰρ λόγχῃ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξέπεμψε· τῷ μὲν αἵματι τὸν σταυρὸν πορφυρίζων, τῷ δὲ ὕδατι ἄρδων αὐτοῦ τὰς ῥίζας, ἵνα ἀθανάτους καρποὺς τοῖς πιστεύουσιν εἰς ἀεὶ ἀναθάλλῃ. Ὦ δένδρον μακαριστὸν, ὃ βασιλεῖς τιμῶσιν, καὶ ὕπαρχοι [i] σέβονται, ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες καὶ πᾶσα φύσις καὶ κτίσις ἀνθρώπων φυλακτήριον κέκτηνται· ὃ δαίμονες φρίττουσι, καὶ ὁ διάβολος τρέμει· ὃ ἄγγελοι ὑμνοῦσι, καὶ οὐρανοὶ εὐλογοῦσιν· Ἐκκλησίαι δὲ σεμνύνουσι τὸν ἐν αὐτῷ σταυρωθέντα Χριστόν! ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Unus μῶρος. [b] Savil. et quidam mss. καὶ χλημῶδές ἐστιν. Unus καὶ γληχῶδες. [c] Savil. et Bibl. ἢ et mox σὸν φάρυγγα. [d] Savil. τί δὲ ἔτι χειμῶνα λέγει εἶναι ὁ εὐ. ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, ἔνθα ἡ. σ. τ. φ. ἐκόμα; ἢ πάντως ἐπειγόμενος, ἔτι τῆς ἁμαρτίας ἀνθούσης, ἵνα τὸν διαβολικὸν χειμῶνα ἐπικείμενον πάσῃ ἀνθρωπότητι ἐπιδείξῃ.

[e] Savil. ὡς. [f] Savil. σημεῖον. [g] Savil. conj. ἀνατείνει. [h] Τὸ τοῦ Σ. λόγιον Savil. [i] Καὶ ἔπαρχοι καὶ τοπάρχαι Savil.

Εἰς τὸν Φαρισαῖον ὁμιλία.

Ὥσπερ πατὴρ φιλότεχνος προσομιλεῖν τοῖς ἑαυτοῦ φιλτάτοις ὑπὸ τῆς οἰκείας ἀγάπης ἑλκόμενος, καὶ ὄντων νηπίων μὴ δυναμένων ἀκούειν τελείων ῥημάτων διὰ τὸ νηπιώδες τῆς ἕξεως, ὁ πατὴρ ὑπαλλάξας τὴν φωνὴν, καὶ τὸ τροχαλὸν τῆς εὐγλωττίας ἀποθέμενος, ψελλίζειν αὐτοῖς ἄρχεται, ἐκ τοῦ λέγειν καὶ ἀκούειν πρὸς μείζονα ὁημάτων κατάληψιν τοὺς φιλτάτους ἑαυτοῦ ἐνάγων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν διὰ πολλὴν τὴν περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα ἀγάπην Θεὸς Λόγος ὑπάρχων, ἀνθρώπινον λόγον ἀναλαβὼν ἐλήλυθε πρὸς ἡμᾶς, ἵνα ἐκ τοῦ ὁμιλεῖν αὐτὸν καὶ συνδιατρίβειν, οὐράνιον ἀποκάλυψιν ἐπιδείξας ἐπὶ τὴν οὐράνιον κλίμακα, τουτέστιν, τῆς ἐλπίδος, ἡμᾶς ὁδηγήσῃ. Καλεῖται γοῦν εἰς ἄριστον ὑπὸ Φαρισαίου, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν τοῦ Εὐαγγελίου κηρύττοντος, καὶ οὐκ ἀποστρέφεται τὸν καλοῦντα· οὐ γὰρ ἦλθε τὸ ἀξίωμα τῆς θεότητος αὐτοῦ δεῖξαι, ἀλλὰ τὴν πεπτωκυῖαν ἀνθρωπότητα ἐκ τῶν καταχθονίων ῥύσασθαι. [111] Καλεῖται εἰς ἄριστον ὑπὸ Φαρισαίου, καὶ οὐ παραιτεῖται, ἵνα καὶ πλουσίους παιδεύσῃ μὴ ὑπερορᾶν τραπέζας πενήτων, καὶ δικαίους διδάξῃ μὴ διαπτύειν τραπέζας ἁμαρτωλῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

enim ficus planta latis frondibus, et peccatum etiam pruritum excitat, per latam et spatiosam viam ad perditionem deducens. Suavissimus est ficus fructus; suavis est voluptas, quæ in lapsum peccati dejicit eos qui ad ipsam accedunt. Fuge gustum ejus, carissime : dulcis enim est in gustu, sed amara post actum. *Mel enim distillat a labiis mulieris meretricis, et ad tempus impinguat fauces : postea vero amarius felle invenies, et acutum magis quam gladium utrinque acutum* (*Prov.* 5. 3. 4). Meretrix est voluptas, quæ dulcia tecum principio loquitur, clam inter colloquendum amaritiem mortis interserens. Talis erat et serpens ; dulcis in verbo, et amarus in dolo : dulcis quidem in esu, sed amarus in casu. Fuge igitur, carissime, meretricem, quæ dulcis est in colloquio et acerba vulnera infligit : fuge voluptatem, ut Elias Jezabelem. Venit igitur Dominus e cælis : esuriit vitam hominum invenire : invenit latæ ac spatiosæ vitæ hujus viæ insistentem : venit ad eam, et invenit eam foliis comantem, hoc est, documentis peccati florentem, sed ipsam tamen fructum mortis non habentem. Quid ita? Quoniam tempus non erat : hoc enim adjunxit evangelista : *Non habuit*, inquit, *fructum : non enim erat tempus.* Quomodo enim adhuc fructificare mortem poterat, cum advenisset Jesus, et mundo resurrectionem prædicaret ? Non erat ultra ejus tempus, ut mortem fructificaret : *Regnavit* quippe *mors ab Adam usque ad Moysem* (*Rom.* 5. 14), hoc est, legem. Solet enim, inquit, Scriptura Moysem legem appellare, ut in Evangelio : *Habent Moysem et prophetas* (*Luc.* 16. 29). Dixit illi Dominus : Ne ultra et *Ne amplius ex te fructus nascatur in sempiternum ;* hoc est, Ante adventum meum fructificasti mortem ; ecce adveni, hæc est resurrectio. Cum ego advenerim, numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. *Et arefacta est continuo ficulnea :* et impletum est quod scriptum est : *Absorpta est mors in victoria. Ubi est, mors, stimulus tuus ? ubi est tua, inferne, victoria* (*1. Cor.* 15. 54. 55) ? Cum enim dixit evangelista, tum temporis hiemem fuisse, cum luxuriabat foliis ficus, tum luxuriasse peccatum indicavit, quod toti hominum generi diabolus insidens hiems esset. Etenim antequam princeps pacis Christus adveniret, mortalium genus diversis spiritibus ad idolorum cultus et sanguinis effusiones, comessationes et luxuriam concitabatur : postquam autem Dominus noster Jesus Christus pax mundi venit, adversariorum spirituum scopulos suppressit, a quibus perturbationum vitæ hujus mare salsuginosum turbabatur, et spumantes voluptatum fluctus sustulit. Cumque ficum arefecisset, crucis fidem plantavit, quæ floruit et vita omnibus coruscavit : cujus crucis radices quidem in terram defixæ sunt, at in cælos protensi sunt rami ; cujus folia sunt senectutis expertia, et flos immarcescibilis, et fructus immortalis; cujus ligni meminit et David, dicens : *Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum : quod fructum suum dabit in tempore suo : et folium ejus non defluet* (*Psal.* 1. 3). Hujus ligni meminit Sapientia, dum ait : *Lignum vitæ est omnibus qui complectuntur eam* (*Prov.* 3. 18). Hoc lignum cum oculo prophetico Jeremias conspexisset, a Judæis adversus Christum fabricandum, in os Judæorum proloquutus est, dicens ipsis : *Venite, mittamus lignum in panem ejus, et eradamus eum de terra viventium* (*Jer.* 11. 19). Lignum est crux, panis corpus Christi. Dominus enim accepto pane dicit : *Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum* (*1. Cor.* 11. 24). In hanc tabulam crucis erectam cum Dominus noster Jesus Christus ascendisset, et suas manus expandisset, ac volantes in aere virtutes expulisset, expeditam nobis in cælum viam munivit, et scalam nobis fidem a terra sursum tendentem ; quodque admiratione dignum est, si attenderitis, dilectissimi, stetit crucis arbor, expansa est in illo vitis vera, quæ dicit : *Ego sum vitis vera* (*Joan.* 15. 1) : et facta est diabolo quidem letifer palmes, nobis autem vitam afferens palmes, peccatorum nostrorum æstum reprimens, et refrigerii nobis umbram impertiens. Sub ejus umbra qui considet, illud dicit, quod a Salomone prolatum est : *In umbra ejus concupivi, et sedi, et dulcis ejus fructus faucibus meis* (*Cant.* 2. 3). In hac umbra confidens beatus David dicebat : *Et in umbra alarum tuarum sperabo.* Quousque tandem ? *Donec transeat iniquitas mea* (*Psal.* 56. 2). O rem mirabilem, novumque mysterium ! Fons in arbore positus erat, et ab eo crux irrigabatur : lancea namque vulneratus in latere, sanguinem et aquam emisit : sanguine quidem crucem purpurans, aqua vero radices ejus irrigans, ut immortales fructus credentibus in perpetuum germinet. O beatissimam arborem, quam reges colunt et præsides venerantur, virique ac mulieres, et omnis natura creaturaque hominum munimentum ac præsidium possident : dæmones horrent, et diabolus tremit ; angeli collaudant, et cæli benedicunt ; Ecclesiæ vero Christum, qui in ea crucifixus est, honoribus prosequuntur : cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

AD SEQUENTEM HOMILIAM.

Hanc quoque Severiano adscribit is ipse, qui præcedentes homilias eidem tribuerat. Verum non ita perplexus intricatusque est hic quisquis sit scriptor, ut ille Gabalorum episcopus, etsi a Chrysostomi eloquentia et inventione longe sit alienus.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

DE PHARISÆO HOMILIA.

Quemadmodum pater liberorum amans, quem ad colloquia cum carissimis suis pignoribus miscenda proprii amoris vis pellicit, cum propter infantiam verba perfecta minime capiant, immutata nonnihil voce, atque expeditæ linguæ volubilitate semota, balbutire cum ipsis incipit ; atque ita dum loquitur, auditque dilectos liberos, ad verba melius percipienda sensim provehit : eodem etiam pacto Dominus noster præ nimia in figmentum suum caritate, cum sit Deus Verbum, humanis verbis assumptis ad nos venit : ut, cum ex suo colloquio atque convictu cælestem nobis revelationem manifestasset, nobis ad scalam cælestem, spei nimirum, gradum sterneret. Ad prandium igitur a Pharisæo vocatur, ut ex Evangelii præconio paulo ante audivimus ; neque vocantem aversatur. Non enim venit ut suæ divinitatis ostenderet dignitatem, sed ut collapsam vindicaret ab inferis humanam naturam. Ad prandium a Pharisæo vocatur, nec recusat (*Luc.* 11. 37) : ut et divites instruat pauperum mensas non despicere, et justos doceat a peccatorum mensa non abhorrere. Multi enim qui sibi esse justi videntur, a peccatorum, et divites a pauperum men-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sis abhorrent. Volens namque Dominus, ut omnes benevoli maxime ac fratrum amatores, caritate pleni, et humiles simus, primus opus aggreditur, ut factis suis nos doceat. Idcirco ait : *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde* (*Matth.* 11. 29). Tu ergo, qui in religione exerceris, siquando a quopiam peccatore vocaris, non recusaveris : licet unus aliquis exprobret tibi, ac dicat, Quid ita cum peccatoribus manducas, et bibis? vicissim in hæc verba responde : *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus* (*Id.* 9. 12). Justus enim sum, non ut justos salvem, sed ut peccatores convertam. Vocatur ad prandium Dominus, nec recusat, qui ex quinque panibus quinque millia ad satietatem in deserto nutrivit : qui mare impervium arefecit, et quasi per campum herbis virentem per mare Israelem traduxit : qui pluit illis manna de cælo, et toto die ex splendore mannæ nives. Vocatur ad prandium Dominus, nec recusat, in prandiis eos optimis erudiens disciplinis, a quibus vocatur. Ad prandium enim pergit, non ut epulis Pharisæi saturetur, sed ut Pharisæus Domini documentis expleatur. Vocatur ad prandium, et in ædes Pharisæi venit, ac divinitatem humanitate occultat : ne si forte derepente fulgurantem divinitatis splendorem intuitus esset, ex ædibus fugeret is qui Dominum invitarat. Ingreditur domum Pharisæi, Rex cælestis ad captivum, et pellea carnis lorica regiam obtegit majestatem : ne si Regem cælestem captivus conspexerit, contremiscat, terræque recessibus sese abdat. Ingreditur domum Pharisæi Sol justitiæ, radiorum scintillas auri in modum fulgentes nube corporis obvelans : ne, si eum intuitus fuerit homo, visum amittat. Ingreditur domum Pharisæi Pastor cælestis; nonaginta novem ovibus in montibus derelictis, ingreditur ad eam, quæ perierat (*Matth.* 18. 12) : in ovile suum ingreditur, pastorem suo corporis agno abscondens. Non baculum gestat, non virgam ob errorem priorem minantem : ne perterrefacta et expavescens ovis rursus ab ovili suo resiliat : verum ingreditur domum Pharisæi, non ut Deus, non ut Rex, non ut Sol justitiæ, sed ut homo ad hominem, ut agnus ad agnum. Simul cum illo vescitur, simul pascitur, simul sedet, ingreditur simul, recumbit cum eo, qui jam ceciderat in peccatum : ut, dum cum illo recumbit, eum qui jam ceciderat, simul erigat. Et cum ingressus esset, non est baptizatus secundum consuetudinem Pharisæorum. Hoc autem duas ob causas faciebat : ut ovi pastorem alloquendi occasionem præberet, itemque ut Judaicam doctrinam everteret, ac spiritualem stabiliret. Vidit enim, inquit, Pharisæus, et miratus est, quare prius baptizatus non esset; non laudans Magistrum, sed illud ignorans quod factum erat : non laudans, sed judicans. Ac videre erat, dilectissimi, Creatorem animantium a creatura judicatum, et figulum a luto correctum. Hoc accidebat Pharisæo, quod oculis cordis occultis non intueretur eum, qui interius angelicorum ordinum princeps erat. Si enim eum conspexisset, illi ad genua provolutus esset, ejusque pedes lacrymis proluisset, ac dixisset : *Propitius esto mihi peccatori* (*Luc.* 18. 13). Sic enim eum affatus esset : Tu omnia, cum ante non essent, ut essent effecisti : tuo verbo cæli firmati sunt, et spiritu tuo virtutes eorum constiterunt. Tu congregas sicut in utrem aquas maris, ponens in thesauris abyssos (*Psal.* 32. 6-8) : coram te totus orbis terrarum pertimescit ac fugit. Verum cum nihil horum aut cogitasset, aut dixisset, Dominum judicabat. Illi vero cum Dominus occasionem præbuisset, sicut Samaritanæ, ex eo quod aquam ab illa postulavit, cælestem ab ipso aquam petendi ansam dedit (*Joan.* 4. 9). Incipit itaque Dominus ovem sensim convertere, atque ab errore ad veritatem ipsam manu ducere. *Nunc* enim *vos, Pharisæi, quod deforis est calicis et catini mundatis; quod autem intus est, plenum est rapina* (*Luc.* 11.39) et dolo : hoc est, Vos quidem nunc corpus exornatis, animas autem deformatis. Quo autem pacto te delectabit, etsi aureum fuerit poculum, cum letiferam in se contineat potionem? Nonne tales sunt meretrices, quæ facies suas floridis coloribus pingunt, animas vero perdunt? annon enim, dum purpurisso vultus suos rubefaciunt, imaginem quamdam ejus, quæ exceptura est illas, flammæ digitis suis fabricantur? cum eas potius oporteret corda sua Jesu sanguine aspergere, vel roseo potius colore tingere, ac spiritu sua corda dealbare : ut florida species animæ refulgens tamquam rosa permixta liliis appareret. Jam vero facies suas inflammant, ut juvenum animos ad insaniam accendant. *Nunc vos, Pharisæi, quod deforis est culicis et catini mundatis; quod autem intus est vestrum, plenum est rapina et iniquitate :* quasi diceret : Quare corpus quidem aqua abluitis, delicta vero per spiritum non deluitis? Ausim enim dicere, dilectisssimi, nihil illud homini proderit, etsi corpus mundet, nisi spiritum cooperatorem et eleemosynam comitem habeat. Ut enim poculum licet exterius interiusque mundatum, si potionem non contineat, sitientis non potest cupiditatem explere; pari quoque ratione catinus : sic et homo licet interius sit exteriusque mundatus, Domino non placebit, nisi conservum suum paverit. Quapropter addit Dominus, et ait : *Veruntamen quod superest*, inquit, *date eleemosynam; et ecce omnia munda erunt vobis* (*Ibid. v.* 41). *Quod superest*, inquit : non enim adeo donariis opulentorum, ac sincera minimeque ficta oblatione simplicium delectatur. Ne lugeas, tu pauper, quoniam aurum non habes, aut tot onerarias argenti naves : projice in gazophylacium id quod habes : etiam duo minuta justificant. Recordare viduæ illius, quod præ opulentis justificata sit. Deus siquidem non pecunias ponderare novit, sed conscientiam probat. Eleemosyna maculas animarum abstergit, et bonorum præmia thesaurizat : eleemosyna vitalis animæ commeatus, eleemosyna dealbat animas, eleemosyna fiducia animæ, militia præclara. Projicite aurum, et accipite Dominum : date argentum, et accipite id quod sanctum est : æra spargite, simulque cum illis peccati rubigo abscedet : irrorate fornacem, et date vestimenta, ut accipiatis sanationes in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ADMONITIO

IN SEQUENTEM HOMILIAM.

Hanc quoque Chrysostomi non esse fatentur quotquot in sancti doctoris scriptis non sunt hospites. Severiano autem adscribit is ipse qui tam multa liberaliter episcopo Gabalorum attribuit. Verum hic quisquis sit scriptor, non ita salebris plenus est ut Severianus, etsi de cætero non magni sit pretii.

DE LAZARO ET DIVITE, HOMILIA SEXTA (*a*).

1. Maxima quædam est schola stadium Ecclesiæ, divitum ludus literarius, ac perfugium egenorum. Age ergo, dilectissimi, quandoquidem in arenam doctrinæ descendimus, præcedentis Evangelii documenta per-

(*a*) Collata cum quinque Codicibus Mss.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Πολλοὶ γὰρ παρ' ἑαυτοῖς δοκοῦντες εἶναι δίκαιοι, καταπτύουσι τραπέζας ἁμαρτωλῶν, καὶ οἱ πλούσιοι τῶν πενήτων. Βουλόμενος γὰρ ὁ Κύριος πάντας εἶναι φιλτάτους, φιλαδέλφους, ἀγαπητικοὺς, ταπεινόφρονας, πρῶτος ἄρχεται τοῦ ἔργου, ἵνα ἐκ τοῦ ποιῆσαι διδάξῃ. Διὸ λέγει· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ.* Σὺ οὖν ὁ ἐν εὐλαβείᾳ ἀσκούμενος, ὁπόταν κληθῇς ὑπό τινος ἁμαρτωλοῦ, μὴ παραιτήσῃ· κἂν ὀνειδίζῃ ὑπό τινος λέγοντος, Διὰ τί μετὰ ἁμαρτωλῶν ἐσθίεις καὶ πίνεις; ἀνταποκρίθητι λέγων· *Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.* Δίκαιος γάρ εἰμι, οὐχ ἵνα δικαίους σώσω, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς ἐπιστρέψω. Καλεῖται εἰς ἄριστον ὁ Κύριος, καὶ οὐ παραιτεῖται, ὁ ἐκ πέντε ἄρτων πέντε χιλιάδας εἰς κόρον διαθρέψας ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὁ τὴν ἀπόρευτον καταξηράνας θάλασσαν, καὶ καθάπερ διὰ χλοηφόρου πεδίου τῆς θαλάσσης τὸν Ἰσραὴλ διαγαγών, ὁ οὐρανόθεν αὐτοῖς τὸ μάννα ἐπομβρίσας, καὶ ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκ τῆς λαμπρότητος τοῦ μάννα χιόνας Καλεῖται εἰς ἄριστον ὁ Κύριος, καὶ οὐ παραιτεῖται, ἐν τοῖς ἀρίστοις τὰ ἄριστα τῶν μαθημάτων τοὺς καλοῦντας αὐτὸν ἐκδιδάσκων· ἀπέρχεται γὰρ εἰς ἄριστον, οὐχ ἵνα τῶν Φαρισαίου βρωμάτων ἐμφορηθῇ, ἀλλ' ἵνα ὁ Φαρισαῖος τῶν τοῦ Κυρίου διδαγμάτων ἐμπλησθῇ. Καλεῖται εἰς ἄριστον, καὶ ἔρχεται εἰς οἶκον τοῦ Φαρισαίου, καλύπτων τὴν θεότητα ἀνθρωπότητι, ἵνα μὴ ἄφνω θεασάμενος τὴν ἐξαστράπτουσαν αἴγλην τῆς θεότητος, φύγῃ ἐκ τοῦ οἴκου ὁ καλέσας τὸν Δεσπότην. Εἰσέρχεται εἰς τὸν τοῦ Φαρισαίου οἶκον, ὁ οὐράνιος βασιλεὺς πρὸς τὸν αἰχμάλωτον, καὶ καλύπτει τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα τῷ δερματίνῳ καταφράκτῳ τῆς σαρκὸς, ἵνα μὴ θεωρήσας τὸν οὐράνιον βασιλέα τρομάξῃ ὁ αἰχμάλωτος, καὶ εἰς γῆν καταδύσῃ. Εἰσέρχεται εἰς τὸν τοῦ Φαρισαίου οἶκον ὁ Ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, τὰς χρυσαυγαζούσας τῶν ἀκτίνων λαμπηδόνας καλύπτων τῇ νεφέλῃ τοῦ σώματος, ἵνα μὴ θεωρήσας ὁ ἄνθρωπος, ἀπολέσῃ τὴν ὅρασιν. Εἰσέρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου ὁ οὐράνιος ποιμήν· ἐάσας ἐπὶ τῶν ὀρέων τὰ ἐνενήκοντα ἐννέα πρόβατα, ἔρχεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλός· εἰσέρχεται εἰς τὴν μάνδραν αὐτοῦ καλύπτων τὸν ποιμένα ἐν τῷ ἀρνείῳ τοῦ σώματος. Οὐ βακτηρίαν ἐπιφέρεται, οὐ ῥάβδον ἀπειλοῦσαν τὴν προτέραν πλάνην, ἵνα μὴ δειλιάσαν καὶ πτοηθὲν τὸ πρόβατον πάλιν ἀποδράσῃ τοῦ ἰδίου ποιμνίου· ἀλλ' εἰσέρχεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ Φαρισαίου, οὐχ ὡς Θεὸς, οὐχ ὡς βασιλεὺς, οὐχ ὡς Ἥλιος δικαιοσύνης, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος πρὸς ἄνθρωπον, ὡς ἀρνίον πρὸς ἀρνίον. Συνδιαιτᾶται αὐτῷ, συννέμεται, συγκαθέζεται, εἰσέρχεται, συναναπίπτει τῷ ἤδη πεπτωκότι ὑπὲρ τὴν ἁμαρτίαν, ἵνα ἐν τῷ συναναπεσεῖν αὐτῷ τὸν ἤδη πεπτωκότα συνεγείρῃ. Καὶ εἰσελθὼν οὐκ ἐβαπτίσθη κατὰ τὸ ἔθος τῶν Φαρισαίων. Τοῦτο δὲ ἐποίει κατὰ δύο τρόπους, ἵνα δώσῃ ἀφορμὴν τῷ προβάτῳ λαλεῖν πρὸς τὸν ποιμένα· ἔτι δὲ καὶ δόγμα Ἰουδαϊκὸν καταλύσῃ, καὶ βεβαιώσῃ πνευματικόν. Εἶδε γάρ, φησὶν, ὁ Φαρισαῖος, καὶ ἐθαύμασεν, ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη, οὐκ ἐπαινῶν τὸν διδάσκαλον, ἀλλὰ ἀπορῶν τὸ γινόμενον, οὐκ ἐπαινῶν, ἀλλὰ κρίνων. Καὶ ἦν ἰδεῖν, ἀγαπητοὶ, τὸν ζωοπλάστην ὑπὸ τοῦ πλάσματος κρινόμενον, καὶ τὸν κεραμέα ὑπὸ τοῦ πηλοῦ διορθούμενον. Τοῦτο ἔπασχεν ὁ Φαρισαῖος μὴ θεωρῶν τοῖς κρυπτοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς καρδίας τὸν ἔνδοθεν τῶν ἀγγέλων ταξίαρχον. Εἰ ἐθεάσατο τοῦτον, προσέπεσεν ἂν τοῖς γόνασι, καὶ τοῖς δάκρυσιν ἔπλυνεν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ ἔλεγεν, *Ἰλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ.* Ἔλεγε γὰρ ἂν· Σὺ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παραγαγὼν· τῷ σῷ λόγῳ οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τῷ σῷ αἱ δυνάμεις αὐτῶν συνέστησαν. Σὺ συνάγεις ὡς εἰς ἀσκὸν ὕδατα θαλάσσης, τιθεὶς ἐν θησαυροῖς ἀβύσσους· ἀπὸ σοῦ φοβεῖται πᾶσα ἡ οἰκουμένη. Ἀλλ' οὐδὲν τούτων [112] οὔτε ἐννοήσας, οὔτε εἰρηκὼς ἔκρινε τὸν Δεσπότην· ὁ δὲ Κύριος πρόφασιν δεδωκὼς, ὥσπερ ἐκείνῃ τῇ Σαμαρείτιδι, ἐκ τοῦ αἰτῆσαι παρ' αὐτῆς ὕδωρ, ἔδωκε καιρὸν τοῦ αἰτῆσαι παρ' αὐτοῦ τὸ οὐράνιον ὕδωρ. Ἄρχεται οὖν ὁ Κύριος ἠρέμα ἐπιστρέφειν τὸ πρόβατον, καὶ ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὸν χειραγωγεῖν. *Ἄρτι γὰρ ὑμεῖς, οἱ Φαρισαῖοι, πλύνετε τὸ ἔξω τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος· τὸ δὲ ἔσωθεν γέμει ἁρπαγῆς καὶ δόλου·* τουτέστιν, Ὑμεῖς νῦν τὸ μὲν σῶμα καλλωπίζετε, τὰς δὲ ψυχὰς κακίζετε. Πῶς δὲ καὶ τέρψῃ, χρυσοῦν ἂν ᾖ τὸ ποτήριον, ὅταν ἔνδον ἔχῃ θανατηφόρον ποτόν; Οὐχὶ τοιαῦται αἱ πόρναι, τὰς ὄψεις αὐτῶν τοῖς χρώμασιν ἀνθίζουσαι, τὰς ψυχὰς ἀφανίζουσιν; ἢ γὰρ οὐχὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν φοίνικι ἐρυθραίνουσαι, εἴδωλον τῆς μελλούσης αὐτὰς ὑποδέχεσθαι φλογὸς οἰκείοις δακτύλοις ἐργάζονται; δέον αὐτὰς τῷ αἵματι τοῦ Ἰησοῦ τὰς καρδίας ῥαντίζειν, μᾶλλον δὲ ῥοδίζειν, καὶ τῷ πνεύματι τὰς καρδίας αὐτῶν λευκαίνειν· ἵνα τὸ ἄνθος τῆς ψυχῆς ἀστράπτον καθάπερ ῥόδον ἐν κρίνῳ μεμιγμένον ὑπάρχῃ. Νῦν δὲ τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐκφλογίζουσιν, ἵνα τὰς τῶν νέων καρδίας πρὸς μανίαν ἐκκαύσωσιν. *Νῦν ὑμεῖς, οἱ Φαρισαῖοι, τὸ ἔξωθεν τοῦ ποτηρίου καὶ τοῦ πίνακος πλύνετε, τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς καὶ πονηρίας·* ὡσανεὶ ἔλεγε, Διὰ τί τὸ μὲν σῶμα ὕδατι λούετε, τὰ δὲ πταίσματα ἐν τῷ πνεύματι οὐ λούετε; Τολμῶ γὰρ εἰπεῖν, ἀγαπητοὶ, οὐδὲν ὠφεληθήσεται ἄνθρωπος, κἂν τὸ σῶμα πλύνῃ, ἐὰν μὴ πνεῦμα ἔχῃ συνεργὸν, καὶ σύνδρομον τὴν ἐλεημοσύνην. Ὥσπερ γὰρ ποτήριον καὶ ἔξωθεν πλυθὲν καὶ ἔσωθεν, μὴ ἔχον δὲ ποτὸν, οὐκ ἂν ἰάσηται τοῦ διψῶντος τὴν ἐπιθυμίαν, ὁμοίως δὲ καὶ πινάκιον· οὕτω καὶ ἄνθρωπος. κἂν ἔσωθεν ᾖ πεπλυμένος καὶ ἔξωθεν, οὐ τέρψει τὸν Κύριον, ἐὰν μὴ θρέψῃ τὸν σύνδουλον. Διὸ ἐπιφέρει ὁ Κύριος, καὶ λέγει· *Πλὴν τὰ ἐνόντα, δότε ἐλεημοσύνην· καὶ ἰδοὺ πάντα καθαρὰ ἔσται ὑμῖν. Πλὴν τὰ ἐνόντα,* λέγει· οὐ γὰρ τῇ τῶν πολυχρύσων προσκομιδῇ τέρπεται, ὅσον τῇ τῶν ἀδόλων ἀνυποκρίτῳ προσφορᾷ. Μὴ ζητήσῃς [a] σὺ ὁ πένης, ὅτι οὐκ ἔχεις χρυσὸν, καὶ ἀργύρου τοσάσδε ὀλκάδας· ῥῖψον εἰς τὸ γαζοφυλάκιον ὃ ἔχεις· καὶ δύο λεπτὰ δικαιοῖ. Μνήσθητι τὸ τῆς χήρας ἐκείνης, ὅτι ἐδικαιώθη ὑπὲρ τοὺς πολυχρύσους. Ὁ γὰρ Θεὸς χρήματα οὐκ οἶδε σταθμίζειν, ἀλλὰ συνείδησιν δοκιμάζει. Ἡ ἐλεημοσύνη σπίλους ψυχῶν ἀποσμήχει, καὶ μισθοὺς ἀγαθῶν θησαυρίζει· ἡ ἐλεημοσύνη ψυχῆς ζωτικὴ χορηγία, ἡ ἐλεημοσύνη τὰς ψυχὰς ἐκλευκαίνει, ἡ ἐλεημοσύνη ψυχῆς παῤῥησία, καλὴ στρατηγία. Ῥίψατε χρυσὸν, καὶ λάβετε Κύριον· δότε ἀργύριον, καὶ λάβετε τὸ ἅγιον· σκορπίσατε χαλκὸν, καὶ συνεξελεύσεται αὐτῷ ὁ ἰὸς τῆς ἁμαρτίας· δροσίσατε τὴν κάμινον, καὶ δότε ἱμάτια, ἵνα λάβητε ἱάματα, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Θρηνήσῃς conjecit Savil. et expressit interpres.

---

[113] *Εἰς τὸν Λάζαρον καὶ εἰς τὸν πλούσιον, ὁμιλία ς'.*

α'. Μέγιστόν ἐστι διδασκαλεῖον τὸ τῆς Ἐκκλησίας στάδιον, πλουσίων παιδευτήριον, πενήτων καταφύγιον. Φέρε τοίνυν, ἀγαπητοὶ, ἐπειδήπερ ἐν τῷ σκάμματι [a] τῆς διδασκαλίας ἐστήκαμεν, τοῖς τοῦ προλαβόντος διδάγμασιν ἑξακολουθήσαντες. τὰ ἀρτίως εἰρημένα ἐν χερσὶ λαβόντες, πᾶσιν ὑμῖν τὰς παρ' ἡμῶν ὀφειλομένας ψεκάδας τοῦ λόγου δροσίσωμεν. Ἦν δὲ ἡμῖν τὸ ἀνάγνωσμα διηγούμενον πλουσίου καὶ πένητος πολιτείαν· πλουσίου μὲν τὸν βίον τῇ τρυφῇ βεβαπτισμένον, πένητος δὲ τὸν βίον τῇ πτωχείᾳ κατεστιγμένον [b]. *Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον, εὐφραινό-*

[a] Alii ἐν τῷ σταδίῳ, et paulo post ἀκολουθοῦντες.

[b] Sic omnes præter Morel., qui habet πτωχείαν κατεστιγμένον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος ὀνόματι, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἡλκωμένος, καὶ ἐπιθυμῶν ἀπὸ τῶν πιπτόντων ψιχίων τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου μεταλαβεῖν· καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἔλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. Ἀναγκαῖον τοίνυν διηγήσασθαι, ἀγαπητοί, τὰ κατὰ μέρος, ἵν' ὥσπερ οἱ πλωτῆρες ἐκ τῆς τῶν προπλεόντων πείρας φύγωμεν καὶ ἡμεῖς τὰς ὑφάλους τῶν ναυαγίων πέτρας· ἵν' οἱ μὲν πλούσιοι ἐκ τῆς τοῦ προλαβόντος πλουσίου τιμωρίας ἑαυτοὺς σωφρονίσωσιν, οἱ δὲ πένητες τὰς ἐαυτῶν ἐλπίδας ἐν Λαζάρῳ ὁρῶντες προλαμπούσας. προθύμως τὸν δρόμον τῆς θλίψεως διεκδράμωσιν. *Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος.* *Ἄνθρωπός τις.* Οὐ τετίμηται τῇ τοῦ ὀνόματος προσηγορίᾳ, ὥσπερ ὁ δίκαιος Ἰώβ. *Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, ᾧ ὄνομα Ἰώβ.* Τούτου δὲ παρασεσιώπηται τὸ ὄνομα· ὁ γὰρ ἄκαρπος ἐστέρηται καὶ τοῦ ὀνόματος (δικαίων γὰρ καὶ τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς, ἁμαρτωλῶν δὲ ἐξαλειφθήσεται), μόνον ἔχων τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ὄνομα τὸ ἄνθρωπος· τοῦτο γὰρ πάντων κοινὸν τὸ ὄνομα. Ἀλλὰ κοινὸν μὲν εἶχε τὸ ὄνομα, ἰδιάζουσαν δὲ τῆς κακίας τὴν ὠμότητα. *Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος.* Συγγενὴς μὲν τοῦ πένητος Λαζάρου κατὰ τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ξένος δὲ τῆς ἐν Χριστῷ κληρονομίας διὰ τὴν τῆς προαιρέσεως μοχθηρίαν. *Ἄνθρωπός τις ἦν.* Ἄνθρωπος μὲν ἦν τῷ σχήματι, τῷ δὲ φρονήματι θηρίον μονοφάγον. *Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος.* Πλούσιος ἐν κτήμασι, πλούσιος ἐν ἐγκλήμασι, πλούσιος ἐν χαλκῷ, πλούσιος ἐν ἰῷ ἁμαρτίας· ἀργύρῳ περιλαμπόμενος, ἀλλ' ἁμαρτίαις συσκοτιζόμενος· πλούσιος ἐν χρυσῷ, ἀλλὰ πτωχὸς [a] ἐν Χριστῷ· ἐσθῆτα ἔχων πολλὴν, ἀλλὰ γυμνὴν ἔχων τὴν ψυχήν· πολυτελῆ ἐσθῆτα φυλάσσων, καὶ σῆτας ἐκτρέφων πολλούς. *Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος.* Πλούτῳ κομῶν, ἄνθος δικαιοσύνης οὐκ ἔχων· δένδρον φθινοπωρινὸν, ἄκαρπον, δὶς ἀποθανόν. *Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον.* Πορφύραν μὲν εἶχε τὸ ἔνδυμα, τῆς βασιλείας δὲ τοῦ Θεοῦ ἀπέρριπτο, πορφύραν εἶχεν, οὐ τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ἐρραντισμένην, ἀλλ' ἐξ αἵματος κοχλίου θαλάσσης [b] βεβαμμένην· οὐ βασιλείαν οὐρανῶν μνηστευομένην αὐτῷ, ἀλλὰ φοβερὰν φλόγα γεέννης αὐτῷ προλάμπουσαν. *Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο βύσσον καὶ πορφύραν, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς.* Εὐφραινόμενος, οὐχ ὡς οἱ δίκαιοι ἐν Κυρίῳ (δικαίων γὰρ εὐφροσύνη μνήμη Θεοῦ, ὡς μαρτυρεῖ μοι Δαυὶδ λέγων· *Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ ηὐφράνθην*), ἀλλ' ἦν εὐφραινόμενος ἐν μέθαις, ἐν ἀσωτίαις, ἐν κραιπάλαις, ἐν ἀταξίαις, οὐδὲν ἀπεοικὼς χοίροις ἐν βορβόρῳ κυλινδουμένοις. *Πτωχὸς* [114] *δέ τις ἦν Λάζαρος.* Εἶπε τοῦ πένητος τὸ ὄνομα, τιμῶν τὸν πτωχὸν διὰ τῆς τοῦ ὀνόματος προσηγορίας. *Πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος, ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ,* τῇ τρικυμίᾳ τῆς πτωχείας σφοδρῶς κλονούμενος, ἀλλὰ μετ' οὐ πολὺ εἰς τὸν εὔδιον κόλπον τοῦ Ἀβραὰμ ὑπ' ἀγγέλων δορυφορούμενος. *Πτωχὸς δέ τις ἦν Λάζαρος, ὃς πρὸς τὸν πυλῶνα τοῦ πλουσίου ἐβέβλητο ἡλκωμένος.* Ὢ πόσοις κακοῖς ὁ πτωχὸς συνείχετο! ὑπὸ τῆς βαρυτάτης πενίας, ὥσπερ ὑπὸ χαλάζης βιαίας ἐκολαφίζετο· ὑπὸ τῶν ἀναζεουσῶν φλυκταινῶν, ὥσπερ ὑπὸ ἀνθράκων σπινθηροβόλων διησθίετο· πανταχόθεν χείμαρροι αὐτῷ θλίψεως προσηρράσσοντο, τὸ σῶμα διαλύοντες, τὴν καρδίαν συνθρύπτοντες· οὐδεμία αὐτῷ ἄνεσις γαλήνης ηὑρίσκετο. *Ἐξωθεν μάχαι ἔσωθεν φόβοι.* Ἐξωθεν γὰρ τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν φλυκταινῶν ἐδαμάζετο, καὶ ἔσωθεν ἡ καρδία ὑπὸ τῶν ἀπαραιτήτων φροντίδων διησθίετο. Οὐ χώρα αὐτῷ σιτοφόρος σπέρμα ἄρτου προσέφερεν, οὐκ ἄμπελος αὐτῷ βότρυν γλυκύρρωγον προσεκόμιζεν, οὐ δένδρον ὁπώρας ἥδιστον καρπὸν αὐτῷ ἐγεώργει, οὐδ' ἄλλο τι τῶν γεηρῶν πρὸς τὴν τῆς πενίας παραμυθίαν ἦν. Πῶς γὰρ, ᾧ οὐδὲ σπιθαμὴ γῆς ἀροσίμου τόπος ὑπῆρχεν, οὔτε πηχυαῖον ἔδαφος εἰς κατοίκησιν, ἀλλ' αἴθριος ἐβέβλητο ἐπὶ τῆς κοπρίας; Κόπρος αὐτῷ καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ περιβόλαιον ἦν, θάλπουσα μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐκ μέρους, ἐν δὲ τῷ θέρει δεινῶς κατακαίουσα. Κατεστιγμένον εἶχε τὸ σῶμα τοῖς τραύμασιν, ἀδρανὲς πρὸς γεωργίαν, ἄχρηστον πρὸς ὁδοιπορίαν καὶ ἐμπορίαν, καὶ πρὸς τὰς ἄλλας τῶν χρειῶν ἀφερμὰς ἀνεπιτήδειον. Πανταχόθεν αὐτῷ ἀπορία, πανταχόθεν στένωσις· στεναγμοὶ αὐτῷ πρὸ δακρύων ἐπὶ τῇ καρδίᾳ τριβόλων δίκην ἐφύοντο· ὀχετοὶ δακρύων ἐπὶ παρειῶν αὐτῷ ἐφέροντο· τῇ συνεχεῖ τῶν δακρύων ῥύμῃ αὐλακιζόμεναι· θάνατον ἐν τοῖς ὕπνοις ἐμελέτα, θάνατον μετὰ τὸν ὕπνον περιεβλέπετο, καὶ οὐδαμοῦ εὕρισκεν. Πόνων γὰρ καὶ φροντίδων μακρῶν ὡς λυτήριον ἐπεζήτει τὸν θάνατον, οὐδὲν ἀπεοικὼς τῷ πολυάθλῳ Ἰώβ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀπωλέσας τὰ χρήματα, τὰ βουκόλια, τὰ κτήματα, τελευταῖον γυμνὸς τὸ σῶμα τοῖς σκώληξι συνειλημμένος, ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐβέβλητο, καὶ θάνατον ἐπεθύμει. Τί γὰρ ἔλεγε; *Ἵνα τί δέδοται τοῖς ἐν πικρίᾳ ζῶσι, ζωὴ δὲ ταῖς ἐν ὀδύναις ψυχαῖς; Οἱ ἱμείρονται τοῦ θανάτου, καὶ οὐ τυγχάνουσιν, ἀνορύττοντες αὐτὸν ὥσπερ θησαυρόν· περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο, ἐὰν κατύχωσι· θάνατος γὰρ ἀνδρὶ ἀνάπαυσις.* Ἀλλὰ καὶ ἐπεθύμει, φησὶν, *ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ πλουσίου χορτασθῆναι, καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ.* Ὢ βίου ἀλλοκότου! ὁ μὲν πλούσιος ἐν τῷ πολυφόρτῳ [c] ῥεύματι τῆς τρυφῆς καταρδευόμενος ἐμέθυεν, ὁ δὲ πένης μηδεμίαν ἔχων εὐπορίας ἰκμάδα, τῷ καύσωνι τῆς πενίας ἐμαραίνετο. Διὰ τί γὰρ αὐτοῖς εὔκρατος ὁ πλοῦς τοῦ βίου ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους κοινωνίᾳ οὐ γεγένηται; Διὰ τί; Ἵνα ὁ μὲν πένης λαμπροὺς τοὺς στεφάνους τῆς ὑπομονῆς ὑποδέξηται, ὁ δὲ πλούσιος τῆς ἀποτεθηριωμένης ψυχῆς τοὺς ὄμφακας τοῖς οἰκείοις ὀδοῦσι μασήσηται. Ἀλλὰ καὶ *οἱ κύνες*, φησὶν, *ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ.* Εὐγενέστεροι οἱ κύνες τοῦ πλουσίου, ἀγαθώτεροι τῆς ἐκείνου ἀπανθρωπίας. Ἐκείνου μηδέποτε ψεκάδα ἐλαίου [d] δροσίσαντος τῷ πένητι, οἱ κύνες τὴν ἀκμὴν τῶν ὀδόντων τῇ φιλανθρωπίᾳ πραΰναντες, ἀπαλῇ τῇ γλώσσῃ αὐτὸν ἐθεράπευον, ὡς ἂν πᾶσαν ῥυπαρίαν καὶ πάντα ἰχῶρα τῶν τραυμάτων αὐτοῦ ἀποσμήχοντες· καὶ τὰ ἄγρια ἕλκη τῇ λειότητι τῆς γλώττης τιθασσεύοντες, τοὺς πόνους τῶν τραυμάτων αὐτοῦ ὑπέκλεπτον ἠρέμα. Ὁ δέ γε πλούσιος οὐδὲ ὄμμα ἱλαρὸν ἐχαρίσατο τῷ πένητι πώποτε, οὐδὲ λόγον κἂν ἄκαρπον, οὐ ῥάκος αὐτῷ ἐπέρριψεν, οὐ σίτων λείψανον. οὐκ ὀβολὸν ἕνα ὑπὸ ἰοῦ δεδαπανημένον, οὐκ ἄρτον, οὐ κλάσμα ἄρτου ὑπ' εὐρῶτος διεφθαρμένου, ἀλλὰ πάντα ἐν τῇ αὐτοῦ γαστρὶ, ὥσπερ ἐν πανδοχείῳ, διὰ τῆς τοῦ φάρυγγος χώνης ἐνέρριπτεν.

β'. [115] Ἀλλὰ τί; Οἷα ἑκάστου τὰ ὀψώνια, τοιαῦται καὶ αἱ ἀνταποδόσεις. *Συνέβη δὲ,* φησὶν, *ἀποθανεῖν τὸν πένητα, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ.* Μόλις ποτὲ ὁ πένης ἀπὸ τῆς ζαλώδους πενίας ῥυσθεὶς, εἰς τὸν εὔδιον λιμένα τοῦ Ἀβραὰμ ἀπέπλευσεν. *Ἐγένετο γὰρ,* φησὶν, *ἀποθανεῖν τὸν Λάζαρον, καὶ ἀπενεχθῆναι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ.* Ὁρᾷς, πῶς ἡ πενία μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον δορυφόρους ἀγγέλους ἔχει; *Συνέβη δὲ καὶ τὸν πλούσιον ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι.* Εὐθὺς ἐπὶ τοῦ πλουσίου τέτακται ἡ ταφὴ, κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ Δαυὶδ λεγόμενον· *Καὶ οἱ τάφοι αὐτῶν οἰκίαι αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.* Διὰ τοῦτο λέγεταί σοι· Πτωχὲ, *Μὴ φοβοῦ, ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται ἑαυτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ.* Ἐνταῦθα γὰρ πάντα καταλιμπάνει, τοὺς δούλους, τοὺς ὑπασπιστὰς, τοὺς ὑπηρέτας, τοὺς παρασίτους, τοὺς κόλακας, τὰ ὀχήματα, τοὺς χρυσοχαλίνους ἵππους, τὰ βαλανεῖα, τὰ χωρία, τοὺς χρυσωρόφους οἴκους, τὰ ἐψηφωμένα ἐδάφη, τὴν βασιλείαν, τὴν ἐξουσίαν, τὴν δεσποτείαν, πάντα ἐνταῦθα καταλιμπάνει, καὶ γυμνὸς ἀπέρχεται. Καὶ ὑπάρχων ἐν τῷ ᾅδῃ, *Ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμούς.* Ἐνθυμήθητι, εἰς ὅσον βάθος ὑπῆρχεν ὁ πλούσιος, εἰς δὲ οἷον ὕψος ὁ πένης. *Καὶ ἐπάρας,* φησὶ, *τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὁ πλούσιος, εἶδε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ.* Διὰ τί γὰρ μὴ ὁ Λάζαρος εἶδε τὸν πλούσιον; Ἐπειδὴ ὁ ἐν τῷ φωτὶ τυγχάνων τὸν ἐν τῷ σκότει ὄντα οὐ βλέπει, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ σκότει τὸν ἐν τῷ φωτὶ ὄντα ὁρᾷ. Καὶ εἶπε· *Πάτερ Ἀβραὰμ, ἐλέησόν με.* Ἄρτι λέγεις, *Ἐλέησον*, ὅτε καιρὸς ἐλέους οὐκ ἔστιν. Οὐκ ἤκουσας τοῦ λέγοντος, *Ἀνίλεως ἡ κρίσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος;* Νῦν μετανοεῖς, ὅτε οὐκ ἔστιν ἐξομολόγησις. Οὐκ ἤκουσας τοῦ

[a] Alii ἀλλὰ μέτριος. [b] Hic magna est lectionum varietas. Savil. et duo habent κόχλου θαλαττίου, unus κόχλου θαλασσίας, alius κοχύλης θαλασσίας, Morel. κοχλίου θαλάσσης.

[c] Πολυχύτῳ Savil. et alii; πολυφόρτῳ Morel. Mox Savil καταδευόμενος, mss. καταρδευόμενος, Morel καταρδούμενος. [d] Ἐλαίου mss., ἐλέου Savil.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sequentes, iis quæ paulo ante dicta sunt in manus sumptis, vobis omnibus debitas a nobis orationis stillas, quasi roris guttas aspergamus. Porro divitis nobis et pauperis conversationem lectio narrabat : divitis quidem vitam deliciis immersam; pauperis autem vitam paupertate maceratam. *Homo quidam erat dives, et induebatur bysso et purpura, qui epulabatur quotidie splendide* (*Luc.* 16. 19). *Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, et cupiens particeps fieri micarum, quæ cadebant de mensa divitis : et nemo illi dabat; sed et canes veniebant, et lingebant ulcera ejus* (*Ibid. v.* 20). Operæ pretium est itaque, dilectissimi, sigillatim hæc exponere, ut quemadmodum illi, qui navigant, ex eorum qui navigatione ante perfuncti sunt, malis edocti, nos quoque naufraga sub mari latentia saxa vitemus : ut divites quidem ex præcedentis divitis supplicio seipsos corrigant; pauperes vero, dum præfulgentes in Lazaro spes suas intuentur, alacriter cursum afflictionis decurrant. *Homo quidam erat dives.* Non dignatus est eum nominis sui appellatione decorare, quemadmodum Job justum : *Homo quidam erat in regione Ausitide, cui nomen Job* (*Job* 1. 1). Sed hujus nomen silentio est suppressum. Qui enim est infructuosus, etiam nomine privatur. Nam justorum etiam nomina sunt in libro vitæ, peccatorum vero nomina delebuntur. Tantum habet naturæ commune nomen, homo : hoc enim omnium est commune nomen : propriam autem nequitiæ suæ crudelitatem. *Homo quidam erat dives.* Cognatus quidem pauperis Lazari, si naturam corporis spectes; peregrinus autem et alienus ab hæreditate Christi propter voluntatis improbitatem. *Homo quidam erat.* Homo quidam corporis specie, animi vero sensu bellua, quæ sola pascatur. *Homo quidam erat dives.* Dives possessionibus, dives criminibus, dives ære multo, dives ærugine peccati : argento circumfulgens, sed obtenebratus peccatis : dives in auro, sed egenus in Christo : cui multa quidem vestis erat, sed animam nudam habebat : qui pretiosas vestes servabat, ac tineas multas alebat. *Homo quidam erat dives.* Divitiis luxurians, florem justitiæ non habens, arbor autumnalis, infructuosa, bis mortua. *Homo quidam erat dives, et induebatur purpura et bysso.* Purpura quidem illi vestimentum erat, sed a regno Dei rejectus erat : purpuram habebat, non sanguine Christi aspersam, sed marini conchylii sanguine tinctam, quæ non regnum illi cælorum spondebat, sed formidabilem gehennæ flammam suo splendore prænuntiabat. *Homo quidam erat dives, et induebatur bysso et purpura, qui epulabatur quotidie splendide.* Epulabatur et delectabatur, non ut justi in Domino : justorum quippe delectatio est Dei recordatio, cujus mihi rei testis est David dicens, *Memor fui Dei, et delectatus sum* (*Psal.* 76. 4) : sed delectabatur et gaudebat in ebrietatibus, in luxuriosis commessationibus, in helluationibus, in tumultu, nihil dissimilis porcis, qui in luto volutantur. *Erat autem quidam mendicus Lazarus.* Nomen pauperis dixit, ac mendicum honore, nomine ipsius expresso, affecit. *Erat autem mendicus quidam Lazarus, qui jacebat ad januam ejus,* mendicitatis procella vehementer jactatus : at enim post non multum tempus ad tranquillum Abrahæ sinum stipantibus ejus latus angelis est provectus. *Erat autem quidam mendicus Lazarus, qui ad januam divitis jacebat ulceribus plenus.* O quantis erat malis mendicus obsessus! a gravissima paupertate, tamquam a violenta grandine diverberabatur : ab ebullientibus pustulis, tamquam carbonibus scintillas emittentibus, corrodebatur : undique in eum torrentes afflictionum irruebant, quibus et corpus conficiebatur et cor exedebatur: nullam tranquillitatis quietem poterat obtinere. *Foris pugnæ, intus timores* (2. *Cor.* 7. 5). Exterius siquidem corpus a pustulis vexabatur, et interius cor incurabilibus curis exedebatur. Non illi segetum ferax ager panis semen proferebat : non illi dulcibus turgidum acinis racemum vitis producebat : non dulcissimos illi fructus autumnales arbor suppeditabat : non aliud quidpiam ex terræ frugibus ad egestatis solatium suppetebat. Quomodo habuisset, cum illi ne spithama quidem arabilis terræ locus esset, neque unius cubiti solum ad habitandum, verum in fimo sub dio jaceret? Fimus illi noctu atque interdiu amictus erat, a quo hiemis quidem tempore paululum fovebatur, æstate vero graviter urebatur. Corpus illi erat vulneribus variegatum et compunctum, ad agros colendos imbecillum, ad iter conficiendum inutile, ad alios vitæ usus et ad commoda ineptum. Undique illi difficultates, undique angustiæ : gemitus illi ante lacrymas tribulorum in modum in corde pullulabant : lacrymarum rivi per genas illi ferebantur, easque præ nimia assiduitate rivis quibusdam sulcabant : mortem in somnis meditabatur, mortem post somnum circumspiciebat, nec uspiam inveniebat. Laborum enim longarumque curarum remedium mortem exquirebat, nihil dissimilis Jobo multis ærumnis exercito. Nam et ille pecuniis amissis, armentis, prædiis, ad extremum corpore vermibus resperso in fimo jacebat, ac mortem optabat. Quid enim dicebat? *Ut quid data est eis, qui in amaritudine sunt, lux, et vita animabus, quæ sunt in doloribus? Qui desiderant mortem, et non contingit illis, effodientes eam quasi thesaurum; læti autem fient, si fuerint consequuti : mors enim viro requies. Sed et cupiebat,* inquit, *saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis : et nemo illi dabat* (*Job* 3. 20 - 23). O vitæ rationem inauditam! dives quidem opibus circumfluens, deliciis sese ingurgitabat et helluabatur; pauper autem cui ne gutta quidem opum suppetebat, paupertatis æstu torridus contabescebat. Quare vero non illis moderata cum prosperitate obtigit vitæ cursus cum mutuo inter se commercio transactus? Ut nimirum illustrem patientiæ coronam pauper acciperet; dives autem efferatæ animæ suæ acerbas uvas suis dentibus manderet. *Sed et canes venientes lingebant ulcera ejus.* Generosiores divite canes, ejus inhumanitate meliores. Illo ne guttam quidem olei pauperi aspergente, canes dentium cuspidem humanitate mollientes, eum tenera lingua curabant : ut sordes omnes atque vulnerum ejus omnem saniem abstergentes, et acerba ejus ulcera lævitate linguæ mitigantes, ejus vulnerum dolores subtraherent. At ille dives ne aspectu quidem placido pauperem umquam dignabatur, neque verbo quantumvis inutili : non illi vestem laceram projiciebat, non reliquias tinearum, non consumptum rubigine obolum unum, non panem, non exesum mucore panis frustum, sed omnia in ventrem suum tamquam in cauponam per gutturis infundibulum demittebat.

2. Quid vero tandem? Qualia cujusque obsonia, tales et retributiones. *Factum est autem ut moreretur pauper, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.* Vix aliquando tandem ab hac procellosa paupertate liberatus, in tranquillum Abrahæ portum pauper invectus est. *Factum est* enim, inquit, *ut moreretur Lazarus, et portaretur ab angelis in sinum Abrahæ* (*Luc.* 16. 22). Vides ut post discessum ex hac vita, paupertas angelos habeat stipatores? *Accidit autem, ut et dives moreretur et sepeliretur.* Statim de divite sepulturam commemoravit; secundum id quod dictum est a Davide : *Et sepulcra eorum domus illorum in æternum.* Propterea dicitur tibi : Mendice, *Ne timueris, cum dives factus fuerit homo. Quoniam, cum interierit, non sumet omnia : neque descendet cum eo gloria ejus* (*Psal.* 48. 12. 17. 18). Hic enim omnia derelinquit, servos, satellites, ministros, parasitos, adulatores, currus, equos aureis frenis ornatos, balnea, prædia, domos aureis laquearibus splendidas, distincta lapillis ac tesserulis pavimenta, regnum, potentiam, dominatum, omnia hic derelinquit, et nudus abscedit. Et cum esset in inferno, *Elevans oculos suos* (*Luc.* 16. 23). Cogita in quanta profunditate versaretur dives, in quanta vero altitudine pauper. *Et elevans,* inquit, *oculos suos dives, vidit Abraham, et Lazarum in sinu ejus.* Cur non Lazarus divitem vidit? Quoniam is qui in luce versatur, eum qui in tenebris est, non videt;

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

at is qui in tenebris est, eum videt qui in luce versatur. Et dixit, *Pater Abraham, miserere mei* (*Luc.* 16. 24). Jam dicis, *Miserere mei*, quando misericordiæ tempus non est. Non illum audisti qui dicit : *Judicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam* (*Jac.* 2. 13)? Nunc pœnitentiam agis, cum non est confessio. Non audisti Davidem dicentem : *In inferno autem quis confitebitur tibi? Miserere mei, et mitte Lazarum* (*Psal.* 6. 6). Nunc Lazarum nosti? jam agnoscis eum qui in limo jacebat, quem olim pari honore quo canes afficere recusabas? Tua, dum inter opes vitam degeres, viscera illi clausisti; jam ego quoque sinum refrigerii hoc supplicii claudo tempore. Non Deum audisti per omnes tibi prophetas proclamantem et dicentem : *Misericordiam et judicium custodi, et appropinqua Deo tuo* (*Osee* 12. 6) : *quia misericordiam volo super sacrificium* (*Id.* 6. 6); et, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* (*Matth.* 5. 7); et rursus, *Fœneratur Deo, qui miseretur pauperis* (*Prov.* 19. 17). Ubi seminasti, ibi metere contende : ubi fœnerasti, ibi colligere contende. Tu vero semen eleemosynæ nequaquam ullo tempore jecisti, neque per misericordiam in pauperes Deo fœnerasti, sed tuo ventri omnes thesauros condidisti. Ubi thesaurum tuum habes, ibi et cor tuum habeto. *Miserere mei, et mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, et refrigeret linguam meam, quia graviter crucior in hac flamma.* In lingua plectitur, cujus ministerio cibis vescebatur : aquæ guttam quærebat, quia ne calicem quidem aquæ frigidæ in nomine discipuli sitientis unquam impertierat. Si tibi dum viveres consortem bonorum Lazarum ascivisses, nunc cum illo regni particeps esses : si super pauperem intellexisses, nunc a malo judicio liberatus esses. *Beatus* enim *qui intelligit super egenum et pauperem : in die mala liberabit eum Dominus* (*Psal.* 40. 2). Ardentissimum illud chaos copiosa pecuniarum in pauperes distributione complana : asperge nunc misericordiam, et caminum exstinxisti : orphanos ale, et irrequietos vermes necasti : siste lacrymas viduæ, et ex anima tua luctum peccatorum abstersisti. Idcirco namque lecta sunt hæc tibi, ne si eisdem immisericordis divitis insistas vestigiis, in idem gehennæ supplicium prolabaris. Tu vero, pauper, ne mente concidas, neve animum despondeas, dum procella mendicitatis jactaris. Lazarum illum clarissimum respice : ibi sint oculi tui nocte dieque defixi : ut vitam tuam patientiæ clavo gubernans, ad eumdem quietis portum proveharis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

Licet omnium eruditorum consensu hic sermo Chrysostomo abjudicetur, tum ob styli diversitatem, tum ob quarumdam vocum usum, quæ a Chrysostomo nusquam usurpantur; est tamen paulo melioris notæ, quam præcedentes. In illo affertur locus ex Oratione Manassis regis, quæ inter apocrypha semper locum habuit. Quæ nota, etsi non aliæ subessent, vel una satis esset, ut eam ex numero τῶν γνησίων exigeremus. Hanc etiam homiliam ut et alias bene multas quidam nuperus scriptor Severiano Gabalorum episcopo

IN PUBLICANUM ET PHARISÆUM SERMO.

1. Qui e longinquo prata fuerint contemplati, variam illi quidem florum conspiciunt jucunditatem : tum vero pulchritudinem eorum cognoscunt, cum, ubi prope accesserint, flores propriis manibus contrectarint. Talem, dilecte, esse velim cogites Ecclesiæ statum : quandoquidem tamquam immarcescibiles quidam flores volentibus sese offerunt inspiratarum divinitus Scripturarum lectiones. Cuilibet enim videre licet, in spiritualibus paradisis atque viridariis choreas ducentes prophetas, ordines ducentes apostolos, martyres legatione fungentes, angelos auxiliantes, doctores pro religione pugnantes, gratiam Spiritus redundantem, ratione præditos greges Dominico sanguine obsignatos, et quod iis, quæ commemorata sunt, majus est, bonorum culmen, spei nostræ firmamentum, caput deliciarum, gaudii consummationem : Evangelia nimirum Christi dico, in quibus vitæ nostræ perfectio est recondita. Age ergo Christum Dominum servos suos omni voluptate perfundentem spectemus : in quibus cernimus fugatos morbos, mare perterrefactum, sedatos ventos, mortem increpitam, spoliatum infernum, pulsos dæmones et in exsilium actos, peccatores ad Dominum suum conversos. Ista siquidem Christus in divinis Evangeliis dona spectanda proposuit, in quibus justos ostendit solis in modum fulgentes, corroborata membra languidorum, lectorum gerulos paralyticos currentes, ad evangelistarum dignitatem ascendentes publicanos, lepram excussam quasi pulverem sola voluntate, febrem Domini voce in fugam actam, mortuos vitam nullo negotio recipientes, sepulcra quos detinebant, eos ad vitam relaxantia, humiliatam altitudinem Pharisæi, exaltatam humilitatem publicani. Etenim tantis exsatiatos bonis facile fuerit micarum convivio excepisse. Ego vero sic existimo, vos bona cum venia de more rursus etiam nostram hanc orationem audituros, qui bonorum ante prædicatorum copia vestrorum animorum promptuaria complevistis. Quando igitur et vos, Deo benevolente, paupere mensa contenti estis, et ego vestræ caritatis studiis obsequutus doctrinæ, tradendæ jugo animæ cervices subjeci : age, proponatur vobis a me id quod paulo ante recitatum est; vobis enim omnibus opulentis ad hoc orationis convivium apparandum egenus mensæ structor adveni. *Duo homines*, inquit, *ascenderunt in templum, ut orarent, unus Pharisæus, et alter publicanus* (*Luc.* 18. 10). Pharisæus justitiæ jactabundus operarius, Pharisæus qui nondum maturam segetem recte factorum demessuit, ille ditior arrogantia quam pecuniis, qui vano flatu virtutum fructum decussit, superbiæ possessor, naturæ totius accusator, inhumanus criminator, immisericors exprobrator, orationis publicani tempestas ac turbo. Neque mihi quisquam hæc contumeliæ causa jactata censeat; sed auditis ipsis Pharisæi verbis, vera esse quæ sunt dicta cognoscat. *Deus*, inquit, *gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum.* Tune ergo tuo

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non invenit, increpavit, dicens : *Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum* (*Matth.* 21. 19). Quid peccavit ficus? num enim facultate ratione prædita fructuum ubertatem habet? annon, quando vult, Creator ad fructuum ubertatem efficacitatem largitur? Deinde neque tempus illud fuit ficuum : hoc enim Evangelium attestatur. Quis autem communium hominum, nedum Deus, tempore intempestivo fructum requirit? nonne tu, Conditor, tempora constituisti? nonne tu ad fructus ferendos anni tempestates ac tempora dedisti? Quid igitur præter tempus quod assignasti, reposcis? Enimvero si tempus ficuum fuisset, fructum autem ficus non tulisset, fuisset culpa naturæ? num profert cum libet? an vero cum imperatur, fructus edit? Quamnam igitur ob causam ficum increpat? Quoniam passionem subiturus erat, ne eum propter infirmitatem pati existimarent, in re inanimata potentiam ostendit; ut se omnes qui contradicebant, arefacere potuisse, omnes Dei hostes delere, demonstret. Sed quoniam non venit, ut judicet mundum, sed ut salvet (*Joan.* 12. 47), ut ipse dixit, potentiam quidem in re anima carente ostendit, benignitatem autem hominibus reservat. Ita et hic cæco ut sequeretur concedebat, ut recens memoria scandalum tolleret, ut miraculum coruscans haberent. Sed successit miraculum alterum : nam ubi cæcus visum recepit, alius anima cæcus visum recepit. Quis ille? Princeps publicanorum, qui in pecuniis cæcutiebat (*Luc.* 19. 2), qui excæcatam avaritia animam habebat. Nihil enim sic animam excæcat ut pecuniæ. Propterea Moyses ait: *Dona enim excæcant oculos hominum, et verba justa pervertunt* (*Exod.* 23. 8. *Deut.* 16. 19). Venit princeps publicanorum, et præteribat Jesus, qui tollit omne peccatum, qui vitium omne delet, qui tenebras convertit in lucem, et tortuosa ad rectitudinem redigit. Zacchæus brevis erat statura, desiderio extentus ac procerus; brevis corpore, magnus affectu : quærebat enim videre Jesum, et non poterat ob brevitatem staturæ, et præoccupans machina quadam sibi comparat quod staturæ deerat : in arborem enim sycomorum ascendit, et prætereuntem Jesum videbat. At Dominus noster Jesus Christus, de quo dicit Paulus, *Qui novit facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus* (*Ephes.* 3. 20), non illi tantum concessit, quantum desiderabat, sed plus quam exspectabat. Ille enim videre tantum desiderabat, ipse vero dignatus est apud eum divertere; quique mentem ejus intuitus erat, ait ad illum (prius enim quam in ficum ascenderet, animum ejus animadverterat) : *Zacchæe, festinans descende.* Bonus auceps Salvator, qui ab arbore animam dejicit. *Zacchæe, festinans descende.* Calamum illi verbi extendit, viscum et glutinum caritatis circumposuit, cepit eum pennis intellectus, eumque in cœtum Ecclesiæ suæ intulit. Ac vide quid faciat. Ut scilicet non existimes dictum illud ei vim attulisse, sed Dei verbum esse id quod aucupatur et capit, ait beatus Zacharias (*Amos* 8. 1. *non Zacharias*) : Et ostendit mihi Dominus vas aucupis, et dixit mihi, Non præteribo populum meum, quousque, inquit, visco eum cepero. Ita veritas contestata est verbum Dei esse viscum, quod tamquam visco caritate animas implicet et irretiat; et ut glutinum illud non potest deinceps quod tenetur, ab eo divellere quod tenet; ita et animæ Salvatori unitæ quasi glutino quodam aucupis agglutinantur. Idcirco captus ille præclarus pullus David dicebat : *Agglutinata anima mea post te* (*Psal.* 62. 9); et rursus Apostolus, *Qui agglutinatus est Domino, unus spiritus est* (1. *Cor.* 6. 17). Capit Zacchæum, et ab arbore dejicit, seque in tabernaculum ejus immittit, quod ipse quondam peccatis quidem suis inobscurarat, hodie vero pietatis luminare collustravit. Ut igitur ingressus est Salvator, gaudens illum publicanus excepit. O eximiam Domini bonitatem! Qui peccare non potest, cum peccatoribus versatur : fons justitiæ cum materia et fomite injustitiæ; fomes quippe injustitiæ est avaritia. Ingressus est in ædes publicani, non ut tenebris avaritiæ læderetur sed ut justitiæ splendore avaritiam deleret. Ac vide rem mirabilem. Continuo Zacchæus stans ante vestibulum dicit : *Domine, dimidium bonorum meorum do pauperibus* (*Luc.* 19. 8). Nondum edoctus es, et obedis? nondum didicisti, et custodisti? Nihil dixit Salvator, nihil docuit : non de eleemosyna præcepta dederat, non ad pauperum amorem cohortatus erat tum temporis; sed tacebat, et sensim irradiabat; et solis in morem, qui infusus per radios in ædes, non verbo illustrat, sed ipsa sua efficacitate illuminat : ita et Salvator ingressus, justitiæ radiis injustitiæ cursum ejecit : *Lux* enim *in tenebris lucet*, ut inquit evangelista (*Joan.* 1. 5). *Domine, dimidium bonorum meorum do pauperibus.* Recte dividit avaritiam, scindit injustitiam. *Dimidium bonorum meorum.* Omne quod integrum est, robustum est et potens, discissum autem imbecillum. *Dimidium bonorum meorum.* O vocem præclaram, quæ vincit naturam, vel potius, quæ consuetudinem vincit; altera siquidem natura consuetudo. Inexplebilem cupiditatem ejecit, veritatem agnovit : *Dimidium bonorum meorum do pauperibus : et si quid alicujus defraudavi*, si quid per calumniam extorsi, *reddo quadruplum.* Hic diligenter animadvertendum est non ex injustitia solum, sed ex paternis facultatibus Zacchæi opes constitisse, ac partas fuisse : si enim ex injustitia fuissent, quomodo quadrupla restituere potuisset ea quæ ceperat? Cur enim ait, *Si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum?* Etsi enim in scelerum impunitate vitam traduxerat, tamen legem noverat : jubet enim lex furem in quadruplum furtum restituere. *Si quis*, inquit, *furatus fuerit ovem*, et innotuerit, *reddat quatuor oves* (*Exod.* 22. 1). Quadruplicat pœnam Deus, vel potius mulctam, ut si minus lex timorem incutiat, mulcta pudore afficiat : sæpenumero namque multi, qui legem non reverentur, mulctam reverentur. Seipsum ergo condemnat, neque sententiam legis exspectat, sed ipse fit lex in seipsum : *Justo enim lex non est posita* (1. *Tim.* 1. 9). Salvator itaque hanc vocem excipiens, ait : *Hodie salus domui huic facta est* (*Luc.* 19. 9). Ipse seipsum justificavit, non propterea quod Christum simpliciter vidit, sed quia Christi legibus obedivit. *Hodie salus domui huic facta est, eo quod et ipse filius sit Abrahæ.* Antequam opera faciat Abrahæ, non filium Abrahæ, sed Zacchæum simplici nomine appellat : ubi vero patriarchæ opera implevit, fide data se pauperum amatorem fore, omnique iniquitati nuntium remissurum, tunc temporis ait, Et iste filius est Abrahæ.

4. Et nos igitur, fratres, etsi Christiani sumus et dicimur, nihil ita nos Christianos demonstrat atque opera veritatis. Ne ergo nostris operibus nomen nostrum ignominiæ nota inuramus, sed condecoremus operibus fidem. Filii Abrahæ propter fidem vocati sumus; vocemur et propter opera bona filii Abrahæ. Quod enim dicere jam cœperam, non corporis nobilitas quæritur, sed morum congruentia. Propterea Abraham et Isaac et Jacob et patriarchæ omnes synagogam abnegarunt, quia patrum fidei hæredes successoresque non fuerant : abnegavit suos Abraham, quoniam fidem ejus sectati non sunt : abnegavit eos et Isaac et Jacob et patriarchæ omnes : qui enim Deum abnegavit, eum abnegat et natura. Sed quis tandem locus testimonio suo probabit Abraham abnegasse Judæos, ne videamur tamquam in hostes audacter ista jactare, sed tamquam peccati reos convincere? Beatus Jeremias (*Isai.* 63. 16. *et* 64. 11. *non Jeremias*) ex populi persona sic ait : Domine, miserere nostri : mons et civitas quam benedixerunt patres nostri, facta est igni combusta : tu, Domine, miserere nostri. *Quia Abraham non cognovit nos, et Israel non agnovit nos :* tu, Domine, parce nobis. Quando quidem, inquit, ii quibus gloriamur, a nobis alienati sunt, et nostrum genus abnegarunt : tu nostri miserere, qui omnes superas benignitate. *Miserere nostri, quia Abraham non cognovit nos.* Si enim res nostras suas duceret, nonne pro filiis suis deprecator et intercessor fuisset? Pro Sodomitis deprecatus est, et au-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐνέργειαν τῇ καρποφορίᾳ; Εἶτα οὔτε ὁ καιρὸς ἦν τῶν σύκων· τοῦτο γὰρ ἐπιμαρτύρεται τὸ Εὐαγγέλιον. Τίς δὲ οὕτω τῶν κοινῶν ἀνθρώπων, μήτι γε ὁ Θεὸς, ἐν ἀκαίρῳ καιρῷ καρπὸν ἀπαιτεῖ; τοὺς καιροὺς οὐ σὺ ἔπηξας, ὁ δημιουργός; οὐ σὺ ἔδωκας κτιροὺς καὶ χρόνους τῇ καρποφορίᾳ; Τί τοίνυν ἀπαιτεῖς παρὰ τὸν καιρὸν, ὃν ἔταξας; Εἰ δὲ καὶ καιρὸς ἦν σύκων, μὴ ἦνεγκε δὲ ἡ συκῆ καρπὸν, ἔγκλημα ἦν τῆς φύσεως; μὴ, ὅτε βούλεται, προσφέρει; οὐχ, ὅτε κελεύεται, προσάγει καρποφορίας; Τίνος οὖν ἕνεκεν ἐπιτιμᾷ τῇ συκῇ; Ἐπειδὴ ἔμελλε τὸ πάθος ὑφίστασθαι, ἵνα μὴ νομίσωσιν αὐτὸν δι' ἀσθένειαν πάσχειν, ἐν τῷ ἀψύχῳ ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν, ἵνα δείξῃ, ὅτι πάντας ἠδύνατο ξηρᾶναι τοὺς ἀντιλέγοντας, πάντας ἀφανίσαι τοὺς θεομάχους. Ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἦλθε κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι, ὡς αὐτὸς ἔφησε, τὴν μὲν δύναμιν ἐνδείκνυται ἐπὶ τῆς ἀψύχου, τὴν δὲ φιλανθρωπίαν ταμιεύεται τοῖς ἀνθρώποις. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα συνεχώρει τῷ τυφλῷ ἀκολουθεῖν, ἵνα νεάζουσα ἡ μνήμη διαλύσῃ τὸ σκάνδαλον, ἵνα ἔχωσι τὴν θαυματουργίαν [124] ἀπαστράπτουσαν. Ἀλλὰ διεδέξατο τὸ θαῦμα ἕτερον· μετὰ γὰρ τὴν ἀνάβλεψιν τοῦ τυφλοῦ, ἀνέβλεψεν ἄλλος τυφλὸς τὴν ψυχήν. Τίς οὗτος; Ὁ ἀρχιτελώνης ὁ τυφλώττων περὶ τὰ χρήματα, ὁ τῇ πλεονεξίᾳ τυφλὴν τὴν ψυχὴν ἔχων· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀποτυφλοῖ τὴν ψυχὴν, ὡς τὰ χρήματα. Διὰ τοῦτό φησι Μωϋσῆς· *Δῶρα γὰρ ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς ἀνθρώπων, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια.* Ἦλθεν ὁ ἀρχιτελώνης, καὶ παρῆκε ὁ Ἰησοῦς, ὁ πᾶσαν ἁμαρτίαν διαλύων, ὁ πᾶσαν κακίαν ἀφανίζων, ὁ μεταβάλλων τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν ἄγων. Ὁ Ζακχαῖος βραχὺς ἦν τὴν ἡλικίαν, ἐκτεταμένος δὲ τὸν πόθον· βραχὺς τὸ σῶμα, μέγας δὲ τὸ φρόνημα· ἐζήτει γὰρ τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν, καὶ οὐκ ἠδύνατο διὰ τὸ βραχὺ τῆς ἡλικίας· καὶ προλαβὼν, μηχανῇ πορίζεται τὸ ἐλλεῖπον τῆς ἡλικίας· ἀνατρέχει γὰρ ἐπὶ συκομορέαν, καὶ παριόντα τὸν Ἰησοῦν ἐώρα. Ἀλλ' ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος, « Ὃ εἰδὼς ἐκ περισσοῦ ποιεῖν ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, » οὐ τοσοῦτον αὐτῷ ἔδωκεν, ὅσον ἐπόθησεν, ἀλλ' ὑπὲρ ὃ προσεδόκησεν. Ὁ μὲν γὰρ ἰδεῖν μόνον ἐπόθησεν, ὁ δὲ καὶ τῆς δεξιώσεως αὐτὸν ἠξίωσε. Καί φησι πρὸς αὐτὸν ὁ θεασάμενος αὐτοῦ τὴν διάνοιαν (πρὶν γὰρ ἀναβῇ εἰς τὴν συκῆν, οἶδεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν)· *Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι.* Καλὸς ἐρευτὴς ὁ Σωτὴρ, ἀπὸ δένδρου ψυχὴν καταφέρων. *Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι.* Ἐξέτεινεν αὐτῷ τὸν κάλαμον τοῦ λόγου, περιέθηκε τὸν ἑξὸν τῆς ἀγάπης, ἕλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν πτερύγων τῆς διανοίας, καὶ συνάγει αὐτὸν ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν. Καὶ ὅρα, τί ποιεῖ. Ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς τὸ ῥῆμα εἶναι τὸ βιασάμενον, ἀλλ' ὅτι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ὡς ἱξευτής ἐστι, λέγει ὁ μακάριος Ζαχαρίας· Καὶ ἔδειξέ μοι Κύριος ἄγγος ἱξευτοῦ, καὶ εἶπέ μοι· Οὐ μὴ παρέλθω τὸν λαόν μου, ἕως ἂν, φησὶν, ἱξεύσω αὐτόν. Οὕτως ἀλήθεια μεμαρτυρημένη, ὅτι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἱξός ἐστι, τῇ ἀγάπῃ ὡς ἱξῷ τὰς ψυχὰς περιπλέκων· καὶ ὥσπερ ἐκείνη ἡ κόλλα οὐ δύναται λοιπὸν τὸ κατεχόμενον διαστῆσαι τοῦ κατέχοντος, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ αἱ τῷ Σωτῆρι ἡνωμέναι κολλῶνται ὥσπερ τῇ κόλλῃ τοῦ ἱξευτοῦ. Διὰ τοῦτο ὁ πιασθεὶς καλὸς νεοσσὸς Δαυὶδ ἔλεγεν· *Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου·* καὶ πάλιν ὁ Ἀπόστολος, *Ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν.* Ἱξεύει τὸν Ζακχαῖον, καὶ κατάγει αὐτὸν ἀπὸ τοῦ δένδρου, καὶ εἰσάγει ἑαυτὸν εἰς τὴν σκηνὴν αὐτοῦ [a], ἣν ποτὲ μὲν αὐτὸς ταῖς ἁμαρτίαις ἐγνόφωσε, σήμερον δὲ ὁ φωστὴρ τῆς εὐσεβείας κατηύγασεν. Ὡς οὖν εἰσῆλθεν ὁ Σωτὴρ, ὑπεδέξατο αὐτὸν ὁ τελώνης χαίρων. Ὦ τῆς πολλῆς ἀγαθότητος τοῦ Δεσπότου! ὁ ἀναμάρτητος μετὰ ἁμαρτωλῶν, ἡ πηγὴ τῆς δικαιοσύνης μετὰ τῆς ὕλης τῆς ἀδικίας· ὕλη γὰρ ἀδικίας, πλεονεξία. Εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ τελώνου, οὐ τῷ γνόφῳ τῆς πλεονεξίας ὑβριζόμενος, ἀλλὰ τῇ αὐγῇ τῆς δικαιοσύνης τὴν πλεονεξίαν ἀφανίζων. Καὶ ὅρα τὸ θαυμαστόν· Εὐθέως ὁ Ζακχαῖος στὰς πρὸ τοῦ προθύρου λέγει· *Κύριε, τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι δίδωμι τοῖς πτωχοῖς.* Οὐδέπω ἐδιδάχθης, καὶ ὑπακούεις; οὐδέπω ἔμαθες, καὶ ἐφύλαξας; Οὐδὲν εἶπεν ὁ Σωτὴρ, οὐδὲν ἐδίδαξεν, οὐ περὶ ἐλεημοσύνης ὑπέθετο, οὐ φιλοπτωχείαν ὑπηγόρευσε τότε, ἀλλ' ἐσιώπα, καὶ ἠρέμα κατηύγαζε· καὶ ὥσπερ ἥλιος εἰσχεόμενος διὰ τῶν ἀκτίνων εἰς οἶκον, οὐ ῥήματι φωτίζει, ἀλλ' αὐτῇ τῇ ἐνεργείᾳ καταλάμπει· οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ εἰσελθὼν, ταῖς ἀκτῖσι τῆς δικαιοσύνης τὸν δρόμον τῆς ἀδικίας ἐξώρισε· *Τὸ γὰρ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, ὡς φησιν ὁ εὐαγγελιστής. Κύριε, τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι δίδωμι τοῖς πτωχοῖς.* Καλῶς μερίζει τὴν πλεονεξίαν, τέμνει τὴν ἀδικίαν. *Τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι.* Πᾶν ὁλόκληρον ἰσχυρὸν, τεμνόμενον δὲ ἀσθενές. *Τὰ ἡμίση* [125] *τῶν ὑπαρχόντων μοι.* Ὦ τῆς καλῆς φωνῆς, νικώσης τὴν φύσιν, μᾶλλον δὲ νικώσης τὴν συνήθειαν! δευτέρα γὰρ φύσις ἡ συνήθεια. Ἐξώρισε τὴν ἀπληστίαν, ἐπέγνω τὴν ἀλήθειαν. *Τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μοι δίδωμι τοῖς πτωχοῖς, καὶ εἴ τινός τι ἠδίκησα ἢ ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν.* Ἐνταῦθα προσέχειν ἀκριβῶς χρὴ, ὅτι ὁ πλοῦτος τοῦ Ζακχαίου οὐκ ἦν ἐξ ἀδικίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ πατρικῆς περιουσίας· εἰ γὰρ ἦν ἐξ ἀδικίας, πῶς τετραπλασίονα ἠδύνατο ἀποδοῦναι, ἃ ἔλαβε; Διὰ τί γὰρ λέγει, *Εἴ τινός τι ἠδίκησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν;* Εἰ καὶ τῇ παρανομίᾳ συνέζησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον ἐγνώριζεν· κελεύει γὰρ ὁ νόμος τὸν κλέπτην εἰς τετραπλάσιον ἀποδιδόναι τὴν κλοπήν. *Ἐάν τις, φησὶ, κλέψῃ πρόβατον*, καὶ γνωρισθῇ, *ἀποδῷ τέσσαρα πρόβατα.* Τετραπλασιάζει τὴν τιμωρίαν ὁ Θεὸς, μᾶλλον δὲ τὴν ζημίαν, ἵνα κἂν ὁ νόμος μὴ φοβήσῃ, ἡ ζημία δυσωπήσῃ· πολλοὶ γὰρ πολλάκις νόμον μὴ αἰδούμενοι, ζημίαν αἰδοῦνται. Ἑαυτὸν τοίνυν καταδικάζει, οὐκ ἐκδεχόμενος τὴν ψῆφον τοῦ νόμου, ἀλλ' αὐτὸς ἐφ' ἑαυτὸν νόμος γενόμενος· *Δικαίῳ γὰρ νόμος οὐ κεῖται.* Ὁ Σωτὴρ ταύτην δεξάμενος τὴν φωνὴν, φησί· *Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ γέγονεν.* Αὐτὸς ἑαυτὸν ἐδικαίωσεν, οὐκ ἐπειδὴ Χριστὸν ἁπλῶς εἶδεν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς Χριστοῦ ὑπήκουσε νόμοις. *Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ γέγονεν, ὅτι καὶ οὗτος υἱὸς Ἀβραάμ ἐστι.* Πρὶν ποιῆσαι τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ, οὐ καλεῖ αὐτὸν υἱὸν Ἀβραὰμ, ἀλλὰ Ζακχαῖον ψιλῇ τῇ προσηγορίᾳ καλεῖ· ὅτε μέντοι ἐπλήρωσε τὰ ἔργα τοῦ πατριάρχου, φιλοπτωχείαν ἐπαγγειλάμενος, καὶ τῆς ἀδικίας τὴν ἀλλοτρίωσιν, τότε λέγει, *Καὶ οὗτος υἱὸς Ἀβραάμ ἐστι.*

δ'. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ἀδελφοὶ, εἰ καὶ Χριστιανοὶ ἐσμεν, καὶ λεγόμεθα, οὐδὲν οὕτως ἡμᾶς δείκνυσι Χριστιανοὺς, ὡς τὸ ἔργον τῆς ἀληθείας. Μὴ τοίνυν ὑβρίσωμεν τοῖς ἔργοις τὴν προσηγορίαν, ἀλλὰ σεμνύνωμεν τοῖς ἔργοις τὴν πίστιν. Ἐκλήθημεν υἱοὶ Ἀβραὰμ διὰ πίστεως, κληθῶμεν υἱοὶ Ἀβραὰμ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων. Ὁ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, οὐχ ἡ τοῦ σώματος εὐγένεια ζητεῖται, ἀλλ' ἡ τῶν τρόπων ἀκολουθία. Διὰ τοῦτο Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ πατριάρχαι πάντες ἠρνήσαντο τὴν συναγωγὴν, ἐπειδὴ τῶν πατέρων τὴν πίστιν οὐκ ἐκληρονόμησαν· ἠρνήσατο Ἀβραὰμ οἰκείους [b], ἐπειδὴ οὐκ ἠκολούθησαν τῇ πίστει· ἠρνήσατο αὐτοὺς καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ πατριάρχαι πάντες· τὸν γὰρ ἀρνησάμενον Θεὸν καὶ ἡ φύσις ἀρνεῖται. Καὶ τίς μαρτυρήσει λόγος, ὅτι Ἀβραὰμ Ἰουδαίους ἠρνήσατο, ἵνα μὴ δόξωμεν ὡς ἐπὶ ἐχθρῶν θρασύνεσθαι, ἀλλ' ὡς ἡμαρτηκότας ἐλέγχειν; Λέγει ὁ μακάριος Ἱερεμίας ἐκ προσώπου τοῦ λαοῦ· *Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς· ἐγνώσθη τὸ ὄρος καὶ ἡ πόλις, ἣν εὐλόγησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, πυρίκαυστος· σὺ, Κύριε, ἐλέησον ἡμᾶς, ὅτι Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς, καὶ Ἰσραὴλ οὐκ ἐπέγνω ἡμᾶς· σὺ, Κύριε, ᾖσαι ἡμῶν.* Ἐπειδὴ, φησὶν, ἐκεῖνοι, ἐφ' οἷς σεμνυνόμεθα, ἠλλοτριώθησαν ἡμῶν, καὶ ἠρνήσαντο ἡμῶν τὸ γένος, σὺ ἐλέησον ἡμᾶς ὁ πάντας φιλανθρωπίᾳ νικῶν. *Ἐλέησον ἡμᾶς, ὅτι Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς.* Εἰ γὰρ ᾠκειοῦτο τὰ ἡμέτερα, οὐκ ἂν ἐπρέσβευσεν ὑπὲρ τῶν ἰδίων τέκνων. Ὑπὲρ Σοδομιτῶν ἐπρέσβευσε, καὶ ἠκούετο· καὶ ὑπὲρ τῶν ἰδίων πρεσβεύων οὐκ ἠκούετο; *Ἀβραὰμ οὐκ ἔγνω ἡμᾶς.* Ἀρνεῖται Ἀβραὰμ τοὺς ἀλλοτρίους τοῖς τρόποις, οἰκειοῦται δὲ, ὡς ἔφην, τοὺς ἀλλοτρίους μὲν τοῦ γένους, οἰκείους δὲ τῆς εὐσεβείας. Διὰ τοῦτο ἡ Γραφὴ βουλομένη δεῖξαι τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι ὧν τις τοὺς τρόπους αἱρεῖται, τούτων καὶ τὴν προσηγορίαν δέχεται, λέγει· *Ὁ πατήρ σου Ἀμορραῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χετταία, ἡ ἀδελφή σου Σοδομῖτις.* Βλέπε πῶς τὴν συγγένειαν ἀπὸ τῶν τρόπων κατασκευάζει. Ἐπειδὴ τὰ τῶν Σοδομιτῶν ἐφρόνησεν, ἤκουσεν ἀδελφὴ Σοδόμων, ἤκουσε θυγάτηρ Χαναναίων· καὶ οὕτως ἐδείκνυτο οὐ τὸ γένος δικαιῶν, ἀλλὰ τὸ ἦθος σεμνύνων. Ἐγὼ δὲ νομίζω, ὅτι ὁ Χαναναῖος καὶ [126] ὁ Ἀμορραῖος ἀρνεῖται τὴν

[a] Sic unus codex recte. Editi καὶ εἰσάγει εἰς τὴν σκηνὴν ἑαυτοῦ.

[b] Duo mss. ἐκείνους.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

συγγένειαν· καὶ ὅταν ἴδῃ τοὺς θεομάχους, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους τῆς εὐσεβείας προσχωροῦντας αὐτῷ, ἀρνεῖται, καὶ οὐ δέχεται ὁ Χαναναῖος κληθῆναι πατὴρ τῶν ἀσεβῶν. Διὰ τί ἀρνεῖται; Ἐὰν ἐπιτρίψῃς Χαναναίῳ, καὶ εἴπῃς, ὅτι Ὁ πατήρ σου Χαναναῖος, καὶ ἐρεῖ· Οὗτός μου υἱὸς ἀρνησάμενος τὴν πίστιν τῶν πατέρων; Ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄπιστος, εἰ καὶ Χαναναῖος· μαρτυρήσει γάρ μου τὴν πίστιν ἡ Χαναναία βοῶσα, *Υἱὲ Δαυΐδ, ἐλέησόν με.* Μὴ καλείσθωσαν δὲ υἱοὶ Χαναναίων· οὐ γὰρ ἐφύλαξαν τὴν πίστιν τῆς Χαναναίας· κληθήτωσαν υἱοὶ λίθων καὶ ξύλων, οἱ λέγοντες τῷ λίθῳ, *Πατήρ μου εἶ σὺ, καὶ τῷ ξύλῳ, ὅτι Σύ με ἐγέννησας.* Ἐγὼ δὲ νομίζω καὶ τοὺς λίθους ἀρνεῖσθαι, καὶ τὰ ξύλα ἀπαγορεύειν τὴν οἰκειότητα τῶν ἀπίστων. Δύναται καὶ λίθος ἀρνεῖσθαι καὶ λέγειν· Οὐκ ἔστι μου τέκνον ὁ υἱὸς τῆς ἀσεβείας· οὐκ ἔστι μου τέκνον ὁ υἱὸς τῆς ἀδικίας· ἐγὼ γάρ, εἰ καὶ λίθος εἰμὶ, ἤκουσα τῆς Γραφῆς λεγούσης· *Δύναται ὁ Θεὸς καὶ ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ.* Εἶτα, Νοὶ, φησὶν, προσωποποιῇ ἐκ προσώπου τοῦ λίθου, καὶ λίθος λαλεῖ; Ἄκουε τοῦ προφήτου λέγοντος, ὅτι *Λίθος ἐκ τοίχου φθέγξεται αὐτὰ, καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου λαλήσει.* Κἂν ὑμεῖς σιωπήσητε, οἱ λίθοι κεκράξονται. Τί οὖν κληθῇ τὸ γένος τῶν ἀπίστων, εἰ μήτε υἱοὶ Ἀβραὰμ, μήτε Χαναναῖοι διὰ τὴν Χαναναίαν (ἤμβλυνε γὰρ αὐτῶν τὴν ἀπιστίαν ἡ αὐγὴ τῆς πίστεως τῆς Χαναναίας), μήτε υἱοὶ τῶν λίθων; Ἀρνοῦνται γὰρ καὶ οἱ λίθοι τὴν οἰκειότητα. Τί ὄνομα τοῖς ἀπίστοις· Ἱερεμίας αὐτοῖς ὄνομα ἔθετο· *Ἀργύριον ἀποδεδοκιμισμένον καλέσατε αὐτούς, ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς Κύριος.* Φοβηθῶμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς, ἀδελφοί. Σεμνύνει σε ἡ τοῦ Χριστοῦ εὐγένεια[a]; Φοβείτω σε ἡ τοῦ Χριστοῦ δικαιοκρισία. Περὶ ἐλεημοσύνης χθὲς ἐκηρύττετο, ὅτι δεῖ πάντα δεύτερα τίθεσθαι ἐλεημοσύνης, ὅτι δεῖ πάντων προτιμᾶν τὴν ψυχήν. Ἐθαύμασα καὶ ἑτέραν ἀγνωμοσύνην, ὅτι πῶς οἱ τέκνα μὴ ἔχοντες, υἱοποιητοὺς λαμβάνουσι· καὶ ὁ μὲν πατροποιεῖται, ὁ δὲ ἀδελφοποιεῖται. Υἱοποιῇ τὸν ἀλλότριον, καὶ φεύγεις τὸν Δεσπότην; Υἱοποίησαι τὸν ἀντιδιδόντα σοι τὸν μισθόν· γένηταί σοι Χριστὸς υἱός. Φοβερὸν, φησὶ, τὸ ῥῆμα. Βλέπε τί λέγεις· μὴ προφάσει τοῦ λόγου ἐκτραπῇς τοῦ λόγου, μὴ εἰς ἀλογίαν κατενεχθῇς. Υἱὸν καλεῖς ἀνθρώπου τὸν Χριστόν; Ἐγὼ δὲ οὐ μόνον υἱὸν καλῶ, ἀλλὰ καὶ ἀδελφὸν, οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ ταῖς αὐτοῦ φωναῖς ἀκολουθῶν. Λέγουσιν αὐτῷ ποτε, *Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί σου ζητοῦσί σε.* Λέγει ὁ Σωτὴρ, *Τίς ἐστι μήτηρ μου, ἢ τίνες εἰσὶν ἀδελφοί μου; Ὃς ἂν ποιῇ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου, αὐτός μου ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστίν.* Εἰ δὲ μήτηρ αὐτοῦ, ἄρα υἱὸς τῆς μητρὸς ὁ τῇ προσηγορίᾳ τιμήσας τὴν δικαιοσύνην. Γενέσθω τοίνυν πᾶσα ψυχὴ μήτηρ Χριστοῦ κατὰ διάθεσιν. Πῶς μήτηρ Χριστοῦ; Πᾶσα ψυχὴ ὠδίνει ἐν αὐτῇ τὸν Χριστόν· ἐὰν δὲ μὴ μεταμορφωθῇ τῇ εὐσεβείᾳ, μήτηρ Χριστοῦ καλεῖσθαι οὐ δύναται. Ὅταν λάβῃς λόγον Χριστοῦ, καὶ πλάσῃς αὐτὸν ἐν τῇ διανοίᾳ σου· καὶ ὥσπερ ἐν μήτρᾳ τῷ λογισμῷ μεταμερφώσῃς, καλῇ μήτηρ αὐτοῦ. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ἐν ἑκάστῳ Χριστὸς μορφοῦται, καὶ μήτηρ Χριστοῦ γίνεται, λέγω δὴ τοῦ λόγου τοῦ Χριστοῦ, ἑκάστου ἡμῶν ἡ ψυχὴ, λέγει Παῦλος· *Τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν.* Εἰργάσω δικαιοσύνην; Ἐμόρφωσας ἐν τῇ ψυχῇ Χριστόν. Ἐπέδωκας ἐλεημοσύνην. Ἐμόρφωσας τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας· οὐχ ὅτι καθ' ἕκαστον Χριστὸς μορφοῦται· Χριστὸν γὰρ καλεῖ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, δι' οὗ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας ἀναλαμβάνομεν. Ἐπέδωκας ἐλεημοσύνην; Ἐμόρφωσας Χριστόν. Ἐποίησας δικαιοσύνην; Ἐμορφώθη ὁ χαρακτὴρ τῆς ἀληθείας. Δεῖ οὖν προσέχειν πῶς χρὴ ἀδελφοποιῆσαι τὸν Χριστόν. Λάβε αὐτὸν κοινωνὸν τῶν σῶν πραγμάτων. Οὐ θέλεις αὐτῷ [127] χαρίσασθαι πάντα; Κἂν τὰ ἡμίσῃ ὃς αὐτῷ ὡς ὁ Ζακχαῖος. Αὐτῷ γὰρ, φησὶν, ἔδωκεν ὁ Ζακχαῖος, οὐ τοῖς πτωχοῖς. Ἀλλ' ἄκουε, ὅτι *Ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, δανείζει Θεῷ.* Πτωχοῖς διδοὺς, Χριστῷ δέδωκας. Οὐκ οἶδας, ὅτι τὰ δοθέντα εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνει; οὐκ οἶδας, πῶς φοβερόν σοι κριτήριον ἐνέγραψε λέγων· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ, στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων· καὶ ἐρεῖ τοῖς ἐκ δεξιῶν, Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν, ὅτι ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν;*

ε'. Βλέπε, πῶς ὁ διὰ τῶν πτωχῶν δανειζόμενος, ὁμολογεῖ τὸ χρέος. *Ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· γυμνὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με.* Οὐκοῦν τῷ μὲν φαινομένῳ σχήματι γυμνὸν ἐνδύεις, τῇ δὲ ἀληθείᾳ Χριστὸν περιβάλλεις. Ἔνδυσον Χριστὸν, ἵνα ἐνδύσῃ σε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· σκέπασον αὐτὸν, ἵνα σκεπάσῃ σε ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς· ἄκουε τοῦ Δαυῒδ λέγοντος· *Ἐσκέπασέ με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς αὐτοῦ.* Χρεία σκέπης· καταλαμβάνει τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ φοβερὸν, ἡ γέεννα ἡ ἀπαραίτητος· καὶ ἐὰν μὴ ἡ Χριστοῦ χεὶρ σκεπάσῃ, τὸ πῦρ τὸ ἀλλότριον γνωρίσει. Οἶδεν ἐπιλαβέσθαι ἀλλοτρίων, οἶδε τιμᾶν ἁγίους, αἰδεῖται τὴν εὐσέβειαν, ἐπιλαμβάνεται τῆς ἀσεβείας. Ἐκεῖ οὐ πλοῦτος, οὐ χρήματα πείθει, οὐκ ἐξουσία, οὐ δυναστεία· πάντα ἐξ ἰσοτιμίας παρίσταται τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. Κἂν γὰρ αἱ διαφοραὶ ὦσι περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς τὸν Δεσπότην ὁμότιμα πάντα, κἂν πολλὴν ἔχῃ τὴν διαφοράν. Ἀγγέλου καὶ ἀνθρώπου πόση διαφορά; Πολλὴ, καὶ οὐχ ἡ τυχοῦσα. Ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων πόση διαφορά; Ἀλλ' εἰς τὸν νόμον τῆς προσκυνήσεως ὁμοῦ καλεῖται. Πόση διαφορὰ βατάνης καὶ ἀγγέλων καὶ ζώων; Τὰ μὲν ἀθάνατα, τὰ δὲ θνητά· ἀλλ' ἕκαστον ἐν τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας ἐπιγινώσκει τὴν δεσποτείαν. Διὰ τοῦτο καὶ Δαυῒδ τὰ διῃρημένα τῇ τάξει συνάπτει τῇ συμφωνίᾳ, λέγων, *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις, αἰνεῖτε αὐτὸν, πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, ἥλιος καὶ σελήνη.* Εἰ γὰρ καὶ ὑποβέβηκε τῇ τάξει, ἀλλ' ἥνωται τῇ δουλείᾳ· καὶ ὥσπερ, ἀδελφοί, τὰ ἐν τῷ κόσμῳ ἀξιώματα διῄρηται μὲν πρὸς ἑαυτὰ, ἥνωται δὲ πρὸς τὸν ζυγὸν τῆς δουλείας (πάντες γὰρ ὑποκύπτουσι τῷ Βασιλεῖ, πάντες τρέμουσι τὴν ἐξουσίαν· καὶ ἡ μὲν διαφορὰ περὶ τὰ ἀξιώματα, ἡ δὲ συμφωνία παρὰ τοῖς δούλοις)· οὕτω κἀκεῖ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἴσοι, μόνοι δὲ ἄνισοι οἱ ὑπερέχοντες, οἱ τῇ εὐσεβείᾳ διαλάμποντες. Διὰ τοῦτο καλῶς ἔλεγεν ὁ Δανιὴλ, *Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ ὡς Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκαθέζετο.* Ἐνταῦθα πρόσεχε ἀκριβῶς, παρακαλῶ, πῶς τὸν κριτὴν τῆς ἀληθείας ἱστορεῖ ὡς ἐν εἰκόνι σωματικῇ. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς ἀσώματός ἐστι τὴν φύσιν, ὡς ἐν εἰκόνι τοῖς αἰσθητοῖς διαγράφει τὰ νοητά. Φησὶ γοῦν, Ὡς *Παλαιὸς ἡμερῶν*, οὐ χρόνῳ πεπαλαιωμένος, ἀλλὰ τῇ ἀρχαιότητι τετιμημένος· *Ἡ στολὴ αὐτοῦ ὡς χιὼν λευκὴ, ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς ἑλκόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ· χίλιαι χιλιάδες παρεστήκεισαν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες λειτουργοῦσιν αὐτῷ.* Ὦ φοβεροῦ κριτηρίου! ὦ μνήμης ἱκανῆς φοβῆσαι τοὺς ἀγνώμονας! Εἰ ἀκουόμενα οὕτω φοβερὰ, θεωρούμενα πόσῳ φοβερώτερα; *Καὶ ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ βίβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ θρόνοι ἐτέθησαν.* Θρόνοι, τίνων; Ἢ δῆλον[b] ὅτι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, πρὸς οὓς ἔλεγεν ὁ Σωτήρ· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς ἐπὶ δώδεκα θρόνους, κρίνοντες τὰς δώδεκα* [128] *φυλὰς τοῦ Ἰσραήλ. Βίβλοι ἠνεῴχθησαν.* Βί-

[a] Codex unus συγγένεια, non male.

[b] Savilius: Θρόνοι; τίνι; ἐνταῦθα προσέχειν ἀναγκαῖον. Εἰ ὁ κριτὴς τῆς ἀληθείας κάθηται, καὶ ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, ποίους ἄρα θρόνους ὁ Δανιὴλ λέγει; Ἐθεώρουν, ὅτι θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν. Τίνων οἱ θρόνοι; ἢ δῆλ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ditus est : pro filiis suis deprecans auditus non esset? *Abraham non cognovit nos.* Abnegat Abraham alienos moribus, suos autem ducit, ut dixi, eos qui alieni quidem sunt generis, sed domestici religionis. Idcirco volens ostendere Scriptura Judæis, quorum quis mores imitando sectetur, eorum et appellationem sortiri, sic ait : *Pater tuus Amorrhæus, et mater tua Chettæa, soror tua Sodomitis* (*Ezech.* 16. 3. 45. 46). Vide quo pacto cognationem ex moribus ipsis constituat. Quandoquidem eadem sapiebat quæ Sodomitæ, soror Sodomorum audivit, filia Chananæorum audivit : atque ita demonstrabat, non ut genus justificaret, sed ut mores honore afficeret. Ego vero sic existimo, Chananæum etiam et Amorrhæum cognationem istam abnegare; cumque viderit impios Dei hostes et a pietate alienos sibi accedentes, abnegat, neque dignatur Chananæus impiorum pater appellari. Quare abnegat? Si hoc imposueris Chananæo, et dixeris, Pater tuus Chananæus, et ipse dicet : Hiccine filius meus, qui patrum fidem abnegavit? Ego non sum infidelis, tametsi Chananæus : meæ quippe fidei testimonium dicet Chananæa, quæ clamat : *Fili David, miserere mei* (*Luc.* 18. 39). Ne vocentur ergo filii Chananæorum; non enim fidem Chananææ servarunt : vocentur filii lapidum atque lignorum, qui dicunt *lapidi, Pater meus es tu ; et ligno, Tu me genuisti* (*Jer.* 2. 27). Imo ego lapides etiam arbitror abnegare, ac ligna cognationem infidelium repudiare. Potest et lapis negare ac dicere, Non est filius meus, filius impietatis : non est filius meus, filius iniquitatis : ego enim tametsi lapis sum, Scripturam audivi dicentem : *Potest Deus et de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ* (*Matth.* 3. 9). Deinde vero, Itane, inquit, ex persona lapidis orationem effingis, et loquitur lapis? Audi prophetam dicentem : *Lapis de pariete loquetur ea, et scarabæus de ligno effabitur* (*Habac.* 2. 11). Etsi vos tacueritis, lapides clamabunt (*Luc.* 19. 40). Quid ergo appellabitur infidelium genus, si neque filii Abrahæ, neque Chananæi propter Chananæam (ipsorum enim inobscuravit infidelitatem splendor, fidei Chananææ); neque lapidum filii? nam et lapides illorum repudiant propinquitatem : quod nomen erit incredulis? Quod illis imposuit nomen Jeremias : *Argentum reprobum vocate eos : quia reprobavit eos Dominus* (*Jer.* 6. 30). Timeamus itaque nos, fratres. Exornat te Christi nobilitas[1]? Timorem incutiat tibi justum judicium Christi. De eleemosyna heri prædicabatur, omnia esse eleemosynæ posthabenda; omnibus animam esse præferendam. Admiratus sum et alteram indignitatem : quo nimirum pacto ii, quibus non sunt filii, adoptivos sibi filios quærant : atque hic quidem fit pater, ille autem frater efficitur. Alienum tibi adoptas in filium, et Dominum fugis? Adopta tibi eum, qui reddat tibi mercedem : fiat tibi filius Christus. Tremendum, inquit, dictum hoc. Vide quid dicas, ne occasione orationis hujus excidas a ratione, atque in rationis inopiam devolvaris. Filium hominis appellas Christum? Ego vero non filium modo, sed et fratrem appello, non a meipso, sed dicta ipsius sequutus. Dixerunt illi aliquando, *Mater tua et fratres tui quærunt te.* Ait Salvator, *Quæ est mater mea, et qui sunt fratres mei? Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, ipse meus frater et soror et mater est* (*Matth.* 12. 47-50). Si vero mater ejus est, utique filius matris est, qui hac appellatione justitiam exornavit. Fiat igitur omnis anima Christi mater secundum affectum. Quomodo mater Christi? Omnis anima in seipsa Christum parturit : nisi vero pietate fuerit transformata, mater Christi non potest vocari. Cum exceperis verbum Christi, et illud in tua mente formaris, ac tamquam in utero ratiocinatione transformaris, ipsius mater appellaris. Atque ut intelligas in unoquoque formari Christum, et matrem Christi, verbi inquam nimirum Christi, animam cujusque nostrum fieri; sic ait Paulus : *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis* (*Gal.* 4. 19). Operatus es justitiam? In anima Christum formasti. Eleemosynam impertiisti? Figuram veritatis formasti : non quod in singulis Christus formetur; Christum enim verbum pietatis appellat, cujus opera figuram recipimus veritatis. Eleemosynam erogasti? Christum efformasti. Justitiam exercuisti? Efformata est in te figura veritatis. Illud ergo perpendendum est qua ratione Christum nos reddere fratrem nostrum oporteat. Rerum ipsum tuarum consortem assume. Non vis illi cuncta largiri? Saltem illi da dimidium, ut Zacchæus : ipsi enim, inquit, dedit Zacchæus, non pauperibus. Verum audi illud, *Qui miseretur pauperis, fœneratur Deo* (*Prov.* 19. 17). Si pauperibus dederis, Christo dedisti. Nescis, eum quæ data sunt, in se recipere? nescis quomodo terribile tibi tribunal proposuerit, dicens : *Cum venerit Filius hominis* in regeneratione, *statuet oves quidem a dextris, hædos autem a sinistris : et dicet iis qui a dextris erunt, Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum : quoniam esurivi, et dedistis mihi manducare* (*Matth.* 25. 31. 33. 34).

5. Vide ut ille cui per pauperes fœneratum est, debitum fateatur. *Sitivi, et dedistis mihi bibere; nudus eram, et operuistis me.* Itaque si speciem quidem apparentem spectes, nudum induis; re autem vera Christum operis. Indue Christum, ut in judicii die te induat : tege illum, ut in die iræ te protegat : audi Davidem dicentem : *Protexit me in abscondito tabernaculi sui* (*Psal.* 26. 5). Protectione opus est; invadit ignis ille formidabilis, gehenna inevitabilis; ac nisi Christi manus protexerit, ignis alienum agnoscet. Novit enim apprehendere alienos, novit honorare sanctos; pietatem reveretur, impietatem invadit. Illic non opes, non pecuniæ persuadent, non potestas, non principatus : omnia æqualiter ante tribunal Christi astant. Etsi enim apud homines sint discrimina, tamen apud Dominum æquali in honore sunt omnia, etsi multum inter se sint diversa. Angeli et hominis quanta diversitas? Magna plane atque non vulgaris. Solis et lunæ atque stellarum quantum discrimen? Atqui ad eamdem adorationis legem simul vocantur. Quantum discrimen herbæ, angelorum et animalium? Hæc quidem immortalia sunt, illa vero mortalia; at horum unumquodque sub jugo servitutis dominatum agnoscit. Propterea David etiam ea, quæ conditione distincta sunt, connectit concentu atque concordia, dicens : *Laudate Dominum de cœlis ; laudate eum in excelsis ; laudate eum, omnes angeli ejus, omnes virtutes ejus, sol et luna* (*Psal.* 148. 1-3). Etsi enim subjecta et inferiora sunt conditione atque ordine, servitute tamen unita sunt. Non aliter atque fratres, in mundo dignitates sunt; illæ quidem inter se distinctæ, uno autem jugo servitutis unitæ sunt (omnes enim capita regi submittunt, omnes metuunt potestatem; atque inter dignitates discrimen est, apud servos autem concordia) : sic et illic homines omnes æquales, soli vero inæquales, qui antecellunt, qui pietate collucent. Quocirca recte dixit Daniel : *Aspiciebam in visione noctis, et* ecce velut *antiquus dierum sedebat* (*Daniel.* 7. 9). Hic attende, quæso, diligenter quo pacto tamquam incorporea imagine ac specie Judicem veritatis describat et narret. Nam quoniam incorporeus est naturaliter Deus, tamquam in imagine per res sensibiles, spiritales describit. Ait igitur. Velut *Antiquus dierum*, non tempore inveteratus, sed antiquitate honoratus : *Vestimentum ejus candidum quasi nix, capillus capitis ejus quasi lana munda : thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis ardens. Fluvius ignis trahebatur in conspectu ejus ; mille millia astiterunt ei, et dena millia denum millium ministrant ei* (*Ibid.* v. 10). O tremendum tribunal! o narrationem, quæ vel stolidis terrorem possit incutere! Si adeo terribilia sunt, dum audiuntur, quando terribiliora erunt, dum spectabuntur? *Et aspiciebam in visione noctis, et ecce libri aperti sunt, et throni positi sunt* (*Ibid.*)[1] Throni;

[1] Codex unus habet, *cognatio*, pro, *nobilitas* ; non male.

[1] In Savilio sic effertur totus hic locus : *Throni? cujnam? Hic attentione opus est. Si judex veritatis in throno*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quibusnam, nisi sanctis apostolis, ad quos dicebat Salvator : *Cum venerit Filius hominis in gloria sua, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel* (*Matth.* 19. 28. *et* 25. 31)? *Libri aperti sunt* : libri; in quibus scripta sunt mala, in quibus scripta sunt bona, in quibus scripta est cujusque vita. Librum autem vocat, non quod pellis ac membrana sit apud Deum et literæ, sed quoniam apud te liber memoriæ est instrumentum, Dei memoriam tamquam in libro positam narrat : libro siquidem Deus non indiget : liber enim Deo est memoria. Non, quia nos homines cum prophetas, apostolos, evangelia legimus, in corde memoriam non circumferimus sine libris, Deus libro eget : libro non indiget fons memoriæ. Ibi scribuntur virtutis opera, ibi prava scribuntur. Ne tibi timeas inde præjudicium; licet perversa tua perscripta sint opera, bonis operibus possunt deleri : uti rursus si cujus inibi nomen pietatis ergo perscriptum sit, moribus autem abnegarit, nullum ex eo fit præjudicium quod scriptum sit, sed deletur. Ut autem intelligas deleri eum, qui propter pietatem inscriptus sit, et propter secordiam ejectus, de Judæis dicit David, qui scripti olim fuerunt, ac deinde deleti : *Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur* (*Psal.* 68. 29). Quemadmodum infideles delentur, ita scribuntur fideles. Audi Paulum dicentem : Salutate dilectos nobis fratres, et comparem *Cum Clemente et cæteris adjutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ* (*Philipp.* 4. 3). Timeamus librum illum : time ne tua perscribantur peccata; cogita, quo pacto afficiaris coram judice, si adversum te aperiantur peccata; cogita, quo pacto afficiaris coram judice, si contra te commentarii, quibus iniquitas tua contineatur, coram magistratu aperiantur, quibus tua dementia publicetur; cogita, quantus timor, quantus tremor invadat te, quomodo membra contremiscant, quomodo interiora omnia concutiantur, homine judicante. Quod si homine judicante tantus est timor, quis illum timorem queat enarrare, qui tum ingruet, cum universum orbem terrarum Dominus omnium judicabit? Hæc a nobis dicuntur, non ut terrorem incutiamus, sed ut ad meliorem mentem traducamus. Ne præferantur Christo pecuniæ; ne Deo injustitia et avaritia præferatur. Audisti quæ jam ante dicta sunt, usque ad sepulcrum bene agendum esse? De his hesterno die sermonem instituimus. Quid exspectas sepulcrum, ut tibi fiat tuæ vitæ finis? Exspecta sepulcrum, finem vitæ, ut per præsentem ad futuram transveharis : dilige justitiæ opera : sepulcrum est, in quo dissolvimur; sepulcrum in quo vas terrenum deletur. Fugiamus illud judicium futurum, obsecro, fratres. Hæc patientes dicere, patientes audire oportet : justitiæ desiderium recipiamus. Vide, ut clamet propheta : *Hei mei in diem Domini, quia prope est dies Domini* (*Joel.* 1. 15). Si propheta, dum diei recordatur, tremit : nos qui sexcentorum sumus peccatorum rei, sine tremore recordabimur? Placemus judicem pœnitentia; peccata nostra deleamus; terribilem illam vocem reformidemus dicentem, *Qui neguverit me coram hominibus* (neque vero is qui verbo negat, sed qui moribus negat), *negabo et eum coram Patre meo. Qui me confessus fuerit, confitebor et eum ego coram Patre meo* (*Matth.* 10. 33. 32). Si verba dum expenduntur, terribilia sunt, nonne res ipsæ multo terribiliores erunt dum cernentur? Pone tibi ante oculos, mi frater, orbis terrarum Judicem considentem, astantes angelos, apparitorum vices obeuntes archangelos, Cherubim collaudantes, virtutes illas mundo superiores, exercitus illos supercælestes, atque in his omnibus patriarchas, prophetas, apostolos, evangelistas, martyres et hujus mundi reges, magistratus, judices, principes, divites, pauperes, idiotas, sapientes, omnes istos ante tribunal stantes, et in tot testium cœlestium terrestriumque conspectu dicentem Judicem, et apud Patrem alienos abnegantem : *Negabo* enim *eum*, inquit, *qui me negaverit, coram Patre meo* (*Matth.* 10. 33).

6. Intuere illum animo, dicentem : Pater mi, hic meam fidem neglexit, hic meos servos persequutus est, hic meam Ecclesiam injuriis affecit, hic meos ignominiose traduxit, hic sermonem meum respuit, hic mei verbi prædicationem conculcavit. Hæc autem dicit, non ut ignorantem doceat Patrem, sed ut adversarium accusatione traducat. Cogita, quo pacto dicat judex, cum advocarii nobiles terræ compedibus alligatos : *Ad alligandos*, inquit, *principes eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis* (*Psal.* 149. 8); ut adstent cum timore principes judicandi, et Salvator dicat : Isti verbum meum veritatis repudiarunt, isti meam legem respuerunt, isti mandatum meum irritum reddiderunt, isti apostolos suppliciis affecerunt, isti martyres tormentis vexarunt. Hæc sunt quæ dicit. Interea vero, dum Rex loquitur, cogita quo pacto angeli adstantes terrorem aspectu, horrorem minis incutiant, vel solis oculis peccatorem necantes : cogita, ut angeli indignentur, commoveantur archangeli, concutiantur virtutes, Pater indignetur, Spiritus sanctus excandescat; ille vero ingenti cum ignominia ejiciatur, neque tantum a salute excidat, sed in damnationem trudatur. Enimvero tremendum est non modo non salvari, neque regnare, sed et ignibus tradi. *Qui vero confessus in me fuerit, confitebor in eo* (*Matth.* 10. 32. *Luc.* 12. 9). Cogita, quanta gloria, quantus honor, quanta corona illa futura sit, cum judex dicet : Hic verbum meum servavit, hic fidem meam prædicavit, hic sermonem meum confirmavit, hic pauperem meum non despexit, hic avaritiam conculcavit, et justitiam illi prætulit; hic mundum quasi non esset, derisit, et futurum mundum adamavit; hic regnum meum divulgavit, hic verbum meum honore affecit : affice illum honore, mi Pater. Verum hæc nos cum dicimus, et oratione affectus exprimimus, non dividimus dignitatem divinitatis, neque partimur potestatem; sed hac specie accusationis indignatio judicis demonstratur : atque hæc omnia ad salutem quidem eorum qui confitentur, ad condemnationem vero eorum qui non credunt, referuntur. Illud porro est omnium formidolosissimum, cum tibi in mentem venerit stare Michaelem et Gabrielem omnesque angelicos exercitus, sedere autem filios Zebedæi, sedere Paulum et Petrum, qui sunt ex hominibus : angelos vero cum metu adstare, et homines cum fiducia considere. Cogita adstantes angelos et piscatores et publicanos sedentes, et dicamus nos quoque cum illis : *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine* (*Psal.* 30. 20)! Sedet Zacchæus, sedet Paulus et Petrus, et Michael adstat. Non peregrina nomina commemoramus, sed eorum quæ scripta sunt, vestigiis insistimus : non enim angelorum nomina didicimus, sed ea quæ scripta sunt, sequimur. Nulla est invidia, nulla æmulatio : non enim res sunt terrenæ : non ægre ferunt angeli quod ita stent quidem ipsi, homines vero consideant : sanctorum quippe gloriæ sunt consortes. Audi Dominum dicentem : *Amen dico vobis, gaudium erit coram angelis super uno peccatore pœnitentiam agente* (*Luc.* 15. 10). Diligamus igitur gloriam Christi, cum vero quæ ut somnium præterit, aspernemur. Dictum enim vobis est heri, quo pacto gloriam mundi propheta somnium appellarit. *Erunt*, inquit, *opes impiorum, ut somnium* (*Isai.* 29. 7). Nihil enim a phantasmatibus præsens rerum status differt. Qui hesterno die prospera valetudine fruebatur, hodie morbo conflictatur : qui hesterno die potestate pollebat, hodie ad humilitatem dejectus est; qui heri divitiis abundat, hodie premitur egestate : qui heri superbe efferebatur, hodie contemptus jacet. Omnia concutiuntur, omnia commutantur, neque res humanas tantum dico; sed et *Cælum*, inquit, *et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* (*Matth.* 24. 35). Idcirco beati christiani, qui etiam in dignitate positi

sedeat, et thronus ejus sit flamma ignis, de quibus ergo thronis loquitur Daniel? « Aspiciebam, et ecce throni positi sunt et libri aperti sunt. » Quibusnam positi sunt throni nisi sanctis apostolis?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

βλοι, αἷς ἐγγέγραπται τὰ φαῦλα, αἷς ἐγγέγραπται τὰ ἀγαθά, ἐν αἷς ἀναγέγραπται ὁ ἑκάστου βίος. Βιβλίον δὲ καλεῖ, οὐκ ἐπειδὴ δέρμα ἐστὶ παρὰ Θεῷ καὶ γράμματα· ἀλλ' ἐπειδὴ παρὰ σοὶ τὸ βιβλίον μνήμης ἐστὶν ὄργανον, τὴν τοῦ Θεοῦ μνήμην ἱστορεῖ ὡς ἐν βιβλίῳ· βιβλίου γὰρ Θεὸς οὐ χρῄζει· βίβλος γὰρ Θεῷ ἡ μνήμη. Οὐκ, ἐπειδὴ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι ἀναγινώσκοντες προφήτας, ἀποστόλους, Εὐαγγέλια, ἐν καρδίᾳ οὐ περιφέρομεν τὴν μνήμην ἄνευ βιβλίου, ὁ Θεὸς βιβλίου δεῖται· βιβλίου οὐ δεῖται ἡ πηγὴ τῆς μνήμης. Ἐκεῖ γράφεται τὰ ἐνάρετα ἔργα, ἐκεῖ γράφεται τὰ φαῦλα. Μὴ φοβηθῇς τὸ πρόκριμα· κἂν καταγραφῇ σου τὰ ἔργα τὰ πονηρὰ, δύναται ἐξαλειφθῆναι διὰ τῶν ἔργων τῶν ἀγαθῶν· ὥσπερ πάλιν ἐὰν γραφῇ τινος τὸ ὄνομα δι' εὐσέβειαν, ἀρνήσηται δὲ τοῖς τρόποις, πρόκριμα οὐ ποιεῖ τὸ γραφῆναι· ἀπαλείφεται γάρ. Ἵνα δὲ μάθῃς, ὅτι ἀπαλείφεται ὁ δι' εὐσέβειαν γραφείς, καὶ διὰ ῥᾳθυμίαν ἐκβληθείς, λέγει Δαυὶδ περὶ Ἰουδαίων τῶν ποτε γραφέντων, καὶ ὕστερον ἐξαλειφθέντων· *Ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βίβλου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν.* Ὥσπερ ἐξαλείφονται οἱ ἄπιστοι, οὕτω γράφονται οἱ πιστοί. Ἄκουε Παύλου λέγοντος· Ἀσπάζεσθε τοὺς ἠγαπημένους ἡμῖν ἀδελφοὺς, καὶ τὸν σύζυγον *Μετὰ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.* Φοβηθῶμεν τὴν βίβλον ἐκείνην· φοβήθητι, μὴ καταγραφῇ σου τὰ ἁμαρτήματα· ἐννόει, πῶς διατίθεσαι ἐπὶ κριτοῦ, ἐὰν ἀνεῳχθῇ κατὰ σοῦ τὰ ὑπομνήματα ἐπὶ ἄρχοντος, ἐλέγχοντά σου τὴν ἀδικίαν, στηλιτεύοντά σου τὴν μανίαν· ἐννόησον, ὅσος φόβος, ὅσος τρόμος, πῶς κλονεῖται τὰ μέλη, πῶς ἀναβράσσεται πάντα τὰ ἐντὸς, ἀνθρώπου δικάζοντος. Εἰ δὲ ἀνθρώπου δικάζοντος τοσοῦτος φόβος, τίς δυνήσεται τὸν φόβον ἐκεῖνον ἱστορῆσαι, καθ' ὃν μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ὁ πάντων Δεσπότης; Ταῦτα λέγομεν, οὐχ ἵνα φοβήσωμεν, ἀλλ' ἵνα σωφρονίσωμεν. Μὴ προτιμάσθω τοῦ Χριστοῦ χρήματα· μὴ προτιμάσθω τοῦ Θεοῦ ἀδικία καὶ πλεονεξία. Ἤκουσας τῶν προειρημένων, ὅτι μέχρι τοῦ τάφου ἡ εὐπραγία; Ταῦτα ἡμῖν χθὲς ἐγυμνάζετο. Τί ἀναμένεις τὸν τάφον τέλος γενέσθαι σοι τοῦ βίου; Ἀνάμεινον τὸν τάφον τέλος γενέσθαι σοι τῆς ζωῆς, ἵνα διὰ τῆς παρούσης εἰς τὴν μέλλουσαν διαπορθμευθῇς· ἀγάπησον ἔργα δικαιοσύνης· τάφος ἐστὶν, ἐν ᾧ διαλυόμεθα, τάφος ἐν ᾧ ἀφανίζεται τὸ γῆϊνον σκεῦος. Φύγωμεν τὴν μέλλουσαν κρίσιν, ἀδελφοὶ, δέομαι. Ταῦτα πάσχοντας [a] δεῖ λέγειν, καὶ πάσχοντας ἀκούειν· ἀναλάβωμεν πόθον δικαιοσύνης. Βλέπε, πῶς βοᾷ ὁ προφήτης· *Οἶμοι ἐγὼ εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου, ὅτι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου.* Εἰ προφήτης μεμνημένος τῆς ἡμέρας τρέμει, ἡμεῖς οἱ ὑπεύθυνοι μυρίοις ἁμαρτήμασιν, ἄνευ φόβου μνημονεύσομεν; Δυσωπήσωμεν τὸν κριτὴν διὰ μετανοίας, ἐξαλείψωμεν ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, φοβηθῶμεν ἐκείνην τὴν φοβερὰν φωνὴν τὴν λέγουσαν, *Ὃς ἂν ἀρνήσηταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων* (οὐχ ὁ λόγῳ δὲ ἀρνούμενος, ἀλλ' ὁ τοῖς τρόποις ἀρνούμενος, ἀρνεῖται), *ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου. Ὃς ἂν ἐξομολογήσειν ἐμὲ, ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου.* Εἰ τὰ ῥήματα ἐξεταζόμενα, φοβερὰ, τὰ πράγματα ὁρώμενα, οὐ μᾶλλον φοβερώτερα; Ἐννόησον, ἀδελφὲ, τὸν κριτὴν τῆς οἰκουμένης καθήμενον, ἀγγέλους παρεστῶτας, ἀρχαγγέλους δορυφοροῦντας, τὰ Χερουβὶμ δοξάζοντα, τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις, τὰς ὑπερουρανίους στρατιὰς, καὶ ἐν τούτοις πᾶσι πατριάρχας, προφήτας, ἀποστόλους, εὐαγγελιστὰς, μάρτυρας, καὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ βασιλεῖς, ἄρχοντας, κριτὰς, δυνάστας, πλουσίους, πένητας, ἰδιώτας, σοφοὺς, πάντας τούτους πρὸ τοῦ βήματος ἑστῶτας, καὶ [129] ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων οὐρανίων καὶ ἐπιγείων λέγοντα τὸν κριτὴν, καὶ ἀρνούμενον τοὺς ἀλλοτρίους ἐπὶ τοῦ Πατρός· *Ἀρνήσομαι γὰρ αὐτὸν*, φησὶ, *τὸν ἀρνούμενόν με, ἔμπροσθεν τοῦ Πατρός μου.*

ς'. Ἐννόησον αὐτὸν λέγοντα· Πάτερ, οὗτός μου τὴν πίστιν ἐξουθένησεν, οὗτός μου τοὺς ἰδίους ἐδίωξεν, οὗτός μου τὴν Ἐκκλησίαν ὕβρισεν, οὗτός μου τοὺς ἰδίους ἐστηλίτευσεν, οὗτός μου τὸν λόγον διέπτυσεν, οὗτός μου τὸ κήρυγμα κατεπάτησε. Λέγει δὲ ταῦτα, οὐκ ἀγνοοῦντα τὸν Πατέρα διδάσκων, ἀλλὰ τῇ κατηγορίᾳ τὸν ἐχθρὸν στηλιτεύων. Ἐννόησον λέγοντα τὸν κριτὴν, ὅταν καλέσῃ τοὺς ἐνδόξους τῆς γῆς δεδεμένους χειροπέδαις (*Τοῦ δῆσαι* γὰρ, φησὶ, *τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν ἐν πέδαις, καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς*), παρεστῶτας μετὰ φόβου τοὺς κρινομένους, τοὺς δυνάστας, καὶ τὸν Σωτῆρα λέγοντα· Οὗτοί μου τὸν λόγον τῆς ἀληθείας διέπτυσαν, οὗτοί μου τὸν νόμον παρεγράψαντο, οὗτοί μου τὸ δόγμα ἠκύρωσαν, οὗτοι τοὺς ἀποστόλους ἐκόλασαν, οὗτοι τοὺς μάρτυρας ἐβασάνισαν. Ταῦτα λέγει καὶ ἐννόησον, Βασιλέως φθεγγομένου, πῶς οἱ παρεστῶτες ἄγγελοι νεύουσι φοβερὸν, ἀπειλοῦσι φρικτὸν, τῷ βλέμματι ἤδη τὸν ἁμαρτωλὸν ἀναλίσκοντες· ἐννόησον τοὺς ἀγγέλους ἀγανακτοῦντας, ἀρχαγγέλους κινουμένους, τὰς δυνάμεις σαλευομένας, τὸν Πατέρα ἀγανακτοῦντα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὀργιζόμενον, ἐκεῖνον μετὰ μεγάλης αἰσχύνης ἐκβαλλόμενον, ἐκβαλλόμενον δὲ οὐ τῆς σωτηρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς κατάκρισιν ἐξοριζόμενον. Ἀλλὰ γὰρ οὐ φοβερὸν τὸ μὴ σωθῆναι μόνον, μηδὲ βασιλεῦσαι, ἀλλὰ καὶ τῷ πυρὶ *παραδοθῆναι. Ὃς δ' ἂν ἐξομολογήσῃ ἐν ἐμοὶ, ὁμολογήσω ἐν αὐτῷ.* Ἐννόησον, πόση δόξα, πόσον καύχημα, πόσος στέφανος, ὅταν εἴπῃ ὁ κριτής· Οὗτός μου τὸν λόγον ἐτήρησεν, οὗτός μου τὴν πίστιν ἐκήρυξεν, οὗτός μου τὸν λόγον ἐβεβαίωσεν, οὗτός μου τὸν πτωχὸν οὐ παρεῖδεν, οὗτος τὴν πλεονεξίαν ἐπάτησε, καὶ τὴν δικαιοσύνην προετίμησεν, οὗτος κατεγέλασε τοῦ κόσμου ὡς μὴ ὄντος, καὶ ἠγάπησε τὸν μέλλοντα κόσμον, οὗτός μου τὴν βασιλείαν διεπόρθμευσεν· οὗτός μου τὸν λόγον ἐτίμησε· τίμησον αὐτὸν, Πάτερ. Ὅταν δὲ ταῦτα λέγωμεν ἠθοποιοῦντες, οὐ μερίζομεν τὴν ἀξίαν, οὔτε λύομεν τὴν ἐξουσίαν, ἀλλὰ τῷ σχήματι τῆς κατηγορίας δείκνυται ἡ ἀγανάκτησις τοῦ Κριτοῦ· καὶ γίνεται ταῦτα πάντα εἰς σωτηρίαν μὲν τῶν ὁμολογούντων, εἰς κατάκρισιν δὲ τῶν ἀπιστούντων. Τὸ δὲ πάντων φοβερώτερον, ὅταν ἐννοήσῃς ἑστῶτα μὲν τὸν Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, καὶ πάσας τὰς ἀγγελικὰς στρατιὰς, καθεζομένους δὲ τοὺς υἱοὺς Ζεβεδαίου, καθεζόμενον Παῦλον καὶ Πέτρον, τοὺς ἐξ ἀνθρώπων, ἀγγέλους δὲ φόβῳ παρεστῶτας, καὶ ἀνθρώπους παῤῥησίᾳ καθεζομένους. Ἐννόησον παρεστῶτας ἀγγέλους καὶ τοὺς ἁλιεῖς καὶ τοὺς τελώνας καθεζομένους, καὶ εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς μετ' αὐτῶν. *Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε!* Κάθηται Ζακχαῖος, κάθηται Παῦλος καὶ Πέτρος, καὶ παρέστηκεν ὁ Μιχαήλ. Οὐκ ὀνόματα ξένα λέγομεν, ἀλλὰ τοῖς γεγραμμένοις στοιχοῦμεν· οὐ γὰρ ἀγγέλων ὀνόματα μεμαθήκαμεν, ἀλλὰ τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθοῦμεν. Οὐδεὶς φθόνος, οὐδεὶς ζῆλος· οὐ γάρ ἐστι γῆϊνα πράγματα· οὐ λυποῦνται ἄγγελοι διότι μὲν αὐτοὶ ἑστήκασιν, ἄνθρωποι δὲ καθέζονται· κοινωνοὶ γάρ εἰσι τῆς δόξης τῶν ἁγίων. Ἄκουε τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι χαρὰ ἐστὶν ἐνώπιον πάντων τῶν ἀγγέλων ἐφ' ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.* Ἀγαπήσωμεν οὖν τὴν δόξαν τοῦ Χριστοῦ, τὴν δὲ δόξαν τὴν παρερχομένην ὡς ὄναρ διαπτύσωμεν. Εἴρηται γὰρ καὶ χθὲς ὑμῖν, πῶς ὁ προφήτης τὴν δόξαν τοῦ κόσμου ἐνύπνιον ἐκάλεσεν. *Ἔσται* γὰρ, φησὶν, *ὁ πλοῦτος τῶν ἀσεβῶν ὡς ἐνύπνιον.* Οὐδὲν γὰρ διαφέρει φαντασμάτων ἡ παροῦσα κατάστασις. Ὁ χθὲς ἐν ὑγείᾳ, σήμερον ἐν νόσῳ· ὁ χθὲς ἐν ἐξουσίᾳ, σήμερον ἐν ταπεινώσει· ὁ χθὲς ἐν πλούτῳ, σήμερον ἐν πενίᾳ· ὁ χθὲς ἐν ὑπερηφανίᾳ, σήμερον ἐν ἐξουθενώσει. [130] Πάντα σαλεύεται, πάντα μεταβάλλεται· καὶ οὐ λέγω τὰ ἀνθρώπινα μόνον, ἀλλὰ καὶ *Ὁ οὐρανὸς*, φησὶ, *καὶ ἡ γῆ πυρελεύ-*

[a] Hæc mutila in editis ex duobus mss. restituuntur. Sensus est. Non sine dolore et labore de futuro judicio loqui et loquentes audire debemus, exemplo prophetæ qui ait: *Hei mihi*, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Διὰ τοῦτο μακάριοι οἱ Χριστιανοὶ, οἱ καὶ ἐν τῇ ἀξίᾳ ταπεινοφρονοῦντες. Ἐταπεινοφρόνησας ἐν τῇ ἀξίᾳ; Ἡ ταπεινοφροσύνη οὐδέν σε ἀδικεῖ· τοιοῦτον γὰρ εὑρίσκει, οἷος ὀφείλεις γενέσθαι. Ἐὰν προλαβὼν ταπεινώσῃς σεαυτὸν πρὸ τῆς ταπεινώσεως, οὐδὲν ξένον καινοτομήσει κατὰ σοῦ ἡ ταπείνωσις, ἀλλ' ἑτοιμασθεὶς τὴν διάνοιαν παρασκευάζῃ πρὸς τὴν μάχην. Καλῶς οὖν ἔλεγεν ὁ Δαυΐδ, *Ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην.* Φύγωμεν οὖν ἀλαζονείαν, φύγωμεν κενοδοξίαν, ἀγαπήσωμεν Χριστὸν, καὶ διὰ Χριστὸν πένητας, ἵνα ὁ πάντας πλουτίζων, ὁ πάντας ἐλεῶν, χαρίζηται πλῆθος τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὥστε κομᾶν ἐν εὐσεβείᾳ, ὥστε ἔχειν τὸν γεωργὸν τῆς δικαιοσύνης, τὸν χθὲς ἀπολειφθέντα δι' ἑτέραν οἰκονομίαν, μεθ' ἡμῶν δὲ ὄντα διὰ τὴν πνευματικὴν ἐπιστασίαν. Οὐ γὰρ ἦν ὁ λαὸς Ἰουδαῖος, ἵνα εἴπω, ὅτι ἦν ὁ λαὸς ὡς πρόβατα μὴ ἔχοντα ποιμένα· ἀλλ' ἀποστολικὴς ἦν, ἔχων εὐαγγελικὸν ποιμένα λέγοντα, *Εἰ καὶ τῷ σώματι ἀπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως·* ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ADMONITIO

Hujus nullum Codicem manuscriptum vidi. Edidit Fronto Ducæus, sed, ni fallor, initio mutilum. Savilius autem cum hanc orationem ex Mss. Orientalibus descriptam haberet, indignam luce putavit, ejusque solum titulum et prima sermonis verba protulit hoc pacto T. VIII, p. 857 : Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν θεολόγον. Init., Ἰωάννης σήμερον ὁ εὐαγγελιστής. Hoc autem vere initium esse arbitror, quod in hac quam

Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Θεολόγον.

α'. Ἰωάννης ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας, Ἰωάννης τῆς Ἀσίας τὸ καύχημα, μᾶλλον δὲ τῆς οἰκουμένης ὁ στῦλος, Ἰωάννης ὁ ἀγαπητὸς τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς, καὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου σάλπιγξ, τῶν Ἐφεσίων τὸ κλέος, καὶ τῶν περάτων ὁ κήρυξ, ἡ κιθάρα τῆς θεολογίας, Θεολόγος ἀξίως καλούμενος· τὸ Χερουβικὸν στόμα, καὶ τὸ Σεραφικὸν μυσταγώγημα, ἢ καὶ ὑπὲρ ταῦτα εἰπεῖν οὐ παραιτήσομαι. Ὃν γὰρ αἱ ἄνω δυνάμεις ἀγγέλων τρόμῳ δοξάζουσιν, Ἰωάννης μεγάλῃ τῇ φωνῇ παῤῥησίᾳ ἐκήρυξεν· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Μακαρία εἶ, πόλις Ἐφεσίων, ὅτι ἐν σοὶ πρῶτον ἤχησεν ἡ τοιαύτη θεόλεκτος βροντή· μακαρία εἶ, πόλις Ἐφεσίων, ὅτι ἐν σοὶ συνετάγη τὸ τοιοῦτον γραμματεῖον· μακαρία εἶ, ὅτι ἐν σοὶ ὁ τοιοῦτος Ἰωάννης. Καὶ ἄλλοι μὲν γὰρ Ἰωάνναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ καὶ ἐν σοὶ, ἀλλ' οὐδεὶς τοιοῦτος Ἰωάννης, οὔτε ἐν σοὶ, οὔτ' ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. [131] Ὅθεν ὁ ἐπιστάμενος τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων, καὶ γινώσκων τὰ κρύφια τῆς καρδίας, εὑρὼν αὐτὸν τοιοῦτον, ἅγιον καὶ ἀμίαντον, ὑψηλὸν τὸν βίον, καθαρὸν τῇ καρδίᾳ, κεκοσμημένον τῇ ἀγνείᾳ, τετελειωμένον ἐν ἀγάπῃ, τοῦτον ὡς πιστὸν ἐν πᾶσι πιστεύειν τὴν ἰδίαν μητέρα παραδοὺς, τὴν ἀμίαντον περιστερὰν, τὴν ἄσπιλον ἀμνάδα, τὴν ἀκηλίδωτον δάμαλιν, τὴν ἀσύγκριτον ἐν ἀνθρώποις, τὴν πάντων τῶν ποιημάτων Θεοῦ ἀνωτέραν· ὅπερ οὐδεὶς ἄλλος τῶν ἁγίων πεπίστευται. Μακαρία εἶ, πόλις Ἐφεσίων, ὅτι τοιούτου σε ἀνδρὸς πόδες ἐπάτησαν, οὗ τὴν καθαρὰν διαγωγὴν καὶ τὰ ἴχνη ἄγγελοι ἐθαύμασαν· μακαρία εἶ, πόλις Ἐφεσίων, ὅτι πρώτη πάσης πόλεως ὑψηλοτέρα ἀνεδείχθης, διὰ Ἰωάννην τὸν ἠγαπημένον· μακαρία εἶ, ὅτι πᾶσαι τῆς οἰκουμένης αἱ Ἐκκλησίαι σου μαθήτριαι τυγχάνουσι, παρὰ σοῦ διδαχθεῖσαι θεολογεῖν, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Ὥσπερ γὰρ ἐὰν ᾖ λύχνος ἔν τινι τόπῳ καιόμενος, καὶ πανταχόθεν πολλοὶ προστρέχοντες, ἐκεῖθεν ἕκαστος ἀνάψας θαῤῥῶν λοιπὸν πορεύεται, μηδαμῶς προσκόπτων, μηδὲ πλανώμενος· οὕτω καὶ ἐν Ἐφέσῳ γέγονε. Πρώτη ἀνάψασα τὸν τῆς θεολογίας λύχνον, πᾶσαι τῶν περάτων αἱ Ἐκκλησίαι πρὸς σὲ δραμοῦσαι, ἑκάστη τὴν ἑαυτῆς λαμπάδα τὴν θεολογίαν ἀνῆψε, καὶ ὑπέστρεψε χαίρουσα. *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Καὶ ἐν Ἐφέσῳ τοῦ ἰδίου φωτὸς τῆς θεολογίας οὐκ ἠλαττώθη, καὶ ἡ οἰκουμένη τὰ ἴσα φῶτα κατέχουσα κηρύττει τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Ἀναγκαῖόν τε καὶ τοὺς ἀγῶνας αὐτοῦ εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ὅσον ἡμῖν δυνατὸν, ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγα· πάντα γὰρ αὐτοῦ τὰ κατορθώματα οὐκ ἐξαρκέσαι πᾶς ὁ καιρὸς πρὸς διήγησιν. Τὰ μὲν γὰρ πλεῖστα ἠκούσαμεν ἐκ τῆς βίβλου τῶν Πράξεων, ὅσα συνὼν τοῖς ἀποστόλοις καλῶς ἠγωνίσατο. Ὕστερον ἐξόριστος ὑπὸ Δομετιανοῦ τοῦ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως εἰς τὴν νῆσον τὴν καλουμένην Πάτμον γίνεται διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας, καὶ Ἐκκλησίαν συγγράφει, ἣν ἔδειξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, καὶ Ἀποκάλυψιν μυστηρίων ἀῤῥήτων καὶ φοβερῶν. Ἔπειτα καὶ τὰς ἁγίας αὐτοῦ τρεῖς Ἐπιστολάς. Σκόπει δὲ τὴν ἄφατον τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητα, πανταχοῦ συγξενιτεύοντος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· κἂν ἐν φυλακῇ κατέχωνται, κἂν ἐν ἐξορίαις τυγχάνωσιν, εἴτε ἐν βυθῷ θαλάσσης, εἴτε ἐν λάκκῳ κατακλεισθῶσιν, κἂν ὅπου δ' ἂν παραῤῥιφῶσιν, οὐ χωρίζεται τούτων, συμμαχῶν καὶ ἐνισχύων, καὶ τῶν πόνων ἐπικουφίζων. Εἶτα ἐπανελθὼν τῆς ἐξορίας, καταλαμβάνει τὴν Ἔφεσον, κἀκεῖσε διατρίβων συντάττει τὸ Εὐαγγέλιον ὢν ἐτῶν ἑκατὸν, διαρκέσας ἕως ὅλων ἑκατὸν εἴκοσιν. Ἐκεῖσε διάγων συγγράφεται τὴν θεολογίαν, μᾶλλον δὲ ἐν οὐρανοῖς, ὅθεν αὐτὴν ἐκομίσατο· τῶν γὰρ τοιούτων ἐν οὐρανοῖς διάγει τὸ πολίτευμα. Ἐν Ἐφέσῳ διάγων, ἐν σαρκὶ, εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τῆς θεολογίας τὴν σαγήνην ἐξέπλωσε λέγων, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Ὡς ἀληθῶς *Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός·* ὁ εἰπὼν πρὸς αὐτοὺς, *Ἐγὼ δώσω ὑμῖν στόμα καὶ σοφίαν.* Πόσοι βασιλεῖς καὶ δυνάσται καὶ σοφοὶ ἐφώνησαν πολλάκις ἐν δυνάμει μεγάλῃ, ἀλλ' ἡ φωνὴ αὐτῶν οὐδ' ἕως τῶν τειχέων τῆς πόλεως ἔφθασε; καὶ ὁ πένης ὁ ἁλιεὺς ἐν Ἐφέσῳ ἐφθέγξατο· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος,* καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ φωνὴ ἐκάλυψεν. Εἶδες στόμα πάσης φωνῆς ὑψηλότερον; εἶδες γλῶσσαν ἀστραπῆς ὀξυτέραν; εἶδες φωνὴν πάσης βροντῆς τρανοτέραν; εἶδες δύναμιν τοιαύτην; διδάσκαλον ἀπὸ τῆς Ἐφέσου πάντα τὰ ἔθνη μαθητεύοντα, καὶ θεολογεῖν διδάσκοντα· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.* Αὕτη ἡ φωνὴ τὴν οἰκουμένην [132] ἠλίευσε, καὶ σαλευομένην ἐστήριξεν· αὕτη ἡ φωνὴ τὸν κόσμον ἐφώτισε, καὶ κατὰ τοῦ ἀντιπάλου ἐνίσχυσεν· αὕτη ἡ φωνὴ τῶν πολλῶν ἀνάστασις καὶ σωτηρίας πρόξενος, τινῶν δὲ πτῶσις καὶ

Digitized by Google Библиотека текста ABK/FR

humiles sunt. Humilis fuisti in dignitate? Nihil tibi damni infert humilitas : talem enim te reperit, qualis esse debes. Si antevertens, teipsum ante humiliationem humiliaveris, nihil inusitati ac novi perficiet adversum te humiliatio, sed mente paratum ad prælium disponet. Recte igitur dicebat David : *Paratus sum, et non sum turbatus* (*Psal.* 118. 60). Fugiamus itaque arrogantiam, fugiamus inanem gloriam : diligamus Christum, et pauperes propter Christum, ut omnes qui ditat, qui omnium miseretur, multitudinem Ecclesiæ largiatur, ut abundet pietate, ut justitiæ emtorem obtineat, qui hesterno die dispensationis alterius causa abfuit a nobis, nobiscum autem est propter sollicitudinem spiritualem. Non enim Judaicus ille erat populus, ut dicam fuisse populum tamquam oves non habentes pastorem (2. *Paral.* 18. 16), sed apostolicus erat, evangelicum habens pastorem qui dicebat : *Etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum, gaudens, et videns firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ* (*Col.* 2. 5); cui gloria et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IN SERMONEM SEQUENTEM.

edimus desideratur : hoc quippe præmisso, sequentia quadrabunt; hoc demto, mancum est initium. Sed sine auctoritate illa addere non ausi sumus. Jure porro hanc orationem prætermisit Savilius, utpote indignam quæ legatur; nam est otiosi cujusdam Græculi, ut nemo non videt.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

EJUSDEM SERMO DE SANCTO JOANNE THEOLOGO.

1. Joannes in Asiæ urbe Epheso, Joannes Asiæ decus, vel potius orbis terrarum columna, Joannes dilectus Christi discipulus, et Dei Verbi tuba, Ephesiorum gloria, et extremorum orbis finium præco, theologiæ cithara, Theologus merito appellatus : Cherubicum os, et Seraphicum mysteriorum oraculum, vel etiam his majus dicere non dubitabo. Quem enim supernæ angelorum virtutes tremore glorificant, Joannes magna voce cum fiducia prædicavit : *In principio erat Verbum* (*Joan.* 1. 1). Beata es, civitas Ephesiorum, quod in te primum a Deo prolatum ejusmodi tonitru insonuerit : beata es civitas Ephesiorum, quod in te tale volumen sit compositum : beata es, quod talis in te Joannes sit inventus. Atque alii quidem Joannes in toto orbe terrarum, et in te fuerunt; sed nullus talis Joannes, neque in te, neque in toto orbe terrarum. Quamobrem is, cui mentes hominum sunt perspectæ, qui cordis novit occulta, cum talem eum offendisset, sanctum et impollutum, ratione vitæ sublimem, corde purum, castitate decoratum, in caritate perfectum, huic tamquam inter omnes fideli credidit matrem suam, tradiditque columbam immaculatam, agnam impollutam, vitulam incorruptam, eam quæ inter homines incomparabilis, quæ omnibus est excelsior Dei creaturis : quod alii nulli sanctorum est creditum. Beata es, civitas Ephesiorum, quam talis viri pedes calcarunt, cujus puram conversationem ac vestigia ipsi angeli suspexerunt : beata es, civitas Ephesiorum, quæ propter Joannem dilectum prima quavis urbe sublimior es reddita : beata es, quod omnes orbis terrarum Ecclesiæ tuæ sint discipulæ, utpote quæ theologiam istam ex te didicerint, *In principio erat Verbum*. Nam quemadmodum, si quopiam in loco lucerna fuerit, atque ad eam omnes accurrant, inde quisque sua face accensa discedit securus, ac deinceps absque ulla offensione vel errore incedit : sic et Ephesi accidit. Prima tu lucernam theologiæ accendisti, tum omnes orbis terræ finium Ecclesiæ cum ad te accurrissent, singulæ suam theologiæ lampadem accenderunt, et gaudentes reversæ sunt. *In principio erat Verbum*. Et Epheso tamen proprium theologiæ lumen imminutum non est, et orbis terrarum æqualia retinens lumina prædicat : *In principio erat Verbum*. Porro illius etiam certamen et labores operæ pretium fuerit in medium afferre, quantum in nobis situm fuerit, pauca de multis : nam ad omnia ejus recte facta commemoranda nullum nobis tempus sufficeret. Ac plurima quidem ex libro Actorum audivimus, quæ dum versaretur cum apostolis, præclare decertans præstitit; deinde vero a Domitiano Romanorum Imperatore pulsus in exsilium, in insulam, quam Patmon appellant, venit propter verbum Dei, et prædicationem pietatis, Ecclesiamque conscribit, quam ostendit illi Deus, et Apocalypsin arcanorum terribiliumque mysteriorum, ac deinde tres sanctas suas Epistolas. Tu vero mihi ineffabilem Dei bonitatem perpende, qui ubique terrarum cum iis, qui ipsum diligunt, peregrinatur, sive in carcere detineantur, sive in exsiliis versentur, sive in profundo maris, sive in lacu sint inclusi, sive quemcumque sint in locum detrusi, separari ab illis nequit, sed in pugna succurrit, eosque corroborat, ac laboribus levat. Postea vero quam ab exsilio reversus est, pervenit Ephesum, ibique commorans Evangelium conscribit, cum esset annorum centum, et usque ad totos centum viginti vitam propagavit (*a*). Ibi cum versaretur, Theologiam conscribit, vel potius in cælis unde illam accepit : talium enim conversatio est in cælis. Dum Ephesi degeret, in carne, theologiæ sagenam in ultimas orbis terrarum oras expandit dicens : *In principio erat Verbum*. Vere *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus* (*Psal.* 146. 5) : qui dixit apostolis, *Ego dabo vobis os et sapientiam* (*Luc.* 21. 15). Quam multi reges, et principes, et sapientes vociferati sunt sæpenumero magna virtute, sed eorum vox ne ad mœnia quidem urbis pervenit? At pauper et piscator hic Ephesi proloquutus est, *In principio erat Verbum*, et totam terram vox ista operuit. Vidisti os voce quavis sublimius? vidisti linguam quovis fulgure celeriorem? vidisti vocem quovis tonitru clariorem? vidisti talem virtutem? doctorem qui ab Epheso gentes omnes erudit, et theologiam docet : *In principio erat Verbum*. Hæc nimirum vox orbem terrarum piscata est, eumque concussum stabilivit : hæc vox mundum illuminavit, et contra adversarium corroboravit : hæc vox est plerorumque resurrectio et salutis conciliatrix, quorumdam vero ruina et eversio

(*a*) Nonaginta quatuor ætatis annos Joanni tribuit Epiphanius, l. 1, 12. Qui vero centum viginti annos emensum dixerit, neminem vidi præter hunc anonymum.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

propter signum cui contradicitur : eorum quidem qui credunt, eum in principio fuisse, resurrectio ; eorum vero qui dicunt, eum fuisse creatum ex nihilo, ruina et silentium. Magna enim tunc hæreticorum multitudo insurrexerat, qui Ecclesiam perturbabant, et iniquitatem adversus Excelsum loquebantur, dicebantque fuisse tempus cum non esset, et antequam fieret eum non fuisse, et ex non exstantibus eum factum esse. O improba ora, et linguæ detestandæ, ac labia aspidum veneno repleta ! Quid hac blasphemia pejus ? quid hac impietate ignominiosius ? Quapropter apostolus Joannes cum istorum improbas voces patienter audire non posset, Evangelium componit, et ingentem thesaurum Ecclesiæ commendat, quartum nempe fluvium et preliosam margaritam. Cum enim ab exsilio, ut dictum est, Ephesum reversus esset, ac deinceps animadvertisset, reliquorum evangelistarum libros absolutos esse, et omnem fere a Deo inspiratam Scripturam ad ædificationem Ecclesiæ, deesse vero quartum orbis terrarum fundamentum, et neque fieri posse ut absque illo terrarum orbis subsistat, sic apud se cogitabat dicens : Quid differo ? quid cunctor amplius ? cur non illud absconditum a sæculis mysterium in medium profero ? cur in meipso sapientiam illam æternam occulto, quam recumbens ex immortali fonte hausi ? cur non divulgo, quem angeli ignorant ? cur non ultimis terrarum oris eum revelo, quem nemo novit, nisi Pater ? cur non scribo quod Matthæus et Marcus et Lucas ex laudabili quodam metu silentio præterierunt, cum ea quæ sibi mandata fuerant, perfecissent ? Quamobrem loquar ego quoque juxta concessum mihi desuper donum. Matthæus quidem quantum licebat secundum propriam virtutem scripsit ; Marcus autem et Lucas similiter secundum Spiritus sancti largitionem libros suos pro Dei dignitate conscripserunt. Scribam ego quoque ac prioribus quartum vitæ fontem adjiciam. Deest quippe ad id, ut vocem habeamus ad numen commendandum idoneam, sermo de theologia ; et mundus ab hac parte periculo non caret. Librum itaque scribam, per quem obstruetur os omne quod loquitur adversus Deum iniquitatem : scribam librum, qui omnem quæ in mundo est sapientiam obscuret : scribam librum, qui non de homine narrationem instituat. Neque enim Ecclesiæ desunt, quæ scripsit de his Moyses, de cælo, et de terra, et mari et volucribus et piscibus, et quadrupedibus et serpentibus et plantis, et seminibus et luminaribus, et cibis et cæteris creaturis : ego vero, omnibus, quæ a tempore et in tempore facta sunt, prætermissis, de eo loquar, qui sine tempore est et increatus, qui ante omnia sæcula ineffabiliter ex Patre genitus est Deus Verbum, de quo Moyses iste verba facere minime potuit : at ego *Omnia possum in eo qui me confortat* (*Philipp.* 4. 13), nempe Christo. Hæc apud se considerans Joannes apostolus, et scriptorium calamum manu tenens, ac mente volvens unde initium duceret de divinitate verba faciendi, anima quidem gaudens, sed manu tremens, in sublime tollitur, et corpore cum esset Ephesi, corde puro ac spiritu raptus in altum erat. Derelicta igitur universa terra, fusum in medio aerem penetravit, stellarum ordines præterivit, angelorum exercitus prætervectus est, archangelorum choros omnesque spirituales virtutes, Cherubim et Seraphim agmina, et omnia quæcumque producta sunt ex nihilo, dereliquit, omnesque cælos transcendit, et quæcumque non erant prætergressus est. Appropinquavit limitibus eorum quæ nemo assequi potest, nec ullus obstitit nec impedivit ejus ascensum. Nam quicumque corpore est immaculatus et corde purus et anima innocens et humilis spiritu, neque ab aeris spiritibus impeditur, neque a cælestibus potestatibus in supernam ascendere Jerusalem prohibetur, ubi cuncti beati congregantur, sicut hic beatus apostolus minor Joannes, et magno sancto Joanne major. Per omnes ergo pertransiit, nec ullus se illi opposuit. Angeli quippe cernentes hominem de terra progressum, angelis gloriosiorem, nihil habentes quod dicerent, conticescebant : angelorum vero chori alterum de terra angelum, virginitate illustrem, sanctitate repletum, corde purum, suavi odore redundantem retinere non ausi sunt. Cælorum portæ rursus insuetum vultum videntes glorificatum, qui sacros radios solaribus splendidiores emittebat, et eum esse suspicantes, quem diligebat Jesus, qui supra pectus ejus multa cum puritate recubuerat, unde tanta illum gloria circumfudit, subito reseratæ ingressum permiserunt. Tum ad ea deinceps pervenit quæ inaccessa erant ; supremum profundum attigit. Quid igitur ad hæc dicemus ? Vera est illa vox divina prophetæ ore prolata, *Sed ego eos, qui me glorificant, glorificabo* (*1. Reg.* 2. 30) ; quemadmodum et de hoc Dei pater David prophetavit : *Dei fortes terræ vehementer elevati sunt* (*Psal.* 46. 10) : et rursus, *Sanctis, qui in terra sunt ejus, mirificavit Dominus omnes voluntates suas in eis* (*Psal.* 15. 3). Quod enim majus est hoc miraculum, in tantam evehi sublimitatem terrenum hominem ? Cum multa fiducia, et quantum spectari possibile est, spectavit, et ad ulteriora contendere si voluisset. *Quem nullus hominum vidit, sed neque videre potest* (*1. Tim.* 6. 16), ut Paulus apostolus scribit : quemadmodum et Joannes ipse similia : *Deum nemo vidit umquam* (*Joan.* 1. 18). Quid igitur ad hæc dicemus ? Paulum quidem recte scripsisse, cum dixit : *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* In hac enim vita non licet secundum hominum facultatem, neque secundum naturam, sed supra naturam, neque servitutis hoc est, sed filiorum adoptionis et amicitiæ (*Vos* enim *amici mei estis, non jam vocabo vos servos* [*Joan.* 15. 14. 15]) ; neque non pura, sed pura, et abluta, prout ad illos ait vox divina : *Vos mundi estis* (*Ibid.* 13. 10) : at qui corde sunt mundi, Deum videbunt (*Matth.* 5. 8). Hæc ergo maxima et divina dona præ se ferens Joannes, et confidenter ad excelsa progrediens, ad immensum pelagus illud pervenit, et impollutis sui cordis oculis contemplans in sinu Patris initio carentis Verbum, et ipsum initio carens, quod ante sæcula ex Patre ineffabiliter natum est, nec jam valens in seipso gaudium illud inenarrabile continere, sanctum et seraphicum os suum aperuit, et magna voce proclamavit, dicens : *In principio erat Verbum.* Vide, quæso, prudentiam piscatoris, considera hominis illiterati sapientiam. Vidistin' doctoris inexplicabilem sublimitatem ? Ephesi residebat, et quæ supra cælos sunt, contemplabatur ? Spiritu ad supernum illud profundum commigravit, et cum e paterno sinu theologiam expiscatus esset, corpore in terris scripsit : *In principio erat Verbum.* Audite, fideles, et confirmamini : *In principio erat Verbum ;* audite, lingua petulantes adversarii, et erubescite : *In principio erat Verbum :* nolite amplius confidenter loqui, blasphemi, nolite amplius Ecclesiam oppugnare, Antichristi, non amplius inique agite, non amplius exaltate cornu, *Neque extollite in altum cornu vestrum, neque loquimini adversus Deum iniquitatem* (*Psal.* 74. 5. 6), dicentes : Fuit tempus, cum non erat, et antequam fieret, non erat, et ex non exstantibus factus est. *Prohibe linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum* (*Psal.* 33. 14). Ipse enim erat, et ante erat, et semper erat, neque initium habens, neque esse desinens, neque in tempore est qui expers est temporis, neque creatura, vel figmentum : ipse quippe Creator est et Conditor universorum, cum eorum quæ aspectabilia sunt, cum eorum quæ aspectabilia non sunt. *Omnia* enim *per ipsum facta sunt* (*Joan.* 1. 3). Vere nunc tempus est, ut propheticum illud dictum usurpemus : *Hic est Deus noster ; non æstimabitur alius ad eum* (*Baruch.* 3. 36). *Adinvenit omnem viam scientiæ, et dedit eam* Joanni *dilecto suo.* Vide enim, quæso, quo pacto per unam vocem universum *Orbem terræ correxit, qui non commovebitur* (*Psal.* 95. 10) : intuere mihi unum hominem Ephesi sedentem, et mundum universum theologiam docentem : considera quam multæ in Oriente civitates, quam multæ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καθαίρεσις διὰ τὸ ἀντιλεγόμενον σημεῖον· τῶν μὲν πιστευόντων, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν, ἀνάστασις· τῶν δὲ λεγόντων, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, πτῶσις καὶ σιωπή. Πολὺ γὰρ πλῆθος τῶν αἱρετικῶν τότε ἐπαναστάντες ἐσάλευον τὴν Ἐκκλησίαν, ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντες, καὶ λέγοντες, ὅτι ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γενέσθαι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο. Ὦ στόματα μιαρὰ, καὶ γλῶσσαι ἐβδελυγμέναι, καὶ χείλη ἰοῦ ἀσπίδων πεπληρωμένα! Τί ταύτης τῆς βλασφημίας χεῖρον; τί ταύτης τῆς ἀθεΐας ἀτιμότερον; Ὅθεν ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης μηκέτι φέρων ἀκούειν τὰς τούτων μιαρὰς φωνὰς, συντάττει τὸ Εὐαγγέλιον, παρακαταθεὶς τῇ Ἐκκλησίᾳ μέγαν θησαυρὸν, τὸν τέταρτον ποταμὸν, τὸν πολύτιμον μαργαρίτην. Ἐπανελθὼν γὰρ, ὡς προείρηται, ἀπὸ τῆς ἐξορίας εἰς Ἔφεσον, καὶ κατανοήσας λοιπὸν, ὅτι τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν αἱ βίβλοι κατηρτίσθησαν, καὶ πᾶσα σχεδὸν θεόπνευστος Γραφὴ πρὸς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας, λείπει δὲ ὁ τέταρτος τῆς οἰκουμένης θεμέλιος, καὶ ὅτι τούτου ἐκτὸς τὴν οἰκουμένην σταθῆναι οὐκ ἔνι, ἐλογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων. Τί ἀναβάλλομαι; τί, φησὶ, μακροθυμῶ ἔτι; τί οὐ προσφέρω εἰς μέσον τὸ ἀπὸ τῶν αἰώνων κεκρυμμένον μυστήριον; τί ἀποκρύβω ἑαυτῷ τὴν ἀπὸ τῶν αἰώνων σοφίαν, ἣν ἐκ τῆς ἀθανάτου πηγῆς ἐπιπεσὼν εἵλκυσα; τί οὐ δημοσιεύω, ὃν ἄγγελοι ἀγνοοῦσι; τί οὐκ ἀποκαλύπτω τοῖς πέρασιν, ὃν οὐδεὶς ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Πατήρ; τί οὐ γράφω, ὅπερ Ματθαῖος καὶ Μάρκος καὶ Λουκᾶς δι' ἐπαινουμένην δειλίαν παρασιωπήσαντες παρέδραμον, τελέσαντες τὰ προστεταγμένα αὐτοῖς; Ὅθεν λαλήσω κἀγὼ κατὰ τὴν δοθεῖσάν μοι δωρεὰν ἄνωθεν. Ματθαῖος μὲν ὅσον ἐχώρει, ἔγραψε κατὰ τὴν ἰδίαν δύναμιν, Μάρκος δὲ καὶ Λουκᾶς ὁμοίως κατὰ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος χορηγίαν τὰς ἑαυτῶν βίβλους θεοπρεπῶς ἐδογμάτισαν. Γράψω κἀγὼ καὶ προσθήσω τοῖς ἔμπροσθεν τὴν τετάρτην πηγὴν τῆς ζωῆς. Λείπει γὰρ εἰς θεοσύστατον φωνὴν ὁ περὶ θεολογίας λόγος, καὶ κινδυνεύει ὁ κόσμος ἐν τῷ μέρει τούτῳ. Γράψω βίβλον, δι' ἧς ἐμφραγῇ πᾶν στόμα λαλοῦν κατὰ Θεοῦ ἀδικίαν· γράψω βίβλον τὴν καλύπτουσαν πᾶσαν ἐν κόσμῳ σοφίαν· γράψω βίβλον, οὐ περὶ ἀνθρώπου διηγουμένην. Οὐ γὰρ λείπει τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἃ περὶ τούτων ἔγραψε Μωϋσῆς περὶ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ θαλασσῶν καὶ ἰχθύων καὶ πετεινῶν καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν καὶ φυτῶν καὶ σπερμάτων καὶ φωστήρων καὶ βρωμάτων καὶ λοιπῆς κτίσεως· ἐγὼ δὲ πάντα τὰ ἀπὸ χρόνου καὶ ἐν χρόνῳ γινόμενα καταλείψας, λαλήσω περὶ τοῦ ἀχρόνου καὶ ἀκτίστου τοῦ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀῤῥήτως γεννηθέντος Θεοῦ Λόγου, περὶ οὗ Μωϋσῆς οὗτος εἰπεῖν οὐκ ἴσχυσεν· ἐγὼ δὲ *Πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ*. Ταῦτα ἐν ἑαυτῷ σκεπτόμενος ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης, καὶ τὸν γραφικὸν κάλαμον ἐν τῇ χειρὶ κατέχων, καὶ ἐννοῶν πῶς τῆς θεολογίας ἄρξηται, χαίρων μὲν τῇ ψυχῇ, τρέμων δὲ τῇ χειρὶ μετάρσιος γίνεται, καὶ τῷ σώματι ἐν Ἐφέσῳ ὢν τῇ καθαρᾷ καρδίᾳ τῷ πνεύματι μετέωρος ὑπῆρχε. Καταλείψας οὖν πᾶσαν τὴν γῆν, διεπέρασε τὸν ἐν μέσῳ κεχυμένον ἀέρα, παρέδραμε τὰς τῶν ἀστέρων διακοσμήσεις, παρῆλθε τὰς στρατιὰς τῶν ἀγγέλων, τὰς τῶν ἀρχαγγέλων χοροστασίας, καὶ πάσας τὰς νοερὰς δυνάμεις, Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ τάγματα, καὶ πάντα, ὅσα ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη, κατέλιπε, καὶ ὑπερέβη πάντας τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὅσα οὐκ ἦν παρέδραμε. Προσήγγισε [133] τοὺς ὅρους τῶν ἀνεφίκτων, καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύων ἢ ἐμποδίζων τὴν τούτου ἄνοδον. Πᾶς γὰρ ἄσπιλος τῷ σώματι, καθαρὸς δὲ τῇ καρδίᾳ, καὶ τὴν ψυχὴν ἄκακος, καὶ ταπεινὸς τῷ πνεύματι, οὔτε ὑπὸ τῶν ἀερικῶν πνευμάτων ἐμποδίζεται, οὔτε ὑπὸ τῶν οὐρανίων δυνάμεων κωλύεται ἀνελθεῖν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἔνθα πάντες οἱ μακάριοι συνάκονται, ὥσπερ οὗτος ὁ μακάριος ἀπόστολος ὁ μικρότερος Ἰωάννης, καὶ μείζων τοῦ μεγάλου ἁγίου Ἰωάννου. Διὰ πάντων οὖν παρῆλθε, καὶ οὐδεὶς ὁ ἀντιβαίνων. Ἄγγελοι γὰρ ὁρῶντες ἀπὸ γῆς ἄνθρωπον ἀγγέλων ἐνδοξότερον, μηδὲν ἔχοντες εἰπεῖν, ἐσιώπων· οἱ τῶν ἀγγέλων δὲ χοροὶ ἄλλον ἀπὸ γῆς ἄγγελον λαμπρὸν τῇ παρθενίᾳ, πλήρη ἁγιασμοῦ, καθαρὸν τῇ καρδίᾳ, ἐμπεπλησμένον εὐωδίας κατασχεῖν οὐκ ἐτόλμησαν. Αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν πάλιν ἰδοῦσαι ξένον πρόσωπον δεδοξασμένον, ὑπὲρ τὸν ἥλιον θείας ἀκτῖνας ἀποστίλβοντα, καὶ ὑπονοοῦσαι τοῦτον εἶναι, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, τὸν ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ ἐν πολλῇ καθαρόθητι ἀναπεσόντα, ὅθεν καὶ ἡ τοιαύτη αὐτῷ δόξα περικέχυται, σπουδαίως ἀνεῳχθεῖσαι τὴν εἴσοδον παρεχώρουν. Εἶτα ἐπλησίασε λείπων τὰ ἀνεπίβατα· ἔφθασεν εἰς τὸν ἄνω βυθόν. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Ἀληθὴς ἡ θεία φωνὴ διὰ τοῦ προφήτου λέγουσα, *Ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω*· καθὼς περὶ τούτου καὶ ὁ θεοπάτωρ Δαυῒδ προεφήτευσεν, ὅτι *Τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν*· καὶ πάλιν, *Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐθαυμάστωσεν ὁ Κύριος πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς*. Τί γὰρ μεῖζον τούτου τοῦ θαύματος, εἰς τοσοῦτον ὕψος ἀφικέσθαι ἄνθρωπον χοϊκόν; Ἐν πολλῇ παῤῥησίᾳ, καὶ ὅσα δυνατόν ἐστι θεαθῆναι, ἐθεάσατο, καὶ εἰς τὰ ἐπέκεινα αὐτὸν φιλονεικεῖν βουλόμενον, *Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται*, καθὼς γράφει Παῦλος ὁ ἀπόστολος· καθὼς καὶ αὐτὸς Ἰωάννης τὰ ὅμοια, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Ὅτι Παῦλος μὲν καλῶς ἔγραψε λέγων· *Ὃν εἶδεν οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται*. Ἐνταῦθα γὰρ οὐκ ἔστι, τὰ κατὰ ἀνθρώπους, οὔτε τὰ κατὰ φύσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὲρ φύσιν· οὔτε τῆς δουλείας, ἀλλὰ τῆς υἱοθεσίας καὶ φιλίας (*Ὑμεῖς γὰρ φίλοι μου ἐστὲ, οὐκέτι καλέσω ὑμᾶς δούλους*)· οὔτε μὴ καθαρὰ, ἀλλὰ καθαρὰ καὶ λαλούμενα, καθὼς πρὸς αὐτοὺς ἡ θεία φωνὴ λέγει, ὅτι *Ὑμεῖς καθαροί ἐστε*· οἱ δὲ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ τὸν Θεὸν ὄψονται. Ταῦτα τοίνυν τὰ μέγιστα καὶ θεῖα χαρίσματα ἐπιφερόμενος ὁ Ἰωάννης, καὶ τεθαῤῥηκὼς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἐπιβὰς, ἔφθασεν εἰς τὸ ἀπέραντον πέλαγος, καὶ τοῖς ἀμιάντοις αὐτοῦ τῆς καρδίας ὀφθαλμοῖς θεασάμενος ἐν τοῖς κόλποις τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς τὸν συνάναρχον Λόγον, τὸν πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀῤῥήτως γεννηθέντα, καὶ μηκέτι τὴν ἀνεκλάλητον ἐκείνην χαρὰν ἐν ἑαυτῷ κατέχειν ἐνισχύων τὸ ἅγιον καὶ σεραφικὸν αὐτοῦ στόμα, καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνέκραξε λέγων· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*. Βλέπε μοι σύνεσιν ἁλιέως, σκόπησον σοφίαν ἀνδρὸς ἀγραμματίστου. Εἶδές μοι ὕψος διδασκάλου ἀδιήγητον, ἐν Ἐφέσῳ καθεζόμενον, καὶ τὰ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν θεώμενον; Τῷ πνεύματι εἰς τὸν ἄνω βυθὸν ἀπεδήμησε, καὶ ἐκ τοῦ πατρικοῦ κόλπου τὴν θεολογίαν ἁλιεύσας τῷ σώματι κάτω ἔγραφεν· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*. Ἀκούσατε, οἱ πιστοὶ, καὶ στηρίχθητε, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*· ἀκούσατε, οἱ γλωσσαλγοῦντες ἀντίλογοι, καὶ αἰσχύνθητε, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*. Μηκέτι παῤῥησιάζεσθε βλάσφημοι, μηκέτι πολεμεῖτε τὴν Ἐκκλησίαν ἀντίχριστοι· μηκέτι παρανομεῖτε, μηκέτι ὑψοῦτε κέρας, *Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν, καὶ μὴ λαλεῖτε κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν*, λέγοντες, ὅτι Ἦν πότε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γενέσθαι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο. *Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον*. Αὐτὸς γὰρ ἦν καὶ προῆν, καὶ ἀεὶ ἦν, οὔτε ἀρξάμενος, οὔτε παυσάμενος τοῦ εἶναι, οὔτε ἐν χρόνῳ ὁ ἄχρονος, οὔτε κτίσμα, ἢ ποίημα· αὐτὸς γὰρ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων, ὁρατῶν τε καὶ [134] ἀοράτων. *Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο*. Ἀληθῶς καὶ νῦν εἰπεῖν καιρὸς ἐκεῖνο τὸ προφητικὸν λόγιον. *Οὗτος ὁ Θεὸς ὑμῶν· οὐ λογισθήσεται ἕτερος*

Digitized by Google Pacnoziaeque текста ABK/FR

πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰωάννῃ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Θέασαί μοι γὰρ διὰ μιᾶς φωνῆς πῶς Τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἐκατόρθωσεν, ἥτις οὐ σαλευθήσεται· βλέπε μοι ἕνα ἄνθρωπον ἐν Ἐφέσῳ καθεζόμενον, καὶ τὸν κόσμον ὅλον θεολογίαν διδάξαντα· κατανόησον, πόσαι κατὰ ἀνατολὴν πολιτεῖαι, πόσαι χῶραι, πόσαι Ἐκκλησίαι, πόσαι πάλιν ἐπὶ δυσμὰς ἡλίου, καὶ τὴν μεγάλην Ῥώμην ὁμοίως, καὶ ἐπὶ τὰ πλευρὰ, καὶ ἐπὶ τὰ μέρη τοῦ νότου, τήν τε Καππαδόκων χώραν, καὶ τὰ ἐν μέσῳ πάντα, νήσους, ἐρήμους, καὶ τὰ ἄκρα τῆς γῆς. Ἐννόησον πάλιν τῶν Ἐκκλησιῶν τὰ πλήθη, τὸν κλῆρον, καὶ τὰ πλήθη τοῦ λαοῦ, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, εἰ δύνασαι ἐξαριθμῆσαι τούτους. Ἀλλ' εὐκοπώτερον ἄμμον θαλάσσης ἐξαριθμῆσαι ἢ τοσαῦτα πλήθη. Καὶ οὗτοι πάντες μαθηταὶ Ἰωάννου, παρ' αὐτοῦ διδαχθέντες θεολογεῖν. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τοῦτο ψάλλουσιν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁδοιπόροι, καὶ πελάγιοι καὶ πλωτῆρες τοῦτο μελῳδοῦσιν, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἐρήμοις, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ ἰδιῶται καὶ σοφοὶ, καὶ μικροὶ καὶ μεγάλοι καὶ πᾶς ὅστις ἐννοεῖ, ταῦτα θεολογεῖ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ λοιπὸν ἐν τῷ πληθυνθῆναι πανταχοῦ κράζοντας ἀπαύστως τὸ Ἦν καὶ ἦν, ἐξέλιπον οἱ λέγοντες τὸ Οὐκ ἦν. Οἱ θεολογοῦντες ἐπληθύνθησαν, καὶ οἱ ματαιολογοῦντες ἐξέλιπον· οἱ εὐσεβεῖς προέκοψαν, καὶ οἱ ἀσεβεῖς προσέκοψαν· οἱ πιστοὶ εὐφράνθησαν, καὶ οἱ ἄπιστοι ἐτάκησαν. Τόξον δυνατῶν ἠσθένησε, καὶ οἱ ἀσθενοῦντες περιεζώσαντο δύναμιν. Τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξηλέγχθησαν, καὶ οἱ σοφοὶ τοῦ κόσμου κατηργήθησαν. Ἀλλὰ μέχρι τίνος οὐ στήσω τὸν περὶ αὐτῶν λόγον; Καὶ γὰρ εἰ ἐπιμενῶ τοῦ λέγειν, οὐ μὴ φθάσω τὸ ὕψος διηγήσασθαι τῆς τούτων δόξης. Τὴν γὰρ δόξαν, ἣν ἔλαβε παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ διδάσκαλος, δέδωκεν αὐτοῖς. Καὶ τί λοιπὸν ἐπιμένω διήκων ἀνέφικτα; Καὶ γὰρ καὶ ἅπερ εἰπεῖν ἐτολμήσαμεν, οὐχ ὅσον ἄξιον τοῦ προκειμένου χοροῦ τῶν ἁγίων μαθητῶν, ἀλλ' ὅσον δυνατὸν τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει· τὸ γὰρ τούτους ἐπαξίως ἐγκωμιάσαι πᾶς ἄνθρωπος ἀπορεῖ. Ὅθεν κἀγὼ φόβῳ λαλῶ, ἃ λαλῶ περὶ τούτων, μή πως διὰ τὴν οἰκείαν ἀνικανίαν, καὶ τὸ σμικρὸν τοῦ λόγου καὶ πενιχρὸν, σμικρύνω τούτων τοὺς ἐπαίνους; καὶ ἀγανακτεῖν αὐτοὺς κατ' ἐμαυτοῦ παρασκευάσω. Πλὴν ὥσπερ εἰς πάντας συμπαθεῖς ὄντες, καὶ τανῦν συγγνώσονται τῇ ἡμετέρᾳ ἀσθενείᾳ. Εἰ γὰρ λοιδορούμενοι εὐλογοῦσι, διωκόμενοι ἀνέχονται, δυσφημούμενοι παρακαλοῦσι, πολλῷ μᾶλλον ἐγκωμιαζόμενοι κατὰ τὴν ἡμῶν δύναμιν οὐ μὴ ἀγανακτήσουσιν ἐπιστάμενοι τὸ ἀσθενὲς τῆς φύσεως, εἰ καὶ τὸ ὑπὲρ φύσιν νῦν εἰληφότες παρὰ τοῦ ἀγαπήσαντος Θεοῦ. Καὶ λοιπὸν οἱ ποτὲ πτωχοὶ γεγόνασι πλούσιοι, οἱ ἄδοξοι ἔνδοξοι, οἱ ἀγράμματοι σοφοὶ, οἱ τῶν ἰχθύων ἁλιεῖς, ἁλιεῖς ἀνθρώπων· καὶ οὕτω τὸν δρόμον τελέσαντες ἐξεδήμησαν πρὸς τὴν οὐκ ἔχουσαν τέλος ζωὴν, πρὸς τὸν ἑαυτῶν διδάσκαλον καὶ Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· αὐτῷ ἡ δόξα. Ἀμήν.

β'. Τοῖς αὐτῶν διαδόχοις παραδεδωκότες τὰς σαγήνας καὶ τὰ θήρατρα, τὴν δὲ ἐξουσίαν, ἣν εἰλήφασι παρὰ τοῦ πᾶσαν ἐξουσίαν ἔχοντος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσῃ. Τούτων τοίνυν ὡς προείρηται τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν ἀρχοντίαν καὶ τὸν ζῆλον διαδέχονται οἱ τίμιοι διδάσκαλοι, οἱ ἱεράρχαι, καὶ ποιμένες τῆς τοῦ Χριστοῦ ποίμνης, κατ' ἴχνος τῶν ἀποστόλων βαδίζοντες, οἱ γενναῖοι τῆς Τριάδος ὑπέρμαχοι, οἱ τὸ χρῆμα τοῦ νόμου παραδραμόντες, καὶ τὸ ζωοποιὸν Πνεῦμα παραλαβόντες. [135] οἱ δίκην ἀρότρου ἀνορύττοντες, καὶ βαθύνοντες, καὶ ἐρευνῶντες, καὶ τὸν νοῦν ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς πᾶσι τηλαυγῶς φανερώσαντες, οἱ τὴν πίστιν τρανώσαντες καὶ τὴν κακοπιστίαν ἀπελάσαντες, οἱ τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς θείοις δόγμασι στηρίξαντες, καὶ τοὺς κακοδόξους τοῖς θείοις βέλεσι ῥήξαντες, οἱ τῆς κατανύξεως οἶνον κεκρυμμένον εὑρόντες, καὶ τὴν ποίμνην διψῶσαν ποτίσαντες, οἱ τὸν ποιμενικὸν αὐλὸν ἀναλαβόντες, καὶ τὰ θεῖα σαλπίσαντες· οἱ λειτουργοὶ καὶ φύλακες καὶ ἐργάται τοῦ ἀμπελῶνος, οἱ τῶν θείων δογμάτων ῥήτορες, καὶ ῥομφαῖαι κατὰ τῶν αἱρετικῶν, οἱ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τεθέντες ἐπίσκοποι, ὡς ἔφη ὁ ἅγιος Παῦλος· Ποιμάνατε τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· οἱ τὰς ἐπερχομένας θλίψεις μὴ παραιτησάμενοι, καὶ τὸν ἐπηγγελμένον τῆς ζωῆς στέφανον κομισάμενοι· οἱ τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας ἀποφυγόντες, καὶ τὴν μακαρίαν ἐλπίδα κληρονομήσαντες· οἱ στρατηγοὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, οἱ ἐν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ πλούσιοι, καὶ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· οἱ μιμηταὶ τῶν ἀποστόλων καὶ τύποι τῶν πιστῶν· οἱ τῶν πόλεων ἀγελάρχαι καὶ τῆς οἰκουμένης κήρυκες· οἱ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ποίμνης θέντες, καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐκχέαντες· οἱ τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον Ἀβραὰμ μιμησάμενοι, καὶ ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ ἀναπαυσάμενοι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι ἐκδικηταὶ τοῦ Κυρίου, τὴν φάσιν δεξάμενοι περὶ τῶν δυσωνύμων καὶ κακοδόξων, οἱ τὰς θείας Γραφὰς στρεβλώσαντες καὶ τὴν ἀλήθειαν συγχέαντες, καὶ τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐκνεύσαντες ψυχὰς αἰχμαλωτεύουσιν, εἰς τὸ ἀΐδιον ἔλκοντες τῆς αἱρέσεως σκότος, συναθροισθέντες ἅμα πάντες ὁμοφρόνως οἱ πιστοὶ, Δαυϊδικὸν ζῆλον, δίκην λίθων τὰ θεῖα λόγια ἐκ τοῦ χειμάρρου, ἤγουν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ τὴν ἄῤῥηκτον πίστιν τῆς ἁγίας Τριάδος ἀναλαβόντες, παρετάξαντο πόλεμον κατὰ τῶν ἀναριθμήτων καὶ ἀθέων αἱρετικῶν, σύμψυχοι τὸ ἓν συμφωνοῦντες καὶ λέγοντες μετὰ τοῦ Ἀποστόλου, Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ὁ φωτισμὸς πάντων, μία θεότης, εἷς Θεός· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος πάντοτε. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

Ad unius Ms. fidem edita fuit hæc homilia : indeque est quod non pauca sint loca, ubi oratio vel deficit, vel lacera est, vel verbis constat dubiis, et ut credere est, labefactatis : illud tamen sine magno reipublicæ litterariæ dispendio. Est quippe longe humiliore stylo descripta, figuris exclamationibusque ad nauseam usque redundans. Quamobrem a criticis omnibus inter spuria opera censetur. Hinc tamen excipienda

[136] *Εἰς τὴν ἄρνησιν Πέτρου, καὶ εἰς τὸν σταυρὸν, καὶ πῶς ὁ Ἰωσὴφ τύπος ἐγένετο τοῦ Χριστοῦ, ὁμιλία.*

α'. Ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι καιρῷ καὶ τὸ χρέος τοῦ Ἰωσὴφ ἀποτίσαι, καὶ τὸ κλῆτος [a] τοῦ σταυροῦ μηνῦσαι. Σήμερον καὶ Ἰωσὴφ στεφανοῦται, καὶ σταυρὸς φυτουργεῖται· σήμερον καὶ Πέτρος ἀρνεῖται, καὶ ὁ λῃστὴς εὐωχεῖται· σήμερον καὶ ὁ νόμος πληροῦται, καὶ ὁ προφητεύθεις Χριστὸς δοξολογεῖται· σήμερον κυρίως πληροῦται τὸ φάσκον ῥητὸν περὶ τοῦ Κυριακοῦ θανάτου, Ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ συνελήφθη ὁ ἁμαρτωλός. Καὶ τίς ὁ ἁμαρτωλός; Ὁ τῆς ἁμαρτίας εὑρετὴς διάβολος. Καὶ τίς ἡ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεῖσα παγίς; Ὁ σταυρὸς,

[a] Videtur cum Savilio legendum τὸ κλέος.

Digitized by Google ABK/FR

regiones, quam multæ sint Ecclesiæ : quam multæ rursus ad solis occasum, et magnam Romam similiter, et ad latera partesque australes, et regionem Cappadocum, et quæ interjecta sunt omnia, insulas, deserta, et fines terræ. Cogita rursus Ecclesiarum multitudines, clerum, et turbas populi, virorum, mulierum, si forte dinumerare istos possis. Verum arenam maris dinumerare facilius fuerit, quam tot turbas. Et hi omnes discipuli sunt Joannis, de divinitate verba facere ab illo edocti : *In principio erat Verbum :* et in foro hoc decantant, *In principio erat Verbum ;* et viatores, et qui navigant, et qui nauticam artem exercent, hoc concinunt, *In principio erat Verbum ;* et in desertis, in montibus, tam imperiti quam sapientes, et parvi et magni, et quicumque hæc intelligit, de divinitate loquens ait, *In principio erat Verbum :* ac deinceps dum ubique numerus auctus est eorum qui indefesso ore clamant, Erat et erat ; defecerunt qui dicunt, Non erat. Qui de divinitate loquuntur, multiplicati sunt ; et qui vana loquuntur, defecerunt ; pii profecerunt, et impii offenderunt ; fideles exhilarati sunt, et infideles tabefacti sunt. *Arcus potentium infirmatus est, et infirmi accincti sunt robore* (1. *Reg.* 2. 4). Quæ stulta sunt mundi, redarguta sunt, et sapientes mundi destructi. Verum quousque tandem de illis verba facere non cesso ? Licet enim diutius sermoni huic immorer, sublimitatem gloriæ istorum assequi minime potero. Quam a Patre gloriam præceptor accepit, eam illis tradidit. Cur ergo diutius insistam enarrandis iis, quæ nequeunt oratione describi ? Nam et hæc ipsa quæ dicere ausi sumus, non pro dignitate propositi chori sanctorum discipulorum prolata sunt, sed quantum in nostra potestate situm fuit : siquidem dignis eos celebrare præconiis nullus omnino mortalium potest. Quamobrem ego cum timore loquor, ea quæ de illis loquor, ne forte propter imbecillitatem meam, ac sermonis jejunitatem et egestatem, eorum laudes imminuam, et illorum indignationem in meipsum commoveam. Verum ut misericordes sunt erga omnes, nunc quoque nostræ ignoscent imbecillitati (1. *Cor.* 12). Si enim conviciis affecti benedicunt, persequutionem passi sustinent, et opprobriis onerati obsecrant, multo magis a nobis pro viribus laudati minime indignabuntur, cum illis naturæ imbecillitas sit explorata ; licet jam Dei beneficio, qui dilexit eos, supra naturam sint evecti : et deinceps qui quondam pauperes erant, evaserint divites, et obscuri sint illustres, et illiterati sapientes, piscatores piscium, mox hominum piscatores : et ita cursu consummato ad vitam nullo fine terminatam commigrarint ad Doctorem suum et Dominum Jesum Christum : ipsi gloria. Amen.

2. Qui suis successoribus sagenas et retia tradiderunt, et potestatem quam acceperunt ab eo, qui potestatem habet omnem in cælo et in terra. *Ecce* enim, inquit, *do vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici, et nihil vobis nocebit* (*Luc.* 10. 19). His igitur in potestate et principatu et zelo succedunt, ut ante dictum est, venerandi doctores, sacrorum antistites, et Christi gregis pastores, vestigiis apostolorum insistentes, generosi Trinitatis propugnatores, qui prætermisso legis statu et vivifico Spiritu accepto, ad modum aratri sulcant, profunde excavant, et scrutantur, sensumque Scripturæ sacræ omnibus aperte declarant ; qui fidem illustrant, et prava dogmata exterminant, qui rectæ doctrinæ defensores sacris dogmatibus firmant, et doctrina minime sana infectos jaculis divinis confodiunt ; qui cum vinum compunctionis mixtum invenissent, sitientem gregem potarunt, et assumpta tibia pastorali, divinis cantibus eum oblectarunt : ministri et custodes, et operarii vineæ, sacrorum dogmatum prædicatores, et gladii adversus hæreticos, qui positi sunt a Spiritu sancto episcopi, ut ait sanctus Paulus : *Pascite Ecclesiam Dei* (*Act.* 20. 28) : qui ingruentes tribulationes non refugerunt, qui promissam coronam vitæ reportarunt, qui juveniles cupiditates evitarunt, et beatam spem hæreditate possederunt : magni Regis militiæ principes, Dei verbo divites, et spiritu pauperes ; imitatores apostolorum, et formæ fidelium ; civitatum rectores, et orbis terrarum præcones ; qui animas suas pro grege posuerunt, et pro fide sanguinem suum fuderunt ; qui veterem illum Abrahamum imitati sunt, et in ejus sinu requiem invenerunt ; eodem modo et isti defensores Domini sententiam excipientes de abominandis et nefariis hostibus fidei, qui Scripturas torquentes ac depravantes, veritatem obscurant, atque a recta via deflectentes captivas abducunt animas, et in æternas hæresis tenebras pertrahunt, congregati omnes unanimiter fideles Davidicum zelum præ se ferentes, et tamquam lapides de torrente, hoc est, ex Evangelio, sacra eloquia, simulque inviolatam sanctæ Trinitatis fidem sumentes adversus innumeros et impios hæreticos unanimes bellum indixerunt, unaque conspirantes cum Apostolo dixerunt : *Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et Pater omnium* (*Ephes.* 4. 5. 6) ; unus Spiritus sanctus, illuminatio cunctorum, una divinitas, unus Deus : ipsi gloria et imperium omni tempore, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

IN HOMILIAM DE NEGATIONE PETRI.

moralis exhortatio illa pulcherrima, qua homilia concluditur, quæque ex Chrysostomi homilia tertia in illud, *Habentes eumdem Spiritum*, tomo III, p. 288, excerpta fuit : et temere assuta huic opusculo, vel primo conspectu comprobat, quanta sit inter illum nescio quem Græculum et tantum doctorem differentia.

Interpretatio Latina est Frontonis Ducæi.

DE NEGATIONE PETRI, ET DE CRUCE, ET QUO PACTO JOSEPH FUERIT FIGURA CHRISTI, HOMILIA.

1. Necessarium est hoc tempore, ut et Joseph debitum persolvamus, et crucis gloriam demonstremus. Hodie et Joseph coronatur, et crux plantatur : hodie et Petrus negat, et latro lætatur : hodie et lex adimpletur, et prænuntiatus a prophetis Christus collaudatur, ac proprie dictum illud impletur, quod de Dominica morte inquit : *In laqueo* suo *comprehensus est* peccator (*Psal.* 9. 16). Et quisnam est iste

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

peccator? Peccati inventor diabolus. Et quisnam laqueus ab ipso paratus? Crux, et nihil aliud : ipse siquidem Judæos ad fabricandam crucem incitavit, ratus se dolis capturum eum, qui dolis capi non potest, et morte circumventurum eum, qui inter mortuos est liber : non intelligens alienus ille crucem stimulum peccati obtundere, ac fore, ut ea caput ejus insolentiæ confringat, os ejus blasphemiæ obturet, pennas incursionis ejus evellat, ac desertum et egenum desertis ostendat. Hodie quoque prophetæ Davidis impletur oraculum, *Testimonium in Joseph* (*Psal.* 80. 6) : hoc est, Dominus in Joseph multo ante depingebatur ac præfigurabatur, in iis quæ in novissimis diebus erant eventura. Multa namque similia in Joseph et in Domino reperiuntur ; exempli causa : Joseph a propriis consanguineis suis appetebatur insidiis (*a*)... Joseph tunica varia est exutus ; quam habuit Dominus desuper contextam milites distribuunt. *Partiti sunt* enim, inquit, *vestimenta mea sibi, et in vestem meam miserunt sortem* (*Joan.* 19. 24. *Psal.* 21. 19). Joseph apud patrem accusatus est : pari ratione Dominum quoque apud Patrem calumniati sunt, Judæi quidem, dum fabri filium ipsum dixerunt : rursus autem parasiti Judæorum hæretici, dum alterius eum esse substantiæ suis astruunt documentis. Joseph Ismaelitis est venditus ; Dominus a Juda Pharisæis : Joseph in vacuam cisternam injectus, ascendit illæsus ; Dominus in monumento novo sepultus, tertio die resurrexit. Sed quid pluribus opus est? Joseph Ægyptiam infamavit, Dominus synagogam dehonestavit : Joseph a fratribus agnitus est ; Dominus post resurrectionem discipulis est manifestatus : Joseph in carcere cum duobus eunuchis inclusus, illis somnia declaravit : unus quidem ex ipsis a volucribus devoratus est, alter vero in patriam suam restituitur : Dominus cum duobus latronibus crucifixus, incredulum quidem in escam gehennæ transmisit, fidelem autem paradisi principem civem constituit (*b*).... ; Dominus autem Patri quadrijugem evangelistarum currum exhibuit : Joseph a bestiis devoratus nuntiatus est, et tamquam rex præconis voce renuntiatus ; Dominus tamquam homo crucifixus est, et tamquam Deus glorificatus. Audi vero aliam etiam prophetiam ad crucem pertinentem : *Ascendens in altum, captivam duxisti captivitatem; et dedisti dona hominibus.* Quodnam illud est altum? quis ille ascendens? quænam captivitas? quænam sunt dona hominibus? Altum est crux pretiosa, propter incomprehensibile mysterium : ascendens, Christus Dominus ; *Qui* enim *descendit ipse est et qui ascendit.* Quid porro est, *Captivam duxisti captivitatem* (*Ephes.* 4. 10) ? Hoc est, Eos, qui antea detinebantur a peccato, veniens Dominus per gratiam reformavit, dans dona hominibus. Quænam dona? Peccatorum remissionem, adoptionis munus, regni hæreditatem, immortalitatis specimen, et pignus ad dexteram sessionis. Quis vero testis huic rei? Dominus ipse, qui dixit : *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum* (*Joan.* 12. 32) ; hoc est, Cum fuero crucifixus, tunc in me omnes credent. Audivisti paulo ante aliud ad crucem spectans testimonium evidentius Isaiæ prophetæ clamantis ac dicentis : *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se, sine voce* (*Isai.* 53. 7). Quæ tandem est ovis? quis agnus? quæ occisio? quæ tonsura? quinam sunt mactatores et tonsores? Ovis et agnus Christus est Dominus per figuram : ovis propter baptismatis vellus ; agnus, propter sacrificium in carne : occisio illa est lateris, qua latus sanatur. Quinam sunt mactatores et tonsores? Sadducæi atque Pharisæi : primum enim blasphemia male totonderunt, ac deinde invidia occiderunt. Ut enim in nostra hac vita qui tondetur homo, et nullo dolore afficitur, et forma speciosus apparet : ita quando vulnus Christus accipiens quasi tonsuram sustinuit, nec dolorem ullum perpessus est, et resurrectionis pulchritudinem indicavit. De illo scriptum est, *Speciosus forma præ filiis hominum* (*Psal.* 44. 3). Isaiæ quoque verbis consona proloquutus est Jeremias dicens : *Ego quasi agnus* innocens veni (*Jer.* 11. 19), ut immolarer. Apposite agnus appellatus est, ut qui in passione non contenderit, ut qui in occisione non calcitrarit. Verumenimvero licet Judæi occiderint, nos tamen obsonati sumus : atque illorum quidem crimen est, nostrum autem recte factum : illorum alapa, nostra libertas : illorum pœna, et benedictio nostra. Lux advenit, Christus celebratur. Hodie impletur et propheticum Davidis oraculum, quod ad hoc crucis mysterium pertinet maxime : *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto* (*Psal.* 68. 22). Memoria itaque tene, dilectissime, quo pacto Dominus in cruce suspensus clamavit dicens, *Sitio* (*Joan.* 19. 28) : et continuo currens unus, ac spongiam implens aceto et felle, obtulit Domino. Sed qua tandem de causa Dominus sitim præ se ferebat, qui effecit, ut prædura petra in stagnum abiret? Quia nimirum, quod scriptum erat, oportebat impleri : *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potaverunt me aceto.* Talia sunt Judaicæ vineæ torcularia. *Etenim ex vinea Sodomorum vinea eorum : et palmes eorum ex Gomorrha* (*Deut.* 32. 32). Illorum siquidem torcularia, acetum et amaritudo, nostra autem vindemia, dulcedo et immortalitas. Propterea et cohortans dicebat propheta : *Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus* (*Psal.* 33. 9).

2. Quid igitur restat quærendum? Dominus autem advocans discipulos suos, dixit illis in faciem : *In ista nocte scandalum patiemini in me. Scriptum est enim : Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis* (*Matth.* 26. 31). Vides, ut omnia sint testata? ut omnia rata? ut nihil otiosum? ut nihil irritum? *Omnes scandalum patiemini in me. Scriptum est enim : Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.* O exactam Spiritus sancti diligentiam! Licet enim hoc pronuntiarit propheta, Spiritus tamen rem suggessit. Non dixit, Percutiam pastorem, et peribunt oves ; sed dixit, *Et dispergentur ;* hoc est, Ad exiguum tempus scandalum patientur : paulo post autem fidem retinebunt, Pastorem Dominum appellantes : quandoquidem ipse est pastor bonus qui oves nonaginta novem dimisit, et ad eam venit, quæ erraverat (*Id.* 18. 12), hoc est, qui cælestes virtutes dimisit, et ad Adam qui erraverat, venit. Oves porro nuncupati sunt etiam apostoli, ut qui Salvatoris pedo obtemperent, ac Dominico corpore pascantur, et in campis regni cælorum stabulentur. Quemadmodum enim hoc tempore si venerit lupus in ovile, atque ovem rapuerit, reliquæ oves disperguntur, se proripiunt et aufugiunt : quod si tantum sibilantem pastorem audierint, rursus accurrunt, et simul congregantur : sic et discipuli Domini, cum tamquam lupum crucem aspexissent, aufugerunt, celeriter abscesserunt ; ubi vero Domini resurrectionem tantum audierunt, statim accurrerunt, eumque agnoverunt, nec a cælesti caula segregati fuerunt. Hæc igitur Domino discipulis suis dicente, *Omnes scandalum patiemini nocte ista in me,* Petrus alium in sensum accipiens, cum seipsum commendare vellet, ac reliquis discipulis Domini studiosior et amantior inveniri, vel potius, ut dicam quod res est, negationem suam divulgare, sic Dominum alloquutus est : Quid ais, Domine? omnes scandalum propter te patiemur? et cum omnibus me quoque annumerasti? siccine meæ constantiæ confidis? etiamne ego te negabo, qui in mari inambulavi? qui in monte transfiguratione dignus sum habitus? qui dæmonum gregem fugavi? qui morbum omnem sanavi (*Matth.* 14. 29. *et* 17. 1, *sqq.*)? nonne ego te omnium primus agnovi et exclamavi : *Tu es Christus, Filius Dei vivi* (*Ibid.* 16. 16.)? Quamobrem, et meo testi-

(*a*) Hic alterum membrum deest, quo comparatur Josepho Christus a congeneribus suis insidiis impetitus.

(*b*) Hic prius membrum desideratur, quod sic ex conjectura supplet Savilius : *Joseph currus misit Patri.*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

καὶ οὐδὲν ἕτερον· αὐτὸς γὰρ ἠρέθισε παῖδας Ἰουδαίων πελεκεῖσθαι τὸν σταυρὸν, δόξας σοφίζεσθαι τὸν ἀσόφιστον, καὶ τῷ θανάτῳ περιβάλλειν τὸν ἐν νεκροῖς ἐλεύθερον· μὴ συνιδὼν ὁ ἀλλότριος, ὅτι ὁ σταυρὸς τὸ κέντρον τῆς ἁμαρτίας ἀμβλυνεῖ, καὶ τὴν κεφαλὴν τῆς ἀλαζονείας αὐτοῦ συνθλάσει, καὶ τὸ στόμα τῆς βλασφημίας αὐτοῦ ἐμφράξει, καὶ τὰς πτέρυγας τῆς ἀντιθέσεως αὐτοῦ ἐκτιλεῖ, καὶ ἔρημον καὶ ἄπορον ἐρήμοις ἀποδεικνύει. Σήμερον καὶ τοῦ προφήτου Δαυὶδ πληροῦται τὸ λόγιον, *Μαρτύριον ἐν τῷ Ἰωσὴφ*· τουτέστιν, ὁ Κύριος ἐν τῷ Ἰωσὴφ προανεζωγραφεῖτο, ἃ ἔμελλεν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐφίστασθαι. Πολλὰ γὰρ ἐν τῷ Ἰωσὴφ παραπλήσια τοῦ Δεσπότου εὑρίσκεται· οἷόν τι λέγω· Ὁ Ἰωσὴφ ἐπεβουλεύετο ὑπὸ τῶν ἰδίων συγγενῶν... ὁ Ἰωσὴφ ἀπέδυ τὸν ποικίλον χιτῶνα· ὁ Κύριος ὃν εἶχε τὸν ἄνωθεν ὑφανθέντα, λαβόντες οἱ στρατιῶται διενείμαντο. *Διεμερίσαντο* γὰρ, φησὶν, *τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον*. Ὁ Ἰωσὴφ πρὸς τὸν πατέρα διεβλήθη· ὁμοίως καὶ τὸν Κύριον πρὸς τὸν Πατέρα ἐσυκοφάντησαν, οἱ μὲν Ἰουδαῖοι τὸν υἱὸν τοῦ τέκτονος αὐτὸν λέγοντες, πάλιν δὲ οἱ τῶν Ἰουδαίων παράσιτοι αἱρετικῶν παῖδες, ἑτεροούσιον αὐτὸν δογματίζουσιν. Ὁ Ἰωσὴφ τοῖς Ἰσμαηλίταις ἐπράθη· ὁ Κύριος ὑπὸ Ἰούδα τοῖς Φαρισαίοις· ὁ Ἰωσὴφ εἰς κενὸν λάκκον ἐμβληθεὶς ἀνῆλθεν ἀτραυμάτιστος· ὁ Κύριος εἰς καινὸν μνημεῖον ταφεὶς, ἀνέστη τριήμερος. Τί δὲ μακρολογῶ; Ὁ Ἰωσὴφ τὴν Αἰγυπτίαν ἐστηλίτευσεν· ὁ Κύριος τὴν συναγωγὴν ἐδημοσίευσεν· ὁ Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς ἀνεγνωρίσθη· ὁ Κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν τοῖς μαθηταῖς ἐνεφανίσθη· ὁ Ἰωσὴφ φυλακισθεὶς σὺν δυσὶν εὐνούχοις, τὰ ὀνείρατα αὐτοῖς ἐμήνυσεν· ὁ εἷς μὲν αὐτῶν ὀρνεόβρωτος ἐγένετο, ὁ δὲ ἕτερος εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα ἀποκαταστήσεται· ὁ Κύριος μετὰ δύο λῃστῶν σταυρωθεὶς, τὸν μὲν ἄπιστον βρώμασι γεέννης παρέπεμψε, τὸν δὲ πιστὸν ἀρχιπολίτην τοῦ παραδείσου κατέστησεν [a]... ὁ δὲ Κύριος τετράπωλον ἅρμα τῶν εὐαγγελιστῶν τῷ Πατρὶ ἐγνώρισεν· ὁ Ἰωσὴφ θηριότροφος ἐμηνύθη, καὶ ὡς βασιλεὺς ἐκηρύχθη· ὁ Κύριος ὡς ἄνθρωπος ἐσταυρώθη, καὶ ὡς Θεὸς ἐδοξάσθη. Ἄκουε δὲ καὶ ἑτέραν προφητείαν συντείνουσαν εἰς τὸν σταυρόν· *Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, καὶ δέδωκας δόματα τοῖς ἀνθρώποις*. Τί τὸ ὕψος; τίς ὁ ἀναβάς; τίς ἡ αἰχμαλωσία; τί τὰ δόματα τοῖς ἀνθρώποις; Ὕψος, ὁ τίμιος σταυρὸς, διὰ τὸ ἀκατάληπτον μυστήριον· ὁ ἀναβὰς, ὁ Δεσπότης Χριστός· Ὁ γὰρ *καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς*. Τί δέ ἐστιν, *Ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν;* Τουτέστιν, Τοὺς προκατεχομένους ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐλθὼν ὁ Κύριος διὰ τῆς χάριτος ἀνεπλάσατο, δοὺς [137] δόματα τοῖς ἀνθρώποις. Ποῖα δόματα; Τῶν ἁμαρτιῶν τὴν ἄφεσιν, τῆς υἱοθεσίας τὸ χάρισμα, τῆς βασιλείας τὴν κληρονομίαν, τῆς ἀθανασίας τὸ μήνυμα, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν καθέδρας τὸ ἐνέχυρον. Καὶ τίς ὁ τούτου μάρτυς; Αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων· *Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν*· τουτέστιν, ὅταν σταυρωθῶ, τότε πάντες εἰς ἐμὲ πιστεύσουσιν. Ἤκουες ἀρτίως ἄλλην ἐναργεστέραν μαρτυρίαν συντείνουσαν εἰς τὸν σταυρὸν, Ἡσαΐου προφήτου βοῶντος καὶ λέγοντος· *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος*. Τί τὸ πρόβατον; τίς ὁ ἀμνός; τίς ἡ σφαγή; τίς ἡ κούρευσις; τίνες οἱ σφαγιασταὶ καὶ κουρευταί; Πρόβατον καὶ ἀμνὸς ὁ Δεσπότης Χριστὸς, τυπικῶς· πρόβατον, διὰ τὸν πόκον τοῦ βαπτίσματος· ἀμνὸς, διὰ τὴν ἔνσαρκον θυσίαν· σφαγὴ ἡ τῆς πλευρᾶς τὴν πλευρὰν ἰωμένη. Τίνες οἱ σφαγιασταὶ καὶ κουρευταί; Σαδδουκαῖοι καὶ Φαρισαῖοι· πρῶτον γὰρ παρεκούρευσαν τῇ βλασφημίᾳ, εἶθ' οὕτως ἐφόνευσαν τῇ βασκανίᾳ. Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς παροῦσιν ἄνθρωπος ὁ κουρευόμενος καὶ ἀνώδυνος μένει καὶ ὡραιόμορφος εὑρίσκεται· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τὴν πληγὴν δεχόμενος, ὡς κουρὰν ἐδέξατο, ὁ ὠδύνην μὴ ὑπομείνας, καὶ τὴν εὐμορφίαν τῆς ἀναστάσεως μηνύσας. Περὶ αὐτοῦ γέγραπται, *Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*. Συνῳδὰ δὲ καὶ τοῦ Ἡσαΐου Ἱερεμίας ἐφθέγξατο εἰπών· *Ἐγὼ ὡς ἄρνιον* ἄκακον ἦλθον τοῦ θύεσθαι. Ἀρνὸς ἀναγκαίως προσηγορεύθη, ὡς μὴ στασιάσας περὶ τὸ πάθος, ὡς μὴ λακτίσας περὶ τὴν σφαγήν. Ἀλλ' εἰ καὶ ὡς Ἰουδαῖοι ἔσφαξαν, ἡμεῖς δὲ ὡψωνίσαμεν· κἀκείνων μὲν τὸ ἔγκλημα, ἡμῶν δὲ τὸ κατόρθωμα· ἐκείνων τὸ ῥάπισμα, ἡμῶν δὲ ἡ ἐλευθερία· ἐκείνων ἡ τιμωρία, καὶ ἡμῶν ἡ εὐλογία. Τὸ φῶς παραγίνεται, ὁ Χριστὸς μνημονεύεται. Σήμερον πληροῦται καὶ τὸ τοῦ Δαυὶδ προφητικὸν λόγιον, ἁρμόζον εἰς τὸν παρόντα σταυρόν. *Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος*. Φέρε οὖν ἐν μνήμῃ, ἀγαπητὲ, ὡς ὁ Κύριος κρεμασθεὶς ἐν τῷ σταυρῷ ἐδόησε λέγων, *Διψῶ*· καὶ εὐθέως εἷς δραμὼν, καὶ πληρώσας σπόγγον ὄξους καὶ χολῆς, προσήνεγκε τῷ Κυρίῳ. Καὶ τί δήποτε ὁ Κύριος τὴν δίψαν ἐβάλλετο [b], ὁ τὴν ἀκρότομον πέτραν λιμνάσθαι παρασκευάσας; Ἐπειδὴ δ' ἦν γεγραμμένον, ἔδει καὶ πληρωθῆναι· *Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος*. Τοιαῦτα τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀμπέλου τὰ ὑπολήνια· *Ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόρρας*. Ἐκείνων γὰρ τὰ ὑπολήνια, ὄξος καὶ πικρία, ὁ δὲ ἡμέτερος τρυγητὸς, γλυκύτης καὶ ἀθανασία. Διὸ καὶ προτρεπόμενος ὁ προφήτης ἔλεγε· *Γεύσασθε, καὶ ἴδετε, ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος*.

β'. Τί οὖν λοιπὸν τὸ ζητούμενον; Ὁ δὲ Κύριος προσκαλεσάμενος τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπε πρὸς αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον· *Ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί. Γέγραπται γάρ· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης*. Ὁρᾷς, πῶς πάντα μεμαρτυρημένα εἰσὶ, πῶς πάντα βέβαια, πῶς οὐδὲν ἀργὸν, πῶς οὐδὲν ἄπρακτον; *Πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοί. Γέγραπται γάρ· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης*. Ὦ τῆς ἀκριβείας τοῦ ἁγίου Πνεύματος! Εἰ γὰρ καὶ ὁ προφήτης ἐδόησεν, ἀλλ' ὅμως τὸ Πνεῦμα ὑπηγόρευσε τὸ πρᾶγμα. Οὐκ εἶπε· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ ἀπολοῦνται τὰ πρόβατα· ἀλλ' εἶπε, *Καὶ διασκορπισθήσονται*· τουτέστι, Πρὸς ὀλίγον σκανδαλισθήσονται· μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς πίστεως κρατήσουσι, ποιμένα τὸν Κύριον καλοῦντες· ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ καταλιπὼν τὰ ἐνενήκοντα ἐννέα πρόβατα, καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ πεπλανημένον· τουτέστιν, ὁ καταλιπὼν τὰς ἐπουρανίους δυνάμεις, καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸν πεπλανημένον Ἀδάμ. Πρόβατα δὲ καὶ οἱ ἀπόστολοι προσηγορεύθησαν, ὡς πειθόμενα τῇ σωτηρικῇ βακτηρίᾳ, καὶ χλοαζόμενα τὸ Κυριακὸν σῶμα, [138] καὶ μανδρευόμενα εἰς τὰ πεδία τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ παρόντι χωρήσαντος λύκου εἰς ἀγέλην, καὶ πρόβατον ἁρπάσαντος, τὰ λοιπὰ πρόβατα διασκορπίζονται, ἀποπηδῶσι, καὶ φεύγουσιν· ἐὰν δὲ μόνον ἀκούσωσι τοῦ ποιμένος συρίζοντος, πάλιν τρέχουσι, καὶ ἀλλήλοις συνάπτονται· οὕτω καὶ οἱ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου, ὡς λύκον τὸν σταυρὸν θεωρήσαντες, ἀπέφυγον, ἀπεπήδησαν· μόνον δὲ ἤκουσαν τοῦ Δεσπότου τὴν ἀνάστασιν, καὶ εὐθέως προσέδραμον, καὶ ἐγνώρισαν, καὶ τῆς μάνδρας τῶν οὐρανῶν οὐκ ἠλλοτριώθησαν. Ταῦτα οὖν τοῦ Κυρίου λέγοντος πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ὅτι *Πάντες σκανδαλισθήσεσθε τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐν ἐμοί*· ὁ Πέτρος ἀλληγορήσας, ὡς θέλει αὐτὸν παραθέσθαι [c], καὶ τῶν λοιπῶν μαθητῶν φιλοδεσποτικώτερος εὑρεθῆναι, μᾶλλον δὲ τἀληθέστερον εἰπεῖν, δημοσιεῦσαι τὴν ἑαυτοῦ ἄρνησιν, πρὸς τὸν Δεσπότην ἔφη, Τί λέγεις, Δέσποτα; πάντες σκανδαλισθήμεν ἐπὶ σοί; καὶ μετὰ πάντων κἀμὲ συνηρίθμησας; οὕτω μου θαῤῥεῖς τῇ στερρότητι; κἀγὼ ἀπαρνήσομαί σε, ὁ ἐν τῇ θαλάσσῃ περιπατήσας; ὁ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως ἀξιωθείς; ὁ ἀγέλην δαιμόνων φυγαδεύων; ὁ πᾶν πάθος θεραπεύων; οὐχὶ ἐγὼ σε πρὸ πάντων ἐγνώρισα, καὶ ἀνεβόησα, *Σὺ εἶ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*; Διὸ καὶ ἀποδεξάμενός μου τὴν μαρτυρίαν, ἐμακάρισας, καὶ πέτραν τῆς Ἐκκλησίας προσηγόρευσας λέγων· *Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*. Ἐγὼ οὖν σε ἀπαρνήσομαι, ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, ὁ στῦλος τῆς Ἐκκλησίας; Διὸ καὶ θαῤῥῶν ἐμαυτῷ, βοῶ· *Κἂν πάντες σκανδαλι-*

[a] Hic ex conjectura supplet Savilius : Ἰωσὴφ τὰ ἅρματα ἀπέστειλε τῷ πατρί· ὁ δὲ Κύριος· et mox putat legendum θηριόβρωτος

[b] Putat Savilius legendum προεβάλλετο.

[c] Putat Savilius legendum προσηγορήσας, ὡς θέλει αὐτὸν παραμυθεῖσθαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σθήσωνται, ἐγὼ οὐ σκανδαλισθήσομαι. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς αὐτόν· Τί λέγεις καὶ ἀντιλέγεις, Πέτρε; τοῖς ῥήμασιν ἀντιτάσσῃ Θεῷ; ψευδολογοῦντά με εὕρες; οὐ παρακαλεῖς στηριχθῆναι, ἀλλ' ἐπαγγέλλῃ μὴ σαλευθῆναι; οὐχὶ ἡ αὐτή σου θερμότης πολλῷ παρεσκευασέ σε χείρω; ταύτην σου τὴν προπέτειαν καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης βαδίζων ἐνεδείξω, εἰ μὴ θᾶττον ἐγὼ τὴν χεῖρα ἐξέτεινα. Οὐχὶ καὶ ἐν τῷ ὄρει τῆς μεταμορφώσεως ἥμαρτες ἐν ἐμοί, τρεῖς σκηνὰς χαλκεύειν βουλόμενος, καὶ τοῖς φίλοις συντάττων ἐμὲ τὸν Δεσπότην; οὐ παρεκάλεις μὴ ἀνελθεῖν με εἰς Ἱεροσόλυμα, μὴ φέρων τὴν ἀπειλὴν τῶν Ἰουδαίων; Ἐγὼ μέν, Πέτρε, οὐκ ἤθελόν σε δημοσιεύειν, σὺ δὲ παρεγράψω τὸν προγνωστικὸν τῆς θεότητός μου ὀφθαλμόν. Ἴδε σοι λέγω ἃ μέλλεις διαπράττεσθαι, ὅπως ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν γνῷς ὅστις εἶ. *Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι, τρὶς ἀπαρνήσῃ με.* Ὁ δὲ Πέτρος πάλιν κλαπεὶς τὴν διάνοιαν, μὴ συνειδὼς τὸ τρεπτὸν τῆς ἀνθρωπίνης ἕξεως, ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν Κύριον λέγων· Τί με φοβεῖς; οἶδα θανάτου καταφρονεῖν, καὶ οὐ μὴ σε ἀπαρνήσωμαι. Ὁ δὲ Κύριος πρὸς τὸν Πέτρον· Καλῶς μὲν οὖν συνετάξω, ἀλλ' οὐ μετὰ πολὺ γνώσῃ· ὁ γὰρ καιρὸς ἐπὶ θύραις, ὅπως φανερωθῇ καὶ ἡ σὴ σύνταξις, καὶ ἡ ἐμὴ πρόληψις. Τί οὖν τὸ πέρας τοῦ λόγου; ἡ ἑσπέρα γὰρ ἐπίκειται. Τοῦ γὰρ Κυρίου κρατηθέντος, καὶ εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως ἀχθέντος, καὶ πάντων τῶν μαθητῶν σκορπισθέντων, ὁ Πέτρος μόνος ἠκολούθει εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ ἀρχιερέως, ὡς δεῖν μέλλειν ποιεῖν τὰ συναχθέντα [a]. Τοῦ δὲ Κυρίου ἐνδότερον ἀσφαλισθέντος, ὁ Πέτρος ἐν τῇ αὐλῇ τῇ ἐξωτέρᾳ ἐκαθέζετο θαρσαλέος, ἀκαμπής, ὡς δὴ τὸ νῖκος ἀπενεγκάμενος. Τί οὖν; Ἐπὶ πολὺ καθεζομένου αὐτοῦ, μήτε ξίφος θεασαμένου ὀξυνόμενον, μήτε στομωτῆρας προκειμένους, μὴ δήμευσιν ἐπαγγελλομένην, μήτε ἐξορίαν ἐπιγραφομένην· μικρὰ δὲ παιδίσκη, ἀργυρώνητος, εὐτελής, προσελθοῦσα τῷ Πέτρῳ λέγει· Τί ποιεῖς ἐνταῦθα, ἄνθρωπε; ποῦ ἡ δύναμις τοῦ Διδασκάλου σου; ἴδε συγκέκλεισται ἔνδον· ἴδε μέλλει σταυρῷ παραδίδοσθαι. Ὁ Πέτρος ἀποπτύσας τῆς μνήμης τὴν παῤῥησίαν, [139] ἀπεκρίνατο λέγων, Τί με περιβομβίζεις, κοράσιον; *Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.* Ὦ τῶν πραγμάτων! ὁ λέγων, *Κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν*, ἄρτι ἀπαρνεῖται. Ταύτης οὖν τῆς ἀρνήσεως πρώτης γενομένης, θορυβηθεὶς ὁ Πέτρος, ὡς ἀπὸ πυρὸς τῆς αὐλῆς ἐξεπήδησεν, ἕως τοῦ πυλῶνος τρέχων. Καὶ τί; Πάλιν ἑτέρα παιδίσκη συνήντησεν αὐτῷ. Ὦ τῶν πραγμάτων! οὐδαμοῦ στρατιώτης, οὐδαμοῦ ξίφος, ἀλλ' εὐτελὲς κοράσιον συνήντησε τῷ Πέτρῳ· ἀντέβαλε πρὸς αὐτὸν λέγουσα· Τί θορυβῇ, ἄνθρωπε; ποῦ σπεύδεις; τί ἀγωνιᾷς; οὐχὶ πάντοτέ σε ἐθεώρουν μετὰ τοῦ Γαλιλαίου περιπατοῦντα; πῶς οὖν ἐξελθὼν τοῦ πυλῶνος τρέχεις; Ὁ δὲ Πέτρος λιτῶς οὐκ ἔτι ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ μεθ' ὅρκου λέγει· *Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον.* Εἶδες Θεοῦ πρόῤῥησιν, καὶ ἀνθρώπου δλισθον; Εἶτα τῆς δευτέρας ἀρνήσεως πληρωθείσης ἡ τρίτη ἄρνησις, περιέχει οὕτως· *Μετὰ μικρὸν προσελθόντες οἱ παρεστῶτες εἶπον τῷ Πέτρῳ· Ἀληθῶς καὶ σὺ ἐξ αὐτῶν εἶ· καὶ γὰρ καὶ ἡ λαλιά σου δῆλόν σε ποιεῖ. Ὁ δὲ Πέτρος ἤρξατο καταναθεματίζειν καὶ ὀμνύειν, ὅτι Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον.* Ποῦ ἡ παράσκεπτος [b] τοῦ Πέτρου ἐπαγγελία; ὁ πρότερον εἰρηκώς, *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*, ὧδε λέγεις· *Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον;* Τάχα ὁ Πέτρος ἄκων περὶ τὴν λέξιν ταύτην ἐγρηγόρησεν· οὐκ εἶπεν, Οὐκ οἶδα τὸν Θεὸν Λόγον· ἀλλ' εἶπεν, *Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον.* Περὶ τὸ ὁρώμενον προσέκοψεν, οὐχὶ περὶ τὸ νοούμενον. Διὸ καὶ ὁ Κύριος προειδὼς ἔλεγε· *Πᾶς ὅστις εἴπῃ βλασφημίαν εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ.* Τί οὖν ὁ Πέτρος; *Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον· καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν·* ὁ ἀπερίγραφος [c] τοῦ Πέτρου κατήγορος, ὁ προαναφωνητὴς τῆς Δεσποτικῆς ἀποφάσεως συνήγορος, ὁ τῆς ἀρνήσεως δημοσιευτὴς, καὶ τῆς προγνώσεως ἐμφανιστὴς, καὶ τῶν μετανοητικῶν δακρύων ὑπομνηματιστής.

[a] Legendum conjicit Savil. ὡς δῆθεν μέλλων ποιεῖν τὰ συνταχθέντα.

[b] Savil. παράσκηπτος, sed legendum putat ἄσκεπτος vel ἀπερίσκεπτος. Verum non hic tanta quærenda est in idiomate Græco accuratio.

[c] Savil. auguratur legendum ἀπερίτρεπτος.

γ'. Καὶ ταῦτα μὲν ἀρκούντως εἰρήσθω· τὸν δὲ τῆς ἐλεημοσύνης λόγον γυμνάσωμεν, παραινοῦντες τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ λέγοντες ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἴρηται· [d] *Ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας· ἵνα, ὅταν ἐκλ[ε]ίπητε, δέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς.* Καλῶς εἶπεν, *Αἰωνίους.* Ἐνταῦθα μὲν γὰρ κἂν λαμπρὰν ἔχῃς οἰκίαν, ἀπόλλυται πάντως φθειρομένη τῷ χρόνῳ· μᾶλλον δὲ καὶ πρὸ τῆς κατὰ χρόνον φθορᾶς θάνατος ἐμπεσὼν ἐκβάλλει σε τῆς λαμπρᾶς ταύτης οἰκήσεως· πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου πραγμάτων τινῶν δυσκολίαι καὶ συκοφαντῶν ἔφοδοι καὶ ἐπιβουλαὶ ἐκπεσεῖν αὐτῆς παρεσκεύασαν. Ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τούτων ἔστιν ὑποπτεῦσαι, οὐ φθοράν, οὐ θάνατον, οὐ κατάπτωσιν, οὐ συκοφαντῶν ἐπήρειαν, οὐκ ἄλλο οὐδέν, ἀλλ' ἀκίνητος καὶ ἀθάνατός ἐστιν ἡ οἴκησις. Διὰ τοῦτο αἰωνίους αὐτὰς ἐκάλεσε. *Ποιήσατε ὑμῖν φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας.* Ὁρᾷς, πόση φιλανθρωπία τοῦ Δεσπότου, πόση χρηστότης καὶ ἐπιείκεια; οὐ γὰρ ἁπλῶς ταύτην ἔθηκε τὴν προσθήκην, ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοῖς πλουσίοις πλοῦτος συνείλεκται ἐξ ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας, κακῶς μὲν, φησὶν, οὐκ ἐχρῆν σε οὕτω συλλέξαι χρήματα· ἀλλ' ἐπειδὴ συνέλεξας, στεῖλαι τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς πλεονεξίας, καὶ χρῆσαι εἰς δέον τοῖς χρήμασιν. Οὐ λέγω, ἵνα ἁρπάζων ἐλεῇς, ἀλλ' ἵνα τῆς πλεονεξίας ἀποστὰς, πρὸς ἐλεημοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν ἀποχρήσῃ τῷ πλούτῳ. Εἰ γάρ τις μὴ παύσαιτο τῆς ἁρπαγῆς, οὐδὲ ἐλεημοσύνην ἐργάσεται· ἀλλὰ κἂν μυρία καταβάλλῃ χρήματα εἰς τὰς τῶν δεομένων χεῖρας, τὰ ἑτέρων ἁρπάζων καὶ πλεονεκτῶν, τοῖς ἀνδροφόνοις ἐξίσης λελόγισται τῷ Θεῷ. Διὸ χρὴ πλεονεξίας ἀποστάντα πρότερον, οὕτω τοὺς δεομένους ἐλεεῖν. Πολλὴ γὰρ τῆς ἐλεημοσύνης ἡ δύναμις. Ἀλλὰ μηδεὶς τὴν συνέχειαν τῆς ὑπομνήσεως κατηγορίαν ἡγείσθω τῶν ἀκουόντων. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐκείνους τῶν δρομέων διεγείρουσιν οἱ θεαταὶ, οὓς ἂν ἴδωσιν ἐγγὺς τοῦ βραβείου γενομένους, [140] καὶ πολλὰς τῆς νίκης ἐλπίδας ἐχοντας. Καὶ ἐγὼ τοίνυν ἐπειδὴ μετὰ πολλῆς ἀεὶ προθυμίας ὁρῶ τοὺς περὶ ἐλεημοσύνης δεχομένους λόγους ὑμᾶς, διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς συνεχέστερον τὴν ὑπὲρ τούτων κινῶ παραίνεσιν. Ἰατροὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν εἰσιν οἱ πένητες, εὐεργέται καὶ προστάται· οὐ γὰρ τοσοῦτον δίδως, ὅσον λαμβάνεις. Δίδως ἀργύριον, καὶ λαμβάνεις βασιλείαν οὐρανῶν· λύεις πενίαν, καὶ καταλλάττεις σεαυτὸν τὸν Δεσπότην. Ὁρᾷς, ὅτι οὐκ ἴση ἡ ἀντίδοσις; Ταῦτα ἐπὶ γῆς, ἐκεῖνα ἐν οὐρανῷ· ταῦτα ἀπόλλυται, ἐκεῖνα μένει· ταῦτα φθείρεται, ἐκεῖνα πάσης ἐστὶν ἀνώτερα ἀπωλείας. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸ τῶν θυρῶν τῶν οἴκων τῶν εὐκτηρίων ἔστησαν τοὺς πένητας οἱ ἡμέτεροι πατέρες, ἵνα καὶ τὸν νωθρότατον καὶ ἀπανθρωπότατον αὖτη τῶν πενήτων ἡ ὄψις πρὸς ὑπόμνησιν ἐγείρῃ τῆς ἐλεημοσύνης. Ὅταν γὰρ εἰστήκῃ χορὸς γερόντων συγκεκυφότων, ῥάκια περιβεβλημένων, αὐχμώντων, ῥυπώντων, βακτηρίας ἐχόντων, μόλις στηρίζεσθαι δυναμένων, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκομμένων, καὶ τῷ σώματι ἀναπήρων, τίς οὕτως ἀδάμας, ὡς καὶ τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς ἀσθενείας, καὶ τῆς πηρώσεως, καὶ τῆς πενίας, καὶ τῆς εὐτελείας, καὶ πάντων ἁπλῶς πρὸς συμπάθειαν ἐπικλώντων αὐτὸν, ἀντιστῆναι, καὶ μεῖναι πρὸς ἅπαντα ταῦτα ἀνενδότως; Διὰ ταῦτα πρὸ τῶν θυρῶν ἡμῶν εἱστήκασι, παντὸς τοῦ λόγου δυνατώτερον διὰ τῆς ὄψεως ἐπισπώμενοι πρὸς φιλανθρωπίαν τοὺς εἰσιόντας. Καθάπερ γὰρ κρήνας εἶναι ἐν ταῖς αὐλαῖς τῶν εὐκτηρίων οἴκων νενόμισται, ἵνα οἱ μέλλοντες εὔχεσθαι τῷ Θεῷ, πρότερον ἀπονιψάμενοι τὰς χεῖρας, οὕτως αὐτὰς εἰς εὐχὴν ἀνατείνωσιν· οὕτω καὶ τοὺς πένητας ἀντὶ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἔστησαν οἱ πατέρες πρὸ τῶν θυρῶν, ἵνα, ὥσπερ ὕδατι τὰς χεῖρας ἀπονίπτομεν, οὕτω φιλανθρωπίᾳ τὴν ψυχὴν ἀποσμήχοντες πρότερον, οὕτως εὐχώμεθα. Οὐδὲ γὰρ ὕδατος φύσις, οὕτως ἀπονίπτει κηλῖδας σώματος, ὡς ἐλεημοσύνης δύναμις ἀποσμήχει ῥύπον ψυχῆς. Ὥσπερ οὖν οὐ τολμᾷς ἀνίπτοις χερσὶν εἰσελθὼν εὔξασθαι, καίτοι ἔλαττον τὸ ἔγκλημα ἐκεῖνο· οὕτω μηδὲ χωρὶς ἐλεημοσύνης ἐπ' εὐχὴν ἔλθῃς ποτέ. Καίτοι καὶ καθαρὰς πολλάκις ἔχοντες τὰς χεῖρας, ἂν μὴ πρότερον αὐτὰς ἀποπλύνωμεν ὕδατι, οὐκ ἀνατείνομεν εἰς εὐχήν·

[d] Hæc pulcherrima ad eleemosynam erogandam exhortatio ad litteram excerpta fuit ex Orat. III in dictum Apostoli, *Habentes eumdem Spiritum*, supra T. III, p. 288.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

monio commendato beatum me prædicasti, ac petram Ecclesiæ nuncupasti dicens : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* (*Matth.* 16. 18). Egone igitur te negabo, princeps apostolorum, columna Ecclesiæ? Quamobrem et mihi fidens vociferor : *Etsi omnes scandalizati fuerint, ego non scandalizabor* (*Id.* 26. 33). Tum ad illum Christus : Quid dicis et contradicis, Petre? verbis Deo resistis? mendacemne me deprehendisti? non obsecras, ut confirmeris ; sed promittis fore, ut non concutiaris? nonne hic ipse fervor tuus multo te deteriorem effecit? tuam istam temeritatem in mari etiam incedens ostendisses, nisi ego manum citius extendissem. Nonne in monte quoque transfigurationis in me peccasti, cum tria velles tabernacula fabricari, et in eodem ordine cum amicis [1] me Dominum collocares (*Id.* 17. 4)? nonne ut Jerosolymam non ascenderem orabas, quod Judæorum minas non ferres (*Id.* 16. 22)? Equidem publicare te nolebam, Petre, at tu præscium divinitatis meæ oculum rejecisti. Ecce quæ perpetraturus es, tibi dico, ut qui sis, ex rebus tuis cognoscas. *Amen, amen dico tibi, antequam gallus cantet, ter me negabis* (*Id.* 26. 33). Petrus autem rursus mente deceptus, et humanæ conditionis mutabilitatem ignorans, Domino in hæc verba respondit : Quid me terres? scio mortem contemnere, neque te abnegabo. Dominus autem ad Petrum : Recte tu quidem apud te decrevisti : verum haud multo post cognosces : tempus enim est in januis, ut manifesteur et tuum propositum, et mea prænotio. Sed quis tandem finis sermonis? imminet quippe jam vespera. Comprehenso namque Domino, atque in atrium principis sacerdotum deducto, omnibusque dispersis discipulis, solus Petrus sequebatur in atrium principis sacerdotum ut ea nimirum exsequuturus quæ decreta erant. Cum autem Christus interius vinctus teneretur, Petrus in exteriori atrio fidenter sedebat immotus, ut qui jam nempe victoriam retulisset. Quid igitur? Cum aliquandiu consedisset ille, neque gladium videret exacui, neque propositas cotes, non proscriptionem denuntiatam, non exsilium irrogatum ; sed exigua ancilla pretio empta, vilis, accedens Petro inquit : Quid hic agis, o homo? ubi est virtus Magistri tui? ecce conclusus est intus : ecce crucis supplicio mox addicetur. Tum Petrus cum omnem confidentiam ac dicendi libertatem ex memoria ejecisset, respondens ait : Quid mihi obstrepis, puella? non novi hominem. O rem mirabilem! Qui dicebat, *Etiamsi oportuerit me mori tecum* (*Ibid. v.* 35), jam negat. Postquam igitur accidit hæc prima negatio, perturbatus Petrus, ab atrio tamquam ab igne prosiliit extra vestibulum currens. Quid deinde? Rursus altera ancilla occurrit illi. O res mirabiles! Nusquam miles, nusquam gladius, sed vilis puella Petro occurrit. Illum agressa est sic dicens: Quid tumultuaris, o homo? quo properas? quid æstuas? nonne te semper cum Galilæo incedentem videbam? quomodo igitur egressus vestibulo curris? Petrus autem non jam simpliciter respondit, sed cum juramento inquit, *Non novi hunc hominem* (*Ibid. v.* 72). Vidisti Dei prædictionem, et hominis lapsum? Deinde secunda negatione completa, tertia negatio advenit. *Post pusillum cum accessissent, qui astabant, Petro dicebant : Vere et tu ex illis es : nam et loquela tua manifestum te facit. Petrus autem cœpit anathematizare et jurare, quia non novi hominem* (*Ibid. v.* 73. 74). Ubi providum Petri promissum? qui antea dixisti, *Tu es Christus Filius Dei vivi*, hic dicis, *Non novi hominem istum?* Fortasse Petrus imprudens, dum hanc vocem protulit, evigilavit, nec absurde loquutus est : non dixit, Non novi Deum Verbum, sed dixit, *Non novi hominem istum.* Offendit in eo quod cernebatur, non in eo quod intelligebatur. Quapropter et prævidens Dominus dicebat, *Quicumque dixerit blasphemiam in Filium hominis. remittetur ei*, Quid ergo Petrus? *Non novi hominem istum : et continuo gallus cantavit :* ille invictus Petri accusator, prævius sententiæ Dominicæ præco ac patronus, negationis proclamator, prænotionis index, ac pœnitentiæ lacrymarum admonitor.

3. Atque hæc quidem hactenus dicta sufficiant : jam vero de eleemosyna sermonem instituamus, ut vestram cohortemur caritatem, quod in Evangelio dictum est usurpantes : *Facite vobis amicos de mamona iniquitatis : ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula* (*Luc.* 16. 9). Recte dixit, *Æterna.* Nam hic quidem etsi splendidam domum possideas, omnino temporis intervallo corrupta periit : imo vero antequam etiam temporis successu pereat, mors ingruens ex his splendidis ædibus te exturbat : sæpe vero et ante mortem rerum quarumpiam difficultates et calumniatorum incursiones atque insidiæ efficient, ut illis excidas. At illic nihil horum reformidare licet : non corruptionem, non mortem, non lapsum, non calumniatorum insultum, non aliud quidquam; sed immobile est et immortale domicilium. Propterea æterna illa nuncupavit. *Facite vobis amicos de mamona iniquitatis* (*Luc.* 16. 19). Vides, quanta sit humanitas Domini? quanta benignitas, et clementia? Non enim temere hoc additamentum adjunctum est ; sed quoniam multorum divitum opes ex rapina et injusto quæstu collectæ sunt, Malis artibus, inquit, non oportebat ita pecunias colligere ; sed quando jam collegisti, desiste a rapina et injusto quæstu, atque ad id, quod oportet, pecuniis utere. Non dico, ut rapiens misericorditer largiaris, sed ut abstinens ab injusto quæstu et rapina ad eleemosynam et benignitatem divitiis utaris. Si enim quis a rapina non cesset, nec eleemosynam largitur : quin licet innumeras pecunias in pauperum manus projiciat, dum res alienas rapit, et malis artibus ditatur, eodem, quo homicidæ, apud Deum numero locoque ducetur. Quamobrem ut ab injustis quæstibus et rapinis prius abstineamus oportet, atque deinde in egenos eleemosynam erogemus. Magna quippe virtus est eleemosynæ. Verum nemo assiduitatem admonitionis nostræ accusationem auditorum interpretetur. Nam et in certaminibus eos cursores excitant spectatores, quos ad præmium viderint proxime accedere, magnamque victoriæ spem habere. Sic ego quoque magna vos cum animi alacritate habitos de eleemosyna sermones excipere videns, et ipse frequentius nihilominus hisce de rebus instituo cohortationem. Medici sunt animarum nostrarum pauperes, benefactores ac patroni : non enim tantum das, quantum accipis. Das pecuniam, et accipis regnum cælorum : paupertatem discutis, et Dominum reconcilias tibi ipsi. Vides disparem esse remunerationem! Hæc in terris sunt, illa in cælis : hæc pereunt, illa permanent, hæc intereunt, illa omni sunt interitu superiora. Propterea quoque majores nostri pro templorum foribus pauperes statuerunt, ut vel stupidissimum quemvis et immanissimum hic pauperum aspectus ad memoriam excitet eleemosynæ. Cum enim steterit turba senum incurvorum, pannis amictorum, squalentium, sordidatorum, scipiones tenentium ; quique vix possint consistere; sæpe vero effossis etiam oculis et corpore ipso mutilorum, quis adeo saxeus, quis adeo adamas, qui cum illum ætas, infirmitas, mutilatio, paupertas, vilitas, omnia denique ad commiserationem inflectant, resistat, ac nihilo omnibus istis commotus rigidusque permaneat? Idcirco pro foribus nostris stant, et ipso aspectu vehementius quam ulla oratione fieri posset, ad humanitatem introeuntes impellunt. Nam quemadmodum in more positum est, ut in atriis templorum sint fontes : ut qui preces ad Deum fusuri sunt, ubi prius manus abluerint, sic deinde ad preces illas extendant : ita et pauperes fontium ac puteorum loco, pro foribus patres statuerunt : ut quemadmodum aqua manus abluimus, sic humanitate prius animas abstergentes, deinde precemur.

[1] Hic legendum putant, *servis* (δούλοις) ; sed vox, *amicis* (φίλοις), etiam quadrare potest.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Non enim ita labes corporis abluit aquæ natura, ut animæ sordes eleemosynæ virtus abstergit. Ut igitur illotis manibus ingressus, non audes preces fundere, licet minus illud sit crimen : sic nec absque eleemosyna tibi unquam ad orationem accedendum est. Tametsi puras sæpenumero manus habentes, nisi prius illas abluerimus, ad orationem eas non attollimus : tantum valet consuetudo. Hoc igitur et in eleemosyna faciamus : tametsi nullius magni peccati nobis conscii simus, tamen eleemosyna collata conscientiam abstergamus. Multa ex foro mala contraxisti : inimicus irritavit, judex agere quispiam eorum, quæ non conveniebant, coegit; verba tibi absurda sæpius exciderunt, amicus ut aliquid patrares cum peccato conjunctum suasit; alia tibi multa adhæserunt qualia verisimile est tibi, cum homo sis, dum in foro versaris, adhærere : dum tribunalibus assides, dum negotia urbis conficis, pro his omnibus veniam a Deo postulaturus ac defensionem oblaturus ingrederis. Projice itaque pecunias in pauperum manus, et maculas illas absterge, ut ita cum fiducia eum invoces, qui hæc tibi peccata potest dimittere. Quod si teipsum assuefeceris, numquam sacra hæc vestibula ingredi absque eleemosyna, nullo tempore nec prudens nec imprudens a bono opere isto cessabis : ea enim est vis consuetudinis. Et quemadmodum, quidquid tandem accidat, illotis manibus orare non audes, quando id semel tibi in consuetudinem vertit : sic et in eleemosyna, si hanc tibi legem imposueris, cum sciens prudensque tum imprudens singulis eam diebus a consuetudine impulsus observabis. Ignis est oratio, præcipue cum a vigilanti attentaque anima offertur : at enim oleo etiam indiget ignis iste, ut ad cælestes fornices ipsos perveniat : oleum autem ignis hujus nihil aliud est, quam eleemosyna. Liberaliter igitur oleum infunde, ut lætitiam ex recte facto percipiens, majori cum fiducia et ardentiori animi studio preces peragas. Nam quemadmodum qui nullius boni sibi sunt conscii, ne preces quidem fundere cum fiducia possunt : ita qui præclarum aliquod facinus ediderint, et post justitiam illam ad orationem se converterint, præclari facinoris recordatione exhilarati majori animi studio preces offerunt. Ut igitur hac ratione validior oratio nostra reddatur, excitata et expergefacta in supplicationibus ex bonorum operum recordatione mente nostra, cum eleemosyna ad preces accedamus, et omnium eorum quæ dicta sunt, diligenter recordemur : ac præ cæteris quidem omnibus similitudinem illam perpetua memoria custodite, qua pauperes dixi pro foribus templorum stantes, eum nobis ad animæ cultum, quem fons ad corporis usum præbere. Si enim hujus rei memores perpetuo fuerimus, assidue mentem nostram abluentes, cum puras offerre preces poterimus, tum magnam apud Deum nobis fiduciam et gratiam conciliare, ac regnum cælorum adipisci, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria, unaque sancto Spiritui, nunc et semper, et in secula sæculorum. Amen.

MONITUM

Hujus homiliæ varia feruntur initia in Codicibus mss. Alii enim sic ordiuntur : Μεγάλα τινὰ καὶ ὑπερφυῆ τῇ προτέρᾳ, alii numero plures sic habent : Ἐνόμιζον μεγάλα τινὰ καὶ ὑπερφυῆ τῇ προτέρᾳ. Unus, ut mox videbitur : Νομίζω μεγάλα. Eam pro germano Chrysostomi fetu primum habuerat Fronto Ducæus, sed postea centonem esse animadvertit, qua de re audiendus ipse.

Non Codicibus tantum mss. Regiis, Mediceis, credidimus hunc tractatum Chrysostomo asserentibus, sed et quibusdam Italicis, qui tomum complectuntur titulo Τῆς βίβλου τῶν μαργαριτῶν *insignitum; nam inter illas homilias quadragesima quarta numeratur,* Εἰς τὸ, Πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ · ἀρχή · Νομίζω μεγάλα. *Verumtamen excuso jam tractatu, dum has notas pertexi mus, fucum nobis factum a librario deprehendimus, dum exordium novum assuit morali exhortationi Homiliæ vicesimæ quintæ in Epist. ad Romanos, et tricesimæ primæ, tanquam uni capiti duobus subjunctis corporibus : quod ipsum multis imposuit, qui plerasque ad populum Antiochenum homilias separatim habitas putant, nec animadvertunt nihil aliud quam centones eas esse, consultos ex moralibus exhortationibus aliorum Sermonum vel Commentariorum in*

IN SECUNDUM ADVENTUM DOMINI JESU CHRISTI, ET IN ILLUD, OMNES STABIMUS ANTE TRIBUNAL CHRISTI, ET UNUSQUISQUE PRO SE RATIONEM REDDET DEO (*Rom.* 14. 10. 12) (*a*).

1. *Ratio reddenda Christo ab unoquoque nostrum. De scandalo.* — Magna quædam et mirifica hesterno die dixisse me vobis arbitrabar : etenim magna erant natura sua, omnemque facultatem orationis excedebant : verumtamen quæ lecta sunt hodie, tantum illa superant, quantum ab illis nostra superantur. Tametsi non existimabam quidquam ipsis antecellere, verumtamen cum accessissent ea, quæ lecta sunt hodie, multo illis splendidiora sunt visa. Quænam vero lecta sunt hodie? *Omnes stabimus ante tribunal Christi :* scriptum est enim, *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo* (*Isai.* 45. 24). Itaque unusquisque nostrum de seipso rationem reddet Deo. Vide, non dixit simpliciter, Adorabit unusquisque, sed et *Confitebitur* unusquisque, hoc est, eorum quæ fecit, rationes reposcetur. Semper igitur sollicitus esto, mi homo, pro tribunali sedentem communem Dominum cer-

(*a*) Collata cum tribus Mss. Regiis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοσοῦτόν ἐστιν ἡ συνήθεια. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιῶμεν· κἂν μηδὲν ἑαυτοῖς ὦμεν συνειδότες μέγα ἁμάρτημα, ὅμως ἀποσμήχωμεν τὸ συνειδὸς διὰ τῆς ἐλεημοσύνης. Πολλὰ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἐπεσπάσω δεινά· ἐχθρὸς παρώξυνε· δικαστὴς ἠνάγκασέ τι ποιῆσαι τῶν οὐ προσηκόντων πραγμάτων, ῥήματα πολλάκις ἐξέβαλες ἄτοπα, φίλος ἐδυσώπησεν ἐργάσασθαί τι τῶν ἁμαρτίαν ἐχόντων, ἕτερα προσετρίψω πολλά, οἷα εἰκὸς ἄνθρωπον ὄντα προστρίβεσθαι ἐν ἀγορᾷ στρεφόμενον, δικαστηρίοις προσεδρεύοντα, τὰ τῆς πόλεως πράττοντα πράγματα· ὑπὲρ τούτων ἁπάντων εἰσέρχῃ τὸν Θεὸν αἰτήσων συγγνώμην, καὶ ἀπολογησόμενος. Κατάβαλε τοίνυν ἀργύριον εἰς τὰς τῶν πενήτων χεῖρας, καὶ ἀπόσμηξον τὰς κηλῖδας ἐκείνας, ἵν' οὕτω μετὰ παῤῥησίας καλέσῃς τὸν δυνάμενόν σοι ἀφεῖναι ταῦτα τὰ ἁμαρτήματα. Ἂν ἐν συνηθείᾳ καταστήσῃς αὐτὸν, μηδέποτε χωρὶς ἐλεημοσύνης τῶν ἱερῶν τούτων προθύρων ἐπιβαίνειν, οὐδέποτε οὔτε ἐκὼν οὔτε ἄκων ὑστερήσεις τῆς καλῆς ταύτης ἐργασίας· τοιοῦτον γὰρ ἡ συνήθεια. Καὶ ὥσπερ οὐδ' ἂν ὁτιοῦν γένοιτο, χερσὶν ἁνίπτοις ὑπομένεις εὔξασθαι, ἐπειδὴ κατέστης εἰς συνήθειαν ἅπαξ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἐλεημοσύνης ἂν τοιοῦτον σαυτῷ θήσῃς τὸν νόμον, καὶ ἐκὼν καὶ ἄκων καθ' ἑκάστην αὐτὸν ἐκπληρώσεις ἡμέραν, ὑπὸ τῆς συνηθείας ἑλκόμενος. Πῦρ ἐστιν ἡ εὐχὴ, μάλιστα ὅταν ἀπὸ νηφούσης καὶ διεγηγερμένης ἀναπέμπηται ψυχῆς· ἀλλὰ τὸ πῦρ τοῦτο καὶ ἐλαίου δεῖται, ἵνα αὐτῶν ἅψηται τῶν οὐρανίων ἀψίδων· ἔλαιον δὲ τοῦ πυρὸς τούτου οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἀλλ' ἡ ἐλεημοσύνη. Ἐπίχεε τοίνυν τὸ ἔλαιον δαψιλῶς, ἵνα εὐφραινόμενος ἐπὶ τῷ κατορθώματι, μετὰ παῤῥησίας πλείονος καὶ προθυμίας μείζονος τὰς εὐχὰς ἐπιτελῇς. [141] Ὥσπερ γὰρ οἱ μηδὲν ἑαυτοῖς συνειδότες ἀγαθὸν, οὐδὲ εὔξασθαι μετὰ παῤῥησίας δύναιντ' ἄν· οὕτως οἱ κατορθώσαντές τι, καὶ μετὰ τὴν δικαιοσύνην ἐκείνην ἐπὶ τὴν εὐχὴν ἐρχόμενοι, τῇ μνήμῃ τοῦ κατορθώματος εὐφραινόμενοι μετὰ πλείονος τῆς προθυμίας ποιοῦνται τὴν ἱκετηρίαν. Ἵν' οὖν κατὰ τοῦτο δυνατωτέρα ἡμῖν ἡ εὐχὴ γίνηται, γρηγορούσης ἡμῖν τῆς διανοίας ἐν ταῖς δεήσεσιν ἀπὸ τῆς τῶν κατορθωμάτων μνήμης, μετὰ τῆς ἐλεημοσύνης ἐπὶ τὰς εὐχὰς ἐρχώμεθα, καὶ μνημονεύσωμεν μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα τὰ εἰρημένα· καὶ πρό γε τῶν ἄλλων πάντων ἐκείνην τὴν εἰκόνα τηρεῖτε διηνεκῶς, καθ' ἣν εἶπον τοὺς πένητας πρὸ τῶν θυρῶν ἑστάναι τῶν εὐκτηρίων οἴκων, ταύτην ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀναπληροῦντας τὴν χρείαν, ἣν ἐπὶ τοῦ σώματος ἡ κρήνη. Ἂν γὰρ τοῦτο ὦμεν διηνεκῶς μεμνημένοι, συνεχῶς ἀπονιπτόμενοι τὸν λογισμὸν, καθαρὰς μὲν δυνησόμεθα τὰς εὐχὰς ἐπιτελεῖν, πολλὴν δὲ ἐπισπάσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

AD HOMILIAM IN SECUNDUM ADVENTUM CHRISTI.

Evangelia vel in Epistolas Apostolorum, ut singillatim, si Deus dederit, ostendemus: sed in illis tamen nullum diversum exordium præmittitur, ut hoc loco, neque tanta textus diversitas apparet. Certe in Florilegiis, quæ a Theodoro Magistro conflata creduntur, proferuntur sententiæ ex hac homilia decerptæ, p. 909 (id est Hom. 25), ἐκ τοῦ λόγου, ὅτι πάντες παραστησόμεθα, quas reperies p. 656 et 657 (num. 3). Quamobrem sive quod non semel pronuntiata fuerint hæc ab auctore, sive quod a librario ita copulata, in unum hunc tractatum coaluerint: cum ex collatione hujus textus cum illo vigesimæ quintæ homiliæ non pauca restitui loca possint, nequaquam hujus nos pœnituit editionis; sed et varias lectiones his insertas notis tanquam hujus operæ pretium lectori communicandas censuimus, eodemque candore, si quid minus recte ab interprete illius homiliæ, quam a nobis, Latine sit conversum, aut a nobis contra minus quam ab illo feliciter, indicandum fuit.

Esse itaque centonem nihil dubitandum. Frontonis interpretationem Latinam edimus, aliquot in locis emendatam : necnon ex notis ejus illas, quæ ad textum vel emendandum vel illustrandum pertinent.

[142] *Εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸ, « Πάντες παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστος ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ. »*

α'. Ἐνόμιζον μεγάλα τινὰ καὶ ὑπερφυῆ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ὑμῖν εἰρηκέναι· καὶ γὰρ ἦν φύσει μεγάλα, καὶ πάντα ὑπερβαίνοντα λόγον· ἀλλ' ὅμως τὰ σήμερον λεχθέντα τοσαύτην ἔχει τὴν ὑπερβολὴν πρὸς ἐκεῖνα, ὅσην ἐκεῖνα πρὸς τὰ ἡμέτερα. Καίτοι γε οὐκ ὤμην αὐτὰ ἔχειν ὑπερβολήν· ἀλλ' ὅμως ἐπελθόντα τὰ σήμερον ἀναγνωσθέντα πολὺ πλέον ἐκείνων ἐφάνησαν λαμπρότερα. Τίνα δέ εἰσι τὰ σήμερον ἀναγνωσθέντα ; Ὅτι *Πάντες μὲν παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ*· γέγραπται γὰρ, *Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ Θεῷ.* Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ αὐτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ. Βλέπε, [a] οὐκ εἶπεν ἁπλῶς, Προσκυνήσει ἕκαστος, ἀλλὰ καὶ *Ἐξομολογήσεται* ἕκαστος, τουτέστιν, εὐθύνας δώσει τῶν πεπραγμένων. Ἔσο τοίνυν, ἄνθρωπε, ἐναγώνιος πάντοτε, τὸν κοινὸν Δεσπότην ὁρῶν ἐπὶ τοῦ βήματος καθήμενον, καὶ μὴ σχίζε καὶ μέριζε τὴν Ἐκκλησίαν, τῆς χάριτος ἀποῤῥηγνύμενος· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ σὲ καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀπαιτήσει λόγον. Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ ὡς ἐπίτηδες φοβῶν ἡμᾶς ταῦτα λέγειν, ἐκ τῆς προκειμένης ἀκολουθίας πάλιν ἔχεται τῆς

[a] Hæc excerpta sunt ex Homilia 25 in Epist. ad Rom., ad cap. 14, circa medium homiliæ. Unde magna pars hujus sermonis desumpta est.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτῆς ὑποθέσεως, λέγων· *Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν, ἀλλὰ τοῦτο κρίνετε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι τινὰ πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἢ σκάνδαλον.* Τοῦτο δὲ οὐκ ἐκείνου μᾶλλόν ἐστιν, ἢ τούτου [a]. Διὸ ἀμφοτέροις ἁρμόζειν δύναται, καὶ τοῦ τελείου σκανδαλιζομένου τῇ τῶν βρωμάτων παρατηρήσει, καὶ τοῦ ἀτελοῦς προσκόπτοντος ἐπὶ τῇ σφοδρᾷ ἐπιπλήξει. Σὺ δέ μοι σκόπει, ἀγαπητὲ, πόσην δώσομεν τιμωρίαν οἱ σκανδαλίζοντες ἁπλῶς. Εἰ γὰρ ἔνθα παράνομον ἦν τὸ γινόμενον, διὰ τὸ ἀκαίρως ἐπιτιμᾶν, ἐκώλυσε τοῦτο γίνεσθαι, ὥστε μὴ σκανδαλισθῆναι καὶ προσκόψαι τὸν ἀδελφὸν, ὅταν μηδὲ διορθοῦντες σκανδαλίζωμέν τινα, τίνος ἐσμὲν ἄξιοι; Εἰ γὰρ τὸ μὴ σῶσαι, ἔγκλημα (καὶ δείκνυσιν ὁ τὸ τάλαντον κατορύξας), τὸ σκανδαλίσαι τί οὐκ ἐργάζεται; Τί οὖν, ἐὰν οἰκοθεν, φησὶ, σκανδαλίζηται ἀσθενὴς ὤν; Δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἂν εἴη δίκαιον πάντα ὑπομένειν [b]. Εἰ γὰρ ἰσχυρὸς ἦν, οὐδὲ τοσαύτης ἐπιμελείας αὐτῷ ἔδει· νυνὶ δὲ ἐπειδὴ ἀτελέστερός ἐστι, διὰ τοῦτο πολλῆς χρῄζει τῆς σπουδῆς. Παρέχωμεν τοίνυν αὐτῷ τοῦτο, καὶ πανταχόθεν αὐτὸν διαβαστάζωμεν. Οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ὑφέξομεν λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν ἑτέρους σκανδαλίζομεν. Εἰ δὲ ἐκεῖναι καὶ καθ' ἑαυτὰς χαλεπαὶ αἱ εὐθῦναι, ὅταν καὶ τὰ σκάνδαλα προστεθῶσι, πότε σωθησόμεθα; Μὴ γὰρ νομίσωμεν, εἰ κοινωνοὺς εὕροιμεν [143] τῶν ἁμαρτημάτων, ὡς ἀπολογίαν ἕξομεν· τοῦτο ἡμῖν καὶ προσθήκη γενήσεται τιμωρίας· ἐπεὶ καὶ ὁ ὄφις μᾶλλον ἐκολάσθη τῆς γυναικός· ὥσπερ οὖν καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ Ἰεζάβελ δὲ χαλεπωτέραν ἔδωκε δίκην τοῦ Ἀχαὰβ ἁρπάσαντος τὸν ἀμπελῶνα. Καὶ σὺ τοίνυν ὅταν αἴτιος ἑτέροις ἀπωλείας γενήσῃ, χαλεπώτερα πείσῃ τῶν ὑποσκελισθέντων παρὰ σοῦ. Οὐδὲ γὰρ οὕτω τὸ ἁμαρτεῖν, ὡς τὸ καὶ ἑτέρους εἰς τοῦτο ἐνάγειν ἀπόλλυσι· διό φησιν, *Οὐ μόνον αὐτὸ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσιν.* Ὥστε ὅταν ἴδωμέν τινας ἁμαρτάνοντας, μὴ μόνον μὴ ὠθῶμεν αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀνέλκωμεν ἐκ τοῦ βόθρου τῆς πονηρίας, ἵνα μὴ τῆς ἑτέρων ἀπωλείας αὐτοὶ τὴν δίκην ὑπόσχωμεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν. *Πάντες* γὰρ, φησὶ, *παρασταθησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ*, καὶ λόγον δώσομεν τῷ Θεῷ. Τί οὖν ποιήσομεν οἱ ἐν ἁμαρτίαις προϊδόντες ἑαυτοὺς ἑκόντες; τίνα ἕξομεν τὴν παραψυχήν; τίνα παραμυθίαν; πῶς ἐξιλεωσόμεθα τὸν φοβερὸν δικαστήν; πόσης αἰσχύνης πληρωθῶμεν, ὁρῶντες πρὸ ὀφθαλμῶν τὰς ἀσεβείας ἡμῶν; Ὅμως ἐὰν θελήσωμεν νῦν διεγερθῆναι πρὸς τὰ Θεῷ ἀρεστὰ, δυνησόμεθα καὶ πάντα τὰ ἡμαρτημένα ἀπονίψασθαι, καὶ τὰ φοβερὰ ἐκεῖνα γριτήρια διαφυγεῖν. Τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μνημονεύσωμεν διηνεκῶς τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας τοῦ σώματος ἡμῶν· *Μιμνήσκου* γὰρ, φησὶν, *τὰ ἔσχατά σου, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα οὐχ ἁμαρτήσεις*· ἔπειτα ἀναλογιζώμεθα τὸ φοβερὸν βῆμα τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, τὰ ἐν λόγῳ, τὰ ἐν ἔργῳ, τὰ ἐν διανοίᾳ· ἔπειτα τὸν ποταμὸν τοῦ πυρὸς, τὸν δεσμὸν τὸν ἄλυτον, τὸ σκότος τὸ ἀφεγγὲς, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων [c], τὸν σκώληκα τὸν ἰοβόλον, τὴν ἡμέραν ἐκείνην, τὴν ὀδυνηρὰν μὲν τοῖς ἁμαρτωλοῖς, φαιδρὰν δὲ καὶ ἡδεῖαν τοῖς ἔργα δικαιοσύνης ἐπιτελέσασιν.

β'. Ἀλλ' εἰσί τινες τῶν ἀνθρώπων τοσαύτης ἀνοίας πεπληρωμένοι, ὡς ψευδεῖς ἡγεῖσθαι τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ Θεοῦ ἀλληγοροῦντες. Ἀκήκοα γάρ τινων φιλαμαρτημόνων, καὶ ὑπὸ πολλῆς φιληδονίας κατεχομένων, λεγόντων τοιαῦτα, ὅτι, φασὶν, Ὁ Θεὸς πρὸς φόβον τῶν ἀνθρώπων ἠπείλησε ταῦτα· μὴ γένοιτο γὰρ, ὅτι ἐλεήμων ὢν κολάσει τινὰ, καὶ μάλιστα τῶν ἐπεγνωκότων αὐτόν. Ἀκούσατε οὖν οἱ ἀπολωλεκότες τὰς καρδίας ἄνθρωποι, οἱ τῇ ὑποβολῇ [d] τοῦ μισοκάλου πειθόμενοι τοῦ χαίροντος ὑμῶν τῇ ἀπωλείᾳ. Ἵνα γὰρ μὴ φοβηθέντες εἰς χρηστὸν βίον ἑαυτοὺς μεταβάλωμεν, καὶ φύγωμεν τῆς κολάσεως τὰ βασανιστήρια, διὰ τοῦτο εἰς ταύτην ἡμᾶς ἦγαγε τὴν ἀφοβίαν· ὅπως ἐνταῦθα ἀμελήσαντες, εἰς αὐτὸν τὸν τοῦ ᾅδου πυθμένα ἑαυτοὺς ἐμβάλωμεν. Λέγετε οὖν μοι, οἱ ψεύστην τὸν Θεὸν ἀποφαίνοντες, οἱ ῥήματα μόνον ψιλὰ τὰς ἁγίας Γραφὰς λογιζόμενοι, καὶ οὐχὶ ἀλήθειαν, τί νομίζετε, ὦ ἀνόητοι; οὐχ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος κολάζεται, ὁ τὸν Λάζαρον ὑπερηφάνων; οὐχὶ αἱ μωραὶ παρθένοι τοῦ νυμφῶνος ἐκβάλλονται; οὐχὶ οἱ μὴ θρέψαντες Χριστὸν, εἰς τὸ πῦρ ἀπέρχονται τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; οὐχ ὁ τὰ ῥυπαρὰ ἱμάτια ἐνδεδυμένος, χεῖρας καὶ πόδας δεθεὶς ἐκβάλλεται εἰς τὸ πῦρ; οὐχὶ ὁ τὰ ἑκατὸν δηνάρια ἀπαιτήσας παραδίδοται τοῖς βασανισταῖς; οὐ τὸ περὶ τῶν μοιχῶν εἰρημένον ἀληθειά ἐστιν, ὅτι *Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται*; ἢ ἀπειλαὶ μόνον ταῦτά εἰσι; Ναὶ, φησί. Καὶ πόθεν, εἰπατέ μοι ἄθλιοι, πρᾶγμα τοιοῦτον τολμᾶτε ἀποφήνασθαι, καὶ ταῦτα οἰκοθεν φέροντες τὴν ἄδικον ψῆφον; Ἐγὼ δὲ καὶ ἀφ' ὧν εἴρηκε ὁ Χριστὸς καὶ ἀφ' ὧν πεποίηκε, τούναντίον ἀποδεῖξαι πειράσομαι. Εἰ γὰρ περὶ τῶν μελλουσῶν κολάσεων οὐ πιστεύομεν, κἂν ἀπὸ τῶν ἤδη γεγενημένων πιστεύσωμεν· οὐ γὰρ δὴ τὰ γεγενημένα καὶ εἰς ἔργον ἐξελθόντα ἀπειλαί καὶ ῥήματά εἰσι μόνον. Τίς οὖν τὴν οἰκουμένην κατέκλυσεν ἅπασαν ἐπὶ τοῦ [144] Νῶε, καὶ τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο ναυάγιον εἰργάσατο, καὶ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν πανωλεθρίαν παντὸς ἐποίησε; τίς πάλιν μετὰ ταῦτα τοὺς κεραυνοὺς ἐκείνους καὶ τοὺς πρηστῆρας ἀφῆκεν ἐπὶ τὴν Σοδόμων [e] γῆν; τίς τὴν Αἴγυπτον ἅπασαν κατεπόντισε; τίς τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας ἐπὶ τῆς ἐρήμου κατέστρωσε; τίς τὴν συναγωγὴν Ἀβιρὼν κατέφλεξε; τίς τοὺς περὶ Κορὲ καὶ Δαθὰν ἀνοῖξαι τῇ γῇ τὸ στόμα καὶ καταπιεῖν ἐκέλευσε; τίς τὰς ἑβδομήκοντα χιλιάδας; ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ κατήνεγκεν ἐπὶ τοῦ Δαυΐδ; τίς τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας ἐν μιᾷ νυκτὶ ἐθανάτωσεν ἐπὶ τῆς προφητείας Ἡσαΐου; Εἶπω καὶ τοὺς κατ' ἰδίαν κολασθέντας, τὸν διηνεκεῖ παραδοθέντα τιμωρίᾳ Κάϊν, τὸν καταλευσθέντα μετὰ παντὸς τοῦ γένους Χάρμην, τὸν ὑπὲρ συλλογῆς ξύλων τὸ αὐτὸ παθόντα ἐν σαββάτῳ, τοὺς ἐπὶ Ἐλισσαίου τεσσαράκοντα καὶ δύο παῖδας τοὺς ὑπὸ τῶν θηρίων διαπαγέντας, καὶ μηδὲ ἀπὸ τῆς ἡλικίας τυχόντας συγγνώμης; Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν χάριν τοιαῦτα ἰδεῖν ἐθέλοις, ἐννόησον, ὅσα ἔπαθον οἱ Ἰουδαῖοι, πῶς τὰ ἴδια τέκνα κατέφαγον αἱ γυναῖκες αὐτῶν, αἱ μὲν ὀπτῶσαι, αἱ δὲ καὶ ἄλλως δαπανῶσαι· πῶς λιμῷ παρεδόθησαν ἀνηκέστῳ, καὶ πολέμοις ποικίλοις καὶ χαλεποῖς, ὡς πάσας τὰς ἔμπροσθεν τραγῳδίας ἀποκρύψαι τῇ τῶν οἰκείων ὑπερβολῇ συμφορῶν. Ὅτι γὰρ ὁ Χριστὸς αὐτοὺς ταῦτα εἰργάσατο, ἄκουσον αὐτοῦ ταῦτα προλέγοντος, καὶ διὰ παραβολῶν, καὶ σαφῶς καὶ ἀνακεκαλυμμένως· διὰ παραβολῶν μὲν, ὡς ὅταν λέγῃ· *Τοὺς δὲ μὴ θέλοντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε καὶ κατασφάξατε*· καὶ διὰ τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ διὰ τοῦ γάμου· σαφῶς δὲ καὶ διαῤῥήδην, ὡς ὅταν λέγῃ ἀπειλῶν, ὅτι *Πεσοῦνται ἐν στόματι μαχαίρας, καὶ ἔσται συνοχὴ ἐπὶ τῆς γῆς ἐθνῶν*, ἐν ἀπορίᾳ ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου, ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου, καὶ *Ἔσται θλῖψις τοιαύτη, οἵα οὐ γέγονε πώποτε, οὐδὲ μὴ γένηται.* Καὶ ὁ Ἀνανίας καὶ ἡ Σάπφειρα ὑπὲρ κλοπῆς ὀλίγων ἀργυρίων ὅσην ἔδωκαν δίκην, ἅπαντες ἴστε. Τὰς δὲ καθημερινὰς συμφορὰς οὐχ ὁρᾶτε, ὅσας ὑποφέρομεν ἁμαρτάνοντες; ἢ οὐδὲ ταῦτα γεγένηται; Οὐχ ὁρᾶτε καὶ νῦν τοὺς λιμῷ τηκομένους, τοὺς ἐλέφαντ. καὶ λώβῃ σώματος κατεχομένους, τοὺς πενίᾳ διηνεκεῖ συζῶντας, τοὺς μυρίᾳ ἀνήκεστα καὶ θλιβερὰ πάσχοντας; Πῶς οὖν ἂν ἔχοι λόγον τοὺς μὲν κολάζεσθαι, τοὺς δὲ μὴ κολάζεσθαι; Εἰ γὰρ οὐκ ἄδικος ὁ Θεὸς, ὥσπερ οὐδὲ ἄδικος, πάντως καὶ σὺ δίκην δώσεις ἁμαρτάνων· εἰ δὲ, ἐπειδὴ φιλάνθρωπός ἐστιν ὁ Θεὸς, οὐ κολάζει, οὐδὲ τούτους ἔδει κολασθῆναι. Νυνὶ δὲ διὰ ταῦτα ὑμῶν τὰ ψυχρὰ ῥήματα, πολλοὺς καὶ ἐνταῦθα κολάζει ὁ Θεός· ἵνα, ὅταν τοῖς ῥήμασι μὴ πιστεύσητε τῆς ἀπειλῆς, κἂν τοῖς πράγμασι πιστεύσητε τῆς τιμωρίας· καὶ ἐπειδὴ τὰ παλαια οὐχ

[a] Tres mss. μᾶλλόν ἐστιν ὑποδεέστερον ἢ τούτου. *Sed vox* ὑποδεέστερον, *abundare videtur*, inquit Ducæus.

[b] Unus codex αὐτὸν μὲν οὖν τοῦτο ἂν εἴη δίκαιος ὑπομένειν. Hæc porro et sequentia longa serie leguntur infra Homilia 25 in Epist. ad Romanos, sæpeque iisdem verbis.

[c] Sic correximus ex uno Regio. Morel. τοὺς δεσμοὺς τοὺς ἀλύτους, τοῦ σκότους τοῦ ἀφεγγοῦς, τοῦ βρυγμοῦ τῶν ὀδόντων, etc.

[d] Alii male ὑπερβολῇ. Regii duo et Savil. ὑποβολῇ.

[e] Sic duo mss. At Morel. Σοδόμου. Infra alii Ἀβηρών. — Alia quæ corrigenda monet Fronto Ducæus jam correcta sunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nens, nec scinde aut divide Ecclesiam a gratia separatus : siquidem et a te Christus, et ab omni genere humano rationem exiget. Sed ne ista dicere videatur, ut data opera nobis terrorem incutiat, ex ipsa serie contextuque sermonis rursus in eodem versatur argumento, dicens : *Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum* (*Rom.* 14. 13). Hoc vero nihilo magis ad illum quam ad hunc pertinet. Quamobrem utrique potest convenire : dum et perfectus ciborum observatione scandalizatur, et vehementiori objurgatione imperfectus offenditur. Tu vero mihi considera, dilectissime, quantas daturi simus pœnas, qui temere scandalizamus. Si enim ubi res erat iniqua quæ gerebatur, quod importune reprehensio adhiberetur, hoc fieri vetuit, ne scandalizaretur frater et offenderetur : cum ne corrigendo quidem quempiam scandalizamus, quid merebimur? Si enim crimen est non salvum facere (idque ex eo constat, qui talentum defodit), ipsum scandalizasse, quid non præstabit? Quid si suapte culpa scandalizetur, cum sit infirmus? dicet aliquis. Propter hoc ipsum æquum fuerit, ut omnia feras. Si enim validus esset, nequaquam tali cura indigeret : jam vero, quoniam imperfectior est, idcirco multum in eum studii conferendum est. Hoc igitur ei concedamus, cumque omni ex parte supportemus. Non enim nostrorum tantum malorum rationem reddemus, sed eorum etiam, quibus alios scandalizamus. Quod si ipsa per se molesta est exactio rationum, cum adjecta fuerint etiam scandala, quomodo salutem consequemur? Ne putemus enim, si peccatorum consortes reperimus, nos excusationem habituros : hoc nobis pœnas accumulabit. Nam gravius quam mulier punitus est serpens; quemadmodum et mulier gravius quam vir, et Jezabel acerbiores pœnas quam Achab dedit, qui vineam eripuerat (4. *Reg.* 9). Tu quoque si cæteris perditionis causa fueris, acerbiora patieris quam illi, qui a te fuerint supplantati. Non enim tantam nobis id perniciem creat quod peccemus, quam quod alios ad id agendum impellamus : quamobrem ait, *Non solum id faciunt, sed etiam consentiunt facientibus* (*Rom.* 1. 32). Cum igitur peccantes quosdam viderimus, non modo non eos impellamus, sed etiam ex improbitatis fovea extrahamus, ne perditionis aliorum a nobis pœnæ repetantur. Verum ad rem propositam revertamur. *Omnes* enim, inquit, *stabimus ante tribunal Christi* (*Rom.* 14. 10), et rationem Deo reddemus. Quid igitur faciemus? quod solatium, quam consolationem obtinebimus? quomodo Judicem tremendum placabimus? quanto pudore confundemur, cum nostræ nobis impietates ob oculos versabuntur? Verumtamen si jam erigere animos ad ea consectanda voluerimus, quæ Deo sunt accepta, cum omnia poterimus abstergere a nobis commissa peccata, tum illa tremenda tribunalia devitare. Id vero fiet, si corporis nostri ex hac vita discessus perpetuo recordemur : *Memorare* namque *novissima tua, et in æternum non peccabis* (*Eccli.* 7. 40) : deinde tremendum Christi tribunal mente versemus, in quo nuda sunt omnia et aperta oculis ejus, quæ verbo, quæ opere, quæ cogitatione commiserimus; deinde fluvium igneum, vincula indissoluta, tenebras lucis expertes, stridorem dentium, vermem venenatum, diem illum luctuosum quidem peccatoribus, hilarem autem ac jucundum illis, qui justitiæ opera perfecerint.

2. *Contra eos qui putabant Deum non ulcisci crimina.* — Sed homines sunt quidam tanta dementia præditi, ut mendaces arbitrentur Scripturas divinitus inspiratas; quique jus divinum per allegoriam interpretantur. Audivi enim quosdam peccatis deditos, et amore summo voluptatis irretitos, hujusmodi verbis utentes : Deus, inquiunt, ad timorem hominibus incutiendum hæc minatus est : absit enim, ut qui misericors est, quemquam puniat ex illis præsertim qui eum agnoverunt. Audite igitur, homines corde destituti, qui probitatis hostis interitu vestro gaudentis suasioni paretis. Ne enim timore perculsi nos ad meliorem vitam convertamus, et tormenta pœnarum evitemus, idcirco nobis hanc securitatem invexit, ut hic omni cura vacui nos præcipites in ipsum inferni fundum agamus. Dicite igitur mihi, qui mendacem Deum asseritis, qui verba tantum nuda Scripturas sacras, non veritatem reputatis, quid censetis, o stulti? nonne dives ille punitur, qui Lazarum contempserat (*Luc.* 16. 20)? nonne fatuæ virgines e sponsi thalamo ejiciuntur? nonne qui Christum non paverunt, in ignem discedunt, qui paratus est diabolo et angelis ejus (*Matth.* 25. 12. 41)? nonne qui sordidis fuit indumentis vestitus, ligatis manibus ac pedibus in ignem ejicitur? nonne qui centum denarios repetierat, tortoribus est traditus (*Id.* 22. 11. *et* 18. 34)? nonne quod dictum est de adulteris, verum est, quia *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur* (*Isai.* 66. 24)? an minæ tantum sunt ista? Etiam, inquiunt. Unde vero, quæso, fit, o miseri, ut rem talem asserere audeatis, idque quod injustam sponte sententiam feratis? Ego vero cum ex iis quæ dixit, tum ex iis quæ fecit Christus, contrarium conabor ostendere. Si enim de futuris pœnis non credimus, saltem ob ea quæ jam evenerunt, credamus : non enim ea quæ jam evenerunt, et in opus exierunt, minæ sunt ac verba tantum. Quis ergo Noe tempore totum terrarum orbem undis obruit, triste naufragium illud invexit, universumque genus humanum omnino delevit? quis rursus postea fulmina illa et turbines igneos in Sodomorum terram misit? quis Ægyptum omnem submersit? quis sexcenta millia in deserto prostravit? quis congregationem Abiron incendit? quis, Core et Dathan ut aperto ore deglutiret, terræ mandavit (*Psal.* 105. 17)? quis ætate Davidis uno temporis momento millia septuaginta perdidit (2. *Reg.* 24. 15)? quis centum octoginta quinque millia una nocte, cum prophetaret Isaias, interemit (*Isai.* 37. 36)? Dicam et eos qui privatim puniti sunt, addictum perpetuo supplicio Cain, lapidatum cum omni genere suo Charmin (*a*) (*Jos.* 7. 1), eum qui quod in sabbato ligna collegisset, idem passus est (*Num.* 15. 32)? quadraginta duos pueros quos Elisæi tempore devorarunt feræ, neque propter ætatem veniam impetrarunt (4. *Reg.* 2. 24)? Quod si post legem gratiæ cernere id cupis, cogita quanta sint passi Judæi : quo pacto liberos matres ipsorum comederint, hæ assatos, illæ alia ratione consumptos : quomodo fame vexati sint intolerabili, bellisque variis ac molestis, sic ut omnes priorum temporum tragicos casus calamitatum suarum acerbitate superarint. Ut enim scias hæc in eos Christum immisisse, prædicentem hæc; illud audi tum per parabolas, tum clare et aperte : per parabolas quidem, ut cum ait, *Eos autem, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc et interficite* (*Luc.* 19. 27); itemque per vineam et per nuptias : clare vero ac dilucide, veluti cum minans ait : *Et cadent in ore gladii, et erit in terris pressura gentium* (*Id.* 21. 24. 25), in anxietate resonante mari et salo, exanimatis hominibus præ timore, et *Erit tribulatio talis qualis non fuit umquam, neque fiet* (*Matth.* 24. 21). Ananias etiam et Sapphira quas ob paucorum argenteorum furtum pœnas dederint, nostis omnes (*Act.* 5. 1). Quotidianas autem calamitates quot feramus, qui peccata committimus, nonne cernitis? an vero hæc ipsa non evenerunt? Nonne videtis eos qui nunc etiam fame contabescunt, qui elephantiasi et vitio corporis detinentur, qui perpetua degunt in egestate, qui mille gravissimis et intolerandis malis affliguntur? Quonam igitur pacto æquum fuerit quosdam puniri, quosdam vero non puniri? Nam si injustus non est Deus, ut profecto injustus non est, omnino tu quoque pœnas dabis, si peccaveris : sin autem, quia benignus est Deus, non punit, ne hos quidem puniri oportebat. Jam vero

(*a*) Qui *Charmin* dicitur, est Achar filius Charmi, qui Josue 7, 1, commemoratur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

buntur, inquit propheta, *ab ubertate domus tuæ, et torrente voluptatis tuæ potabis eos* (*Psal.* 35. 9). Cum porro divina Scriptura ebrietatem dicit, non vinum inebrians intelligit, sed verbum sapientia imbuens. Adventum autem Servatoris sequutus est pœnitentiæ fructus; illius quippe fulgidam præsentiam pœnitentiæ fructus necessario sequuntur. Ideo hac de re hesterna die sermonem habuimus: non quidem pro argumenti dignitate, sed pro viribus tamen verba fecimus de pœnitentia, quæ est pharmacum salutis, medicusque prædicatur animarum et corporum, non qui vere per medicinam cunet, sed qui benignitatis spiritu salutem afferat. Quia vero mentem nostram hinc et inde distractam evangelica lectio non affecit, necessarium est hodie paucis de re eadem repetitis, finem dicendi facere. Servator verbis, parabolis, ænigmatibus, variisque docendi modis pietatem in mentes fidelium inducens, parabolam dixit, quæ vivam pœnitentiæ ferret imaginem. *Homo quidam*, inquit, *habebat duos filios* (*Luc.* 15. 11), quorum adolescentior accedens, patrem rogavit ut divideret ipsis substantiam. Optatum consequutus est, et acceptam paternam substantiam dilapidavit. Argumentum nostis, explicatio jam afferenda est. Etiamsi enim a multis varie intelligi possit, veritas certe probis per seipsam manifesta evadit. Quid igitur hic suggerit fons ille sapientiæ? Primum ordinem justorum, et secundum ordinem eorum qui per pœnitentiam justificantur: eorum qui ab initio justitiam servarunt, et eorum qui per pœnitentiam ad justitiam reducuntur. *Homo quidam habuit duos filios.* Etiamsi vero propositum a pio impium disjunxit, at veritas ambos unum esse novit Creatoris opificium: omnes filii Dei sunt, etiamsi a dignitate per malam mentem excidant. Quamobrem Deus, etiamsi nos per malas cupiditates a pietate discedamus, non se patrem negat, sed ad rebelles paternam vocem emittit: *Convertimini ad me*, filii rebelles, *et convertar ad vos* (*Zach.* 1. 3). Viden', etiamsi aversus sit peccatoris animus, Deum non dedignari filios vocare eos, qui se averterunt? Suum quippe novit opificium, nec abnegat beneficium suum. Cur adolescentior bonis prave usus est? Ænigma est res proposita: et quomodo, audi. Initio justitia erat, apparebat, fulgebat; peccatum vero, ceu junior quidam, inductum est in mundum. Ideoque prior filius non locum obtinet ejus, qui male bona expendit. Prima enim illa creatio perfectum habuit decorem: cum novus esset mundus, nova gratia, novo decore fulgebat. Creatarum rerum pulchritudinem Moyses testificatur, dicens: *Et erant omnia bona*, nec solum bona, sed etiam *Valde bona* (*Gen.* 1. 31). Itaque prior fuit justitia, et bonum antiquissimum; peccatum vero recentius fuit: nam in justitiam ingressum est, et ejus decorem deturpavit. Divisit ergo illis æqualiter facultates suas. Cur æqualiter? Nihil enim amplius habent justi in hac vita: quandoquidem *Solem suum oriri facit super justos et injustos, et pluit super bonos et malos* (*Matth.* 5. 45). Verum qui in loco justorum adscriptus erat, noluit paternam sortem dividere, sed sub patris auctoritate mansit. Justus enim semper Deum sequitur, et in suam potestatem nihil redigit. Vis discere, justum nihil a Deo accipere velle, sed in sola patris sui providentia incedere? Id clamat David de justorum ordine: *Quid enim mihi est in cœlo? et a te quid volui super terram* (*Psal.* 72. 25)? Viden' justorum ordinem nolle in se creaturarum potestatem attrahere, sed sub Patris providentia earum dispensationem esse velle? Junior autem accepta paterna substantia abiit in regionem longinquam, non loco dissitam, sed moribus. Qui peccat enim, procul est a Deo, fratres, non loco, sed moribus, secundum illud: *Ecce qui elongant se a te, peribunt* (*Ibid.* v. 27). Acceptam vero paternam substantiam dissipavit: luxuriose vivens cum sorte quam acceperat, creaturam peccato fœdavit: acceperat solem ut eo frueretur, et donum ut deum adoravit: acceperat fontes ad delicias, et donum deum esse putavit: ignoravit donantem, et dona affecit honore; quod ægre ferens clamat Paulus: *Et servierunt creaturæ potius, quam Creatori* (*Rom.* 1. 25). Ipsa creatura est, ipsa paterna substantia: et alius bene, alius male illa est usus. Ordo hic est, ordo ille est; hic bene, ille contra. Pius videt cæli pulchritudinem, et ex pulchritudine Opificem cogitat: nam ait ille: *Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum* (*Psal.* 8 4). Vidit pulchritudinem, et gratias egit tantæ pulchritudinis Opifici: vidit mundum, et laudavit eum qui mundum ornavit. Nam pius creaturam laudat, Creatorem vero adorat: pii quando a creaturarum adoratione refugiunt, non creaturam contumelia afficiunt, sed Domino tribuunt honorem. Non edit fidelis solem, quia non colit lucem cum impiis; sed honori modum imponit: atque visibilia in pretio habet et amat ut Dei dona. Vis videre quomodo justus respiciat et miretur pulchritudinem, et adorationem Conditori reservet? Ait sapiens quidam, secundum pietatem, inquam, sapiens: *Sol lucens in excelsis Domini, vas mirabile, opus forte, radios ignitos emittens, illuminans cœlum.* Et quid statim? *Magnus Dominus qui fecit illum* (*Eccli.* 26, 18. *in Græco*). Et pulchritudinem prædicavit, et Creatorem non occultavit. Impius autem male vidit cælos enarrantes gloriam Dei, non verbis, sed opificii pulchritudine (*Psal.* 18. 1): neque enim cælum umquam vocem emisit, sed voce clarius testimonium effert ob decorem suum. Num silens cælum enarrat gloriam Dei? Sane quidem. Literæ tuæ tacentes loquuntur, et elementa Dei tacentia non loquentur? Accepisti gustum pietatis; ex gustu totam accipe veritatem. Impii portionem scrutare: quomodo ex iisdem ipsis impingat, ex quibus pius justificatur. Videt lunam et adorat illam, videt stellas et colit illas, videt mare et deum esse putat. Qui in fornacem Babylonicam immissi fuerant, salutari et pulchra confessione sua Deum per opera celebrabant, dicentes: *Benedicite, omnia opera Domini, Domino* (*Dan.* 3. 57). Hac emissa voce hymnus claudendus est. Neque enim laudum longitudo, sed laudantium propositum Deum delectat. Cum dicit ergo, *Omnia opera*, universa complectitur, nec opus est additamento. Sed quia non sibi ipsis prædicabant, sed Deum celebrabant, et per hymnum adstantes Chaldæos instituebant, necessario hymnus omnes creaturas prosequebatur, ut errantes Chaldæi discerent quid laudaretur, et quænam essent ea quæ laudarent.

Verum quia in multam speculationem nos sermo deduxit, illa dimissa, ad propositum revertamur. Profectus est ille adolescentior filius in regionem longinquam, et male dissipavit substantiam suam, et cœpit egere. Nam *Divites eguerunt et esurierunt; inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono* (*Psal.* 33. 11). Dominus enim *Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia* (*Psal.* 82. 13). Cœpit egere. *Et accessit ad unum ex principibus regionis illius, qui misit illum ut pasceret porcos* (*Luc.* 15. 15). Videte, quanta sublimitas priscæ nobilitatis; quanta abjectio ejus qui a pietate descivit. Missus est ut pasceret porcos; id est, ut voluptatibus et peccatis repleretur: quod enim est cœnum porcis, idipsum est peccatum iis qui sic fœdantur. Ideo Servator illos subindicans, qui in immunditia vivunt, et qui in peccatis ut in luto volutantur, dicebat: *Nolite dare sancta canibus, neque margaritas vestras projiciatis ante porcos* (*Matth.* 7. 6). Pascebat porcos. *Desiderabat autem saturari de siliquis, quas comedebant porci: et nemo illi dabat* (*Luc.* 15. 16). Hic diligenter attende. Qui a pietate descivit, ne ipsis quidem voluptatibus fruitur, sed indigentiæ subjicitur, et ad paupertatem condemnatur; ita ut ne malorum quidem, quæ elegit, copiam habeat. Nam *Stultus*, ait ille, *in indigentia morietur* (*Prov.* 10. 22). Sæculares ergo voluptates siliquis comparat; siliqua enim multam habet asperitatem, modicam suavitatem: ac quæ in mundo læta et desiderabilia videntur, multum habent laboris, tantillum voluptatis. Vita quippe nostra majori labori, quam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lætitiæ addicta est. *Dies* enim *annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni, et amplius eorum, labor et dolor* (*Psal.* 89. 10). Demum penuria ipsum erudivit, ærumnæ ipsum converterunt. Nam *Erudiet te defectio tua, et nequitia tua arguet te* (*Jer.* 2. 19). *In seipsum autem reversus* (*Luc.* 15. 17). Pulchre dicitur, *In seipsum.* Nam cum peccamus, extra nos sumus, insanimus, extra proprias cogitationes deferimur: cum vero juste procedimus, in nos ipsos revertimur. *In seipsum reversus*, dixit. Hic animadverte, quam id vere dicatur. Medici enim remedia adhibent peregrina et aliena, pharmaca autem vitæ nostræ ex nobis ipsis habemus. *In se reversus.* Non alieno usus est pharmaco, sed suo, nempe ex naturæ penu; illo usus est ad salutem, et ait: *Quot mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem fame pereo?* Filios vocat divina Scriptura eos, qui prorsus justitiæ et pietati dediti sunt; mercenarios autem eos, qui non omnimodum affectum erga illam habent, neque in exercitiis vitæ penitus, ea quæ Dei sunt, curant; sed bonum quidem intelligunt, et verbum amant, at totum animum ipsi non applicant. Et his quidem, qui omnino fervent amore, quique pietate imbuti sunt, secundum propositi rationem Deus mercedem tribuit. Jure ergo dicebat ille: *Quot mercenarii patris mei abundant panibus! ego autem fame pereo.* Revertar ad patrem meum: revertar, sicut dixit ille: *Convertere, anima mea, in requiem tuam* (*Psal.* 114. 7). *Et dicam, Pater, peccavi in cœlum et coram te* (*Luc.* 15. 18. 19), *et jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum ex mercenariis tuis.* Alia sunt verba pœnitentis, et alia dona pœnitentiam recipientis. Qui peccator ad pœnitentiam venit, non regnum cœlorum in imaginatione versat, non vita æterna se dignum judicat, sed solum precatur, ut gehenna liberetur. Ille igitur modica exspectat, Deus vero magna divitiarum beneficia ipsi largitur. Sed, o miraculum! ille solum pœnitentiam cogitabat; et pater statim benignitate sua prævenit eum: non exspectavit donec confessionis verba exciperet; sed petitionem prævertit, secundum dictum illud: Priusquam invocaveris me, dicam, *Ecce adsum* (*Isai.* 58). Vidit filium procul venientem, et occurrit ipsi. Viden' quomodo clementia pœnitentiam præveniat? ideo David cum morbum peccati pœnitentiæ pharmaco depulisset, sciens quod Deus peccatorem præveniat, ipsum rogat, dicens: *Exsurge in occursum meum, et vide* (*Psal.* 58. 6), quod sincere ad te veniam, vere pœnitentiam amplectar. Excepit pater filium: ille vero patri dixit: *Peccavi; jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum ex mercenariis tuis.* Hic illum pater non alloquitur, nec respondet ipsi, sed servis suis dicit: *Proferte ipsi stolam primam* (*Luc.* 17. 22). Quid sibi vult illud ænigma? Multis precatur pœnitens, responsionem non obtinet, sed opere clementiam videt. Hinc perspicimus, pœnitentiam nostram verbis, Dei benignitatem operibus exprimi. *Proferte illi stolam primam*, quam per transgressionem perdidit: *Date quoque ipsi calceamenta.* Quare? Quia serpens peccantes oppugnat, secundum illud: *Ipse observabit caput meum, et tu insidiaberis calcaneo ejus* (*Gen.* 3. 15). Ne perniciosus serpens ad nudum pedem accedat, neve rursum venenum peccati effundat adversus eum, qui a peccato liberatus est, calceamenta ipsi apponit ad tutelam. Nisi enim calceamenta acceperit, non potest calcare supra serpentes et scorpiones, et supra omnem virtutem inimici (*Luc.* 10. 19). Ideo adversus serpentis morsus muniens Paulus, modo clamabat: *Timeo ne, sicut serpens Evam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate, quæ est in Christo* (2. *Cor.* 11. 3). Verum hic exsurgit ceu novum quoddam spectaculum, quæstio nempe illa celebris: multi enim creationem redarguunt. Cur, inquiunt, serpens in paradiso? cur lignum tantam malorum materiam tulit? cur Creator lignum tale plantavit? quomodo non absurdum fuerit, cum hortulanus homo curet contraria semina et alienas herbas a propriis seminibus eliminare, et a noxiis terram suam custodire; Deum qui talem et tantum constituit paradisum, arborem paravisse unde tanta malorum materia emanatura erat? Ad hoc nos argumentum ducit divinus Paulus, cum ait: *Timeo ne, sicut serpens Evam seduxit, ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate in Christo.* Quid ergo, fratres? Ex iis quæ sigillatim excutiuntur multa et superflua mittentes, ad compendium veniamus. Deus omnia fecit bona, nec simpliciter bona, sed et *Valde bona* (*Gen.* 1. 31). Hoc enim additamentum bonitatem summam opificiorum omnium declarat. Dat igitur Deus Adamo copiam rerum, usum, potestatem, ut fruatur paradiso, et visibilibus imperet. *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et dominentur piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis et jumentis, et universæ terræ* (*Ibid. v.* 26). Hic dedit paradisi potestatem, dedit delicias et usum fructuum. Erat ergo rex constitutus, habens visibilium potestatem, et paradisi usum. Opus ergo erat, ut præceptum daretur Adamo, quod animam ejus ad obedientiam exerceret. Multi vero dicunt: An nesciebat Deus Adamum esse transgressurum? cur ergo legem dedit ei, qui transgressurus erat? Rogo caritatem vestram ut mecum concertet, cum ad hoc confutandum multo sit labore opus: hic enim divinam formationem creationemque defendimus. Fecit hominem: omnium dat illi usum, præcipit illi ut ab omnibus comedat. Si angustum præceptum esset, si pauca comedere permitteret et a pluribus abstinere juberet, excusari posset transgressio, quod tam angustus rerum usus occasionem voluntati daret prævaricandi. Sin magna rerum copia erat, et paucissima prohibita fuere, cur benefactorem per obedientiam non honoravit? Verum objici posset, rerum quidem copiam dedisse, sed non tantam aliarum arborum fuisse pulchritudinem. Erat enim *Pulchrum aspectu, et gustu bonum* (*Id.* 3. 6). Ut igitur hanc quoque speciosam excusationem præscinderet Deus, quam dedit huic ligno pulchritudinem, eamdem quoque cæteris omnibus indidit. Dicit enim Moyses: *Produxitque Deus omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave* (*Id.* 2. 9). Cur ergo præceptum datum est? Ut disceret se et legi et Domino subditum esse. Cur hoc præceptum, non aliud dedit? Non erat aliud obedientiæ exercitium. Quid enim oportuit Adamo dicere Deum? an non furaberis? Cujusnam bona furatus esset? Quam legem dare oportuit? non occides? Quem occidisset? Non mœchaberis? Cum cujus uxore? Non concupisces? Cujus facultates? Nulla erat præcepti materia; nondum erat mundus, nondum illa, quæ nunc est, mundi confusio. An dicendum erat, Non calumniaberis? Quod tunc forum judiciale erat? qui accusatores, qui accusati? Dat ergo præceptum ratione præsentis usus fructus: ut rerum omnium copiam homo haberet, ab hac solum abstineret; ut dum omnibus frueretur, propositam sibi haberet potestatem usum ligni illius prohibentem; non quod arbor illa mala esset, sed transgressio improba erat. Quemadmodum enim lex naturæ virginem vult connubio legitimo jungi; si qua autem virgo, aut patris voluntatem, aut connubii tempus præveniens, luxuriæ se dederit, inevitabili plectitur pœna; non quod aliud fecerit, quam cæteræ virgines faciunt, sed quod contra legem et patris placitum se ad peccatum dediderit; plecturque non ob rei naturam, sed ob transgressionis modum: sic et Adam fit supplicio obnoxius, non quod quidpiam ex natura sua vetitum acceperit, sed quod rem præcepto prohibitam sumpserit.

2. Lege commentaria. Cur de rebus tibi ignotis contendis? Quando vis veterum rerum historiam aut jura scrutari, annon commentaria vetera accipis, et verba discis, tum quæ ad accusationem, tum quæ ad defensionem excusationemque pertinent, quænam a judice et calculum ferente dicantur; et sic ea quæ oblivione deleta erant, in memoria repetere curas? Lege itaque commentaria veteris historiæ. Cum sede-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν ἡδύτητα· καὶ τὰ ἐν κόσμῳ φαιδρὰ καὶ ποθεινά, πολλοὺς μὲν ἔχει τοὺς πόνους, μικρὰν δὲ τὴν ἀπόλαυσιν. Αὐτὴ πᾶσα ἡ ζωὴ ἡμῶν πλείονι κόπῳ μᾶλλον ἢ εὐφροσύνῃ συνέζευκται. *Αἱ ἡμέραι γὰρ τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη· καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν, κόπος καὶ πόνος·* τὸ δὲ λοιπὸν, ἡ ἔνδεια αὐτὸν ἐπαιδαγώγησε, καὶ ἡ θλῖψις ἐπέστρεψε. *Παιδεύσει σε γὰρ ἡ ἀποστασία σου καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε. Εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθών.* Καλὸν τὸ, *Εἰς ἑαυτόν.* Ὅταν γὰρ ἁμαρτάνωμεν, ἐκτὸς αὐτῶν ἐσμεν, παραφρονοῦμεν, ἔξω τῶν οἰκείων λογισμῶν φερόμεθα· [153] ὅταν δὲ δικαίως προάγωμεν, εἰς ἑαυτοὺς ἐπανερχόμεθα. *Εἰς ἑαυτὸν ἐλθών,* εἶπεν. Ἐνταῦθα πρόσεχε ἀκριβῶς, πῶς ἀληθεύει ὁ προειρημένος λόγος, ὅτι ἰατροὶ μὲν φάρμακα ὑποτίθενται ξένα καὶ ἀλλότρια, τὰ δὲ φάρμακα τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐξ ἑαυτῶν ἔχομεν. *Εἰς ἑαυτὸν ἐλθών.* Οὐκ ἀλλοτρίῳ ἐχρήσατο φαρμάκῳ, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις, τοῖς ἀπὸ τῆς φύσεως πλεονεκτήμασι, τούτοις κέχρηται εἰς σωτηρίαν, καὶ λέγει· *Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτων, ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι;* Υἱοὺς μὲν καλεῖ ἡ θεία Γραφὴ, τοὺς πάντῃ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ ἀνακειμένους· μισθίους δὲ, τοὺς μὴ ὁλόκληρον ἔχοντας πρὸς αὐτὸν διάθεσιν, μηδὲ κατὰ τὴν τῆς πολιτείας ἄσκησιν πάντῃ τὰ τοῦ Θεοῦ φρονοῦντας· ἀλλὰ συνιέντας μὲν τὸ καλὸν, καὶ ἀγαπῶντας τὸν λόγον, μὴ ὁλόκληρον δὲ τὴν διάνοιαν ἀναθέντας ἐπ' αὐτόν. Καὶ τούτοις μὲν ὁλόκληρον ἔχουσι τὸν πόθον, ὅλως δὲ τῇ εὐσεβείᾳ προσανέχουσιν ὁ Θεὸς τὸν μισθὸν δίδωσι κατὰ τὴν τῆς προθέσεως ἀναλογίαν. Εἰκότως οὖν ἐκεῖνος, *Πόσοι μίσθιοι τοῦ πατρός μου περισσεύουσιν ἄρτου, ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι;* Ὑποστρέψω πρὸς τὸν πατέρα μου· ὑποστρέψω κατὰ τὸν λέγοντα· *Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. Καὶ ἐρῶ, Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.* Ἄλλα τὰ ῥήματα τοῦ μετανοοῦντος, καὶ ἄλλα τὰ δῶρα τοῦ δεχομένου τὴν μετάνοιαν. Ὁ ἀπὸ ἁμαρτιῶν εἰς μετάνοιαν ἐρχόμενος, οὐ φαντάζεται βασιλείαν οὐρανῶν, οὐκ ἄξιον ἑαυτὸν κρίνει ζωῆς αἰωνίου, ἀλλὰ μόνην μίαν ἔχει προσευχὴν ῥυσθῆναι ἀπὸ γεέννης. Αὐτὸς μὲν οὖν μικρὰ προσδοκᾷ, ὁ δὲ Θεὸς ἄφθονον αὐτῷ τὸν πλοῦτον τῆς εὐεργεσίας χαρίζεται. Ἀλλ' ὦ τοῦ θαύματος! ἐνενόησε μόνον τὴν μετάνοιαν, καὶ ὁ πατὴρ εὐθέως ἔφθασε τῇ φιλανθρωπίᾳ· οὐκ ἀνέμεινε δέξασθαι τὰ ῥήματα τῆς ἐξομολογήσεως, ἀλλὰ προέλαβε τὴν αἴτησιν, κατὰ τὸ εἰρημένον· Πρὶν ἐπικαλέσῃ με, ἐρῶ, *Ἰδοὺ πάρειμι.* Εἶδε τὸν υἱὸν μακρόθεν ἐρχόμενον, καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ. Ὁρᾷς, πῶς φθάνει ἡ φιλανθρωπία τὴν μετάνοιαν; Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ ἀποδυσάμενος τὴν νόσον τῆς ἁμαρτίας τῷ φαρμάκῳ τῆς μετανοίας, καὶ εἰδὼς, ὅτι φιλάνθρωπος ὢν προῦπαντᾷ τοῖς προσερχομένοις, παρακαλεῖ τὸν Θεὸν, λέγων· *Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε,* ὅτι γνησίως πρὸς σὲ ἔρχομαι, ὅτι μετὰ ἀληθείας τὴν μετάνοιαν ἐνδύομαι. Ἐδέξατο ὁ πατὴρ τὸν παῖδα· κἀκεῖνος πρὸς τὸν πατέρα, *Ἥμαρτον, οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου· ποίησόν με ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.* Ἐνταῦθα ὁ πατὴρ πρὸς αὐτὸν οὐδένα ποιεῖται λόγον· οὐκ ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ φησι πρὸς τοὺς δούλους· *Ἐξενέγκατε αὐτῷ τὴν πρώτην στολήν.* Τί βούλεται τὸ αἴνιγμα; Πολλὰ εὔχεται ὁ μετανοῶν· ἀποκρίσεως δὲ διὰ λόγων οὐ τυγχάνει, ἀλλὰ δι' ἔργου τὴν φιλανθρωπίαν ὁρᾷ. Ἐνταῦθα παιδευόμεθα, ὅτι ἡμῶν μὲν ἡ μετάνοια διὰ ῥημάτων· Θεοῦ δὲ ἡ φιλανθρωπία διὰ πραγμάτων. *Ἐξενέγκατε αὐτῷ τὴν πρώτην στολήν,* ἣν ἀπώλεσε διὰ τῆς παραβάσεως· *Δότε αὐτῷ καὶ ὑποδήματα.* Διὰ τί; Ἐπειδὴ ὁ ὄφις πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐκπεπορεύμωται κατὰ τὸ εἰρημένον· *Αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν.* Ἵνα μὴ γυμνῷ ποδὶ προσέλθοι ὁ ὀλέθριος ὄφις, ἵνα μὴ πάλιν τὸν ἰὸν τῆς ἁμαρτίας κενώσῃ κατὰ τοῦ ἐλευθερωθέντος ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, περιτίθησιν αὐτῷ τὰ ὑποδήματα πρὸς ἀσφάλειαν. Ἐὰν γὰρ μὴ λάβῃ τὰ ὑποδήματα, οὐ δύναται πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Διὰ τοῦτο τὰ δήγματα τοῦ ὄφεως ἀσφαλιζόμενος ὁ Παῦλος. ἀρτίως ἐκήρυττε· *Φοβοῦμαι, μήπως ὡς ὁ ὄφις τὴν Εὔαν ἠπάτησεν, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς Χριστόν.* Ἀλλ' ἐνταῦθα ἀνακύπτει οἷόν τι καινὸν δρᾶμα, τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο ζήτημα· πολλοὶ γὰρ ἐπιλαμβάνονται τῆς δημιουργίας. Καὶ διὰ τί, φησὶν, ὁ ὄφις ἐν παραδείσῳ; διὰ τί τὸ δένδρον ὑπόθεσιν [154] τοσαύτην κακῶν ἤνεγκε; διὰ τί ὁ Δημιουργὸς τοιοῦτον φυτὸν ἐφύτευσε; πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον, ἄνθρωπον μὲν κηπωρὸν σπουδάζειν ἐναντία σπέρματα καὶ τὰς βοτάνας τὰς ἀλλοτρίας ἐξορίζειν τῶν οἰκείων σπερμάτων, καὶ καθαρὰν φυλάττειν τὴν ἑαυτοῦ γῆν ἀπὸ τῶν ἐναντίων· τὸν δὲ Θεὸν τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον ἑδράσαντα παράδεισον, φυτὸν κατασκευάσαι, ἀφ' οὗ πηγάζειν ἔμελλεν ἡ τῶν κακῶν ὑπόθεσις; Ἐπὶ ταύτην ἡμᾶς ἄγει τὴν ἀκολουθίαν ὁ θεῖος Παῦλος λέγων· *Φοβοῦμαι, μή πως, ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἠπάτησεν, οὕτω φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς Χριστόν.* Τί οὖν, ἀδελφοί; Τὰ πολλὰ καὶ περιττὰ τῶν κατὰ μέρος ἐξεταζομένων ἀφέντες, ἐπὶ τὸ σύντομον ἔλθωμεν. Ὁ Θεὸς πάντα καλὰ ἐποίησε· καὶ καλὰ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ *Λίαν καλά.* Ἡ γὰρ ἐπαγωγὴ τὸ ἄκρον τοῦ κάλλους δείκνυσι τῶν γενομένων πάντων. Δίδωσιν οὖν ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ τὴν ἀφθονίαν, τὴν ἀπόλαυσιν, τὴν ἐξουσίαν, ἀπολαύειν μὲν τοῦ παραδείσου, ἄρχειν δὲ τῶν ὁρωμένων. *Ποιήσωμεν γὰρ ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν θηρίων καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς.* Ἐνταῦθα δέδωκε τὴν ἐξουσίαν τοῦ παραδείσου, δέδωκε τὴν τρυφὴν καὶ τὴν ἀπόλαυσιν. Ἦν οὖν βασιλεὺς χειροτονητὸς, ἔχων καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν ὁρωμένων καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ παραδείσου. Ἐδέησεν οὖν ἐντολὴν δοθῆναι τῷ Ἀδὰμ, γυμνάζουσαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ εἰς ὑπακοήν. Πολλοὶ δέ φασιν· Οὐκ ᾔδει ὁ Θεὸς, ὅτι παραβήσεται ὁ Ἀδάμ; διὰ τί οὖν ἐνομοθέτησε τῷ παραβῆναι μέλλοντι; Παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην συναγωνίσασθαί μοι τῷ λόγῳ κόπου γέμοντι· ἀπολογούμεθα γὰρ ὑπὲρ τῆς πλάσεως, ὑπὲρ τοῦ θεϊκοῦ δημιουργήματος. Ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, πάντων αὐτῷ δέδωκε τὴν ἀφθονίαν, ἐντέλλεται αὐτῷ ἀπὸ πάντων φαγεῖν. Καὶ εἰ μὲν ἦν ἡ ἐντολὴ στενὴ, ἐπιτρέπουσα μὲν τῶν ὀλίγων ἅψασθαι, τῶν δὲ πλειόνων ἀπέχεσθαι, εὐπρόσωπος ἦν ἡ παράβασις, τῷ στενῷ τῆς ἀπολαύσεως ἀφορμὴν παρέχουσα τῇ ῥοπῇ τῆς προαιρέσεως. Εἰ δὲ ἡ μὲν ἀφθονία πολλὴ, τὸ δὲ κεκωλυμένον βραχὺ, τίνος ἕνεκεν μὴ ἐτίμησε διὰ τῆς ὑπακοῆς τὸν εὐεργέτην; Ἀλλ' ἐνδέχεται εἰπεῖν, ὅτι τῶν πολλῶν μὲν ἔδωκε τὴν ἀφθονίαν, τοιοῦτον δὲ κάλλος οὐκ εἶδεν ἐν ἑτέρῳ δένδρῳ. *Ὡραῖον γὰρ* τοῦτο *τῇ ὁράσει, καὶ καλὸν τῇ γεύσει.* Ἵνα οὖν καὶ ταύτην περιέλῃ τὴν εὐπρόσωπον ἀπολογίαν ὁ Θεὸς, ὃ δέδωκε κάλλος ἐκείνῳ τῷ δένδρῳ, τοῦτο καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἐχαρίσατο. Λέγει γὰρ Μωϋσῆς· *Καὶ ἐξανέτειλεν ὁ Θεὸς ἔτι πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν, καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν.* Διὰ τί οὖν ἐδόθη ἡ ἐντολή; Ἵνα μάθῃ ὅτι ὑπὸ νόμον ἐστὶ καὶ Δεσπότην. Καὶ διὰ τί ταύτην, καὶ οὐχ ἑτέραν δέδωκεν; Οὐκ ἦν ἄλλης ὑπακοῆς γυμνάσιον. Τί γὰρ ἐχρῆν τὸν Θεὸν τῷ Ἀδὰμ εἰπεῖν; Μὴ κλέψῃς; Τὰ τίνος; Τί ἐχρῆν τὸν Θεὸν νομοθετῆσαι; Οὐ φονεύσεις; Τίνα; Οὐ μοιχεύσεις; Τὴν τίνος; Οὐκ ἐπιθυμήσεις; Τῶν τίνι διαφερόντων; Οὐκ εἶχεν ὕλην ἡ ἐντολὴ, οὐκ ἦν ὁ κόσμος, οὐδὲ ἡ νῦν τῷ κόσμῳ παροῦσα σύγχυσις. Ἀλλ' ἐχρῆν πάντως εἰπεῖν, οὐ συκοφαντήσεις; Ποῖον ἦν δικαστήριον; τίνες οἱ κατηγοροῦντες; ἢ τίνες οἱ κατηγορούμενοι; Δίδωσιν αὐτῷ ἐντολὴν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἀπολαύσεως, πάντων μὲν ἔχειν τὴν ἀφθονίαν, τούτου δὲ μόνου ἀπέχειν· ἵνα τῶν ἁπάντων τὴν ἀπόλαυσιν ἔχων, προτεταγμένην ἔχῃ τὴν δεσποτείαν τὴν κωλύουσαν τοῦ δένδρου· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸ τὸ δένδρον ἦν κακὸν, ἀλλ' ἡ παράβασις ἦν μοχθηρά. Ὥσπερ γὰρ νόμος μὲν φύσεως βούλεται νυμφοστολεῖσθαι γάμῳ νομίμῳ παρθένον, ἐὰν δέ τις παρθένος φθάσασα τοῦ πατρὸς τὴν προθεσμίαν, ἢ τὴν ὥραν τοῦ γάμου, ἑαυτὴν ἐκδῷ πρὸς ἀσέλγειαν, ἀπαραίτητον ὑπέχει τοῖς νόμοις τὴν τιμωρίαν, οὐχ ὡς ξένον τι παθοῦσα παρὰ τὰς ἄλλας παρθένους, ἀλλ' ὡς παρὰ τὸν νόμον τὸν ἀρέσκοντα τῷ πατρὶ ἑαυτὴν ἐκδοῦσα πρὸς ἁμαρτίαν, καὶ τιμωρεῖται οὐ διὰ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ διὰ τὸν τρόπον τῆς παραβάσεως· οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ ὑπεύθυνος γίνεται τῇ τιμωρίᾳ, οὐχ ὡς ἀπηγορευμένου τινὸς ἁψάμενος, ἀλλ' ὡς τὸ τῇ ἐντολῇ ἀπηγορευμένον σφετερισάμενος.

β,. [155] Ἀνάγνωθι τὰ ὑπομνήματα. Διὰ τί περὶ ὧν οὐκ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἶδας φιλονεικεῖς; Ὅταν θέλῃς ἀρχαίων πραγμάτων ἱστορίαν ἢ δίκην ἐξιχνεῦσαι, οὐ τὰ ὑπομνήματα λαμβάνεις τὰ ἀρχαῖα, καὶ μανθάνεις τίνα μὲν τὰ ῥήματα τῶν κατηγαρουμένων, τίνα δὲ τῶν συνηγορούντων καὶ τῶν ἀπολογουμένων, τίνα δὲ τὰ τοῦ δικαστοῦ καὶ τὴν ψῆφον ἐπάγοντος, καὶ οὕτω τὰ λήθη χωσθέντα ἀνανεοῦσαι τῇ μνήμῃ τῆς ἀναμνήσεως; Ἀνάγνωθι οὖν τὰ ὑπομνήματα τῆς ἀρχαίας ἱστορίας. Ὅτε ἐκάθισεν ὁ κριτὴς τῆς ἀληθείας, μᾶλλον δὲ ὅτε πρὸς τὸν κατάκριτον ἦλθεν ἐν σχήματι φίλου ὁ ἰατρὸς τῶν ἡμετέρων πταισμάτων, τί φησι πρὸς αὐτόν; *Ἀδάμ, ποῦ εἶ;* Καὶ τί εἶπεν Ἀδάμ; *Τῆς φωνῆς σου ἤκουσα, καὶ ἐκρύβην, ὅτι γυμνός εἰμι.* Τί οὖν ὁ τὰ πάντα εἰδώς; Σχηματίζεται ἄγνοιαν, καὶ λέγει· *Καὶ τίς σοι εἶπεν, ὅτι γυμνὸς εἶ· εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐκετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες;* Δείκνυσιν, ὅτι πάντων, ὡς εἶπεῖν, ἔλαβε τὴν ἀφθονίαν, καὶ οὐ τὸ στενὸν τῆς ἀπολαύσεως ἦγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν παράβασιν. Τί οὖν πρὸς ταῦτα ὁ ἐγκαλούμενος; *Ἡ γυνή, ἣν ἔδωκας μετ' ἐμοῦ, αὕτη μοι ἔδωκεν.* Θ' Ἀδὰμ τῇ γυναικὶ ὑπογράφει τὸ ἁμάρτημα, καὶ σὺ τὸ δένδρον[a] περιγράφεις τὴν κατηγορίαν; Ὁ ἐγκαλούμενος οὐκ ἠδυνήθη τι ψεύσασθαι, οὐχ εὑρίσκει τινὰ ἑτέραν ἀποφυγὴν ἔξω τῆς ἀληθείας, οὐκ ἐπέγραψε τῷ Δημιουργῷ τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ τῆς γυναικὸς κατηγόρησε· καὶ σὺ κατηγορεῖς πραγμάτων, ὧν οὐκ οἶδας τὴν δύναμιν; Καὶ τί πρὸς τὴν Εὔαν ὁ Θεός; *Τί τοῦτο ἐποίησας;* Ἡ δὲ πρὸς τὴν ἐρώτησιν τὴν αἰτίαν ἀποκρίνεται· *Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με.* Μὴ ἤψατο τῆς δημιουργίας; μὴ διέβαλε τὸν πλάσαντα; μὴ εἶπε, Διὰ τί γὰρ ἡμᾶς ἐποίησας; διὰ τί γὰρ ἀπὸ τοῦ δένδρου ἐκώλυσας; Ἡ ὑποκειμένη τοῖς ἐγκλήμασιν οὐχ εὑρίσκει τι ψεύσασθαι. Φίλον γὰρ τοῖς ἐγκαλουμένοις καὶ τὰ μὴ ὄντα πλάττεσθαι πρὸς ἀποφυγὴν τῶν ἐγκλημάτων. Ἡ ὑποκειμένη οὖν τοῖς ἐγκλήμασιν οὐχ εὗρεν ἄλλην ἀποφυγήν· καὶ σὺ, ἃ μὴ προσήνεγκαν οἱ κατάδικοι, προσφέρεις εἰς Θεοῦ κατηγορίαν; Ἀλλὰ πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανάξω τὸν λόγον. *Ἀδάμ, ποῦ εἶ;* Ἐπειδὴ εἶδεν, ὅτι τοῖς ἁμαρτάνουσι φράττεται τὰ στόματα, καὶ οὐκ ἔχει παρρησίαν ὁ ἁμαρτάνων, ἐν σχήματι τῆς ἐρωτήσεως ἀνοίγει αὐτῷ ὁδὸν ἀπολογίας. Παραβὰς ἐκρύβην· ἀκούσας τῆς φιλανθρωπίας τῆς σῆς, Δέσποτα, πρὸς τὴν ἀπολογίαν προῆλθον. Καὶ βλέπε τὸν δικαιοκριτήν. Οὐκ ἐξετάζει εὐθέως τὴν ἁμαρτήσασαν, ἀλλὰ τὸν ἀπατηθέντα· καὶ εἰκότως· βαρύτερον γὰρ ἂν ἐγένετο τὸ δικαστήριον, εἰ τῶν ὑπευθύνων πρῶτον ἥψατο. Ἀλλ' ἄρχεται ἀπὸ τοῦ δυναμένου κἂν μικρὰν εὑρεῖν ἀπολογίαν, ὅτι παρ' ἄλλου προσώπου ἀπάτην ἐδέξατο. Ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς οὖν ἐπὶ τὴν γυναῖκα χωρεῖ, καὶ λέγει· *Τί τοῦτο ἐποίησας;* Ἡ δὲ πρὸς τὸν Δεσπότην· *Ὁ ὄφις ἠπάτησέ με.* Ὁ ὄφις ἠπάτησε; Χώραν εἶχεν ἡ ἀπάτη, εἰ μὴ προλαβοῦσα ἡ ἐντολὴ ἀπέκλεισε τὴν πλάνην· εἰ μὴ ἔφθην εἰπὼν, ὅτι *Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπὸ τοῦ ξύλου, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε,* εἶχε χώραν ἡ ἀπάτη. Διὰ τί μὴ ὁ τοῦ Θεοῦ ἠκολούθει[b] λόγος, ἀλλ' ὁ τῆς ἀπάτης ἐδέχθη; Οὕτως ὁ Δημιουργὸς ἀναίτιος ἦν, ὁ δὲ παραβὰς ὑπεύθυνος. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν. Ἡ μὲν ἐξέτασις τῶν πεπλημμελημένων ἀπὸ τοῦ ἀπατηθέντος ἐπὶ τὴν ἀπατηθεῖσαν, ἡ δὲ ἀπόφασις ἐπὶ τὸν αἴτιον τῶν κακῶν. Πρῶτον ἡ θεία δίκη κατ' ἐκείνου φέρει τὴν ψῆφον. Οὐ γὰρ ἀποφέρεται κατὰ τοῦ ἀνδρὸς, οὐδὲ κατὰ τῆς γυναικὸς εὐθέως, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ὄφεως. Καὶ ὅρα τὸ μακρόθυμον τῆς δίκης. Οὐ καλεῖ τὸν ὄφιν ὁ Θεὸς εἰς ἐξέτασιν· οὐ γὰρ εἰς ἕτερον ἀναγαγεῖν τὴν αἰτίαν βούλεται, οὐδὲ εὑρεῖν ἀποφυγὴν ἑτέραν. Τί οὖν πρὸς αὐτόν; *Ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων τῆς γῆς.* Ὁ ὄφις ὄργανον ἦν φαινόμενον, ὁ δὲ διάβολος ἀοράτως ὁ διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατῶν. Τίνος ἕνεκεν κατὰ τοῦ ὀργάνου ἡ τιμωρία, καὶ οὐ κατὰ τοῦ αὐθέντου τῆς πονηρίας γίνεται ἡ θεία δίκη; Καὶ κατὰ τῆς ἁμαρτίας χωρεῖ, καὶ κατὰ τοῦ ὀργάνου τῆς ἁμαρτίας. Οἶδας, ὅτι καὶ τὸν λογισμὸν οὐκ ἔχοντι ταύρῳ, ἐὰν κερατίσῃ, ὁ Θεὸς θάνατον ὁρίζει τὴν δίκην, καίτοι λογισμὸν οὐκ ἔχοντι, ἀλλ' [156] αὐτὴν ὅλως τὴν ὁρμὴν κολάζει. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐνταῦθα κατὰ τοῦ ὄφεως ἀποφαίνεται, δεικνὺς, ὅτι εἰ τὸ ὄργανον τῆς ἁμαρτίας οὕτω τιμωρεῖται, πολλῷ μᾶλλον τὸν ἐνεργήσαντα κολάζει. Διὰ τοῦτο ὁ μακάριος Ἡσαΐας τὴν ἀπειλὴν ταύτην τὴν κατὰ τοῦ ὄφεως καλῶς ἐκλαβόμενός φησι· *Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, Ἐπάξει ὁ Θεὸς τὴν μάχαιραν τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ ἰσχυρὰν ἐπὶ τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν φεύγοντα, ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν τὸν σκολιὸν, καὶ ἀνελεῖ τὸν δράκοντα τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ.* Δράκοντα καλεῖ τὸν διάβολον, καὶ ὄφιν σκολιὸν, αὐτὸν τὸν τῶν δαιμόνων ἄρχοντα. Οὕτω γοῦν καὶ ὁ Σωτὴρ φησιν· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων.* Καὶ ἵνα μὴ τὰ φαινόμενα ὑπολάβῃς, ἐπήγαγε· *Καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.* Ἀλλ' ὅταν ἀκούσῃς δράκοντα καὶ ὄφιν, μὴ ῥίζαν κακίας ὑπολάβῃς, ὡς φασιν οἱ Μανιχαῖοι. Οὐ γὰρ ἦν ῥίζα κακοῦ, οὐδὲ φύσις πονηρίας, ἀλλὰ ῥοπὴ παρανομίας. Ὁρᾷς, φησὶ, τὴν Γραφὴν, ὅπως αὐτὸν ὄφιν ἐκάλεσε καὶ δράκοντα, καὶ ὥσπερ ξένην τινὰ φύσιν πονηρίας εἰσηγουμένην; Ἀλλὰ ταῦτα τῶν ἀσεβῶν τὰ ῥήματα κενὰ καὶ μάταια καὶ λογισμὸν οὐκ ἔχοντα. Καὶ γὰρ ὅταν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους λέγῃ ὁ Κύριος· *Ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν,* οὐ τὴν φύσιν διαβάλλει, ἢ τὴν προαίρεσιν διαμάχεται. Οὕτως οὐ δεῖ λέξεσι πείθεσθαι, ἀλλὰ ταῖς ἐννοίαις παιδεύεσθαι.

γ'. Ἀλλ' ἀντιτείνουσι πάλιν, καὶ ἕτερον ζητοῦσι ζήτημα. Διὰ τί, φησὶ, τὸ δένδρον ἐκάλεσε γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, εἰ μὴ πάντως φύσιν τινὰ τοιαύτην ἠβούλετο γνωρίσαι τοῦ φυτοῦ τὸ θεῖον γράμμα; Μὴ συκοφάντει ἁπλῶς, ἄνθρωπε, τὴν ἀλήθειαν. Τὸ γὰρ δένδρον τοῦ καλοῦ καὶ πονηροῦ οὐ φύσιν ἐγέννησεν, ἀλλ' ὑπόθεσιν ἤνεγκε· καὶ ἐκαλεῖτο τῇ προσηγορίᾳ τοιαύτῃ, οὐκ ἐπειδὴ τοῦτο εἶχε κατὰ φύσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἐπετέλει κατὰ τὴν ἀπόφασιν. Τί γὰρ ἐδίδαξε τὸν Ἀδὰμ ἡ γεῦσις; Ὅτι καλὸν τὸ ὑπακοῦσαι Θεοῦ, καὶ κακὸν τὸ παρακοῦσαι Θεοῦ. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ γνῶσις καλοῦ καὶ πονηροῦ, καὶ οὐδὲν ἕτερον ὅλως. Ἐπεὶ ποίαν εὗρε γνῶσιν τῶν καλῶν ἀναβλέψας εὐθέως; τί ἕτερον εἶδε καλόν; τὴν ἐλεημοσύνην; Τίνες γὰρ ἦσαν ἐκεῖ πένητες; Ἀλλὰ τί εἶδεν; ὅτι καλὸν ἡ φιλανθρωπία; Ποίαν γὰρ εὗρεν ὑπόθεσιν φιλανθρωπίας; Τί οὖν εὗρεν; ὅτι καλὸν μὲν τὸ ὑπακούειν, κακὸν δὲ παρακούειν τοῦ εὐεργέτου. Τίς ταῦτα σαφηνίζει; Ἡ Γραφὴ λέγει, *Εἰ ἀπηγγέλη σοι, ἄνθρωπε, τί καλὸν, ἢ τί Κύριος ἐπιζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ τὸ φοβεῖσθαι τὸν Κύριον καὶ Θεόν σου;* Ὁρᾷς, ὅτι καλὸν ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, πονηρὸν δὲ τὸ παρακοῦσαι Θεοῦ; Ἔφριξε, φησὶν, οὐρανὸς, καὶ ἐξέστη ἡ γῆ, *Ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου· ἐμὲ ἐγκατέλιπεν πηγὴν ὕδατος ζῶντος,* καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ τί οὖν, φησὶν, εἶπε, Μὴ ἅψῃ τοῦ δένδρου, ἐξ οὗ ἐὰν φάγῃς, μέλλεις γινώσκειν διὰ τῆς παραβάσεως τὸ καλὸν καὶ πονηρόν; διὰ τί; Ἐγώ σοι σαφηνίσω καὶ σύντομον ἀποδώσω λόγον. Φίλον ἀεὶ τῇ θείᾳ Γραφῇ τοιαύτας διδόναι τοῖς πράγμασι προσηγορίας, οἵας ἂν καὶ τὰς ὑποθέσεις ἐνέγκωσιν. Οἷόν τι λέγω· Ὁ Ἰσαὰκ ὤρυξε φρέαρ· οἱ Φιλισταῖοι ἐλθόντες ἐμαχήσαντο περὶ τοῦ φρέατος, καὶ εἰς ἑαυτοὺς περιεποιήσαντο φρέαρ, ἀλλοτρίους καρπούμενοι πόνους. Τί οὖν ὁ Ἰσαάκ; Ἐκάλεσε τὸ ὄνομα τοῦ λάκκου, Ἐχθρίαν. Οὐχ ὁ λάκκος τὴν ἐχθρίαν εἰργάσατο, ἀλλ' ἡ ὑπόθεσις ἡ περὶ αὐτοῦ ἐχθρίαν ἐποίησε, καὶ διὰ τοῦτο Φρέαρ ἐγένετο ἐχθρίας. Ἐποίησεν ἄλλο φρέαρ, καὶ ἀφῃρέθη καὶ τοῦτο· καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸ Φρέαρ ἀδικίας, οὐχ ὅτι τὸ φρέαρ ἦν ἀδικίας, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ ἀδικία περὶ τὸ φρέαρ ἔσχε τὴν ὕλην. Ὁμοίως καὶ οἱ ὑπηρέται τοῦ Ἰωὰβ καὶ τοῦ Ἀβεννὴρ, περὶ τὴν κρήνην, ὡς ἴσασιν οἱ τὴν Γραφὴν ἐπιστάμενοι, ἀλλήλοις συγκροτούμενοι, ἀλλήλοις ἐπεβούλευσαν, καὶ ἐκλήθη ὁ τόπος Μερὶς τῶν ἐπιβούλων. Πάλιν ἐνταῦθα οὐχ ὁ τόπος τὴν ἐπιβουλὴν ἐγέννησεν, ἀλλ' ἡ ὑπόθεσις ὄνομα τῷ τόπῳ δέδωκεν. Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ. Ἐπειδὴ ἐκ τῆς γενέσεως ἐμελλε λοιπὸν πεῖραν λαμβάνειν, ὅτι καλὸν τὸ ὑπακοῦσαι, κακὸν δὲ τὸ παρακοῦσαι, ἔλαβε τὸ δένδρον ἐκ τῆς ὑποθέσεως τὴν προσηγορίαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ξύλου ἐκείνου φυγεῖν, καὶ προσδραμεῖν τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς, τῷ φυτῷ [157] τοῦ σταυροῦ, τῷ ἀνθήσαντι καρποὺς δικαιοσύνης, τῷ παρθενίαν βλαστήσαντι καὶ ἁγιωσύνην πηγάσαντι, καὶ καρποὺς διαφόρους ἀποτίσαντι, πολλοῖς καὶ διαφόροις κομῶντας τοῖς πλεονεκτήμασι, τῷ ἐν ταύτῃ τῇ πήξει τῇ αἰσθητῇ τοῦ ξύλου τὴν μεγίστην ἐκείνην καὶ ξένην σωτηρίαν, οὐχ ἣν ὁ Σα-

[a] Savilius legendum putat τῷ δένδρῳ.
[b] Savilius conj. ἠκούσθη.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ret Judex veritatis; imo potius cum delictorum nostrorum medicus ad sontem cum amici habitu accessit, quid ait illi? *Adam, ubi es?* Quid respondit Adam? *Vocem tuam audivi, et me occultavi, quia nudus sum* (*Gen.* 3. 9. *et* 10). Quid ergo ille qui omnia novit? Ignorantiam simulat et dicit: *Et quis indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno, de quo solo præceperam tibi ne comederes, comedisti* (*Ibid. v.* 11)? Ostendit illum omnium fere copiam accepisse, neque ex angustia rerum fruendarum ad prævaricationem venisse. Quid ad hæc reus? *Mulier quam dedisti mihi, ipsa mihi dedit* (*Ibid. v.* 12). Adam mulieri peccatum adscribit, et tu arbori adscribis? Qui accusabatur, mentiri non potuit; non invenit aliud perfugium extra veritatem, non Creatori causam imputavit, sed uxorem accusavit; et tu res accusas, quarum vim ignoras? Ecquid Evæ dixit Deus? *Cur hoc fecisti* (*Ibid. v.* 13)? Illa vero interrogata causam affert: *Serpens decepit me.* Num creationem perstrinxit? num Creatorem incusavit? num dixit, Cur nos fecisti? cur ligni fructum prohibuisti? Quæ accusationibus impetitur, non invenit quo pacto mentiatur. Solent enim accusati ea quæ non sunt comminisci, ut crimen effugiant. Accusata ergo illa non invenit aliud perfugium; et tu ea, quæ illi culpæ obnoxii non attulerunt, ad Deum accusandum profers? Sed rursus ad propositum revertar. *Adam, ubi es?* Cum vidit ora peccantium obstructa, nec ullam peccanti inesse fiduciam, interrogantis more viam ipsi excusationis aperit. Prævaricatus me occultavi; audita tua, Domine, benignitate, ad me excusandum accessi. Et vide justum Judicem. Non statim examinat eam quæ peccarat, sed eum qui deceptus fuerat: et merito quidem; nam gravius fuisset judicium, si a noxia muliere cœpisset. Verum incipit ab eo qui poterat parvam saltem invenire excusationem, quia ab alia persona deceptus fuerat. A viro itaque ad mulierem procedit, et dicit: *Cur hoc fecisti?* Respondet illa Domino: *Serpens decepit me.* Serpens decepit? Fallacia in excusationem admissa fuisset, nisi prævium præceptum errandi viam clausisset; nisi dixissem, *In quacumque die comederitis de ligno, morte moriemini*, locum fallacia habuisset. Cur non Dei verbum, sed fallacia admissa fuit? Sic Creator inculpatus fuit, prævaricator autem culpæ obnoxius. Sed ad propositum revertamur. Perquisitio criminis a decepto ad decipientem progressa est, sententia vero in malorum auctorem prolata fuit. Primo Dei vindicta contra illum fert calculum, neque statim contra virum vel contra mulierem pronuntiat, sed contra serpentem. Et vide Judicis consideratam tarditatem. Non serpentem ad examen vocat Deus; non enim in alium vult culpam referre, neque aliud perfugium reperire. Quid igitur ait illi? *Maledictus es inter omnia animantia terræ* (*Ibid. v.* 14). Serpens instrumentum apparens est, diabolus vero est qui invisibiliter per serpentem decipit. Cur contra instrumentum pœna profertur, et non contra facinoris auctorem divina vindicta exercetur? Et contra peccatum profertur, et contra instrumentum peccati. Nosti quod tauro ratione destituto, si cornibus impetat, pœnam mortis Deus statuat, et illum impetum puniat. Sic igitur hic contra serpentem fert sententiam, ostendens, si instrumentum peccati ita supplicio afficit, multo magis auctorem se plexurum esse. Ideo beatus Isaias comminationem illam contra serpentem pulchre accipiens ait: Et erit in novissimis diebus, *Inducet Deus gladium sanctum, grandem et fortem super draconem, serpentem fugientem, super draconem, serpentem tortuosum, et occidet draconem in die illa* (*Isai.* 27. 1). Draconem vocat diabolum, et serpentem tortuosum, ipsum dæmonum principem. Sic et Salvator ait: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones* (*Luc.* 10. 19). Et ne putes agi de rebus sub sensum cadentibus, addit, *Et supra omnem virtutem inimici.* Sed cum audieris draconem et serpentem, ne radicem malitiæ suspiceris esse, ut aiunt Manichæi. Non enim fuit radix mali, neque natura nequitiæ, sed propensio ad iniquitatem. Vides, inquit, quomodo Scriptura vocet illum serpentem et draconem, et quasi quamdam extraneam naturæ malitiam inducta? Verum hæc sunt impiorum verba vana, inania et ratione destituta. Nam cum Dominus dicit hominibus, *Serpentes, genimina viperarum* (*Matth.* 23. 33), non naturam accusat, sed propositum. Sic non oportet dictionibus hærere, sed a sententiis institi.

5. Sed rursus digladiantur, et aliam proferunt quæstionem. Cur lignum vocavit scientiæ boni et mali, nisi Scriptura sacra vellet ligni aliquam hujusmodi naturam indicare? Ne veritatem temere calumnieris, o homo. Lignum enim, boni et mali non naturam genuit, sed occasionem tulit: atque ita vocabatur, non quod talem naturam haberet, sed quod secundum prolatam sententiam id efficeret. Quid Adamum docuit gustatio? Bonum esse Deo obedire, malum ei non obsequi: et hæc est scientia boni et mali, nihilque aliud omnino. Quam enim statim habuerit scientiam bonorum, ubi aperti sunt ejus oculi? quod aliud bonum vidisset? eleemosynam? Sed qui pauperes illic erant? Quid vidit? bonam esse humanitatem? Sed quam invenit humanitatis occasionem? Quid ergo vidit? Bonum esse obedire, malum non obsequi Benefactori. Quis hæc declarat? Scriptura quæ dicit: *Si renuntietur tibi, o homo, quid sit bonum, aut quid Dominus requirat a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum* (*Mich.* 6. 8. *et Deut.* 10. 12). Viden' bonum esse timorem Domini, et malum esse non obsequi Deo? Inhorruit, inquit, cælum, et stupefacta est terra: *Duo enim mala fecit populus meus; me dereliquerunt fontem aquæ vivæ* (*Jer.* 2. 12. 13), etc. Cur ergo dixit, inquies: Ne tetigeris lignum, de quo si comedas, per transgressionem cognituris es bonum et malum? quare? Ego tibi paucis declarabo. Solet divina Scriptura talia rebus nomina dare, qualia ex occasione quapiam sortiuntur: verbi gratia, Isaac puteum fodit, et Philistæi venientes de puteo concertabant, et sibi illum attribuerunt, alienis fruentes laboribus. Quid ergo Isaac? Vocavit nomen putei, Inimicitiam. Non puteus inimicitiam fecit, sed occasio rei circa ipsum actæ; ideoque Puteus inimicitiæ factus est. Fecit et alium puteum, qui sublatus ipsi fuit: et vocavit illum, Puteum injustitiæ; non quod ipse puteus injustitiæ esset, sed quia circa puteum materia injustitiæ fuit. Similiterque ministri Joabi et Abenneri circa fontem, ut sciunt Scripturæ periti, sibi mutuo insidiabantur, et vocatus est locus, Portio insidiatorum (2. *Reg.* 2. 13. 16). Rursum hic non locus insidias peperit, sed occasio nomen loco indidit. Ita et in Adamo factum est. Quia ab ortu experimentum habiturus erat, bonum esse obedire, malum non obsequi; ideo arbor ex occasione nomen accepit. Verum hæc hactenus. Utinam vero nos a ligno illo fugiamus, et ad lignum vitæ accurramus, ad lignum crucis, quod fructus justitiæ tulit, quod virginitatem germinavit, et sanctimoniam protulit, fructusque varios persolvit, multis diversisque muneribus comantes; cum videlicet in ipsa sensibili defixione crucis magna singularisque salus parta est; non illam dico, quam Servator mystice dispensavit, sed illam, quam latro ille palam abripuit. Quia enim Adam per lignum ex paradiso ejectus est (*Justus es, Domine, et recta judicia tua* [*Psal.* 118. 137]); quia per peccatum unum Adam ejicitur, per unam fidelem confessionem latro introducitur in paradisum. Cruciligeris cum iniquis, et iniquis salutem paris. Dicit ei latro: *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum* (*Luc.* 23. 42). Latro certe iste non finem fecit latrocinandi, donec cum aliis etiam regnum cælorum abripuit. Alius vero latro Domino convicitatur: *Si Filius Dei es, salva temetipsum et nos* (*Ibid. v.* 39). Verba latronis affinia sunt verbis Judæorum: nam et illi dicebant: *Si Filius Dei es, descende de cruce* (*Matth.* 27. 40), et credemus tibi. Viden' quam concordem habeant filii diaboli impietatis disciplinam? *Salvum fac*, inquit, *temetipsum et nos*

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

(*Marc.* 15. 32). Quid ergo beatus latro? Dominum defendit; et qui damnatus est, personam judicis assumit, et incipit judicare in veritate : *Neque tu times Deum, quia in eadem damnatione sumus. Et nos quidem juste; nam digna factis recipimus; hic autem quid fecit* (*Luc.* 23. 40. 41)? Dic mihi, o latro, cur non coram Pilato breviter confessus es? cur post mille tormenta, non tunc dixisti, quid feceras? Aliud erat homo judex, aliud Deus judex. Illi occultare studebam, qui non noverat quæ in corde erant; huic non occulto, qui in corda penetrat. Cur Pilato non breviter confessus es? Quia ibi confessionem sequebatur supplicium : hic vero confessionem sequitur salus : nam, *Dic tu iniquitates tuas prior, ut justificeris* (*Isai.* 43. 26). Videre igitur erat Servatorem in medio latronum, jugum justitiæ : videre erat librantem fidem et infidelitatem, justitiam et injustitiam. Traxit medium justitiæ tribunal; et qui infidelitatis pondere pressus erat, trahebatur, qui vero fide sublimis erat, attollebatur. *Nos quidem*, inquit, *digna factis recipimus; hic autem quid?* Et nunc video, ait, injustitiam ipsamque stupendam; justum cum injustis crucifixum, et æquitatem cum iniquitate plexam. *Nos quidem digna factis recipimus; hic autem quid fecit?* Nos cædes patravimus, vivos occidimus : hic mortuos ad vitam reduxit, et mortis vim solvit; nos aliena rapuimus; hic sua quemque dare jubet : nos eos, qui nihil nos læserant, occidimus; hic inimicos diligere docuit. Injustum est judicium. Num hujus opera supplicio, nostra remissione digna sunt? Judicate secundum veritatem. Nequitia fugiat, justitia honoretur. Verum hæc ex Judæorum nequitia facta sunt, impletumque est mysterium propheticum, clare de Salvatore dicens : *Et cum iniquis reputatus est* (*Id.* 53. 12. *Marc.* 15. 28) justus. Sed beatus quidem latro ita philosophabatur; sic præsentes erudiebat, dum alteri exprobraret. Ut autem mortuum vidit præsentium auditum, vertitur demum ad eum, qui novit interiora cordis, et dicit Domino : *Domine, memento mei in regno tuo.* Crucifixum vides, et Dominum confiteris : damnati formam vides, et Regis dignitatem prædicas? Ecquid miramur, fratres, si Paulus post tantam mysteriorum disciplinam, post tantam miraculorum experientiam dicat : *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent* (1. *Cor.* 2. 8)? Hoc Paulus prædicat post tanta cognita mysteria, post miracula et signa, post mille operationes, post resurrectionem, post assumptionem. Latro autem, visa tanta contumelia, cruce defixa, Dominum vocat eum, qui crucifixus est, et dicit ei : *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Quid dignum memoria fecisti? quid non dignum supplicio fecisti? annon occidisti? annon furatus es? annon latrocinatus es? Sexcentis fœdatus malis rogas illum justitiæ fontem, ut iniquitatis tuæ meminerit? Etiam, *Domine, justus es, et recta judicia tua* (*Psal.* 118. 137). Redde mihi secundum justitiam tuam. Ego vidi apertam contumeliam tuam, crucem, et opprobrium ab iniquis illatum : nec jam video apertam illam contumeliam, sed occultum regnum. Ego quæ video, despicio; tu non despicis aperta mea delicta, et mentis fidem admittis? *Memento mei, Domine.* O justum judicium! Memento mei in regno tuo. Non esset justum, Domine, dum diabolus unum ex discipulis proditorem facit, te unum ex discipulis diaboli non mutare in evangelistam. Discipulum veritatis rapuit injustitia, et discipulum injustitiæ non mutabit veritas? Nonne tu es, Domine, qui mutas tenebras in lucem, et tortuosa in rectam viam? Muta quoque latronem in evangelistam, vince bonitate nequitiam, exstingue justitia iniquitatem, et da gloriam benignitati tuæ, quam decet gloria et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM IN HOMILIAM

De hac seu homilia seu dissertatione hoc tulit judicium Savilius, tom. VIII, col. 746 : *Homilia erudite quidem illa et acute contexta, sed nullo modo Joannis nostri, aut in dubiis saltem, aut in* ἀμφιβαλλομένοις, *relinquenda. Adde quod quibusdam in locis sibi ipsa pugnare videtur, in aliis veritati.* Secum pugnat homiliæ auctor, cum post allatum Joannis locum (*Et vidit et credidit. Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos*) adjicit ipse, *Nihil de resurrectione credentes;* cum ipse Joannes de se loquens dicat, ipso referente, *Et vidit et credidit;* nempe, ut vidit monumentum vacuum, resurrectionem credidit. Nam quod adjicit, *Nondum enim sciebant Scripturam*, etc., ad tempus præcedens, ut liquet, referendum est.

IN MULIERES QUÆ UNGUENTA ATTULERUNT : ET QUOD NULLA DIVERSITAS VEL PUGNA REPERIATUR INTER EVANGELISTAS CIRCA RESURRECTIONEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

1. Age de evangelistarum historia circa sanctam Christi resurrectionem pauca vestræ caritati disseramus, ostendamusque nullam ea de re apud evangelistas discordiam vel pugnam reperiri. Quia enim hac de re vario modo loquuti sunt quatuor illi, visum est quibusdam insipientibus, in hac recensione pugnam, imo mendacium deprehendi. Sancti vero Patres nostri paucis illorum stultitiam confutarunt dicentes, singulos evangelistas singulas profectiones mulierum et apostolorum ad divinum sepulcrum narravisse, quæ diversis fuere temporibus; nullumque eorum meminisse quæ in alterius narratione ferebantur, sanctissimo Spiritu, qui per ipsos loquebatur, ita dispensante, ut nihil tunc gestorum prætermitteretur, et cum omnes diversi temporis historiam persequerentur, omnis suspicionis materiam effugerent. Ve-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴρ μυστικῶς ᾠκονόμησεν, ἀλλ' ἦν ὁ λῃστὴς ἐκεῖνος προφανῶς ἀπεσύλησεν, ἡμῖν πρυτανεύσαντι. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἀδὰμ διὰ ξύλου ἐξωρίσθη τοῦ παραδείσου (*Δίκαιος εἶ, Κύριε, καὶ εὐθεῖς αἱ κρίσεις σου*), ὅτι διὰ μίαν ἁμαρτίαν ὁ Ἀδὰμ ἐξορίζεται, καὶ διὰ μίαν πιστὴν ὁμολογίαν εἰσάγεται ὁ λῃστὴς εἰς τὸν παράδεισον. Σταυροῦσαι μετὰ παρανόμων, καὶ σύζεις τοὺς παρανόμους. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ λῃστής· *Κύριε, μνήσθητί μου. ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Καὶ ὁ μὲν λῃστὴς οὗτος οὐκ ἐπαύσατο λῃστεύειν, ἕως μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὴν τὴν βασιλείαν ἐσύλησεν. Ἀλλ' ὁ ἕτερος λῃστὴς ἀνειδίζει τῷ Κυρίῳ, *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, καὶ σεαυτὸν σῶσον καὶ ἡμᾶς.* Τὰ ῥήματα τοῦ λῃστοῦ ἀδελφά εἰσι τῶν Ἰουδαϊκῶν· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἔλεγον· *Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*, καὶ πιστεύομέν σοι. Ὁρᾷς τὰ τέκνα τοῦ διαβόλου πῶς σύμφωνον ἔχει τὴν μάθησιν τῆς ἀσεβείας; *Σῶσον*, φησὶ, *σαυτὸν καὶ ἡμᾶς.* Τί οὖν ὁ μακάριος λῃστής; Συνηγορεῖ τῷ Κυρίῳ, καὶ λαμβάνει τάξιν κριτοῦ ὁ κατάκριτος, καὶ ἄρχεται δικάζειν τῇ ἀληθείᾳ· *Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματί ἐσμεν· καὶ ἡμεῖς μὲν δικαίως· ἄξια γὰρ ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ τί ἐποίησεν;* Εἰπέ μοι, ὦ λῃστὰ, ἐπὶ Πιλάτου διὰ τί μὴ συντόμως ὡμολόγησας; διὰ τί μετὰ μυρίας βασάνους τότε οὐκ εἶπας, ἃ ἐποίησας; Ἄλλο ἦν ἄνθρωπος δικαστὴς, ἄλλο Θεὸς δικαστής. Ἐκείνῳ ἐπειρώμην κρύπτειν τῷ μὴ εἰδότι τὰ ἐγκάρδια, τούτῳ οὐ κρύπτω ἐμβατεύοντι ταῖς καρδίαις. Διὰ τί οὐχ ὡμολόγησας ἐπὶ Πιλάτου συντόμως; Ὅτι ἐκεῖ τῇ ὁμολογίᾳ εἴπετο ἡ τιμωρία· ἐνταῦθα δὲ τῇ ὁμολογίᾳ ἕπεται ἡ σωτηρία. Λέγε γὰρ *σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς.* Ἦν οὖν ἰδεῖν τὸν Σωτῆρα ἐν μέσῳ τῶν λῃστῶν ζυγὸν δικαιοσύνης· ἦν ἰδεῖν ταλαντεύοντα πίστιν καὶ ἀπιστίαν, καὶ δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν. Εἵλκυσε μέσον τὸ τῆς δικαιοσύνης κριτήριον, καὶ ὁ μὲν τῇ ἀπιστίᾳ ἐμβαρυνόμενος καθεῖλκετο, ὁ δὲ τῇ πίστει μετεωριζόμενος ἀνῄγετο. *Ἡμεῖς* δὴ, φησὶν, *ἄξια ὧν ἐποιήσαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ τί;* Καὶ νῦν βλέπω, φησὶν, ἀδικίαν καὶ ξένην, δίκαιον μετὰ ἀδίκων σταυρούμενον, καὶ τὴν εὐνομίαν μετὰ τῆς παρανομίας κολαζομένην. *Ἡμεῖς μὲν ἄξια ὧν ἐπράξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ τί ἐποίησεν;* Ἡμεῖς ἐποιήσαμεν φόνους, καὶ ζῶντας ἐνεκρώσαμεν· οὗτος νεκροὺς ἐζωοποίησε, καὶ θανάτου βίαν παρέλυσεν· ἡμεῖς ἀλλότρια ἐσυλήσαμεν, οὗτος καὶ τὰ ἴδια διδόναι παρακελεύεται· ἡμεῖς τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντας ἀπεκτείναμεν, οὗτος καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾷν ἐδίδαξεν. Ἄδικος ἡ κρίσις. Εἶτα ἔργα τούτου κολάσεως ἄξια, τὰ ἡμέτερα ἀφέσεως ἄξια; Κρίνατε τὴν ἀλήθειαν. Ἡ κακία φευγέτω, ἡ δικαιοσύνη τιμάσθω. Ἀλλ' ἐγένετο μὲν ταῦτα πονηρία Ἰουδαϊκὴ, ἐπληροῦτο δὲ μυσταγωγία προφητικὴ διαρρήδην περὶ τοῦ Σωτῆρος φάσκουσα, *Καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη* ὁ δίκαιος. Ἀλλ' ὁ μὲν μακάριος λῃστὴς οὕτως ἐφιλοσόφει, οὕτω τοὺς παρόντας ἐπαίδευε, δι' ὧν τὸν ἕτερον ὠνείδιζεν. Ὡς δὲ εἶδε νεκρὰν τῶν παρόντων τὴν ἀκοὴν, στρέφεται λοιπὸν ἐπὶ τὸν εἰδότα τὰ ἐγκάρδια, καί φησι πρὸς τὸν Κύριον· *Κύριε, μνήσθητί μου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Σταυρούμενον βλέπεις, καὶ Κύριον ὁμολογεῖς; καταδίκου σχῆμα ὁρᾷς, καὶ βασιλέως ἀξίαν κηρύττεις; Καὶ τί θαυμάζομεν, ἀδελφοὶ, εἰ Παῦλος μετὰ τοσαύτην μυσταγωγίαν, μετὰ τοσαύτην πεῖραν θαυμάτων λέγει· *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν;* Τοῦτο κηρύττει ὁ Παῦλος, μετὰ τοσαύτην μυσταγωγίαν, μετὰ τὰ θαύματα, μετὰ τὰ σημεῖα, μετὰ μυρίας ἐνεργείας, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, μετὰ τὴν ἀνάληψιν. Ὁ δὲ λῃστὴς, ἀκμαζούσης τῆς φαινομένης ὕβρεως, σταυροῦ πεπηγμένου, Κύριον καλεῖ τὸν ἐσταυρωμένον, καί φησι πρὸς αὐτόν· *Κύριε, μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Τί [158] ἐποίησας ἄξιον μνήμης; τί δὲ οὐκ ἐποίησας ἄξιον τιμωρίας; οὐκ ἐφόνευσας; οὐκ ἔκλεψας; οὐκ ἐλῃστευσας; Μυρίοις κακοῖς ἐμπεφυρμένος ἀξιοῖς μνησθῆναί σου τῆς ἀδικίας τὴν πηγὴν τῆς δικαιοσύνης; Ναὶ, *Κύριε, δίκαιος εἶ, καὶ εὐθεῖς αἱ κρίσεις σου.* Ἀντίδος μοι κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου. Ἐγὼ εἶδόν σου τὴν φαινομένην ὕβριν, καὶ σταυρὸν, καὶ τὸ ὄνειδος τῶν παρανόμων· καὶ οὐ βλέπω τὴν φαινομένην ὕβριν, ἀλλὰ τὴν κρυπτομένην βασιλείαν. Ἐγὼ, ἃ ὁρῶ, παρορῶ· σὺ οὐ παροράᾷς μου τὰ φαινόμενα πταίσματα, καὶ ἀποδέχῃ τὴν πίστιν τῆς διανοίας; *Μνήσθητί μου, Κύριε.* Ὦ τῆς δικαίας κρίσεως! Μνήσθητί μου ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Οὐκ ἔστι δίκαιον, Κύριε, τὸν μὲν διάβολον ἕνα τῶν μαθητῶν ποιῆσαι προδότην· ἀπὸ δὲ τῶν μαθητῶν τοῦ διαβόλου σε μὴ μεταβαλεῖν εἰς εὐαγγελιστήν. Τὸν μαθητὴν τῆς ἀληθείας ἥρπασεν ἡ ἀδικία, τὸν μαθητὴν τῆς ἀδικίας οὐ μεταβαλεῖ ἡ ἀλήθεια; Οὐ σὺ εἶ, Δέσποτα, ὁ μεταβάλλων τὸ σκότος εἰς φῶς, καὶ τὰ σκολιὰ εἰς εὐθείαν; Μετάβαλε καὶ τὸν λῃστὴν εἰς εὐαγγελιστὴν, νίκησον ἀγαθότητι τὴν πονηρίαν, σβέσον τῇ δικαιοσύνῃ τὴν ἀδικίαν, καὶ δὸς δόξαν τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ· ᾗ πρέπει δόξα καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN MULIERES UNGUENTA FERENTES.

Contra veritatem porro et verisimilitudinem pugnat per totam fere homiliam : ut cum affirmat Mariam Jacobi esse B. Virginem Deiparam, venisseque primam ad monumentum cum Maria Magdalena, incipiente hora septima noctis, quæ inter Sabbatum et Dominicam intercedit : tenuisseque ambos Christi pedes, illumque adoravisse. Neque tamen, inquit, crediderunt apostoli Mariæ Virgini et Magdalenæ id narrantibus ; imo, pergit ille, Magdalena apostolos videns dictis non credere, ipsa quoque putavit se non vidisse id quod viderat, et imaginariam fuisse visionem. Cætera non persequor, quæ ille contra omnium opinionem asserere nititur : supponit tamen ille, ut et alii plurimi, Mariam Magdalenam aliam esse a Maria sorore Lazari. Stylus est totus perplexus, spinosus, incultus, et a grammaticæ legibus plerumque aberrat.

[159] *Εἰς τὰς μυροφόρους γυναῖκας· καὶ ὅτι οὐδεμία διαφωνία οὐδὲ ἐναντίωσις ἐν τοῖς εὐαγγελισταῖς εὑρίσκεται περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Φέρε δὴ περὶ τῆς τῶν εὐαγγελιστῶν ἱστορίας εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ βραχέα διαλεχθῶμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγάπῃ, καὶ δείξωμεν ὅτι οὐδεμία διαφωνία, οὐδὲ ἐναντίωσις ἐν τοῖς εὐαγγελισταῖς εὑρίσκεται περὶ αὐτῆς. Ἐπειδὴ γὰρ οἱ τέσσαρες ἀλλοίως ταύτην ἐξέδωκαν, ἔδοξεν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων διαφωνία εἶναι τὰ γεγραμμένα, καὶ ψεῦδος λοιπόν. Οἱ δὲ ἅγιοι Πατέρες ἡμῶν βραχεῖ λόγῳ διέλυσαν τὴν ἐκείνων ἄνοιαν, ἕκαστον τῶν εὐαγγελιστῶν εἰρηκότες ἰδίαν ἄφιξιν γυναικῶν τε καὶ ἀποστόλων ἐπὶ τὸ θεῖον μνημεῖον γεγενημένην ἀνιστορῆσαι κατὰ διαφόρους καιροὺς, καὶ μηδένα αὐτῶν τῆς ἄλλου ἐξηγήσεως ἐπιμνησθῆναι, οὕτω τοῦ παναγίου Πνεύματος τοῦ δι' αὐτῶν λαλοῦντος οἰκονομήσαντος, ἵνα καὶ τῶν τότε γινομένων μηδὲν παροφθῇ, καὶ τῷ μὴ τὸν αὐτὸν καιρὸν διειληφέναι πάντας, ἐκφύγωσι τοῦ ἐνδυασμοῦ τὴν ὑπόνοιαν. Ἀλλ' ἐπεὶ, κἂν διαφόρους δῶμεν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοὺς καιροὺς καὶ τὰς ἐπὶ τὸ μνῆμα τῶν γυναικῶν ἀφιξεις, ὡς οἱ Πατέρες εὑρήκασιν, ὅμως ἀναρμοστίαν καὶ ἀσυμβασίαν τῶν γεγραμμένων εἰρῆσθαι παρὰ τῶν γυναικῶν κατηγοροῦσί τινες ὑπὸ δαίμονος ἐνηχούμενοι· φέρε τῇ ἐπιπνοίᾳ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὰ περὶ τούτων, καθὰ χωροῦμεν, διασαφήσωμεν. Οἶδα γὰρ ἐν Θεῷ, ὡς ὁρμοζομένων τῶν διαφόρων καιρῶν, καὶ τῆς τῶν προσώπων ἐπιστασίας, οὐ προσκόψομεν πρὸς τὰ ῥήματα. Τὰ μὲν οὖν τοῦ πάθους τοῦ Δεσποτικοῦ συντόμως διέλθωμεν. Ἐλέγομεν δὲ, ὡς παρεδόθη ὁ Κύριος Πιλάτῳ, εἶτα σταυρωθεὶς ἐτελεύτησε κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐτάφη τε, καὶ λίθος ἐπετέθη τῷ μνήματι μέγας, καὶ αὐτὸς σφραγισθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, καὶ φυλαττόμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν. Ηὁτε ταῦτα ; Τῇ ἑσπέρᾳ τῆς παρασκευῆς· σάββατον γὰρ ἐπέφωσκε. Πολλαὶ γὰρ χρησταὶ καὶ κάλλισται γυναῖκες συναναβᾶσαι αὐτῷ ἐκ τῆς Γαλιλαίας, εἶδον τὰ γεγονότα, καὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὴν θέσιν τοῦ σώματος. Καὶ τὸ μὲν σάββατον, ὡς γέγραπται, ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν· ἠγόρασαν δὲ ἀρώματα καὶ μύρα, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσι τὸν Ἰησοῦν. Ἀπεντεῦθεν πρόσεχε, ἀγαπητὲ, τὴν ἁρμονίαν τοῦ πράγματος· Ἡτοίμασαν τὰ μύρα τῷ σαββάτῳ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Ἰωάννα καὶ Σαλώμη καὶ αἱ λοιπαὶ γυναῖκες, ἵνα λοιπὸν τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἐλθοῦσαι, ἤτις ἐστὶν ἡ Κυριακὴ, ἀλείψωσιν αὐτόν. Ἀλλὰ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου, ἥτις ἦν ἡ Θεοτόκος (οὕτω γὰρ ἐχρημάτισε τότε, ὡς μητρυιά, φημὶ, τοῦ Ἰακώβου τοῦ λεγομένου ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου), οὐκ ἐδύνατο ἀπὸ τῆς ὀδύνης πᾶσαν τὴν μετὰ τὸ σάββατον νύκτα καρτερῆσαι, ἀλλ' εὐθὺς ὀψίας σαββάτων ἦλθεν εἰς τὸ μνημεῖον, τουτέστι, βραδὺ μετὰ τὸ σάββατον. Ἀμέλει τινὲς τῶν εὐαγγελιστῶν, *Ὀψὲ σαββάτων*, ἔχουσιν, ὡς εἰώθαμεν λέγειν, Ὀψὲ τῆς ὥρας, Ὀψὲ τοῦ καιροῦ [a]. Οὐδὲ γὰρ τῇ ἑσπέρᾳ εὐθὺς τοῦ σαββάτου, ἀλλ' ὀψίας, ἤτοι ὀψὲ σαββάτων. Σημαίνει δὲ τὸ μεσονύκτιον, ἢ καὶ ἔτι βραχύ. Πόθεν δῆλον; Ἐκ τοῦ δεῖν αὐτὸν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι, τουτέστι, τῇ ἁγίᾳ Κυριακῇ. Αὕτη γὰρ τρίτη ἡμέρα σὺν τῇ παρασκευῇ, ἐν ᾗ ἐσταυρώθη. Ἡ δὲ Κυριακὴ ἀπὸ ἑβδόμης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται, καὶ λήγει εἰς τὴν ἕκτην ὥραν τῆς ἑξῆς νυκτός. Καὶ οὕτω πᾶσαν ἡμέραν ἀριθμῶν, οὐ προσκόψεις τῇ κοσμοποιΐᾳ λεγούσῃ· *Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία.* Ἤνίκα γὰρ τὸ μέσον [160] τῆς νυκτὸς παρέλθοι, ὁ ἥλιος παρατρέχων τὴν γῆν εὐθὺς φωτίζει λαμπρῶς τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη, κἂν μὴ τοῦτο [b] φαίνηται, καὶ ποιεῖ τὸ λεγόμενον πρωῒ κατὰ τοὺς ἐκεῖσε οἰκοῦντας. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ παρ' ἡμῖν πρωῒ καὶ ἄλλαις καὶ ἄλλαις ὥραις πρὸς τὸν ἐγγισμὸν τοῦ ἡλίου δείκνυται, καὶ οὐ πᾶσιν ὁμοίως κατὰ ταὐτόν. Μετὰ γοῦν τὸ μεσονύκτιον ἐπιφωσκούσης Κυριακῆς ἠγέρθη ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν, τουτέστι, τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς Γραφάς. Ἡ οὖν ἁγία Παρθένος καὶ Θεοτόκος Μαρία ὀδυνωμένη μᾶλλον ἁπάντων, σύνδρομον αὐτῇ περὶ τὴν σπουδὴν εὑροῦσα Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν (σπουδαιοτάτη δὲ αὕτη ἡ γυνὴ, ὅθεν καὶ παρὰ τοῖς τέσσαρσι τῶν εὐαγγελιστῶν μνημονεύεται), ἦλθεν εὐθὺς μετὰ τὸ μεσονύκτιον, ἤγουν ὀψίας σαββάτων, εἰς τὸ μνημεῖον, οὐ μετὰ τῶν ἀρωμάτων (οὐ γὰρ ἐπεδέχετο ὁ καιρὸς), ἀλλὰ μόνον θεωρῆσαι τὸν τάφον. Αὕτη πρώτη ἀφιξις τῶν τιμίων καὶ ἱερῶν γυναικῶν, ἣν ἱστορεῖ Ματθαῖος ὁ εὐαγγελιστής. Εἶτα εἰσελθουσῶν αὐτῶν εἰς τὸ μνημεῖον, γίνεται ἄφνω σεισμὸς, ὅτε ὁ ἄγγελος ἀποκυλίει τὸν λίθον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ κάθηται ἐπάνω αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κύριος ἦν ἐγερθείς. Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἀποκυλισθέντος τοῦ λίθου τότε ὁ Σωτὴρ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ τάφου, ἀλλ' ὅτι ἀπεκύλισεν ὁ ἄγγελος τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Κύριος ἀφθαρσίᾳ λοιπὸν τὸ οἰκεῖον σῶμα, ὡς Θεὸς, διαλαμπρύνας, καὶ ὄντος τοῦ λίθου εἰς τὸ μνημεῖον ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν· ὥσπερ καὶ τῇ ἑσπέρᾳ τῆς Κυριακῆς αὐτῆς τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. Αἱ δύο γυναῖκες αὗται, ἤγουν ἡ ἁγία Παρθένος καὶ Θεοτόκος, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, περευρόμεναι μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης ἀπαγγεῖλαι τοῖς ἀποστόλοις, ὅτι ἠγέρθη ὁ Κύριος καθὼς εἶπεν αὐταῖς ὁ ἄγγελος, καὶ ὅπως εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπέλθωσι, καὶ ἐκεῖ αὐτὸν ὄψονται, αὐτῷ ἀπήντησαν τῷ σεσαρκωμένῳ Λόγῳ Θεῷ. Καὶ εἰπόντος αὐταῖς, Χαίρετε, πεσοῦσαι ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας, καὶ προσεκύνησαν αὐτόν. Ὁ δὲ Κύριος οὐκ ἐπετίμησεν αὐταῖς ἁψαμέναις αὐτοῦ (ἐν πρώτοις γὰρ αὐτὸν ἐθεάσαντο), ἀλλὰ τοὐναντίον καὶ ἀνεστήσατο εἰπών· *Μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς, ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται.*

β'. Μέχρι τούτου τὰ τοῦ Ματθαίου περὶ τῶν γυναικῶν. Ἀπελθοῦσαι δὲ ἐκεῖναι πρὸς τοὺς μαθητὰς, ἀπήγγειλαν αὐτοῖς καὶ πᾶσι τοῖς μετ' αὐτῶν τὰ τοῦ ἀγγέλου ῥήματα, καὶ τὰ τοῦ Κυρίου, καὶ ὡς εἶδον αὐτόν· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκράτησαν αὐτοῦ τοὺς πόδας. Οἱ δὲ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου ἀπὸ τῆς πολλῆς καὶ ἀφάτου ὀλίψεως τῆς ἐκ τοῦ σταυροῦ οὐδὲ ἀκοῦσαι αὐτῶν ἠνέσχοντο. Καὶ περὶ μὲν τῆς Μαγδαληνῆς οὐδὲ λόγον, οἶμαι, ἀφῆκαν, περὶ δὲ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου, ἐπειδὴ καὶ ἐτίμων καὶ ᾐδοῦντο αὐτὴν, ἔφησαν πρὸς ἑαυτοὺς, ὡς ἡ ὑπερβολὴ τῆς ὀλίψεως τὸν νοῦν αὐτῆς ἐκταράξασα, καὶ τὴν ὅρασιν καὶ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν ἀφὴν αὐτῆς ἐξηπάτησεν. Ἐκείνη δὲ ἡ καθαρὰ καὶ λελαμπρυσμένη ψυχὴ τῆς Παρθένου, πεπεισμένη ἀκριβῶς, οἷς εἶδε καὶ ἐψηλάφησεν, ἔμεινεν ἐφ' ἑαυτῇ, μηδὲν πρὸς τοὺς μαθητὰς πλέον φιλονεικήσασα· μηκέτι δὲ ἀπελθοῦσα πρὸς τὸ μνημεῖον, ἀνενδοιάστως τοῖς ὁραθεῖσιν αὐτὴ πεποιθυῖα. Ἡ δὲ Μαγδαληνὴ Μαρία πρῶτον μὲν τοῖς ἀποστόλοις πειθομένη, ἦν παρ' ἑαυτῇ μικρὰ δέ πως, καὶ τῇ μιᾷ ὁράσει μὴ πεπιστευκυῖα, ἀλλὰ πεφαντασιῶσθαι νομίσασα, λαμβάνει σὺν αὐτῇ Ἰωάνναν τινὰ, καὶ Μαρίαν ἄλλην, καὶ ἑτέρας γυναῖκας μετὰ τῶν ἀρωμάτων, καὶ ἀπέρχεται πάλιν αὐτῇ τῇ νυκτί. Ὄρθρου δὲ ὄντος βαθέος, τουτέστι, πρὸ πολλοῦ τοῦ διαφαύσματος, ἄρτι ὑπὲρ γῆν τοῦ ὄρθρου, ἤγουν τοῦ ἑωσφόρου, μόλις φαίνοντος, εἰσέρχεται σὺν ταῖς μετ' αὐτῆς εἰς τὸ μνημεῖον· ὁ γὰρ λίθος ἤδη ἀποκεκύλιστο. Καὶ τὸ μὲν σῶμα τοῦ Κυρίου οὐχ εὑρον· (πῶς γάρ;) ἐν ὅσῳ δὲ διαποροῦσι πρὸς ἑαυτὰς, ἰδοὺ ἐπέστησαν αὐταῖς ἄνδρες δύο (ἦσαν δὲ ἄρα ἅγιοι ἄγγελοι) ἐν ἐσθῆσιν ἀστραπτούσαις. Ἐκείνων δὲ φοβηθεισῶν, οὐ μόνον ὅτι [c] τὸν φόβον αὐτῶν ἀνεκτήσαντο οἱ ἄγγελοι, ἀλλὰ καὶ ἐπιπληκτικῶς [161] λέγουσιν αὐταῖς· *Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὧδε, ἀλλ' ἐγήγερται.* Πρόσεχε, ἀγαπητὲ, πῶς δηλοῦται μὴ εἶναι πρώτην κάθοδον ταύτην τῆς τῶν γυναικῶν ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλεύσεως· ἄτοπον γὰρ ἦν, μηδὲν θεασαμένων τῶν γυναικῶν μηδὲ ἀκουσασῶν περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐγέρσεως, ἐπιπλῆξαι αὐταῖς τοὺς ἀγγέλους λέγοντας, *Τί ζητεῖτε τὸν ζῶντα μετὰ νεκρῶν;* Ἀλλὰ δῆλον, ὡς προακουσάντων αὐτῶν πάντων παρὰ τῶν αὐτοψεὶ θεωρησασῶν τὸν Κύριον, καὶ ἀκουσασῶν [d] παρ' αὐτοῦ τὴν πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀπόκρισιν, καὶ μὴ πιστευσάντων, τούτου χάριν ἐπιτιμῶσιν αὐτοῖς ἀρτίως οἱ ἄγγελοι· ἦσαν γὰρ καὶ ἄνδρες τινὲς σὺν αὐταῖς ταῖς προρρηθείσαις γυναιξί. Τίς ταῦτά φησι; Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής. *Τῇ μιᾷ γὰρ, φησὶ, τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος ἦλθον γυναῖκες εἰς τὸ μνημεῖον, φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· καί τινες* [e] *σὺν αὐταῖς.* Εἶτα οὐ μόνον ὅτι ἐπέπληξαν αὐτοῖς οἱ ἄγγελοι, ἀλλὰ καὶ ὠνείδισαν λέγοντες· *Μνήσθητε, ὡς ἐλάλησεν ὑμῖν ἔτι ὢν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, λέγων, ὅτι Δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδοθῆναι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. Καὶ ἐμνήσθησαν,* φησὶ, *τῶν ῥημάτων αὐτοῦ.* Εἶτα ἀπελθόντες πάλιν καὶ οὗτοι ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες σὺν τῇ Μαγδαληνῇ Μαρίᾳ ἀπήγγειλαν τοῖς μαθηταῖς, καὶ τῆς μὲν Μαγδαληνῆς δεύτερον τὸ μνῆμα θεωρησάσης, τῶν δὲ ἄλλων ἄπαξ. Ἐφάνησαν δὲ, φησὶ, τοῖς μαθηταῖς, ὡσεὶ λῆρος τὰ ῥήματα αὐτῶν, καὶ ἠπίστουν αὐταῖς. Εἰ δέ τις ἀπορήσει, τίνος χάριν οὐκ ἐμνήσθη ὁ εὐαγγελιστὴς ὀνομαστὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν ἀπελθόντων σὺν ταῖς γυναιξὶ τῇ δευτέρᾳ καθόδῳ, ὑπονοῶ, ὅτι οὐκ ἦσαν τῶν ἐπισήμων, ἀλλ' ἢ δοῦλοι τῶν γυναικῶν, ἢ τινες τῶν ὑπὸ χεῖρα. Ἀμέλει τοῦ Πέτρου διεγερθέντος ἐν τῷ δευτέρῳ

[a] Ἀμέλει τινὲς... ὀψὲ τοῦ καιροῦ. Hæc verba glossema esse putat Savilius; verum similia non raro interscrit hic quisquis sit orator.

[b] Τοῦτο delendum censet Savil.

[c] Ἴσ. οὐ, inquit Savil.

[d] Ἀκουσάντων conj. Savil.

[e] Καί τινες σὺν αὐταῖς Hæc non exprimuntur in Vulgata: et alinquí possent intelligi καί τινες γυναῖκες. Ante ἐπέπληξαν, delendum ὅτι censet Savil.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rum quia, etsi diversa distinguamus tempora et diversas mulierum ad sepulcrum profectiones, quas Patres invenerunt, quidam tamen, inspirante dæmone, non consona nec congruentia in Scriptura a mulieribus dici jactitant; age, afflante sancto Spiritu, illa pro viribus explicemus. Novi enim nos, Deo juvante, quod diversa tempora cum (diverso) personarum adventu congruant, circa Scripturæ verba non prolapsuros esse. Jam vero de Dominica passione paucis agamus. Dicebamus traditum fuisse Dominum Pilato : deindeque crucifixum et mortuum fuisse ut hominem. Sepultus quoque fuit, et lapis magnus sepulcro impositus est, qui obsignatus fuit a Judæis, et custoditus a militibus. Hæc quandonam? Vespera Parasceves : nam sabbatum illucescebat (*Luc.* 23. 54). Multæ namque probæ optimæque mulieres, quæ cum illo ascenderant ex Galilæa, viderunt ea quæ facta sunt, et sepulcrum, et corporis situm (*Marc.* 15. 47). Et sabbato quidem, ut scriptum est, quieverunt ut præceptum erat, emeruntque aromata et unguenta, ut venientes ungerent Jesum (*Luc.* 23. 56). Hinc animadverte, dilecte, rei concentum. Unguenta sabbato paravere Maria Magdalena, Joanna, Salome et reliquæ mulieres, ut postea venientes una sabbatorum, id est, Dominica, ungerent eum. Sed Maria Jacobi, quæ erat Deipara (ita enim tunc vocabatur, ut noverca Jacobi, qui appellabatur frater Domini), præ dolore non potuit per totam noctem sabbatum insequentem differre, sed vespere sabbatorum statim venit, hoc est, tarde post sabbatum. Sane quidam evangelistarum Vespere sabbatorum habent, ut solemus dicere, Tarde post horam, tarde post tempus (*Matth.* 28. 1 *in Græco*). Neque enim statim in vespera sabbati venit, sed vespere, id est, sero sabbatorum. Significat autem mediam noctem, vel paulo postea. Undenam id liquet? Ex eo quod secundum promissionem suam resurrecturus esset tertia die, sive in sancta Dominica. Ipsa enim tertia dies erat a Parasceve, in qua crucifixus fuerat. Dominica vero a septima noctis hora incipit (*a*), desinitque in sextam horam sequentis noctis. Et sic totam diem numerans non impinges in mundi creatione, ubi dicitur : *Et factum est vespere, et factum est mane, dies unus* (*Gen.* 1. 5). Postquam enim media nox præterivit, sol terram prætercurrens, partes orientales statim illuminat, etsi illud minime nobis appareat, atque matutinum illis gentibus efficit. Ita enim matutinum nobis aliis aliisque horis secundum solis accessum exhibetur : neque matutinum simile est apud omnes eodem tempore. Post mediam igitur noctem, illucescente Dominica, resurrexit Christus ex mortuis, id est, tertia die secundum Scripturas. Sancta itaque Virgo et Deipara Maria, quæ plus quam omnes doleret, cum sollicitudinis sociam invenisset Mariam Magdalenam (hæc enim diligentissima mulier erat; ideo a quatuor evangelistis [*Matth.* 28. 1. *Marc.* 16. 1. *Luc.* 24. 10. *Joan.* 20. 1] memoratur), venit statim post mediam noctem, nimirum vespere sabbatorum ad sepulcrum : non cum aromatibus (neque enim id ferebat tempus), sed tantum ut videret sepulcrum. Hæc prima profectio fuit venerandarum sanctarumque mulierum, quam narrat Matthæus evangelista (*Matth.* 28. 1). Deinde illis in monumentum ingressis, accidit repente terræ motus; angelus revolvit lapidem ex monumento, et sedit super eum. Dominus autem resurrexerat. Neque enim dixit evangelista, jam revoluto lapide, tunc Dominum exivisse de sepulcro; sed angelum revolvisse lapidem, et sedisse super eum. Nam Dominus, cum utpote Deus corpus suum incorruptione decorasset, etiamsi lapis monumento impositus esset, exivit inde : quemadmodum et vespera ipsius Dominicæ januis clausis ingressus est ad discipulos suos (*Joan.* 20. 19). Hæ autem duæ mulieres, nempe sancta Virgo Deipara et Maria Magdalena, cum timore et gaudio magno regressæ, ut apostolis annuntiarent resurrexisse Dominum, sicut dixerat ipsis angelus, et ut irent in Galilæam, ubi illum visuri erant, ipsi incarnato Verbo Deo obviam ierunt. Et cum dixisset illis, Gaudete, procumbentes, pedes ejus tenuerunt, et adoraverunt eum. Dominus vero non increpavit illas, quod ipsum tetigissent (in primis enim viderunt illum); imo potius consolatus est illas, dicens: *Nolite timere vos, sed ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, et ibi me videbunt* (*Matth.* 28. 10).

2. Hactenus Matthæus circa mulieres. Profectæ autem illæ ad discipulos, nuntiarunt ipsis et omnibus qui cum illis erant, verba angeli et verba Domini, et quomodo illum vidissent; neque hoc tantum, sed etiam quod pedes ejus tenuissent. Discipuli vero Domini ex magno et inenarrabili dolore, quem de cruce conceperant, ne audire quidem illas potuerunt (*Marc.* 16. 11). Et de Magdalena quidem nec verbum, puto, fecerunt; de Matre vero Domini, quam honorabant et reverebantur, in semetipsis dixerunt, doloris vim ipsius mente ii, visum, auditum, tactum turbasse et decepisse. Illa vero pura et splendida Virginis anima ex iis, quæ viderat et tetigerat, firmiter persuasa, hic subsistit, nec amplius cum discipulis contendit : neque ulterius ad monumentum profecta est, quod iis, quæ viderat, sine ulla dubitatione crederet. Maria vero Magdalene primo apostolis cessit, se quasi vilem et abjectam reputans, neque primæ visioni credidit; sed imaginariam tantum esse putans, secum assumit Joannam quampiam, alteram Mariam, aliasque mulieres cum aromatibus (*Luc.* 24. 10), ac pergit rursum noctu. Valde diluculo, id est, antequam multa lux effulgeret, cum diluculum seu crepusculum vix appareret, ingreditur cum cæteris ad monumentum : jam enim lapis revolutus erat (*Ibid. v.* 2). Corpus autem Domini non invenerunt, (quomodo enim invenissent?) dum autem apud se dubitarent, ecce adstiterunt illis viri duo (erant fortasse sancti angeli) in vestibus fulgidis. Illis vero timentibus, non modo quia metum intenderant angeli, sed quia increpantium speciem habebant, dixerunt illis : *Quid quæritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit* (*Ibid. v.* 5. 6). Animadverte, dilecte, quo pacto comprobetur hanc non esse primam mulierum ad sepulcrum profectionem : nam, si mulieres nihil vidissent vel audissent circa Domini resurrectionem, absurde increpassent illas his verbis : *Quid quæritis viventem cum mortuis?* Sed, ut palam est, cum jam audissent omnes a mulieribus, quæ Dominum viderant, et ab ipso audierant ipsius ad discipulos responsionem, neque credidissent; ideo nunc increpant illos angeli : erant enim quidam viri cum prædictis mulieribus. Quis hæc ait? Lucas evangelista. *Una*, inquit, *sabbatorum valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum, ferentes aromata quæ præparaverant; et quidam erant cum illis* (*Ibid. v.* 1). Deinde non modo increparunt illos angeli, sed etiam exprobrarunt illis dicentes : *Recordamini quomodo loquutus sit vobis, cum adhuc esset in Galilæa, dicens : Oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, et crucifigi, et tertia die resurgere. Et recordatæ sunt*, inquit, *verborum illius* (*Ibid. v.* 6-8). Deinde rursus abscedentes hi tum viri tum mulieres cum Maria Magdalene, hæc renuntiarunt discipulis, cum Maria Magdalene bis sepulcrum vidisset, alii vero semel. *Visa sunt autem*, inquit, *discipulis quasi deliramenta verba eorum, nec credebant ipsis* (*Ibid. v.* 11). Si quis autem quærat, cur evangelista viros illos non nominavit, qui in secunda profectione cum mulieribus abierunt; suspicor ego non fuisse de numero insignium, sed vel servos mulierum, vel qui sub earum manu essent. Certe cum Petrus excitatus, quod bis et a pluribus audisset resurrexisse Dominum, solusque statim ad monumentum abiisset, ipsius nomen evangelista

(*a*) Dies incipiebant a media nocte, more Romano, non Judaico.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

diserte posuit, dicens : *Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, et inclinato capite videt linteamina posita sola, et abiit secum mirans quod factum fuerat* (*Luc.* 24. 12). Observes velim, carissime, ipsum, cum jam primo solus venisset, ad monumentum intrare non ausum fuisse, sed inclinato tantum capite respexisse, et vidisse linteamina posita; quia locum totum nondum accurate viderat : qua de re jam speciatim acturus sum.

3. Hæc Lucas evangelista de secunda mulierum profectione narrat. Quid vero deinde? Ardebat animo Maria Magdalena, quod ne nunc quidem discipuli crederent, non sibi, non comitibus suis; sed verba sua quasi deliramenta haberent. Surgensque sola mane, id est, illucescente die, cum jam crepusculum præteriisset, sed adhuc tenebræ essent, in monumentum jam tertio venit : *Et vidit lapidem sublatum* ab ostio monumenti (*Joan.* 20. 1). *Currit ergo, et venit ad Simonem Petrum et Joannem* (*Ibid. v.* 2). Et vide prudentiam mulieris. Animo torquebatur, quod primo profecta cum Deipara, cum discipulis nuntiasset resurrectionem Christi, non ei creditum fuisset : ac rursus valde diluculo cum aliis mulieribus et viris profecta, quasi deliramenta dixisse visa fuisset. Torquebatur vero, non tantum quod sibi non crederetur, sed quod nullus eorum profectus esset ad monumentum, ut id videret; sed sive præ metu Judæorum, sive præ mœrore ingenti, omnes pene sederent quasi mortui, vixque Petrus solus excitaretur cum id secundo mulieres nuntiarent, ac profectus caput tantum inclinasset ad monumentum, quod non auderet eo ingredi, ut diximus. Ideo Magdalena Spiritu fervens ac divino sensu plena, rursus abiit, ut dictum est; idque mane sola et tertia vice : et cum invenisset lapidem sublatum e monumento, reversa ad discipulos, hæc apud se deliberabat : Si id omnibus dixero, rursus clamorem excitabo, et me insanientem arbitrabuntur. Nam si, cum hæc ego et alii comites nuntiaremus, non creditum est, quomodo soli credetur? Insigniores ergo et ferventiores alloquar, Petrum et Joannem. Verum hi quoque jam prius audierunt resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, ac præ summa incredulitate ob stupendum rei miraculum ita sunt affecti ac si nihil audissent. Quomodo ergo excitabo illos, ut tandem in monumentum se conferant, et quod factum est videant? Quid sit faciendum jam adinveni. Non dicam eis, Dominum resurrexisse, ne eodem recidam; sed rem probabiliorem et credibiliorem illis nuntiabo. Venit ergo Maria Magdalena, ut dictum est, ad Petrum et Joannem, et ait illis : *Tulerunt Dominum meum de monumento, et nescio ubi posuerunt eum* (*Joan.* 20. 2); ac si diceret : Audite me, servi Dei; an resurrexerit Dominus, necne, nescio quid vobis dicam : unum vobis affirmare possum, corpus ejus non esse in monumento : diligentia ergo vobis opus est, ut sciamus quis abstulit, et ubi posuit eum. Vides sapientiam mulieris. Nisi enim dicamus illam ita deliberavisse, in absurda incidemus. Quomodo enim illa, quæ pedes ejus cum sancta Deipara Maria tetigerat, et quæ denuo ab angelis audierat ipsum resurrexisse, jam quasi de mortuo loqueretur : *Tulerunt Dominum meum de monumento, et nescio ubi posuerunt eum?* Sed palam est eam arte et sapientia quadam hæc loquutam esse. Et statim illis persuasit. Neque enim magnum quidpiam erat corpus de monumento sublatum fuisse. Statim ergo festinaverunt ambo ad monumentum; sequutaque est illos admiranda mulier. Deinde intraverunt duo discipuli in monumentum : *Et viderunt linteamina sola posita, et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum* (*Ibid. v.* 5-7) : corpus vero non aderat. Tunc ergo, inquit, viderunt et crediderunt sublatum fuisse Dominum de monumento. Nam antea illo abierat solus Petrus; propter metum autem, et quod adhuc tenebræ essent, locum clare non viderat, ut nunc vidit cum matutina esset hora. Tunc ergo ambo viderunt, quod corpus Domini sublatum fuisset, ut dixerat Magdalena. Neque enim adhuc crediderunt illum resurrexisse. Unde id probas? Illud infert evangelista, postquam ingressus est Petrus in monumentum; de semetipso autem dicit : *Et vidit, et credidit. Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos* (*Joan.* 20. 8-10), nihil de resurrectione credentes. Atque illam tantam mulierem Mariam, etsi tam multa viderat et audierat, in dubitationem conjecerunt; ex summa scilicet erga illos reverentia hæc reputantem : Quia hactenus videbar aliquid tuto sentire, cum apostoli nondum monumentum vidissent, nec resurrectionem crederent; postquam vero videntes corpus ibi non esse, in eadem sententia perseverarunt, manifestum est me mulierem hæc imaginari, ac nihil certum vel audire, vel videre : at illi a Deo illuminati, erroris expertes manent, neque facile, ut nos mulieres, decipiuntur. Hac cogitatione exagitata Maria Magdalena flens mansit ad monumentum. Ac postquam Petrus et Joannes recesserant, iterum caput inclinat ad monumentum : *Et vidit duos angelos in albis sedentes;* et ab illis interrogata, *Mulier, quid ploras? quem quæris* (*Ibid. v.* 11-15)? respondit mulier : *Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum.* Deinde conversa, quia angeli surrexerunt, advenienteque illuc Domino, videns illum, non cognovit. Quare? Quia incorruptibili corpore indutus Dominus post resurrectionem, non noscebatur nisi a quibus volebat, et cum volebat. Ab ipso postea interrogata, *Mulier, quid ploras? quem quæris?* similia respondit iis, quæ angelis dixerat. Existimans enim illum esse præfectum horti, in quo erat monumentum, dicit ei : *Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum; et ego eum tollam.* Hæc responsionem, ut et superiorem quam angelis fecerat, non meditate, non simulate fecit Maria Magdalena, secus quam illam, qua discipulis respondit : his enim responderat ut ignorantibus, quo illos excitaret ad veniendum in monumentum. Ubi autem venerunt videruntque non illic esse corpus, neque tamen resurrectioni crediderunt; demum illa quoque sententiam mutavit, quod ipsos admodum reverereretur, et illorum opinionem sua certiorem esse existimaret. Ad angelos denique et ad Dominum conversa, certoque putans corpus a quibusdam sublatum fuisse, ita respondit. Utique Jesus, cum cor ejus, utpote Deus, videret, increpantis more clamavit, *Maria.* Illa autem, ejus cognita voce (nam bis illum viderat), procidit, ut prima vice, ad pedes ejus. Ille vero non placide ipsam admisit, ut antea; sed repulit illam, dicens, *Noli me tangere* (*Ibid. v.* 16. 17). Atqui antea duæ illæ mulieres pro lubito ejus venerandos et immaculatos pedes osculatæ sunt, nec quidpiam simile dicentem audierunt. Viden' Servatorem illam ut incredulam repulisse dixisseque, *Noli me tangere?* In priori namque occursu et visione permisit illis Dominus, ut pedes suos pro lubito tangerent et osculærentur, quo non ex visu et auditu tantum, sed etiam ex tactu inducerentur ad credendum eum, qui crucifixus et sepultus fuerat resurrexisse. Ideo enim jam Magdalena ab eo repellitur : utpote quæ post tot credendi argumenta mutata fuisset, audit illa : *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum.* His verbis increpat illam quod non crediderit, illiusque mentem excitat, cælestem Patrem commemorans, et suadens illi, ne putaret se illud tantum esse quod oculis percipiebatur, nempe hominem ex mortuis suscitatum; sed vere Deum, et Filium Dei verum, qui propter nos homo factus erat. Nam, *Dic*, inquit, *fratribus meis, Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum.* His auditis et visis Magdalena discipulos adit omnes : neque ultra dicit, *Tulerunt Dominum meum de monumento;* sed cum multa fiducia et loquendi libertate venit dicens, se vidisse Dominum. Et hæc illa dixit (*Ibid. v.* 18).

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀκοῦσαι λοιπὸν, καὶ παρὰ πλειόνων, ὅτι ἀνέστη ὁ Κύριος, καὶ ἀπελθόντος εὐθὺς μόνου εἰς τὸ μνημεῖον καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ῥητῶς ἐμνήσθη, καὶ τὴν προσηγορίαν ἔθηκεν, οὕτως εἰπών· *Ὁ δὲ Πέτρος ἀναστὰς ἔδραμεν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ παρακύψας βλέπει τὰ ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ ἀπῆλθε, πρὸς ἑαυτὸν θαυμάζων τὸ γεγονός.* Σημείωσαι, ἀγαπητὲ, ὡς ἐν πρώτοις ἀπελθὼν ἄρτι καὶ μόνος, οὐκ ἐτόλμησεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ μνημεῖον, ἀλλὰ παρέκυψε μόνον, καὶ εἶδε τὰ ὀθόνια κείμενα· ἐπεὶ οὐδὲ τὸν πάντα τόπον ἀκριβῶς εἶδε. Μέλλω γὰρ περὶ τούτου ἀκριβῶς ὑπομνήσειν σε.

γ'. Ταῦτα Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς, τὴν δευτέραν ἄφιξιν τῶν γυναικῶν ἀναγράψας, λέγει. Εἶτα μετὰ τοῦτο τί; Τὸ πνεῦμα τῆς Μαγδαληνῆς Μαρίας ἀνεφλέγετο, διότι οὐκ ἐπίστευσαν οὐδὲ νῦν οἱ μαθηταὶ οὔτε αὐτῇ, οὔτε τοῖς σὺν αὐτῇ, ἀλλ' ὡσεὶ λῆρον ἔχον τὰ ῥήματα αὐτῶν· καὶ ἀναστᾶσα μόνη πρωΐας γενομένης, τουτέστιν, αὐγασάσης τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ ὄρθρου λοιπὸν ἐξαφανισθέντος, σκοτίας δὲ ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον ἔρχεται τοῦτο ἤδη τρίτον, *Καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον* ἀπὸ τῆς θύρας τοῦ μνημείου. *Τρέχει οὖν, καὶ ἔρχεται πρὸς Σίμωνα Πέτρον καὶ Ἰωάννην.* Καὶ βλέπε σύνεσιν γυναικός. Ἐθλίβετο κατὰ ψυχὴν, ὅτι σὺν τῇ Θεοτόκῳ ἀνήγγειλε τοῖς μαθηταῖς τῇ πρώτῃ καθόδῳ περὶ τῆς ἐγέρσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐκ ἐπιστεύθη· καὶ πάλιν ὄρθρου βαθέος μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, καὶ τότε ὡσεὶ λῆρος ἐφάνη τὰ ῥήματα αὐτῆς. Ἐθλίβετο δὲ οὐχ ὡς ἀπιστηθεῖσα μόνον, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ διανέστη τις ἐξ αὐτῶν τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὸ μνημεῖον καὶ θεωρῆσαι· ἀλλ' εἴτε διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, εἴτε διὰ τὴν πολλὴν καὶ ἄφατον θλῖψιν ἐκάθηντο σχεδὸν πάντες ὡσεὶ νεκροὶ, μόλις μόνου τοῦ Πέτρου διεγερθέντος τῇ δευτέρᾳ τῶν γυναικῶν ἐπαγγελίᾳ, καὶ ἀπελθόντος καὶ παρακύψαντος μόνον εἰς τὸ μνημεῖον, ἐπεὶ οὐδὲ κἂν τολμήσαντος εἰσελθεῖν αὐτόθι, ὡς εἴπομεν. Διά τοι τοίνυν ταῦτα ἡ Μαγδαληνὴ τῷ πνεύματι ζέουσα, καὶ πλήρης οὖσα θείου φρονήματος, ἀπῆλθε πάλιν, ὡς εἴρηται, πρωῒ τῇ τρίτῃ καθόδῳ μόνη, καὶ εὑροῦσα τὸν λίθον ἠρμένον ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ ὑποστρέψασα πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐβουλεύσατο ἐν ἑαυτῇ ταῦτα, ὅτι Ἐὰν εἴπω τοῖς πᾶσι, πάλιν κραυγὴν ἐγερῶ καὶ μαινομένης ὑπόνοιαν κατ' ἐμαυτῆς. Εἰ γὰρ μετ' ἄλλων ἀπαγγείλασα οὐκ ἐπιστεύθην, πῶς μόνη πιστευθήσομαι; Μᾶλλον [162] τοῖς ἐξέχουσιν αὐτῶν καὶ θερμοτέροις λαλήσω, Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ. Ἀλλὰ καὶ οὗτοι προὐκάμνουσαν περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀπιστίας διὰ τὸ θαῦμα τοῦ πράγματος ὡς οὐδὲν ἀκηκόοτες γεγόνασι. Πῶς οὖν διεγείρω αὐτοὺς, εἰς τὸ πᾶν ὅλως ἐλθεῖν εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ θεωρῆσαι τὸ γεγονός; Ἴδιον, ὃ πράζω. Οὐ λέγω αὐτοῖς, ὅτι ἀνέστη ὁ Κύριος, ἐπεὶ πάλιν τοῖς αὐτοῖς περιπεσοῦμαι· ἀλλὰ πιθανωτάτην καὶ εὔπιστον ἐπαγγελίαν ἐρῶ αὐτοῖς. Ἔρχεται οὖν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία, ὡς εἴρηται, πρὸς τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην, καὶ λέγει αὐτοῖς· *Ἦραν τὸν Κύριόν μου ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν·* ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Ἀκούσατέ μου, δοῦλοι τοῦ Θεοῦ· εἴτε ἠγέρθη ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν, εἴτε καὶ μὴ, οὐκ οἶδά τι ὑμῖν εἰπεῖν· ἓν δὲ λέγω ὑμῖν ἀκριβῶς, ὅτι τὸ σῶμα αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ μνημείῳ· σπουδὴ οὖν ὑμῖν ὀφείλει γενέσθαι, ἵνα γνῶμεν τίς ὁ ἑπάρας αὐτὸν[a], καὶ ποῦ τέθεικεν. Εἶδες σοφίαν γυναικός. Εἰ μὴ γὰρ οὕτως εἴποιμεν αὐτῇ βεβουλεῦσθαι, ἀτόπως περιπεσούμεθα. Πῶς γὰρ ἡ ψηλαφήσασα τοὺς πόδας αὐτοῦ μετὰ τῆς ἁγίας Θεοτόκου Μαρίας, καὶ παρὰ τῶν ἀγγέλων δεύτερον ἀκούσασα, ὅτι ἠγέρθη, πάλιν ὡς περὶ νεκροῦ διηγεῖται, ὅτι *Ἦραν τὸν Κύριόν μου ἐκ τοῦ μνημείου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν;* Ἀλλὰ δῆλον, ὡς τεχνικὴ ἦν αὕτη ἡ ἀπολογία καὶ σοφή. Καὶ ἔπεισεν εὐθύς. Οὐδὲ γὰρ ἦν μέγα τὸ κλαπῆναι τὸ σῶμα ἐκ τοῦ μνημείου. Ὥρμησαν οὖν οἱ δύο εὐθὺς ἐπὶ τὸ μνημεῖον· συνηκολούθησε δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ θαυμαστὴ ἐκείνη γυνή. Εἶτα εἰσῆλθον οἱ δύο μαθηταὶ εἰς τὸ μνημεῖον, *Καὶ εἶδον τὰ τε ὀθόνια κείμενα μόνα, καὶ τὸ σουδάριον, ὃ ἦν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, χωρὶς ἐντετυλιγμένον·* τὸ δὲ σῶμα οὐδαμοῦ. Τότε οὖν, φησὶν, εἶδον καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι ἦραν τὸν Κύριον ἐκ τοῦ μνημείου. Καὶ γὰρ πρὸ τούτου ἦν ἀπελθὼν ἐκεῖ μόνος ὁ Πέτρος· διὰ δὲ τὸν φόβον, καὶ τὸ ἔτι εἶναι ἀκροσκοτίαν, τηλαυγῶς τὸν τόπον οὐκ ἐθεώρησεν, ὡς νυνὶ πρωΐας γενομένης. Εἶδον οὖν τότε ἀμφότεροι, καὶ ἐπίστευσαν, ὅτι ἦραν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, ὡς εἶπεν ἡ Μαγδαληνή. Οὐδὲ γὰρ ὅτι ἠγέρθη ἐπίστευσαν. Πόθεν μοι τοῦτο παριστᾷς; Αὐτὸς ἐπιφέρει ὁ εὐαγγελιστὴς μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τὸν Πέτρον εἰς τὸ μνημεῖον· περὶ ἑαυτοῦ δὲ λέγει, *Καὶ εἶδεν καὶ ἐπίστευσεν. Οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν τὴν Γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταὶ,* μηδὲν περὶ τῆς ἀναστάσεως πιστεύσαντες. Ὁμοῦ καὶ τὴν τηλικαύτην Μαρίαν, καίτοι τοσαῦτα θεωρήσασαν καὶ ἀκούσασαν, εἰς ἐνδυασμὸν ἐνέβαλον, ἀπὸ ἄκρας εὐλαβείας ταῦτα λογισαμένην, ὅτι Μέχρι τοῦ νῦν ἐδόκουν τι ἀσφαλὲς φρονεῖν, τῶν ἀποστόλων μὴ θεασαμένων τὸ μνημεῖον, καὶ ἀπιστούντων τῇ ἀναστάσει· ἀφ' οὗ δὲ ἀρτίως καὶ θεωρήσαντες μὴ ὂν ἐνταῦθα τὸ σῶμα, ἐπὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ κρατοῦνται, δῆλον ὡς ἐγὼ γυνὴ οὖσα φαντάζομαι, καὶ οὐδὲν ἀκριβές; οὔτε ἀκούω οὔτε βλέπω· ἀλλ' ἐκεῖνοι θεσθεν πεφωτισμένοι ἀπλανεῖ; διαμένουσι, καὶ οὐκ εὐχερῶς ἀπατῶνται. ὡς γυναῖκες ἡμεῖς. Ταύτῃ τοίνυν τῇ γνώμῃ διασεισθεῖσα Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἐπέμεινε κλαίουσα πρὸς τὸ μνημεῖον. Καὶ ἀναχωρησάντων Πέτρου καὶ Ἰωάννου, παρακύπτει πάλιν εἰς τὸ μνημεῖον, *Καὶ βλέπει καθημένους δύο ἀγγέλους ἐν λευκοῖς.* Καὶ ἐρωτηθεῖσα παρ' αὐτῶν, *Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς;* ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ, *Ὅτι ἦραν τὸν Κύριόν μου, καὶ οὐκ οἶδα ποῦ ἔθηκαν αὐτόν.* Εἶτα στραφεῖσα, ἐν τῷ τοὺς ἀγγέλους ἀναστῆναι ἐλθόντος ἐκεῖσε τοῦ Κυρίου, καὶ ἰδοῦσα αὐτὸν, οὐκ ἐγνώρισε. Διὰ τί; Ἀφθάρτῳ γὰρ ἦν λοιπὸν τῷ σώματι ἠμφιεσμένος ὁ Κύριος μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καὶ οὐκ ἐγνωρίζετο, εἰ μὴ παρ' οἷς ἤθελε, καὶ ὅτε ἐβούλετο. Εἶτα καὶ παρ' αὐτοῦ ἐρωτηθεῖσα, *Γύναι, τί κλαίεις; τίνα ζητεῖς;* ἀπεκρίθη ὁμοια τοῖς πρὸς τοὺς ἀγγέλους. Νομίσασα γὰρ αὐτὸν ὑπάρχειν τὸν προεστηκότα τοῦ κήπου, ἐν ᾧ ἦν τὸ μνημεῖον, λέγει αὐτῷ· *Κύριε, εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι, ποῦ ἔθηκας αὐτὸν, κἀγὼ αὐτὸν ἀρῶ.* Ταύτην τὴν ἀπόκρισιν [163] καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἀγγέλους οὐκ ἔτι μετὰ μελέτης τινὸς καὶ ὑποκρίσεως ἡ Μαγδαληνὴ ἐποιήσατο, καθάπερ καὶ πρὸς τοὺς μαθητάς· ἐκείνοις μὲν γὰρ ἀπεκρίνατο, ἅτε ἀγνοοῦσιν, εἰς τὸ διεγεῖραι αὐτοὺς πάντας ἐλθεῖν εἰς τὸ μνημεῖον· ἐπειδὴ δὲ ἦλθον, καὶ εἶδον μὴ ὂν ἐκεῖ τὸ σῶμα, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπίστευσαν τῇ ἀναστάσει, λοιπὸν καὶ αὐτὴ ἐτράπη τῇ γνώμῃ, καὶ τοῦτο ὡς λίαν εὐλαβὴς παθοῦσα, καὶ τὴν ἀκριβῆ γνώμην δοκιμάσασα μᾶλλον ἔχειν ἀποστόλους ὑπὲρ ἑαυτήν. Τοῖς δὲ ἀγγέλοις καὶ τῷ Δεσπότῃ μετατραπεῖσα λοιπὸν, καὶ ἀληθῶς πεπεισμένη ὡς ἀρθέντος ὑπό τινων τοῦ σώματος ἐκ τοῦ μνημείου. οὕτως ἀπεκρίθη. Ἀμέλει ὁ Ἰησοῦς θεωρήσας τὴν καρδίαν αὐτῆς, ὡς Θεὸς, ἐπιπληκτικῶς ἀνέκραξεν αὐτῇ· *Μαρία.* Τῆς δὲ λοιπὸν ἐπιγνούσης τὴν φωνὴν αὐτοῦ (δεύτερον γὰρ αὐτῇ ὤφθη τοῦτο), καὶ πεσούσης πάλιν, ὡς τῇ πρώτῃ καθόδῳ, πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐκ ἔτι εὐμενῶς αὐτῇ προσηνέχθη, ὡς τότε, ἀλλὰ καὶ ἀπώσατο, εἰπών· *Μή μου ἅπτου.* Καὶ μὴν τὸ πρότερον ἠτόνησαν καταφιλοῦσαι τοὺς τιμίους καὶ ἀχράντους αὐτοῦ πόδας αἱ δύο γυναῖκες, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἤκουσαν παρ' αὐτοῦ. Ὁρᾷς, ὅτι ὡς ἀληθῶς ἀπιστήσασαν αὐτὴν ἀπωθεῖται ὁ Σωτὴρ λέγων· *Μή μου ἅπτου.* Τότε γὰρ πρώτη κάθοδος ἦν τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου, καὶ συνεχώρησεν αὐταῖς ἅπτεσθαι καὶ καταφιλεῖν ἀφειδῶς τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἵνα ὑπὲρ τὴν ὅρασιν καὶ τὴν ἀκοὴν τῇ ἁφῇ μᾶλλον πιστωθῶσιν, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς καὶ ταφεὶς ἀνέστη [b]. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἀπωθεῖται νῦν ἡ Μαγδαληνὴ παρ' αὐτοῦ· ὡς μετὰ τοσαύτην πίστωσιν μεταπεῖσα ἀκούει, *Μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου.* Διὰ τούτων τῶν ῥημάτων καὶ ἐπιτιμᾷ ὡς ἀπιστησάσῃ, καὶ διεγείρει τὸν νοῦν αὐτῆς, ὑπομιμνήσκων τοῦ οὐρανίου Πατρὸς, καὶ πείθων μὴ νομίζειν αὐτὸν εἶναι τοῦτο μόνον τὸ ὁρώμενον, ἄνθρωπον ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντα, ἀλλὰ Θεὸν ὄντως, ὡς Υἱὸν Θεοῦ ἀληθινὸν, δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα. *Εἰπὲ γὰρ, φησὶ, τοῖς ἀδελφοῖς μου, Ἀναβαίνω πρὸς τὸν Πατέρα μου, καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν.* Ταῦτα ἀκούσασα καὶ θεωρήσασα ἡ Μαγδαληνὴ ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς πάντας· καὶ οὐκέτι λέγει,

[a] Αὐτό v. l. apud Savil.

[b] Αὐτός ἐστι v. l. ap. Savil., et mox ἀκούῃ pro ἀκούει.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὅτι *Ἑώρακε τὸν Κύριόν μου ἐκ τοῦ μνημείου*, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς πεποιθήσεως καὶ *παῤῥησίας* ἦλθε λέγουσα, ὅτι ἑώρακε [a] τὸν Κύριον. Καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

δ'. Μέχρι τούτου καὶ οὗτος ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν τρίτην κάθοδον τῶν εἰς τὸ μνῆμα ἀφίξεων ἐξηγήσατο, γενομένην πρωΐ, σκοτίας ἔτι οὔσης, εἰς τὸ μνημεῖον. Ἔστι δὲ οὗτος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος, ὃν ἡγάπα ὁ Ἰησοῦς διὰ πολλὰ δικαίᾳ κρίσει καὶ θεοπρεπεῖ. Λείπεται δὲ ἡμῖν λοιπὸν ἡ τετάρτη πρὸς τὸ μνημεῖον ἄφιξις τῶν γυναικῶν, ἣν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ᾠκονομήθη Μάρκος ἀναγράψασθαι ὁ εὐαγγελιστής. Καὶ πόθεν δῆλον, ὅτι τετάρτη ἄφιξίς ἐστιν ἡ ὑπὸ τοῦ Μάρκου ἱστορηθεῖσα; Ὁ καιρός, δηλονότι. Μόνος γὰρ ὁ Μάρκος τὰς γυναῖκας ἐληλυθέναι γράφει, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Τί γὰρ καὶ λέγει; *Μαρία*, φησὶν, *ἡ Μαγδαληνὴ* (οἱ τέσσαρες γὰρ αὐτῆς ἐμνήσθησαν εὐαγγελισταὶ, ὡς προλέλεκται) σὺν ἄλλαις γυναιξὶν ἐχούσαις προητοιμασμένα μύρα. *Διαγενομένου* τοίνυν *τοῦ σαββάτου, πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου.* Τέως; σκοπήσωμεν τίνος χάριν ἡ Μαγδαληνὴ μετὰ τρεῖς ὀπτασίας πάλιν ἀπέρχεται σὺν αὐταῖς ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ ταῦτα μύρα καὶ ἀρώματα ἐπιφερομέναις, καὶ νομιζούσαις; τὸ σῶμα εὑρίσκειν ἐν τῷ τάφῳ. Ἄκουε, ἀγαπητὲ, νουνεχῶς. Τρανῶς πιστωθεῖσα διὰ τῆς τρίτης θεοπτίας περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ διαμαρτυραμένη τοῖς μαθηταῖς τηλαυγῶς. ὅτι ἑώρακε τὸν Κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ, ὡς προείπαμεν, οὐκέτι ἐνεδύασεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ εἶδε Μαρίαν τὴν τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ ὄντως μητέρα, καὶ Σαλώμην καὶ ἄλλας γυναῖκας παραγενομένας εἰς τὸ μνημεῖον, ἐχούσας δὲ καὶ αὐτὰς ἀρώματα, καὶ θέλειν νῦν ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου πορευθῆναι, συνῆλθεν αὐταῖς, οὐχ ὡς [161] ἐνδυάζουσα, ἀλλ' ὡς ὁδηγοῦσα καὶ χαίρουσα καὶ σκιρτῶσα τῷ πολλάκις βλέπειν τὸν τάφον κενὸν, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκυλευμένον. Αἱ δὲ ἄλλαι γυναῖκες ἢ οὐκ ἦκουσαν, ἢ κἂν ἤκουσαν, ἀλλ' οὕτω ψιλῶς ἤκουσαν τὸν λόγον λαλούμενον, καὶ συγγνωσταὶ ἦσαν μηδὲν ἀκριβὲς ἐπιστάμεναι. Ἀμέλει, φησὶ, *Καὶ ἔλεγον πρὸς ἑαυτάς*· οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν Μαγδαληνὴν εἶπον, ἀλλὰ *πρὸς ἑαυτάς*· *Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος.* Ἦν γὰρ μέγας σφόδρα. Ὁρᾷς, ὅτι οὔπω περὶ τοῦ λίθου ἦσαν ἠκριβωμέναι αὗται, ὥσπερ αἱ παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ τῷ Λουκᾷ γυναῖκες, καὶ οἱ ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεάσαντο. Εἶτα *Εἰσελθοῦσαι*, φησὶν, *εἰς τὸ μνημεῖον, εἶδον νεανίσκον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, περιβεβλημένον στολὴν λευκὴν, καὶ ἐξεθαμβήθησαν.* Ὁ δὲ οὐκ ἐπετίμησεν αὐταῖς, ὥσπερ ταῖς παρὰ τῷ Λουκᾷ καὶ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ αὐτὸς ὁ Κύριος· ᾔδει γὰρ ὅτι ἐν πρώτοις ἐληλύθεισαν. Ἀλλ' οὐδὲ τῇ Μαγδαληνῇ ἐπέπληξεν· ἔγνω γὰρ διὰ τῆς χαρᾶς τοῦ προσώπου αὐτῆς, ὡς οὐκ ἐνδυάζουσα περὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ Σωτῆρος ἐλήλυθε νῦν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, ἀλλὰ τὸ γενόμενον ἀγαλλιῶσα καὶ χαίρουσα. Ὅθεν οὐ μόνον, ὡς εἶδον, οὐκ ἐπετίμησεν, ἀλλὰ καὶ ἀνεκτήσατο αὐτὰς ἐκ τοῦ φόβου, καθάπερ καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ὁ παρὰ τῷ Ματθαίῳ. Τί εἶπών; *Μὴ ἐκθαμβεῖσθε, Ἰησοῦν ζητεῖτε τὸν Ναζαρηνὸν, τὸν ἐσταυρωμένον· ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἴδε ὁ τόπος, ὅπου ἔθηκαν αὐτόν. Ἀλλ' ὑπάγετε, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τῷ Πέτρῳ ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, καθὼς εἶπεν ὑμῖν.* Καλῶς δὲ πρόσκειται ἐνταῦθα, *Καὶ τῷ Πέτρῳ.* Εἰ μὴ γὰρ ῥητῶς ἐδηλώθη αὐτῷ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Γαλιλαίαν μετὰ τῶν ἄλλων μαθητῶν, οὐκ ἄν, οἶμαι, ἐπίστευσεν, ὅτι διηλλάγη αὐτῷ ὁ Κύριος περὶ τῆς ἀρνήσεως. *Ἐξελθοῦσαι οὖν ταχὺ αἱ γυναῖκες ἔφυγον ἀπὸ τοῦ μνημείου. Εἶχε δὲ αὐτὰς τρόμος καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ.* Ἰδοὺ κἀντεῦθεν ἐκ τοῦ μηδὲν αὐτὰς μηδενὶ εἰπεῖν δείκνυται, ὅτι ἕτεραί εἰσιν αἱ γυναῖκες αὗται παρὰ τὰς πρώτας χωρὶς τῆς Μαγδαληνῆς, καὶ ὅτι ἄλλη κάθοδος αὕτη τῆς εἰς τὸ μνημεῖον ἐλεύσεως παρὰ τὰς προειρημένας τρεῖς· καὶ οὐχ ὡς φασιν οἱ ἄθεοι καὶ πολύθεοι, γενόμενοι τύραννοι καὶ παραβάται. Μία γέγονεν ἄφιξις τῶν γυναικῶν ἐπὶ τὸ μνημεῖον, καὶ περὶ τὴν ἱστορίαν οἱ εὐαγγελισταὶ διεφώνησαν. Δῆλον γάρ ἐστι καὶ ἐκ τῶν καιρῶν, καὶ ἐκ τῶν προσώπων, καὶ ἐκ τῶν τρόπων τῆς πρὸς τοὺς μαθητὰς ἐπαγγελίας καὶ σιωπῆς, ὡς διάφοροι καὶ αἱ γυναῖκες, καὶ αἱ πρὸς τὸ μνημεῖον ἄφιξεις. Ὅθεν συνελόντα φάναι, παρὰ μὲν γὰρ τῷ Ματθαίῳ ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ τοῦ Ἰακώβου λεγομένη, ἥτις ἦν ἡ Θεοτόκος, ἦλθον μόναι εἰς τὸ μνημεῖον ὀψίας σαββάτων, ἐπιφωσκούσης Κυριακῆς, τουτέστι, βραδὺ τῶν σαββάτων. ὡς εἴπομεν· παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ πάλιν ἡ Μαγδαληνὴ Μαρία καὶ Ἰωάννα καὶ Μαρία Ἰακώβου καὶ ἄλλαι τινές. Ταύτην δὲ τὴν Ἰακώβου Μαρίαν, οὐ λέγω εἶναι τὴν Θεοτόκον, εἰ καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ οὕτως ἐχρημάτισεν (οὐ γὰρ λίαν αὐτῆς παρὰ πᾶσι τετιμημένης, τρίτην ταύτην ἔταττεν ἐνταῦθα ὁ εὐαγγελιστὴς, λέγω δὴ μετὰ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν ἢ μετὰ Ἰωάνναν τινά)· ἀλλ' ἢ ἄλλου τινὸς Ἰακώβου ἦν αὕτη, ἢ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ ὄντως ἐτύγχανε μήτηρ· οὕτω γὰρ ὁ Μάρκος καὶ περὶ αὐτῆς ἐμνημόνευσεν. Αὗται οὖν αἱ παρὰ τῷ Λουκᾷ γυναῖκες οὐκ ἔτι ὀψὲ σαββάτων, ἀλλὰ ὄρθρου βαθέος ἦλθον εἰς τὸ μνημεῖον· παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ μόνῃ ἡ Μαγδαληνὴ ἀναγέγραπται πορευθεῖσα, οὐκέτι ὀψὲ σαββάτων, ἀλλ' οὐδὲ ὄρθρου βαθέος, ἀλλὰ πότε; Πρωΐ, πλὴν σκοτίας οὔσης ἔτι· τινὲς γὰρ οὕτως αὐτὸ ἐξέλαβον. Καὶ σὺν αὐτῇ παραχρῆμα πάλιν οἱ ἀπόστολοι Πέτρος καὶ Ἰωάννης, ὅτε τῇ οἰκείᾳ ἀπιστίᾳ καὶ αὐτὴν παρεσκεύασαν συναπιστῆσαι. Παρὰ δὲ τῷ Μάρκῳ πάλιν ἡ Μαγδαληνὴ ἡ τέτραυλος καὶ ἀνδρεία γυνὴ, καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ ὄντως μήτηρ. Σημείωσαι, ἀγαπητὲ, τοῦ Ἰακώβου τοῦ μικροῦ. Ἡ γὰρ Θεοτόκος τοῦ μεγάλου Ἰακώβου ἐχρημάτιζε μήτηρ, ἦγουν μητρυιά. Ἦν δὲ μετ' αὐτῶν καὶ Σαλώμη, καὶ ἄλλαι τινὲς ἐν τῇ τετάρτῃ ταύτῃ καθόδῳ. Ἐπορεύθησαν δὲ αὗται ἐπὶ τὸ μνημεῖον, [165] οὐκ ὀψίας σαββάτων, οὐδὲ ὄρθρου βαθέος, ἀλλ' οὐδὲ πρωΐ, σκοτίας ἔτι οὔσης, ἀλλὰ μᾶλλον πρωῒ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ὡς εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής. Ὅθεν δείκνυται, ὡς τὸ λεγόμενον πρωΐ ἐγγίζει μᾶλλον τῇ ἀνατολῇ τοῦ ἡλίου, καὶ οὐχὶ ὄρθρος βαθύς. Τοῦτο δέ μοι εἴρηται, ἀγαπητοὶ, διὰ τό τινας τῶν πρὸ ἡμῶν εἰρηκέναι, ὡς δευτέρα κάθοδός ἐστιν ἡ παρὰ τῷ εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ πρωῒ λεγομένη γεγενῆσθαι, σκοτίας ἔτι οὔσης, καὶ τρίτη ἡ παρὰ τῷ Λουκᾷ, ὄρθρου βαθέος. ὡς τοῦ πρωῒ πρώτου γενομένου, καὶ μετὰ τοῦτον τοῦ ὄρθρου ἐπιτέλλοντος· ὅπερ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προχείρου δοκεῖ μοι τὸ ἄτοπον ἔχειν, καὶ ἐκ τοῦ λέγειν δὲ Μάρκον τὸν εὐαγγελιστὴν, ὡς ἅμα πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἦλθον αἱ γυναῖκες ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου. Εἰ δὲ ὄρθρου, ἦν μετὰ τὸ πρωΐ, δῆλον ὅτι τὸν ὄρθρον εἶχε κωλύειν ἡ ἀνατολὴ [c] τοῦ ἡλίου, καὶ οὐχὶ τῷ πρωΐ. Καὶ ὁ Δανιὴλ δὲ περὶ τοῦ Δαρείου λέγων, οὕτω φησί· *Τότε ὁ βασιλεὺς ἀνέστη πρωῒ ἐν τῷ φωτὶ, καὶ ἐν σπουδῇ ἦλθεν ἐπὶ τὸν λάκκον.* Ἄλλως τε καὶ εἰ δευτέρα ἦν κάθοδος ἡ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, τρίτη δὲ ἡ παρὰ τῷ Λουκᾷ, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα περὶ τὴν ἱστορίαν ἐδείκνυτο ἄτοπα, πλὴν καὶ ταῦτα· Πῶς ἐδύναντο Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀπελθόντες καὶ εἰσελθόντες καὶ αὐτοψὶ θεωρήσαντες τὰ ἔσω τοῦ μνημείου, ὡς αὐτὸς Ἰωάννης λέγει, πάλιν ὕστερον τῶν γυναικῶν ἀπαγγελλουσῶν αὐτοῖς, ὡς ὁ Λουκᾶς φησι, τὰ τῶν ἀγγέλων ῥήματα, ὡς λῆρον ἔχειν τὰ λεγόμενα; ἢ πῶς ὁ Πέτρος μόνος εἶχεν ὁρμῆσαι πρὸς τὸ μνημεῖον, καὶ μὴ τολμῆσαι εἰσελθεῖν, ἀλλ' ἔξωθεν παρακύπτειν, ὡς ξενιζόμενος τὸ πρᾶγμα καὶ φοβούμενος, εἴγε πρότερον ἀπῆλθε μετὰ Ἰωάννου, καὶ εἰσῆλθε καὶ κατεσκόπησεν ἀκριβῶς; Ἄτοπον οὖν, ὡς οἶμαι, προτέραν λέγειν τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ τῆς παρὰ τῷ Λουκᾷ ἱστορίας. Λείπεται δὲ εἰπεῖν ἄρτι, πόσαι εἰσὶ Μαρίαι, ὧν οἱ εὐαγγελισταὶ ἐμνημόνευσαν. Πολλοὶ γὰρ περὶ αὐτῶν διηνέχθησαν. Οἶμαι οὖν αὐτὰς πέντε ὑπάρχειν. Ἀλλὰ προσέχετέ μοι μετὰ πάσης ἀκριβείας. Ἔστι τοίνυν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, ἀφ' ἧς ὁ Κύριος ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· ὅθεν καὶ σπουδαία γέγονεν ἡ γυνὴ διὰ τὴν ἀντίδοσιν τῆς τηλικαύτης εὐεργεσίας. Καὶ Μαρία Ἰακώβου· οὕτω καλουμένη ἐστὶν ἡ Θεοτόκος, ὡς εἴπομεν. Ἐπειδὴ γὰρ διὰ τὸ ἄπιστον καὶ μέγα τοῦ θαύματος οὐκ ἠδύνατο ἡ ἀλήθεια τοῦ ἀσπόρου τόκου τηνικαῦτα φανερωθῆναι (ἦ γὰρ ἂν ἐκινδύνευσεν ἡ παρθένος λιθοβο-

[a] Λέγουσα ὅτι Ἑωράκαμεν v. l. apud Savil.

[b] Supple καί, monente Savilio.

[c] Hic legendum conjicit Sav.l. κολλῆσαι τῇ ἀνατολῇ et mox τὸ πρωΐ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

4. Hactenus hic evangelista tertiam ad monumentum profectionem enarravit, quæ contigit mane cum adhuc tenebræ essent. Hic porro Joannes est Theologus, quem diligebat Jesus multis de causis et ex justo judicio, ut Deum decebat. Restat demum quarta ad monumentum profectio mulierum, quam Spiritu sancto dispensante descripsit Marcus evangelista. Et unde constat profectionem a Marco enarratam esse quartam? Tempus ipsum id declarat. Solus enim Marcus scribit mulieres venisse orto jam sole. Quid enim dicit? *Maria Magdalena* (nam quatuor evangelistæ illam memorarunt, ut supra dictum est), venit cum aliis mulieribus, quæ habebant unguenta parata (*Marc.* 16. 1). Itaque *Cum transisset sabbatum, mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole.* Interim exploremus, cur Magdalena post tres visiones rursum abit ad monumentum cum ipsis, imo et unguenta aromataque ferentibus, ac putantibus se corpus in sepulcro reperturas esse. Audi, carissime, et prudenter considera. Cum ex triplici jam et divina visione certo sciret et crederet Maria Magdalena resurrexisse Dominum, atque discipulis clare testificata esset se Dominum vidisse, post hæc, ut diximus, non ultra dubitavit. Sed quia vidit Mariam Jacobi minoris et Josæ matrem, et Salomen aliasque mulieres euntes in monumentum, habentes aromata, velleque illas orto jam sole illo pergere, cum illis profecta est, non ut dubitans, sed ut viæ dux gaudens et exsultans, quod sæpe sepulcrum vacuum videret, et infernum spoliatum. Reliquæ vero mulieres vel non audierant, vel leviter audierant id quod dictum fuerat, compertumque est eas nihil accurate scivisse. Et certe *Loquebantur*, inquit, *ad invicem;* non enim ad Mariam Magdalenam, sed ad invicem: *Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt revolutum lapidem: erat quippe magnus valde* (*Ibid. v.* 3. 4). Viden', eas de lapide nondum accurate scivisse, quod et illæ, quæ a Matthæo et Luca memorantur, necnon apostoli Petrus et Joannes ipsis oculis viderant. Deinde *Introeuntes*, inquit, *in monumentum, viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, et obstupuerunt* (*Ibid. v.* 5). Ille vero non increpavit eas, ut ipse Dominus increpavit eas, quæ a Luca et Joanne memorantur: sciebat enim illas tum primo venisse. Sed neque Magdalenam increpavit: a lætitia enim vultus ejus noverat illam non dubitantem de resurrectione Servatoris venisse ad monumentum, sed de re gesta gaudere et exsultare. Unde non solum non increpavit, ut dixi, sed etiam a timore recreavit illas, quemadmodum et primus angelus apud Matthæum. Quid dixit? *Nolite expavescere. Jesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic: ecce locus ubi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis ejus et Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis* (*Ibid. v.* 6. 7). Bene additur hic, *Et Petro.* Nisi enim diserte dictum fuisset ut cum aliis discipulis abiret in Galilæam, non puto creditурum fuisse Dominum sibi reconciliatum esse circa negationem. Mulieres ergo statim *Exeuntes, fugerunt de monumento: invaserat enim eas tremor et pavor, et nemini quidquam dixerunt: timebant enim.* Hinc certo, quod nemini quidquam dixerint, probatur has mulieres diversas esse a prioribus, una excepta Magdalena; et hanc ad monumentum profectionem aliam esse a tribus prædictis: neque ut dicunt impii, ac multis diis servientes, tyranni et prævaricatores, una sola fuit mulierum ad monumentum profectio, neque in hac historia evangelistæ sibi mutuo dissentiunt. Palam enim est et ex temporibus et ex personis, et ex modo factæ discipulis promissionis, itemque ex silentio, diversas fuisse et mulieres, et profectiones ad monumentum. Quamobrem, ut compendio dicam, apud Matthæum Magdalena, et ea quæ dicitur Jacobi mater, quæ est Deipara, venerunt solæ ad monumentum vespere sabbatorum, illucescente Dominica, id est, tarde in sabbatis, ut diximus: apud Lucam vero rursum Maria Magdalena et Joanna et Maria Jacobi et aliæ quædam. Hanc Mariam Jacobi non dico esse Deiparam; etiamsi hæc apud Matthæum ita vocata sit: cum enim illa admodum apud omnes honoraretur, non illam hic tertiam nominasset evangelista, post Mariam nempe Magdalenam, et Joannam quampiam; sed vel alterius Jacobi erat mater, vel Jacobi minoris et Josæ: ita enim illam Marcus memoravit. Hæ igitur quæ apud Lucam feruntur mulieres, non vespere sabbatorum, sed valde diluculo venerunt ad monumentum. Apud Joannem vero sola Magdalena profecta scribitur; non ultra vespere sabbatorum, nec valde diluculo, sed quandonam? Mane, sed cum adhuc tenebræ essent: quidam enim id ita intellexerunt. Et cum illa statim postea apostoli Petrus et Joannes, cum per incredulitatem suam id effecerunt, ut ipsa quæque non crederet. Apud Marcum vero rursum Maria Magdalena, illa quadruplicis certaminis et virilis mulier, et Maria Jacobi minoris et Josæ mater. Jacobi minoris; id observa, dilecte. Nam Deipara Jacobi majoris mater appellabatur, nempe noverca ejus. Erat autem cum illis in hac quarta profectione Salome, et aliæ quæd. m. Hæ vero perrexerunt in monumentum, non vespere sabbatorum, non valde diluculo, non mane cum adhuc tenebræ essent; sed mane orto jam sole, ut dixit evangelista. Unde arguitur, id quod dicitur mane proximum esse ortui solis, non item primum diluculum. Hoc autem dixi, carissimi, quia quidam majorum nostrorum dixerunt secundam profectionem fuisse eam, quæ a Joanne evangelista narratur, quæ dicitur contigisse mane cum adhuc tenebræ essent; et tertiam quæ a Luca describitur, valde diluculo, quasi primo mane, quod cum crepusculo incipiat: id quod vel primo intuitu mihi absurdum videtur; tum etiam quod Marcus evangelista dicat, mane una sabbatorum venisse mulieres ad monumentum orto jam sole. Si autem diluculum erat post illud, *mane*, palam est ortum solis, diluculo, non matutino officere debuisse. Daniel certe de Dario loquens, sic ait: *Tunc rex surrexit mane in luce, et festinus ad lacum perrexit* (*Dan.* 6. 15). Alioquin si profectio illa, quæ apud Joannem, esset secunda, et quæ apud Lucam, tertia, multa alia in hac historia probarentur absurda; verbi gratia isthæc: Quomodo poterant Petrus et Joannes, qui illo perrexerant, intraverant, viderantque omnia quæ erant intra monumentum, ut ipse Joannes dicit, mulieribus referentibus angelorum verba, ut Lucas ait, illa habere ut deliramenta? aut quomodo Petrus solus perrexisset ad monumentum, nec ausus fuisset intrare, sed a foris inclinasset caput, quasi perculsus et formidolosus; si jam antea illo profectus cum Joanne, ingressus fuisset, et accurate explorasset? Absurdum ergo est, ut puto, dicere, profectionem quæ apud Joannem est, eam quæ a Luca narratur præcessisse. Reliquum est ut jam dicamus, quot sunt illæ Mariæ, quas evangelistæ commemorant: multi enim circa illas disputarunt. Existimo itaque illas fuisse quinque. Sed attendite mihi cum omni studio. Est itaque Maria Magdalene, a qua Christus ejecerat quinque dæmonia: unde virtutis studiosa mulier fuit, ut tanti beneficii vicem rependeret. Maria Jacobi, sic vocatur Deipara, ut diximus. Quia enim, quod vix credibile et magnum esset miraculum, non poterat partus sine semine veritas tunc declarari (alioquin periculum fuisset ne virgo lapidaretur, si vel rumor sparsus fuisset Christum non esse Josephi filium): hujus rei gratia apud omnes uxor Josephi appellabatur, eratque quasi noverca Jacobi filii Josephi. Quod si quis contra dixerit, Cur illa non Josephi ut viri, sed Jacobi ut noverca ejus dicitur? facilis est solutio. Maximum quippe Jacobi nomen erat apud omnes, utpote qui religiosus esset, temperans, justus: et sane Jacobus justus apud omnes vocabatur. Alioquin vero suspicor mortuum fuisse Josephum, cum Jesus triginta annorum esset, et prædicaret evangelium. Nam cum infans Dominus, atque etiam cum duodecim annorum esset, Joseph memoratur in Evangeliis; tempore autem mi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δ'. *Ὀφθήσεται τοίνυν τὸ σημεῖον τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ*. Ὀφθήσεται τοῦ ξύλου φέρων τὴν εἰκόνα, ἀλλὰ φωτὸς ἐκλάμπων ἀκτῖνα. Ὅταν δὲ ὀφθῇ ὁ σταυρὸς, καλυφθήσεται ὁ ἥλιος, οὐκ ἀφανιζόμενος, ἀλλὰ τῇ ὑπερβολῇ τῆς δόξης σκεπόμενος· καλυφθήσεται καὶ ἡ σελήνη, κρυβήσονται καὶ οἱ ἀστέρες, μᾶλλον δὲ πεσοῦνται, ὡς γέγραπται· *Ὁ ἥλιος*, φησὶ, *σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*· καὶ δειχθήσεται τότε τὸ φοβερὸν ἐκεῖνο καὶ ἔνδοξον σημεῖον· Ἰουδαίων ὁρώντων, τῶν βλασφημούντων, περιεστοιχισμένων τῶν ὀρυζόντων. Τότε ἀποκριθήσεται τῶν δικαίων ἕκαστος πρὸς τοὺς ἀδίκους· τότε ἐρεῖ ἡμῖν Ἡσαΐας· *Ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰς ὃν ἠλπίσαμεν, ἠγαλλιώμεθα*· τότε φανεὶς ὁ σταυρὸς ἐλέγξει τὴν τόλμαν, καὶ βεβαιώσει τὴν Ἐκκλησίαν· τότε ἀποκριθήσονται οἱ ἀντιλέγοντες, καὶ δοξασθήσονται οἱ ὑπακούσαντες· τότε πᾶσα ἡ κτίσις προσκυνήσει τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ τάγμα τῶν ἀπιστησάντων, καὶ τὸ τάγμα τῶν πιστευσάντων· ἀλλὰ τὸ μὲν μετὰ παῤῥησίας, τὸ δὲ μετὰ αἰσχύνης. Ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς βασιλικαῖς εἰκόσι διαγράφεται ἡ δόξα τῶν δορυφορούντων τὸν βασιλέα, καὶ τῶν βαρβάρων τὰ γένη, τῶν ὑποτεταγμένων τῷ βασιλεῖ, καὶ ὑποπίπτει μὲν καὶ ὁ βάρβαρος κάτωθεν, ὑποπίπτει δὲ καὶ ὁ ὁμόφυλος· ἀλλ' ὅμως μετὰ παῤῥησίας ἕστηκε, δοξάζων τὸν ἑαυτοῦ βασιλέα· ὁ δὲ ἀνάγκαις πεπεδημένος ὑπὸ τοὺς πόδας, προσκυνῶν μὲν τὸν βασιλέα, μισθὸν δὲ τῆς προσκυνήσεως οὐκ ἔχων· οὐ γὰρ γνώμῃ αὐτὸν ἤγαγεν, ἀλλ' ἡ ἀνάγκη αὐτὸν ἐπέδησεν· καὶ ἔστιν ἡ μὲν ἄνω τάξις προσκυνούντων, ἡ δὲ κάτω τάξις πιπτόντων· ἄλλο γάρ ἐστι προσκυνῆσαι, καὶ ἄλλο πεσεῖν· οὕτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἐν εἰκόνι τῆς δόξης φανήσεται τὸ τάγμα τῶν πιστευόντων, ἐν παῤῥησίᾳ μετὰ τῆς ἀγγελικῆς τάξεως ὑμνοῦντες καὶ δοξάζοντες· φανήσεται δὲ καὶ τὸ τάγμα τῶν ἀπιστησάντων ἐστρωμένον ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ μεγάλου βασιλέως· καὶ οἱ μὲν ἔσονται λελυμένοι τῇ παῤῥησίᾳ, οἱ δὲ πεπεδημένοι τῇ ἀνάγκῃ. Ἐπειδὴ γὰρ προεδέθησαν τῷ πόθῳ οἱ πιστοὶ, οὐ χρεία δεσμῶν· δεσμὸς γὰρ αὐτοῖς ὁ πόθος· οὓς δὲ μὴ ἔδησεν ὁ πόθος, δεσμεῖ πολλάκις ἡ ἀνάγκη· καὶ προτάγονται μετὰ παῤῥησίας οἱ πιστοὶ τῷ βασιλεῖ τῆς δόξης, οἱ μὲν πιστοὶ μετὰ παῤῥησίας, οἱ δὲ ἄδοξοι καὶ ἀντιλέγοντες τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, προσελεύσονται δεδεμένοι χειροπέδαις σιδηραῖς· καὶ οἱ μὲν ἔσονται ἐν τῷ τάγματι τῶν προσκυνούντων ἐν ὕψει, οἱ δὲ ἐν τάγματι τῶν πιπτόντων ἐν βάθει. Ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀνωτέρα μὲν ἔστιν ἡ ζώνη ἡ τοὺς προσκυνοῦντας ἔχουσα, κατωτέρα δὲ ἡ τοὺς βαρβάρους φέρουσα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς Χριστοῦ βασιλείας, ὑψηλότερον μὲν δεῖ φαίνεσθαι τὸ τάγμα τῶν πιστευόντων, χαμαιπετὲς δὲ καὶ γήϊνον τῶν ὑποπιπτόντων. Διὰ τοῦτο ὁ ψαλμὸς, ἀφορίζων τοὺς προσκυνοῦντας τῶν ὑποπιπτόντων, λέγει· *Μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν*· ὅτε ἐπὶ [b] τῶν προσκυνούντων τὴν τάξιν ἔδειξεν, ὅτε ἐπὶ τῶν ὑποπιπτόντων ἐπήγαγεν· *Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν*. Πῶς δέ ἐστι τὸ τάγμα τῶν πιστῶν ἀνώτερον; Ὅτι οὐκ ἐπὶ γῆς οἱ πιστοὶ στήσονται, ἀλλ' ἐν τῷ ἀέρι συμπάρεδροι καὶ συνδορυφόροι τοῦ μεγίστου βήματος. Οὐ γὰρ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ ἐπὶ γῆς πήγνυται, ἀλλ' ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὥστε πάντας μὲν εἶναι τοὺς δικαζομένους κάτω, ἄνω δὲ τὸν δικάζοντα, καὶ τοὺς μετὰ τοῦ δικαστοῦ φίλους. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐπὶ γῆς στήσονται οἱ πιστοὶ, ἀλλ' ἐν τῷ ἀέρι ἁρπαγήσονται, λέγει· *Ἡμεῖς δὲ ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα*.

ε'. [174] Ταῦτά μοι εἰς μνήμην ἤγαγεν ἡ ἀφορμὴ τῆς τόλμης τῶν θεομάχων, τῶν τολμησάντων εἰπεῖν· *Δαιμόνιον ἔχει*. Εἴπωμεν μετὰ τοῦ Δαυὶδ· *Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου, Κύριε!* Οἷα λαλοῦντα τὸν δοῦλον φέρεις, οἷα φθεγγομένην τὴν γῆν βαστάζεις, οἷα τολμήσαντας κατὰ σοῦ τοὺς θεομάχους οὐ κολάζεις; οὐκ ἀναλίσκεις ῥοπῇ τοῦ νεύματος, οὐκ ἀναλίσκεις ἐν κελεύσματι, οὐκ ἠδύνω ἀπειλῆσαι; οὐκ ἦν περὶ σοῦ ὁ λόγος; τοῦ προφήτου, *Ἀπειλῶν θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτήν*; Τοσαῦτα θεομαχοῦσι, τοσαῦτα βλασφημοῦσιν. Ἀλλ' ἀποκρίνεται ὁ Σωτήρ· *Οὐκ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον*. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Δαυὶδ καλῶν αὐτὸν, οὐκ εἰς τὸ κρῖναι κατὰ τὴν δευτέραν παρουσίαν, ἀλλ' εἰς τὸ σῶσαι, ἔλεγεν· *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι, ἔξεγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς*, οὐκ εἰς τὸ κρῖναι. Ἡ πρώτη παρουσία, σωτηρίας, ἡ δευτέρα, κρίσεως. Ἐὰν θέλῃς, ἔγνως αὐτὸν Σωτῆρα· ἐὰν ἀπειθῇς, ἔγνως αὐτὸν κριτήν. Προλαβὼν κατασκεύασον σαυτὸν φίλον τοῦ βασιλέως. Ἀπὸ τῶν κοινῶν πραγμά-

[a] Ita Reg. Verba, ἀλλὰ φυλὴ Ἰούδα, desunt in Savil.

[b] Sic Reg. In Savil. hæc mutila decerant.

Digitized by Google

lia, a sæculo usque in sæcula gloria, et laus Christi non consumitur, non desinit ejus glorificatio. Universi voces effundunt, prophetæ, evangelistæ, pastores, episcopi, doctores, et a pelago deitatis non absorbentur : ac quemadmodum mare fluvios excipiens, non a fluviis occultatur, sed defluxus aquarum operit ; sic omnes quotquot de gloria Christi loquuntur, a gloria teguntur, et gloriam non tegunt. Tremenda est inimicorum Dei audacia, sed splendidus est honor ejus, qui propter œconomiam contumeliis est affectus, et propter divinam dignitatem gloria afficitur. Cogita, quod sicut contumeliæ tres horæ fuere, sic sæcula sæculorum Dei gloriam non implent. Cogita et crucis locum. Num spithames unius circuitum habuit ligni locus? Num pedis mensuram habuit crucis fixio? Cogita contumeliæ mensuram, et postea climata orbis terrarum, quia repleta est universa terra cognitione Domini, ut aquam multam operiat maris. Circum crucem stabant Judæi passionem irridentes, imo passione ipsa illos irridente : videbant crucifixum, et gloriosum ignorabant. Ideo dicebat Zacharias propheta : Tunc veniet Dominus Deus : *Et erit planctus magnus in Jerusalem* (*Zach.* 12. 11. 10). *Videbunt enim in quem transfixerunt* (*Joan.* 19. 37), scilicet quem clavis confixerunt. Non dixit, Videbunt quem transfixerunt ; sed, *In quem transfixerunt.* Quid est, *In quem ?* Crux erat in quam transfixerunt. Ante adventum autem Servatoris, regium insigne, quod vulgari usu dicitur signum, præcurrit adventum Christi, et ab angelis celebratur. Apparebit crux in terra, obtegens solem, obscurans lunam, ut dicebat Servator : *Tunc apparebit signum Filii Dei in cælo* (*Matth.* 24. 30). Et ut impleretur verbum Zachariæ, dictum ipsum assumens Servator in veritatem deduxit : *Et tunc videbunt in quem transfixerunt.* Videbitur signum Filii Dei in cælo, et plangent tribus : *Tribus domus David seorsum, et mulieres eorum seorsum ; tribus domus Nathan seorsum, et mulieres eorum seorsum* (*Zach.* 12. 12. 13). Cur nomen tribus non adduxit, sed nomen regni ? cur plangit tribus David, quæ non vocabatur tribus David, sed tribus Juda[1] ? Quia ejus, qui ex Davide secundum carnem erat, quidam secundum carnem cognati, dignitatem deitatis ignoraverunt. Attingit ergo primum calamitas eos, qui cum genere affines essent, vita segregati et divisi erant. *Tribus domus Nathan* (2. *Reg.* 5. 14). Quis Nathan? Fuit propheta, fuit et alius filius David. Alius enim erat Nathan propheta, qui Davidem arguit de peccato ; alius Nathan filius ejus. Lege historias filiorum Davidis, inveniesque unum ex filiis ejus Nathan dictum. Lucas certe evangelista (*Cap.* 3. 31), missa Mariæ genealogia, Josephum ex Nathane ortum dicit. Hic altus est sermo, et pervigili mente est opus. Lege Evangelia ; uti dicit Servator, *Scrutamini Scripturas* (*Joan.* 5. 39). Non dixit, Legite, sed, *Scrutamini :* non enim sola lectio notitiam affert, sed accuratum examen quæsitam rem patefacit.

4. *Videbitur* ergo *signum Filii Dei in cælo.* Videbitur ligni ferens imaginem, sed lucis radiis fulgens. Cum autem crux apparebit, sol obtegetur, non sublatus, sed gloriæ magnitudine obtectus ; occultabitur luna, abscondentur stellæ, imo cadent, ut scriptum est : *Sol,* inquit, *obscurabitur, et luna non dabit lucem suam, stellæ cadent de cælo* (*Matth.* 24. 29) ; et tunc ostenderetur illud tremendum gloriosumque signum Judæis illis videntibus, qui blasphemabant, circumsistentibus et gloriam referentibus aliis. Tunc justi singuli respondebunt iniquis ; tunc dicet nobis Isaias : *Ecce Deus noster, in quem speravimus, exsultavimus* (*Isai.* 25. 9) ; tunc crux apparens illorum audaciam arguet, et Ecclesiam confirmabit ; tunc contradicentes secernentur, et obsequentibus gloria referetur ; tunc omnis creatura adorabit Filium Dei, tam ordo incredulorum, quam ordo credentium ; sed hic cum fiducia, ille cum pudore. Sicut enim in imperatoriis imaginibus depingitur tam gloriosum satellitum agmen, quam genus barbarorum, qui Imperatori subacti sunt (*a*) : et procumbit infra barbarus, procumbit etiam civis ; sed hic cum fiducia stat, regem suum adorans ; ille vero necessitate compeditus sub pedibus jacet, et Imperatorem adorat, sed sine ulla adorationis mercede, quia non sponte id facit, sed necessitate cogitur : ac supernus quidem ordo adorantium, infernus vero cadentium est ; nam aliud est adorare, aliud cadere : sic in adventu magni illius Imperatoris, in imagine gloriæ apparebit ordo credentium, qui fiducia instructi cum angelico ordine hymnos canet et gloriam Deo referet : apparebit quoque ordo incredulorum, substratus sub pedibus magni Imperatoris ; et illi quidem fiducia soluti, hi vero necessitate vincti erunt. Quia enim fideles jam antea amore vincti erant, non opus est vinculis ; nam vinculum est illis amor : illos vero quos non vinxit amor, vincit plerumque necessitas : ac fideles quidem sistuntur Regi gloriæ fiducia repleti ; illi vero inglorii, qui contradixerunt verbo veritatis, accedent vincti compedibus ferreis : et illi quidem erunt in ordine adorantium in alto ; hi vero in ordine cadentium in profundum. Sicut enim in imaginibus superior est circulus adorantium, inferior vero circulus barbarorum : sic et in regno Christi superior apparebit ordo credentium, inferior vero et humi repens ordo cadentium. Ideo Psalmus adorantes a cadentibus distinguens ait : *Reminiscentur et convertentur ad Dominum universi fines terræ : et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium, quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium* (*Psal.* 21. 28. 29) ; quando adorantium ordinem ostendit ; quando de cadentibus adjecit : *In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram* (*Ibid.* v. 30). Quemodo autem superior est ordo fidelium ? Quia non in terra fideles, sed in aere stabunt, maximum illud tribunal quasi satellites circumsistentes. Thronus quippe Dei non in terra figitur, sed terra est scabellum pedum ejus (*Isai.* 66. 1) ; ita ut omnes de quibus judicium statuitur infra sint, superne vero Judex sedeat cum amicis suis. Ideo Apostolus, ut ostendat fideles non in terra, sed in aere sublimes futuros esse, ait : *Nos autem rapiemur in nubibus in occursum Domini in aera, et sic semper cum Domino erimus* (1 *Thess.* 4. 16).

5. Hæc mihi in memoriam revocavit occasio audaciæ Dei hostium, qui dicere ausi erant, *Dæmonium habet* (*Joan.* 10. 20). Dicamus cum Davide, *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine* (*Psal.* 30. 20) ! Qualia (*b*) dicentem servum toleras, qualia loquentem linguam sustines, qualia audentes contra te inimicos non plectis ? non solo nutu consumis, non solo jussu perdis, non potes comminari ? non est apud te illi prophetæ sermo, *Comminans mari, et exsiccans illud* (*Nahum.* 1. 4) ? Tot pugnis, tot blasphemiis Deum impetunt. Sed respondet Salvator : *Non veni ut judicem mundum, sed ut salvum faciam mundum* (*Joan* 12. 47). Ideirco David vocans illum, non ad judicium, ut in secundo adventu, sed ad salutem parandam, dicebat : *Qui sedes super Cherubim, appare. Excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos* (*Psal.* 79. 2. 3) ; non ut judices. Primus adventus salutis, secundus judicii est. Si velis, nosti illum Servatorem ; si non obtemperes, nosti illum Judicem. Te prius Regis amicum facito. A vulgaribus rebus edoceamur. Non nosti quosdam exsultantes et lætantes, quando vident aliquos ex amicis ad dignitates provehi ? annon singuli gaudetis, cum videtis aliquem vobis familiarem ad principatum evehi ? annon speratis vos fructum amicitiæ accepturos esse ? Verum homines persæpe fallunt, et amicitias commutant, et post adeptum principatum non ultra amici sunt : Christus vero non occultat veritatem. Esto illi amicus, et eris

[1] Ita Reg. Hæc verba, *sed tribus Juda,* desunt in Savil.

(*a*) Hic magnus hiatus est in Savil.

(*b*) Sequentia manca et turbata in Savilii Edito sunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ei semper amicus. Sæpe namque, fratres, dignitas hominem inflavit, ejus animum mutavit, affectum transtulit; alius pro alio esse videtur. Nam de Saule dicit Deus, videns illum ex dignitate mutari : Unxi te dominum, et requirent, et dabunt tibi principatum, et ab illis accipies : *Et cum hæc signa super te venerint, mutaberis in alium virum* (1. *Reg.* 10. 1. 7. 6). Mutabit enim te potentia et dignitas, non quod omnes mutet; fidelem enim non mutat, sed improbum superat et manifestum reddit. Quapropter fideli dicit : Si princeps sis constitutus, esto tu quasi unus ex subditis. Itaque si hic amicitia sæpe fallit, sæpe etiam vera manet; Christi vero amicitia cadere nequit : cum vides illum in gloria, non negat te, qui illum in terra adoras; sed ac si te hodie in amicitiam recepisset, te advocat, et amicitiam tibi exhibet : *Venite, benedicti Patris mei* (*Matth.* 25. 34). Hic sæpe si gratiam alicui præbeas, is adeptus principatum, illam non fatetur; sed, etiamsi gratiam reddat, primum beneficium occultat : non enim vult videri beneficio inferior; sed amicitiæ quidem tuæ vicem reddit, beneficium autem occultat. Servator autem amicitiam profitetur et beneficium non occultat. *Esurivi enim, et dedistis mihi manducare* (*Ibid. v.* 35), etc. Amicitia itaque splendet Salvator, splendet et beneficio : non negat pristinam amicitiam, affectum tuum confitetur, amorem prædicat, propositum coronat. Illum ergo beneficum habeamus, non judicem. Judex quidem est, et judex veritatis; sed tu præveni eum, et amicum redde, non judicem; placa illum. Non vides externos principes, quomodo circumcurrant, et quomodo familiares suos alloquantur? Verum hic de modis agitur, illic de intercessione. Prius alloquere martyres, dic apostolis : Obsecro vos, præparate mihi Judicem : sit mihi propitius in tempore judicii, cum examinabuntur opera mea; suadete illi : ipsum placare potestis. Scio, ipsum vobis exorabilem esse; ego fiduciam non habeo, vos Regem alloquimini. Sed respondebunt tibi apostoli et martyres : Non nosti Deum nostrum, qui gratis misericordiam impertit, sed a nobis vult accipere? Da pauperibus, et ille pro ipsis tibi gratiam profitebitur; largire in manus pauperum, et quasi in manus fidelis deponens, retributionem accipies : da Christo, qui non ob cupiditatem habendi accipit, sed ob humanitatem pauperibus largitur. Deinde accipit Deus pecunias, non in seipsum, sed per pauperes in seipsum; non justitiam vendens, sed pœnitentia lapsus nostros emendans. Non pecunias accipit, ut tibi justitiam vendat, et alium injuste condemnet; sed ut te damnationi obnoxium per donum liberet, ut dicebat Daniel : *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas miserationibus pauperum* (*Dan.* 4. 24). Offer pecunias pro anima; redemptio namque viri sunt propriæ divitiæ. Hæc dico pro dignitate magni Judicis et Domini, quem suscipit totus orbis, quo nunc dignatur Ecclesia, quo privatur sola synagoga : dissipata namque est. Inane nomen est : alia quippe concisio est : conciditur enim ob incredulitatem. Concisionem vocat synagogam Paulus dicens, *Videte concisionem* (*Philipp.* 3. 2). Nos quippe sumus circumcisio. Ideo qui Servatorem dæmoniacum vocarunt, exscinduntur a gloria; qui Regem confessi sunt, gloria sunt repleti. Unoque allato veteris historiæ spectaculo, finem dicendi faciam. Gedeon quidam olim vir justus, Scripturarum testimonio celebratus, quem Paulus (*Hebr.* 11. 32) in justorum ordine recensuit, loquens de Gedeone, Samsone et Jephthe : hic omni justitia conspicuus, qui vitam suam virtutibus decoravit, belli et angustiæ tempore, spicas alicunde acceptas in torculari trituravit, ut in necessitate alimenti solatium sibi pararet. Angelus autem adstans dixit : Confortare et esto robustus, *Dominus tecum est* (*Jud.* c. 11. 12). Neque enim fames justitiam hebetat; sed virtutem exercitatam splendidiorem reddit. *Dominus tecum, pax tibi.* Respondet Gedeon : *Si Dominus in nobis est, unde nos hæc mala invaserunt* (*Jud.* 6. 13)? Non Deo contradicens, sed Deo se indignum putans, ita loquitur. Si Deo, inquit, digni essemus, non nos hæc invasissent. Sæpe increduli, qui se quidem credere profitentur, sed animo repugnant, dicunt : Ubi est Deus Christianorum? cur non audit monachos? undenam bella? unde perturbationes? Hic non ita loquutus est; sed, Si Dominus esset in nobis, unde nos hæc mala invasissent? Non est igitur in nobis : non enim sumus illo digni. Reponit (angelus) : Dominus tecum; in manum tuam Deus victoriam deposuit : exi ad bellum. Respondet Gedeon : In hoc cognoscam quod Dominus sit mecum, si det mihi signum verum. Ecce, inquit, pono vellus lanæ, et si pluerit Deus super hoc vellus, et super totam terram non pluerit, novi quod Deus sit mecum. Vide signum, et petitionem inauditi doni : posuit vellus. Deus noctu, divino jussu et ratione quæ comprehendi nequit, immittit imbrem in solum vellus, et tota terra erat arida. Et accipiens, inquit, Gedeon, mane diluculo vellus expressit, et inventa est concha aqua plena. Rursusque Gedeon : In hoc cognoscam quod Dominus mecum sit, si fecerit signum quod volo. Hoc vellus pono : et si in totam terram pluvia venerit, in hoc vellus non venerit, tunc cognoscam quod Dominus mecum sit. Non sufficit tibi primum signum, sed petis secundum? non legisti illud, *Non tentabis Dominum Deum tuum* (*Deut.* 6. 16)? Non duo petii signa, inquit ille, unum petii : duo illa unum signum sunt. Ideo dixit, Si dederit mihi Dominus signum verum, pro futuræ veritatis probatione. Deinde secundo posuit vellus : et decidit imber per totam terram, mansitque siccum vellus. Post hoc experimentum, bellum audacter aggreditur, et inimicos debellat. Pluviæ ænigma paucis explicandum est. Hoc vellus primum et secundum Domini adventum significat : quoniam primus solam Jerosolymam comprehendit, ipsum vero universa terra non accepit. Sicut enim vellus universæ terræ comparatum nihil erat : sic nihil erat Jerosolyma cum omnibus gentibus comparata, resque miserabilis. Ideo dicebat : *Non veni nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (*Matth.* 15. 24), ad unam solum gentem. Cum vero postea gratia Domini progressa est, quando synagoga et populus ille negaturus, et universa terra acceptura erat, præcessit figura in secundo : nam sicut olim vellere solum pluvia imbuto, terra erat arida, et sub hæc irrigata terra, vellus siccum remansit; sic ille olim populus primus irrigatus piam religionem in gentes omnes non infudit : cum autem gentes omnes beneficium acceperunt, Israel siccus remansit. Verum ne humanis ratiociniis et complicatis cogitationibus hæc speculatio procedere videatur, huic speculationi propheticum addere testimonium operæ pretium fuerit. De Servatore prophetice dicit David : *Deus, judicium tuum regi da, et justitiam tuam filio regis : judicabit populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio* (*Psal.* 71. 1); et paulum progressus dicit : *Ante solem permanet nomen ejus, et ante lunam generationis generationum* (*Ibid. v.* 5). Deinde adventum ejus significans dicit, *Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidium stillans super terram* (*Ibid. v.* 6); et statim : *Et dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum* (*Ibid v.* 8). Utinam igitur nos cum universa terra irrigati, fructus afferamus, precibus et intercessione patris et doctoris nostri, qui potest et nostrum sermonem et vestrum desiderium obsignare in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

των διδαχθῶμεν. Οὐκ οἶδά τινας σκιρτῶντας καὶ ἀγαλλιῶντας, ὅτε ἐν ἀξιώματι καὶ προαγωγῇ γένωνταί τινες τῶν φίλων; οὐχ ἕκαστος χαίρετε, ἐὰν ἴδῃ τὸν ποτε γνώριμον αὐτοῦ εἰς ἀρχὴν προελθόντα, καὶ ἐλπίζει λοιπὸν καρποὺς τῆς φιλίας κομίζεσθαι; Ἀλλ' οἱ μὲν ἄνθρωποι πολλάκις ψεύδονται. καὶ τὰς φιλίας ἐναλλάσσουσι, καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν οὐκέτι φίλοι· ὁ δὲ Χριστὸς οὐ κρύπτει τὴν ἀλήθειαν. Γενοῦ αὐτοῦ φίλος, καὶ ἔσῃ ἀεὶ αὐτοῦ φίλος. Πολλάκις γὰρ, ἀδελφοὶ τὸ ἀξίωμα ἐφύσησε τὸν ἄνθρωπον, μετέβαλεν αὐτοῦ τὴν γνώμην, μετέθηκεν αὐτοῦ τὴν διάθεσιν, ἄλλος ἀντ' ἄλλου φαίνεται. Καὶ γὰρ περὶ τοῦ Σαοὺλ ὁ Θεὸς εἶδώς, ὅτι τὸ ἀξίωμα αὐτὸν μεταβάλλει, λέγει· Ἔχρισά σε κύριον, καὶ ἀπαιτήσουσι, καὶ δώσουσί σοι ἀρχὴν, καὶ λήψῃ ἐξ αὐτῶν· *Καὶ ὅταν ἔλθῃ ταῦτα ἐπὶ σὲ τὰ σημεῖα, στραφήσῃ εἰς ἄνδρα ἄλλον.* Μεταβαλεῖ γὰρ σε ἡ ἐξουσία καὶ ἡ ἀξία, οὐχ ὅτι πάντας μεταβάλλει· τὸν πιστὸν γὰρ οὐ μεταλλάττει, τὸν δὲ σαθρὸν ἐλέγχει. Διὰ τοῦτο τῷ πιστῷ λέγει· Ἐὰν καταστῇς ἄρχων, γενοῦ καὶ σὺ ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν. Εἰ τοίνυν ἐνταῦθα φιλία πολλάκις ἐψεύσατο, πολλάκις ἀληθεύει· ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ φιλία ἄπτωτος· οὐχ, ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἐν δόξῃ, οὐκ [a] ἀρνεῖταί σε τὸν ἐπὶ τῆς γῆς προσκυνήσαντα αὐτόν· ἀλλ' ὡς σήμερον δεξάμενός σε τῆς φιλίας, προσκαλεῖται, καὶ τότε γνωρίσει τὴν φιλίαν· *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου.* Ἐνταῦθα πολλάκις κἂν χάριν ποιήσῃς τινὰ, μετὰ τὴν ἀρχὴν οὐχ ὁμολογεῖ· ἀλλὰ, κἂν ἀντιδῷ τὴν χάριν, τὴν εὐεργεσίαν τὴν πρώτην κρύπτει· οὐ θέλει γὰρ φανῆναι κατώτερος τοῦ εὐεργέτου, ἀλλὰ τὴν μὲν φιλίαν σου ἀμείβεται, τὴν δὲ εὐεργεσίαν κρύπτει. Ὁ δὲ Σωτὴρ καὶ τὴν φιλίαν ὁμολογεῖ, καὶ τὴν εὐεργεσίαν οὐ κρύπτει. *Ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν,* καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁ τοίνυν Σωτὴρ λάμπει τῇ φιλίᾳ, λάμπει τῇ εὐεργεσίᾳ, οὐκ ἀρνεῖται τὴν προτέραν σου φιλίαν, ὁμολογεῖ σου τὴν διάθεσιν, κηρύττει σου τὸν πόθον, στεφανοῖ σου τὴν πρόθεσιν. Ἔχωμεν τοίνυν αὐτὸν εὐεργέτην, καὶ μὴ κριτήν. Κριτὴς μέν ἐστι, καὶ κριτὴς ἀληθείας· ἀλλὰ σὺ προλαβὼν αὐτὸν κατάστησον φίλον, καὶ μὴ δικαστήν, καὶ δυσώπησον αὐτόν. Οὐκ εἶδες τοὺς ἐξωθεν ἄρχοντας, πῶς περιτρέχουσι, καὶ πῶς τοῖς οἰκείοις αὐτῶν διαλέγονται; Ἀλλ' ἐνταῦθα περὶ σχημάτων [b], ἐκεῖ δὲ περὶ πρεσβείας. Προλαβὼν διαλέχθητι τοῖς μάρτυσιν, ὁμίλησον τοῖς ἀποστόλοις· Δέομαι ὑμῶν, προετοιμάσατέ μου τὸν κριτήν· γένοιτό μοι ἵλεως ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως, ὅτε ἐξετασθῇ μου τὰ πράγματα· πείσατε αὐτόν· ἱκανοί ἐστε δυσωπῆσαι. Οἶδα, ὅτι ὑμᾶς αἰδεῖται· ἐγὼ παῤῥησίαν οὐκ ἔχω, ὑμεῖς διαλέχθητε τῷ βασιλεῖ. Ἀλλ' ἀποκρινοῦνταί σοι οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μάρτυρες· Οὐκ οἶδας τὸν Θεὸν ἡμῶν, δωρεὰν μὲν ἐλεοῦντα, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμῶν θέλει λαβεῖν; Δὸς πτωχοῖς, καὶ αὐτὸς ἀντὶ ἐκείνων [175] ὁμολογεῖ σου τὴν χάριν· δὸς εἰς χεῖρας πενήτων, καὶ ὡς εἰς χεῖρας πιστοῦ παραθέμενος, τὴν ἀνταπόδοσιν λήψῃ· δὸς Χριστῷ οὐ δι' ἀπλησταν λαμβάνοντι, ἀλλὰ διὰ φιλανθρωπίαν τοῖς πένησι χορηγοῦντι. Εἶτα λαμβάνει ὁ Θεὸς χρήματα, οὐκ εἰς ἑαυτὸν, ἀλλὰ διὰ πενήτων εἰς ἑαυτὸν, οὐ πωλῶν τὸ δίκαιον, ἀλλὰ τῇ μετανοίᾳ διορθούμενος τὰ πταίσματα ἡμῶν. Οὐ γὰρ λαμβάνει χρήματα, ἵνα σοι πωλήσῃ τὸ δίκαιον, καὶ ἄλλον ἀδίκως κατακρίνῃ, ἀλλ' ἵνα σε τὸν κατάκριτον ἐλευθερώσῃ διὰ τῆς δόσεως, ὡς ἔλεγεν ὁ Δανιήλ· *Τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀνομίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων.* Προσένεγκε χρήματα ἀντὶ ψυχῆς· λύτρον γὰρ ἀνδρὸς ὁ ἴδιος πλοῦτος. Ταῦτα λέγω πρὸς τὴν τοῦ μεγάλου Χριστοῦ καὶ Δεσπότου ἀξίαν, ὃν δέχεται ἡ ὑπ' οὐρανὸν πᾶσα, οὗ νῦν καταξιοῦται ἡ Ἐκκλησία, ἐστέρηται δὲ μόνη ἡ συναγωγή· ἐσκόρπισται γάρ. Ἀργὸν τὸ ὄνομα· ἄλλη κατατομή· κατατέμνεται γὰρ τῇ ἀπιστίᾳ. Κατατομὴν καλεῖ τὴν συναγωγὴν, ὡς καὶ ὁ Παῦλος λέγει, *Βλέπετε τὴν κατατομήν.* Ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. Διὰ τοῦτο οἱ δαιμονῶντα καλέσαντες τὸν Σωτῆρα διατέμνονται τῆς δόξης, οἱ βασιλέα ὁμολογήσαντες ἐπληρώθησαν δόξης. Καὶ ἐν εἰρηκὼς ἀρχαίας ἱστορίας θεώρημα καταπαύσω τὸν λόγον. Γεδεὼν ποτέ τις ἀνὴρ δίκαιος, μεμαρτυρημένος ὑπὸ τῶν Γραφῶν, ὃν καὶ Παῦλος ἐν τῷ τάγματι τῶν δικαίων παρήγαγε, φήσας περὶ Γεδεὼν, καὶ Σαμψὼν, καὶ Ἰεφθάε· οὗτος δικαιοσύνῃ πάσῃ διαπρέψας, καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον ταῖς ἀρεταῖς κοσμήσας, ἐν καιρῷ πολέμου καὶ στενοχωρίας στάχυας λαβὼν ἀπό τινος τόπου ἐν ληνῷ ἐῤῥάβδιζεν, ἵνα ἑαυτῷ παρασκευάσῃ παραμυθίαν τῆς ἀνάγκης. Ἄγγελος δὲ αὐτῷ παραστὰς φησιν· Ἰσχυε καὶ ἀνδρίζου. *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.* Οὐκ ἀμβλύνει γὰρ δικαιοσύνη λιμὸς, ἀλλὰ λαμπροτέραν δείκνυσι τὴν ἀρετὴν ταῖς θλίψεσι βασανιζομένην. *Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ, εἰρήνη σοι.* Καὶ λέγει Γεδεὼν, Καὶ *εἰ Κύριος ἐν ἡμῖν, πόθεν ἡμᾶς εὗρε τὰ κακὰ ταῦτα;* οὐκ ἀντιλέγων τῷ Θεῷ, ἀλλ' ὡς ἀνάξιον ἡγούμενος ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ, οὕτω λέγων. Εἰ ἡμεν, φησὶν, ἄξιοι τοῦ Θεοῦ, ταῦτα ἡμᾶς οὐ κατελάμβανε. Πολλάκις οἱ ἄπιστοι οἱ τῷ μὲν λόγῳ πιστεύοντες, ταῖς δὲ γνώμαις μαχόμενοι, λέγουσι· Ποῦ ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν; διὰ τί μὴ ἐπήκουσε τῶν μοναζόντων; πόθεν οἱ πόλεμοι; πόθεν αἱ συγχύσεις; Οὐχ οὗτος εἶπεν, ἀλλ', Εἰ Κύριος ἦν ἡμῖν, πόθεν ἡμᾶς εὗρε τὰ κακὰ ταῦτα; Οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν; οὐ γάρ ἐσμεν αὐτοῦ ἄξιοι. Λέγει· Ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· ἐν τῇ χειρί σου δέδωκε ὁ Θεὸς τὴν νίκην· ἔπελθε εἰς πόλεμον. Λέγει ὁ Γεδεών· Ἐν τούτῳ γνώσομαι, ὅτι ὁ Κύριος μετ' ἐμοῦ, ἐὰν δῷ μοι σημεῖον ἀληθινόν. Ἰδοὺ, φησὶ, τίθημι τὸν πόκον τοῦ ἐρίου [c], καὶ ἐὰν βρέξῃ ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν πόκον τοῦτον, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν μὴ βρέξῃ, οἶδα ὅτι ὁ Θεὸς μετ' ἐμοῦ. Βλέπε σημεῖον, καὶ αἴτημα ξένου δώρου· ἔθηκε τὸν πόκον. Ὁ Θεὸς διὰ τῆς νυκτὸς, κανόνι θείῳ καὶ λόγῳ μὴ παραλαμβανομένῳ, φέρει τὸν ὄμβρον κατὰ μόνου τοῦ πόκου, καὶ πᾶσα ἡ γῆ ξηρὰ ἦν. Καὶ λαβὼν, φησὶν, ὁ Γεδεὼν ἔωθεν ὑπὸ τὸν ὄρθρον τὸν πόκον ἀπεπίασεν, καὶ εὑρέθη λεκάνη μεστὴ ὕδατος. Εἶτα ὁ Γεδεὼν πάλιν· Ἐν τούτῳ γνώσομαι, ὅτι Κύριος μετ' ἐμοῦ, ἐὰν ποιήσῃ τὸ σημεῖον, ὃ θέλω. Τίθημι τὸν πόκον τοῦτον, καὶ ἐὰν βρέξῃ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, ἐπὶ δὲ τὸν πόκον τοῦτον οὐ βρέξῃ, τότε γνώσομαι, ὅτι Κύριος μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Οὐκ ἦρκει σοι τὸ πρῶτον σημεῖον, ἀλλ' αἰτεῖς δεύτερον; οὐκ ἀνέγνως, ὅτι *Οὐκ ἐκπειράσεις Κύριον τὸν Θεόν σου;* Οὐ δύο ἤτησα, φησὶ, σημεῖα, ἓν ἤτησα· τὰ δύο ἓν ἐστι σημεῖον. Διὰ τοῦτο εἶπεν· Ἐὰν δῷ μοι Κύριος σημεῖον ἀληθινὸν, ἀντὶ τῆς μελλούσης ἀληθείας θεώρημα. Εἶτα ἔθηκε τὸν πόκον δεύτερον, καὶ κατῆλθεν ὁ ὄμβρος ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ἔμεινεν ὁ πόκος ξηρός. Μετὰ ταύτην τὴν πεῖραν καταθαρσεῖ τοῦ πολέμου, καὶ κατηγωνίζετο τοὺς ὑπεναντίους. Δεῖ γὰρ συντεμεῖν τὸ αἴνιγμα τῆς βροχῆς. Οὗτος ὁ πόκος τοῦ Σωτῆρος, ἐμήνυσε τὴν παρουσίαν τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν· ὅτι ἡ μὲν πρώτη τὰ Ἱεροσόλυμα μόνα κατέλαβεν, [176] ἡ δὲ γῆ πᾶσα οὐκ ἐδέξατο. Ὥσπερ γὰρ ὁ πόκος πρὸς ὅλην τὴν γῆν οὐδὲν, οὕτω πρὸς πάντα τὰ ἔθνη καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα οὐδὲν καὶ οἰκτρόν. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν, *Οὐκ ἦλθον, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ,* εἰς μόνον τὸ ἔθνος. Ἐπεὶ δὲ μετῆλθε μετὰ ταῦτα ἡ χάρις τοῦ Κυρίου, καὶ ἡ μὲν συναγωγὴ ἀρνεῖσθαι ἤμελλε καὶ ὁ λαὸς ἐκεῖνος, ἡ δὲ γῆ πᾶσα δέχεσθαι, προλαβὼν ὁ τύπος ἐν τῷ δευτέρῳ, ὅτι ὥσπερ ποτὲ τοῦ πόκου μόνου βραχέντος ἡ γῆ ἦν ξηρὰ, μετὰ δὲ ταῦτα τῆς γῆς βραχείσης ὁ πόκος ἔμεινε ξηρός· οὕτω ποτὲ τὸ ἔθνος τὸ πρῶτον ἀρδευόμενον οὐ μετέδωκε τῆς εὐσεβείας πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν· ὅτε δὲ τὰ ἔθνη πάντα ἐδέξαντο τὴν εὐεργεσίαν, ὁ Ἰσραὴλ ἔμεινε ξηρός. Ἀλλ' ἵνα μὴ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ ἐπινοίᾳ πλεκομένη νομισθῇ ἡ θεωρία, ἀναγκαῖον τῇ θεωρίᾳ ταύτῃ προφητικὴν παραστῆσαι τὴν μαρτυρίαν. Περὶ τοῦ Σωτῆρος προφητεύων ὁ Δαυὶδ καὶ λέγων· *Ὁ Θεὸς, τὸ κρίμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς, καὶ τὴν δικαιοσύνην σου τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως· κρινεῖ τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τοὺς πτωχούς σου ἐν κρίσει·* καὶ μικρὸν ὑποδὰς φησι· *Πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεᾶς γενεῶν.* Εἶτα τὴν παρουσίαν σημαίνων, φησὶ· *Καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς ἡ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν·* καὶ εὐθέως, *Καὶ κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης.* Γένοιτο τοίνυν ἡμᾶς μετὰ πάσης τῆς γῆς ἀρδευομένους, καρποὺς ἀναφέρειν, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ διδασκάλου, ὃς δύνατα· καὶ τὸν ἡμέτερον ἐπισφραγίσαι λόγον, καὶ τὸν ὑμέτερον πόθον. ἐν Χριστῷ [d] Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Negantem particulam omittit Savil. [b] Σχημάτων sic Reg. et Savil., qui putat legendum χρημάτων.

[c] Reg. τὸν πόκον τῆς ἐρέας. [d] Savil. καὶ τὸν ὑμέτερον ἐκπληρῶσαι, ἐν Χριστῷ, etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

MONITUM

Hanc orationem, inquit Savilius, *ex fide Codicis Ms. in Bibliotheca Collegii novi Oxoniensis damus, neque aliud præterea suppetebat exemplar; quo fit ut plura supersint emendanda. Et dogmata et doctrinam agnosco hic Chrysostomica; sed in stylo magna est disparitas. Itaque inter ἀμφιβαλλόμενα relinquo. Oratio, inquit Halesius meus, perelegans certe, et quæ disparitatem styli, ingenii et doctrinæ paritate compenset.* Male certe perelegantem dicit orationem, quæ, præcipue a medio ad finem, est tota contorta et salebris plena; loquacitate vero et repetitionibus ad nauseam usque occurrentibus redundat. A stylo Chrysostomi prorsus ab-

[177] *Εἰς τὴν Χαναναίαν, καὶ εἰς τὸν Φαραὼ, καὶ ὅτι Οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ.*

α'. Εἰ καὶ ἐθόλωσεν ἡμᾶς ἡ κατὰ τὴν ἑσπέραν ταραχὴ, ἀλλ' ἠὐφρανεν ἡ πάντων σπουδή. Οὐ γὰρ ἔβλεπον εἰς τὴν τῶν θορύβων ἀνωμαλίαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀκουόντων προθυμίαν· καὶ ἦν θόρυβον θεασάμενος ἀγοραῖόν τινα ὄντα καὶ δημώδη, τὴν δὲ προθυμίαν ἔνθεον καὶ ἐνάρετον· ὡς εἰπεῖν, ὅτι *Αἱ μὲν χεῖρες, χεῖρες Ἡσαῦ, ἡ δὲ φωνὴ, φωνὴ Ἰακώβ.* Δημώδης μὲν γὰρ ἦν ὁ θόρυβος, ἔνθεος δὲ ὁ ζῆλος. Οὐ δεῖ δὲ ὅλως διαφέρεσθαι πρὸς τὴν κραυγὴν τῶν σπουδαζόντων, ἀλλ' ἀποβλέπειν εἰς τὸν ζῆλον τῶν ἀκουόντων. Καὶ γὰρ ἡ Χαναναία κατέκραζε τοῦ Σωτῆρος, ἀλλ' οὐκ ἔβλεπεν αὐτῆς [a] εἰς τὸ τεθορυβημένον τῆς κραυγῆς, ἀλλ' εἰς τὸ ἐσπουδασμένον τῆς διανοίας. Ἔβόα οὖν, ὡς ἀρτίως ἀκηκόατε, ἀκολουθοῦσα τοῖς ἴχνεσιν τοῖ; Δεσποτικοῖς, *Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με.* Ὦ τῆς τῶν ἐθνῶν πίστεως! ὦ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀγνωμοσύνης! Ἡ Χαναναία, ἡ τοῦ γένους τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ ἀπεσχοινισμένη, ἡ μήτε νόμῳ συντραφεῖσα, μήτε προφήταις συζήσασα κηρύττει τὴν ἀλήθειαν λέγουσα· *Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με*· οἱ δὲ τῷ νόμῳ συντραφέντες, καὶ προφητῶν ἀκούσαντες, τὴν ἀλήθειαν ἀρνησάμενοι, τὸ ψεῦδος πρεσβεύουσι, λέγοντες· Οὐκ οἴδαμεν αὐτόν· Σαμαρείτης ἐστὶ, καὶ δαιμόνιον ἔχει. Ὦ τῆς πίστεως τῶν ἐθνῶν! ὦ τῆς ἀγνωμοσύνης τῶν Ἰσραηλιτῶν! Ὅρα τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην τῶν ἁπάντων, πῶς τιμᾷ τὸ γένος. *Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις.* Καλεῖ κύνας τὰ ἔθνη, καὶ υἱοὺς τοὺς Ἰσραηλίτας· ἀντιστρέφεται δὲ ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἡ τιμή· καὶ οἱ μὲν τιμώμενοι ἀτιμάζουσιν, οἱ δὲ ἀτιμαζόμενοι προσκυνοῦσιν· υἱοὶ καλούμενοι τὴν εὐεργεσίαν οὐ δέχονται, ἡ δὲ Χαναναία κύων ὀνομαζομένη, τοῦ εὐεργέτου οὐκ ἀφίσταται. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ Σωτὴρ καὶ κύνα ἐκάλεσε τὴν γυναῖκα, οὐχ ἵνα ὑβρίσῃ, ἀλλ' ἵνα τὴν πρόθεσιν γυμνώσῃ. ὅτι τὰ ἔθνη καὶ ὑβριζόμενα οὐκ ἀφίστανται τοῦ εὐεργέτου, ὁ δὲ Ἰσραὴλ καὶ εὐεργετούμενος ἠρνήσατο τὸν Σωτῆρα. *Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με.* Καὶ ὁ πάντων ἐπακούων σιγᾷ, οὐκ ἀποπεμπόμενος τὴν δέησιν, ἀλλὰ λαμπροτέραν ἐκφαίνων τὴν πίστιν. Χαναναία τὸ γένος, καὶ Ἀβραμῖτις τῇ πίστει. *Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με.* Καὶ ὁ πρὸ τῆς κραυγῆς τῶν στομάτων ὑπακούων ταῖς ἱκεσίαις τῶν ψυχῶν, σιωπᾷ καὶ ἀνέχεται· καὶ ἐνομίσθη τοῖς ἀποστόλοις ἀπηνής τις εἶναι, ἀποπεμπόμενος τὴν τοσαύτην ἱκεσίαν. Καὶ πρὸς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ, *Ἀπόλυσον αὐτὴν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν.* Ἆρ' οὖν σὺ, Πέτρε, ἢ σὺ, Ἀνδρέα, ἢ Φίλιππε, τοῦ Σωτῆρός ἐστε φιλανθρωπότεροι; καὶ ὑμᾶς ἔκαμψεν ἡ παράκλησις, αὐτὸν δὲ οὐκ ἐδυσώπησεν ἡ ἱκεσία; Ἆρα ὑμεῖς τοῖς φαινομένοις κρίνετε. ἐγὼ δὲ ταῖς ἐννοίαις δικάζω· ὑπερτίθεμαι καὶ ἀναβάλλομαι τὴν χάριν, ἵνα γυμνώσω τὴν λαμπρὰν πίστιν. *Οὐκ ἀπεστάλην, εἰ μὴ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.* Εἶτα ποιμὴν εἷ τῶν Ἰσραηλιτῶν, οὐχὶ πάσης τῆς γῆς Δεσπότης, καὶ ποιμὴν, καὶ διοικητὴς, καὶ προνοητής; οὐκ εἶπεν, Οὐκ εἰμὶ ποιμὴν τῶν ἄλλων, ἀλλ', Οὐκ ἀπεστάλην εἰς τοῦτο· οὐκ ἀληθῶς τοῦτο λέγων, ἀλλὰ τῷ σχήματι τὴν πίστιν γυμνῶν. Εἰ γὰρ μὴ ἀπεστάλης ἀλλαχοῦ, ἀλλ' εἰς τὰ πρόβατα τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ, πῶς τοὺς ἀποστόλους πέμπεις εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, λέγων· *Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες;*

[a] Savilius suspicatur legendum αὐτός, sed αὐτῆς ferri potest.

Εἰ μὴ ἀπεστάλης εἰς τὰ ἄλλα πρόβατα, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνα τὰ τοῦ Ἰσραὴλ, πῶς ἔλεγες ἀποστόλοις, *Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνα δεῖ με συναγαγεῖν, ἵνα γένηται μία ποίμνη, καὶ εἷς ποιμήν;* Ὥστε οὐ πρὸς αὐτὴν λαλεῖ τέως τῶν πραγμάτων τὴν ἀκρίβειαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς δοκιμασίαν. *Οὐκ ἀπεστάλην.* Ἀρνεῖται τὸ πρᾶγμα, καὶ [178] οὐ φεύγει ἡ γυνὴ παρακαλοῦσα· ἀποσείεται αὐτῆς τὴν ἱκεσίαν, καὶ οὐκ ἀποσείεται αὐτοῦ τὴν προσκύνησιν. Ἀληθῶς τῆς Ἐκκλησίας εἰκὼν ἡ Χαναναία, ἡ ἐν κινδύνοις ἐξεταζομένη, καὶ τὸν Δεσπότην οὐκ ἀρνουμένη, ἡ μυρίους χειμῶνας ὑπομένουσα, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἔχουσα πρὸς τὸν λιμένα τῆς πίστεως, ἡ μυρίοις κύμασι τῶν αἱρετικῶν περικλονουμένη, καὶ ἀπὸ τῆς ἑδραίας πίστεως μὴ σαλευομένη. Ἀντεξέτασον πίστιν ἐκκλησιαστικὴν, καὶ ἀγνωμοσύνην Ἰουδαϊκήν. Ἰουδαῖοι μάννα ἐσθίοντες γογγύζουσιν, ἡ Ἐκκλησία νηστεύουσα εὐχαριστεῖ τῷ Δεσπότῃ· ἐκεῖνοι τιμώμενοι ἀγνωμονοῦσιν, οἱ τοῦ Χριστοῦ διωκόμενοι εὐχαριστοῦσι. Τίνα ἀποδέχῃ οἰκέτην, ἐὰν ᾖς δεσπότης; δύο οἰκετῶν τίνα ἀποδέχῃ, τὸν μετὰ τὰς εὐεργεσίας ἀγνωμονοῦντα, ἢ τὸν ἐν ταῖς παιδείαις εὐγνωμονοῦντα; Εἰκὼν τοίνυν τῆς Ἐκκλησίας ταύτης ἡ Χαναναία, ἡ ἀποπεμπομένη, καὶ τὸν Δεσπότην οὐκ ἀρνουμένη. Προσκυνεῖ αὐτῷ λέγουσα· *Κύριε, βοήθει μοι.* Ἐπειδὴ πρῶτον εἶπεν, *Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με,* νομίσασα, ὅτι ἐλάττονα προσήγαγε τὴν παράκλησιν τῆς ἀξίας, ἀνακαλεῖται τὴν πρώτην φωνὴν, καὶ δευτέρᾳ εὐγνωμοσύνῃ τὴν πρώτην καλύπτει. Οὐκέτι γὰρ αὐτὸν καλεῖ, *Υἱὲ Δαυὶδ,* ἀλλὰ Κύριον, λέγουσα, *Κύριε, βοήθει μοι.* Καὶ οὐδὲ οὕτως ἀποκρίνεται, ἀλλ' ὀχλοῦσιν οἱ ἀπόστολοι πρὸς τὴν φωνὴν λέγοντες, *Κράζει ὄπισθεν ἡμῶν.* Ὑπερτίθεται Θεὸς, πρὸς τὴν πίστιν ἀποβλέπων, καὶ φησι πρὸς αὐτὴν, *Οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις·* τέκνα λέγων τοὺς Ἰσραηλίτας, οὐ τοσοῦτον αὐτοὺς τιμῶν, ὅσον ἐλέγχων ἐπὶ τῇ ἀγνωμοσύνῃ. Ὁ γὰρ καλῶν σήμερον τέκνα τοὺς Ἰσραηλίτας, Υἱός ἐστι τοῦ λέγοντος, *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.* Καλεῖται κύων ἡ Χαναναία, καὶ φέρει τὴν ὕβριν μετὰ χάριτος. Πλὴν οἶμαι καὶ πιστεύω ὅτι ἐν τῇ ὕβρει ταύτῃ ἐνέθηκε τῇ; εὐνοίᾳ; τὴν εἰκόνα, κύνα, δεικνὺς τὸ εὐνοϊκὸν τοῦ ζώου. Κύων μυρία πάσχων, τῆς δεσποτικῆς οἰκίας οὐκ ἀφίσταται· κύων, ὅτε ἴδῃ τὰ δεσποτικὰ βήματα, σιωπᾷ· ὅταν δὲ δούλους δεσποτικοὺς, ἡσυχάζει· ὅταν δὲ ἴδῃ ἀλλοτρίους, σπαράττεται, ὑλακτεῖ, οὐχ ἡσυχάζει, πρὸς οὐδένα τῶν ἄλλων βλέπων. Ἰουδαῖοι πῶς ὁρῶσι κατὰ τοῦ Θεοῦ μυρίας βλασφημίας, καὶ οὐ ταράττονται; Βλέπε Χριστιανὸν ἀκούοντα βλασφημίας αἱρετικῆς ἢ ἑτέρας πλάνης, καὶ εὐθέως θορυβούμενον, ὑλακτοῦντα, βοῶντα κατὰ τῶν ἐναντίων. Οὐ φέρει Χριστιανὸς ἰδεῖν ἀλλοτρίαν δόξαν, ἀλλ' ὡς κύων περὶ τὸν δεσποτικὸν πυλῶνα ὑλακτεῖ. Καὶ οἱ ἔξω τῆς πίστεως φιλόσοφοι τὴν τῶν κυνῶν προσηγορίαν ἠσπάσαντο, διὰ τὸ εὐνοϊκὸν τοῦ ζώου, καὶ οὐκ ἠδέσθησαν τὸ ὄνομα, ἀλλ' ἀπέβλεψαν εἰς τὴν εὔνοιαν τῆς φύσεως. Ὅτι δὲ ἀποδέχεται ὁ Θεὸς τὸν ὑλακτοῦντα ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας, καὶ μέμφεται τῷ σιωπῶντι καὶ μὴ ὑλακτοῦντι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, λέγει περὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν, *Πάντες κύνες ἐνεοί, οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν.* Κύων καλεῖται ψυχὴ εὐνοοῦσα τῷ Δεσπότῃ, καὶ ὑπὲρ τοῦ Δεσπότου ὑλακτοῦσα,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

IN SEQUENTEM SERMONEM.

horret, ita ut nec inter ἀμφιβαλλόμενα accenseri mereatur, ut existimabit haud dubie quisquis Chrysostomi orationes vel primoribus labris attigerit : ac vel ex ipso ordiendi modo alium deprehendet oratorem. Cæterum non indoctus est scriptor iste, et licet innumeris repetitionibus nauseam pariat, recte probat ex his Apostoli verbis : *Non est volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*, non sequi hominem qui peccat, culpa liberum esse; sed ex voluntatis suæ proposito, sibi perniciem et interitum parere, quod ex aliis Scripturæ dictis et exemplis confirmat, ac syllogistico more plerumque procedit.

IN CHANANÆAM ET IN PHARAONEM, ET QUOD NON VOLENTIS NEQUE CURRENTIS, SED MISERENTIS SIT DEI (*Matth.* 15. *Rom.* 9, 16).

1. Etiamsi nos vespertinus ille tumultus perturbavit, at exhilaravit universorum studium. Non enim turbarum confusionem, sed auditorum fervorem respiciebam : spectatorque eram forensis et popularis tumultus, simulque divini atque probi studii, ita ut dicerem : *Manus quidem sunt manus Esaü, vox autem vox est Jacobi* (*Gen.* 27. 22). Popularis erat tumultus, sed divinum studium. Oportet autem non distrahi ex clamore tumultuantium, sed respicere studium auditorum. Nam Chananæa post Servatorem clamabat; verum ille non ad clamorem attendit, sed ad animi affectum. Clamabat ergo, ut modo audistis, Dominica sequens vestigia : *Fili David, miserere mei* (*Matth.* 15. 22). O gentium fidem! o Judæorum ingratum animum! Ab Israelitico genere aliena, nec in lege educata, nec in prophetis versata, veritatem prædicat, dicens, *Fili David, miserere mei;* qui vero in lege educati fuerant, qui prophetas audierant, mendacium tuentur dicentes, Non novimus eum; Samaritanus est, et dæmonium habet. O fidem gentium! o Israelitarum ingratum animum! Vide Deum et Servatorem omnium, quantum genus illud honoret. *Non est bonum accipere panem filiorum, et projicere canibus* (*Ibid. v.* 26). Gentes vocat canes, et Israelitas filios : transmutatur honor a populo; et qui honorantur, ipsum dehonestant; qui despiciuntur, adorant : qui filii vocantur, beneficium non recipiunt; Chananæa vero canis appellata, a beneficio non recedit. Ideo namque Servator canem vocavit mulierem, non ut contumelia afficeret, sed ut ejus affectum patefaceret, ostenderetque gentes probro affectas a beneficio non absistere, Israelem vero beneficio affectum Servatorem negare. *Fili David, miserere mei.* Et qui omnes exaudit, tacet, non ut precantem respuat, sed ut ejus fidem splendidiorem reddat : Chananæa genere, Abrahamitica fide. *Fili David, miserere mei.* Et qui vel ante oris clamorem animi supplicationes exaudit, tacet et differt; visusque est apostolis inhumanus esse, quod supplicationem tantam respueret. Dicuntque ei discipuli : *Dimitte illam quia clamat post nos* (*Ibid. v.* 23). Num tu, Petre, num tu, Andrea, vel Philippe, Servatore humaniores estis? num vos flexit precatio, et Servatorem non affecit supplicatio? Certe vos secundum rei faciem judicatis, ego secundum animi affectum sententiam fero; gratiam differo, ut splendidam fidem expromam. *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel* (*Ibid. v.* 24). Num pastor est Israelitarum? annon totius orbis Dominus, pastor, administrator et provisor? Non dixit, Non sum pastor aliorum; sed, Non sum ad hoc missus; non secundum rei veritatem loquens, sed simulans, ut fidem patefaciat. Si non alio missus es, sed tantum ad oves domus Israel, cur apostolos ad fines orbis mittis, dicens : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes* (*Matth.* 28. 19)? Si non ad alias, quam Israelis, oves missus es, cur dicebas apostolis : *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me congregare, ut fiat unum ovile, et unus pastor* (*Joan.* 10. 16)? Quare non accurate et secundum exactam rei veritatem loquitur, sed ad animæ probationem, *Non sum missus.* Rem negat, et mulier deprecans non fugit : ejus supplicationem depellit, et adorationem non respuit. Vere Ecclesiæ imago est Chananæa, quæ periculis probatur, et Dominum non negat; quæ sexcentas sustinet procellas, et ad fidei portum oculis tendit : quæ mille fluctibus ab hæreticis exagitatur, et ob fidei firmitatem non nutat. Confer fidem ecclesiasticam cum ingrato Judæorum animo. Judæi manna comedentes murmurant; Ecclesia jejunans Domino gratias agit : illi honore affecti, ingrati sunt; Christiani in persequutionibus gratias agunt. Quem diligis servum, si dominus sis? ex duobus servis quem accipis? eumne qui post beneficia ingratus est, an eum qui castigatus gratiam habet? Ecclesiæ igitur imago est Chananæa, quæ depulsa Dominum non negat. Adorat illum dicens, *Domine, adjuva me.* Cum prius dixisset, *Fili David, miserere mei* (*Matth.* 15. 25), putans se minorem, quam par erat, emisisse deprecationem, priorem revocat vocem, et secunda probi animi significatione, priorem tegit. Non enim ultra vocat illum filium David, sed Dominum dicens : *Domine, adjuva me.* Neque tamen ille respondet, sed audita voce concitant illum apostoli dicentes : *Clamat post nos.* Deus tamen differt, fidem illam spectans, et dicit ei : *Non est bonum accipere panem filiorum, et projicere canibus.* Filios vocat Israelitas, non tam honorans, quam arguens ingratum illorum animum. Nam quam hodie filios vocat Israelitas, filius est ejus qui dicit : *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me* (*Isai.* 1. 2). Chananæa canis vocatur, et cum gratia fert contumeliam. Cæterum puto et credo, Christum in hac contumelia benevolentiæ imaginem posuisse, nempe canem, animalis hujusce benevolentiam exprimens. Canis millia passus, ab heri sui ædibus non abscedit; canis cum herum gradientem videt, tacet, cum domesticos servos videt, quiescit; cum extraneos videt, exagitatur, latrat, non quiescit, nullum alienum respicit. Judæi vero quomodo sexcentas contra Deum emitti blasphemias vident, nec moventur? Vide Christianum audientem hæreticam blasphemiam aut alium errorem, statimque turbatum, latrantem, contra adversarios clamantem. Non fert Christianus alienam videre fa-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ciem ; sed veluti canis ad ostium Domini latrat. Etiam philosophi a fide alieni, canum nomen sumpsere, ob benevolum canis animum, nec puduit nominis, quod naturæ benevolentiam spectarent. Quod vero Deus latrantem pro pietate acceptum habeat, ac silentem nec latrantem pro veritate reprehendat, de Israelitis loquens ipse testatur : *Omnes canes muti, qui non possunt latrare* (*Isai.* 56. 10). Canis vocatur anima Domino benevola, et pro illo latrans, neque illud probro datur. Canis furens hoc solum habet furoris signum, quod domino dentes opponat : canis quippe dum sæpit, numquam contra herum insanit. Nihil aliud Judæorum furorem arguit, quam quod contra Servatorem latraverint, quia Deum, quem Dominum agnoscere par erat, ut alienum rejecerunt. Quamobrem accusat illos dicens : *Circumdederunt me canes multi.* Et qui canes? *Synagoga malignantium obsedit me* (*Psal.* 21. 17). Non respuit ergo Chananæa contumeliam, sed cum gratiarum actione recipit. *Non est bonum accipere panem filiorum, et projicere canibus.* Illa vero ex contumelia benignitatem sibi parans, dicit : *Etiam, Domine ; nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum* (*Matth.* 15. 27). Ne mei miserearis ut filiæ, sed miserere ut catellæ : contumeliam admitto, Domine. Nam abs te prolata contumelia est omni honore præstantior, omni gloria superior. Ut ergo tandem ostenderet Servator, se non conviciando vocasse illam canem, cum ejus gratum animum exhibuit, respondet : *O mulier, magna est fides tua : fiat tibi sicut vis* (*Ibid. v.* 18). Nescio quomodo laudem fidem illam quam Servator magnam vocavit. Quam enim excogitare possim laudem majorem ea quam Servator protulit? Sinamus vocem intactam, ne nostris laudibus eam dehonestemus, ne faciamus exiguum id quod magnum est : humana laus res minuit ; Dei vox rebus testimonium perhibet. *Quorum laus*, inquit, *non ex hominibus, sed ex Deo* (*Rom.* 2. 29). Cur autem dæmoniaci Servatorem in auxilium vocabant : *Fili David, miserere mei?* num Davidis cognatio contra dæmonas potestatem habet? unde prophetanti clamor ille, *Fili David, miserere mei?* unde venit ut Chananæa pro filia dæmoniaci clamans dicat : *Fili David, miserere mei?* In historia traditur, Davidem lyram pulsantem dæmonem a Saüle abegisse. Quia igitur David ex vi musica dæmonas pellebat : musica, inquam, non humana, sed divina, et ex Spiritu sancto pulsans ; a cognatione laudem mutuantes dicunt : *Fili David, miserere mei.* Verum non est in illa voce insistendum, sed ab illa ad digniorem oportet deduci. *Sanata est filia ejus ab illa hora* (*Matth.* 15. 28). Dei quippe vox prolata puellam sanavit : vox Servatoris dæmonas ejicit ; quidquid est adversarium depellit.

2. Verum hæc in evangelii gratiam, non quantum par fuit, sed pro virili nostra diximus. Licet vero quantum debemus, non possimus, ad promissa exsequenda veniamus, ne procrastinantes auditorum desiderium hebetius reddamus. Tempus ergo est, ut promissa reddere aggrediar, vobisque audientibus debitum persolvam. De Pharaone agere orsi sumus, quomodo nempe Deus cor ejus obduraverit, necnon de dicto illo : *Cujus vult miseretur, et quem vult indurat. Dices itaque mihi : Quid adhuc queritur? voluntati enim ejus quis resistit* (*Rom.* 9. 18. 19)? Oportet autem et eos qui divinas sententias explicare aggrediuntur et eos qui audiunt, non statim ad interpretationem venire, ne videantur sententiæ vim inferre ; sed altius evangelicæ gratiæ argumentum repetere, et sic ex consequentia claram nec contusam tradere rei speculationem. Ut igitur paucis exordiar. In Epistola ad Romanos hoc dictum habetur. Romanis vero scribens Paulus, cum multa alia monita habet, tum præcipue rem emendare studet, quæ multam perturbationem ac dissensionem pareret ; quomodo autem, aurem præbe. Romæ multi erant Judæi, multi quoque gentiles, qui in Servatorem crediderant : pugnaque inter illos erat et tumultus, non ex pietatis studio, sed ex primatus contentione. Volebant qui ex gentibus accesserant, primas partes tenere ; idipsum Judæi sibi vindicabant. Hi obtendebant paternam nobilitatem, dicebantque gentilibus : Præstantiores vobis sumus : nam antiquior apud nos est pia religio ; patriarchæ nostri sunt Abraham, Isaac et Jacob ; patriarchæ scilicet omnes et prophetæ : nos priscam habemus nobilitatem ; vos recens beneficium accepistis. Gentiles qui crediderant, contra dicebant : Non possunt primas tenere qui Christum abnegarunt, nec primas occupare partes qui crucem fixerunt et contra Deum pugnavere : vos rejecti fuistis, et omnes gentes vocatæ sunt. Nos beneficium rapuimus, vos beneficum contumelia affecistis. Tum Apostolus multam videns perturbationem, tumultumque magnum Romæ excitatum, cogitansque, ingens malum in magna urbe exortum, posse per totum orbem effundi, contentionem, quasi ex radice reprimit, ne hinc dissensio per universam terram grassaretur ; seseque medium interponens, se non ut judicem, sed ut pacificatorem gerit, gnarus contentionem non piam religionem constituere, sed piam religionem omnem solvere contentionem. Ac quemadmodum qui pugnam et tumultum sedare volunt, non alteram partem increpant, ne alteram magis irritent ; sed utramque reprimunt, ut ex tali correptione faciliorem consilii sui exitum pariant : sic divinus apostolus sese medium inter pugnantes constituens, et Judæorum et gentilium rumorem comprimit ; primoque impudentiorem perstringit partem, nempe Judæorum. Omnes enim erant canes impudentes, qui non poterant latrare. Impudens certe genus est ; non ex genere dico, sed ex moribus. Non ignobilitas est impudens, sed mores sunt ignobiles. Hanc itaque partem carpit, imo priorem illam aggreditur ut impudentem, cui dicit Isaias : *Collum tuum ferreum, frons tua ænea* (*Isai.* 48. 4) ; tam impudentem esse sciebat : et Jeremias propheta dicens : *Frons meretricis fuit tibi, Israel, quia impudens fuisti adversus omnes* (*Jer.* 3. 3). Hanc itaque impudentem partem priorem aggreditur divinus apostolus, nempe Judaicam ; et quia antiquitatem proferebant majorum suorum Abraham, Isaac et Jacob, ostendit illis non oportere de genere gloriari, sed de moribus. Quare hunc orsus sermonem dicit : *Non omnes qui ex Israel, sunt Israel* (*Rom.* 9. 6). Quia genus profers, nec mores exhibes, *Non omnes qui ex Israel, sunt Israel.* Hæc ad Judæos, sed *Neque quia sunt semen Abrahæ, omnes sunt filii* ; scriptum est enim : *In Isaac vocabitur tibi semen* (*Ibid. v.* 7). Si genus pietatem facit, nihil vetabat quominus Ismael anteponeretur Isaaco : filius enim erat Abrahæ, et ortu prior. *Non omnes* itaque *qui ex Israel, sunt Israel : neque quia sunt semen Abrahæ, omnes filii Abrahæ sunt : sed in Isaac vocabitur tibi semen.* Interpretationem vero sic addit Paulus : *Non filii carnis* æstimantur in fidem, *sed filii promissionis, hi filii Dei sunt* (*Ibid. v.* 8). Sed quia dicto obsistunt Judæi, et aliam addunt impudentiam contra divinam prædicationem, dicuntque Ismaelem reprobatum fuisse, quod ex ancilla ortus esset ; Israelem vero præpositum fuisse, quod ex libera ortus et nobilis esset, demum Ismaelis imaginem inducit et ait : *Non solum* Isaac, *sed et Rebecca ex uno patre nostro concubitum habens. Cum enim nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret ; non ex operibus, sed ex vocante, dictum est ei : Major serviet minori* (*Ibid. v.* 10 - 13). Quia ignobilitatem generis profers ad contentionem, ostendo tibi ex una radice duos divisos emitti ramos ; ostendo tibi eum qui non crediderat admitti, eum vero qui crediderat minime. Non enim lædit natura eum, quem non lædit propositum, ut discas dictum esse : *Major serviet minori, ut scriptum est : Jacob dilexi, Esaü autem odio habui.* Hæc ex divina voce profert Paulus. Dicit quippe Deus per prophetam : *Nonne frater erat Esaü Jacobi? Jacob dilexi, Esaü autem odio habui* (*Malach.* 1. 2. 3). Quia genus affers, inquit, quid profuit Esaü genus? Quia patrum nobilitas honori habetur, quid amplius retulit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nos a constitutione mundi (*Rom.* 8. 29. *et Ephes.* 1 4)? Jeremiam ab utero novit, apostolos ante mundi creationem præscivit, nec modo præscivit, sed etiam præelegit. Videamus ergo an præscientia naturam fecerit. Si electio apostolorum ante constitutionem mundi, justitiæ naturam effecit, non autem propositi virtus; cur ii, qui publicani futuri præsciebantur, vocati sunt? cur Paulus persequitur? cur meretrices ad regnum festinant? Si enim præscitum fuit meretricem regno dignam fore, cur meretrix fuit? si præscivit Paulum Deus, cur præscientia naturam non operata est? cur is, qui præscitus fuerat ante mundi constitutionem, blasphemus fuit, persequutor, contumeliosus? Viden' præscientiam non naturam facere, sed voluntatis proposita prævidere? Si præscientia fecit apostolum, cur Matthæus publicanum agit? Publicanum agere, est idololatram esse: dicit enim Servator: *Erit tibi ut publicanus, aut ut ethnicus* (*Matth.* 18. 17). Sic parem idololatriæ publicani operam definivit. Si ergo præscitus fuit Matthæus, cur præscientia non fecit illum apostolum, sed voluntas ad obedientiam inclinavit? Rahab servata et cum fidelibus annumerata est. Sine dubio illam quoque præsciebat Deus. Cur cum præsciretur, tamen fornicata est? cur ea quæ præscita fuit margarita, in luto erat? Hæc ubique vides, mediam naturam, voluntatem vero Deo præscitam, et in vitæ decursu apparentem. Prævidit Deus quod futurum erat, et fructus vitæ instituti notus fuit. A voce Pauli solutionem accipe: *Quos præscivit, et prædestinavit; quos prædestinavit, etiam vocavit; quos autem vocavit, hos et justificavit* (*Rom.* 8. 29. 30). Cur Judas vocatus, non justificatus est? *Quos præscivit et prædestinavit, hos etiam vocavit.* Non est ergo prophetæ prærogativa, quod ab utero notus fuerit, quando eos, qui ante sæcula electi sunt, non natura sequuta est, sed voluntas præscientiam testificata est. Ostensum igitur est, non naturam præscientiam facere; nisi quis omnino contentiosus sit, et contra veritatem impudenter insurgat. Cur autem in Pharaonem sermonem convertit? Quia dictum fuerat Pharaoni: *In hoc ipsum suscitavi te, ut ostenderem in te virtutem meam, et annuntiaretur nomen meum in universa terra* (*Rom.* 9. 17). Ut tuam ostendas virtutem, hominem castigas? ut exhibeas potentiam tuam, insontem de medio tollis? Si noxius sit, reprehende illum; sin insons, ne accuses. Quid sibi vult illud, *Ut ostendam in te virtutem meam?* Mihi animum adhibe: utar exemplo et veteri et vero. Ars medica cum ab initio vellet et naturam et viscera hominis explorare, sectionibus est usa, et viventes homines dissecuit, ut aliis medicinam præberet. At illud certe iniquum erat, ad aliorum salutem alios viventes mactare. Quid ergo fecerunt veteres? Morti destinatum ob furtum, aut adulterium, aut veneficium, vivum dissecuerunt, et sine injustitia erga eum, qui supplicio afficiebatur, humanæ naturæ opem ferebant. Eum enim, qui scelerum causa supplicio afficiebatur, vivum dissecabant: ut visceribus etiamnum agitatis eorum naturam ediscerent. Deus itaque ut sapientissimus medicus (medicus namque est is qui dicit: *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam;* et, *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus* [*Matth.* 9. 13. 12]) accipit Pharaonem, jam mille suppliciis dignum ob scelera sua: multis enim obnoxius erat flagitiis. Primum scelus erat blasphemia, quod dixisset, *Non novi Dominum.* Blasphemia erat principium malorum. Secundum, immanitas erga populum, quod liberum genus servituti et lateritio operi tradidisset (*Exod.* 5. 2). Tertium, quod innocentes pueros in flumine suffocaret. Quartum, quod prædicatum Dominum non revereretur. Quintum, quod miracula videns, contra pietatem impudenter ageret. Multis obnoxium flagitiis assumens Deus, ut optimus medicus, miraculis dissecuit; non semel plectens, ut occideret; non enim qui dissecant confestim occidunt, sed dum membra secant, lente agunt, ut undique vim naturæ exploratam habeant. Subjicit illum ranis, armat contra illum extraneas legiones, legiones ranarum, locustarum, ut ingentem potentiam suam ostendat. Non misit angelum de cælo, non ordines Cherubinorum, non mittit Seraphinos contra rebelles; sed ostendens potentiam suam, apparat legiones ranarum: aderant exercitus locustarum, nullo duce; sed Dei jussu ducebantur. Exibant ex flumine ranæ contra Dei adversarium pugnaturæ: veniebant locustæ, ratiocinii judicio non instructæ, sed Dominicum implentes præceptum. Insurgebant sciniphes et cynomyiæ: ac multa nova contra ipsum edit miracula Deus, ejus animam dissecans et probans: ejus mentem variis modis impie agentem, variis puniens modis. Et ut discas quod Deus ideo illum per partes dissecet, et non confestim puniat, ut per ipsum virtutem suam ostendat; dicit omni virtute plenus Sapientiæ liber: *Non enim carebat potentia omnipotens manus tua, et quæ mundum creaverat,* atque investigabilis sapientia, *ut injiceret in eos feroces leones, aut recens creatas furore plenas ignotas feras* (*Sap.* 11. 18. 19). Sed omnia fecit ostendens patientiam suam. Ideo dicit Deus: *Ut enarretis filiis filiorum vestrorum, quæcumque illusi Ægyptiis* (*Exod.* 10. 2). Pharaonem ergo mille suppliciis dignum punit Deus, et dicit illi: *In hoc ipsum suscitavi te, ut ostenderem in te potentiam meam, et annuntiaretur nomen meum in universa terra* (*Rom.* 9. 17): ut per te alios lucrifaciam, ut per te alios ad sanam mentem revocem, ut per te alios castigem. Et ut discas, quantum aliis profuerit ejus dissectio, vim Scripturæ accipe. Rapta aliquando fuit Dei arca ab alienigenis, et venerunt vates omnes ac falsi prophetæ, dicebantque regibus alienigenarum: *Emittamus arcam Dei Israel a nobis, quæ est manus ejus fortis* (1. *Reg.* 5. 7. *et* 8. *et* 6. 6). Nescitis quanta fecerit Dominus Ægyptiis? Cur induramus corda nostra, ut induravit Pharao? O probam gentilium mentem! Reverere tu, qui contradicis, alienigenarum voces. Ne induremus, dicebant alienigenæ, corda nostra, ut induravit Deus cor Pharaonis. Ipsi Pharaoni stupiditatem suam adscribebant. Cur induremus corda nostra, sicut induravit Pharao? annon cum illudebant eis, tunc populum dimiserunt? Et nunc Deum nobis propitium reddamus. In alia quoque castrametatione, ubi viderunt arcam alienigenæ, dixerunt: *Væ nobis!* hic est Deus ille acerbus, qui percussit Ægyptum (*Ibid.* 4. 8). Væ nobis! erue nos, Domine. Videte, quomodo vel ante experimentum Pharao, ut saperent effecit. Hæc clamant alienigenæ. Alia quoque mulier alienigena, Rahab olim meretrix, nunc temperans, illa celebris exploratoribus dicit: Scimus quæ fecerit Dominus Deus Ægyptiis, *Et audivimus, et humiliatum est cor nostrum, et non relictus est in nobis spiritus, quia Deus vester magnus ipse in cælo sursum, et in terra deorsum* (*Jos.* 2. 10. 11). Viden' non mentiri Deum, cum dicit: *In hoc suscitavi te, ut ostenderem in te potentiam meam, et annuntiaretur nomen meum in universa terra?* Finis autem apostolicæ doctrinæ, finis sit sermonum nostrorum. Dicit Paulus: *Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit iram in vasa iræ in multa patientia* (*Rom.* 9. 22). Non simpliciter dixit, Induxit iram, sed, In illum qui ira dignus erat. Quid enim dixit? *Sustinuit in multa patientia iram in vasa iræ.* Nam ut tu nosti, vere dicit Apostolus: *De cætero, fratres, confortamini, corroboramini, perfecti estote* (*Ephes.* 6. 10 *et* 2. *Cor.* 13. 11) Si autem ex natura perfecti sumus, cur dicis mihi, *Perfecti estote?* Certe perfectum esse, id est, ex moribus se dignum reddere. Ipsam rerum naturam testem accipe. Lanam fert natura, mulieres illam perficiunt. Sane perfectionem vocant ipsam texturam, ipsum opus. Sicut ergo natura lanam producit, ars vero rem a natura productam perfecit: ita Deus qui naturam efformavit, illam voluntati tradidit. Lana est natura nostra: in te est ex ea efficere aut vas honoris, aut vas contumeliæ. Tinctor es, accepisti a natura lanam, accepisti propositum quasi tincturam quamdam. Vis tingere

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lanam in purpuram regiam? Esto filius Regis. Tinxisti enim operibus tenebrosis? Esto filius tenebrarum et noctis; non natura id efficiente, sed voluntatis proposito differentiam inducente. Nihil igitur ex necessitate, quantumvis digladientur contentiosi. Nam per Dei gratiam, quantum per vires licuit, solutionem dedimus. Itaque deponantur quæstiones in sententiis. Attende diligenter. Si quis contra insurgat, sic illi obsiste, ut ipsum propriis armis dejicias. Nec quia vasa plurima domi servantur, indiscriminatim omnibus utaris; sed scis quodnam vas vinum excipiat, quodnam acetum. Sic Deus novit, quæ anima sit ad misericordiam consequendam apta, quæ supplicio digna; non quia sic facta est, sed quia sic per vitam suam se apparavit. Idcirco, frater, vasa vocat et eos qui supplicio, et eos qui misericordia afficiuntur (*Quod si Deus volens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia iram in vasa iræ apta in interitum, ut ostenderet divitias misericordiæ suæ in vasa misericordiæ*); et illum effecit vas iræ, qui iram recepit; illum vas misericordiæ, qui benignitatem recepit; ut ostendat unumquemque in se advocare vel iram vel misericordiam. Sed fortasse quis hanc vocem, sive hoc dictum redarguet, *In vasa iræ apta in interitum*. Ita, inquit, non ex instituto vitæ apta est ira, sed illam sic aptam fecit. Sciendum autem est, non ex natura sic effici, sed ex voluntatis proposito. Hujus testimonium accipe, nempe aptum effici, id esse ex proposito se vel supplicio vel clementia dignum reddere. Dicit enim: Etiam, non accurate scio Scripturas. Verum quod quæritur est, ut tu salutem reciperes. Nam qui curatur a medico, remediorum naturam non explorat, sed id expetit ut sanetur. Si percontetur ille, qui contradicit, Quomodo didicisti? quomodo edoctus es? responde, Quomodo didicerim novi, quomodo id explicem nescio? Non enim curavi, sed curatus sum ita, ut firmam animam obtineam. Si videas illum adhuc obsistentem, dic: Ego non sum medicus, neque artem medicinæ calleo; adi medicos, et pharmacorum opem te docebunt. Utinam vero nos, qui per medicinam sanati sumus, gloriam referamus soli medico et sapienti Deo: ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ADMONITIO

Allegoriis plenior oratio, inquit Savilius, *quam pro more* χρυσορρήμονος *nostri. Cæterum aut ipsius esse judico, aut alicujus ex antiquis Patribus. Loca aliquot ut in unico exemplari mendosa vel de mendo suspecta subjecimus, ut studiosi ea facilius ex aliis Codicibus corrigant.* Sic inter ἀμφιβαλλόμενα hanc orationem

IN DICTUM APOSTOLI: NON QUOD VOLO FACIO, SED QUOD NOLO, HOC AGO (*Rom.* 7. 19): ET QUOMODO JACOB TYPUS CHRISTI FUERIT. IN EXORDIO AUTEM CONCIONIS, CONTRA THEATRORUM SPECTATORES.

1. Vestrum quidem laudo desiderium, studium miror, et pulchrum hoc certamen approbo. Nulla enim jam perturbatio est quæ tumultum pariat, sed animi mœror, qui justitiæ coronam nectit. Beatum certe prædico studium vestrum, quo moti omnem laborem sustinuistis, divino præsidio addicti. Sed ut hoc admiror studium, ita vestrum circa inania laborem aversor. Heri namque hic sacer cœtus nobis abreptus fuit, et loco hujus divini beatique studii hippodromus populum excepit: miratusque sum quod, dimisso divini verbi certamine, equorum certamen quæsieritis. Illic enim videre erat equorum cursum; hic currum Dei millibus multiplicem, in quo millia lætantium (*Psal.* 67. 18): illic videre erat certamen, cursum et contentionem; hic desiderium, studium et alacritatem. Currus unus mille currus dejicit. Unus quippe currus Dei est, multi improborum currus. Sed hic currus cursum pietatis recte peragit, illi vero a curru divino subvertuntur. Nam ait: *Hi in curribus et hi in equis; nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur: ipsi compediti sunt et ceciderunt; nos autem surreximus et erecti sumus* (*Psal.* 19. 8. 9). Hic currus non equos dejicit, non homines subvertit; sed dæmones dissipat, et diaboli tyrannidem solo æquat. Est Deo currus non quatuor equis, sed mille animabus junctus. Nam currus Dei, inquit, multiplex, in quo millia lætantium (*Psal.* 67. 18). Equi Dei sunt sanctæ animæ, equi Dei sunt animæ apostolorum, quæ totam terram peragrant, et salutem mundo afferunt. Apostolorum enim equitatus salus est orbis. Ideo prædixit propheta dicens: *Induxisti in mare equos tuos, et equitatus tuus salus* (*Habac.* 3. 15). Nam hi equi fidelibus salutem attulerunt, et inimicos Ecclesiæ turbaverunt. *Induxisti*, inquit, *in mare equos tuos, turbantes aquas multas* (*Habac.* 3. 7). Prædicatio apostolorum, gentium cœtus turbavit: multi reges turbati sunt, tyranni multi confusi sunt, apostolicæ gratiæ cursum non ferentes. Quapropter ii, qui de cursu apostolorum turbabantur, dicebant: *Qui orbem turbaverunt, hic adsunt* (*Act.* 17. 6). Vide currum Dei, vide equos qui frenum pietatis acceperunt. Ne obsistas verbo veritatis, neque imiteris brutorum impetus, calcitrans contra divinam legem; ne tibi quoque divinitus dicatur: *Quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare* (*Act.* 9. 4. 5). Frenum pietatis accipiamus, et oculos transferentes ad probum spectaculum, videamus aurigas pietatis, prophetas et apostolos. Prophetæ sunt aurigæ veritatis, et bene ordinati cursus gubernatores. Talis erat Elias, ad quem clamabat Elisæus: *Pater, pater, auriga Israel, et eques ejus* (4. *Reg.* 2. 12). Omnibus autem anteponenda est pietas. Ne, cum audis verbum Dei, postquam doctrinam libens excipis, inde egressus, brutis similis sis. Et mente et oculis intentus, Dei verbum dilige. Ne dividas obtutum tuum inter turpe spectaculum et divinum studium: oculum tuum assuefacito, ut nihil aliud respiciat nisi cælestem pulchritudinem, ut dicas: *Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo* (*Psal.* 122. 1). Aures tuas assuefacito, non ad clamores et tumultus, sed ad divinam legem, dicens: *Inclinabo in parabolam aurem meam; et, Audiam quid loquatur in me Dominus Deus* (*Psal.* 48. 5. *et* 84. 9). Non oportet adulatoria verba dicere: sed quæ prosint ad institutionem docere. Adulationis enim lucrum nullum, disciplinæ magna utilitas est. Ne animo capiaris ad absurda spectacula, neque extraneis cantilenis animum adhibeas. Potes enim animo tuo imperare,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τὴν ὑφὴν, αὐτὴν τὴν ἐργασίαν. Ὥσπερ οὖν ἡ φύσις προφέρει τὸ ἔριον, ἡ δὲ σοφία καταρτίζει τὸ παρασχεθὲν ὑπὸ τῆς φύσεως· οὕτως ὁ Θεὸς πλάσας τὴν φύσιν, παρέδωκε τῇ προαιρέσει. Ἔριον ἡμῶν ἡ φύσις ἐστὶ λοιπὸν, ἐν σοὶ ἐστι τὸ καταρτίσαι ἐξ αὐτοῦ σκεῦος τιμῆς, ἢ καταρτίσαι σκεῦος ἀτιμίας. Βαφεὺς εἶ, ἔλαβες παρὰ τῆς φύσεως ἐρίαν, ἔλαβες τὴν προαίρεσιν, ὥσπερ τινὰ βαφήν. Θέλεις βάψαι τὴν ἐρέαν πορφύραν βασιλικήν; γίνῃ υἱὸς βασιλέως. Ἔβαψας αὐτὴν ἔργοις σκοτεινοῖς; γίνῃ υἱὸς σκότους καὶ νυκτὸς, οὐ τῆς φύσεως τοῦτο ἐργαζομένης, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως τὴν διαφορὰν καταρτιζούσης. Οὐδὲν τοίνυν ἐξ ἀνάγκης, κἂν φιλονεικῶσιν οἱ φιλόνεικοι. Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ὅσον ἦκεν εἰς δύναμιν ἡμετέραν, τὴν λύσιν πεποιήκαμεν· ὥστε τὰ ζητούμενα λοιπὸν ἐναποτιθέσθω τοῖς νοήμασι. Καὶ πρόσεχε ἀκριβῶς. Ἐάν τις ἀντιπέσῃ, οὕτως αὐτῷ ἀντίστηθι ἐν τοῖς οἰκείοις σκεύεσι καταβάλλειν. Καὶ οὐκ ἐπειδὴ πρόκειταί σοι σκεύη ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἀδιαφόρως πᾶσι κέχρησαι, ἀλλ' οἶδας ποῖον μὲν ἄγγειον δέχεται οἶνον, ποῖον δὲ ἄγγειον δέχεται ὄξος· οὕτως οἶδεν ὁ Θεὸς ποία ψυχὴ ἐπιτηδεία πρὸς ἔλεον, ποία ψυχὴ ἀξία τιμωρίας, οὐκ ἐπειδὴ οὕτω πεποίηται, ἀλλ' ἐπειδὴ οὕτω διὰ τῆς οἰκείας πολιτείας κατεσκεύασται. Διὰ τοῦτο, ἀδελφὲ, σκεύη καλεῖ καὶ τοὺς τιμωρουμένους, σκεύη καὶ τοὺς ἐλεουμένους (*Εἰ δὲ θέλων ὁ Θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ τὴν ὀργὴν ἐπὶ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, ἵνα ἐνδείξηται τὸν πλοῦτον τοῦ ἐλέους αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους*)· κἀκεῖνον ἐποίησε σκεῦος ὀργῆς τὸν τὴν ὀργὴν δεξάμενον, καὶ τοῦτον σκεῦος ἐλέους τὸν τὴν φιλανθρωπίαν δεχόμενον, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἕκαστος ἐφ' ἑαυτὸν προσκαλεῖται τὴν ὀργὴν καὶ τὸ ἔλεος. Ἀλλ' ἴσως τις ἐπιλαμβάνεται τῆς φωνῆς ταύτης, μᾶλλον δὲ τῆς λέξεως, *Ἐπὶ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν*. Οὕτω, φησὶν, οὐκ ἐκ πολιτείας, ἀλλ' αὐτὸς κατήρτισε. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι τὸ καταρτισθῆναι οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως. Καὶ τούτου δέχου τὴν μαρτυρίαν τὸ καταρτίζεσθαι, τὸ ἐν τῇ προαιρέσει ἀποτελεῖν ἄξιον τιμωρίας ἢ φιλανθρωπίας. Λέγει γάρ· Ναὶ, οὐκ ἠκρίβωμαι τὰς Γραφάς. Ἀλλὰ τὸ ζητούμενον, ἵνα σὺ θεραπευθῇς. Καὶ γὰρ ὁ θεραπευόμενος παρὰ τῷ ἰατρῷ, οὐ τὴν φύσιν τῶν φαρμάκων περιεργάζεται, ἀλλὰ πῶς θεραπευθῇ σπουδάζει. Ἐὰν εἴπῃ σοι ὁ ἀντιλέγων· Πῶς ἔμαθες, πῶς ἐδιδάχθης; εἰπέ· Πῶς μὲν ἔμαθον, οἶδα, πῶς δὲ ἀπαγγελῶ, οὐκ οἶδα. Οὐ γὰρ ἐθεράπευσα, ἀλλ' ἐθεραπεύθην ἀκλινῆ τὴν ψυχὴν ἔχειν. Ἐὰν ἴδῃς αὐτὸν ἀντιλέγοντα, εἰπέ· Ἐπειδὴ ἐγὼ οὐκ ἐγενόμην ἰατρὸς, οὐδὲ ἰατρικὴν ἐπιστεύθην, ἐλθὲ πρὸς τοὺς ἰατροὺς, καὶ ἀπαγγελοῦσί σοι τὴν τῶν φαρμάκων βοήθειαν. Γένοιτο δὲ ἡμᾶς ἰατρευομένους, δόξαν ἀναπέμπειν τῷ μόνῳ ἰατρῷ καὶ σοφῷ Θεῷ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN ORATIONEM SEQUENTEM.

Ioeat Savilius, quam ita spuriam existimo, ut nullam reperiam, quæ a Chrysostomi stylo magis abhorreat. Ilic omnia peregrina sunt; dicendi ratio, allegoriarum usus frequens ad nauseam, imo ad φλυαρίαν usque. Quamobrem incunctanter illam inter spuria locavimus.

[188] *Εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀποστόλου· Οὐχ ὃ θέλω, τοῦτο ποιῶ, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο πράσσω· καὶ πῶς ἐγένετο ὁ Ἰακὼβ τύπος Χριστοῦ. Ἐν δὲ τῷ προοιμίῳ τοῦ λόγου, κατὰ τῶν θεωρούντων τὰ θέατρα.*

α'. Ἐπαινῶ μὲν ὑμῶν τὸν πόθον, καὶ θαυμάζω τὸν ζῆλον, καὶ τὴν καλὴν ταύτην ἀμιλλαν ἀποδέχομαι. Οὐ γὰρ ἔστι ταραχὴ θόρυβον γεννῶσα, ἀλλὰ θλῖψις δικαιοσύνης στέφανον πλέκουσα. Μακαρίζω τὴν καλὴν ὑμῶν προθυμίαν, δι' ἣν πάντα πόνον ὑφίστασθε τῆς θείας ἀκροπόλεως ἐξηρτημένοι. Ἀλλ' ὥσπερ τοῦτον θαυμάζω τὸν ζῆλον, οὕτως ἀποστρέφομαι τὸν περὶ τὰ μάταια πόνον. Χθὲς γὰρ ἡμῖν οὗτος ὁ ἱερὸς σύλλογος ἐτυλεῖτο, καὶ ἀντὶ τοῦ θείου τούτου καὶ μακαρίου σταδίου ἱππόδρομος τὸν λαὸν ἐδέξατο· καὶ ἐθαύμασα, πῶς ἵππων ἅμιλλαν ἐζητήσατε, θείου λόγου ἅμιλλαν καταλιπόντες. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἦν ἰδεῖν ἵππων δρόμον, ἐνταῦθα δὲ ἅρμα Θεοῦ μυριοπλάσιον, ἐν ᾧ χιλιάδες εὐθηνούντων· ἐκεῖ ἦν ἰδεῖν ἀγῶνα καὶ δρόμον καὶ ἔριν, ἐνταῦθα πόθον καὶ ζῆλον καὶ προθυμίαν. Ἕν ἅρμα μυρία ἅρματα καταβάλλει. Ἕν γὰρ τοῦ Θεοῦ τὸ ἅρμα, πολλὰ δὲ τῶν πονηρῶν τὰ ἅρματα. Ἀλλὰ τὸ μὲν κατευθύνει τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας, τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ θείου ἅρματος ἀνατρέπονται. *Οὗτοι* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἅρμασι, καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα· αὐτοὶ συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσον, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἀνωρθώθημεν.* Τὸ ἅρμα τοῦτο οὐχ ἵππους καταβάλλει, οὐδὲ ἀνθρώπους καταστρέφει. Ἀλλὰ δαίμονας διαλύει, καὶ τοῦ διαβόλου τὴν τυραννίδα εἰς ἔδαφος στρώννυσιν. Ἔχει ὁ Θεὸς ἅρμα οὐκ ἀπὸ τεσσάρων ἵππων, ἀλλ' ἀπὸ μυρίων ψυχῶν συγκεκροτημένον. Τὸ ἅρμα γὰρ τοῦ Θεοῦ, φησὶ, μυριοπλάσιον, ἐν ᾧ χιλιάδες εὐθηνούντων. Ἵπποι τοῦ Θεοῦ αἱ ἅγιαι ψυχαὶ, ἵπποι τοῦ Θεοῦ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀποστόλων, αἱ διὰ πάσης τῆς γῆς ὁδεύσασαι, καὶ τὴν σωτηρίαν τῷ κόσμῳ φέρουσαι. Ἡ γὰρ τῶν ἀποστόλων ἱππασία, σωτηρία τῆς οἰκουμένης. Διὰ τοῦτο προανεφώνει ὁ προφήτης λέγων· *Ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία.* Οἱ αὐτοὶ γὰρ οὗτοι ἵπποι καὶ τοῖς πιστοῖς ἤνεγκαν σωτηρίαν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς τῆς εὐσεβείας ἐθόλωσαν. *Ἐπεβίβασας* γὰρ *εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου*, φησὶ, *ταράσσοντας ὕδατα πολλά*. Ἐτάραξε τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων, τῶν ἐθνῶν τὰ συγκροτήματα· πολλοὶ βασιλεῖς ἐταράχθησαν, πολλοὶ τύραννοι ἐθολώθησαν, μὴ φέροντες τὸν δρόμον τῆς ἀποστολικῆς χάριτος. [189] Διὰ τοῦτο οἱ ταραττόμενοι ἐπὶ τῷ δρόμῳ τῶν ἀποστόλων ἔλεγον· *Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνταῦθα πάρεισι.* Βλέπε Θεοῦ ἅρμα· βλέπε ἵππους χαλινὸν εὐσεβείας δεχομένους. Μὴ ἀντίπιπτε τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας, μηδὲ μιμοῦ τῶν ἀλόγων τὰ σκιρτήματα, ἀπολακτίζων τὸν θεῖον νόμον, ἵνα μὴ καὶ πρὸς σὲ ὁ θεῖος εἴπῃ λόγος, *Τί με διώκεις; Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν.* Δεξώμεθα χαλινὸν εὐσεβείας, καὶ μεταγάγωμεν τὴν ὄψιν εἰς σώφρονα θέαν· ἴδωμεν τοὺς ἡνιόχους τῆς εὐσεβείας, προφήτας καὶ ἀποστόλους. Προφῆται ἡνίοχοι τῆς ἀληθείας, οἱ κυβερνῶντες τὸν δρόμον τῆς εὐταξίας. Τοιοῦτος ἦν Ἠλίας, πρὸς ὃν ἐβόα Ἐλισσαῖος· *Πάτερ, πάτερ, ἡνίοχε Ἰσραὴλ, καὶ ἱππεῖς αὐτοῦ.* Προτιμᾶσθαι δὲ δεῖ πάντων τὴν εὐσέβειαν. Μὴ ὅταν μὲν ἀκούῃς τοῦ θείου λόγου, ἐξήρτησο τῆς διδασκαλίας· ὅταν δὲ ἔξω γένῃ τοῦ λόγου, μετὰ τῶν ἀλόγων φαίνου. Συνδιατίθεσο τῇ ψυχῇ, καὶ τῷ ὄμματι ἀγάπα τοῦ Θεοῦ λόγον. Μὴ μέριζέ σου τὴν ὄψιν πρὸς ἀσχήμονα θέαν, καὶ πρὸς ἔνθεον ζῆλον· ἔθισόν σου τὸν ὀφθαλμὸν μηδὲν ἕτερον βλέπειν, εἰ μὴ τὰ οὐράνια κάλλη, ὥστε λέγειν· *Πρὸς σέ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ.* Ἔθισόν σου τὴν ἀκοὴν μὴ πρὸς κραυγὰς, μηδὲ πρὸς θορύβους, ἀλλὰ πρὸς τὸν θεῖον νόμον, λέγων· *Κλινῶ εἰς παραβολὴν τὸ οὖς μου*· καὶ, *Ἀκούσω τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεός.* Οὐ δεῖ τὰ εἰς κολακείαν φέροντα λέγειν, ἀλλὰ τὰ παιδεύοντα διδάσκειν. Κολακείας γὰρ κέρδος οὐδὲν, παιδείας δὲ πολὺ τὸ ὄφελος. Μὴ αἰχμαλωτίζου τῷ νοήματι πρὸς τὰς ἀτόπους θέας, μηδὲ ἐκδίδου τὸν λογισμὸν τοῖς ἔξωθεν ἀσμασιν. Ἱκανὸς γὰρ ἂν κρατεῖ[a] λογισμοῦ, κἂν ἀπὸ τῆς συν-

[a] Forte ἱκανὸς γὰρ εἰ κρατεῖν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ηθείας ὕδης ἀπαγόμενόν σου τὸν νοῦν. Οὐκ εἶ δοῦλος, ἀλλ' ἐλεύθερος· οὐκ ἄκων αἰχμαλωτίζῃ, ἀλλ' ἑκὼν ἑαυτὸν πιπράσκεις τῇ ἁμαρτίᾳ. Μὴ ἐπιλαμβάνου τῆς ἀποστολικῆς φωνῆς· μή, ὅταν ἔλεγχος εἰσέλθῃ τῆς ἀληθείας, ἐλέγχιον τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας, εἴπῃς, *Μὴ γὰρ ἐγὼ Παύλου* εἰμὶ ἀνώτερος τοῦ λέγοντος, *Οὐχ ὃ θέλω, τοῦτο ποιῶ, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο πράσσω*; Μὴ τῇ συνηθείᾳ δουλεύων συκοφάντει τὰ θεῖα ῥήματα· μὴ σαυτοῦ τὴν ἐπιθυμίαν πλήρωσον, τὴν ἀποστολικὴν διάβαλλε δόξαν. Πολλοὶ γὰρ πολλάκις προφασίζονται προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, καὶ τὸν ἀποστολικὸν ἡμῖν προτείνουσι λόγον τὸν ἀρτίως ἡμῖν ὑπαναγνωσθέντα. Εἶπε, φησὶ, Παῦλος τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ Πνεύματι ἁγίῳ διαπαντὸς κυβερνώμενος, *Οὐχ ὃ θέλω, τοῦτο ποιῶ, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο πράσσω. Συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον· βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας.* Φιλεῖ πᾶς φιλαμαρτήμων εὑρεῖν πρόσωπον ἀξιόπιστον συναγωνιζόμενον αὐτοῦ τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ἡδέως κατατρέχουσι τῶν ἀποστόλων, οὐχ ἵνα ἐκείνους ὑβρίσωσιν, ἀλλ' ἵνα ἑαυτοῖς ἀπολογίαν πορίσωνται. Εἶπε, φησὶν, ὁ Παῦλος· *Οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί, τουτέστιν, ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν.* Εἰ τοίνυν ἐν Παύλῳ οὐκ οἰκεῖ ἀγαθὸν, πῶς, φησὶν, ἐν ἐμοὶ ἐνδέχεται ἀγαθοῦ κατοίκησιν εἶναι, καὶ ἀγαθοῦ μετέχειν ἐμὲ, καὶ ἀγαθοῦ ῥίζαν εἶναι ἐν ἐμοί; Εἰ τὸν τοσοῦτον ἄνδρα εὑρίσκομεν αἰχμαλωτιζόμενον τῇ ἁμαρτίᾳ, καθὼς αὐτὸς διεσάφησε, τί πρὸς ἐμὲ τὸν οἰκτρὸν καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ δεδουλωμένον; Ἵνα τοίνυν μὴ δύο γένηται φαῦλα, καὶ ὁ ἀποστολικὸς συκοφαντῆται λόγος, καὶ ἡμεῖς ἑαυτοῖς ἄδειαν ἁμαρτημάτων ποριζώμεθα, ἀναγκαῖόν ἐστι πᾶσαν τὴν ἀποστολικὴν ἀναπτύξαι διάνοιαν. Πάντων τοίνυν τῶν ἀμφιβαλλομένων ἐν ταῖς Γραφαῖς λύσις, ἡ ὑπόθεσις. Ὅταν γάρ τις γνῷ τὸν σκοπὸν τοῦ λέγοντος, καὶ πρὸς τίνας ὁ λόγος, καὶ περὶ τίνων, εὐκρινῆ καὶ ἀσύγχυτον ἀποδίδωσι τῶν λόγων τὴν θεωρίαν.

β'. Ὁ Ἀπόστολος, ἵνα σαφεῖ καὶ συντόμῳ χρήσωμαι λόγῳ, ἀναζωγραφεῖ εἰκόνα παντὸς τοῦ ἀνθρώπου, τοῦ τε πλασθέντος ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τοῦ παιδαγωγηθέντος ἐν νόμῳ, καὶ τοῦ ἐλευθερωθέντος· ἐν χάριτι· καὶ ἀναζωγραφεῖ ὡς ἐν εἰκόνι, τῷ λόγῳ. Τί οὖν ὁ Ἀδὰμ πρὸ τῆς ἐντολῆς; καὶ τίς ἐγένετο μετὰ τὴν ἐντολήν; [190] ποίαν ἔσχε κατάστασιν ἐν νόμῳ, καὶ ποίαν ἔλαβε προσηγορίαν ἐν τῇ χάριτι; Καὶ ὥσπερ ἐὰν σήμερον λέγω, Ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἡμᾶς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ, ἐπειδὴ δὲ παρέβημεν τὴν ἐντολὴν, ἐξεβλήθημεν τοῦ παραδείσου, οὐκ εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνω τὸν λόγον, ἀλλὰ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρω (οὔτε γὰρ παράδεισον εἶδον, οὔτε παραδείσου ἀπεβλήθην, ἀλλὰ τοῦ πατρὸς τὸ πάθος, καὶ τὸν ἀρχέγονον τῆς συμφορᾶς ἀναζωγραφῶ, καὶ λέγω, Ἐπλάσθην, παρέβην, ἐξεβλήθην, ἐπαιδαγωγήθην, ἀνεκλήθην)· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος διηγεῖται περὶ τοῦ Ἀδὰμ, τίς ἦν πρὸ τῆς ἐντολῆς τοῦ νόμου (νόμου δὲ λέγω τοῦ ἐν παραδείσῳ δοθέντος), καὶ φησιν ἐν προσώπῳ τοῦ Ἀδάμ· *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ.* Ἆρα Παῦλος πρεσβύτερος ἦν τοῦ νόμου; Ὁ Παῦλος μετὰ πάντας τοὺς γραφέντας ἐν τῷ νόμῳ ἦνθησε, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνειαν. Εἰ τοίνυν μετὰ τὸν νόμον ἐστὶ, πῶς πρεσβύτερον ἑαυτὸν τοῦ νόμου τίθησι; Δείκνυσι γὰρ ἐξ ὧν λέγει, ὅτι πρεσβύτερος ἦν τοῦ νόμου· *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν.* Ἆρα μετὰ Παῦλον ἦλθεν ἡ ἐντολή; Καὶ ἵνα μή τις νομίσῃ, ὅτι νόμος μὲν ἦν πρὸ τοῦ Παύλου, αὐτὸς δὲ ἔζη χωρὶς νόμου ποτὲ, ἐθνικὸν βίον ἐπανηρημένος, μετὰ δὲ ταῦτα ἀπὸ τοῦ νόμου ἐπαιδαγωγήθη, ἐλέγχει ἡ ἱστορία τὴν ἀλήθειαν. Παῦλος γὰρ οὐκ ἔστιν ὅτε ἄνευ νόμου ἔζησε. Πῶς γὰρ ὁ λέγων, *Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, περιτομὴ ὀκταήμερος, ἐκ γένους Ἰσραηλιτικοῦ*; Πότε οὖν ἔζησε χωρὶς νόμου; *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου· ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς.* Ποίας; Τῆς λεγούσης, *Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ φάγῃ. Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον.* Βλέπε πῶς, ὡς ἐν ζυγῷ τῷ λόγῳ τίθησιν ἁμαρτίαν καὶ δικαιοσύνην· ὅτι τότε νεκροῦται ἡ ἁμαρτία, ὅτε κατορθοῦται ἡ ἐντολή· τότε ἀποθνήσκει ὁ ἄνθρωπος, ὅτε εὐοδοῦται ἡ ἁμαρτία. Τὸ γὰρ εἰπεῖν, *Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησε*, δείκνυσιν, ὅτι πρὸ παραβάσεως νεκρὰ ἦν ἡ ἁμαρτία. Ἁμαρτίαν δὲ καλεῖ, οὐ τὴν πρᾶξιν τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὸν διάβολον. Διὰ τί δὲ τὸν διάβολον ἁμαρτίαν καλεῖ; Ἐπειδὴ διδάσκαλος ἐγένετο ἁμαρτίας. Ἐὰν γὰρ μή τις τοῖς ἰδώμασι τῆς Γραφῆς προσέχῃ, πολὺ διολισθαίνει καὶ ἐκπίπτει τοῦ σκοποῦ τῆς ἀληθείας. Ἁμαρτίαν ἔθος καλεῖν τῇ Γραφῇ τὸν διάβολον. Διὰ τί; Ἐπειδὴ ἐγένετο διδάσκαλος καὶ εἰσηγητὴς καὶ πρόξενος ἁμαρτίας. Ὁμοίως καὶ τὸν Σωτῆρα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν καλεῖ ἡ Γραφὴ δικαιοσύνην, οὐχ ὡς πρᾶξιν δικαιοσύνης, ἀλλ' ὡς διδάσκαλον δικαιοσύνης. Διὰ τοῦτο περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ Παῦλος, *Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ σοφία καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις.* Ὥσπερ οὖν ὁ Χριστὸς δικαιοσύνη κέκληται, καθ' ὃ πηγὴ δικαιοσύνης· οὕτω καὶ ὁ διάβολος εἰσηγητὴς γενόμενος καὶ διδάσκαλος ἁμαρτίας, τὴν τῆς ἁμαρτίας προσηγορίαν ἐδέξατο. *Ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον· καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον.* Ἔδωκε γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἐντολὴν, οὐχ ἵνα ἀποθάνῃ, ἀλλ' ἵνα ζήσῃ. Ἡ οὖν ἐντολὴ, φησὶν, ἡ δοθεῖσά μοι εἰς ζωὴν, αὕτη εὑρέθη εἰς θάνατον, οὐκ αὐτὴ μεταβληθεῖσα, ἀλλ' ἐμοῦ διὰ τῆς παραβάσεως τὴν ἐνέργειαν τὴν ζωοποιὸν ἀνατρέποντος. Προσέχειν ἀκριβῶς δεῖ πρὸς τὰ ἀνακύπτοντα τῶν ζητημάτων ἅπαντα. Εὐθέως γὰρ ὁ ἐχθρὸς τῶν Γραφῶν, καὶ μὴ συντρεφόμενος τῷ λόγῳ εὐσεβείας, εἰς οὐδὲν ἕτερον χωρεῖ, ἢ τοῦτο· Οὐ προῄδει, φησὶν, ὁ Θεὸς, ὅτι ἔμελλεν ἁμαρτάνειν ὁ Ἀδάμ; οὐ προῄδει, ὅτι οὐ μὴ φυλάξει τὴν ἐντολήν; οὐ προῄδει, ὅτι ἀπατηθήσεται ὑπὸ τοῦ ὄφεως; τίνος τοίνυν ἕνεκεν δέδωκε τὴν ἐντολὴν τῷ μέλλοντι μὴ φυλάττειν τὴν ἐντολήν; Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὁ Θεὸς προγινώσκει μὲν τὰ πάντα, δίδωσι δὲ τοὺς νόμους, οὐκ εἰς τὸν παραβαίνοντα μόνον ἀφορῶν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μέλλοντα κατορθοῦν. Διὰ τί δὲ ὡς ἐχθρὸς μονομερῶς τὴν πρόγνωσιν ἐξετάζεις; διὰ τί λέγεις, ὅτι Οὐ προῄδει ὁ Θεὸς, ὅτε Ἀδὰμ ἁμαρτήσει; διὰ τί τὰ ἑπόμενα καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀκολουθίας παρεπόμενα παρασιωπᾷς; Ἀλλὰ σὺ σιωπᾷς ἀγνωμόνων· ἐγὼ δὲ κηρύττω πιστεύων, ὅτι ὥσπερ προῄδει ὁ Θεὸς, ὅτι παραβήσεται ὁ Ἀδὰμ, [191] οὕτως ᾔδει, ὅτι Ἄβελ δικαιωθήσεται, προῄδει, ὅτι Ἐνὼχ μετατεθήσεται, προῄδει, ὅτι ὁ χορὸς τῶν ἁγίων συστήσεται, προῄδει, ὅτι ὁ Νῶε τὸν πάνδημον ὄλεθρον διανήξεται, προῄδει, ὅτι Ἀβραὰμ ἡ ῥίζα τῆς πίστεως ἀνθήσει, προῄδει, ὅτι λάμψουσι πατριάρχαι, ἀνθήσουσι προφῆται, διαπρέψουσιν ἀπόστολοι, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ φυράματος τοῦ μέλλοντος παραβαίνειν τὸ πολυμήνυτον τῆς οἰκονομίας τοῦ Σωτῆρος ἀνθήσει κάλλος. Προεῖδε τῶν ἀποστόλων τὸν δρόμον, προεῖδε τῶν μαρτύρων τὰς ἐνστάσεις, προεῖδε τῶν ὁμολογητῶν τοὺς ἀγῶνας, προεῖδε τὰ συγκροτήματα τῶν μοναζόντων, προεῖδε τὰ ἄνθη τῶν Ἐκκλησιῶν, προεῖδε τῶν ἱερέων τὸν χορὸν, προεῖδε πάντας τοὺς ἐν ἀληθείᾳ παρισταμένους τῷ θυσιαστηρίῳ. Τί οὖν; ἐχρῆν διὰ τὴν πρόγνωσιν τῶν τοσούτων ἀγαθῶν εἰσαγαγεῖν τὸ πλάσμα; *Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα, διὰ τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν.* Ἡ ἁμαρτία, τουτέστιν, ὁ διάβολος. *Ἀφορμὴν λαβοῦσα.* Ποίαν; Ἐπειδὴ εἶπεν ὁ Θεὸς, *Ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγῃ· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγῃ· ᾗ γὰρ ἡμέρᾳ φάγεσαι, θανάτῳ ἀποθανῇ·* ὁ διάβολος ἀφορμὴν λαβὼν ἀπὸ τῆς ἐντολῆς, κατασκευάζει διαβολὴν, καὶ λέγει τούτῳ· *Ἤδει γὰρ ὁ Θεὸς, ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγεσθε, γένεσθε ὡς θεοί*, καὶ ἐκώλυσεν ὑμᾶς. Διαβάλλει τὸν Θεὸν εἰς φθόνον, καὶ ὡς βασκάνου τοῦ Θεοῦ κατατρέχει. Βασκαίνων ὑμῖν ὁ Θεὸς, φησὶ, τῆς ἰσοθείας, ἐκώλυσε φαγεῖν ἀπὸ τοῦ δένδρου, ἐξ οὗ τὸ ἰσόθεον ὑμῖν ἀνακύπτειν ἐμελλεν. *Ἀφορμὴν οὖν λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία, διὰ τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησε.* Καλῶς εἶπε τὸ, *Ἐξηπάτησεν*. Οὐ γὰρ ταλήθὲς ἐπηγγείλατο, ἀλλ' ἐξηπάτησε, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν. Ἡ γὰρ ἀπάτη θάνατον ἐγέννησεν· οὐ γὰρ τὸ πλάσμα θνητὸν ἦν. Πολλοὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐνόμισαν, ὅτι τὸ πλάσμα θνητὸν ἐποίησεν ὁ Θεός· οὐκ ἦν δὲ τὸ πλάσμα θνητόν. Εἰ γὰρ καὶ γήϊνον ἦν, ἀλλὰ ἀθάνατον δεδημιούργητο. Εἰ γὰρ μὴ ἀθάνατον ἐδημιουργήθη, ἀλλὰ θνητὸν, ὃ εἶχεν ἐν τῇ φύσει, διὰ τί κατὰ ἀπόφασιν ἔλαβεν; Εἰ θνητὸν ἦν τὸ πλάσμα τοῦτο, διὰ τί ὁ Θεὸς ἐπιτίμιον αὐτοῦ τίθησι τῆς παραβάσεως τὸν θάνατον; *Ἡ γὰρ ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ, θανάτῳ ἀποθανῇ.* Οὐκοῦν πρὶν φάγῃ, ἀθάνατον ἦν τὸ πλάσμα. Εἰ δὲ καὶ πρὶν φάγῃ, θνητὸν ἦν, ἀπάτη καὶ ψεύδη τὸ λεγόμενον, καὶ οὐκ ἀλήθεια· ἀπειλεῖ γάρ μοι ὃ ἤμην. Οὐδεὶς δὲ ἀπειλεῖ τινι ὕπνον, ὃν

Digitized by Google

licet illum a consuetudine abduci videas. Non es servus, sed liber; non invitus captivus effici potes, sed teipsum sponte peccato vendis. Ne assumas apostolicam vocem : cum redargueris ita ut arcana cordis tangantur, ne dicas : Num ergo fortior sum Paulo dicente, *Non quod volo facio, sed quod odio habeo, hoc facio* (*Rom.* 7. 15. 19)? Ne consuetudini serviens, divina verba calumnieris : ne tuam implens cupiditatem, apostolicam calumnieris sententiam. Multi enim sæpe obtendunt excusationes in peccatis, et apostolicum nobis dictum opponunt, quod modo legebamus. Dixit, inquiunt, Paulus, vas electionis, qui a Spiritu sancto semper regebatur, *Non quod volo facio, sed quod odio habeo, hoc facio. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem : video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati* (*Ibid.* v. 22. 23). Amat quisquis peccato addictus est, fide dignum quempiam reperire, qui peccato suo patrocinetur : et libenter recurrit ad apostolos, non ut illis convicietur, sed ut sibi defensionem paret. Dicit, inquit, Paulus : *Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum* (*Ibid.* v. 18). Si ergo in Paulo bonum non habitat, quomodo in me habitare potest? quomodo possum bonum tenere, et boni radicem in me habere? Si tantum virum invenimus peccati captivum, ut ipse declaravit, quid de me dixeritis misero et in peccati servitutem redacto? Ne igitur duo hinc mala oriantur, ne scilicet apostolicum verbum calumnia impetatur, et nos hinc peccandi licentiam mutuemur, necesse est apostolicam mentem totam explicare. Omnium igitur quæ in Scripturis occurrunt difficultatum solutio, est argumenti ratio. Cum enim quis dicentis scopum novit, de quibus nempe sit sermo, quibus dirigatur, facilem nec obscuram profert dictorum interpretationem.

2. Apostolus, ut paucis et clare loquar, imaginem universorum hominum depingit, ejus qui ab initio formatus est, ejus qui in lege fuit institutus, ejus qui in gratia libertatem adeptus est; ipsosque quasi in imagine verbo depingit. Quis ergo Adam erat ante præceptum? et quis post præceptum? quem habuit statum in lege, et quod nomen accepit in gratia? Ac quemadmodum si hodie dixero, Deus fecit nos ad imaginem et similitudinem suam, sed quia præceptum transgressi sumus, ejecti fuimus ex paradiso, non mihi sermonem refero, sed veterem historiam mihi repeto (neque enim paradisum vidi, neque ex paradiso ejectus sum, sed patris ærumnam et priscam calamitatem depingo, ac dico, Formatus sum, transgressus sum, ejectus sum, castigatus et revocatus sum) : sic Paulus de Adamo narrat, quis nempe esset ante legis præceptum (de lege loquor in paradiso data), dicitque ex persona Adami : *Ego autem vivebam sine lege aliquando* (*Rom.* 7. 9). Num Paulus erat lege antiquior? Paulus post omnes qui in lege educati fuerant floruit, post Christi adventum. Si ergo post legem est, quomodo se lege antiquiorem dicit? Ex iis enim quæ dicit, se lege antiquiorem declarat : *Ego autem vivebam sine lege aliquando : veniente autem præcepto, peccatum revixit.* Num post Paulum venit præceptum? Et ne quis putet legem quidem fuisse ante Paulum, ipsum vero aliquando vixisse sine lege, gentilium more, postea vero in lege institutum fuisse, historia rei veritatem tradit. Paulus enim nunquam sine lege vixit. Quomodo enim sic vixisset, qui dicit : *Hebræus ex Hebræis, circumcisus octavo die, ex genere Israelitico* (*Philipp.* 3. 5)? Quandonam igitur sine lege vixit? *Ego autem sine lege vivebam : sed cum venisset mandatum.* Quodnam? Illud, *Ex omni ligno quod est in paradiso comedes. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit, ego autem mortuus sum* (*Gen.* 2. 17). Vide quomodo quasi in statera ponat peccatum et justitiam : quia tunc moritur peccatum, cum præceptum servatur; tunc moritur homo, cum viget peccatum. Nam illud, *Cum venisset mandatum, peccatum revixit*, declarat quod ante transgressionem peccatum mortuum fuerit. Peccatum autem vocat, non peccati actum, sed diabolum. Cur autem diabolum peccatum vocat? Quia illi doctor peccati fuit. Nisi enim quis Scripturæ proprium dicendi modum attendat, a veritatis scopo multum aberrabit. Peccatum solet Scriptura vocare diabolum. Quare? Quia fuit doctor, institutor, et conciliator peccati. Similiterque Servatorem Dominum nostrum Jesum Christum vocat Scriptura Justitiam, non quasi actum justitiæ, sed quasi Doctorem justitiæ. Quamobrem de illo dicit Paulus : *Qui factus est nobis a Deo sapientia et justitia, et sanctificatio et redemptio* (1. *Cor.* 1. 30). Quemadmodum ergo Christus justitia vocatus est, utpote fons justitiæ; sic et diabolus peccati institutor factus et doctor, peccati nomen accepit. *Peccatum revixit, ego autem mortuus sum : et inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem* (*Rom.* 7. 10.) Dedit enim Deus Adamo mandatum, non ut moreretur, sed ut viveret. Mandatum igitur, inquit, quod datum est mihi ad vitam, inventum est ad mortem : non quod ipsum mutatum sit, sed quod ego per transgressionem vivificam virtutem ejus subverterim. Accurate sunt explorandæ omnes quæ moventur quæstiones. Nam statim Scripturarum inimicus, qui non educatus est in verbo veritatis, non alio spectat, quam ut dicat : Non præscivit Deus, Adamum peccaturum esse? non præscivit, ipsum transgressurum esse mandatum? non præscivit, fore ut a serpente deciperetur? cur ergo mandatum dedit ei, qui ipsum non servaturus erat? Sciendum autem est, Deum omnia quidem præscire, leges vero dare, non quod ad transgressores solum respiciat, sed etiam ad eos, qui probe sunt acturi. Cur vero ut inimicus præscientiam partim tantum examinas? cur dicis, Annon præsciebat Deus quod Adam peccaturus esset? cur vero ea, quæ ex eodem ratiocinio consequuntur, taces? Tu taces improbo animo; ego utpote fidelis id prædicabo : sicut præsciebat Deus Adamum esse transgressurum, sic sciebat Abelem justum fore, præsciebat Enochum transferendum esse, præsciebat justorum chorum fore, præsciebat Noe universalem perniciem enataturum esse, præsciebat fore ut Abraham radix fidei floreret, patriarchæ splenderent, prophetæ clarerent, apostoli conspicui essent, et ex ipsa massa ejus qui transgressurus erat, illa celeberrima et pulcherrima Servatoris œconomia oriretur. Præsciebat apostolorum cursum, martyrum instituta, confessorum certamina, monachorum agmina, flores Ecclesiarum, sacerdotum chorum; præsciebat omnes qui in veritate ante altare adfuturi erant. Quid ergo? an oportebat ob præscientiam transgressoris a creatione absistere, an vero ob præscientiam tot bonorum opificium producere? *Nam peccatum occasione accepta, per mandatum seduxit me, et per illud occidit*(*Rom.* 7. 11). Peccatum, id est, diabolus. *Occasione accepta.* Qua? Quia dixit Deus : *Ex omni ligno quod est in paradiso comedes; de ligno autem scientiæ boni et mali non comedes : in quacumque enim die comederis, morte morieris* (*Gen.* 2. 17); diabolus, occasione accepta per mandatum, calumniam parat, aitque illi : *Scit enim Deus quod quacumque die comederitis, eritis sicut dii* (*Gen.* 3. 5), et id vobis prohibuit. Deum calumniatur ob invidiam, et in Deum invehitur ut invidum. Eo quod vobis invideret Deus, ne essetis Deo æquales, vetuit ne comederetis ex ligno, unde æqualitas illa vobis accedet. *Occasione* igitur *accepta, peccatum per mandatum seduxit.* Recte dixit illud, *Seduxit.* Non enim vera promisit, sed seduxit, et per illud occidit. Nam seductio mortem peperit : non enim opificium mortale erat. Multi certe putarunt Deum mortale opificium creavisse; sed mortale non erat. Etiamsi enim ex terra erat, ad immortale creatum fuerat. Nam si

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non immortale creatum fuisset, sed mortale, cur quod ex natura habebat, per sententiam accepit? Si mortale erat illud opificium, cur Deus ipsi in transgressionis pœnam mortem indicit? *In quacumque die comederis, morte morieris.* Ergo antequam comederet, immortale erat opificium. Quod si antequam comederet, mortale erat, fallax et ridicula fuisset interminatio, non veritas : comminatus enim fuisset, me futurum id quod jam eram. Nemo autem cuiquam interminatur somnum, quem ex natura habet; nemo cibum, quem ex natura capit : sed interminatur Deus mortem. Quod opificium non ex creatione subibat, propter peccatum subiit. Nam si Adam præceptum divinum et legem servare perseverasset, mors locum non habuisset. Id testificatur sapiens illud oraculum: *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viventium : invidia autem diaboli mors intravit in mundum* (*Sap.* 1. 13. *et* 2. 24). Quamobrem, ut vere loquamur, præter naturam nobis accidit quod mortales simus; resurrectio autem quod ex natura inerat, nobis restituit. Ideo resurrectio dicitur, quia corruptum opificium et per peccatum lapsum, per justitiam erigitur. Si perseverasset Adam in mandato, vivus mansisset. Et quis sponsor est, ut ne videatur id ex conjectura dictum esse? Ut ergo, fratres, non conjecturis divina tractemus, sed rerum consequentia usi clarum rerum veritatem assequamur, opificii immortalitatem testificantur ea quæ sequuntur. Si natura mortale erat opificium, si morti addictum est non per peccatum, sed per naturam ipsam, quomodo naturam vicerunt Elias et Enoch? quomodo Elias assumptus est, nec mortem gustavit? quomodo Enoch translatus est, mortem non expertus? Vide pignora priscæ creationis. Itaque poterat homo perpetuo vivere, si divinam servasset legem. Idcirco Deus assumptas nostri generis primitias transtulit in immortalitatem. Et vide sapientem œconomiam. Assumit Enochum ante multas generationes; rapit Eliam post multas generationes, idque utiliter. Quia enim in duabus gentibus pia religio versatura erat, in populo præputium habenti, et in populo circumcisionem professi; non solum Eliam assumit, ne Judæus glorietur hisce primitiis honoratus; sed priorem assumit Enochum, qui non secundum legem vixerat, sed ecclesiasticum ornatum servarat. Omnia enim, quæ ante legem fuere, figura erant Ecclesiæ. Interroga justos usque ad Abraham et usque ad legem, quinam ipsi essent. In tribus nominibus omnia versantur : in gentilitate incredula; in judaismo, qui secundum legem incedebant, et in christianismo, qui secundum evangelicam gratiam ducebatur. Interrogentur adversarii de Adamo, Abele, Enocho, Seth et Noe, et quotquot usque ad Abraham probe vixerunt, quinam essent. An gentiles? Verum id fides non permittit. Gentiles non erant; non enim in incredulitate vixerunt, dæmonibus non servierunt, sculptilibus non subjecti fuerunt, dæmonum errori obstiterunt. Non possunt ergo gentiles vocari. Sed quid erant? an Judæi? Sed non acceperunt legem, non custodierunt sabbata, ciborum discrimina non observarunt, circumcisionem non habuere. Si ergo prisci illi nec gentiles, nec Judæi fuere, inveniatur aliud nomen quod possit illis competere. Si neque Judæi, neque gentiles fuere, qui ante legem vixerunt, quod detur illis nomen? quodnam relinquitur, nisi Christiani, non quidem nomine, sed virtute. Ideo omnes Ecclesiæ typi præfulserunt. Incircumcisus erat Enoch, ut et Ecclesia : non servivit legi, ut nec Christi populus : non novit ciborum differentias, ut Ecclesia quæ in divina lege versatur. Antiquissima omnium est Ecclesia quæ in typo piæ religionis incedebat : et fides Abrahæ imago erat, non Judæorum, sed Ecclesiæ. Ideo Apostolus sermonem de fide explorat, et ut ostendat Abrahamum esse Ecclesiæ, non Judæorum imaginem, ait : *Fratres, scriptum est : Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam. Quando ergo reputatum est, in circumcisione an in præputio* (*Rom.* 4. 3. 10)? Hæc Paulus, qui ex Judæis erat, qui legem noverat, et legalia explicabat. *Non in circumcisione, sed in præputio. Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ in præputio* (*Rom.* 4. 11). Vide complicatam sententiarum speculationem; vide quomodo Apostolus segregat ab Abrahamo Israelem, non habentem fidei proprietatem; conjungat autem ipsi gentes, ut habentes characterem piæ religionis. *Et signum accepit circumcisionem, signaculum justitiæ, ut sit Pater omnium credentium per præputium.* Viden' quomodo figura Ecclesiæ in Abrahamo esset? Servator autem ut ostendat evangelicum statum ad priscam illam institutionem reduci, cum dicerent Judæi : Moyses scripsit, Si quis voluerit repudiare uxorem suam, det illi libellum repudii (*Matth.* 19. 7); Servator contra missis legalibus, non quasi solvat illa, sed ut veram doctrinam declaret, dicit : *Moyses ad duritiam cordis vestri loquutus est : ab initio autem non fuit sic* (*Ibid.* 8. 8). Vide quomodo ad prisca nos reducat.

3. Dictum repeto; sed rogo, per silentium mihi faveatis, ne tumultus oppositus sententiam dissolvat. Volens Servator ostendere, evangelicam doctrinam ad priscum reducere statum, cum dicerent discipuli, imo potius Pharisæi : *Cur Moyses præcipit, Si quis dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii* (*Deut.* 24. 1)? Servator non legem reprehendit, sed illam defendit : *Moyses hæc dixit ob duritiam cordis vestri : ab initio autem non fuit sic* (vide quomodo ad prisca nos remittat); sed *Qui fecit hominem, masculum et feminam fecit eos. Quæ ergo Deus conjunxit, homo non separet* (*Matth.* 19. 4. 6). Atque in multis deprehendo Servatorem ad priscum et bonum statum Ecclesiam reducere. Figura igitur Ecclesiæ viguit ante circumcisionem. Attendite diligenter. Quia ab initio figura Ecclesiæ viguit, ac postmodum rursus ipsa Ecclesiæ regula statuta est, lex vero media interposita fuit; ut ostendat Apostolus ecclesiasticum bonum statum in serie temporum sequi et currere, legem vero interpositam esse, ait : *Lex autem subintravit* (*Rom.* 5. 20). Non dixit, Lex intravit, sed, *Subintravit.* Alia enim lex est quæ intrat, alia quæ subintrat. Intravit ab initio lex evangelica, non dies observans, non ciborum differentiam agnoscens, non circumcisionem accipiens. Hæc lex ab initio a priscis illis servabatur, et ad postremos pervenit; intermedia vero lex intravit, imo potius subintravit : apostolumque audire est clare dicentem, ut nos diximus, *Lex subintravit.* Vis discere quo subintravit? Historiam audi. Ut Jacob propter Rachelem Labano servivit, at tempore nuptiarum illa non intravit; scopus tamen patriarchæ erat Rachelem ducere, sed fraus soceri aliam pro alia induxit, et inducta deprehensa fuit illa, quæ non quærebatur : ita Dei scopus erat semper ut Ecclesiam statueret; subinduxit vero synagogam, non per vim et fraudem illam assumens, sed ad figuram veteris historiæ res coaptans. Ac quemadmodum Jacob, accepta Lia, in scopo semper Rachelem habuit, sed vim fraude illatam tulit : sic et Deus quo tempore synagogam habuit, hanc oderat, illam diligebat. Et quis nobis hoc testificatur? quis historiæ sic consideratæ sponsor est? Sæpe Deus cum synagoga legem servante versans, dicebat : *Festa vestra et neomenias vestras odit anima mea* (*Isai.* 1. 13. 14). Ac quemadmodum Jacob Rachelis faciem amabat, et lippitudinem oculorum Liæ aversabatur (*Erat* enim, inquit, *Lia infirma oculis* [*Gen.* 29. 17]) : sic Deus aversabatur synagogam, non corpore corruptam, sed anima cæcam. Ideo dicebat propheta : *Et quis cæcus, nisi filii mei? et quis surdus, nisi qui dominantur eis* (*Isai.* 42. 19)? *Et cæci facti sunt servi Dei.* Ac sicut illic ob oculorum infirmitatem, ita hic ob cæcitatem animæ synagogam oderat. Idcirco cæcitatem illorum Servator subindicans, dicebat : *Dimittite illos, duces sunt cæcorum : cæcus autem si cæcum ducat, ambo in foveam cadent* (*Matth.* 15. 14). Quod vero toto tempore, quo synagoga secundum legem vixit, Deus voluerit populum illum ob ingratum animum repudiare, testificatur propheta dicens;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κατὰ φύσιν ἔχει· οὐδεὶς ἀπειλεῖ βρῶσιν, ἣν κατὰ φύσιν ἐπιδέχεται· ἀλλ' ἀπειλεῖ θάνατον ὁ Θεός. Ὃ μὴ εἶχε τὸ πλάσμα κατὰ τὴν δημιουργίαν, ἐδέξατο κατὰ τὴν ἁμαρτίαν. Εἰ γὰρ παρέμεινεν ὁ Ἀδὰμ τὴν ἐντολὴν φυλάττων, τὸν θεῖον νόμον, οὐκ ἔσχε χώραν ὁ θάνατος. Καὶ μαρτυρεῖ τὸ σοφὸν ἐκεῖνο λόγιον, ὅτι *Ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.* Ὥθεν, εἰ δεῖ κατὰ ἀλήθειαν εἰπεῖν, τὸ μὲν θνητὸν παρὰ φύσιν ἡμῖν ἐπεισῆλθεν· ἡ δὲ ἀνάστασις τὸ κατὰ φύσιν ἡμῖν ἀποδίδωσι. Διὰ τοῦτο καὶ ἀνάστασις, ἐπειδὴ τὸ φθαρὲν πλάσμα καὶ πεσὸν διὰ τῆς ἁμαρτίας, ὀρθοῦται διὰ δικαιοσύνην. Εἰ παρέμενεν ὁ Ἀδὰμ τῇ ἐντολῇ, ἔμεινεν ἂν ζῶν. Καὶ τίς ἐγγυᾶται τὸ ῥῆμα, ἵνα μὴ νομισθῇ στοχασμὸς εἶναι καὶ πιθανότης; Ἵνα τοίνυν, ἀδελφοί, μὴ στοχασμοῖς ἐπιβάλωμεν πρὸς τὰ θεῖα, ἀλλὰ τῇ ἀκολουθίᾳ χρησάμενοι καταλάβωμεν τὴν ἐναργῆ τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, μαρτυρεῖ τὴν ἀθανασίαν τοῦ πλάσματος τὰ μετὰ ταῦτα. Εἰ θνητὸν ἦν κατὰ φύσιν τὸ πλάσμα, εἰ μὴ ἦν δι' ἁμαρτίαν τὸν θάνατον δεξάμενον, ἀλλὰ διὰ τὴν φύσιν αὐτὴν, πῶς τὴν φύσιν ἐνίκησαν Ἠλίας καὶ Ἐνὼχ; πῶς Ἠλίας ἀνελήφθη, θανάτου μὴ γευσάμενος; πῶς Ἐνὼχ μετετέθη, θανάτου πεῖραν μὴ λαβών; Βλέπε τὰ ἐνέχυρα τῆς ἀρχαίας δημιουργίας· ὥστε ἐνεχώρει ζῆν τὸν ἄνθρωπον διηνεκῶς, εἰ τῷ θείῳ συνεπολιτεύετο νόμῳ. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς ἁπαρχὰς λαβὼν τοῦ ἡμετέρου γένους, εἰς ἀθανασίαν μετήνεγκε. Καὶ ὅρα τὴν σοφὴν οἰκονομίαν. Ἀναλαμβάνει τὸν Ἐνὼχ πρὸ πολλῶν γενεῶν, ἁρπάζει τὸν Ἠλίαν μετὰ [192] πολλὰς γενεάς, καὶ τοῦτο χρησίμως. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν δύο ἔθνεσιν ἔμελλεν ἡ εὐσέβεια πολιτεύεσθαι, ἐν τῷ λαῷ τῷ τὴν ἀκροβυστίαν ἔχοντι, καὶ ἐν τῷ λαῷ τῷ τὴν περιτομὴν ἐπαγγελλομένῳ, οὐ λαμβάνει τὸν Ἠλίαν μόνον, ἵνα μὴ ὁ Ἰουδαῖος καυχήσηται τῇ ἁπαρχῇ σεμνυνόμενος· ἀλλὰ πρῶτον λαμβάνει τὸν Ἐνὼχ, οὐ κατὰ τὸν νόμον πολιτευσάμενον, ἀλλ' ἐκκλησιαστικὴν εὐκοσμίαν φυλάξαντα. Πάντα γὰρ τὰ πρὸ νόμου τύποι ἦν τῆς Ἐκκλησίας. Ἐρώτησον τοὺς μέχρι Ἀβραὰμ καὶ τοῦ νόμου δικαίους, τίνες ἦσαν. Ἓν τρισὶν ὀνόμασι στρέφεται τὰ πάντα, ἐν Ἑλληνισμῷ τῷ τῆς ἀπιστίας μέρει, ἐν Ἰουδαϊσμῷ τῷ κατὰ νόμον πολιτευσαμένῳ, ἐν Χριστιανισμῷ τῷ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν χάριν ὁδηγουμένῳ. Ἐρωτάσθωσαν οἱ δι' ἐναντίας περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ Ἄβελ καὶ Ἐνὼχ καὶ Σὴθ καὶ Νῶε, ὅσοι ἐξ ἐκείνου διέπρεψαν μέχρις Ἀβραάμ, τίνες ἦσαν; Ἕλληνες; Ἀλλ' οὐ συγχωρεῖ ἡ πίστις. Ἕλληνες οὐκ ἦσαν. Οὐ γὰρ ἀπιστίᾳ συνέζησαν, δαίμοσιν οὐκ ἐδούλευσαν, ξοάνοις οὐχ ὑπετάγησαν, τῇ πλάνῃ τῶν δαιμόνων ἀντέστησαν. Οὔ δύνανται τοίνυν Ἕλληνες ὀνομάζεσθαι. Ἀλλὰ τί ἦσαν; Ἰουδαῖοι; Ἀλλ' οὐκ ἐδέξαντο τὸν νόμον, οὐκ ἐφύλαξαν σάββατα, οὐ παρετήρησαν βρωμάτων διαφοράς, οὐκ εἶχον περιτομήν. Εἰ τοίνυν οἱ ἀρχαῖοι μήτε Ἕλληνες, μήτε Ἰουδαῖοι ἦσαν, εὑρέθη ἕτερον ὄνομα τὸ δυνάμενον αὐτοῖς ἁρμόσαι. Εἴ γε μήτε Ἰουδαῖοι, μήτε Ἕλληνες οἱ πρὸ νόμου πολιτευσάμενοι, τίνα διδόασιν αὐτοῖς προσηγορίαν; τί τὸ ὑπολειπόμενον; Ἢ δῆλον ὅτι Χριστιανοί, οὐ τῇ προσηγορίᾳ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει. Διὰ τοῦτο πάντες οἱ τύποι τῆς Ἐκκλησίας προέλαμπον. Ἀπερίτμητος ὁ Ἐνὼχ, ὥσπερ καὶ ἡ Ἐκκλησία· οὐ δουλεύει νόμῳ, ὥσπερ καὶ ὁ λαὸς τοῦ Χριστοῦ· οὐκ οἶδε διαφορὰς βρωμάτων, ὥσπερ ἡ Ἐκκλησία ἡ τῷ θείῳ συμπολιτευομένη λόγῳ. Ἀρχαιοτέρα πάντων ἡ Ἐκκλησία ἡ τῷ τύπῳ τῆς εὐσεβείας στοιχουμένη, καὶ ἡ πίστις τοῦ Ἀβραὰμ εἰκὼν ἦν οὐκ Ἰουδαίων, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος βασανίζει τὸν λόγον τὸν περὶ τῆς πίστεως, καὶ βουλόμενος δεῖξαι τὸν Ἀβραὰμ εἰκόνα τῆς Ἐκκλησίας, καὶ οὐχὶ τῶν Ἰουδαίων, λέγει· *Ἀδελφοί, γέγραπται, ὅτι Ἀβραὰμ ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Πότε οὖν αὐτῷ ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ;* Ταῦτα Παῦλος, ὁ ἐξ Ἰουδαίων, ὁ τὸν νόμον εἰδὼς, καὶ τὰ κατὰ νόμον διασαφῶν. *Οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ· καὶ σημεῖον ἔλαβε τὴν περιτομὴν, σφραγῖδα δικαιοσύνης τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ.* Βλέπε πολυπλόκων νοημάτων θεωρίαν· βλέπε πῶς Ἀπόστολος ἐξοικίζει μὲν τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Ἀβραὰμ, μὴ ἔχοντα τῆς πίστεως τὴν οἰκειότητα, εἰσοικίζει δὲ τὰ ἔθνη, ὡς ἔχοντα τὸν χαρακτῆρα τῆς εὐσεβείας. *Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, σφραγῖδα δικαιοσύνης, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας.* Ὁρᾷς, πῶς ὁ τύπος τῆς Ἐκκλησίας ἐν τῷ Ἀβραὰμ ἐπολιτεύετο; Καὶ ὁ Σωτὴρ δὲ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι ἡ εὐαγγελικὴ κατάστασις πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἄγεται κατάστασιν, λεγόντων Ἰουδαίων, Μωϋσῆς ἔγραψεν, Ἐάν τις θέλῃ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ βιβλίον ἀποστασίου, ὁ Σωτὴρ πάλιν, τὰ ἐν τῷ νόμῳ παρεντιθέμενος, οὐχ ὡς ἐκλύων, ἀλλὰ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν ἐμφαίνων λέγει· *Μωϋσῆς διὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν εἶπεν· ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐχ οὕτως ἐγένετο.* Βλέπε, πῶς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡμᾶς ἀποκαθίστησιν.

lis annonæ, et rationabilia horrea divinis cælestis sapientiæ fructibus replevit; credentes spiritus sanctitate cumulavit, et singuli facti sunt divinæ sanctitatis receptaculum, divinique decoris flumen. Horum omnium possessionem crux subministravit, tantisque bonis per crucem fruimur : horum omnium notitiam per crucem accepimus, hæc omnia per ipsam didicimus. Ut autem discas crucis potentiam et efficaciam, consideres velim ea, quæ crux operata est, et invenies divinæ potestatis gesta per illam consummata. Crux contra vitam figitur, et vita mundo per crucem datur : crux ad mortem excogitatur, et mors per illam mortua exhibetur : crux contra veritatem erigitur, et per crucem mundus vita repletur : crux extensa fuit contra Dominum, et Dominus per eam expansis manibus omnia complexus est. Christus in cruce pendet, et diabolus occiditur : Christus in cruce extenditur, et signum salutis mundo datur : Christus in cruce clavis affigitur, et omnis anima a vinculis redimitur : Christus cruci affigitur, et omnis creatura a servitutis corruptione liberatur : Christus in cruce quiescit, et prodigium novum mundo ostenditur : nam lux solis obtenebratur : quod incredulis symbolum est, fore ut in die judicii tenebræ ipsis reserventur; credentibus vero lux diei ex tenebris emergat. Hoc autem clamat propheticum eloquium his verbis : *Et erit in illa die, dicit Dominus, occidet sol in meridie, et obtenebrabitur in die lux : et convertam festivitates vestras in luctum, et omnia cantica vestra in planctum* (*Amos* 8. 9. 10). Viden', dilecte, quantum mysterium complectatur divinum oraculum? Hic enim amborum opera subindicantur; Judæorum nempe, qui sub lege erant, et gentium, quæ extra legem iniquitatem exercebant. Nam qui secundum legem festivitates celebrabant, illis absolutis lugebant, et loco canticorum, planctum edent super Jerosolymam. Non enim ultra Jerusalem cultum suum exercebit, neque ulla ibi festivitas celebrabitur; quia post Christi adventum, passionem et œconomiam omnia finem acceperunt. Ideo igitur inquit, *Convertam festivitates vestras in luctum, et omnia cantica vestra in planctum;* eo quod ipsi legalibus illis privati, in servitutem omnibus gentibus traditi sint, quia non crediderunt divinæ et stupendæ crucis prædicationi. Lugebunt etiam gentes ob peccata sua, luctu qui beatitudinem pariat : nam ait : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur* (*Matth.* 5. 4). Lugebunt itaque ob vanas suas festivitates, et nefaria cantica, quæ impuris dæmonibus persolvebant. Perpende autem hodie quomodo gentilis pœnitentiam agens, qui prius idolis festa celebrabat, festum in luctum convertat, male factorum pœnitens, et cum luctu propheticum illud dictum proferens : *Erravimus in turpitudine nostra, et operuerunt nos peccata nostra, quia repleti sumus impietate nostra* (*Jer.* 3. 25) : *Novimus iniquitates patrum nostrorum* (*Ibid.* 14. 20). Sic et nos probe lugentes et plorantes de malis supra descriptis, crucem complectamur, in cruce spem habentes, ut per crucem eruditi, in cælum animo tendentes, et ad Christum Servatorem accedentes, juxta Deum in regno cælorum locari mereamur, in ipso Christo Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN SERMONEM DE SANCTO THOMA.

Hic nimiæ loquacitatis Græculus statim se prodit a Chrysostomi elegantia, inventione, salibus longe alienum. Illiusque sermonem typis dare ne cogitassemus quidem, nisi jam inter spuria publicasset Henricus Savilius. Hæc porro oratio subinde a Græculis nugacibus aucta et retractata fuit. Indeque accidit ut manuscripti Codices inter se differant, aliis breviorem, aliis longiorem homiliam referentibus. Illam ut Savilius dedit edimus, aliquot in locis ad fidem Manuscripti Regii castigatam.

IN SANCTUM APOSTOLUM THOMAM.

1. Venio [1] debitum vobis redditurus, carissimi : debitum quod et me reddentem ditabit, et vobis recipientibus utile erit. Adsum rursus Thomam celebraturus, initio quidem non credentem Christi resurrectionem; deinde vero, postquam vidit et tetigit, Christo credentem, ac Dominum ipsum et Deum vocantem. Animum ergo adhibete mihi, rogo. Precamini Thomam, ut sanctam dexteram suam quæ latus Domini tetigit, labiis meis imponens, vim linguæ meæ conferat ad illa enarranda quæ vos desideratis : viliaque verba mea tranquillo animo ferte, ut modicam inde utilitatem decerpatis. Cum servator noster inferni ventrem omnia devorantem dissecuisset, ac primogenitus mortuorum effectus esset, perque clausas januas ingressus esset ad discipulos suos, *Thomas, qui dicitur Didymus, non erat cum eis* (*Joan.* 20. 24). Papæ, quantum miraculum! Desideratus adfuit, et qui desiderabat non aderat : bonus pastor gregem adiit, et ovis extra gregem, imo extra caulam errabat : Rex cælorum præsens advenit, et miles procul a divino exercitu versabatur. Erat vero forte illud divinæ dispensationis mysterium, quod tunc non adesset Thomas. Nam si præsens fuisset, non dubitasset; si non dubitasset, non tetigisset; si non tetigisset, non ita credidisset; si non ita credidisset, non nos ita credere docuisset. Itaque discipuli incredulitas, fidei nostræ mater effecta est. Ideo namque nos Christum, quem non videmus, adoramus, quia ille vidit et adoravit : ideo, licet non tangamus eum, qui tangi non potest, hymnis celebramus, quia ille propriis manibus attrectans Dominum celebravit dicens : *Dominus meus, et Deus meus* (*Joan.* 20. 28. 25). Dicebant ergo alii discipuli Thomæ, qui postremo venerat : *Vidimus Dominum;* vidimus eum qui dixit : *Post triduum resurgam* (*Matth.* 27. 63); et ex re ipsa veritatem dicti deprehendimus; vidimus eum qui dixit : *Ego sum resurrectio et veritas et vita* (*Joan.* 11. 25); ac resurrectionem et veritatem et vitam ex vita accepimus; vidimus eum qui dixit : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (*Ibid.* 10. 18) : et re potentiam ejus experti sumus. Nam repente Servator adstitit nobis, domunculæ januas non discindens : nos vero inexspectato adventu, ut par erat, perculsi, novam ingressus rationem mirati sumus. Audivimus eum dicentem, *Pax vobis* (*Ibid.* 20. 21), et mœroris procellam in lætitiæ tranquillitatem vertimus. Vidimus ejus manus, in quibus acutos clavos receperat, et hominum peccata deleverat : vidimus ejus manus, quibus mortem contrivit, et resurrectionem omnibus hominibus peperit : vidimus ejus sacrum latus pro nobis confossum, quod et sanguinem et aquam emisit, duos salutis nostræ fontes. Insuffla-

[1] Sic Mss. pene omnes. Savil. sic incipit, *Benedictus sit Deus! Venio.*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tionem quoque divinam ex ore ejus accepimus, insufflationem spiritualem, quæ gratiam omnem ministrabat. A Domino ordinati sumus, ut potestatem habeamus dimittendi peccata; et judicandi peccata facultatem accepimus, hoc dicto nos ad id constituente : *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* Talibus Servatoris dictis cum gaudio acceptis, talia nacti sumus dona : non enim poteramus a tali Domino frui, sine divitiarum accessione, a tali Domino collata; tu vero solus pauper mansisti, qui non aderas. Statimque Thomas respondit illis : Vos soli Dominum vidistis; egone solus indignus sum ejus conspectu? Nonne ut vocati estis, et ego vocatus sum? et ut honorati estis, ego honoratus sum ab illo? nonne ut vos vidistis illum crucifixum, ego quoque vidi? Vobiscum tristia vidi, volo etiam læta discere. Ut vidi mortem Christi, volo quoque resurrectionem ejus conspicere. *Nisi enim videro in manibus ejus fixuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam* (*Joan.* 20 25). Certe vos non credidissetis, nisi vidissetis : sic et ego nisi videro, non credam. Persevera, Thoma, persevera in hac pulchra incredulitate tua; studiose persevera, donec teneas fidei anchoram; vehementius persevera in hoc tuo desiderio, donec videas eum quem desideras. Amo cogitationum tuarum dubitationem, quæ omnem dubitationem resecet : laudo modum illum contentiosum et Christi amantem, ut qui omnem hæreticorum contentionem auferat. Ne credas, jam magis fidem neges, ut ego firmiter credam. Quære Dominum, et voca præsentem, ut te quærente ac vocante, ego Redemptorem meum amplectar. Persevera illum quærere qui dixit : *Quærite, et invenietis* (*Matth.* 7. 7). Ne prætereas simpliciter explorans, si non reperias thesaurum quem inquiris. Persevera pulsans januam cognitionis, quæ nulli sit contradictioni obnoxia, donec illam aperiat qui dixit : *Pulsate, et aperietur vobis.* Libenter audio te sæpe dicentem : *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, non credam.* Te quippe non credente, ego credere disco : te ligone linguæ tuæ arva divini corporis fodiente, ego fructum sine labore decerpo et mihi accumulo. Nisi videro his meis oculis sulcos in sanctis manibus ejus, quos sulcarunt impii, numquam vestris obtemperabo verbis : nisi hunc meum digitum mittam in foramina clavorum, hunc vestrum bonum nuntium non accipiam : nisi tangam hac manu mea latus illud, non suspectum resurrectionis testem, non credam testimonio vestro.

2. Videbo oculis meis ea, quæ vos prædicatis (nam aure certiores sunt testes oculi); et tunc vestrum recipiam dictum. Omne quippe verbum a rebus ipsis confirmatum, validum et firmum est; sin rerum ipsarum confirmatione privetur, inaniter a labiis in aerem diffunditur. Doctoris nostri miracula hominibus prædicaturus sum : quomodo igitur ea quæ non oculis percepi, verbis proferam? quomodo incredulis ea credere suadebo, quibus ipse non adfui? quomodo Judæis ac gentilibus dicam : Crucifixum Dominum meum vidi, resuscitatum non vidi, sed ab aliis audivi? Ecquis hæc dicentem non irridebit? quis prædicationem non respuet? Aliud est audivisse, aliud vidisse : aliud verba percipere, aliud videre et experiri. Hæc et similia cum coapostolis diceret Thomas, ingressus est rursum Jesus ad discipulos januis clausis. Ingressa est Janua vitæ per clausas januas : eo modo ingressus est, quo novit ipsum solum Dei Verbum. Sicut enim cum natus est, virginitatis januas non læsit, sic etiam intra domum repertus est, et claustra non fregit. Ac rursus, ut exiit ex sepulcro clauso et obsignato, sic ingressus est januis clausis. Ingressus eo est carne, ubi erat divinitate, et januas non aperuit. Voluit enim, et nihil impedivit : voluit, et omnia concurrerunt : voluit, et creatura ipsi obsequuta est : voluntati ejus omnia concurrerunt, quod vere Deus esset. Sic et generatio ejus omnem sermonem superat, et exitus ex monumento mentem omnem transcendit, ingressusque ejus ad discipulos ineffabilis inenarrabilisque est. Quod quidem ingressus sit ad discipulos, hoc quidem edoctus sum : quomodo ingressus sit, nondum didici. Quod non ipse percepi, nec dicere audeo. Eum qui ingressus est celebro, ingressus modum non curiose inquiro : prædico mysterium, nec explico quod explicari nequit : signum editum admiror, quomodo factum sit non quæro : iis quæ scripta sunt credo, nec curiose exploro, et salutem consequor. Auditor quippe sum miraculorum Domini, non autem in divinis illis operationibus versatus sum. Et si quis Judæorum dixerit mihi : Res prorsus incredibiles prædicas et impossibiles; quomodo potuit corporis moles januis clausis intrare? dicam et ego illi : Quomodo potuit Habacucum angelus deducere in lacum leonum, et rursum inde reducere, et apposita signacula salva et integra relinquere (*Dan.* 4. 32)? Servus quod voluit effecit, et Dominus non potuit, ut sibi placuit? Quemadmodum ergo illud volente Deo factum est, ita et hoc volente Deo Verbo, qui homo factus est, perfectum fuit. Ingressus est ergo ad discipulos suos Servator, ut sibi placuit, et stetit in medio, ut omnibus pari modo appareret, et dixit eis : *Pax vobis* (*Joan.* 20. 26). Pax enim sum, et pacem do vobis. Quod sum, id do. Pax hæc omnes inimicos subjiciet sub pedibus vestris : pax hæc omnes principatus et potestates subditas vobis faciet : pax hæc contra totum orbem tropæum eriget. Gavisi sunt ergo discipuli, cum Domini sui forma et voce iterum fruerentur, et Thomam cubitis pulsabant; ipsi oculis annuebant, ac propemodum superciliorum nutu dicebant illi : Annon diximus tibi nuper, *Vidimus Dominum*, et non credidisti nobis? Ecce adest ipse desideratus, ipso fruere ut vis, delectare ut desideras : accede ad eum, qui propter salutem tuam ad nos ingressus est, et accipe quæstionum solutionem. Ipse vero Thomas stabat oculis circumspiciens omnia Servatoris membra, et singula curiose explorans, an vere qui mortuus erat, resuscitatus adesset. Quid ergo dixit ei ille solus bonus, solus misericors et benignus, *Qui vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire* (*1. Tim.* 2. 4)? *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas.* O benignitatis culmen immensum! o indulgentiæ interminatum pelagus! Non exspectavit aditum discipuli, non exspectavit donec supplex accederet, ac peteret ut optatum assequeretur, neque vel ad breve tempus distulit; sed ipse præsens amatorem ad desideratum vi compulit, ipse voce sua digitum desiderantis ad se traxit, ipse Dominica lingua servilem manum ad se pertraxit, dicens illi : *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas.* Propter te enim te adii, propter te rursum huc accessi, unde numquam secundum divinitatem abfueram : propter te manus hasce clavis configendas porrexi, ut tibi sine periculo tuo salutem parerem. Accede ad me corpore, spiritu, fide, et clare disce quæ discere cupiebas : pro lubito tuo scrutare, disce, tange : quasi infans in manibus meis scripta lege voluntariæ passionis meæ vulnera. Omnia tibi membra ad scrutandum offero : non erubesco corporis livores, nec carnis vulnera, quæ propter vulnera vestra excepi : non abscondo gloriæ victoriæque meæ tropæa : palam prodeo, et omni creaturæ illa palam facio. Vidit illa sol; ideo secessit et diem in noctem mutavit : vidit terra; ideo fugæ locum quæsivit : hæc sciunt petræ; ideoque scissæ sunt, et scissione passionem meam luxerunt : hæc sciunt mortui; nam propterea ex sepulcris prodiere currentes : hæc novit velum templi; ideoque discissum Judæorum perniciem luxit. *Vide manus meas*, ut voluisti : digitum tuum immitte in profunda plagarum mearum. Vis quoque latus meum considerare : ecce illud expando tibi. Infer manum tuam illam curiosam, et mitte in latus meum : tange corpus meum, quod sine semine virili constitutum est : tange corpus meum conceptum ex Maria Virgine, et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀνάστασιν πᾶσιν ἀνθρώποις ἔφυσεν· εἴδομεν αὐτοῦ καὶ τὴν ἁγίαν πλευρὰν τὴν τρωθεῖσαν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ βλύσασαν αἷμα καὶ ὕδωρ, τοὺς δύο τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κρουνούς· ὑπεδεξάμεθα καὶ φύσημα θεῖον ἐκ τοῦ θείου στόματος αὐτοῦ, φύσημα πνευματικὸν, φύσημα πάσης χάριτος χορηγόν. Ἐχειροτονήθημεν ἐκ τοῦ Δεσπότου δεσπόται τῆς τῶν πλημμελημάτων ἀφέσεως, ἐγενόμεθα καὶ κύριοι τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν κρίσεως, τοιοῦτον ῥῆμα παρ' αὐτοῦ δεξάμενοι σύνθημα, *Ἂν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἂν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.* Τοιούτων λόγων τοῦ Σωτῆρος κατετρυφήσαμεν, τοιούτων δωρεῶν ἀπηλαύσαμεν (οὐ γὰρ ἐνῆν ἡμᾶς ἀπολαῦσαι, καὶ μὴ πλουτῆσαι, τοιούτῳ Δεσπότῃ περιτυχόντας)· σὺ δὲ μόνος πτωχὸς ἔμεινας μὴ παρών. Καὶ πρὸς αὐτοὺς εὐθέως ὁ Θωμᾶς ὑπολαβὼν ἔφη· Ὑμεῖς τὸν Κύριον ἐθεάσασθε; ἐγὼ μόνος ἀνάξιός εἰμι τῆς θέας αὐτοῦ; οὐχ ὡς ἐκλήθητε, κέκλημαι; οὐχ ὡς ἐτιμήθητε, τετίμημαι παρ' αὐτοῦ; οὐχ ὡς εἴδετε σταυρούμενον αὐτὸν, οὕτως εἶδον κἀγώ; Εἶδον μεθ' ὑμῶν τὰ στυγνὰ, θέλω καταμαθεῖν καὶ τὰ φαιδρά. Ὡς εἶδον τὴν νέκρωσιν τοῦ Χριστοῦ, θέλω καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ κατιδεῖν. *Ἐὰν γὰρ μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω.* Ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ ἂν ἐπιστεύσατε, εἰ μὴ πρῶτον ἐθεάσασθε· οὕτω κἀγὼ, ἐὰν μὴ ἴδω, οὐ μὴ πιστεύσω. Ἐπίμεινον, ὦ Θωμᾶ, ἐπίμεινον τῇ καλῇ σου ἀπιστίᾳ ταύτῃ, σπουδαίως ἐπίμεινον, ἕως ἂν κρατήσῃς τῆς πίστεως τὴν ἄγκυραν· ἐπίμεινον τῷ τοιούτῳ πάθει σφοδρότερον, ἕως ἂν θεάσῃ τὸν ποθούμενον. Φιλῶ σου τὴν διχόνοιαν τῶν λογισμῶν, ὡς πᾶσαν διχόνοιαν τέμνουσαν· ἐπαινῶ σου τὸν φιλόνεικον καὶ φιλόχριστον τρόπον, ὡς πᾶσαν φιλονεικίαν αἱρετικῶν ἐκκόπτοντα. Ἀπίστησον, ἀπίστησον ἔτι καὶ μᾶλλον, ἵνα πιστεύσω βεβαίως ἐγώ. Ζήτησον [209] τὸν Κύριον, καὶ κάλεσον τὸν παρόντα, ἵνα σοῦ ζητοῦντος αὐτὸν καὶ καλοῦντος, ἐγὼ περιπτύξωμαι τὸν ἐμὸν Λυτρωτήν. Ἐπίμενον ζητῶν τὸν εἰπόντα· *Ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε.* Μὴ παρέλθῃς ἁπλῶς ἐρευνῶν, ἐὰν μὴ εὑρήσῃς, ὃν ζητεῖς θησαυρόν. Ἐπίμενον κρούων τὴν θύραν τῆς ἀνατιρρήτου γνώσεως, ἕως ἂν ὑπανοίξῃ σοι ταύτην ὁ εἰπών, *Κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν.* Ἡδέως ἀκούω σου πολλάκις λέγοντος, *Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, οὐ μὴ πιστεύσω.* Σοῦ γὰρ ἀπιστοῦντος, ἐγὼ πιστεύειν διδάσκομαι· σοῦ τῇ δικέλλῃ τῆς γλώττης ὀρύττοντος τὰς τοῦ θείου σώματος ἀρούρας, ἐγὼ τὸν καρπὸν ἀπόνως θερίζω καὶ σωρεύω πρὸς ἑαυτόν. Ἐὰν μὴ ἴδω τούτοις μου τοῖς ὀφθαλμοῖς τοὺς ἐν ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ χερσὶν αὐλακας, ἃς ἠροτρίασαν οἱ δυσσεβεῖς, οὐδαμῶς τοῖς ὑμετέροις συνθήσομαι ῥήμασιν· ἐὰν μὴ βάλω τοῦτόν μου τὸν δάκτυλον εἰς τὰ κοιλώματα τῶν ἥλων, οὐκ ἂν τὸ ὑμέτερον εὐαγγέλιον παραδέξομαι· ἐὰν μὴ κρατήσω ταύτῃ μου τῇ χειρὶ τὴν πλευρὰν ἐκείνην, τὴν ἀνύποπτον μάρτυρα τῆς ἀναστάσεως, οὐκ ἂν τῷ ὑμετέρῳ πιστεύσοιμι δείγματι.

β'. Θεάσομαι τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ κηρυττόμενα παρ' ὑμῶν (ἐπειδήπερ τῆς ἀκοῆς ἀξιοπιστότεροι μάρτυρες οἱ ὀφθαλμοί), καὶ τότε τὸν ὑμέτερον δέχομαι λόγον. Ἅπας γὰρ λόγος κεκτημένος τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων συνηγορίαν ἰσχυρὸς ὑπάρχει καὶ βέβαιος· πᾶσα δὲ φωνὴ τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων μαρτυρίας ἐστερημένη, ἔστιν ἐξίτηλος, ἐκ τῶν χειλέων εἰς τὸν ἀέρα χεομένη. Μέλλω κηρύττειν τοῖς ἀνθρώποις τοῦ διδασκάλου τὰ θαύματα· πῶς οὖν, ἃ μὴ παρέλαβον τοῖς ὀφθαλμοῖς, ταῦτα τοῖς λόγοις ἐξείπω; πῶς πείσω τοὺς ἀπίστους πιστεῦσαι, οἷς οὔτε αὐτὸς τέως παρηκολούθησα; πῶς εἴπω τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι σταυρούμενον τὸν ἐμὸν Δεσπότην τεθέαμαι, ἀναστάντα δὲ οὐκ εἶδον, ἀλλ' ἤκουσα; Καὶ τίς οὐ γελάσει μου τὴν φωνήν; Τίς οὐ διαπτύσει τὸ κήρυγμα; Ἕτερον γάρ ἐστιν ἀκοὴ, καὶ ἕτερον ὄψις, καὶ ἕτερόν ἐστι λόγων ἐπαγγελία, καὶ ἕτερον πραγμάτων θέα καὶ πεῖρα. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς τοὺς συναποστόλους διαλεγομένου τοῦ Θωμᾶ, εἰσῆλθε πάλιν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν. Εἰσῆλθεν ἡ θύρα τῆς ζωῆς διὰ τῶν κεκλεισμένων θυρῶν, εἰσῆλθεν, ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος ὁ Θεὸς; Λόγος. Ὥσπερ γὰρ ἐγεννήθη, καὶ τὰς πύλας τῆς παρθενίας οὐκ ἔφθειρεν, οὕτω καὶ ἐντὸς τῆς οἰκίας εὑρέθη, καὶ τὰ κλεῖθρα οὐκ ἀνέσπασε. Καὶ πάλιν, ὥσπερ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ κεκλεισμένου καὶ ἐσφραγισμένου τάφου, οὕτως εἰσῆλθε καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. Εἰσῆλθε τῇ σαρκὶ, ὅπου ἦν θεότητι, καὶ τὰς θύρας οὐκ ἀνεπέτασεν. Ἠθέλησε γὰρ, καὶ τὸ κωλύον οὐδέν· ἠθέλησε, καὶ πάντα συνέδραμεν· ἠθέλησε, καὶ ἡ κτίσις ὑπούργησε, μόνῳ τῷ θελήματι αὐτοῦ πάντα συνέδραμε Θεῷ ὄντι καὶ ὑπάρχοντι. Οὕτω καὶ ἡ γέννησις αὐτοῦ πάντα λόγον νικᾷ, καὶ ἡ τοῦ μνήματος ἔξοδος ὑπερβαίνει πᾶσαν διάνοιαν, καὶ ἡ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ εἴσοδος ἀπόῤῥητός ἐστι καὶ ἀνέκφραστος. Ὅτι μὲν γὰρ εἰσῆλθε πρὸς τοὺς μαθητὰς, δεδίδαγμαι· τὸ δὲ πῶς εἰσῆλθεν, οὐκέτι μεμάθηκα· ὃ δὴ μὴ παρέλαβον, οὔτε λέγειν τολμῶ. Ὑμνῶ τὸν εἰσελθόντα, οὐ πολυπραγμονῶ τῆς εἰσόδου τὸν τρόπον· κηρύττω τὸ μυστήριον, οὐχ ἑρμηνεύω τὸ ἀνερμήνευτον· θαυμάζω τὸ γεγενημένον σημεῖον, πῶς δὲ γέγονεν, οὐ ζητῶ· πιστεύω τοῖς γεγραμμένοις ἀπειρέργως, καὶ σώζομαι. Ἀκροατὴς γάρ εἰμι θαυμάτων δεσποτικῶν, οὔκ εἰμι δὲ διαιτητὴς θείων ἐνεργειῶν. Κἂν τις τῶν Ἰουδαίων εἴπῃ πρός με, Ἀμήχανα καὶ ξένα κηρύττεις καὶ παντελῶς ἄπιστα πράγματα· πῶς γὰρ ἐδύνατο διακεκλεισμένων θυρῶν σῶμα παρελθεῖν ὀγκηρόν; ἐρῶ κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, Πῶς ἐδυνήθη ἄγγελος καταγαγεῖν τὸν Ἀμβακοὺμ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων, καὶ πάλιν ἀναγαγεῖν, καὶ τὰς ἐπικειμένας σφραγῖδας σώας καὶ ἐῤῥωμένας καταλιπεῖν; Ὁ δοῦλος, ὅπερ ἠθέλησεν, ἐποίησε, καὶ ὁ Δεσπότης οὐκ ἴσχυσεν, ὅπερ ηὐδόκησεν; Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνο γεγένηται βουληθέντος Θεοῦ, οὕτω καὶ τοῦτο πέπρακται, τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου Θεοῦ θελήσαντος. Εἰσῆλθε τοίνυν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ὡς ηὐδόκησεν, ὁ Σωτὴρ. καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, ἵνα πᾶσιν [210] ὁμοίως φανῇ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· *Εἰρήνη ὑμῖν.* Εἰρήνη γάρ εἰμι, καὶ εἰρήνην χαρίζομαι ὑμῖν. Ὁ πέφυκα, τοῦτο καὶ δίδωμι. Αὕτη ἡ εἰρήνη πάντας τοὺς πολεμίους ὑποτάξει τοῖς ὑμετέροις ποσίν· αὕτη ἡ εἰρήνη τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ποιήσει δούλας ὑμῶν· αὕτη ἡ εἰρήνη στήσει κατὰ τῆς οἰκουμένης τρόπαιον. Ηὐφράνθησαν οὖν μαθηταὶ πάλιν ἀπολαύσαντες τῆς Δεσποτικῆς μορφῆς[a] καὶ φωνῆς, καὶ τοῖς ἀγκῶσι τὸν Θωμᾶν διένυττον, καὶ διένευον τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῷ, καὶ μονονουχὶ διὰ τῶν βλεφάρων ἔλεγον πρὸς αὐτόν· Οὐκ εἰρήκαμέν σοι πρώην, *Ἑωράκαμεν τὸν Κύριον*, καὶ οὐκ ἐπίστευσας ταῖς ἡμετέραις φωναῖς; Ἰδοὺ πάρεστιν αὐτὸς ὁ ποθούμενος· ἀπόλαυσον ὡς ζητεῖς, κατατρύφησον ὡς ποθεῖς, πρόσελθε τῷ διὰ τὴν σὴν σωτηρίαν πρὸς ἡμᾶς εἰσελθόντι, καὶ λάβε τὴν τῶν ζητουμένων ἐπίλυσιν. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Θωμᾶς ἵστατο περιπέμπων τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ὅλα τοῦ Σωτῆρος τὰ μέλη, καὶ περιεργαζόμενος ἀκριβῶς ἕκαστον, εἰ ἀληθῶς ὁ ἀποθανὼν, καὶ ἀναστὰς αὐτὸς παρεγένετο. Τί οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ μόνος ἀγαθὸς, ὁ μόνος εὔσπλαγχνος καὶ φιλάνθρωπος, *ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν; Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου.* Ὦ φιλανθρωπίας ἀπέραντον ὕψος! ὦ συγκαταβάσεως ἀμετρήτου πέλαγος! Οὐκ ἀνέμεινε τὴν πρόσοδον τοῦ μαθητοῦ· οὐ περιέμεινε τὸν δεόμενον προσελθεῖν, καὶ δεηθῆναι καὶ τυχεῖν ὡς ἐβούλετο· οὐκ ἀπεστέρησεν αὐτὸν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τῆς εὐχῆς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἐρώμενος τὸν ἐραστὴν πρὸς τὸν ποθούμενον ἐβίαζεν· αὐτὸς τῇ φωνῇ τὸν δάκτυλον τοῦ ποθοῦντος πρὸς ἑαυτὸν ἐπεσπάσατο· αὐτὸς τῇ δεσποτικῇ γλώττῃ τὴν δουλικὴν δεξιὰν εἵλκυσεν, εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, *Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου.* Διὰ σὲ γὰρ παρεγενόμην πρὸς σέ· διὰ σὲ πάλιν ἐπέστην, ὅθεν οὐκ ἀπέστην οὐδαμῶς τῇ θεότητι· διὰ σὲ ταύτας μου τὰς χεῖρας τοῖς ἥλοις ὑπέθηκα, ἵνα σοι προξενήσω σωτηρίαν ἀκίνδυνον. Πλησίασόν μοι τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι καὶ τῇ πίστει, καὶ μάθε σαφῶς ἅπερ ἐπεθύμεις μαθεῖν· ὡς θέλεις ἐρεύνησον, ὡς θέλεις κατάμαθε, ὡς θέλεις ψηλάφησον· ὡς ἔτι νηπιάζων, ἐν ταῖς ἐμαῖς χερσὶν ἀνάγνωθι γεγραμμένα τὰ τοῦ ἑκουσίου μου παθους τραύματα. Παρατίθημί σοι πάντα μου τὰ μέλη πρὸς ἔρευναν· οὐκ αἰσχύνομαι τοῦ σώματός μου τοὺς μώλωπας, οὐκ αἰδοῦμαι τῆς σαρκός μου τὰ τραύματα, ἅπερ κατεδεξάμην διὰ τὰ ὑμέτερα τραύματα· οὐ κρύπτω τῆς ἐμῆς δόξης καὶ νίκης τὰ τρόπαια· δημοσιεύω, καὶ πάσῃ τῇ κτίσει κατάδηλα ποιῶ. Εἶδε ταῦτα καὶ ὁ ἥλιος (διὰ ταῦτα γὰρ ἀνεχώρησε, καὶ νύκτα ἐν ἡμέρᾳ ἐδημιούργησεν)· εἶδε ταῦτα ἡ γῆ (διὰ ταῦτα γὰρ ἐζήτησε τόπον φυγῆς)· ἴσασι ταῦτα αἱ πέτραι (διὰ ταῦτα γὰρ αὗται σχισθεῖσαι τῇ διαιρέσει τὸ ἐμὸν πάθος ἐθρήνησαν)· ἴσασι ταῦτα

[a] Sic mss. Hæc mendosa erant in Savil.

Digitized by Google

καὶ οἱ νεκροὶ (διὰ γὰρ ταῦτα ἐκ τῶν τάφων ἐξέδραμον)· οἶδε ταῦτα καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ· διὰ γὰρ ταῦτα καὶ τοῦτο περισχισθὲν προεθρήνησε τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπώλειαν. *Ἴδε τὰς ἐμὰς χεῖρας*, ὡς ἠθέλησας· εἴσελθε διὰ τοῦ δακτύλου σου εἰς τὰ βάθη τῶν ἐμῶν ὠτειλῶν. Θέλεις καὶ τὴν πλευράν μου καταμαθεῖν; ἰδοὺ, καὶ ταύτην σοι παραγυμνῶ. Φέρε οὖν τὴν χεῖρά σου τὴν πολυπράγμονα καὶ φιλομαθῆ, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου· ἅψαι τοῦ σώματός μου τοῦ συστάντος χωρὶς ἀνθρωπίνης σπορᾶς· ἅψαι τοῦ σώματός μου τοῦ ληφθέντος ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας καὶ παρθένου μεμενηκυίας· ἅψαι τοῦ σώματός μου τοῦ σοι συγγενοῦς· ἅψαι τοῦ σώματός μου τοῦ παθόντος κατὰ γνώμην ἐμήν· ἅψαι τοῦ σώματός μου τοῦ νεκρωθέντος ὑπὲρ ὑμῶν, ἀλλ' οὐ καταποθέντος ὑπὸ τῆς τοῦ θανάτου φθορᾶς· ἅψαι τοῦ σώματός μου τοῦ φρικτοῦ ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσιν· ἅψαι τοῦ σώματός μου τοῦ φοβεροῦ τοῖς Χερουβεὶμ, καὶ σεπτοῦ τοῖς Σεραφεὶμ, καὶ διδάχθητι διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, τί τὸ ψηλαφητόν μου, καὶ τί τὸ ἀψηλάφητόν μου, τί τὸ παθητόν μου, καὶ τί τὸ ἀπαθές μου, τί τὸ θνητόν μου, καὶ τί τὸ ἀθάνατόν μου, τί τὸ νεκρωθὲν διὰ σὲ, καὶ τί τὸ μεῖναν ἀνώλεθρον, τί τὸ ὑποπῖπτον τοῖς σοῖς δακτύλοις, καὶ τί τὸ μὴ ὑποπῖπτον τῇ σῇ δεξιᾷ· *Καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός.*

γ'. [211] Ἤκουσα, Θωμᾶ, μὴ παρὼν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλὰ παρὼν ὡς Θεὸς, ἅπερ ἐλάλησας πρὸς τοὺς σοὺς ἀδελφούς· παρήμην ὑμῖν τῇ θεότητι, κεχωρισμένος ὑμῶν τῇ ἀνθρωπότητι. Θέλεις ὑπομνήσω σοι τῶν εἰρημένων ὑπὸ σοῦ πρώην ῥημάτων; Οὐκ εἶπας, *Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω;* Οὐ ταῦτα τὰ ῥήματα γεννήματα τυγχάνει τῶν σῶν λογισμῶν; οὐ ταῦτα τὰ ῥήματα διὰ τῶν σῶν ἐῤῥύη χειλέων; Διὰ ταῦτα πάλιν ἐλήλυθα, δι' ἅπερ ἀμφιβάλλεις, τοῦτο δεύτερον ἐπλησίασα, δι' ἅπερ ἐπεθύμεις. Μὴ τοίνυν αἰσχυνθῇς μαθεῖν ἃ ποθεῖς, μὴ ἐντραπῇς περιεργάσασθαι ἅπερ ἐπιζητεῖς, μὴ παραιτήσῃ τὸν σὸν δάκτυλον ἐπιβαλεῖν ταύταις μου ταῖς χερσίν. Ἀνέχομαι καὶ δακτύλου περιέργου, ὡς ἠνεσχόμην τῶν ἥλων· ὑπομένω τοῦ φιλοῦντος τὴν περιεργίαν, ὡς ὑπέμεινα τὴν τῶν μισούντων ἐπήρειαν σταυρούμενος. Ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν οὐκ ἠγανάκτησα παροινούμενος· φιλικῶς ὑπὸ σοῦ παραιτούμενος οὐχ ὑποίσω; Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου τὰς τραυματισθείσας ὑπὲρ ὑμῶν, ἵνα θεραπευθῶσιν οἱ μώλωπες τῶν ὑμετέρων ψυχῶν· ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ λόγισαι κατὰ σαυτὸν, πότερος ἐκεῖνός εἰμι ὁ σταυρωθεὶς ἑκὼν, ἢ ἄλλος τις παρ' ἐκεῖνόν εἰμι· ἴδε τὰς χεῖράς μου, ἃς ἔχειν ἀφῆκα τῆς Ἰουδαϊκῆς μανίας τὰ σύμβολα, ἵν' ὅταν συνήθως ἀναισχυντήσωσιν οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως, καὶ εἴπωσι πρός με· Ἡμεῖς οὐκ ἐσταυρώσαμέν σε, Δέσποτα, ὑποδείξω τοῖς πολεμίοις τὰς χεῖρας ἐν τούτῳ τῷ σχήματι καὶ τῇ ὄψει, καὶ καταισχύνω τὴν θεομάχον συναγωγήν· ἵνα ὄψωνται οἱ Ἰουδαῖοι, *εἰς ὃν ἐξεκέντησαν*, καὶ προσκυνήσωσι στένοντες. Ἀψάμενος τοίνυν ὁ Θωμᾶς τῶν δεσποτικῶν χειρῶν καὶ τῆς θείας πλευρᾶς, καὶ μεστὸς γενόμενος δειλίας ὁμοῦ καὶ περιχαρείας ἐκ τῆς θέας ὧν ἐπεθύμησε, πρὸς ὑμνῳδίαν εὐθέως τὴν γλῶτταν κινεῖ βοῶν πρὸς τὸν Κύριον· *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.* Σὺ εἶ Κύριος καὶ Θεὸς, σὺ ἄνθρωπος καὶ φιλάνθρωπος· σὺ εἶ ξένος καὶ παράδοξος τῆς φύσεως ἰατρός· οὐ τέμνεις σιδήρῳ τὰ πάθη, οὐ καίεις πυρὶ τὰ ἕλκη, οὐκ ἐρανίζεις παρὰ βοτανῶν τὴν τῶν φαρμάκων ἰσχὺν, οὐκ ἐπιδεσμεύεις ἐπιδέσμοις ὁρατοῖς τὰ κάμνοντα μέλη. Ἔχεις οἰκτιρμῶν ἐπιδέσμους ἀοράτους, ἀοράτως τὰ διαλελυμένα συσφίγγοντας· ἔχεις λόγον σιδήρου τομώτερον, ἔχεις ῥῆμα πυρὸς δυνατώτερον, ἔχεις νεῦμα φαρμάκου προσηνέστερον. Ὡς δημιουργὸς ἀπόνως ἁγιάζεις τὸ ποίημα· ὡς πλάστης μεταπλάττεις ἀκαμάτως τὰ πλάσματα· *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.* Σὺ λέπραν ἀπέξεσας ὡς ἠθέλησας, σὺ χωλοὺς δρομαίους ἀνέδειξας, σὺ παραλύτους βαστάζειν τὰς ἑαυτῶν κλίνας ἐποίησας, σὺ τυφλοὺς ἐκ γενετῆς ἀπονίψασθαι τὸν ζόφον ἐκέλευσας, σὺ τοὺς δαίμονας ἐκ τῶν σῶν ποιημάτων ἐξώθησας, σὺ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐκρατήθης βαλλόμενος, καὶ θέλων παρὰ τῶν Ἰουδαίων πάντα κατὰ σάρκα πέπονθας δι' ἐμέ. *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.* Σὺ ὁ Θεός μου καὶ Κύριος· σὺ προαιώνιος ἅμα καὶ πρόσφατος· σὺ οὐράνιος ἅμα καὶ ἐπίγειος· σὺ ἀόρατος, καὶ ὁρώμενος· σὺ ἀνείδεος, καὶ ἐν εἴδει τῷ κατ' ἐμέ· σὺ ἀσχημάτιστος, καὶ ἐν τούτῳ τῷ σχήματι· σὺ Θεὸς ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπος ἀψευδής· σὺ ἐν γαστρὶ Παρθένου, ὁ αὐτὸς καὶ ἐν κόλποις Πατρός· σὺ ἐν οὐρανῷ σὺν τῷ Πατρὶ, ὁ αὐτὸς καὶ ἐν σταυρῷ δι' ἡμᾶς· σὺ ἐν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ πρὸ αἰώνων, ὁ αὐτὸς ἐν ἥλοις καὶ ξύλῳ κατὰ σάρκα· σὺ ἀπαθὴς κατὰ πνεῦμα, ὁ αὐτὸς παθητὸς κατὰ σάρκα· σὺ ἀθάνατος ὡς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, ὁ αὐτὸς θνητὸς ὡς καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος· σὺ ἐν τάφῳ, ὁ αὐτὸς καὶ ἐπὶ τῶν Χερουβεὶμ· σὺ ἐν θανάτῳ ὡς ζωῆς χορηγὸς, ὁ αὐτὸς ἐν νεκροῖς τῶν νεκρῶν ἐλευθερωτής· σὺ νεκρὸς τριήμερος ὑπάρχεις, σὺ τῷ γεννήσαντι συναΐδιος· σὺ ἀνέστησας τοῦ σώματός σου τὸν ναὸν, σὺ ἀνέστης διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως Θεὸς ὤν· σὺ μεθ' ἡμῶν ἐν σαρκὶ, ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ὑπάρχων σὺν τῷ Πατρί· σὺ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἄνω, σὺ ἐπὶ γῆς, ὁ αὐτὸς καὶ ἐν ὅλῃ τῇ κτίσει ἐπισκοπῶν ὁ Θεός· σὺ πανταχοῦ· σὺ γὰρ πάντα πληροῖς· σὺ κρατῇ παρ' ἐμοῦ, ὁ τὰ πάντα κρατῶν [212] τῇ δρακὶ τῇ ἰδίᾳ. Σὲ βλέπω τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς, σὲ κατανοῶ τοῖς τῆς πίστεως ὄμμασιν· ἐπιγινώσκω ἐν σοὶ τὸ ἐξ ἐμοῦ· γνωρίζω ἐν σοὶ τὴν ἐκ τοῦ Πατρὸς ἀνέκφραστον θεότητα· ἕνα σε Κύριον καὶ Θεὸν ὁμολογῶ· ἄλλο καὶ ἄλλο ὄντα σε τὸν ἕνα μεμάθηκα, οὐκ ἄλλον καὶ ἄλλον ἐπίσταμαι. Οὐ διαιρῶ σε τὸν ἀδιαίρετον, οὐ χωρίζω σε τὸν ἀχώριστον, οὐ τέμνω σε τὸν ἀμέριστον· ὃ βλέπω, καὶ ὃ κρατῶ, καὶ ὃ νοῶ, διὰ μιᾶς ἐξαγορεύω φωνῆς, *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.* Σὺ γὰρ διὰ τῆς σῆς συγκαταβάσεως τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀνήγαγες ἐκ τοῦ τῆς ἀπιστίας βυθοῦ, σὺ τοὺς ἀνθρώπους αἰχμαλώτους γενομένους ἠλευθέρωσας, σὺ τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ ἀναμαρτήτῳ σου σαρκὶ κατέκρινας, σὺ τὸν διάβολον ὅτε ἠθέλησας, κατεπάτησας, συντρίψας αὐτοῦ πάντα τὰ πεπυρωμένα βέλη· σὺ τὸν θάνατον ἐν τῷ θανάτῳ τεθανάτωκας, σὺ διὰ τῆς σῆς ἀφθαρσίας τὴν φθορὰν ἀπεδίωξας, σὺ διὰ τῆς σῆς ἀναστάσεως τὴν ἀνάστασιν ἡμῖν ἀνεκαίνισας, σὺ τὸν τριήμερόν σου τάφον ἐγγυητὴν ἐπὶ τῆς γῆς καταλέλοιπας τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως, σὺ τοὺς ἀνθρώπους οὐρανίους ἀπέδειξας, σὺ τὴν γῆν οὐρανοῦ φαιδροτέραν ἐποίησας, σὺ ἀπαξαπλῶς τὰ πάντα εἰς τὸ κρεῖττον μετέστησας· σὺ Θεὸς ὤν, γέγονας ἄνθρωπος, ἵνα τὸν ἄνθρωπον ποιήσῃς Θεὸν, *Ὁ Κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.* Λέγει αὐτῷ ὁ Κύριος· *Ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας.* Ὅρα, μὴ πάλιν ἀνελθόντος μου μετὰ σαρκὸς, ὅθεν κατῆλθον ἄνευ σαρκὸς, σὺ τοῖς τῆς ἀπιστίας χρήσῃ ῥήμασι, καὶ εἴπῃς· Ἐὰν μὴ πάλιν ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, οὐ μὴ πιστεύσω. Ἅπαξ ἠπίστησας, ἅπαξ ἐψηλάφησας, ἅπαξ ἐπίστευσας· κήρυττε λοιπὸν ἅπερ παρείληφας. Μακάριοι γὰρ οἱ ἰδόντες με, καὶ πιστεύσαντες· τρισμακάριοι δὲ οἱ μὴ ἰδόντες με, καὶ πιστεύσαντες. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος, ἀδελφοὶ, εἰς ἡμᾶς διαβαίνει τοὺς μὴ θεασαμένους αὐτὸν, καὶ πιστεύσαντας εἰς αὐτόν. Μακάριοι γὰρ οἱ τῇ πίστει βλέποντες τὸν ἀόρατον· μακάριοι ὑμεῖς, οἱ καθ' ἑκάστην πανήγυριν ὁρῶντες αὐτὸν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσφέροντες, καὶ τοῖς στόμασιν ἀσπαζόμενοι, καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἐσθίοντες, καὶ μὴ καταναλίσκοντες ὃν ἐσθίετε. Ὦ μυστηρίων ξένων! ὦ μυστηρίων φρικτῶν! Ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐν ταῖς δεξιαῖς εὑρίσκεται τῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ ὁ παρὰ τῶν ἀγγέλων ὑμνούμενος, παρὰ ῥυπαρῶν κρατεῖται χειρῶν, καὶ φέρει, φερόμενος ὑπὸ τῶν ἀναξίων αὐτοῦ δούλων φέρειν αὐτόν. Οὐ φεύγει τὰς ἁμαρτωλοὺς παλάμας ἡμῶν, οὐ φεύγει τοὺς κατακρίτους δακτύλους, οὐ συντρίβει τοὺς πηλίνους ὁ ποιητὴς, ἀλλ' αὐτὸς προτρέπεται καὶ λέγει· *Λάβετε, φάγετε· λάβετε, πίετε·* φέρετε τὰς χεῖρας ὑμῶν, καὶ βάλετε εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ τῶν ἐμῶν κατατρυφήσατε πάντες μελῶν. Ὅπερ γὰρ ἐὰν λάβητε μέλος, ἐν ἐκείνῳ ὅλος εἰμὶ, ὁ παρὰ τοῦ Θωμᾶ ψηλαφηθείς. Προσερχώμεθα τοίνυν ἅπαντες καθαρῶς τῷ καθαρῷ, καὶ δεχόμενοι τὸν ἡμέτερον Κύριον, μὴ εὐθέως ἅμα τῷ δέξασθαι καταφρονητικῶς αὐτῷ προσερχώμεθα, ἀλλὰ ἀναχωροῦντες κατ' ἰδίαν, μόνος μόνῳ διαλεγόμενοι τῷ Λυτρωτῇ λέγωμεν· Κύριε, οὐκ ἐσμὲν ἄξιοι ἱκανοὶ ἵνα εἰσέλθῃς ὑπὸ τὴν στέγην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ἀλλ' ἐπειδὴ σὺ βούλει κρατεῖσθαι παρ' ἡμῶν, ἐπειδὴ σὺ θέλεις ὡς φιλάνθρωπος οἰκεῖν ἐν ἡμῖν, σοὶ θαῤῥοῦντες προσερχόμεθα, σοὶ λέγοντες· Εἴ τι κελεύεις, Δέσποτα, ἀναπετάσωμεν τῶν στομάτων ἡμῶν τὰς πύλας, ἃς σὺ μόνος ἐδημιούργησας. Εἰσέρχῃ γὰρ μετὰ φιλανθρωπίας ὡς πέφυκας· εἰσέρχῃ καὶ λύεις τοὺς τῶν ἀνομημάτων δεσμούς· εἰσέρχῃ καὶ φωτίζεις τοὺς ἐσκοτισμένους ἡμῶν λογισμούς. Πιστεύο-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

virgine manente : tange corpus meum, quod ejusdem tecum generis est : tange corpus meum, quod passum est secundum meum propositum et voluntatem : tange corpus meum, quod mortuum est pro vobis, sed non absorptum est a mortis corruptione : tange corpus meum, quod tremendum est incorporeis potestatibus : tange corpus meum, quod formidandum est Cherubinis, et venerandum Seraphinis; et experientia disce quid in me sit palpabile, quid non palpabile, quid passibile, quid impassibile, quid mortale, quid immortale, quid mortuum pro te sit, quid interitus expers manserit, quid sub digitos cadat tuos, quid non cadat sub manum tuam : *Et noli esse incredulus, sed fidelis.*

3. Audivi, Thoma, non præsens ut homo, sed præsens ut Deus, quæ fratribus tuis dixeris : deitate vobis aderam, a vobis separatus humanitate. Vis in memoriam revocem tibi verba quæ nuper protulisti? Annon dixisti, *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam?* Annon hæc verba pepererunt cogitationes tuæ? annon hæc verba manarunt ex labiis tuis? Propter hæc rursum veni, quia dubitas : secundo accessi, quia id desiderabas. Ne te pudeat ea discere, quæ desideras; ne reverearis ea, quæ cupis curiose inquirere, ne recuses digitum tuum inferre in manus meas. Digitum curiosum feram, ut clavos toleravi : amantis curiositatem sustinebo, ut sustinui odientium me injuriam crucifixus. Non indignatus sum, cum inimici in me debaccharentur, et amanter a te rogatus non feram? Infer digitum tuum huc, et vide manus meas vulneratas pro vobis, ut animarum vestrarum livores curentur : vide manus meas, et tecum repute, num ille ipse sim, qui volens crucifixus sum, an alius : vide manus meas, quas permisi Judaici furoris symbola ferre : ut quando Judæi pro more suo impudenter se gerent in die judicii ac dicent mihi : Nos non cruci affiximus te, Domine; inimicis manus ostendam hac forma, et in pudorem conjiciam synagogam illam Dei inimicam, ut videant Judæi *In quem transfixerunt* (*Joan.* 19. 37), et gementes adorent. Ut tetigit ergo Thomas Domini manus et divinum latus, timore simul et gaudio affectus, ex rei quam desiderabat spectaculo, ad Dominum celebrandum statim linguam movet clamans, *Dominus meus, et Deus meus.* Tu es Dominus et Deus, ut homo et hominum amans : tu es novus et stupendus naturæ medicus : in morbis non ferro uteris ad secandum, non ignem vulneribus admoves, non herbis uteris ad medicinam, non ligaminibus sub aspectum cadentibus infirma membra alligas. Ligamina misericordiæ habes invisibilia, quæ ea quæ dissoluta sunt constringis : medendi rationem habes ferro acutiorem, verbum habes igne efficacius, nutum habes pharmaco efficaciorem. Ut Creator sine labore opificium tuum sanctificas, ut figulus sine ulla defatigatione figmenta tua transformas. *Dominus meus, et Deus meus.* Tu lepram pro voluntate tua curasti, tu claudos currentes exhibuisti, tu paralyticos lectos portare suos effecisti, tu cæcos ab ortu caliginem deponere jussisti, tu dæmones ab opificiis tuis expulisti, tu ab inimicis tuis volens captus es, tu a Judæis sponte omnia propter me passus es. *Dominus meus, et Deus meus.* Tu es Deus et Dominus meus, tu et ante sæcula et recens es, tu cælestis et terrenus, tu visibilis et invisibilis, tu sine specie et mea specie prædituus, tu sine forma et in hac forma, tu vere Deus et vere homo; tu in utero Virginis, et in sinu Patris; tu in cælo cum Patre, et in cruce propter nos; tu in regio throno ante sæcula, tu ligno et clavis affixus secundum carnem; tu secundum spiritum impassibilis, et secundum carnem passibilis; tu immortalis ut consubstantialis Patri, et mortalis ut consubstantialis nobis; tu in sepulcro et simul supra Cherubinos; tu in morte ut fons vitæ, et simul cum mortuis mortuorum liberator; tu mortuus triduanus, et Genitori tuo cœternus : tu corporis tui templum resuscitasti; tu per propriam virtutem resurrexisti utpote Deus; tu nobiscum in carne, qui ante omnia sæcula cum Patre fuisti : tu in cælis sursum, et in terra deorsum, ipse omnem creaturam conspiciens Deus : tu ubique es, tu omnia imples : tu a me teneris, qui omnia pugillo tenes. Te corporeis oculis video : te fidei oculis conspicio : in te cognosco id, quod mei simile est : in te novi ineffabilem Patris divinitatem : unum te Dominum et Deum confiteor : te aliud et aliud esse didici, non autem alium et alium. Non divido te indivisibilem, non separo te inseparabilem, non seco te qui secari non potes. Quod video, quod teneo, quod intelligo, per unam vocem exprimo : *Dominus meus, et Deus meus.* Tu enim ex indulgentia tua animam eduxisti meam ex profundo incredulitatis, tu captivos homines liberasti, tu peccatum in carne tua impeccabili damnasti, tu diabolum cum voluisti conculcasti, ignita ejus confregisti tela omnia; tu mortem in morte tua occidisti, tu per incorruptionem tuam corruptionem eliminasti, tu per resurrectionem tuam resurrectionem nobis renovasti, tu triduanum tuum sepulcrum resurrectionis a mortuis sponsorem in terra reliquisti, tu homines cælestes effecisti, tu terram cælo jucundiorem reddidisti, tu tandem omnia meliora fecisti, tu Deus cum esses, homo factus es, ut hominem faceres Deum, *Dominus meus, et Deus meus.* Dicit illi Dominus, *Quia vidisti me, credidisti* (*Joan.* 20. 13). Cave ne me rursum in carne eo ascendente, unde sine carne descenderam, incredulitatis verbis utaris, et dicas : Nisi rursum videro in manibus ejus fixuram clavorum, non credam. Semel credere recusasti, semel tetigisti, semel credidisti; prædica demum quod accepisti. Beati enim qui me viderunt, et crediderunt; ter beati qui non me viderunt, et crediderunt. Hæc beatitudo, fratres, in nos transit, qui non vidimus eum, et credidimus in ipsum. Beati namque sunt, qui fide vident invisibilem : beati vos, qui in celebritatibus singulis videtis eum, qui oculis effertis, ore complectimini, dentibus editis, nec consumitis. O stupenda mysteria! o tremenda mysteria! Qui sedet ad dexteram Patris, in peccatorum dextera invenitur; et qui ab angelis celebratur, a sordidis manibus tenetur, et id tolerat; patitur ut indigni servi se ferant. Non fugit nostrum peccatorum manus, non fugit damnatos digitos, figlinos non conterit Opifex, sed ipse hortatur et dicit : *Accipite, comedite : accipite, bibite* (*Matth.* 26. 26). Inferte manus vestras, et mittite in latus meum, et membris omnes meis fruimini. Quodcumque membrum acceperitis, in eo sum totus, qui a Thoma tactus fui. Accedamus igitur omnes pure ad purum : et cum Dominum nostrum acceperimus, ne subito contemptim illum adeamus, sed seorsim recedentes, soli solum Redemptorem sic alloquamur : Domine, non sumus digni, ut intres sub tectum animarum nostrarum (*Matth.* 8. 8). Sed quia tu vis a nobis teneri, et utpote benignus in nobis habitare, cum fiducia accedimus dicentes : Si quid jusseris, Domine, oris nostri januas aperiemus, quas tu creasti. Intras enim cum benignitate, uti soles; intras et solvis iniquitatum vincula; intras et illuminas tenebrosas cogitationes nostras. Credimus, Domine, te id facturum esse. Neque enim meretricem cum lacrymis accedentem aversatus es, nec publicanum pœnitentem repulisti, nec latronem regnum tuum agnoscentem abjecisti, nec persequutorum pœnitentem in pristino statu reliquisti; sed hos omnes per pœnitentiam te convenientes, in amicorum tuorum choro constituisti. Cum tali precatione et puro animo cælestia sumamus mysteria, et nos temperata vita muniamus, neque prodeat sermo turpis per viam qua intrat Christus Dominus et Deus noster. Hoc vitæ institutum et vos ineatis, qui recens illuminati estis : reveremini doloris expertes piscinæ partus, neque violetis divinos ejus fetus, ne contra vos hæc proferat : *Filios genui et exaltavi; ipsi autem spreverunt me* (*Isai.* 1. 2) Nomina vestra scripta sunt in cælis; ne iterum vos in voluptatum cœno volutetis, ne apostolus Domini Paulus vobis exprobret clamans : *Currebatis bene; quis vos impedivit non obedire veritati* (*Gal.* 5. 7)? Exuistis can-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

didas stolas, sed ne simul exuatis candorem animarum vestrarum. Hanc stolam si non exueritis, nemo jam vos exuere poterit. Manete igitur semper recens illuminati, ut beatam illam vocem audire mereamini: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi* (*Matth.* 25. 34): quod nos omnes assequi contingat, gratia et misericordia Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri gloria, imperium, honor et adoratio, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

AD SEQUENTEM HOMILIAM

Hanc homiliam veteris esse scriptoris et ad Chrysostomi ævum accedentis suadere videntur tum alia quædam quæ hinc et inde occurrunt, tum illa quæ dicuntur de Psathyrianis hæreticis, quorum mentio est apud Socratem, Sozomenum, aliosque scriptores, ut infra videbitur. Hujus orationis loca quædam afferuntur a Photio, quæ vide sis in editione Rothomagensi anno 1653, p. 1512 et sequentibus, quæ loca nos contulimus, ut videas in decursu. Sed ille pro lubito alia affert, alia prætermittit, ut videre est et istic et aliis in locis.

IN INCARNATIONEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, ET QUOD SINGULIS CLIMATIBUS ANGELI PRÆSINT.

1. Vere apparuit nobis gratia Christi, et una illuxit nobis piæ religionis virtus: vere ortus est nobis Sol justitiæ, idque testificantur orbis fines illuminati. Apparuit enim cælorum Dominus, et totam terram, ut voluit, in cælum transtulit, sicut prædictum fuit: cælestis ille, qui apud vos est, vos cælestes efficit, et cælestia cælestibus elargitur: a fideli fidelibus fidelia, a sancto sanctis sancta, a vivente viventibus viventia prodeunt. Hæc enim vobis in sacris et regiis apostolorum aulis tradidimus, cum propheticas sententias attigimus, cum cælum et terra propheticas voces inter se dividebant; terra quidem vocem Joannis habens dicentis, *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus* (*Matth.* 3. 3); cælum vero Patris vocem habens ipsis rebus firmatam, *Vox Domini super aquas* (*Psal.* 28. 3). Hæc vobis tradidimus: hæc studiosis sufficiunt ad admonitionem, et fidelibus ad confirmationem. Sciendum autem est bonorum repetitionem firmiores animas reddere. Quemadmodum enim terram tunc optime cultam videmus, cum iisdem sulcatur aratris, et cum primus conspectus fecundis curis exornatur: sic et culta divino verbo anima, si jam dictorum repetitione renovetur, fecundior ad virtutis fructum emittendum efficitur. Tempus autem est ut ad debitum solvendum accedamus: ad debitum, quod et nos solvere promisimus, et vos in mente versat's. Omnes porro Christi amantes rogo, ut et aures et mentem præbeant; ut et aures assidue dicta excipiant, et mens accurate sententias exploret: de Christo enim agitur; quidquid autem de Christe dicitur, non est simplex prædicatio, sed pietatis mysterium. Omnis Christi œconomia mysterium dicitur; mysterium vero non in scripto apparet, sed in re ipsa prædicatur. Ideo Scriptura totam Christi œconomiam mysterium vocat, ut cum dicit Paulus: *Mysterium hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesia* (*Ephes.* 5. 32); et rursum, *Manifeste magnum est pietatis mysterium, quod manifestatum est in carne* (*1. Tim.* 3. 16); et iterum, *Secundum revelationem notum mihi factum est mysterium, sicut potestis legentes comprehendere intelligentiam meam in mysterio Christi* (*Ephes.* 3. 3. 4); et alibi, *Mihi omnium minimo sanctorum data est gratia hæc, evangelizare vobis investigabiles divitias Christi, et illuminare omnia* (*Ibid. v.* 8. 9): quæ est *Dispensatio mysterii, quod absconditum fuit a sæculis et a generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notum facere quæ sint divitiæ gloriæ mysterii ejus in gentibus, quod est Christus, spes gloriæ* (*Col.* 1. 25-27). Ergo falluntur hæretici, qui mysterium Dei humanis ratiociniis subjiciunt; dicit enim: *Mysterium meum mihi et meis* (*Isai.* 24. 16). Quinam vero Christi sunt, nisi fideles? Cum volueris quidpiam de Christo discere vel audire, ne consultes ratiocinium, ne explores sapientem quemvis; sed interroga prophetam, interroga Apostolum, examina angelum: si hæreant illi, ad patrem confugito. Si interroges prophetas et dicas: Quis est hic Christus? respondet tibi propheticus chorus: *Hic Deus noster: non reputabitur alius præter eum. Invenit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacob filio suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est* (*Baruch* 3. 36-38). Si autem interrogaveris, Quis est hic Christus, et quomodo natus est, divinosque natales curiose scrutatus fueris, audaciam tuam refrenabunt prophetæ, et dicent: Tune capis ea, quæ cogitatio nostra capere nequit? Si velis discere, illum Deum esse disce: si quomodo genitus sit curiose inquiras, disce a nobis, *Generationem ejus quis enarrabit* (*Isai.* 53. 8)? Si interrogaveris Apostolum, sive apostolicum chorum, dicent tibi, Christus est Deus, in principio Deus, Deus apud Deum, et semper Deus: dicent tibi *Splendor gloriæ et figura substantiæ, imago Dei invisibilis, portans omnia verbo virtutis suæ* (*Hebr.* 1. 3). Si interroges, quomodo is qui erat, natus sit, dicent tibi: Audivimus illud, *Erat*, et quod esset didicimus; quomodo autem is qui est, ab Existente sit, fide percepimus, non comprehensione. Rursus si illos interroges: Si ergo nescitis, quomodo genitus sit, quomodo scitis illum esse Dei Filium? dicent tibi: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis* (*Joan.* 1. 14). Rursum si relictis apostolis et prophetis, curras ad angelos, dicasque illis: Quis est hic Christus qui prædicatur? dicent tibi illi, qui pastoribus bona annuntiarunt: Nos gloriam celebrare didicimus, non curiose inquirere: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum* (*Luc.* 2. 14). Nos illum ita prædicamus: *Annuntiamus vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui*

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μεν, Κύριε, ὡς τοῦτο ποιήσεις. Οὔτε γὰρ πόρνην μετὰ δακρύων προσελθοῦσάν σοι ἀπέφυγες, οὐδὲ τελώνην μετανοήσαντά ἀπεδάλου, οὐδὲ διώκτην μετανοήσαντα κατέλιπες εἶναι ὃ ἦν, ἀλλὰ τούτους πάντας ὑπὸ τῆς μετανοίας σοι προσαχθέντας, ἐν τῷ χορῷ τῶν σῶν φίλων κατέταξας. Μετὰ τοιαύτης εὐχῆς καὶ ψυχῆς καθαρᾶς τῶν οὐρανίων μυστηρίων μεταλάβωμεν, καὶ βίῳ σώφρονι περιφράξωμεν ἑαυτούς, καὶ μὴ ἐξερχέσθω λόγος αἰσχρός, ὅθεν εἰσέρχεται ὁ Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν. Τοιαύτην πολιτείαν καὶ ὑμεῖς μετέρχεσθε οἱ νεοφώτιστοι· αἰδέσθητε τὰς ἀνωδύνους ὠδῖνας τῆς κολυμβήθρας, καὶ μὴ ἀθετήσητε τὴν θείαν [213] αὐτῆς λοχείαν, ἵνα μὴ εἴπῃ καὶ καθ' ὑμῶν· *Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.* Ἐν οὐρανοῖς ὑμῶν ἀναγέγραπται τὰ ὀνόματα· μὴ πάλιν τῷ βορβόρῳ τῶν ἡδονῶν ἑαυτοὺς ἐγκυλίσητε, ἵνα μὴ ὁ Ἀπόστολος τοῦ Κυρίου Παῦλος ὑμῖν ὀνειδίσῃ βοῶν· *Ἐτρέχετε καλῶς· τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι;* Ἀπενδύσασθε τὰς λευκὰς στολάς, ἀλλὰ μὴ συναποδύσησθε τὴν λευκότητα τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Ταύτην γὰρ τὴν στολὴν ἐὰν μὴ ὑμεῖς ἀποδύσησθε, οὐδεὶς ὑμᾶς ἄλλος ἀποδῦσαι δυνήσεται. Μείνατε οὖν διαπαντὸς νεοφώτιστοι, ἵνα καταξιωθῆτε ἀκοῦσαι τῆς μακαρίας ἐκείνης φωνῆς. Δεῦτε, *οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου·* ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν

MONITUM.

Esse vero Chrysostomi opus nemo sanus dixerit; nam stylus, dictio, inventio, ordo cæteraque omnia, mirum quantum abhorrent a Chrysostomi dicendi genere. Est prorsus inelegans scriptor, qui si qua bona afferat, ea ipsa nimia loquacitate labefactat. Tum implicatas proponit quæstiones, ab altero ad alterum argumentum subito transit, et quasi farraginem quamdam consarcinat, longissimamque omnium homiliam sic emittit. Loca quædam obscurissima sunt, quæ certis in locis quasi divinando interpretati sumus.

Εἰς τὴν ἐναρθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅτι ἑκάστῳ κλίματι ἐφεστήκασιν ἄγγελοι.

4. Concedite mihi, ut paululum alloquentem Deum inducam, apostrophe utentem, et cum Filio suo colloquentem. Nec quis putet, violentiam inferri sermoni. Ut enim Deus hominem formans, consilio et cooperante usus est Unigenito (nam ait, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [*Gen.* 1. 26]); par erat ut Filius Patri diceret, Exspecta finem. Ne dicas, Hic contra Deum vaticinatur, cum non sis ibi præsens: quomodo hæc noverit? Si finis non secundum sententiam evenerit, me sycophantam judica. *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Ut Creator illa loquutus est, ut qui præsciret hic respondit: Si ergo peccet Adam, et certe peccabit, an creatio nostra vituperatur? Hæc cogita vel Patrem Filio dicentem, vel Filium Patri. Eorum enim consultatio sine disceptatione est, quorum indivisibilis est substantia. Sed peccat Adam, prævaricatur, moritur, ac per illum omnes homines percunt, nostrumque opificium ut male creatum calumniis impetitur. Rursus consilium: sed oportet ante omnia medelam definire. Oportet enim te, o mi Unigenite, o Fili Verbum, o splendor meæ gloriæ, oportet te, si tamen opificio prospicis, quod una operantes formavimus, oportet te corruptum hominem induere, oportet te apostolos assumere; ut quemadmodum diabolus serpente ministro et telo est usus ad fallaciam, sic et tu ministro opificio tuo utaris ad beneficium, et lapsum renoves. Sed multi erunt, inquit, impiorum dogmatum inventores. Exsurget enim atheus Epicureorum error: exsurget hæresis quæ dicit, vitam sine providentia duci; exsurget alia hæresis quæ dicit deum esse corpus: multi erunt erroris doctores: quis ergo hæc improba solvet? Hæc in figura dixi, ut in fine apostolica voce sententiam obsignem. Quid ergo? num hoc indumentum, quod Deus Verbum assumit? quod terminos orbis percurrere debet, et omnes illuminare? Nequaquam, inquit; sed tu mihi divinam œcónomiam implebis; apostolos autem habebis divini verbi præcones; habebis Paulum prædicantem, habebis Petrum Romam occupantem, habebis apostolos œconomiæ nostræ consortes. Hæc dicebantur antequam Adam formaretur. Primo statuta fuit Christi incarnatio, et quæ ad apostolos pertinebant, et tunc formatus est Adam. Unde hoc? Audi Paulum dicentem: *Mysterium absconditum a sæculis et generationibus* (*Col.* 1. 26); et, *Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus: quemadmodum elegit nos in Christo ante constitutionem mundi, qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum* (*Ephes.* 1. 3. 4). Et alibi de seipso et de sui similibus dicit: *Quos præscivit conformes fieri imagini Filii sui* (*Rom.* 8. 29). Non solum autem prædestinatus et electus est; sed et gratiam, quam accepit Paulus, post multas generationes sic enumerat, ac si accepisset illam ante sæcula. Unde hoc? Timotheo dicit: Fili Timothee, *Collabora evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit et vocavit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, et gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia* (*2. Tim.* 1. 8. 9). Elegit ante constitutionem mundi, prædestinavit ante sæcula, gratiam dedit nobis ante sæcula. Et hæc omnia consonant et probant, ante hominis formationem, prævisam et prædeterminatam fuisse Salvatoris œconomiam. Sed scio me et pietatis amicos alloqui, interdum etiam exploratores, qui non ad prædicationis utilitatem respiciunt, sed id solum sibi proponunt, quomodo prædicantem redarguant; quorum mores non odi, sed potius misereor ipsorum. Attamen secundum Apostolum, *Propter subintroductos falsos fratres, qui intrant explorantes libertatem nostram* (*Gal.* 2. 4), sententiam examinemus. Potest enim inimicus hinc egressus dicere: Magna theologia! induxit Deum deliberantem et dicentem, Cum igitur multi sint erroris doctores, quid erit? et Patrem inducit loquentem Filio, ac si hic dubi et, ille hæc doceat. Scripturæ quando nos in iis, quæ Dei sunt, instituunt, numquam verbis divinæ virtuti congruentibus utuntur, sed infirmitati nostræ aptatis. Num quando Deus humanum tribunal constituit, et dicit: *Et nunc tu, homo Juda, et qui habitatis in Jerusalem, judicate inter me, et inter vineam meam, quid oportebat me facere, et non feci* (*Isai.* 5. 3. 4)? Hæc simpliciter loquentis, an consultantis sunt? Num quando dicit Isaiæ: *Quem mittam, et quis ibit ad populum hunc* (*Isai.* 6. 8)? dubitans loquitur, aut ministrum ignorans? Quæcumque dicuntur de Deo, ex ecclesiastica doctrina commetiri oportet, non cum virtute prædicantis, sed cum infirmitate audientium. Nobis autem

(*a*) Sequentia item apud Photium, p. 1546.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in scopo est, ea ostendere quæ de Christo ante Adamum decreta fuere, prælectos apostolos, et gratiam evangelii ante sæcula æterna præstitutam. Diligenter attende. Potest enim vel unum verbum neglectum sycophantiam dictis attrahere. Non modo vidit Deus in paradiso transgredientem Adamum ; sed etiam Salvatorem Dominum in carne apparentem, ac virtuti viam parantem, et omnes ad obedientiam trahentem. Videbat Deus costam Adami in mulierem transformatam, et prævidebat Christi latus dona mystica nobis prolaturum esse, aquam et sanguinem : quorum illud quidem est lavacri symbolum ; hoc vero, mysteriorum pignus. Nec ita miseram hanc plagam duxit, ut pharmacum cogitans beatum existimavit. Illic mulier ex viro ad iniquitatem : hic vir ex muliere ad salutem : illic latus mortis causam parit ; hic latus pignus incorruptionis affert : illic serpens in ligno ; hic Christus in cruce : illic cibus qui mortem advocat ; hic cibus qui mortem delet. Nosti ea, quæ ad fideles pertinent ; jam nosce mysteria. Illic male respexerunt, et viderunt se nudos esse : nos nunc pie respicimus, et videmus nos esse indutos : illic aspectus et nuditas, hic indumentum et illuminatio : illic pelliceæ tunicæ turpitudinem operientes ; hic tunica gloriæ infirmitatem nostram obtegens, Christi corpus ipsius regis indumentum : nam *Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis* (*Gal.* 3. 27). Illic, *Terra es, et in terram reverteris* (*Gen.* 3. 19) ; hic renovata terra, facit hominem cælestem, non terram promittens, sed regnum. Illic gladius flammeus Adamum arcens ; hic linguæ igneæ de cælo Adamum illustrantes : illic ejicitur ex paradiso ; hic illi claves cælorum concreduntur. Prævidit Deus futura antequam præsentia. Ac quemadmodum hodie antequam hauriamus aquam, haustrum apparatur, et prius quam aquæ fluant, fluentum dicitur, non quod aquæ fluant, sed quod fluxuræ sint : sic Deus prædeterminavit ea, quæ in Christo formanda erant, sciebatque in Christo renovatum iri omnia. Et diu ante incipit, cælo vehitur, secundum illud : *Inclina, Domine, cælos, et descende* (*Psal.* 143. 5). Penetravit cælos, quos sanctificavit ; dissecuit aerem, ut illum obscœnis cantibus fœdatum sanctificaret ; calcat terram, ut illam cædibus pollutam sanctificet ; calcat maris fluctus, ut pollutas sanctificet aquas ; baptizatur in Jordane, ut fluviorum naturam sanctam faciat ; invenit Adamum jacentem in sepulcro, et ejus imaginem subit, fitque Christus et post Adamum, et renovatio Adami : quomodo autem, audi. Assumit formam quam fecerat in paradiso ; illam contrariis omnibus exornavit, dans illi viatica salutis, contraria vitæ quam duxerat in paradiso. In paradiso propter voluptatem deceptus est Adamus ; caro Christi in jejunio coronatur : in paradiso primum certamen, in deserto secunda pugna cum diabolo committitur. Venit ergo Christus renovaturus hoc opificium, virtutibus omnimodis ipsum coronans, et ingreditur medius inter Deum et hominem : venit pontiaturus mundo lapsam imaginem renovari, resurgere, servari. Non potuit hæc annuntiare, nisi ipse mediator esset. Quemadmodum enim ab eo, qui personam subit fide dignam, et quidpiam promittit, non audet subditus promissum repetere, nisi mediatorem habeat ; quia invisibilis erat Deus, et mundus visibilis, dedit Deus Mediatorem fide dignum. Nam *Mediator Dei et hominum homo Christus Jesus* (*1. Tim.* 2. 5). Mediator nisi cognationem habeat inter ea, quæ medium quidpiam requirunt, non potest mediator esse. Quoniam igitur Mediator Dei et hominum est Christus, oportuit eum Deo et hominibus cognatum deprehendi, ita ut quasi quædam œconomia media appareret, Deo juncta per divinitatem, et hominibus unita per humanitatem. Ecquid facit ? Quia primo docet, deinde renovat, et Mediator et Sponsor efficitur ; insonat ea quæ Dei sunt hominibus, et quæ hominum sunt Deo. Quia enim inimicum Deo erat genus hominum propter transgressionem ; neque homo Deo, neque Deus homini credebat circa lapsi reconciliationem, ac si diceret hominibus : Ne credere renuatis esse resurrectionem : ego hujusce rei sponsor vestram carnem assumo, illamque morti trado : nisi resuscitem illam, ne credite mihi. Sponsor est hominibus circa Deum ; ac si diceret : In me hominem habes ; ego renovo illum, ego id efficiam ut abneget errorem, et agnoscat veritatem : accipe me pro hominibus sponsorem, ut et ipsi me tuæ potestatis sponsorem accipiant.

5 Quod ergo mediator sit Christus, Scriptura declaravit ; quod sponsor et susceptor, ubi reperimus, ne videamur ex nobis ipsis in Ecclesia loqui ? Si mea loquor, qua de causa loquor ? Si ea quæ Dei sunt prædico, ea quæ Spiritus sunt interpretor, doctrinam accipe meam. Quod Jesus sit sponsor, id dicit Paulus : *Nunc autem melius sortiti sumus ministerium, quanto melioris testamenti sponsor est Jesus* (*Hebr.* 8. 6. *et* 7. 22). Ecce sponsor est Dei hominibus, et hominum Deo. Dixit, se nos susciturum esse, et suscitat : dixit, se nos immortalitate honoraturum esse, et honorat. Cum formavit Adamum, sponsiones nullas dedit, sine sponsionibus dedit illi cælum et terram : non promisit terram, non pollicitus est paradisum, alia omnia, quæ non promiserat, dedit : et ea, quæ cum sponsione promisit, non dabit ? Evangelium vocat aliquando Scriptura Testamentum Novum, aliquando melius Testamentum, aliquando secundum, nonnumquam æternum. Quia nomen unum totam vim declarare nequit, diversis nominibus Evangelii virtutem declarat. Maxime vero Paulus, qui in se loquentem habebat Christum, Evangelium vocat Novum Testamentum, utpote quod Vetus illud renovet. Illud enim novum insolitam et inaccessam naturam significat : novum dicitur ad differentiam senioris ; melius dicitur ad differentiam minoris ; secundum, ad discrimen primi ; æternum, ad differentiam temporanei. Novum vocatur Testamentum secundum beatum Jeremiam dicentem : *Et erit in novissimis diebus, dicit Dominus, disponam vobis testamentum novum* (*Jer.* 31. 31) ; et Servator mysterium tradens, ait : *Hic est sanguis meus novi testamenti* (*Matth.* 26. 28). Ecce novum testamentum. Et alibi novum vocat, ob novam et vigentem prædicationem. Dicitque Paulus : *Accessimus ad montem Sion, et multa millia angelorum, et ecclesiam primogenitorum, et ad Mediatorem novi testamenti Jesum* (*Hebr.* 12. 22-24). *Cum dicit novum, veteravit prius* (*Hebr.* 8. 13). Alibi vocat ipsum melius testamentum his verbis : *Nunc autem melius sortiti sumus ministerium, quanto et melioris est testamenti Mediator. Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquireretur* (*Ibid.* v. 6. 7). Ecce primum et secundum : ubi est æternum ? Audi Paulum dicentem : *Deus autem pacis, qui eduxit de terra Pastorem ovium magnum, et in sanguine testamenti æterni* (*Hebr.* 13. 20). Quia primum testamentum temporaneum erat, hoc est æternum. Et alibi dicit : *Disponam vobis testamentum novum æternum, sancta David fidelia* (*Isai.* 55. 3). Novum testamentum, recens, primum, secundum, melius, æternum. Horum testamentorum sponsor est Jesus. Cum igitur homo renovandus est, cælum fit novum, non sublatum, sed nova creatura renovatum ; sol novus, luna nova, stellæ novæ, quæ additamentum et augmentum accipiunt. Dicit enim propheta : *Erit cælum novum et terra nova* (*Ibid.* 65. 17). Ecce renovatur creatura, nec mentitur is qui promisit. Quantum accipit augmentum homo, tantum accipiunt elementa. Unde hoc ? Dicit Isaias : *Erit enim lux solis septuplex, et lux lunæ ut sol* (*Ibid.* 30. 26). Vidisti, quomodo Deus promissa non negaverit, sed creaturam renovaverit ? Princeps autem renovationis est Christus. Hanc intuentes sententiam hæretici, objiciunt illud : *Primogenitus omnis creaturæ* (*Col.* 1. 15) ; non intelligentes, hic non de creatura facta sermonem haberi, sed de creatura renovata. Quænam est illa creatura renovata (*a*) ? Audi Paulum dicentem : *Si*

(*a*) Quod sequitur apud Rhotium reperitur, p. 1549.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῦτον, ἀμφιβάλλων λέγει, ἢ ἀγνοῶν τὸν ὑπηρέτην, Ὅσα λέγεται περὶ Θεοῦ, κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διδασκαλίαν δεῖ μετρεῖν, οὐ τῇ δυνάμει τοῦ κηρύττοντος, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀκουόντων. Ἡμῖν δὲ σκοπὸς δεῖξαι τὰ ἐπὶ Χριστοῦ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ προτετυπωμένα, καὶ τοὺς ἀποστόλους προεκλελεγμένους, καὶ τὴν χάριν τοῦ Εὐαγγελίου πρὸ χρόνων αἰωνίων προτετυπωμένην. Πρόσεχε ἀκριβῶς. Δύναται μία λέξις παροραθεῖσα συκοφαντίας γεμίσαι τὸ λεγόμενον. Οὐ μόνον εἶδεν ὁ Θεὸς ἐν τῷ παραδείσῳ τὸν Ἀδὰμ παραβαίνοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν Σωτῆρα τὸν ἐν σαρκὶ φανέντα Δεσπότην προοδοποιοῦντα τὴν ἀρετὴν, καὶ πάντας εἰς ὑπακοὴν ἕλκοντα. Ἔβλεπεν ὁ Θεὸς τὴν πλευρὰν τὴν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ τικτομένην, καὶ εἰς γυναῖκα μεταβαλλομένην, καὶ προεῖδε πάλιν τὴν πλευρὰν τοῦ Χριστοῦ προφέρουσαν ἡμῖν τὰ μυστικὰ δῶρα, ὕδωρ καὶ αἷμα, ὧν τὸ μέν ἐστι τοῦ λουτροῦ σύμβολον, τὸ δὲ τῶν μυστηρίων ἐνέχυρον. Καὶ οὐ τοσοῦτον αὐτὴν ἐταλάνισε τὴν πληγὴν, ὅσον ἐννοήσας τὸ φάρμακον ἐμακάρισεν. Ἐκεῖ γυνὴ ἐξ ἀνδρὸς εἰς παρανομίαν, ὧδε ἀνὴρ ἐκ γυναικὸς εἰς σωτηρίαν· ἐκεῖ πλευρὰ τίκτουσα θανάτου ὑτόθεσιν, ἐνταῦθα πλευρὰ φέρουσα τὸν ἀρραβῶνα τῆς ἀφθαρσίας· ἐκεῖ δρὶς περὶ τὸ ξύλον, ὧδε Χριστὸς περὶ τὸν σταυρόν· ἐκεῖ βρῶμα προσκαλούμενον θάνατον, ἐνταῦθα βρῶμα ἀφανίζον θάνατον. Οἶδας τὰ πιστὰ, ἐπίγνωθι τὰ μυστήρια. Ἐκεῖ ἀνέβλεψαν κακῶς, καὶ εἶδον, ὅτι γυμνοί εἰσιν· ἡμεῖς νῦν ἀναβλέπομεν εὐσεβῶς, καὶ βλέπομεν, ὅτι ἐστολισμένοι ἐσμέν· ἐκεῖ ἀνάβλεψις καὶ γύμνωσις, ἐνταῦθα στολισμὸς καὶ φωτισμός· ἐκεῖ δερμάτινοι χιτῶνες καλύπτοντες τὴν ἀσχημοσύνην· ἐνταῦθα χιτὼν δόξης καλύπτων ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν, τοῦ Χριστοῦ τὸ σῶμα, αὐτοῦ βασιλέως τὸ ἔνδυμα. *Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε.* Ἐκεῖ, *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*· ὧδε ἀνακαινίσας [222] τὴν γῆν ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον ἐπουράνιον, οὐ γῆν ἐπαγγελλόμενος, ἀλλὰ βασιλείαν. Ἐκεῖ φλογίνη ῥομφαία κωλύουσα τὸν Ἀδὰμ, ἐνταῦθα γλῶσσαι πυρὸς ἐξ οὐρανοῦ φωτίζουσαι τὸν Ἀδάμ· ἐκεῖ ἐκβαλλόμενος τοῦ παραδείσου, ὧδε πιστευόμενος κλεῖς οὐρανῶν. Προεῖδε ὁ Θεὸς τὰ μέλλοντα πρὸ τῶν παρόντων. Καὶ ὥσπερ σήμερον πρὶν ἐλκύσωμεν τὸ ὕδωρ, ὑδραγωγὸς κατασκευάζεται, καὶ πρὶν ῥεύσῃ τὰ ὕδατα, ὑδρεῖον λέγεται, οὐχ ὕδατος ῥέοντος, ἀλλὰ μέλλοντος ῥεῖν· οὕτως ὁ Θεὸς προώρισε τὰ μέλλοντα ἐν Χριστῷ τυποῦσθαι, καὶ ἤδει, ὅτι ἐν Χριστῷ ἀνακαινίζεται τὰ πάντα. Καὶ ἄρχεται ἄνωθεν, ἐπιβαίνει τῷ οὐρανῷ, κατὰ τὸ, *Κλῖνον, Κύριε, οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι.* Παρῆλθε τοὺς οὐρανοὺς, ἁγιάσας αὐτοὺς, διέτεμε τὸν ἀέρα, ἵνα ἁγιάσῃ αὐτὸν ταῖς αἰσχραῖς ὠδαῖς μιανθέντα, πατεῖ τὴν γῆν, ἵνα ἁγιάσῃ αὐτὴν φόνοις μεμολυσμένην, ἐπάτησε θαλάττης κύματα, ἵνα τὰ μιανθέντα ἁγιάσῃ ὕδατα, βαπτίζεται ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, ἵνα τῶν ποταμῶν τὴν φύσιν ἁγιάσῃ, εὑρίσκει καὶ τὸν Ἀδὰμ κείμενον ἐν τῷ τάφῳ, καὶ ὑπέρχεται αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, καὶ γίνεται ὁ Χριστὸς καὶ μετὰ τὸν Ἀδάμ, καὶ ἀνακαινισμὸς τοῦ Ἀδάμ· καὶ ὅπως, ἄκουε. Ἀναλαμβάνει τὴν μορφὴν, ἣν ἔπλασεν ἐν παραδείσῳ, καὶ πᾶσιν αὐτὴν τοῖς ἐναντίοις ἐκόσμησεν, ὑπ' ἐναντίᾳ τῇ ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῇ, δοὺς αὐτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐφόδια. Ἐν παραδείσῳ διὰ τρυφὴν ἠπατήθη ὁ Ἀδὰμ, ἡ σὰρξ τοῦ Χριστοῦ ἐν νηστείᾳ στεφανοῦται· ἐν παραδείσῳ ἡ πρώτη πάλη, ἐν ἐρήμῳ ὁ δεύτερος ἀγὼν πρὸς τὸν διάβολον. Ἔρχεται τοίνυν ὁ Σωτὴρ ἀνακαινίζων τὸ πλάσμα τοῦτο, παντοίαις ἀρεταῖς αὐτὸ στεφανῶν, καὶ εἰσέρχεται μεσολαβῶν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις· ἦλθεν ἐπαγγεῖλαι τῷ κόσμῳ, ὅτι ἀνακαινίζεται ἡ πεπτωκυῖα εἰκὼν, ὅτι ἐγήγερται, ὅτι σώζεται. Οὐκ ἠδύνατο ἀπαγγεῖλαι ταῦτα, εἰ μὴ ἦν μεσίτης. Ὥσπερ γὰρ πρόσωπον ἀξιόπιστον ὑποβεβηκότι ἐὰν ἐπαγγείληταί τι, οὐ τολμᾷ τὴν ἐπαγγελίαν ἀπαιτῆσαι ὁ ὑποκείμενος, ἐὰν μὴ ἔχῃ μεσίτην· ἐπειδὴ γὰρ ἀόρατος ἦν ὁ Θεὸς, ὁ δὲ κόσμος ἦν ὁρώμενος, ἐδίδωσι μεσίτην ἀξιόπιστον. *Μεσίτης γὰρ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς.* Ὁ μεσίτης ἐὰν μὴ ἔχῃ συγγένειαν πρὸς τὰ μεσιτευόμενα, μεσίτης εἶναι οὐ δύναται. Ἔπει οὖν μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Χριστὸς, ἐχρῆν αὐτὸν δειχθῆναι συγγενῆ τοῦ Θεοῦ καὶ συγγενῆ τῶν ἀνθρώπων, καὶ φανῆναι ὥσπερ τινὰ οἰκονομίαν μέσην, καὶ Θεῷ συναπτομένην κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἀνθρώποις ἡνωμένην κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Καὶ τί ποιεῖ; Ἐπειδὴ πρῶτον διδάσκει, καὶ τότε ἀνακαινίζει, γίνεται καὶ μεσίτης καὶ ἔγγυος· ἀντιφωνεῖ τὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων τῷ Θεῷ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχθρὸν ἦν τὸ ἀνθρώπινον γένος τῷ Θεῷ διὰ τὴν παράβασιν, οὐκ ἐπιστεύετο οὔτε ἄνθρωπος τῷ Θεῷ, οὔτε Θεὸς τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι διαλλάσσεται· τῷ πεσόντι. Ὡσεὶ ἔλεγε τοῖς ἀνθρώποις, Μὴ ἀπιστήσητε, ὅτι ἔστιν ἀνάστασις· ἐγὼ τούτου ἔγγυος λαμβάνω τὴν ἐξ ὑμῶν σάρκα, παραδίδωμι αὐτὴν θανάτῳ· ἐὰν μὴ ἀναστήσω αὐτὴν, μὴ πιστεύετέ μοι. Ἐγγυᾶται τοῖς ἀνθρώποις τὸν Θεόν· ὡσεὶ ἔλεγε, Πρὸς ἐμὲ τὸν ἄνθρωπον ἔχεις, ἐγὼ αὐτὸν ἀνακαινίζω, ἐγὼ αὐτὸν ποιήσω ἀρνήσασθαι τὴν πλάνην καὶ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν· δέξαι με ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐγγυώμενον, ἵνα καὶ αὐτοὶ δέξωνταί με ἐγγυητὴν τῆς σῆς δυνάμεως.

ε'. Ὅτι μὲν οὖν μεσίτης ὁ Χριστὸς, ἔδειξεν ἡ Γραφή· ὅτι δὲ καὶ ἔγγυος καὶ ἀνάδοχος, ποῦ εὑρίσκομεν, ἵνα μὴ φανῶμεν τὰ ἑαυτῶν λαλοῦντες ἐν ἐκκλησίᾳ; Εἰ τὰ ἑαυτοῦ λαλῶ, ἵνα τί λαλῶ; εἰ δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ κηρύττω, τὰ τοῦ Πνεύματος ἑρμηνεύω, δέξαι τὴν διδασκαλίαν. Ὅτι οὖν ἔγγυός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς, λέγει Παῦλος· *Νῦν δὲ διαφορωτέρας τετυχήκαμεν* [a] *λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης ἔγγυος Ἰησοῦς.* Ἰδοὺ ἐγγυώμενος τὸν Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἐγγυᾶται καὶ τὸν ἄνθρωπον τῷ Θεῷ, καὶ τὸν Θεὸν τοῖς ἀνθρώποις. Εἶπεν ἡμᾶς ἐγεῖρειν, καὶ ἐγείρει· εἶπεν ἡμᾶς ἀθανασίᾳ τιμᾶν, καὶ τιμᾷ. Ὅτε ἔπλαττε τὸν Ἀδὰμ, ἐγγύας οὐκ ἔδωκε τῶν γινομένων, ἐγγύας οὐ παρέσχε, καὶ ἔδωκεν [223] αὐτῷ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· μὴ ἐπαγγειλάμενος τὴν γῆν, μὴ ὑποσχόμενος τὸν παράδεισον, τὰ ἄλλα πάντα, ἃ μὴ ἐπηγγείλατο, ἔδωκεν· ἃ μετ' ἐγγύης ἐπηγγείλατο, οὐ δίδωσι; Τὸ Εὐαγγέλιον ἡ Γραφὴ ποτὲ καινὴν καλεῖ διαθήκην, ποτὲ νέαν διαθήκην, ποτὲ κρείττονα διαθήκην, ποτὲ δευτέραν, ποτὲ αἰώνιον. Ἐπειδὴ ἓν ὄνομα πᾶσαν τὴν δύναμιν παραστῆσαι οὐ δύναται, διαφόροις ὀνόμασι δείκνυσι τοῦ Εὐαγγελίου τὴν δύναμιν, καὶ μάλιστα Παῦλος, ὁ λαλοῦντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, καλεῖ καινὴν διαθήκην τὸ Εὐαγγέλιον, ὡς τὴν παλαιὰν ἀνακαινίζουσαν. Τὸ γὰρ καινὸν ξένης ἐστὶ καὶ ἀληθῶς ἀνεπάφου φύσεως ἑρμηνεία· ἡ νέα πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς γεγηρακυίας· ἡ κρείττων πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς ἥττονος· ἡ δευτέρα πρὸς ἀντιπαράθεσιν τῆς πρώτης, ἡ αἰώνιος πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς προσκαίρου. Καινὴ λέγεται διαθήκη κατὰ τὸν μακάριον Ἱερεμίαν τὸν λέγοντα· *Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγει Κύριος, διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην καινήν·* καὶ ὁ Σωτὴρ παραδιδοὺς τὸ μυστήριον λέγει· *Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς διαθήκης.* Ἰδοὺ καινὴ διαθήκη. Καὶ ἀλλαχοῦ καλεῖ αὐτὴν νέαν, διὰ τὸ νέον καὶ ἀκμάζον κήρυγμα. Καὶ λέγει Παῦλος· *Προσεληλύθαμεν δρεῖ Σιὼν καὶ μυριάσιν ἀγγέλων, καὶ ἐκκλησίᾳ πρωτοτόκων, καὶ μεσίτῃ νέας διαθήκης Ἰησοῦ. Ἐν τῷ λέγειν καινὴν, πεπαλαίωκε τὴν πρώτην.* Ἀλλαχοῦ καλεῖ κρείττονα διαθήκην λέγων, *Νῦν δὲ διαφορωτέρας τετυχήκαμεν λειτουργίας, ὅσῳ καὶ κρείττονός ἐστι διαθήκης μεσίτης. Εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος.* Ἰδοὺ καὶ πρώτη καὶ δευτέρα. Ποῦ ἡ αἰώνιος; Ἄκουε Παύλου λέγοντος· *Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ τῆς γῆς τὸν Ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, καὶ ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου.* Ἐπειδὴ ἡ πρώτη διαθήκη πρόσκαιρος ἦν, αὕτη αἰώνιος. Καὶ ἀλλαχοῦ λέγει· *Διαθήσομαι ὑμῖν διαθήκην καινὴν αἰώνιον, τὰ ὅσια Δαυὶδ, τὰ πιστά.* Καινὴ διαθήκη, νέα, πρώτη, δευτέρα, κρείττων, αἰώνιος. Τούτων τῶν διαθηκῶν ἔγγυος Ἰησοῦς. Ὅτε τοίνυν μέλλει ὁ ἄνθρωπος ἀνακαινίζεσθαι, γίνεται ὁ οὐρανὸς καινὸς, οὐκ ἀφανιζόμενος, ἀλλὰ ἀνακαινιζόμενος τῇ καινῇ κτίσει· ἥλιος καινὸς, σελήνη καινὴ, ἄστρα καινὰ, προσθήκην λαμβάνοντα καὶ αὔξησιν. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· *Ἔσται ὁ οὐρανὸς καινὸς, καὶ ἡ γῆ καινὴ.* Ἰδοὺ ἀνακαινίζεται ἡ κτίσις, καὶ οὐ ψεύδεται ὁ ἐπαγγειλάμενος. Ὅσην λαμβάνει προσθήκην ὁ ἄνθρωπος, λαμβάνει καὶ τὰ στοιχεῖα. Πόθεν τοῦτο; Λέγει Ἡσαΐας· *Ἔσται γὰρ τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἑπταπλάσιον, καὶ τὸ φῶς τῆς σελήνης ὡς ὁ ἥλιος.* Εἶδες, πῶς οὐκ ἠψεύσατο ὁ Θεὸς τὴν ἐπαγγελίαν, ἀλλὰ ἀνεκαίνισε τὴν κτίσιν; Ἀρχηγὸς δὲ τοῦ ἀνακαινισμοῦ Χριστός. Ταύτην τὴν ἔννοιαν αἱρετικῶν παῖδες ἐννοήσαντες προσήνεγκαν τὸ, *Πρωτότοκος πάσης κτίσεως*, οὐ συνιέντες, ὅτι οὐ τῆς κτίσεως λέγει τῆς γενομένης, ἀλλὰ τῆς ἀνακαινιζομένης. Ποία ἐστὶν

[a] Alii τέτευχε.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡ κτίσις; ἡ ἀνακαινιζομένη; Ἄκουε Παύλου λέγοντος· *Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις.* Καὶ ἵνα δείξῃ, ὅτι πρωτότοκος λέγεται τῆς κτίσεως τῆς ἀνακαινιζομένης, ἐπάγει· *Πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων*, τῶν ἀνακαινιζομένων, τῶν εἰς ἀφθαρσίαν καλουμένων, τῶν ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένων· *ἐν πᾶσι πρωτεύων*, οὐ κατὰ τὴν θεότητα (ὕβρις γὰρ Θεῷ, τὸ καλεῖσθαι πρῶτος, ὕβρις ἡ νομιζομένη τιμή· ἐν γὰρ τῇ θείᾳ καὶ ἀκτίστῳ φύσει οὐκ ἔνι πρῶτον καὶ δεύτερον, ἀλλὰ πάντα ἀρχὴν ἔχει ζῶσαν, ἀρχὴν ἄναρχον, ἀρχὴν ἀΐδιον, ἀκατάληπτον, ἄφραστον· ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς εἰ πρὸς σύγκρισιν Παύλου πρωτεύει Χριστὸς. εἰ πρὸς σύγκρισιν Πέτρου, κενὴ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, εἰ τούτων πρωτεύει ὁ Χριστὸς ἐν Θεότητι), ἀλλὰ πρωτεύει ἐν ἀνθρωπότητι, ὡς ἀνακαινίσας τὸν Ἀδάμ, ὡς ζωοποιήσας τὴν οἰκουμένην. Διὰ τοῦτο λέγει, *Πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων.* Καὶ πῶς πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, παρακαλῶ, ζητήσωμεν. Ἐὰν γὰρ παρέλθω τὸν λόγον ἀνεξέταστον, ἀλλ' ἡ ψυχὴ φιλοπραγμονοῦσα [224] ἀντιτίθησι τὰ ἑαυτῆς, καὶ νομίζει ἰσχυρὰ ἔχειν. Πῶς πρωτότοκος τῶν νεκρῶν, φησὶν, ὁ Χριστὸς, ὁπότε καὶ πρὸ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἤγειρεν Ἠλίας τὸν υἱὸν τῆς χήρας, ἤγειρε καὶ Ἐλισσαῖος τὸν υἱὸν τῆς Σωμανίτιδος, αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἤγειρε τὸν Λάζαρον, τὴν Ἰαΐρου θυγατέρα, τὸν υἱὸν τῆς χήρας; Εἰ τοίνυν καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ Νέᾳ ἠγέρθησαν νεκροί, πῶς πρωτότοκος ὁ Χριστὸς τῶν νεκρῶν; Τί οὖν; Ἐκεῖνοι εἰ καὶ ἀνέστησαν πρὸ Χριστοῦ, ἀλλ' ἀναστάντες πάντες ἀπέθανον πάλιν, γεῦσμα δεδωκότες τῆς ἀναστάσεως· ὁ δὲ Χριστὸς ἀναστὰς οὐκ ὑποπίπτει θανάτῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀρχηγὸς, ὡς ἀναστάς, καὶ μηκέτι ἀποθνήσκων. Καὶ λέγει Παῦλος· *Χριστὸς γὰρ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐ κυριεύει.* Εἶδες τὸν ἐν πᾶσι πρωτεύοντα; εἶδες τὸν ἀνακαινίζοντα τὸ γένος ἡμῶν διὰ τῆς ἑαυτοῦ οἰκονομίας; Οὕτως ἐπὶ τέλει τὸν ἄνθρωπον ἀναπάσας εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγε καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Ὦ κακῆς καὶ ἄφρονος ἡμῶν καρδίας! Ἦλθε Χριστὸς πρὸς ἡμᾶς, ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἐξ αὐτοῦ Πνεῦμα, καὶ ἀνέλαβε τὸ ἡμέτερον σῶμα, καὶ τὸ συνάλλαγμα γέγονε, καὶ ἡ ἀγνωμοσύνη τὴν εὐεργεσίαν ὑβρίζει; Ἔλαβε παρ' ἡμῶν τὸ πλάσμα, καὶ ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ· ἐλάβομεν ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, καὶ ὑβρίσαμεν ἐν τάξει κτίσεως καὶ δουλαγωγίας αὐτὸν καταγαγόντες; Ὦ ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, ἐάν σοι εἴπῃ Χριστὸς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὅτι Ἐγὼ τὸ σὸν σῶμα ἀθανασίᾳ ἐτίμησα, καὶ σὺ τὸ ἐμὸν πνεῦμα εἰς τὴν τῆς κτίσεως φύσιν κατέσπασας; Εἶδες τὸ θνητὸν ἐγειρόμενον, εἶδες αὐτὸ σύνθρονον, εἶδες ἐπάνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ; Τὰ ἡμέτερα τιμᾷ Θεὸς, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ οὐ τιμῶμεν ἡμεῖς;

ς'. Ἀλλ' οἶδα τὴν αἱρετικὴν κακίαν ἀντιστρατευομένην τῇ ἀληθείᾳ· οἶδα, φησὶ, τὸ σῶμα τοῦτο ἀναληφθὲν εἰς οὐρανοὺς, ἀλλ' οὐ τοσοῦτον, ἵνα τιμηθῇ. ἀλλ' ἵνα ἔχωμεν ἄνω συνήγορον τὸν ἀξιοῦντα τὸν Θεὸν ὑπὲρ ἡμῶν. Διὰ τοῦτο αἱ ἀναίσχυντοι γλῶσσαι καὶ ἀπαίδευτοι ψυχαὶ ἔλεγον ἐν ἀγορᾷ ἐκπομπεύουσαι τὰ ἅγια, οὐκ οἶδα ὅπως. Τὴν γὰρ λέξιν οὐκ ἀναφέρω τῆς βλασφημίας, τὴν ἔννοιαν ἐρῶ. Σὺ, φησὶ, Χριστὲ, δεήθητι ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Θεῷ, καὶ ἔντυχε ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ λαμβάνουσι ῥῆσιν παρὰ τοῦ Ἀποστόλου, τὴν ἔννοιαν μὴ μαθόντες. Οὐκ εἶπε, φησὶν, ὁ Ἀπόστολος, *Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς, ὃς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν;* Μὴ ἡμεῖς, φησὶν, ἐπλασάμεθα; μὴ ἡμεῖς τὰ θεῖα ἐσυκοφαντήσαμεν; Παῦλος εἶπε τὸν Χριστὸν ἐντυγχάνοντα ὑπὲρ ἡμῶν. Οὐ προσέχοντες τί ἐστιν ἐντυχία, ὅτι πολὺ τὸ μέσον δεήσεως καὶ ἐντυχίας. Εἰ τὸ αὐτὸ ἦν ἐντυγχάνειν καὶ ἀξιοῦν, οὐκ ἂν εἶπε Παῦλος· *Βούλομαι ὑμᾶς ποιεῖσθαι προσευχὰς, δεήσεις, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας.* Δέησις λέγεται, ὅταν τις ἀξιοῖ τὸν Θεὸν εἰς πρᾶγμα· προσευχὴ δὲ λέγεται, ὅταν ὑμνῇ τὸν Θεόν· εὐχαριστία λέγεται, ὅταν τις ὑπὲρ ὧν εὖ ἔπαθεν εὐχαριστῇ τῷ Θεῷ· ἔντυχία λέγεται, ὅταν τις κατὰ τῶν ἀδικούντων ἐντυγχάνῃ τῷ Θεῷ προκαλούμενος αὐτὸν εἰς ἐκδίκησιν. Ὅτι δὲ τὸ ἐντυγχάνειν οὐκ ἔστιν ἱκετεύειν, ἀλλ' ἐρωτᾷν καὶ ἀπόκρισιν δέχεσθαι, μαρτυρεῖ ἡ Παλαιὰ Διαθήκη λέγουσα· Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς Ἠλίαν τὸν προφήτην· *Τί σοι ἐνταῦθα, Ἠλία;* Ἐρωτᾷ ὁ Θεὸς τὸν προφήτην· ἀποκρίνεται ὁ προφήτης λέγων· *Ζηλῶν ἐζήλωσα Κυρίῳ παντοκράτορι, ὅτι ἐγκατέλιπόν σε οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ· τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, καὶ τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ ὑπελείφθην ἐγὼ μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου.* Οὐκ ἦν ἐνταῦθα δέησις, οὐκ ἦν εὐχὴ, ἀλλ' ἐρώτησις καὶ ἀπόκρισις, καὶ γέγονεν ἔντευξις. Καὶ ὅπως, ἄκουε Παύλου λέγοντος· *Ἢ οὐκ ἀνέγνωτε ἐν Ἠλίᾳ τῷ προφήτῃ τί λέγει ἡ Γραφὴ, ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ;* Οὐκοῦν ἡ ἐντυχία οὐκ ἔστι δέησις, ἀλλὰ βία [a] προφήτου ἀπαγγέλλουσα τῷ Θεῷ τὰ τετολμημένα. Ἐπεὶ τοίνυν οἱ [225] ἀπόστολοι ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκινδύνευον ὑπὸ ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων συρόμενοι, ὑπὸ Ἰουδαίων ἐπιβουλευόμενοι, παρεσκεύαζε δὲ αὐτοὺς ὁ Ἀπόστολος πάντων καταφρονεῖν, καὶ διωγμοῦ καὶ θλίψεως καὶ θανάτου, ὥσπερ παραμυθούμενος αὐτοὺς, φησί· Κἂν ὑμεῖς μὴ εἴπητέ τι κατὰ τῶν ἀδικούντων ὑμᾶς, ἔστιν ὁ ὑπὲρ ὑμῶν ἐντυγχάνων, ὁ ἐξ ὑμῶν τὸ πλάσμα λαβών. *Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν Θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν. Τίς ὁ κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανὼν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς, ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν.* Εἰ ἐντυγχάνει, πῶς κάθηται; ἢ ὁ ἐντυγχάνων οὐχ ἑστὼς ἐντυγχάνει; εἶδές τινα δουλοπρεπῶς ἐντυγχάνοντα, καὶ καθήμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ ἄρχοντος; Ἀλλὰ διὰ τοῦτο, φησὶ, προστάττει τὴν ἀξίαν λέγων· *Ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν·* ὡς εἰ ἔλεγε· Μὴ χρείαν ἔχετε ὑμεῖς μεριμνᾶν τὸ γινόμενον; Σὺ τῷ κηρύγματι τῆς ἀρετῆς πρόσεχε· μὴ ἀπασχολήσῃς σεαυτὸν, καὶ εἴπῃς· Κύριε, πόσα πάσχομεν· ἐλαυνόμεθα. διωκόμεθα· ἔχεις τὸν ἐκεῖ λέγοντα, ἔχεις τὸν ἐντυγχάνοντα. Ἐντυγχάνει δὲ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, οὐ κατὰ ὑποβεβηκυῖαν τάξιν, ἀλλ' ὡς Υἱὸς Πατρὶ λέγων τὰ πράγματα· Οἱ εἰς ἡμᾶς πιστεύοντες ἀδικοῦνται, διώκονται, ἐλαύνονται. Ἵνα ἀξιόπιστον κατασκευάσῃ τὴν κατηγορίαν, εἰσάγει τὸν Υἱὸν ἐντυγχάνοντα. Οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ λέγει· *Ἢ δοκεῖτε, ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν; Ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωϋσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίσατε.* Ἐλάττων ἐστὶ κατὰ σὲ ὁ Υἱὸς ὡς ἐντυγχάνων τῷ Πατρί; Ἐὰν οὖν ἴδῃς τὸν Θεὸν ἐντυγχάνοντα ἀνθρώπῳ κατὰ τῶν ἀπίστων, τί ποιήσεις; Ἄκουε τοῦ Κυρίου λέγοντος πρὸς Ἱερεμίαν· *Εἶδες ἃ ἐποίησέ μοι ἡ ἀσύνετος θυγάτηρ Ἰούδα;* Ἐγκατέλιπέ με, καὶ ἐπορεύθη ὀπίσω θεῶν. Ἔστω· ἄνθρωπος· ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ. Διὰ τί Θεὸς ἀνθρώπῳ; Καὶ ἀλλαχοῦ· *Καὶ νῦν, σὺ, ἄνθρωπος τοῦ Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Ἱερουσαλὴμ, κρίνατε ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ἀμπελῶνός μου· τί ἔδει με ποιῆσαι καὶ οὐκ ἐποίησα;* Οὕτως ὁ Χριστὸς ἕως μὲν ἐν σαρκὶ τὴν οἰκονομίαν ἐπλήρου, καὶ ἱερεὺς ἦν, καὶ δεήσεις προσέφερε καὶ ἠξίωτο τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν· ἀφ' οὗ δὲ εἰς οὐρανοὺς ἀνῆλθε, κάθηται μόνον δοξαζόμενος, οὐχ ἱκετεύων, οὐκ ἐντυγχάνων, ἀλλ' εἰ καὶ ἐντυγχάνει, ὡς υἱὸς πατρὶ, ἐπειδὴ καὶ ὁ Θεὸς προφήτῃ ἐνέτυχε. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ Παῦλος, ἵνα δείξῃ ὅτι ὁ Χριστὸς οὐχ ὡς ἱερεὺς ἵσταται ἄνω προσφέρων ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ λαοῦ, ἀλλὰ κάθηται, λέγει· *Τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεύς, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας· ὃς οὐκ ἔχει ἀνάγκην καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὥσπερ οἱ ἱερεῖς, προσφέρειν ὑπὲρ τῶν ἰδίων καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἁμαρτημάτων* [b]· *τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ ἑαυτὸν προσενέγκας.* Τί οὖν καταμαίνονται τῆς εὐσεβείας, εἰ οὐκ εἶχεν ἀνάγκην; Σὺ ὑπ' ἀνάγκην ἄγεις τὸν πάπαν; ἀνάγκης ἀνώτερον; Πάλιν ἐπάγει Παῦλος· *Οὐ γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν.* Οὐκ εἶπεν, Ἐμφανίζεσθαι· ἅπαξ γὰρ ἐνεφανίσθη, οὐ πολλάκις. Καὶ πάλιν, *Οὔτε ἵνα καθ' ὥραν ἑαυτὸν προσφέρῃ, ὡς ἱερεὺς ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσέρχεται εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· νῦν δὲ ὁ Χριστὸς εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας ἅπαξ διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ ἐφανερώθη.* Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἱερεῖς καθ' ἡμέραν ἐστήκασι λειτουργοῦντες, καὶ τὰς αὐτὰς θυσίας προσφέροντες· Χριστὸς δὲ μίαν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσενέγκας θυσίαν εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκάθισεν, ἐκδεχόμενος, ἕως· τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Μὴ γὰρ ἐντυγχάνει λοιπόν; Κάθηται· τί ὑβρίζεις τὴν εὐεργεσίαν;

[a] Bolsius conjicit προσβολὰ. [b] Alii ἁμαρτημάτων.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

qua in Christo nova creatura (2. *Cor.* 5. 17). Et ut ostendat, ipsum primogenitum dici creaturæ renovatæ, subjungit : *Primogenitus ex mortuis ; ut sit in omnibus primatum tenens* (*Col.* 1. 18), eorum qui renovantur, qui in incorruptionem vocantur, qui a mortuis suscitantur. *Ut sit in omnibus primatum tenens;* non secundum deitatem (contumelia enim esset Deo vocari primus ; contumelia id esset, quod habetur honori. Nam in divina et increa a natura non est primum aut secundum, sed omnia principium habens vivens, principium sine principio, principium æternum, incomprehensibile, ineffabile : in iis vero, quæ ad nos spectant, si in comparatione Pauli vel Petri primas tenet Christus, vana est spes nostra, inanis fides nostra, si in divinitate primas tenet apud illos) ; sed primas tenet in humanitate, utpote qui Adamum renovaverit, utpote qui orbem vivificaverit. Ideo dicit, *Primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus primatum tenens.* Et quomodo sit primogenitus ex mortuis, quæso, inquiramus. Nam si rem sine examine prætermittam, animus hæc studiose explorans sua opponit, quæ prævalida esse putat. Quomodo primogenitus mortuorum est Christus, inquit, cum ante adventum ejus Elias filium viduæ suscitaverit (3. *Reg.* 17. 21), Elisæus filium Sunamitidis (4. *Reg.* 4. 34) ; ipseque Servator suscitaverit Lazarum, Jairi filiam, viduæ filium (*Joan.* 11. 39. *Marc.* 5. 22. *Luc.* 7. 12)? Si ergo et in vetere et in nova lege mortui suscitati sunt, quomodo Christus est primogenitus mortuorum? Quid igitur? Illi etsi ante Christum suscitati sint, at rursus omnes mortui sunt, postquam quasi gustum resurrectionis dedissent : sed Christus postquam surrexit, non ultra in mortem incidit ; et ideo princeps, quia resurrexit non ultra moriturus, dicitque Paulus : *Christus* enim *resurgens ex mortuis, jam non moritur ; mors illi ultra non dominabitur* (*Rom.* 6. 9). Viden' eum, qui in omnibus primatum habet? viden' eum, qui per œconomiam suam genus nostrum renovavit? Sic in fine abstractum hominem in cælum adduxit, et locavit sedentem a dextris Dei. O improbum et stultum cor nostrum! Venit Christus ad nos, dedit nobis spiritum suum, et corpus nostrum assumpsit, commutatio facta est, ingratusque animus beneficium contumelia repensat? Assumpsit formam nostram, et locavit sedentem a dextris Dei : nos accepimus ejus spiritum, et contumelia affecimus eum, in creaturæ et servitutis ordinem ipsum deducentes? O miser et miserabilis, si tibi dixerit Christus in illa die : Ego corpus tuum immortalitate honoravi, et tu spiritum meum in creaturæ naturam detraxisti? Vidisti mortuum suscitatum, vidisti eum ejusdem throni consortem, vidisti supra omnem principatum et potestatem atque dominationem, nec te pudet? Nostra Deus honorat, et quæ ipsius sunt nos non honoramus?

6. Sed scio, hæreticam pravitatem contra veritatem pugnare ; scio, inquit, corpus illud assumptum fuisse in cælos ; sed non tantum ut honoretur, verum ut sursum advocatum habeamus, qui Deum precetur pro nobis. Ideo impudentes linguæ, et ignorantes animi in foro dicebant, sancta traducentes, Nescio quomodo. Dictum enim blasphemum non refero, sed sensum referam. Tu, inquit, Christe, precare Deum pro nobis, pro nobis supplica ; et dictum ab Apostolo nequantur, cujus sensum non didicerunt. Annon dixit, inquiunt, Apostolus, *Christus qui mortuus est, imo qui resurrexit, qui est in dextera Dei, qui interpellat pro nobis* (*Rom.* 8. 34) ? Num finximus, inquiunt, num calumnia adversus divina usi sumus? Paulus dixit, Christum interpellare pro nobis. Quid sit interpellatio non attenditur : multum enim discriminis est supplicationem inter et interpellationem. Si idipsum esset interpellare et supplicare, non dixisset Paulus : *Volo vos facere precationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones* (1. *Tim.* 2. 1). (*a*) Supplicatio dicitur, cum quis Deum rogat aliquid ; oratio dicitur, cum quis Deum hymnis celebrat ; gratiarum actio, cum quis de beneficiis gratias agit ; interpellatio, quando quis contra eos, qui se læserunt, Deum advocat ad ultionem. Quod autem interpellare non sit supplicare, sed interrogare et responsum accipere, testificatur Vetus Testamentum, dicens : Et dixit Deus ad Eliam prophetam : *Quid tibi hic, Elia* (3. *Reg.* 19. 13. 14) ? Interrogat Deus prophetam : respondet propheta : *Zelo zelatus sum Domino omnipotenti, quia dereliquerunt te filii Israel : altaria tua diruerunt, et prophetas tuos occiderunt gladio, et relictus sum ego solus, et quærunt animam meam.* Non erat hic deprecatio, non oratio ; sed interrogatio et responsio, et facta est interpellatio. Quomodo autem, audi Paulum dicentem : *Annon legistis in Elia propheta quid dicat Scriptura, quomodo interpellat Deum adversum Israel* (*Rom.* 11. 2) ? Interpellatio itaque non est supplicatio ; sed ira violenta prophetæ, qui Deo scelera annuntiat. Quoniam igitur apostoli apud gentes pericitabantur a principibus et præfectis raptati, a Judæis insidiis impetiti, illos Apostolus hortatur ad omnia despicienda, persequutiones, ærumnas, mortem ipsam, ac quasi consolans illos dicit : Etiamsi vos nihil dixeritis adversus eos, qui vos injuste lædunt, est qui pro vobis interpellet, ille nempe qui vestram accepit formam. *Quis accusabit electos Dei ? Deus qui justificat ; quis est qui condemnet ? Christus qui mortuus est, imo qui resurrexit, qui est a dextris Dei, qui etiam interpellat pro nobis* (*Rom.* 8. 33. 34). Si interpellat, quomodo sedet ? annon is qui interpellat, stans interpellat ? vidistine quempiam serviliter interpellantem, et ad dexteram principis sedentem ? Verum ideo dignitatem ejus præmittit dicens, *Qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis ;* ac si diceret : Num opus est ut solliciti sitis circa rem istam ? Tu virtutis prædicationi animum adhibe : ne te alio avertas, neve dicas : Domine, quanta patimur! pellimur, persequutionem patimur : illic adest qui loquatur, qui interpellet. Interpellat vero Patrem Filius, non quod ordine sit inferior, sed ut Filius Patri res proponens : Qui credunt in nos, injuria afficiuntur, persequutionem patiuntur, pelluntur. Ut fide dignam accusationem parèt, inducit Filium interpellantem. Sic et Servator dicit : *An putatis quia ego accusaturus sum vos ? Est qui accusat vos Moyses, in quem vos speratis* (*Joan.* 5. 45). Minor est secundum te Filius, utpote qui Patrem interpellet ? Si ergo videris Deum, qui hominem interpellet contra infideles, quid facies ? Audi Dominum Jeremiæ dicentem : *Vidisti quid fecerit mihi insipiens filia Juda* (*Jer.* 3. 6) ? Dereliquit me et ivit post deos. Esto : homo interpellet Deum ; cur Deus hominem ? Et alibi : *Et nunc, tu, homo Juda, et habitantes Jerusalem, judicate inter me, et inter vineam meam : quid oportebat me facere, et non feci* (*Isai.* 5. 3. 4) ? Sic Christus donec in carne œconomiam implebat, et sacerdos erat, et precationes offerebat, orabatque Patrem secundum carnalem œconomiam : ex quo autem in cælos ascendit, sedet tantum in gloria, non supplicans, non interpellans ; sed si interpellat, certe ut patrem filius, quandoquidem et Deus prophetam interpellat. Ideo Paulus, ut ostendat Christum non ut sacerdotem stare sursum offerentem pro se et pro populo, sed sedere dicit : *Talem enim nos decebat habere sacerdotem, qui sedet in dextera magnitudinis in excelsis supra omnem principatum et potestatem, qui non habet necessitatem quotidie sicut sacerdos offerre pro suis et populi ignorantiis : hoc enim fecit semel semetipsum offerendo* (*Hebr.* 7. 26. 27. *et* 8. 1). Cur ergo contra pietatem insaniunt, si non habuit necessitatem ? Tu necessitati subjicis omni necessitate superiorem ? Rursum addit Paulus : *Non enim in manufacta sancta intravit Christus, exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, ut apparcat vultui Dei pro nobis* (*Hebr.* 9. 24). Non dixit, Ut omnino appareat : semel enim apparuit, non pluries. Et rursum : *Neque ut sæpe offerat semetipsum, ut sacerdos qui semel in anno intrat in sancta sanctorum : nunc vero*

(*a*) Sequenti legantur apud Rhetium, p. 1152.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Christus ad destitutionem peccati semel per sacrificium suum apparuit (*Hebr.* 9. 25. 26). Et alii quidem sacerdotes quotidie stant ministrantes, et eadem sacrificia offerentes : Christus autem uno pro peccatis oblato sacrificio, in perpetuum sedet, exspectans donec ponantur inimici sub pedibus ejus. Num interpellat demum ? Sedet : cur beneficium contumelia afficis ?

7. Sed video me longius processisse. Verum ignoscite mihi in profundum ingresso, qui Spiritus sancti virtute potui sanctarum Scripturarum pelagus transnatare, non pro rei dignitate, sed quantum vires tulerunt. Illud vero præ omnibus oro et precor, ac precandi finem non faciam : Scripturas scrutare, veritatem quære, a Christo quæ Christi sunt edisce : ne te tradas hæreticæ improbitati. Multos habet hodie diabolus serpentes loco illius antiqui serpentis : zizania peccati seminat, ut impietatis corruptionem demetat. Ne, quæso, audiamus : avertamus aures ab hæretica improbitate. Hæc me jam vobis dixisse scio, sed iterum dico. Cujusvis hæresis noti sunt principes : ab Ario Ariani, a Macedonio Macedoniani, ab Eunomio Eunomiani, a Marcione Marcionistæ, a Sabellio Sabelliani, a Manete Manichæi, a Montano Montanistæ, et sic reliquæ hæreses. Si fides Ecclesiæ sit hæretica, dicant hæretici, quis ejus princeps fuit ; dicant, Ab hoc homine incepit hæresis vestra : dicant, si noverint. Vide namque Dei bonitatem : non permisit apostolorum doctrinæ hominis nomen imponi : non vocamur Macedoniani ; sed etiamsi nos dicant homousiastas, non cujuspiam nomen proferunt, sed fidei consensum ostendunt. Si ergo interrogaveris illos, Quis primus dixit, ὁμοούσιον, sive consubstantialem ; non possunt dicere, Hic vel ille ; sed trecenti octodecim Patres, in concordem unam vocem erumpentes, in pia confessione consenserunt. Animadverte, quomodo hæc virtutis confessio splendeat. Vocem ὁμοούσιον non cœpit unus vel alter proferre, sed tota synodus Orientis, Occidentis, Meridiei et Septentrionis. Ubi namque veritas sese prodit, omnia consentiunt. Interroga hæreticum circa ea quæ dicturus sum. Si in erroges orthodoxum, sive idiotam, sive imperitum, hæc dicit : Confiteor Patrem, Filium et Spiritum sanctum, unum regnum, unam potentiam. Dic hæreticis duobus vel tribus, Quid sentitis ? Si easdem proferant voces, vera dicunt. Alius increatum dicit, alius genitum, alius immortalem, hic æternum Si resurgat alius, dicit : Ego novi Patrem fecisse Filium, Filium vero cætera. Hinc alius hunc emendat dicens : Non ita res est, sed Pater fecit Filium ; per Filium vero omnia condidit. Ubi namque non est veritas, sed corruptum vestimentum, scinditur : ac quemadmodum, fratres, indumentum vetus si trahas, scinditur ; et si per vestem quempiam traxeris ad colloquium, corrupta vestis deprehenditur, et quavis occasione scinditur : hujusmodi sunt hæreses ; alius hoc alius illud confitetur. Hæreses extraneæ, nomina extranea, et hæc probrosa, cauponum nomina. Id accidit hæreticis, quod accidit olim Judæis. Lucerna sancta sub lege erat intra sancta sanctorum, ubi erant velum, ubi mensa, ubi lex, ubi tabulæ : ex quo a veritate exciderunt, ubi statuitur lucerna ? In vestibulis cauponum. Ubi cornu prophetarum ? In tabernis. Et hæc faciunt, non ex amore, sed ad quæstum : non ut ostendant lucernam honoratam ; sed ut prætereuntes advocent, ut monstrent esse Judaicum vinum. Sicut igitur illic ex sanctitate in tantam delapsa sunt vilitatem sancta illa ab indignis possessa : sic etiam hic a Paulo et Petro, ab illo culmine (me pudet dicere, vereor turpitudinis nomen, licet verum sit, dicere erubesco, et tamen proferre cogor) post vocem illam, *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* (*Matth.* 16. 18) ; postquam dixit Paulus : *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christi* (2. *Cor.* 13. 3) ? a Petro et Paulo, ab evangelistis, præconibus et confessoribus, Psathyriani alii quidam vocantur (*a*). Quando in habitu manserunt ; quando non discerptum est inveteratum illorum vestimentum ? Sed cum dixero circa illos prophetæ verba, finem loquendi faciam. *Dissecti sunt, nec compuncti* (*Psal.* 34. 16) Hic vero tunica Ecclesiæ contexta per totum, nec consuta. Quid est, contexta ? Quia multa sunt quæ conglutinantur ; hæc vero tunica non conglutinata erat a ratiociniis, sed desuper est contexta per totum, nec consuta : non ratiocinia humana fidem nostram consuerunt, sed sanam habemus tunicam. Promissum complevimus, magnum certe, perplexum, et speculatione subtile. Agnoscat autem auditor simplicia sensa simplicibus verbis expediri, profunda autem multa opus habere varietate. Cum videris adumbratum dictum, mentem erige ; cum videris cogitatum subtile, mentem ad varietatem compone. Multa Dei sensa brevia sunt ; ut, *Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices* (*Exod.* 20. 13-16). Cum ergo dicit, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (*Joan.* 1. 14) ; et postea, *In terra visus est, et cum hominibus conversatus est* (*Baruch.* 3. 38) ; varium est vestimentum, secundum dictum illud, *Multiformis sapientia Dei* (*Ephes.* 3. 10). In his omnibus glorificemus eum, qui apparuit, adoremus eum, qui venit, hymnis celebremus eum, qui renovavit et vivificavit, eum, qui suscitavit, qui munivit, qui illuminavit, qui nobis omnium bonorum copiam largitus est Jesum Christum, cui gloria et imperium una cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

(*a*) De Psathyrianis vide Scriptores Ecclesiasticos, Socratem, Sozomenum et Theodoretum. Quinam hi essent pluribus explicat Socrates lib. 5, cap. 23. Orto, inquit, illo inter Arianos dissidio : aliis dicentibus, Patrem etiam antequam Filium generaret, Patrem fuisse ; aliis contra pugnantibus ; hi postremi Psathyriani vocati sunt, quia quidam Theoctistus syrus psathyropola, id est, placentarum venditor, hujusce dogmatis acerrimus propugnator erat. Hinc est quod anonymus hic supra dixerit illos e caupona nomen accepisse.

ADMONITIO

AD SEQUENTEM ORATIONEM.

Hunc brevissimum sermonem inter spuria edidit Savilius, et jure quidem ; nam hic orator sese prodit ab illa sancti doctoris elegantia longe alienum. Ornamenta quædam sectatur, sed, ut mihi quidem videtur, nonnumquam puerilia, ut cum initio et fine ludit in nomine *Stephanus*, id est corona ; qui ludi in tam brevi concione ineptiores videantur.

IN S. STEPHANUM PRIMUM MARTYREM.

Omnes quidem martyrum agones gloriosi sunt, et ubique celebrantur justorum certamina ; sed ubi conspicuum illud Stephani primi martyris stadium in medium agitur, ibi vel muta lingua ad laudes excita

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ζ'. Ἀλλ' οἶδα μηκύνας τὸν λόγον· σύγγνωτε δέ μοι εἰς βυθὸν εἰσελθόντι, καὶ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυνάμει δυνηθέντι διανήξασθαι τὸ πέλαγος τῶν ἁγίων Γραφῶν, οὐχ ὅσον εἰπεῖν ἄξια, ἀλλ' ὅσον ἡμεῖς ἠδυνάμεθα. Ἐκεῖνο δὲ πρὸ πάντων ὑμᾶς παρακαλῶ καὶ ἱκετεύω, καὶ ἱκετεύων οὐ παύσομαι, τὰς Γραφὰς [226] ἐρευνᾷν, τὴν ἀλήθειαν ζητεῖν, παρὰ Χριστοῦ τὰ περὶ Χριστοῦ μανθάνειν· μὴ ἐκδὸς σεαυτὸν αἱρετικῇ κακίᾳ. Πολλοὺς ἔχει σήμερον ὁ διάβολος ὄφεις ἀντὶ τοῦ ἀρχαίου ὄφεως· σπείρει τὰ ζιζάνια τῆς ἁμαρτίας, ἵνα θερίσῃ τὴν φθορὰν τῆς ἀσεβείας. Μὴ, παρακαλῶ· ἀποτειχίσωμεν τὰς ἀκοὰς ἀπὸ τῆς αἱρετικῆς κακίας. Οἶδα τοῦτον εἰρηκὼς ἐν ὑμῖν τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ νῦν λέγω· πάσης αἱρέσεως φανεροί εἰσιν οἱ ἔξαρχοι, ἀπὸ Ἀρείου Ἀρειανοὶ, ἀπὸ Μακεδονίου Μακεδονιανοὶ, ἀπὸ Εὐνομίου Εὐνομιανοὶ, ἀπὸ Μαρκίωνος Μαρκιωνισταὶ, ἀπὸ Σαβελλίου Σαβελλιανοὶ, ἀπὸ Μάνεντος Μανιχαῖοι, ἀπὸ Μοντάνου Μοντανισταὶ, καὶ αἱ καθεξῆς αἱρέσεις. Εἰ ἔστιν ἡ πίστις τῆς Ἐκκλησίας αἱρετικὴ, εἴπωσιν οἱ αἱρετικοὶ τίς αὐτῆς ὁ ἔξαρχος· λεγέτωσαν, ὅτι Ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου ἤρξατο ὑμῶν ἡ αἵρεσις· εἰπάτωσαν, εἰ οἴδασιν. Ὅρα γὰρ καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀγαθότητα. Οὐ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς τῇ δόξῃ τῶν ἀποστόλων ἐπικληθῆναι ὄνομα ἀνθρώπου· οὐ λεγόμεθα Μακεδονιανοί· ἀλλὰ κἂν εἴπωσιν ὁμοουσιασταὶ, οὐκ ὄνομα εἶπον, ἀλλὰ τῆς πίστεως ἔδειξαν τὴν συμφωνίαν. Ἐὰν οὖν ἐρωτήσῃς αὐτοὺς, Καὶ τίς πρῶτος εἶπε τὸ, Ὁμοούσιον; οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν, Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα· ἀλλὰ τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρες σύμφωνον ῥήξαντες φωνὴν ὁμολογίας, συνεφώνησαν εἰς εὐσέβειαν. Πρόσεχε, πῶς καὶ αὐτῆς τῆς ἀρετῆς λάμπει ἡ ὁμολογία. Οὐκ ἤρξατο τοῦ ὁμοουσίου οὐχ εἷς, οὐ δεύτερος, ἀλλὰ πᾶσα σύνοδος ἀνατολῆς, δύσεως, μεσημβρίας, ἄρκτου. Ὅπου γὰρ ἀλήθεια φαίνεται, πάντα συμφωνεῖ. Ἐρώτησον αἱρετικὸν ὃ μέλλω λέγειν. Ἐὰν ἐρωτήσῃς ὀρθόδοξον, κἂν ἰδιώτης ᾖ, κἂν ἄπειρος, ταῦτα λέγει· Ἐγὼ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα ἅγιον, μίαν βασιλείαν, μίαν δύναμιν ὁμολογῶ. Εἰπὲ δὲ αἱρετικοῖς δυσὶν ἢ τρισὶν ἀνθρώποις, Πῶς φρονεῖτε; Ἐὰν ἔλθωσι κατὰ τῶν αὐτῶν φωνῶν, ἀλήθειαν λέγουσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν λέγει ἄκτιστον, ὁ δὲ γεννητὸν, ὁ δὲ ἀθάνατον, ὁ δὲ ἀΐδιον. Κἂν ἄλλος ἀνακύψῃ, λέγει· Ἐγὼ οἶδα, ὅτι ὁ Πατὴρ ἐποίησε τὸν Υἱὸν, ὁ δὲ Υἱὸς τὰ ἄλλα· εἶτα ἕτερος διορθοῦται τοῦτον λέγων, Οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὁ μὲν Πατὴρ ἐποίησε τὸν Υἱόν· διὰ δὲ τοῦ Υἱοῦ τὰ πάντα συνέστη. Ὅπου γὰρ οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, ἀλλὰ σαθρὸν τὸ ἱμάτιον, σχίζεται· καὶ ὥσπερ, ἀδελφοὶ, ἱμάτιον πεπαλαιωμένον, ὅπου ἐὰν ῥήξῃς, σχίζεται· κἂν σχήματι ἑλκύσῃς τινὰ εἰς ὁμιλίαν, ἐλέγχεται ἡ σαθρότης, καὶ ὑπὸ τῶν τυχουσῶν ἀφορμῶν σχίζεται· οὕτω καὶ αἱ αἱρέσεις, ὁ μὲν ὁμολογεῖ οὕτως, ὁ δὲ ἄλλως· αἱρέσεις ξέναι, ὀνόματα ξένα, καὶ ταῦτα ἐπονείδιστα, καπήλων ὀνόματα. Τοῦτο ἔπαθον οἱ αἱρετικοὶ, ὃ ἔπαθόν ποτε Ἰουδαῖοι. Ἡ λυχνία ἡ ἁγία ἐπὶ τοῦ νόμου ἔκειτο εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ὅπου τὸ καταπέτασμα, ὅπου ἡ τράπεζα, ὅπου ὁ νόμος, ὅπου αἱ πλάκες· ἀφ' οὗ ἐξέπεσον τῆς ἀληθείας, ποῦ ἵσταται ἡ λυχνία; Ἐν τοῖς προθύροις τῶν καπήλων. Ποῦ τὸ κέρας τῶν προφητῶν; Ἐν τοῖς καπηλείοις. Καὶ ταῦτα ποιοῦσιν, οὐ διὰ πόθον, ἀλλὰ διὰ πόρον, οὐχ ἵνα δείξωσι τὴν λυχνίαν τιμωμένην, ἀλλ' ἵνα προσκαλέσωνται τοὺς παριόντας· ἵνα δείξωσιν, ὅτι Ἰουδαϊκὸς ὁ οἶνος. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖ ἀπὸ τῶν ἁγίων εἰς τοσαύτην κατηνέχθη εὐτέλειαν τὰ ἅγια τὰ ὑπὸ τῶν ἀναξίων κατεχόμενα, οὕτω καὶ ἐνταῦθα, ἀπὸ Παύλου καὶ Πέτρου, ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐκείνης (αἰσχύνομαι λέγειν, αἰδοῦμαι τὸ ὄνομα τῆς αἰσχύνης· ἐπ' ἀληθείας καὶ εἰπεῖν αἰδοῦμαι, καὶ λέγειν ἀναγκάζομαι)· μετὰ τὴν φωνὴν ἐκείνην, *Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω τὴν Ἐκκλησίαν μου, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς*· μετὰ τὸ εἰπεῖν Παῦλον, *Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ;* ἀπὸ Παύλου καὶ Πέτρου, τῶν εὐαγγελιστῶν, τῶν κηρύκων, τῶν ὁμολογητῶν, Ψαθυριανοὶ καὶ ἕτεροί τινες ὀνομάζονται. Πότε ἔμειναν ἐπὶ σχήματος; πότε οὐ διερράγη τὸ πεπαλαιωμένον ἱμάτιον; Ἀλλ' εἰπὼν [227] εἰς αὐτοὺς τὸ τοῦ προφήτου, καταπαύσω τὸν λόγον. *Διεσχίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν.* Ἐνταῦθα δὲ ὁ χιτὼν τῆς Ἐκκλησίας ὑφαντὸς δι' ὅλου ἄρραφος. Τί ἐστιν, ὑφαντός; Ἐπειδὴ πολλά ἐστιν ἀπὸ κολλημάτων γινόμενα· ὁ δὲ χιτὼν οὗτος οὐκ ἐκολλήθη ἀπὸ λογισμῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν ἄνωθέν ἐστιν ὑφαντὸς δι' ὅλου ἄρραφος. Οὐκ ἀνθρώπινοι λογισμοὶ ἔρραψαν τὴν πίστιν ἡμῶν, ἀλλ' ἔχομεν ὑγιῆ τὸν χιτῶνα. Ἐπληρώσαμεν τὴν ὑπόσχεσιν πολλὴν οὖσαν καὶ περισκελῆ καὶ λεπτὴν τῇ θεωρίᾳ. Γινωσκέτω δὲ ὁ ἀκροατὴς, ὅτι τὰ μὲν ἁπλᾶ τῶν νοημάτων ἁπλαῖς κέχρηται ταῖς φωναῖς, τὰ δὲ βαθέα τῶν θεωρημάτων χρείαν ἔχει πολλῆς ποικιλίας. Ὅταν ἴδῃς συνεσκιασμένον λόγον, ἀναφέρου τῇ διανοίᾳ· ὅταν ἴδῃς λεπτὸν νόημα, ποικίλλου τὴν διάνοιαν. Ἔστι πολλὰ τῶν νοημάτων τῶν Θεοῦ σύντομα, ὡς τὸ, *Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις.* Ὅταν μέντοι εἴπῃ, *Ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*· καὶ μετὰ ταῦτα, *Ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη,* ποικίλον ἐστὶ τὸ ἱμάτιον κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ.* Ἐπὶ τούτοις πᾶσι δοξάσωμεν τὸν φανέντα, προσκυνήσωμεν τὸν ἐλθόντα, ὑμνήσωμεν τὸν ἀνακαινίσαντα, τὸν ζωοποιήσαντα, τὸν ἐγείραντα, τὸν τειχίσαντα, τὸν φωτίσαντα, τὸν πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀφθονίαν χαρισάμενον Ἰησοῦν Χριστὸν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον.

Πάντες μὲν οἱ τῶν μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι, καὶ θαυμάζεται πανταχοῦ τῶν δικαίων ἡ ἄθλησις· ἀλλ' ὅπου τὸ περίβλεπτον ἄγεται Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος στάδιον, ἐκεῖ καὶ ἡ ἄφωνος γλῶττα πρὸς εὐφημίαν διεγείρεται. Τίνα γὰρ οὐ καλεῖ πρὸς ἔπαινον ὁ μακάριος Στέφανος, ὁ καὶ μόνῃ τῇ προσηγορίᾳ τὴν οἰκείαν σημαίνων ἀξίωσιν, καὶ αὐτῷ τῷ ὀνόματι τὴν τιμὴν ἤδη προκεκτημένος τῆς νίκης; Ἐν τούτῳ γὰρ καὶ τὴν πά-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λην, καὶ τὴν νίκην, καὶ τὴν τιμὴν κηρύττει τὸ τοῦ μάρτυρος ὄνομα. Στέφανος, ὁ καὶ τῶν ἀγώνων πρῶτος, καὶ τῶν ἐπαίνων πρῶτος, καὶ τῶν ἐπαίνων ἐξαίρετος, ὁ τοῖς ἔχνεσι τοῦ Δεσπότου ἑπόμενος, καὶ ἀρχὴ τῶν ἀθλούντων γενόμενος. Τοῦτον γὰρ πρῶτον ὁ Σωτὴρ εἰς σωτηρίαν ἐγεώργησε μάρτυρα· τοῦτον ὁ τοῦ Χριστοῦ θάνατος εὐθέως καταφρονῆσαι καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου ἔπεισε· τοῦτον ἐκχέαι καὶ τὸ ἴδιον αἷμα ἡ τοῦ Δεσπότου πλευρὰ προεξένησεν. Ἃ γὰρ ἔγνω τὸν Δεσπότην ὑπὲρ δούλων παθόντα, ταῦτα παθεῖν ἠνέσχετο ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου, οὐκ ἀναμείνας καιρὸν, οὐ προλαβόντας ἰδὼν, οὐ θεασάμενος [228] ἄθλησιν. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν ἐπομένην ἔδειξε, πανταχοῦ τὸ Δεσπότῃ συναγωνίζεσθαι, καὶ τὴν τελευτὴν ὁμοίαν ἐργάσασθαι [a], φυλάττων, ὡς μαθητὴς, διδασκάλου τάξιν. Καὶ βλέπε μοι τὸν μακάριον ἐν ἔργοις τε καὶ λόγοις αὐτὸν τὸν Δεσπότην μιμούμενον. Ἐδόξασε τὸν Σωτῆρα τῶν σημείων ἡ δύναμις· μακαρίζεται καὶ ἐν τούτῳ ἡ χάρις τοῦ μάρτυρος. *Στέφανος* γὰρ, φησὶ, *πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως, ἐποίει τέρατα καὶ σημεῖα ἐν τῷ λαῷ*. Θαυμάζεται διδάσκων ὁ Κύριος, ἐπαινεῖται δημηγορῶν ὁ μάρτυς. Ἀρξάμενος γὰρ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Ἀβραὰμ ὀπτασίας, καὶ διελθὼν καθεξῆς ἀκολούθως, ἐπιμέμνηται μὲν τῶν καιριωτέρων προσώπων τε καὶ πραγμάτων, εἰσάγει δὲ τὴν εἰς Χριστὸν προφητείαν, καὶ δείκνυσιν ἀεὶ τοὺς Ἰουδαίους τὸν Θεὸν παροργίζοντας. Ἀλλ' ὥσπερ ἔσχεν ὁ Χριστὸς Φαρισαίους ἀντιλέγοντας, οὕτω καὶ ὁ μάρτυς τοὺς ἐκ τῆς συναγωγῆς αὐτῷ ἀντιπίπτοντας. *Ἀνέστησαν* γάρ *τινες*, φησὶ, *τῶν ἀπὸ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων καὶ Κυρηναίων καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ· καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι, ᾧ ἐλάλει*. Κατηγορεῖται περὶ τοῦ ναοῦ ὁ Δεσπότης· συκοφαντεῖται καὶ ὁ μάρτυς ἐν τούτῳ. *Ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὗτος*, φησὶν, *οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου, καὶ τοῦ νόμου*. Ἔξω τῆς πόλεως ὁ Δεσπότης σταυροῦται· ἔξω τῆς πόλεως καὶ ὁ μάρτυς λιθάζεται. *Ἐκβάλλοντες* γὰρ *αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν*. Ἰουδαῖοι σταυροῦσι τὸν Χριστὸν, Ἰουδαῖοι λιθάζουσι καὶ τὸν Στέφανον. Ἀπονέμει συγγνώμην ὁ Δεσπότης σταυρούμενος· *Πάτερ* γὰρ, φησὶν, *ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι*. Παρακαλεῖ ὅμοια περὶ αὐτῶν καὶ ὁ μάρτυς. *Θεὶς* γὰρ, φησὶ, *τὰ γόνατα προσηύξατο λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*. Οὐδὲ ἐν λόγοις, οὐδὲ ἐν ἔργοις ἀκολουθῶν ὁ μάρτυς τῷ Δεσπότῃ παρέλειψεν, ἀλλ' ἔδειξε καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀνεξίκακον, καὶ τὸ τῆς ὑπομονῆς ἀνδρεῖον· ὅθεν καὶ ταύτης τῆς θείας ὀπτασίας ἀξιοῦται. *Ἀτενίσας* γὰρ, φησὶν, *εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός*. Μέγα τῶν ἀγώνων τοῦτο τὸ στάδιον. Ὁ γὰρ ἀθλητὴς κάτω παλαίει, καὶ ὁ ἀγωνοθέτης ἐξ οὐρανῶν κατοπτεύει· οὗτος ἀγωνίζεται πυκτεύων ἐνταῦθα, κἀκεῖνος ἄνωθεν συναγωνίζεται στήκων. Οὐ γὰρ καθεζόμενον, ἀλλ' ἑστῶτα θεωρεῖ τὸν Σωτῆρα. Ὢ πόση τῆς ἀξίας ἡ χάρις! Ἔστηκεν ὁ Δεσπότης ἀθλοῦντος τοῦ μάρτυρος. Εἶδος [b] γὰρ ἀγωνοθέτου καὶ τὸ σχῆμα σημαίνει τῶν ἀγώνων τὸ μέγεθος. Τότε γὰρ οἱ ἀγωνοθέται τῶν θρόνων ἀνίστανται, ὅτε τὸ θερμὸν τῶν ἀγώνων ἀνάπτεται· τότε τὸ στερρὸν τῶν ἀθλούντων ἐλέγχεται, ὅτε τὸ χρέος τῆς τιμῆς ἀποδίδοται. Ἡ δὲ τιμὴ τοῦ Σωτῆρος αὕτη, ὡς καὶ τῶν ἀγγέλων προτιμηθῆναι τὸν μάρτυρα. *Ἀτενίσας* γὰρ, φησὶν, *εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ*. Εἶδε τὸν ἀόρατον οὐ μόνον τόπον καὶ δόξαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ποθούμενον, ὅπου φοβεῖται καὶ τῶν ἀγγέλων στρατιὰ παρακύψαι. Ἐκεῖ ὁ μάρτυς ἀτενίζει τὸ βλέμμα, ὅπου τὰ Χερουβὶμ καλύπτει τὰ πρόσωπα ἐκεῖνα καθαρὰ, ἀναβλέψαι τὰ Σεραφὶμ τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐ τολμᾷ εἰς τὸ ἀπέραντον ὕψος. Ὄρθη οὖν κατὰ τοῦτο τῶν ἀγγέλων ἀνώτερος, τῶν ἐξουσιῶν ὑψηλότερος, τῶν θρόνων καὶ τῶν κυριοτήτων ἐπέκεινα. Εἶλκε γὰρ αὐτὸν ἡ τοῦ Δεσπότου φωνὴ, προεπαγγειλαμένη καὶ λέγουσα· *Ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται*. Πρῶτος οὗτος τοῦ Σωτῆρος διάκονος, ὡς καὶ πρῶτος τῆς ἀθλήσεως μάρτυς. Καὶ τῶν πραγμάτων τὸ ξένον, ὅτι οὐ πυρὶ, οὐ σιδήρῳ, οὐ θηρίοις, οὐχ ἑτέροις δεινοῖς τὸ τοῦ δικαίου τούτου πληροῦται μαρτύριον, ἀλλὰ μόνῃ τῇ τῶν λίθων βολῇ. Ἔδει λίθους κοσμηθῆναι μόνους τὸν Στέφανον, καὶ δέξασθαι τῆς ἀληθείας τὴν χάριν ἐκ τῆς τῶν λίθων προσθήκης. Ὡς γὰρ ἐν χρυσῷ τῷ σώματι ἡ τῶν λίθων ἐνετέθη βολὴ, καὶ μάλιστα ἐν τῇ πανταχόθεν περιῤῥεομένῃ τῷ αἵματι [229] τῇ κεφαλῇ. Ὁρῶντες οὖν πολλοὶ γεγόνασι μάρτυρες. Περιπόθητος γὰρ τοῖς ἀθλοῦσιν ὁ Στέφανος, τήν τε τιμὴν προξενῶν, καὶ ἐκδιδάσκων τὴν ἄθλησιν· ὁδηγεῖ γὰρ τοῖς ἰδίοις παλαίσμασι, καὶ προτρέπεται τῷ ἰδίῳ ὀνόματι. Διὸ καὶ ἐκ τῶν πραγμάτων τῶν αὐτοῦ πρὸ τοῦ Παύλου βοᾷ· *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ*. Ἠκολούθησα γὰρ, φησὶ, καὶ λόγῳ, καὶ βίῳ, καὶ τελευτῇ τῷ τῶν ἁπάντων Δεσπότῃ. Δεῦτε, μιμήσασθε καὶ ὑμεῖς ἕκαστα τούτων σὺν ἐμοὶ κατορθοῦντες· δυνατὸν γὰρ καὶ συμφέρον τοῖς θέλουσι. Καὶ μάρτυς ἐγὼ, ὁ καὶ πρῶτος μετὰ τὸν Δεσπότην ἀθλήσας, καὶ πρῶτος ἐν οὐρανῷ τὰ κρυπτὰ θεωρήσας. Εἶδον γὰρ ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς τὸν Ἰησοῦν ἑστῶτα, κἀκεῖνο περιεσκόπουν γενόμενον· *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου*. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

[a] Hic deest aliquid. Savilius addendum putat ἐβούλετο vel ἠθέλησε. Verum nullo addito verbo, si φυλάττει pro φυλάττων legatur, totum quadrabit.

[b] Alii ἴδιον.

Εἰς τὴν μέσην ἑβδομάδα τῶν νηστειῶν.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ χαρισάμενος τοῖς ἀγωνισταῖς τῆς νηστείας καὶ τὸ μέσον ἆθλον τῆς ἐγκρατείας θεάσασθαι. Ἰδοὺ γὰρ ἐπὶ ταῖς θύραις ἐστήκαμεν τῶν μέσων τῆς νηστείας σκαμμάτων· ἰδοὺ τὸ μέσον τοῦ ἀγῶνος ἡμῖν πρόκειται. Δεῦρο γοῦν θαῤῥοῦντες τῷ ἀγωνοθέτῃ Χριστῷ, κατατολμήσωμεν καὶ τῶν δευτέρων τῆς νηστείας παλαισμάτων. Ἐμεσάσαμεν χάριτι Κυρίου ἤδη τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάγουσαν κλίμακα· ἀναλώσωμεν καὶ τῶν ἁμαρτημάτων μὴ τὸ ἥμισυ μόνον, ἀλλὰ τὸ ὅλον. Πλησίον γεγόναμεν λοιπὸν τῶν ἐπάθλων· ἐπιμείνωμεν τοίνυν τοῖς σκάμμασι. Λάμπουσι γὰρ ἤδη τῶν τῆς ἐγκρατείας σκαμμάτων τὰ χαρίσματα, στιλβοῦσι τῶν ἀθλητικῶν ἱδρώτων οἱ στέφανοι, οὐρανόθεν πρόκεινται τῶν ἀγώνων τὰ βραβεῖα, ἃ βραβεύει ὁ ἀγωνοθέτης Χριστὸς τῇ νίκῃ τῶν σκαμματιζόντων. Οὐρανόθεν ἡμᾶς νευροῖ πρὸς τὴν τῆς νηστείας εὐτονίαν, καὶ οὐρανόθεν ἐπαγγέλλεται διδόναι χαρίσματα τοῖς ἀθληταῖς τῆς νηστείας. Μὴ τοίνυν ὀλιγωρήσωμεν πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ἵνα καταλάβωμεν τῶν τῆς νηστείας στεφανιτῶν τὴν πλὶν. Οὐρανὸν γὰρ περιπολοῦσιν οἱ τῆς νηστείας τρόφιμοι, οὐρανὸς ἀγκαλίζεται τοὺς μιμητὰς τῶν ἀγγέλων, ἐπειδὴ οὐράνιον τῶν νηστευόντων τὸ πολίτευμα. Νηστεία γὰρ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς μεθίστησιν, εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἀνάγει τάξιν, εὐκόλον τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς πορείαν καθίστησι, καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ἐπουράνιον βασιλέα παρίστησι, τῶν ἀθανάτων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν χορηγοῦσα. Ξένον γὰρ, ἀδελφοὶ, τοῦ παρ' ἡμῶν ἀγῶνος τὸ θαῦμα. Παῖδες γὰρ μετὰ ἀνδρῶν ἀλείφονται, γυναῖκες;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur. Quem enim ad laudes prædicandas non evocet beatus ille Stephanus, cujus solum nomen *corona* dignitatem significat, ac qui vel ipso nomine victoriæ honorem prius adeptus erat? Itaque vel ipsum nomen pugnam, victoriam honoremque martyris prædicat. Stephanus in certamine prior, in laudibus prior, in laudibus præcellit qui Domini vestigia sequutus est, et certantium primus fuit. Hunc enim priorem Servator, agricola salutaris, martyrem paravit : hunc mors Christi statim vel ad mortem ipsam despicicndam induxit : huic Domini latus id conciliavit, ut proprium sanguinem effunderet. Nam quæ sciebat Dominum pro servis esse passum, ea ille pro Domino passus est : nullum exspectavit tempus, nullum præeuntem vidit, nullum certamen conspexerat. Quia enim institutum suum esse ostendit, ut Dominum sequeretur, et cum ipso certaret, et simili obire modo constituit, ut discipulus magistri ordinem servaus. Et vide mihi beatum illum operibus et verbis Magistrum imitantem. Servatorem gloria affecit vis signorum : in hoc quoque laudatur martyris gratia. Nam, inquit, *Stephanus plenus gratia et virtute, faciebat prodigia et signa in populo* (*Act.* 6. 8). Dominus docens admirationi habetur, martyr concionans laudatur. Orsus enim a visione Abrahæ, et cum ordine cætera præcurrens, et personas et res insigniores commemorat, inducitque prophetiam de Christo, ac Judæos exhibet semper Deum ad iram concitantes. Sed quemadmodum Christus Pharisæos semper contradicentes habuit, sic et martyr ex synagoga coactos adversarios : *Surrexerunt* enim, inquit, *quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum, et eorum qui erant ex Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano, et non poterant resistere sapientiæ et spiritui, quo loquebatur* (*Ibid. v.* 9. 10). Accusabatur circa templum Dominus : hac quoque de re calumniis impetitur martyr. Nam aiunt : *Hic homo non cessat loqui verba contra hunc sanctum locum et contra legem* (*Ibid. v.* 13). Extra urbem crucifigitur Dominus ; extra urbem martyr lapidatur. *Ejicientes* enim *eum extra civitatem lapidabant* (*Ibid. v.* 7. 59). Judæi Christum crucifigunt, Judæi Stephanum lapidant. Veniam concedit Dominus crucifixus : *Pater*, inquit, *dimitte illis hoc peccatum : non enim sciunt quid faciunt* (*Luc.* 23. 34). Similiter pro illis rogat martyr. *Positis* enim, inquit, *genibus, oravit, dicens : Domine Jesu Christe, ne statuas illis hoc peccatum* (*Act.* 7. 59). Neque verbis neque operibus Dominum sequi martyr cessavit, sed et injuriarum tolerantiam et patientiæ virtutem exhibuit : quapropter hac divina visione dignatur. *Respiciens* enim, inquit, *in cœlum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Patris* (*Act.* 7. 55). Magnum est hoc certaminum stadium. Nam athleta in terra pugnat, et agonotheta de cælis respicit : hic decertat et hic pugnat, ille desuper pugnanti stans auxiliatur. Non enim sedentem, sed stantem videt Servatorem. O quanta dignationis gratia ! Stat Dominus pugnante martyre. Agonothetæ forma et situs, agonum magnitudinem significat. Tunc enim agonothetæ e solio surgunt, cum ardentius decertatur : tunc athletarum virtus dignoscitur, cum debitus honor redditur. Hic vero a Servatore exhibitus honor est, ita ut præ angelis martyr honoretur. *Respiciens*, inquit, *in cœlum, vidit gloriam Dei, et Jesum stantem a dextris Dei.* Vidit invisibilem non modo locum et gloriam, sed etiam ipsum desideratum, ubi non audet angelorum exercitus intueri. Ibi oculis martyr perspicit, ubi Cherubini illas puras facies obtegunt, et Seraphini non audent illam immensam celsitudinem obtueri. In hac ergo re angelis superior visus est, potestatibus excelsior, thronis et dominationibus superior. Illum enim attraxit vox Domini, quæ prius dixerat : *Ubi sum ego, illic et minister meus erit* (*Joan.* 12. 26). Primus ergo fuit Servatoris diaconus, ut primus in cer amine martyr. Quodque hac in re singulare est, non igne, non ferro, non bestiis, non aliis cruciatibus justus hic martyrium subiit ; sed solo lapidum jactu. Oportebat lapidibus tantum ornari Stephanum, seu coronam, et ex lapidum accessione veritatis gratiam accipere. Nam velut in aureum corpus injecti sunt lapides, maxime vero in caput, quod undique sanguine circumfluebat. Hoc ergo videntes multi, martyres effecti sunt. Desiderabilis ergo certantibus Stephanus, seu corona, quæ et honorem affert et certandi modum docet : nam in propriis certaminibus dux est, et nomine suo adhortatur. Quare vel ex ipsis rebus ante Paulum clamat : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (*1. Cor.* 11. 1). Et verbo, inquit, et vita, et morte omnium Dominum sequutus sum. Venite vos, hæc singula mecum imitamini, præclare mecum agentes : res fieri potest, et est volentibus utilis. Testis ego sum, qui primus post Dominum decertavi, et primus in cælo occulta vidi. Vidi enim ad dexteram Patris Jesum stantem ; illudque reipsa conspexi : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* (*Psal.* 109. 1. 2) : ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

IN HOMILIAM SEQUENTEM.

Puerilis eloquentiæ specimen exhibet hic quisquis sit orator, atque in brevissimo opusculo mirum quantum verba inutiliter multiplicat.

IN MEDIAM HEBDOMADAM JEJUNIORUM.

Benedictus Deus, qui nobis pugnantibus hanc gratiam dedit, ut videremus dimidium jejunii et certaminis ad temperantiam instituti. Ecce enim ad januas stamus medii jejuniorum agonis : ecce adest dimidium jejuniorum. Age ergo, agonothetæ Christo fidentes, secunda jejunii certamina aggrediamur. Jam per Domini gratiam ad dimidium scalæ ad cælos ducentis pervenimus : absumamus etiam peccata, non dimidia solum, sed omnia. Jam propius accessimus ad præmia : maneamus ergo in stadio. Jam fulgent certaminis ad temperantiam suscepti mercedes, splendent athleticorum sudorum coronæ, cælitus prostant agonum præmia, quæ agonotheta Christus daturus est certantibus, si victores sint. Ille nos de cælo roborat ad perseverandum in jejunio, et de cælo promittit se jejunii athletis charismata daturum. Ne itaque segnes simus ad certamina, ut perveniamus ad illam pro jejunio coronatorum civitatem. Cælum namque circumeunt jejunii alumni ; angelorum imitatores cælum suscipit ; jejunantium enim vita cælestis est. Jejunium namque homines a terra in cælum transfert, in angelorumque ordinem adducit, facilem a terra in cælum transitum reddit, et ante cælestem Regem sistit, immortaliumque bonorum usumfructum suppeditat. Stupendum enim est, fratres, certaminis nostri miraculum. Pueri enim cum viris unguntur ad pu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gnam, mulieres cum viris concertant, infirma feminea natura in pugna viriliter agit. Liberum est volentibus jejunii stadium. Christus enim copiosus præmiorum largitor sedet. Festinemus ad medium jejunii certamen : nemo hoc spirituale certamen deturpet, nemo ordinem deserat in spiritualibus hisce certaminibus. Inimicus enim ferociam demisit, magna pars certaminis sublata est, ex Dei judicio devictus est inimicus, in servitutem redactus est, depulsus est per jejunium, a ridentibus puerulis humi dejectus est, epitaphioque turpi in opprobrium ab ipsis donatus. Nemo igitur titubet, dilecti, in medium jejuniorum progressus; nemo segniter agat in mediis certaminibus : nostra enim generositas illius excidium est. Si quis ignave pugnet, illi vires addit : si quis remisse decertet, illum roborat. Strenue itaque stemus in certamine, ut inimicus gravius cadat. Ciborum desiderium fugiamus, paululum perseveremus, ut immortalem gratiam accipiamus. Comedit Adam, et morte damnatus est : jejunavit Elias, et illi cæli claves concreditæ sunt ; bibit Noe, et mente mutatus est : temperanter egit Enoch, et ab angelis translatus est : satiatus est Pharao, et in mari cum curribus demersus est : jejunavit Moyses, et mare trajecit, novosque muros ex fluida aquarum natura construxit, et per novam terram populum deducens, sicco pede per mare transmisit. Illicitum cibum Eva comedit, et omnes ex illa oriundi morti traduntur : qui autem ex Maria natus est Dominus a cibo etiam legitimo abstinuit, et omnes a mortis damnatione liberavit. Paradisi lignum gustus et alimentum mortis erat. *In quacumque die*, dicit Deus, *comederitis ex eo, morte moriemini* (*Gen.* 2. 17). Fuga mortis erat crucis lignum ; inde namque scaturivit immortalis vita. A cruce in paradisum latro pertransivit, mortemque cum vita commutavit. Fructus invidiæ fuit comestio illa de ligno in paradiso posito, et invidiam sustulit fructus crucis communicatio. Si jejunasset Adam, non morte damnatus fuisset, non ab omni labore vacua voluptate ejectus, non corruptioni subjectus fuisset : ait quippe divina Scriptura : *Deus hominem creavit ad incorruptionem ; invidia autem diaboli mors intravit in mundum* (*Sap.* 2. 23. 24). Sed venit Christus, *Pax nostra, et medium parietem maceriæ solvens, inimicitiam in carne sua* (*Ephes.* 2. 14), *rescriptum peccati cruci affixit, abrogans chirographum mortis contra nos scriptum* (*Col.* 2. 14). Clamat vero Paulus : *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum* (*Gal.* 3. 13). Pro viribus ergo Benefactori vicem reddamus, dilecti ; exiguis obolis colamus eum, qui dives est in misericordia. Dominus noster pro nobis crucifixus est ; nos vero pauperem alamus, qui ad ejus imaginem creatus est : ille in morte versatus est, ut nos a morte liberaret ; nos propter ipsum exiguis obolis ab exitiosa fame congeneres nostros eruamus. Ipse namque, ipse est, qui per pauperes id quod erogatur, accipit. Ne præcurras, o homo, cum manum extendit pauper, respiciens ad Dominum, quem per ipsum excipis ; sed sit tibi manus pauperis, thuribulum in foro positum. Loco enim ignis carbones famis habet se consumentes. Incensi itaque loco injicianus obolos duos, et bono odore cælum repleamus, ut de cælis audiamus Christum clamantem *In quantum fecistis uni ex his mininis, mihi fecistis* (*Matth.* 25. 40) : ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum.

ADMONITIO

IN ORATIONEM SEQUENTEM.

Græculi cujuspiam est hic sermo, qui Joannis Chrysostomi nomen ipsi præposuit ut merces suas venditaret. Tam inficetum opusculum edere ne cogitassemus quidem, nisi Savilius prior edidisset.

IN RAMOS PALMARUM.

1. Ex miraculis in miracula Domini gradiamur, fratres, et eamus quasi de virtute in virtutem. Sicut enim in catena aurea annulis alio alii insertis constante, unus alii copulatur, et singuli inseruntur alter in alterum successive : sic sanctorum Evangeliorum miracula mutuo et successive copulata, Ecclesiam Dei celebritatis amantem deducunt et lætificant, non cibo qui perit, sed cibo manenti in vitam æternam. Age ergo, et nos, dilecti, in præparatione cordis et attentis auribus audiamus quid loquatur nobis Dominus Deus in prophetis et evangeliis de hac divinissima festivitate. *Loquetur* sane *pacem super populum suum, et super sanctos suos, et in eos, qui cor suum convertunt ad ipsum* (*Psal.* 84. 9). Hodie propheticæ tubæ orbem excitarunt, et Ecclesias Domini ubique lætas reddiderunt et coronarunt, atque dum ex stadio sacrorum jejuniorum, exque illa palæstra adversus vitia fideles excipiunt, triumphale canticum novumque pacis spectaculum victori Christo canere docuerunt. Venite ergo omnes, exsultemus Domino : venite omnes gentes, plaudamus manibus, jubilemus Deo Servatori nostro in voce exsultationis. Nemo sit gaudio vacuus, nemo vocatione privetur ; quia semen inobsequentium in perniciem ivit : nemo ingratus sit circa Regis occursum, ne thalamo excludatur : nemo apud nos sit tristis vel mœstus in illo excipiendo, ne cum improbis civibus damnetur. Cives autem illos dico, qui nolunt dominum Regem in se recipere. Omnes læti una curramus, omnes alacriter excipiamus, et ornatissime festum celebremus. Pro vestimentis corda nostra expandamus ante illum ; in psalmis et hymnis et gratiarum actionibus ad ipsum contendamus ; et illud, *Benedictus qui venit in nomine Domini* (*Matth.* 21. 9. *Luc.* 19. 38), indesinenter clamemus. Nam qui benedicunt ipsi, benedicti sunt ; et qui maledicunt, maledicti. Rursum dico, nec finem faciam adhortandi ad bonum : benedictum benedicamus, ut ab illo benedicamur. Omnis ætas et dignitas ad Domini laudes invitatur ; *Reges terræ, et omnes populi, principes et omnes judices terræ, juvenes et virgines* (*Psal.* 148. 11). Et quod est in hoc miraculo novum, teneræ et nequitiæ experti infantium et lactentium ætati primas dedit, ut incipiant Domino in confessione, illud a Deo datum canticum canere, ut olim Moyses populo egresso ex Ægypto : *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Hodie admodum gaudet beatus David, quod infantes citharam ipsi subripuerint ; cum quibus spiritu choreas et convivia agens, ut olim ante arcam Dei, cum illis placide modulatur, et balbutit, illud proferens, *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Cui dicemus : Tu nobis propheta dicito, Quis est hic, qui venit in nomine Domini ? Non mea, inquiet, est doctrina : nam id hodie infantibus deputatum est ab eo, qui ex ore infantium et lactentium perfecit laudem, ut destruat inimicum et ultorem ; *Ut per hoc miraculum convertantur corda patrum in filios, et incredulorum ad prudentiam justorum* (*Luc.* 1. 17). Dicite, o pueri, unde vobis hodie hoc pul-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀνδράσιν ἀμιλλῶνται, ἡ ἀσθενὴς τῶν θηλειῶν πρὸς τὸν ἀγῶνα ἀνδρίζεται φύσις. Ἐλεύθερον τοῖς ἐθέλουσι τὸ σκάμμα τῆς νηστείας. Χριστὸς γὰρ ἄφθονος ἀγωνοθέτης κάθηται. Σπεύσωμεν καὶ πρὸς τὸν μέσον ἀγῶνα τῆς νηστείας· μηδεὶς καταισχύνῃ τὸν πνευματικὸν τοῦτον ἀγῶνα· μηδεὶς λειποτακτήσῃ τῶν πνευματικῶν ἀγώνων τούτων. Λέλειπται γὰρ ὁ ἐχθρὸς τοῦ θράσους, ἀφῄρηται τὸ πλέον τῆς μάχης, νενίκηται τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει, δεδούλωται [230] ἡττηθείς, ἐλήλαται διὰ νηστείας, ἐπ' ἐδάφους ὑπὸ νηπίων γελώμενος ἔρριπται, ἐπιτάφιον αἰσχύνης ὑπ' αὐτῶν δεχόμενος ὄνειδος. Μηδεὶς τοίνυν ὀκλάσῃ, ἀγαπητοί, περὶ τὸ μέσον τῆς νηστείας γενόμενος· μηδεὶς ὀλιγωρήσῃ τῶν μέσων σκαμμάτων· ἡ γὰρ ἡμετέρα γενναιότης ἐκείνου κατάπτωσις. Εἴ τις ἀθλεῖ νωθρῶς, ἐκεῖνον ῥώννυσιν· εἴ τις ὑμῶν ἀσθενῶς ἀγωνίζεται, ἐκεῖνον νευροῖ. Στῶμεν τοιγαροῦν πρὸς τὸν ἀγῶνα γενναίως, ἵνα ὁ ἀντίπαλος πέσῃ μειζόνως. Βρωμάτων φύγωμεν πόθον· καρτερήσωμεν πρὸς ὀλίγον, ἵνα ἀθάνατον λάβωμεν χάριν. Ἔφαγε γὰρ Ἀδὰμ, καὶ θανάτῳ κατεδικάσθη· ἐνήστευσεν Ἠλίας, καὶ τοῦ οὐρανοῦ τὰς κλεῖς ἐπιστεύθη· ἔπιε Νῶε, καὶ τὸν νοῦν μετεβλήθη· ἤσκησεν Ἐνὼχ, καὶ ὑπ' ἀγγέλων μετετέθη· ἐχορτάσθη Φαραὼ, καὶ ἐν θαλάσσῃ σὺν ἅρμασι κατεποντίσθη· ἐνήστευσε Μωϋσῆς, καὶ θάλατταν κατεπέδη, καινοτέρων τειχῶν ἐκ τῆς ὑγρᾶς τῶν ὑδάτων οὐσίας γενόμενος οἰκοδόμος, καὶ ξένην γῆν τὸν λαὸν ὁδοιπορεῖν παρασκευάσας, κεχονιαμένῳ ποδὶ τὴν θάλασσαν παρῆγαγε. Μετέλαβεν Εὔα παρανόμου βρώσεως, καὶ πάντες ἐξ ἐκείνης θανάτῳ παραδίδονται· ἀπέσχετο ὁ ἐκ Μαρίας τεχθεὶς Δεσπότης ἐννόμου βρώσεως, καὶ πάντας τῆς καταδίκης τοῦ θανάτου ἠλευθέρωσε. Γεῦσις θανάτου τὸ ἐν παραδείσῳ δένδρον. *Ἡ δὲ ἂν ἡμέρᾳ* γὰρ, φησὶν ὁ Θεὸς, *φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.* Φυγὴ θανάτου, σταυροῦ τὸ δένδρον· ἐκεῖθεν γὰρ ἐπήγαζεν ἡ ζωὴ ἡ ἀθάνατος. Ἀπὸ σταυροῦ πρὸς παράδεισον ὁ λῃστὴς μεταβέβηκεν, ἀντὶ θανάτου ζωὴν ἀνταλλαξάμενος. Καρπὸς τοῦ φθόνου τοῦ ἐν παραδείσῳ φυτοῦ ἡ βρῶσις· καὶ ἀναίρεσις τοῦ φθόνου ἡ ἐκ τοῦ καρποῦ τοῦ σταυροῦ μετάληψις. Εἰ ἐνήστευσεν ὁ Ἀδὰμ, οὐκ ἂν θανάτῳ κατεδικάσθη, οὐκ ἂν τῆς ἀκαμάτου τρυφῆς ἐξόριστος γέγονεν, οὐκ ἂν τῇ φθορᾷ ὑπεβλήθη. Φησὶ γὰρ ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι *Ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἔκτισεν ἐπ' ἀφθαρσίᾳ· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν.* Ἀλλ' ἦλθε Χριστὸς, *Ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, πρσήλωσε τὸ γραμματεῖον τῆς ἁμαρτίας τῷ σταυρῷ, ἀκυρώσας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῦ θανάτου.* Καὶ βοᾷ Παῦλος· *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα.* Ἀμειψώμεθα τοίνυν κατὰ δύναμιν τὸν εὐεργέτην, ἀγαπητοί· μικροῖς ὀβολοῖς θεραπεύσωμεν τὸν πλούσιον ἐν ἐλέει. Ὁ Δεσπότης ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐσταυρώθη· ἡμεῖς δὲ θρέψωμεν τὸν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ κτισθέντα πένητα· ἐκεῖνος θανάτῳ προσωμίλησεν, ἵνα ἡμᾶς θανάτου ἐλευθερώσῃ· ἡμεῖς δι' αὐτὸν μικροῖς ὀβολοῖς τοῦ θανατικοῦ λιμοῦ τοὺς ὁμογενεῖς ἐξαρπάσωμεν. Αὐτὸς γὰρ, αὐτός ἐστιν, ὁ διὰ τῶν πενήτων δεχόμενος τὸ παρεχόμενον. Μὴ τοίνυν παραδράμῃς, ἄνθρωπε, ἐκτείνοντος τὴν χεῖρα τοῦ πένητος, ἀφορῶν εἰς τὸν δι' ἐκείνου δεχόμενον Δεσπότην· ἀλλὰ γενέσθω σοι ἡ χεὶρ τοῦ πένητος θυμιατήριον ἐν ἀγορᾷ προκείμενον. Ἔχει γὰρ ἀντὶ πυρὸς, τοῦ λιμοῦ τοὺς ἀνθρακας κατατήκοντας. Ἐπιβάλλωμεν οὖν ἀντὶ θυμιάματος ὀβολοὺς δύο, καὶ τῆς εὐωδίας πλησθήσεται τὸν οὐρανὸν, ἵνα ἐξ οὐρανῶν ἀκούσωμεν· *Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν μικρῶν, ἐμοὶ ἐποιήσατε,* βοῶντος τοῦ Χριστοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

---

[231] *Εἰς τὰ Βάϊα.*

α'. Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ θαύματα τοῦ Κυρίου βαδίσωμεν, ἀδελφοὶ, καὶ φθάσωμεν, ὡς ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. Καθάπερ γὰρ ἐν ἁλύσει χρυσῇ κρικίοις ἀλληλενδέτοις συμβεβλημένῃ ἓν τοῦ ἑνὸς κατέχεται, καὶ τῶν συμβεβλημένων ἕκαστον συνάπτεται θάτερον θατέρῳ καὶ παραπέμπεται· οὕτω καὶ τὰ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων θαύματα ἐξ ἀλλήλων εἰς ἄλληλα ποδηγοῦσι τὴν φιλέορτον τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ εὐφραίνουσιν οὐ τῇ ἀπολλυμένῃ βρώσει, ἀλλὰ τῇ μενούσῃ εἰς ζωὴν αἰώνιον. Φέρε οὖν σήμερον καὶ ἡμεῖς, ἀγαπητοὶ, ἐν ἑτοιμασίᾳ καρδίας καὶ ὠσὶν εὐηκόοις ἀκούσωμεν, τί λαλήσει ἡμῖν Κύριος ὁ Θεὸς ἔν τε προφήταις καὶ Εὐαγγελίοις περὶ τῆς θειοτάτης ταύτης ἑορτῆς. *Λαλήσει* δὲ *πάντως εἰρήνην ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας καρδίαν ἐπ' αὐτόν.* Σήμερον προφητικαὶ σάλπιγγες τὴν οἰκουμένην ἀνεπτέρωσαν, καὶ τὰς ἀπανταχῆ τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίας ἐφαίδρυναν καὶ κατέστεψαν, καὶ ἐκ τοῦ σκάμματος τῶν ἁγίων νηστειῶν καὶ τῆς κατὰ τῶν παθῶν παλαίστρας παραλαβοῦσαι τοὺς πιστοὺς, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον καὶ τὸ καινὸν θέαμα τῆς εἰρήνης ᾄδειν τῷ νικοποιῷ Χριστῷ ἐδίδαξαν. Δεῦτε οὖν ἅπαντες, ἀγαλλιασώμεθα τῷ Κυρίῳ· δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσωμεν χεῖρας, καὶ ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως. Μηδεὶς ἄμοιρος ἔστω τῆς χαρᾶς, μηδεὶς ὑστερείτω τῆς κλήσεως, ὅτι ἐγενήθη τὸ σπέρμα τῶν ἀπειθούντων εἰς ἀπώλειαν· μηδεὶς ἀγνωμονείτω τὴν ὑπάντησιν τοῦ βασιλέως, ἵνα μὴ ἐξωθεν τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθῇ· μηδεὶς σκυθρωπὸς, ἢ κατηφὴς πρὸς τὴν ὑποδοχὴν εὑρεθῇ ἐν ἡμῖν, ἵνα μὴ τοῖς πονηροῖς πολίταις συγκατακριθῇ. Πολίτας δὲ πονηροὺς φημι τοὺς μὴ θέλοντας δέξασθαι τὸν Κύριον βασιλέα ἐφ' αὐτούς. Πάντες φαιδρῶς συνδράμωμεν, πάντες προθύμως ὑποδεξώμεθα, καὶ ὑπερχοσμίως ἑορτάσωμεν. Ἀντὶ ἱματίων τὰς καρδίας ἡμῶν ἐκχέωμεν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ εὐχαριστίαις ἀνατείνωμεν αὐτῷ, καὶ τὸ, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*, ἀκαταπαύστως βοήσωμεν. Οἱ γὰρ εὐλογοῦντες αὐτὸν, τηλόγηνται· καὶ οἱ καταρώμενοι αὐτὸν, κατήρανται. Πάλιν ἐρῶ, καὶ προτρεπόμενος ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν οὐ παύσομαι· Δεῦτε, ἀγαπητοὶ, εὐλογήσωμεν τὸν εὐλογημένον, ἵνα εὐλογηθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ. Πᾶσαν ἡλικίαν καὶ ἀξίαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνεκάλεσεν ὁ λόγος πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου αἴνεσιν, *Βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ πάντας τοὺς λαοὺς, ἄρχοντας καὶ πάντας κριτὰς γῆς, νεανίσκους καὶ παρθένους.* Καὶ τὸ καινοπρεπὲς τοῦ θαύματος, ὅτι τῇ νέᾳ καὶ ἀπειροκάκῳ τῶν νηπίων παίδων καὶ θηλαζόντων ἡλικίᾳ τὰ πρεσβεῖα συνεχώρησε τοῦ ἐξάρξαι τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει τὸ θεοδίδακτον ᾆσμα, καθάπερ πάλαι Μωϋσῆς τῷ ἐξ Αἰγύπτου λαῷ, τὸ, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Σήμερον χαρᾷ χαίρει ὁ μακάριος Δαυὶδ, σεσυλημένος τὴν κιθάραν ὑπὸ νηπίων, οἷς [232] καὶ συγχορεύων τῷ πνεύματι καὶ συνευωχούμενος, καθάπερ τὸ πρὶν πρὸ προσώπου τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ, συμμουσουργεῖ καὶ συμψελλίζει ἡδέως, τὸ, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Πρὸς ὃν ἐροῦμεν· Λέγε ἡμῖν, ὦ προφῆτα, τίς οὗτος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου; Οὐκ ἐμὸν, φησὶ, τὸ διδασκαλεῖον σήμερον· νηπίοις γὰρ ἀφιέρωται παρὰ τοῦ καταρτίσαντος ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων αἶνον τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν· *Ὅπως καὶ διὰ τοῦ θαύματος τούτου ἐπιστρωθῶσι καρδίαι πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθῶν ἐν φρονήσει δικαίων.* Λέγετε, ὦ παῖδες, πόθεν ὑμῖν ἡ καλὴ αὕτη καὶ ἐπίχαρις ἀμιλλα καὶ ᾠδή; τίς ὁ διδάξας; τίς ὁ σοφίσας; τίς ὁ συναθροίσας; ποῦ αἱ δῖλται; τίνες

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οἱ παιδαγωγοί; Συγκοινωνήσατε ἡμῖν, φησί, τῆς εὐωχίας καὶ μελῳδίας, καὶ μαθήσεσθε τὰ Μωϋσῆ καὶ τοῖς λοιποῖς προφήταις ἐν ἐπιθυμίαις. Ἐπεὶ οὖν προετράπημεν, καὶ δεξιὰς ἡμῖν ἔδωκαν οἱ παῖδες κοινωνίας, δεῦρο, ἀγαπητοί, καὶ ἡμεῖς ζηλώσωμεν τὴν θεοπρεπῆ χορείαν, καὶ μετὰ τῶν ἀποστόλων ὁδοιποιήσωμεν τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἐφ' ὑποζύγιον, ὡς εὐδόκησεν, ἐποχουμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς. Μετὰ νηπίων τὰ κλάδη ἄρωμεν, καὶ τοῖς κλάδοις κροτήσωμεν, ὅπως ἐπιπνεύσῃ καὶ ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τὴν θεοδίδακτον ἀναπέμψωμεν εὐτάκτως ᾠδήν, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· ὡσάννα ἐν τοῖς ὑψίστοις.* Σήμερον ὁ πατριάρχης ἐν πνεύματι ἑορτάζει Ἰακώβ, ὁρῶν τὴν προφητείαν αὐτοῦ εἰς ἔργον ἀχθεῖσαν, καὶ τὸν δεσμεύοντα πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ, ἐπιβεβηκότα ἐπὶ πῶλον νέον· καὶ μετὰ τῶν πιστῶν προσκυνεῖ τῷ πνεύματι. Σήμερον πῶλος ἑτοιμάζεται τὸ τῶν ἀλογίστων ἐθνῶν τὸ πρὶν ἄλογον ἐξεμπλάριον εἰς ἔνδειξιν ὑποταγῆς τοῦ ἐξ ἐθνῶν νέου λαοῦ· καὶ νήπια καταμηνύουσι τὴν τούπαν πρὸς θεογνωσίαν νηπιότητα. Σήμερον ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δοξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχίας τοὺς γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν· ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτός ἐστι Κύριος ἀμφοτέρων, ὡς ἑκατέρωθεν συμφώνως σὺν Πατρὶ καὶ Πνεύματι ἀνυμνούμενος. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω τὴν ἐπὶ τῆς γῆς σωτηρίαν καταμηνύοντες ἐψαλλον, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος σαβαὼθ· πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ·* οἱ δὲ κάτω τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνῃ συμπανηγυρίζοντες ἐκραύγαζον, *Ὡσάννα ἐν τοῖς ὑψίστοις, ὡσάννα τῷ υἱῷ Δαυίδ.* Καὶ οἱ μὲν ἐδοξολόγουν, *Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ·* οἱ δὲ ἐθεολόγουν, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.*

β'. Τούτων δὲ οὕτω τελουμένων, καὶ τῶν μαθητῶν χορευόντων περὶ πασῶν ὧν εἶδον δυνάμεων, καὶ λεγόντων, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· ἐν ὑψίστοις δόξα, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη·* ἡ πόλις ἐσείετο λέγουσα· *Τίς ἐστιν οὗτος;* πεπωρωμένον φθόνον κατὰ τῆς τοῦ Δεσπότου δόξης κινοῦσα. Πόλιν δὲ ἀκούων, τὴν παλαιὰν τῆς συναγωγῆς ἄτακτον πληθὺν ἐπιγίνωσκε. Διερωτῶσιν οἱ ἀγνώμονες, *Τίς ἐστιν οὗτος;* ὡς μήπω ἑωρακότες τὸν εὐεργέτην καὶ περιδόητον τοῖς θεοπρεπέσι θαύμασιν. Οὐ γὰρ κατέλαβεν ἡ σκιὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἐπιλάμψαν ἄδυτον φῶς. Ὅθεν εὐθυβόλως πρυανακέκραγε πρὸς αὐτοὺς Ἡσαΐας λέγων· *Οἱ κωφοὶ, ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ, ἀναβλέψατε ἰδεῖν. Καὶ τίς τυφλὸς, ἀλλ' ἢ οἱ παῖδές μου; καὶ κωφοὶ, ἀλλ' ἢ οἱ κυριεύοντες αὐτῶν; Καὶ ἐτυφλώθησαν οἱ δοῦλοι τοῦ Θεοῦ. Εἴδετε πολλάκις, καὶ οὐκ ἐφυλάξασθε· ἠνεῳγμένα τὰ ὦτα, καὶ οὐκ ἠκούσατε.* Ὁρᾶτε, ἀγαπητοὶ, ἀκρίβειαν λόγων; ὅπως τὸ προθεωρητικὸν θεῖον Πνεῦμα διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ, ὡς παρόντα, τὰ μέλλοντα προεκήρυττεν; Εἶδον γὰρ οἱ ἀχάριστοι, καὶ ἐψηλάφησαν διὰ τῶν θαυμάτων τὸν θαυματουργὸν Θεὸν, καὶ τῇ ἀπιστίᾳ ἐνέμειναν· εἶδον τὸν τυφλὸν ἐκ γενετῆς τὸν φωταγωγήσαντα Κύριον κηρύττοντα· εἶδον σύγχρονον καὶ σύζυγον τῇ ἀσθενείᾳ παράλυτον προστάγματι διαζευχθέντα τῆς κακουχίας· ἐθεάσαντο Λάζαρον φυγάδα [250] θανάτου γεγονότα· ἤκουσαν τὸν ἐν θαλάσσῃ περίπατον, τὴν ἀγεώργητον οἰνοδοσίαν, τὴν ἄμοχθον ἀρτοτροφίαν, τὴν τῶν δαιμόνων ἀπελασίαν, τὴν τῶν καμνόντων εὐρωστίαν· αἱ πλατεῖαι αὐτῶν τὰς δυνάμεις ἐκήρυττον, αἱ ὁδοὶ αὐτῶν τὰς ἰάσεις τοῖς ὁδοιπόροις κατήγγειλον· πᾶσα ἡ Ἰουδαία ἐπληρώθη τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ νυν πυνθάνονται, *Τίς ἐστιν οὗτος;* Ὦ τῆς ἀνοίας τῶν ψευδωνύμων διδασκάλων! ὦ τῶν ἀπειθῶν πατέρων! ὦ τῶν ἀφρόνων πρεσβυτέρων! ὦ σπέρμα Χαναὰν τοῦ ἀναιδοῦς, καὶ οὐκ Ἰούδα τοῦ εὐλαβοῦς! Τὰ τέκνα ἐπέγνωσαν τὸν κτίστην, καὶ οἱ ἀπειθεῖς πατέρες ἔλεγον, *Τίς ἐστιν οὗτος;* Ἡ νέα ἡλικία τὸν Θεὸν ἀνύμνησε, καὶ οἱ πεπαλαιωμένοι ἡμερῶν κακῶν ἐπυνθάνοντο, *Τίς ἐστιν οὗτος;* Οἱ θηλάζοντες νεολογοῦσι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι βλασφημοῦσι, παῖδες εὐσεβῶς ἱερουργοῦσιν αἶνον, καὶ ἀνίεροι ἱερεῖς δυσεβῶς ἀγανακτοῦσιν; Οἱ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἐπιστρέψατε τὰς καρδίας ὑμῶν ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν, μάθετε Θεοῦ μυστήρια. Αὐτὸ τὸ τελούμενον μαρτυρεῖ, ὅτι Θεός ἐστιν ὁ οὕτως ἀνυμνούμενος ὑπὸ ἀδιδάκτων γλωσσῶν. *Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφάς,* καθὼς ἠκούσατε παρὰ τοῦ Δεσπότου, ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀγνοεῖτε τὸ θαῦμα. Ἀκούσατε, οἱ ἀχάριστοι, τί εὐαγγελίζεται ὑμῖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας. Φησὶ γάρ· *Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ πῶλον ὄνου.* Διὰ τί τὴν χαρὰν ἀποσείεσθε; διὰ τί ἡλίου λάμποντος, τὸ σκότος ἀγαπᾶτε; διὰ τί πρὸς τὴν ἀπολέμητον εἰρήνην μελετᾶτε πόλεμον; Εἰ τοίνυν υἱοὶ Σιών ἐστε, συγχορεύσατε τοῖς τέκνοις ὑμῶν· χαρᾶς ἀφορμὴ ἔστω ὑμῖν ἡ τῶν τέκνων θεοσέβεια. Μάθετε παρ' αὐτῶν, τίς ὁ διδάξας, τίς ὁ συναθροίσας, πόθεν τὰ διδάγματα, τίς ἡ καινὴ θεολογία, καὶ παλαιὰ προφητεία. Εἰ δὲ ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς οὐδὲν τούτων ἐδίδαξεν, αὐτόματον δὲ τὸν αἶνον ἀναμέλπουσι, γνῶτε Θεοῦ εἶναι τὸ ἔργον, ὡς ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· *Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον.* Διπλασιάσατε οὖν τὴν χαρὰν, ὅτι τοιούτων γεγόνατε πατέρες, οἵτινες καὶ τὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἀγνοηθέντα θεοδιδάκτως ἀνευφήμησαν. Ἐπιστρέψατε οὖν τὰς καρδίας ὑμῶν ἐπὶ τὰ τέκνα ὑμῶν, καὶ μὴ μύσητε τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Εἰ δὲ αὐτοί ἐστε, καὶ ἀκούοντες οὐκ ἀκούετε, καὶ βλέποντες οὐ βλέπετε, καὶ μάτην διαφέρεσθε πρὸς τὰ νήπια, αὐτοὶ ὑμῶν κριταὶ ἔσονται κατὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος λόγον. Καλῶς γοῦν καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων προανεφώνησε περὶ ὑμῶν ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγων· *Οὐ νῦν αἰσχυνθήσεται Ἰακώβ, οὐδὲ νῦν τὸ πρόσωπον μεταβαλεῖ· ἀλλ' ὅταν ἴδωσι τὰ τέκνα αὐτῶν τὰ ἔργα μου, δι' ἐμὲ ἁγιάσουσι τὸν ἅγιον τοῦ Ἰακώβ, καὶ τὸν Θεὸν τοῦ Ἰσραὴλ φοβηθήσονται· καὶ γνώσονται οἱ τῷ πνεύματι πλανώμενοι σύνεσιν, οἱ δὲ γογγύζοντες μαθήσονται ὑπακοήν, καὶ αἱ γλῶσσαι αἱ ψελλίζουσαι μαθήσονται λαλεῖν εἰρήνην.* Ὁρᾷς, ὦ ἄνοητε Ἰουδαῖε, πῶς ἐκ προοιμίων τοῦ λόγου αἰσχύνην ὑμῖν προκαταγγέλλει ὁ προφήτης διὰ τὴν ἀπείθειαν ὑμῶν; Μάθετε κἂν παρ' αὐτοῦ, πῶς θεοδίδακτον κηρύσσει τὴν τῶν τέκνων ὑμῶν ὑμνῳδίαν, ὡς καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ προανεφώνησε λέγων· *Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον.* Ἡ τοίνυν τὴν ὁσιότητα τῶν παίδων οἰκειώσασθε, ὡς χρεών, ἢ μετὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τοὺς παῖδας ἡμῖν χαρίσασθε. Ἡμεῖς τούτοις συγχορεύσωμεν καὶ συνεορτάσωμεν, καὶ τῇ καινῇ γλώσσῃ τὸ θεοδίδακτον ᾄσμα συμψάλλωμεν. Ποτὲ μὲν γὰρ Συμεὼν ὁ πρεσβύτης ὑπήντησε τῷ Σωτῆρι, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ὑπεδέξατο τὸν τῶν αἰώνων Δεσπότην ὡς βρέφος, καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ἐκήρυξε· νῦν δὲ ἀντὶ πρεσβυτέρων ἀγνωμόνων οἱ παῖδες τῷ Σωτῆρι ὑπήντησαν ὡς Συμεών, καὶ τὰ κλάδη ἀντὶ ἀγκαλῶν ὑπέστρωσαν, καὶ Κύριον καὶ Θεὸν ηὐλόγησαν τὸν ἐπὶ πώλου ὡς ἐπὶ Χερουβὶμ καθεζόμενον, *Ὡσάννα τῷ υἱῷ Δαυίδ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Μεθ' ὧν βοήσωμεν καὶ ἡμεῖς, Εὐλογημένος ὁ ἐκ Θεοῦ Θεὸς, ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, ὁ πτωχεύσας ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ἀπτωχεύτως δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς πλουτίσῃ τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι· εὐλογημένος ὁ ἐλθὼν ἐν ταπεινωσει, καὶ πάλιν ἐρχόμενος, ἐν δόξῃ· πρῶτον, ἐπὶ πώλου πραΰς καὶ ὑπὸ νηπίων [234] ἀνευφημούμενος, ὅπως πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον, *Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαι σου, ὁ Θεὸς, αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ·* δεύτερον, φοβερὸς ἐπὶ τῶν νεφελῶν, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων καὶ δυνάμεων δορυφορούμενος. Ὦ τῆς μελιρρύτου τῶν παίδων γλώττης! ὦ τῆς ἀκαπηλεύτου διδασκαλίας τῶν θεαρέστων! Δαυὶδ προφητεύσας ὑπὸ τὸ γράμμα ἐκάλυψε τὸ νόημα· οἱ παῖδες τὸν θησαυρὸν ἀνοίξαντες, ἐπὶ γλώττης τὸν πλοῦτον ἤνεγκαν, καὶ λόγῳ κεχαριτωμένῳ πάντας διαπρυσίως ἐπὶ τὴν ἀπόλαυσιν συνεκάλεσαν. Ἀντλήσωμεν τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς σὺν αὐτοῖς τὸν ἀναφαίρετον πλοῦτον, ἀπλήστοις κόλποις καὶ ταμείοις ἐναποθέμενοι τὰ χαρίσματα· βοήσωμεν ἀπέραντα, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου,* Θεὸς ἀληθινὸς, παντοκράτωρ ἐκ παντοκράτορος, Υἱὸς ἐν ὁνόματι Πατρὸς, βασιλεὺς ἀληθινὸς, ἐξ ἀληθινοῦ βασιλέως, συναΐδιον καὶ προσιώνιον τὴν βασιλείαν ἔχων, ὡς ὁ γεννήσας αὐτόν. Κοινὴ γὰρ ἡ βασιλεία, καὶ οὐκ ἐξωθεν τὴν αὐτῆς τιμὴν τῷ Υἱῷ ὁ Λόγος προσκληροῖ, οὔτε ἀρξαμένην ἢ προσγινομένην ἢ μειουμένην, ἅπαγε, ἀλλὰ φυσικὴν καὶ ἰδιόκτητον ἀληθῶς. Μία γὰρ ἡ βασιλεία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὥσπερ καὶ μία οὐσία καὶ μία κυριότης. Ὅθεν καὶ μιᾷ προσκυνήσει λατρεύωμεν μίαν τρισυπόστατον θεότητα, ἀναρχον, ἄκτιστον, ἀπέραντον, καὶ ἀδιάδοχον. Οὔτε γὰρ ὁ Πατὴρ παυθήσεταί ποτε τοῦ εἶναι Πατὴρ, οὔτε ὁ Υἱὸς τοῦ εἶναι Υἱὸς καὶ

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

chrum et gratiosum certamen et canticum? quis vos doctor instituit? quis vos congregavit? ubi sunt tabulæ? qui pædagogi? Nos et convivii et modulationis consortes efficite; et ea discetis, quæ Moyses et reliqui prophetæ concupiscebant. Quia igitur invitati sumus, et infantes nobiscum dexteras junxerunt; huc accedite, carissimi, et nos cum studio hanc divinam choream adeamus, et cum apostolis illum comitemur in via, qui ascendit super cælum cæli ad Orientem, et qui, ut ipse voluit, subjugali vehitur in terra. Cum infantibus ramos tollamus, et ramis plaudamus, ut et nos Spiritus sanctus inspiret, et cum debito ordine divinum illud emittamus canticum: *Benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna in excelsis.* Hodie patriarcha Jacob in spiritu festum celebrat, videns prophetiam suam ad opus deductam, et eum, qui ligat ad vitem pullum suum, pullo vectum (*Gen.* 49. 11): ac cum fidelibus in spiritu adorat. Hodie pullus præparatur, id est, irrationabiles gentiles olim exemplar irrationabile; ut ostendatur obedientia novi populi ex gentibus conversi; infantesque significant horum in Dei cognitione infantiam. Hodie Rex gloriæ in terra prophetice glorificatur, et cælestis convivii consortes terrigenas exhibet, ut ostendat se esse utriusque, et cæli et terræ Dominum, utpote qui in utroque cum Patre et Spiritu sancto concordissime celebretur. Ideo superni illi salutem in terra partam significantes psallebant: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth: plena est omnis terra gloria ejus* (*Isai.* 6. 3); qui vero in terra erant cum cælesti lætitia simul festum agentes, clamant, *Hosanna in excelsis, hosanna filio David* (*Matth.* 21. 9). Et alii glorificabant, *Benedicta gloria Domini de loco suo* (*Ezech.* 3. 12); alii vero theologice dicebant, *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

2. Dum hæc ita fierent, et discipuli choreas agerent circa omnes quas viderant virtutes, et dicerent, *Benedictus qui venit in nomine Domini; in excelsis gloria, et in terra pax* (*Luc.* 2. 14); civitas commovebatur dicens: *Quis est hic* (*Matth.* 21. 10)? ut ex cæcitate invidiam contra Domini gloriam concitaret. Civitatem cum audis, veterem illam synagogæ inconditam turbam intellige. Ingrati illi interrogant, *Quis est hic?* ac si nondum vidissent Benefactorem divinis miraculis celebrem. Non enim comprehendebant tenebræ lucem in adyto fulgentem. Quamobrem directe ad illos jam olim exclamaverat Isaias, dicens: *Audite surdi, et caci visum recipite. Et quis cæcus, nisi filii mei? et qui surdi, nisi qui dominantur eorum? et occæcati sunt servi Dei. Vidistis sæpe, et non observastis: apertis auribus non audistis* (*Isai.* 42. 18 - 20). Videtis, fratres, verborum accurationem? quomodo perspicax ille divinus Spiritus per sanctos suos sicut præsentia futura prædicat? Videbant enim ingrati, et per signa miraculorum patratorem Deum quasi manibus tangebant, et in incredulitate manserunt: viderant cæcum natum, visum recepisse et Dominum prædicavisse: viderant paralyticum, qui in hac infirmitate vitam contriverat solo jussu a morbo sanatum: viderant Lazarum a morte effugisse: audierant deambulationem supra mare, vinum datum sine vitis cultu, panes sine labore suppeditatos, dæmonas pulsos, ægros sanatos: ipsorum plateæ virtutes ejus prædicabant, viæ curationes viatoribus nuntiabant: tota Judæa beneficiis repleta erat, et nunc interrogant, *Quis est hic* (*Matth.* 21. 11)? O insaniam eorum qui falso doctores appellantur! o pervicaces patres! o stulti seniores! o semen Chanaanis impudentis, non autem Judæ pii! Pueri Creatorem agnoverunt, et pervicaces patres dicebant, *Quis est hic?* Juvenilis ætas Deum celebravit, et inveterati dierum malorum interrogabant, *Quis est hic?* Lactentes theologice loquuntur, et seniores blasphemant? pueri pie laudibus sacra peragunt, et exsecrandi sacerdotes impie indignantur? O incredituli in prudentia justorum: convertite corda vestra ad filios vestros, discite Dei mysteria. Idipsum quod perficitur, testificatur Deum esse illum, qui a non edoctis linguis ita celebratur. *Scrutamini Scripturas* (*Joan.* 5. 39), ut audistis a Domino, quia ipsæ sunt quæ testificantur de illo, nec ignoratis miraculum. Audite, ingrati, quid annuntiet vobis Zacharias propheta; ait enim: *Gaude multum, filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi justus et insidens super pullum asinæ* (*Zach.* 9. 9). Cur gaudium excutitis? cur fulgente sole, tenebras diligitis? cur contra inexpugnabilem pacem bellum meditamini? Si itaque filii Sion estis, cum filiis vestris choreas agite: gaudii occasio sit vobis filiorum pietas. Ab illo discite, quis docuit, quis collegit, a quo doctrina prodeat, quæ sit nova theologia, et vetus prophetia. Quod si nullus homo eorum quidpiam docuit, sed ex se et sponte sua laudem modulantur, agnoscite Dei opus esse, ut in lege scriptum est: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* (*Psal.* 8. 3). Duplicate ergo gaudium, quia talium estis patres filiorum, qui a Deo docti ea celebrarunt, quæ a senioribus ignorabantur. Convertite ergo corda vestra ad filios vestros, et ne claudatis oculos vestros ad veritatem. Quod si vos estis, qui audientes non auditis, et videntes non videtis (*Matth.* 13. 13), et frustra disputatis cum infantibus, ipsi judices vestri erunt, secundum Servatoris dictum (*Id.* 12. 27). E re igitur et hoc cum aliis de vobis prædixit Isaias propheta, dicens: *Non nunc pudore afficietur Jacob, neque nunc vultum mutabit: sed cum viderint filii ipsorum opera mea, per me sanctificabunt sanctum Jacob, et Deum Israel timebunt: et cognoscent ii, qui spiritu errant, intelligentiam, et qui murmurant, discent obedire, et linguæ balbutientes discent loqui pacem* (*Isai.* 29. 22 - 24). Vides, insane Judæe, quomodo a sermonis exordio pudorem vobis annuntiet Propheta, ob incredulitatem vestram? Saltem ab ipso discite, quomodo filiorum vestrorum canticum a Deo traditum prædicet; sicut beatus David prænuntiavit, dicens: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.* Aut igitur filiorum vestrorum sanctitatem, ut par est, assumite, aut pie nobis filios vestros concedite. Nos cum ipsis choreas agamus, et festum celebremus, atque nova lingua a Deo traditum canticum una psallamus. Etenim aliquando Symeon senex Servatori occurrit, et sæculorum Dominum quasi infantem in ulnas suscepit, ac Dominum et Deum prædicavit; nunc autem ingratorum senum loco pueri Servatori occurrerunt, ut Symeon, et ramos pro ulnis substraverunt, ac Dominum et Deum benedixerunt, qui super pullum quasi super Cherubim insidebat: *Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini* (*Matth.* 21. 9). Quibuscum et nos clamemus, Benedictus Deus de Deo, Rex gloriæ, qui propter nos apud suos mendicus fuit sine mendicitate, ut nos sua bonitate divites redderet: benedictus qui venit in humilitate, et rursus veniet in gloria: primo, super pullum mansuetus et ab infantibus benedictus, ut impleretur quod scriptum est: *Visi sunt gressus tui, Deus, gressus Dei mei Regis, qui est in sancto* (*Psal.* 67. 25); secundo, terribilis supra nubes, et ab angelis et potestatibus stipatus. O mellitam puerorum linguam! o sinceram disciplinam Deo placentium! David prophetans sub litera sensum adumbravit; pueri, aperto thesauro, lingua sua divitias attulerunt, et gratia pleno sermone omnes clare ad fruendum illo convocarunt. Hauriamus itaque et nos cum ipsis divitias quæ abripi nequeunt, pleno sinu, plenis penuariis munera deponamus: clamemus perpetuo: *Benedictus qui venit in nomine Domini:* Deus verus, omnipotens ex omnipotente, Filius in nomine Patris, Rex verus ex vero Rege, qui cum illo æternum et ante sæcula regnum habet, ut et ille qui genuit eum. Nam commune regnum habet; neque extrinsecus acceptum honorem Verbum Filio tradit;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

non incepit, neque accessit, neque imminutus est honor, absit : sed naturalis est et vere proprius. Unum namque regnum est Patris et Filii et Spiritus sancti, sicut una substantia et una dominatio. Quamobrem una adoratione colamus unam trium hypostasium divinitatem, sine principio, increatam, interminatam, sine successione. Neque enim Pater unquam cessabit esse Pater, neque Filius esse Filius et Rex, neque Spiritus sanctus cessabit esse id, quod est hypostasi. Nihil enim in Trinitate minuetur; non finis erit æternitatis, aut communionis, aut regni. Neque enim Filius Dei, quia propter nos factus est homo, et adversarium nostrum tyrannum devicit, atque in carne tantam de inimico ejus reportavit victoriam; ideo Rex vocatus est; sed quia Deus est semper et Dominus, ideo et Rex est, ut et Genitor ejus : nunc vero Rex est, cum id prius habuisset, et in perpetuum. Ne blasphemes contra Christi regnum, o hæretice, ut ne Genitorem etiam inhonores. Si fidelis es, fideliter accede ad Christum verum Deum nostrum, et non quasi velamentum nequitiæ habens libertatem. Si servus es, cum tremore Domino subditus esto : nam disceptator non bene affectus, sed palam inimicus est. Scriptum est enim : *Qui non honorat Filium, non honorat Patrem, qui misit eum* (*Joan.* 5. 23).

3. Nos autem, dilecti, eo revertamur unde digressi sumus, clamantes, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, pastor ille bonus, ut poneret animam suam pro ovibus suis; ut sicut ii, qui lupos ovina carne vescentes venantur, ipsos ove oblata capiunt : sic spiritualibus animarum interfectoribus lupis, sese ut hominem offerens Princeps pastorum, venabulum objiceret, iis qui jam olim Adamum venabantur. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Deus contra diabolum, non aperte per invisibilem potestatem, sed per infirmitatem carnis, ut alligaret eum, qui contra nos fortis erat. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, Rex contra tyrannum, non per omnipotentem potestatem et sapientiam, sed per crucis, ut putabatur, stultitiam, ut prudentis in nequitia serpentis spolia diriperet. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, verax contra mendacem, Servator contra perniciosum, Princeps pacis contra pugnacem, hominum amator contra hominum osorem. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, penes cujus arbitrium est servare errantem hominem, errorem solvere, eos, qui in tenebris erant, luce perfundere, idolorum fallaciam delere, salutarem Dei cognitionem introducere, mundum sanctificare, exsecrandum et inanem cultum eliminare. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, unus pro multis, ut eruat genus humanum de manu fortiorum illo, egenum et pauperem a diripientibus eum. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, ut infundat vinum et oleum in eum, qui incidit in latrones, et qui despectus fuit. *Benedictus qui venit in nomine Domini*, ut servet nos per seipsum, sicut ait prophetа, *Non legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit eos* (*Isai.* 63. 9). Ideo et nos benedicimus te, Domine, qui cum Patre et Spiritu sancto ante sæcula et in sæcula sæculorum benedictus es : ante sæcula et usque ad hoc tempus incorporeus; nunc autem et in sæcula, cum divina, inmutabili et indivisibili incarnatione tua. Reliqua videamus. Quid dicit divinus evangelista? *Cum intrasset Dominus in templum, accesserunt ad eum cæci et claudi, et curavit eos. Videntes autem principes sacerdotum et Pharisæi miracula quæ faciebat, et pueros clamantes et dicentes, Hosanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini* (*Matth.* 21. 14. 15), ejus honorem non tulerunt. Quare accedentes ad eum dicebant, *Non audis quid hi dicant* (*Ibid. v.* 16)? Non ægre fers quod gloria afficiaris ut Deus? non indigne fers, cum audis ab his innocentibus ea quæ solum Deum decent? annon Deus jam olim per prophetam declaravit, *Gloriam meam alteri non dabo* (*Isai.* 42. 8)? et, *Quomodo tu, homo cum sis, facis teipsum Deum* (*Joan.* 10. 33)? Sed quid ad hæc longanimis ille, multus in misericordia, et tardus ad iram? Furentes tolerat, iram sedat excusando se, Scripturas vicissim opponit, testimonia profert opportuna, neque desinit interrogare, ideoque ait : Numquam et vos audistis me per prophetam dicentem : Tunc cognoscetis quia ego præsens loquor? hoc rursum, *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem* (*Joan.* 8. 28)? Tales estis vos, qui legem attenditis, et prophetas legitis, et me in lege prædicatum despicitis. Videmini namque pietatis obtentu Dei gloriam vindicare; non intelligentes eum, qui me despicit, Patrem etiam despicere. Ego enim a Deo exivi, et veni in mundum : et gloria mea est gloria Patris mei. Sic confutati a Servatore nostro Deo insani illi, contradicere quidem cessarunt, a veritate refrenati; sed insanum alium inducentes cogitatum, consilium inierunt adversus eum. Nos vero psallamus : *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ illius non est numerus* (*Psal.* 146. 5). Hæc quippe omnia facta sunt, ut qui tollit peccatum mundi Agnus et Filius Dei voluntarie pro nobis ad salutarem passionem veniret, et in prætorio agnosceretur, et ut qui despiciebant eum, qui vivifico sanguine suo mundum redemit, consentirent circa triginta argenteos, et pascha pro nobis immolaretur Christus : ut qui pretioso ejus sanguine aspersi sunt, quorum labia instar liminum sunt obsignata, perniciosi illius tela effugiant; et sic qui carne passus est Christus et triduanus resurrexit, cum Patre et Spiritu sancto pari cum honore et gloria ab omni creatura honoretur; quia ipsi flectetur omne genu cælestium, terrestrium et infernorum, gloriam ipsi referentium in sæcula sæculorum. Amen.

ADMONITIO

IN SEQUENTES

DE BEATA VIRGINE MARIA ORATIONES.

Ejusdem farinæ sunt sequentes de B. V. Maria sermones, qui jure in tenebris latuissent, nisi illos Savilius publicasset. Fortassis vero ex eodem fonte eodemque auctore prodeunt.

IN S. VIRGINEM ET DEIPARAM MARIAM.

Omnes quidem memorabiles celebritates admirandæ sunt, et stellarum splendori comparabiles. Nam sicut stellæ positione sua in cælo fixæ sunt, et ex posito inter singulas intervallo spectabiliores, totumque terræ orbem illustrant; atque eadem stella apud Indos videtur, et Scythis non occultatur; in continente splendet et mare illuminat, et navigantes gubernat; harumque stellarum nomina ob multitu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

1. Vellem crucis speculationes in finem deducere, non quasi sensa assequutus, sed ut ea pro virili fidelibus exponam. Non deest quippe sermo ad divina eloquia explicanda ; verum dicta commetiri oportet cum humana facultate, non quasi ipsa sufficiat ad comprehensionem, sed quasi Deo præbente ; non

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quanta dare potest is qui dat, sed quanta potest capere is qui accipit. Quemadmodum enim mater lacteni puerulo panem potest quidem præbere, sed infans illo uti nequit : ita nec Deo impossibile est præbere sapientiam majorem et supernaturalem ; sed nos capere non valemus. Cum enim in mortali corpore habitemus, cognitionem mortali naturæ congruentem accipimus. Nihil ergo nobis Deus loquutus est secundum perfectionem sibi competentem, sed dicta ad mensuram infirmitatis nostræ temperavit. Ideo dicebat Servator : *Multa habeo dicere, sed non potestis portare modo* (*Joan.* 16. 12) ; et alibi dicit Servator Nicodemo : *Si terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis* (*Ibid.* 3. 12)? Dicamus ergo, Deo suppeditante, quantum humana facultas ferre potest. Diei vero spatium nobis præscinditur, volentibus ulterius speculari ; præscinditur, inquam, ab Evangeliorum lectione. Verum illud alio tempore dicetur ; jam de iis, quæ in hac die gesta sunt, verba faciamus. Hodie Christus hoc quinto sabbati sive hebdomadæ die, in vespera ante passionem, discipulorum pedes lavit, et Pascha in lege figuratum perfecit, salutareque passionis mysterium tradidit ; ut jam vere dicamus, veritatis sermonem non nobis præscindi : nam illa enarratio ad crucem spectat, et sic regula servatur. Veniamus ergo ad seriem, illa præscindentes, ut gustum quemdam in animas vestras Christi amantes inferamus. Quomodo intelligendæ sint traditiones de sacris mysteriis nostris, brevi et clara demonstratione explicemus. Dicit Servator discipulis : *Scitis quia post biduum Pascha fiet ; et Filius hominis tradetur, ut crucifigatur* (*Matth.* 26. 2). Sæpe Servator prædixit discipulis suis simul ostendens se scientem non fugere, nec prænoscentem declinare ; una vero sedans apostolorum animos, ut parati et præscii perturbationem effugerent. Cum res præscitur, repentinus casus perturbationem non affert. Quod et David prædixit : *Paratus sum, et non sum turbatus* (*Psal.* 118. 60). Hoc fit in tonitruis : præcedens fulgur mentem præparat ad tonitru excipiendum, ut exspectatio majorem solvat timorem. Sic et Servator ne repente ex passione turbarentur, illam prædicit, ita ut etiam apostolis exprobraret, diceretque post resurrectionem : *Hi sunt sermones mei, quos loquutus sum vobis, quia oportet Filium hominis multa pati* (*Luc.* 24. 44). Exprobrabat illis, quod scopum, quo hæc prædixerat illis, non assequuti essent. *Prædixi*, inquit, *ut non scandalizemini* (*Joan.* 16. 1) ; et turbatio vos occupavit. *Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur, ut crucifigatur* (*Matth.* 26. 2). Nusquam reperies Servatorem memoravisse passionem, nisi humanam personam inducentem, et quasi de alio loquatur. Non dixit, Tradar, sed *Filius hominis tradetur, ut crucifigatur*. Nusquam reperies Servatorem traditum, sed Filius hominis tradetur ; et ubique quasi de alio loquitur. Cum vero de divinitate clare loquitur, ait : *Ego et Pater unum sumus* (*Joan.* 10. 30). Non dicit, Ego et Pater qui misit me ; sed, *Ego et Pater unum sumus ;* et, *Qui vidit me, vidit et Patrem. Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur, ut crucifigatur* (*Ibid* 14. 9). Joannes vero quam certa loquitur? Ne quis putaret, tempu illud præsens ex necessitate esse, vide cum quanta affirmatione loquatur : *Sciens quia venit hora, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, in finem dilexit eos* (*Ibid.* 13. 1) ; ac si diceret, Perfectam exhibuit caritatem. *Et cœna facta surgens deposuit vestimenta sua, et præcinxit se linteo, et immisit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulorum* (*Ibid. v.* 2. 4. 5). Pudeat hæreticos. Si audiant Servatorem dicentem, Facio voluntatem Patris mei, statim dicunt (*Ibid.* 5. 30. *et* 6. 38) : Viden', quomodo subditus sit et obediat Patri? In illa hora rem terribilem videre erat. Cur surrexit et deposuit vestimentum suum, qui amictus erat lumine sicut vestimento, et præcinxit se linteo? Tunc videre erat veram illam Pauli vocem : *Cum in forma Dei esset, formam servi accepit* (*Phil p.* 2. 6. 7). Præcinxit se linteo qui operit cælum nubibus ; et immisit aquam in pelvim, qui fluminibus, fontibus, maribus aquarum naturam infudit. Cogita discipulum sedentem, et Dominum incurvatum et ad genua respicientem, cui flectitur genu cœlestium, terrestrium et infernorum. Humilitas Servatoris omnem exstinxit superbiam : illa modestia omnem exstinxit arrogantiam.

2. Cum video Servatorem lavantem pedes discipulorum, Isaiæ (*a*) circa superbiam nostram dictum profero : *Quid superbit terra et cinis* (*Eccli.* 10. 9)? Cogita Dominum incurvantem se ad pedes servorum, et lavantem ipsos. Quomodo hæc dicantur, vel quomodo taceantur? Sermo non sufficit, silentium de ingrato animo accusat. Ecquid faciemus, cum enarrare non possimus? *Cœpit lavare pedes discipulorum, et linteo tergere.* Ne unam quidem ministerii speciem reliquit. Non permisit, ut aqua ab aliis immitteretur, et ipse lavaret : neque ipse lavit, et alii absterserunt. Videturque hic stupendum quoddam mysterium discipulis aperire. *Cum dilexisset*, inquit, *discipulos suos, in finem dilexit eos*, dicit Joannes. *Et cœna facta, cum jam diabolus immisisset in cor Judæ Simonis Iscariotæ, ut traderet eum, surgens, deposuit vestimenta* (*Joan.* 13. 2). Non sine causa ita dixit, sed ut ostenderet, cum jam proditor proditionem meditatus esset, Servatorem tamen non dubitasse proditoris pedes lavare : noverat ipsius dolum, et tamen lavit. Quid ergo? an personarum acceptio est apud Deum? Absit. Non semper inter lædentes et læsos est personarum acceptio. Si læsus lædentem honoret, non personarum acceptio, sed humilitas est ; si vero læsus clam malum operetur, specie autem bene affectus sit, ea est simulatio. Ab ipsa re exemplum accipe. Sciebat Judas, qui tradebat Dominum, id impium esse : nam cui insidiabatur, ei osculum offerebat. Servator vero læsus lædentem honorabat, quod non injustitia erat, sed humilitatis excessus, quam et Deus laudat et homines admirantur. Vis exemplum videre? Intuere Joabum Davidis ducem exercitus. Is Abnarum, alium ducem, et amicitiæ verbis coluit, et clam gladio per ilia confodit : fratrem vocabat, et ut inimicum occidebat (2. *Reg.* 3. 27). Ideo malum est simulatio. Alias autem cum is, qui læsus est, lædentem beneficio afficit, res laude digna est. Jacob timebat fratrem suum Esaü, et rogabat Deum dicens : *Erue me de manu fratris mei, ne veniens occidat me* (*Gen.* 32. 11). Cum autem videt illum, honore afficit et ait : *Vidi faciem tuam, ac si quis videret faciem Dei* (*Ibid.* 33. 10). Cum autem illum ut inimicum et homicidam cerneret, Deus cum sciret illum non insidiose ita loqui, sed ut insidias effugeret, ipsi pepercit. Sic si quis amicitiæ verba proferat, non ex dolo, sed ut dolum effugiat, Deus non ideo indignatur : ipse namque ejus doctor est : *Verbum submissum avertit iram* (*Prov.* 15. 1). Cum jam, inquit, diabolus immisisset in cor Judæ, ut Servatorem proderet, Servator benignitate volens ejus ingratum animum vincere, et mansuetudine arrogantiam solvere, ejus pedes lavit. Ego non tantum miror Dominum sua præstantem (opus enim ipsius mansuetudo erat), quantum illum dolo plenum. Quo animo pedes obtulit? quomodo vidit sanctas Domini manus circa pedes suos versantes? quomodo non obtorpuit? quomodo non exhorruit? Attamen clemens illa natura fert patienter. Videtur autem ipsum primo lavisse. Quare? Nisi lavisset pedes proditoris, sed postquam alios laverat, ipsum reliquisset ; hoc certe fuisset a Servatore alienum, atque hinc Judas ansam arripuisset : Ipse me segregavit, ipse me abalienavit : omnium pedes lavit, me autem damnavit. Quo animo poteram cum illo esse? Vidit Deus cor confractum, et noluit jam ex se confractum ipse confringere. Id vero indicat illud : *Calamum conquassatum non confringes* (*Matth.* 12. 22). Attamen discipulorum pedes lavit. Ultimo venit ad Petrum. Dum autem alios la-

(*a*) Hic Isaiam pro Siracide posuit, quod et aliis scriptoribus, imo etiam Chrysostomo accidit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀνάλογον τῇ θνητῇ φύσει δεχόμεθα τὴν γνῶσιν. Οὐδὲν οὖν ἐλάλησεν ὁ Θεὸς πρὸς ἡμᾶς κατὰ τὴν ἁρμόζουσαν αὐτῷ τελειότητα, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν ἐμέτρησε τὸ λεγόμενον. Διὰ τοῦτο ὁ Σωτὴρ ἔλεγε· *Πολλὰ ἔχω λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι.* Καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ τῷ Νικοδήμῳ· *Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς, ἂν εἴπω τὰ ἐπουράνια, πιστεύσετε;* Λέγωμεν τοίνυν, ὅσον ἦκεν εἰς τὴν ἀνθρωπίνην δύναμιν, ὑπὸ Θεοῦ χορηγούμενοι. Διακόπτεται δὲ ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἡμέρας ὁ λόγος βουλομένοις ἐφεξῆς ἀγαγεῖν τὰ θεωρήματα· διεκόπτετο δὲ διὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ λεχθήσεται· τῶν δὲ ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ γινομένων μνημονεύσωμεν. Σήμερον ὁ Χριστὸς κατὰ ταύτην τὴν πέμπτην τοῦ σαββάτου ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τῇ πρὸ τοῦ πάθους, καὶ τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας ἔνιψε, καὶ ἐν τῷ νόμῳ τυπικὸν πάσχα ἐτέλεσε, καὶ τὴν σωτήριον τοῦ πάθους μυσταγωγίαν παρέδωκεν. Ὥστε ἤδη φιλαλήθως εἰπεῖν, οὐδὲ αὐτὸς ὁ τῆς ἀληθείας διακόπτεται λόγος· περὶ τοῦ σταυροῦ γὰρ ἐκείνη ἡ διήγησις· καὶ οὕτω φυλάττεται κανών. Ἔλθωμεν οὖν εἰς τὴν ἀκολουθίαν, τέμνοντες, [a] ἵνα γεύματά τινα παρασχόντες ταῖς φιλοχρίστοις ὑμῶν ψυχαῖς. Πῶς; δεῖ κατανοεῖν εἰς τὴν τῶν ἁγίων καὶ μυστικῶν ἡμῶν παραδόσεων θεωρίαν, σύντομον καὶ εὐκρινῆ δῶμεν τοῦ λόγου τὴν ἀπόδειξιν. Λέγει ὁ Σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς· *Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.* Πολλάκις ὁ Σωτὴρ προεῖπε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὁμοῦ δεικνὺς, ὅτι καὶ εἰδὼς οὐ φεύγει, καὶ προγινώσκων οὐ παραιτεῖται· ὁμοῦ δὲ καὶ προομαλίζων τὰς ψυχὰς τῶν ἀποστόλων, ἵνα τῷ προπαρασκευάζεσθαι γνῶναι φύγωσι τὸν θόρυβον. Πρᾶγμα μελετηθὲν οὐκ ἔχει τὴν ἀπὸ τοῦ αἰφνιδίου ταραχήν. Ὅπερ καὶ ὁ Δαυὶδ προέλεγεν· *Ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην.* Τοῦτο καὶ ἐν ταῖς βρονταῖς γίνεται· προλαβοῦσα ἡ ἀστραπὴ διδάσκει τὸν λογισμὸν, ὅτι δεῖ ἐκδέξασθαι τὴν βροντὴν, ἵνα τῇ προσδοκίᾳ λύσῃ τὸν μείζονα φόβον. Οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ, ἵνα μὴ ἀθρόον ὑπὸ τοῦ πάθους." Ὡς τὸν Σωτῆρα ὀνειδίσαι τοὺς [245] ἀποστόλους, καὶ εἰπεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν· *Οὗτοί εἰσιν οἱ λόγοι μου, οὓς ἐλάλησα ὑμῖν, ὅτι δεῖ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν.* Ὠνείδιζεν αὐτοὺς, ὅτι τὸν σκοπὸν οὐκ ἐπλήρωσαν, δι' ὧν ὁ Σωτὴρ προεῖπε. *Προεῖπον*, φησὶν, *ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε*· καὶ ὁ θόρυβος ὑμῶν ἐκράτησεν. *Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς τὸ σταυρωθῆναι.* Οὐδαμοῦ εὑρίσκεις τὸν Σωτῆρα πάθους μνημονεύσαντα, καὶ μὴ τὸ ἀνθρώπινον πρόσωπον [μὴ] εἰσαγαγόντα, καὶ ὡς ἄλλον διαλεγόμενον περὶ ἄλλου. Οὐκ εἶπε, Παραδίδομαι, ἀλλ', *Ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς τὸ σταυρωθῆναι.* Οὐδαμῶς εὑρίσκεις τὸν Σωτῆρα παραδιδόμενον, ἀλλ' ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται· καὶ πανταχοῦ ὡς ἄλλος περὶ ἄλλου λαλεῖ. Ὅταν μέντοι εἰς τὴν θεότητα, γυμνῶς λέγει, *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· οὐ λέγει, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με, ἀλλ', *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· καὶ, *Ὁ ἑωρακώς με, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται· καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς τὸ σταυρωθῆναι.* Ὁ δὲ Ἰωάννης πῶς ἀσφαλῶς λέγει; Ἵνα μή τις νομίσῃ τὸν ὁρώμενον καιρὸν τῆς ἀνάγκης, ὅρα, πῶς ἀσφαλίζεται· *Εἰδὼς, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν Πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους, εἰς τέλος ἠγάπησεν* ἀντὶ τοῦ, Ἀπηρτισμένην ἀγάπην ἔδειξε. *Καὶ τοῦ δείπνου γενομένου ἀναστὰς ἀποτίθεται τὰ ἱμάτια, καὶ διεζώσατο τὸ λέντιον, καὶ ἔβαλεν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν.* Αἰσχυνέσθωσαν αἱρετικοί. Ἐὰν ἀκούσωσι τοῦ Σωτῆρος λέγοντος, Ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου, εὐθέως λέγουσιν· Ὁρᾷς, ὅτι ὡς δοῦλος ὑποτάσσεται καὶ ὑπακούει τῷ Πατρί; Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἦν ἰδεῖν πρᾶγμα φοβερόν. Τί ἀνέστη καὶ ἀπέθετο τὸ ἱμάτιον ὁ περιβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον, καὶ διεζώσατο λέντιον; Καὶ ἦν ἰδεῖν τότε τὴν Παύλου φωνὴν ἀληθεύουσαν, ὅτι *Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου ἔλαβε.* Διεζώσατο λέντιον ὁ περιβάλλων τὸν οὐρανὸν ἐν νεφέλαις· καὶ ἔβαλεν ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα ὁ ποταμοὺς καὶ πηγαῖς καὶ θαλάσσαις, τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν ἐχούσας. Ἐννόησον μαθητὴν καθήμενον, καὶ τὸν Δεσπότην ἐπικαμπτόμενον, καὶ πρὸς γόνυ βλέποντα, ᾧ κάμπτει γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. Ἡ ταπείνωσις τοῦ Σωτῆρος πᾶσαν ἔσβεσεν ὑπερηφάνιαν· ἐκείνη ἡ ἐπιείκεια πᾶσαν ἔσβεσεν ἀλαζονείαν.

3'. Ὅταν ἴδω τὸν Σωτῆρα νίπτοντα τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, λέγω τὸ τοῦ Ἡσαΐου περὶ τῆς ἡμετέρας ὑπερηφανίας· *Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός;* Ἐννόησον ἐπικύπτοντα τὸν Δεσπότην πρὸς τοὺς πόδας τῶν οἰκετῶν καὶ νίπτοντα. Πῶς ταῦτα λαληθῇ, ἢ πῶς σιωπηθῇ; Λόγος οὐκ ἀρκεσθῇ, ἡ σιωπὴ ἀγνωμοσύνην ἡμῖν κατηγορεῖ. Καὶ τί ποιήσομεν καὶ εἰπεῖν μὴ ἰσχύοντες; *Ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν καὶ ἐκμάσσειν τῷ λεντίῳ.* Οὐδὲ ἓν ὑπηρεσίας εἶδος παρέλιπεν· οὐκ ἐπέτρεψε τὸ μὲν ὕδωρ ἐνθεῖναι παρ' ἄλλων, ἑαυτῷ δὲ νίψαι· οὐδὲ ἔνιψε μὲν αὐτὸς, ἄλλοι δὲ ἀπέμαξαν. Καὶ φαίνεται ἐνταῦθα ξένον τι μυστήριον εἰσηγούμενος τοῖς μαθηταῖς. Ἀγαπήσας, φησὶ, *τοὺς ἰδίους μαθητὰς, εἰς τέλος ἠγάπησε*, λέγει Ἰωάννης. *Καὶ τοῦ δείπνου γενομένου, ἤδη τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα παραδῷ αὐτὸν, ἀναστὰς ἀπέθετο τὰ ἱμάτια.* Οὐκ ἁπλῶς τοῦτο εἶπεν, ἀλλ' ἵνα δείξῃ, ὅτι ἤδη μελετήσαντος τοῦ προδότου τὴν παράδοσιαν οὐκ ὤκνησεν ὁ Σωτὴρ αὐτοῦ τοῦ προδότου τοὺς πόδας νίψαι· καὶ ἤδει αὐτοῦ τὸν δόλον, καὶ ἔνιψε. Τί οὖν; προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο. [b] Ἀεὶ μεταξὺ ἀδικούντων καὶ ἀδικουμένων ἐστὶν ἡ προσωποληψία. Ἐὰν μέντοι ὁ ἀδικούμενος τιμήσῃ τὸν ἀδικοῦντα, οὐ προσωποληψία ἐστὶν, ἀλλὰ ταπεινοφροσύνη· ἐὰν δὲ ὁ ἀδικούμενος λάθρα μὲν ἐργάζηται τὸ κακὸν, σχήματι δὲ φιλανθρωπεύηται, ἐκείνη ἐστὶν ὑπόκρισις. Οἷον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος λάβε τὴν ἀπόδειξιν· Ἤδει Ἰούδας ὁ παραδιδοὺς τὸν Δεσπότην, ὅτι ἀσεβὲς ἦν [246] αὐτοῦ· ᾧ γὰρ ἐπεβούλευε, τούτῳ φίλημα προσέφερεν. Ὁ δὲ Σωτὴρ ἀδικούμενος ἐτίμα τὸν ἀδικοῦντα, ὅπερ οὐκ ἦν ἀδικία, ἀλλὰ ταπεινοφροσύνης ὑπερβολή, καὶ παρὰ Θεῷ ἐπαινουμένη. καὶ παρὰ ἀνθρώποις θαυμαζομένη. Θέλεις ἰδεῖν σχῆμα; Βλέπε τὸν Ἰωὰβ τὸν ἀρχιστράτηγον τοῦ Δαυΐδ. Κατέσχε τὸν Ἀβνὴρ ἄλλον ἀρχιστράτηγον, καὶ φιλίας προσέφερε ῥήματα, καὶ λάθρα ἐνέπηξε τὸ ξίφος τῇ λαγόνι· ἀδελφὸν ἑκάλει, καὶ ὡς ἐχθρὸν ἀνῄρει. Διὰ τοῦτο κακὸν ἡ ὑπόκρισις. Ἀλλαχοῦ δὲ ὅταν ὁ ἀδικούμενος εὐεργετήσῃ τὸν ἀδικοῦντα, ἐπαίνου ἐστὶ τὸ ἔργον. Ὁ Ἰακὼβ ἐφοβεῖτο τὸν ἴδιον ἀδελφὸν τὸν Ἡσαῦ, καὶ παρεκάλει τὸν Θεὸν λέγων· *Ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀδελφοῦ μου, μὴ ἐλθὼν ἀποκτείνῃ με.* Ὅτε μέντοι εἶδεν αὐτὸν, τιμᾷ καὶ λέγει· *Εἶδον τὸ πρόσωπόν σου, ὡς ἂν τις ἴδῃ πρόσωπον Θεοῦ.* Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὡς πολέμιον, ὡς φονέα, ἐπειδὴ ἤδει, ὅτι οὐκ ἔλεγεν ἵνα ἐπιβουλεύσῃ, ἀλλ' ἵνα ἐπιβουλὴν φύγῃ, συνέγνω ὁ Θεός. Οὕτω τις ἐὰν φιλίας προσενέγκῃ ῥήματα, οὐχ ἵνα δολιεύσηται, ἀλλ' ἵνα τὸν δόλον ἐκφύγῃ, οὐκ ἀγανακτεῖ ὁ Θεός· αὐτοῦ γάρ ἐστι διδάσκαλος· *Λόγος ὑποπίπτων ἀποστρέφει ὀργήν.* Ἤδη οὖν, φησὶ, τοῦ διαβόλου βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα παραδοῦναι τὸν Σωτῆρα, ὁ Σωτὴρ νικῆσαι θέλων τὴν ἀγνωμοσύνην τῇ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τῇ ἐπιεικείᾳ τὴν ἀλαζονείαν λῦσαι, ἔνιψεν αὐτοῦ τοὺς πόδας. Ἐγὼ οὐ τοσοῦτον θαυμάζω τὸν Δεσπότην τὰ ἴδια ποιοῦντα (ἔργον γὰρ ἦν αὐτοῦ ἡ ἐπιείκεια), ὅσον ἐκεῖνον δόλου γέμοντα. Ποία καρδία προέτεινε τοὺς πόδας; πῶς ἔβλεπε τὰς ἁγίας χεῖρας τοῦ Δεσπότου περὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ στρεφομένας; πῶς οὐκ ἐνάρκησε; πῶς οὐκ ἔφριξεν; Ἀλλ' ὅμως ἡ ἀνεξίκακος φύσις μακροθυμεῖ. Φαίνεται δὲ καὶ πρῶτον νίψας αὐτόν. Διὰ τί; Εἰ μὴ ἔνιψε τοὺς πόδας τοῦ προδότου, ἀλλὰ νίπτων τῶν ἄλλων αὐτὸν κατέλιπε, κἀκεῖνο ἦν τοῦ Δεσπότου ἀλλότριον, καὶ ὁ Ἰούδας εὔλογον ἔλαβεν ἀφορμήν· Αὐτός με ἀφώρισεν, αὐτός με ἠλλοτρίωσε· πάντων ἔνιψε τοὺς πόδας, ἐμὲ δὲ κατέγνω. Ποία ψυχὴ ἐδυνάμην εἶναι μετ' αὐτοῦ; Εἶδεν ὁ Θεὸς καρδίαν συντετριμμένην, καὶ οὐκ ἠθέλησε τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ συντριβόμενον αὐτὸς συντρίψαι. Καὶ τοῦτο ἦν τὸ, *Κάλαμον συντετριμμένον μὴ κατεάξῃς.* Ὅμως ἔνιψε τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας. Ἦλθε τελευταῖον ἐπὶ τὸν Πέτρον. Ἐν ὅσῳ δὲ τοὺς ἄλλους ἔνιπτεν ὁ Σωτὴρ, ἐννοεῖ Πέτρος τὸ ἀξίωμα τοῦ Δεσπότου, καὶ τὴν εὐτέλειαν τῶν ἀνθρώπων, τὸ ταπεινὸν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν

[a] Hi quondam manca et vitiata esse videntur.

[b] Hic deesse videtur negatio οὐκ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δόξαν τοῦ δεδοξασμένου, καὶ ὥρισε παρ' ἑαυτῷ τὸ μὴ καταδέξασθαι. Ἦλθε πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτὴρ, καὶ λέγει ἐκεῖνος· *Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας;* σὺ ὁ νεκροὺς ἐγείρων, ὁ λεπροὺς καθαρίζων (τὸ γὰρ, *Σὺ*, πολλὴν ἔχει δύναμιν)· σὺ, ᾧ ἐγὼ ἐμαρτύρησα, ὅτι *Σὺ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*. Εἰ μὲν ἀπὸ ἀγνοίας εἶπον, συνέβη ἂν ὑπόνοιαν ἀνθρωπίνην εἶναι· εἰ δὲ σύ μου τὴν φωνὴν ἐσφράγισας λέγων, ὅτι *Ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν οὐρανοῖς ἀπεκάλυψέ σοι*, ἀνέχῃ οἰκέτου πόδας πλύναι χερσὶ Δεσπότου; *Οὐ μὴ νίψεις τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα*. Τί οὖν ὁ Σωτήρ; Διεσκέδασε τὴν φωνὴν αὐτοῦ. *Ὃ ποιῶ*, φησὶ, *νῦν σὺ οὐκ οἶδας, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα*· ἀντὶ τοῦ, Ἀγνοεῖς μου τὸν σκοπὸν τοῦ ποιοῦντος. Οὐκ ἠνείχετο, ἀλλὰ ταῦτα ἀκούσας λέγει· *Οὐ μή μου νίψεις τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα*. Ἔδειξε ψυχὴν ἀδάμαντος σκληροτέραν. Προσήνεγκε δὲ ὁ Σωτὴρ τὸ ἑαυτοῦ πῦρ, καὶ ἐποίησε τὴν ἀδάμαντα ψυχὴν ηρὸ ἁπαλωτέραν. Ὥστε, φησὶ, καὶ μονότονος καὶ φιλόνεικος λῦτόν σου τὴν ἔνστασιν. *Εἰ μή σου νίψω τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*. Καὶ ὁ μονότονος καὶ ὁ φιλόνεικος λέγει· *Κύριε, μὴ μόνον τοὺς πόδας, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν*. Τὸ κεφάλαιον ἀπεστέρει, καὶ μετὰ τόκου ἀπέδωκε. Χριστιανῶν ἦθος οὐκ ἔστιν μονότονον· οὐ δεῖ Χριστιανὸν ἐμφιλον ἦθος ἔχειν· οὐ δεῖ αὐτὸν ποικίλον εἶναι εἰς ἐπιβουλήν, ἀλλ' ἁπλούτροπον εἰς ἀρετήν· οἷον δεῖ εἶναι, φαιδρὸν μὲν ἐν καιρῷ φαιδρότητος, στυγνὸν δὲ ἐν καιρῷ λύπης, ὡς λέγει Παῦλος, *Χαίρειν μετὰ χαιρόντων*, νηστεύειν μετὰ νηστευόντων, *κλαίειν μετὰ κλαιόντων*. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ λέγει Παῦλος· *Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε*, [245] *πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε*. Οὐδὲν οὖν ὤνησεν ἡ Πέτρου μονοτονία· ἐλύθη γὰρ, ὡς καὶ ἄλλου. Ὅτε ἦλθεν ὁ Χριστὸς βαπτισθῆναι ὑπὸ Ἰωάννου, λέγει αὐτῷ ὁ Βαπτιστής· *Κύριε, ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;* Λέγει αὐτῷ ὁ Σωτήρ· *Ἄφες ἄρτι*. Μὴ φιλονείκει, μὴ ἀνθίστασο, ὅτι θεία ἐστὶν ἡ γνώμη. Μὴ πρὸ καιροῦ γυμνώσῃς τὸ ἀξίωμα· ἔασόν με πληρῶσαι τὴν τάξιν, καὶ δεῖξαι ἀληθῶς, ὅτι ἄνθρωπον ἔλαβον, ἵνα διὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἀληθινοῦ τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἀναπάνω. Μόνον εἶπεν, *Ἄφες ἄρτι*, καὶ εὐθέως ἐπισημαίνεται ὁ εὐαγγελιστής· *Τότε ἀφῆκεν αὐτὸν* βαπτισθῆναι. Ἐφιλονείκησεν ὡς εὐσεβὴς, καὶ ὑπήκουσεν ὡς φιλόθεος. Οὕτω καὶ Ἱερεμίας ἐφιλονείκησε τῷ Θεῷ· *Ὁ ὢν Δέσποτα Κύριε, σὺ οἶδας, ὅτι νεώτερός εἰμι. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Μὴ λέγε, ὅτι Νεώτερος ἐγώ εἰμι, ὅτι πρὸς οὓς ἂν ἐξαποστείλω σε, πορεύσῃ*. Ἔλυσε τὴν μονοτονίαν ἡ εὐτονία. Πάλιν ὁ Μωϋσῆς ἐμονοτόνησε λέγων, *Προχείρισαι ἄλλον· ἰσχνόφωνος γάρ εἰμι, καὶ βραδύγλωσσος*· ἀλλ' οὐκ ἐνέδωκεν.

γ'. Ἀλλ' εἰς τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν· Λέγει ὁ Σωτὴρ, *Ἐὰν μὴ νίψω σου τοὺς πόδας, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*. Ἐν τούτῳ ὀφείλομεν εἰδέναι, ὅτι μέρος τῶν πιστῶν ὁ Θεός ἐστι, καὶ μέρος τοῦ Θεοῦ οἱ πιστοί. Οἷον, ὅλος ὁ κόσμος τοῦ Θεοῦ ἐστι, οἴδε δὲ τοὺς πιστοὺς ὁ Θεός. Ὅλος ὁ κόσμος, φησὶν, ἐκτίσθη ὑπ' ἐμοῦ, ἀλλ' οὐδέν μοι διαφέρει, ἢ τὸ τῶν πιστῶν μέρος. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν πιστοὶ ἓδόων, ὡς ὁ Δαυὶδ· *Μερίς μου ὁ Κύριος ἐν γῇ ζώντων*· καὶ πάλιν· *Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου*. Ἡ δὲ Μαρία καθημένη πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ Δεσπότου, ἤκουσε τῆς διδασκαλίας, καὶ λέγει ὁ Σωτήρ· *Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς*. Ὁρᾷς, ὅτι τῶν πιστῶν ἡ μερὶς ὁ Θεός ἐστι; Λοιπὸν δεῖξαι ἀναγκαῖον, ποῦ ἡ μερὶς τοῦ Θεοῦ οἱ πιστοί. Λέγει Μωϋσῆς, *Ὅτε διεμέριζεν ἔθνη ὁ Ὕψιστος, διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ*· ἐπειδὴ ὅλος ὁ κόσμος ἦν αὐτοῦ, μόνος δὲ λαὸς αὐτοῦ ἤκουσεν Ἰακώβ. Οὕτω καὶ ὁ προφήτης Ἀμὼς λέγει· Καὶ εἶδον, *Καὶ ἰδοὺ ἐκάλεσε Κύριος τὴν δίκην ἐν πυρὶ, καὶ κατέφαγε τὴν ἄβυσσον τὴν πολλὴν, καὶ κατέφαγε τὴν μερίδα Κυρίου*, τὸν λαὸν λέγει. *Καὶ εἶπον*, φησὶ, *Κόπασον, Κύριε, ἀπὸ τοῦ Ἰακώβ, ὅτι ὀλίγοστός ἐστιν*, ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀναλώσῃς ἡμᾶς. Ταῦτα μὲν εἴρηται, διὰ τὸ λέγειν τὸν Σωτῆρα, *Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ*. Μερὶς οὖν τῶν πιστῶν ὁ Θεὸς, καὶ μερὶς τοῦ Θεοῦ οἱ πιστοί. Λέγει ὁ Πέτρος, *Κύριε, μὴ μόνον τοὺς πόδας μου νίψεις, ἀλλὰ καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὴν κεφαλήν*. Ἐνόμισεν ὁ Πέτρος, ὅτι ἡ ἀπόνιψις ἐκείνη ἁμαρτιῶν ἦν ἄφεσις, καὶ ἤθελε δι' ὅλου τοῦ σώματος λαβεῖν ἄφεσιν. Ἡ δὲ οὐχ ἁμαρτιῶν ἄφεσις ἦν, ἀλλ' εὐλαβείας ὑπόθεσις. Εἶτα λέγει ὁ Σωτὴρ, *Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει, εἰ μὴ μόνον τοὺς πόδας νίψασθαι· ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ τὸν λόγον, ὃν λελάληκα ὑμῖν*. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ταύτην ἔχει τὴν ἔξιν. Ὅτε δὲ ἀπένιψε τοὺς πόδας καὶ ἐξέμαξε, λαβὼν τὰ ἱμάτια ἀνέπεσεν. Ἐτήρησε [a] τοῦ δούλου τὴν μορφὴν, καὶ τὸ λοιπὸν ἀνακλίνεται ὡς Δεσπότης, καὶ λέγει μετ' αὐθεντίας, *Οὐκ οἴδατε τί πεποίηκα ὑμῖν*; Ἀντὶ τοῦ, Οὐκ ἐνοήσατε. *Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, Ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος; Καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ*. Ὧδε γυμνοῖ τὴν αὐθεντίαν. Ἐξέβαλε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ εἰσάγει τὴν τοῦ Θεοῦ. *Οὐχ ὑμεῖς λέγετε, Ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος; Εἰ οὖν ἐγὼ ὁ Κύριος καὶ ὁ Διδάσκαλος ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, πόσῳ μᾶλλον ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας; Ὑπόδειγμα γὰρ δέδωκά ὑμῖν* (ὁρῶ, ὅτι εὐλαβείας ἦν ὑπόθεσις), *ἵν', ὡς ἐποίησα ὑμῖν*, φησὶν, *οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀλλήλοις ποιῆτε*.

δ'. Τούτων οὕτω γενομένων προσέρχονται αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ λέγουσι· *Κύριε, ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;* Βλέπε Θεοῦ πρόγνωσιν. Λέγει, *Ἀπέλθατε εἰς τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος κεράμιον ὕδατος βαστάζων. Ἀκολουθήσατε αὐτῷ ὅπου ἂν ἔρχεται, καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰσέλθῃ, εἴπατε τῷ οἰκοδεσπότῃ· Ὁ διδάσκαλος λέγει, Ὁ καιρός μου ἐγγύς ἐστι· πρὸς σὲ ποιῶ τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου. Καὶ αὐτὸς ὑμῖν δείξει ἀνώγεον* [246] *ἐστρωμένον*. Τὰ δύο τηρεῖ, καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐφοδιάζει ἐρωτῆσαι τὸν οἰκοδεσπότην, καὶ ἵνα μὴ νοήσωσιν, ὅτι ἀγνοεῖ τὸν τόπον, λέγει αὐτοῖς· *Ὑμῖν δείξει ἀνώγεον μέγα ἐστρωμένον*. Εἰ προλέγεις τὸν τόπον, διὰ τί λέγεις τοῖς μαθηταῖς, Ἐρωτήσατε περὶ τοῦ τόπου; Πρὶν ἐρωτήσωμεν ἐμάθομεν. Ναὶ, φησὶ, καὶ μὰ πρέπει προλέγειν ὡς Θεῷ, καὶ ὑμῖν ἐρωτᾷν ὡς ἀνθρώποις. Οὐδαμοῦ δὲ Χριστὸς παραδίδωσι τὸ μυστήριον ἐν ταπεινοῖς τόποις, ἀλλ' ἐν τῇ ὀρεινῇ, ἢ ἐν ὑπερῴῳ· οὐδὲν γὰρ κατώγεον ἐπὶ Χριστοῦ. Διὰ τοῦτο ὅτε καὶ τὴν ἐπιφοίτησιν ἐδέχοντο τοῦ ἁγίου Πνεύματος οἱ ἀπόστολοι, ἐν ὑπερῴῳ ἦσαν συνηγμένοι. *Τότε*, φησὶν, *ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν ἑτοιμάσαι τὸ πάσχα*. Τίνες δὲ ἦσαν οὗτοι; Πέτρος καὶ Ἰωάννης. Διὰ τί δὲ παρὰ τοὺς δώδεκα Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἀπέστειλε; Πέτρος ἦν ὁ ὁμολογήσας, *Ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*· Ἰωάννης δὲ ἐμελλε κηρύττειν τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*. Ἀποστέλλει τὸν θεμέλιον τῆς πίστεως, καὶ τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, ἵνα ἐν μὲν τῷ θεμελίῳ πήξῃ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἐν δὲ τῷ υἱῷ τῆς βροντῆς ἀστραπὴ τὰ τῆς δικαιοσύνης ἐντάλματα. Πάλιν διὰ τί Πέτρον καὶ Ἰωάννην ἀποστέλλει; Ἵνα δειχθῇ, ὅτι καὶ τῆς σεμνογαμίας καὶ τῆς παρθενίας ἥπλωται τὸ δῶρον, καὶ γίνονται κοινωνοὶ τοῦ πάσχα καὶ οἱ ἐν σεμνογαμίᾳ, καὶ οἱ ἐν παρθενίᾳ καλῶς ζῶντες. Ἀποστέλλει παρθενίαν καὶ σεμνογαμίαν ἑτοιμάσαι αὐτῷ τὸ πάσχα· ὥσπερ ἐν τῷ ὄρει Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν παρέστησε, τὸν μὲν ἀπὸ σεμνογαμίας, τὸν δὲ ἀπὸ παρθενίας λάμποντα, ἵνα φανῇ σεμνογαμία καὶ παρθενία παρεστῶσαι τῷ Χριστῷ. *Ἐπιθυμίᾳ γὰρ ἐπεθύμησα μεθ' ὑμῶν τὸ πάσχα τοῦτο φαγεῖν*. Οὐκ ἀναγκαζόμενος βιάζεται, οὐκ ἀκούσιον τὸ πάθος. Ἀλλ' ἑκούσιος ἡ γνώμη. Εἰ ὁ Δεσπότης εὐεργετῶν εἶπεν, *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα*, τί εἴπωμεν ἡμεῖς; Προλαμβάνεις γὰρ τὰς φωνάς ἡμῶν, Δέσποτα, ἡμέτερα προλαμβάνεις ἁμαρτήματα, καὶ προλάμπεις ταῖς εὐεργεσίαις. Ἡμεῖς; ὀφείλομεν εἰπεῖν, Ἐπιθυμοῦμεν ἰδεῖν τὸ πάσχα, καὶ σὺ προλαμβάνεις; πηγὴ ἐπιθυμεῖ ποτὲ τῶν διψώντων, ἢ οἱ διψῶντες τῆς πηγῆς; τράπεζα ἐπιθυμεῖ τῶν πεινώντων, ἢ οἱ πεινῶντες τῆς τραπέζης; Ἡμῖν πρέπει λέγειν τὸ τοῦ Δαυὶδ, *Ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σὲ, ὁ Θεός*. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρόκειται τοῦ Σωτῆρος μυσταγωγία, αὐτὸ τὸ πάθος τὸ ἐνδοξον, αὐτὴ τοῦ πάθους ἡ παράδοσις, δεῖ τῷ λόγῳ παραχωρῆσαι τῷ καιρῷ, ἵνα καὶ διψῶντες ἀπολαύσωμεν, καὶ οἱ πιστοὶ στηριχθῶσι, καὶ οἱ μέλλοντες ζωτίζεσθαι τὸν ἀῤῥαβῶνα δέξωνται, καὶ φυλάξωνται οἱ πιστοί. Μὴ προφάσει τοῦ δώρου λύσῃς τῆς νηστείας τὸν δρόμον. Ὥσπερ ὁ τὴν ὁδὸν διανύων τὴν μακρὰν, καὶ διὰ τὴν τῶ

[a] Savil. Ισ. ἐξέβαλε.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

varet Servator, cogitabat Petrus dignitatem Domini, vilitatemque hominum; vilitatem hominum et gloriam ejus, qui ubique celebratur; et apud se decrevit lotionem non admittere. Venit ad eum Servator, et ait ille: *Domine, tu mihi lavas pedes* (*Joan.* 13. 6)? tu, qui mortuos suscitas, qui leprosos mundas, (illud enim *Tu*, magnam vim habet); tu, cui ego testificatus sum, *Tu es Christus, Filius Dei vivi* (*Matth.* 16. 16). Si ex ignorantia dixissem, id humanam fuisse conjecturam contigisset: si vero tu ipse vocem meam obsignasti dicens, *Pater meus cœlestis revelavit tibi* (*Ibid. v.* 17), an dominicis manibus servi pedes lavare sustinebis? *Non lavabis mihi pedes in æternum* (*Joan.* 13. 7. 8. 9). Quid ergo Servator? Vocem ejus confutavit dicens: *Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea;* ac si diceret: Scopum meum ignoras. Nec tamen ille repressus est; sed his auditis dixit: *Non lavabis mihi pedes in æternum.* Ostendit animam adamante duriorem. Protulit vero Servator ignem suum, et adamantinam animam reddidit cera molliorem. Itaque, inquit, tu ita rebellis et contentiose, solve institutum tuum. *Si non lavero tibi pedes, non habebis partem mecum.* Ille autem rebellis et contentiosus dixit: *Domine, non tantum pedes, sed et manus et caput.* Tota summa privabat, et cum usura reddidit. Non est mos Christianorum esse pervicaces; non oportet Christianum sui amantem esse; non decet esse ad insidias parandas callidum, sed sine fuco virtutem adire: quem esse oportet lætum lætitiæ tempore, mœstum vero tempore mœstitiæ, ut dicit Paulus, *Gaudere cum gaudentibus,* jejunare cum jejunantibus, *flere cum flentibus* (*Rom.* 12. 15). Hoc enim est quod dicit Paulus: *Sive manducatis, sive bibitis, omnia ad gloriam Dei facite* (1. *Cor.* 10. 31). Nihil ergo profuit Petro pervicacia: soluta quippe fuit ut in aliis. Quando Christus venit ut baptizaretur, dixit ei Baptista: *Domine, ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me* (*Matth.* 3. 14. 15)? Dicit illi Servator: *Sine modo.* Ne contendas, ne repugnes, quia divina est voluntas; ne ante tempus dignitatem reveles; sine me ordinem replere, et vere ostendere me hominem assumpsisse, ut per hominem verum, Deum verum exhibeam. Solum dixit, *Sine modo*, et statim significat evangelista, *tunc dimisit eum* baptizari. Contendit ut pius, et obedivit ut religiosus. Sic et Jeremias cum Deo contendit: *Qui es dominator, Domine, tu nosti quod puer sim. Et dixit Dominus ad me: Noli dicere, Puer sum, quia ad quos te mittam, ibis* (*Jer.* 1. 6. 7). Solvit pervicaciam auctoritas. Rursum Moyses restitit dicens: *Constitue alium: nam gracilis voce et tardus lingua sum* (*Exod.* 4. 13. 10). At non cessit ille.

3. Sed ad propositum revertamur. Dicit Servator: *Nisi lavero pedes tuos, non habebis partem mecum* (*Joan.* 13. 8). Hinc sciamus oportet partem fidelium esse Deum, et partem Dei esse fideles. Nimirum totus mundus Dei est, fideles autem novit Deus. Totus mundus, inquit, a me creatus est; at nihil ita curo, ut fidelium partem. Ideo fideles clamabant ut David: *Portio mea Dominus in terra viventium;* et rursum: *Dominus pars hereditatis meæ* (*Psal.* 141. 6. *et* 15. 5). Maria vero sedens ad pedes Domini, doctrinam audivit, et ait Servator: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea* (*Luc.* 10. 42). Viden' fidelium partem esse Deum? Necesse demum est ostendere, quomodo fideles pars Dei sint. Ait Moyses: *Quando dividebat Altissimus gentes, dispersit filios Adam: constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei; et facta est pars Domini populus ejus Jacob* (*Deut.* 32. 8. 9): quia mundus totus illius erat, solus autem populus ejus Jacob audivit. Sic et Amos propheta dicit: Et vidi, *Et ecce jussit Dominus ultionem in igne, et devoravit abyssum multam, et devoravit partem Domini*, nempe populum. *Et dixi: Desine, Domine, a Jacob, quia parvus numero est* (*Amos* 7. 4. 5); id est, Ne absumas nos. Hæc dicta sunt, quoniam Servator ait: *Nisi lavero te, non habebis partem mecum.* Portio ergo fidelium Deus est, et portio Dei fideles. Ait Petrus: *Domine, non tantum pedes meos* lavabis, *sed et manus et caput.* Putavit Petrus lotionem illam esse remissionem peccatorum, et toto corpore remissionem accipere optabat. Lotio autem non erat remissio peccatorum, sed pietatis argumentum. Deinde dicit Servator: *Qui lotus est, non opus habet nisi ut pedes lavet. Jam vos mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobis* (*Joan.* 13. 10. *et* 15. 3). Sed hæc quidem hujusmodi fuere. Postquam autem laverat et absterserat, accepit vestimenta sua et recubuit. Servavit servi formam, et postea ut Dominus recubuit, et cum auctoritate dicit: *Nescitis quid fecerim vobis?* Ac si diceret, Non intellexistis. *Nonne vos dicitis me Magistrum et Dominum? et bene dicitis; sum etenim.* Hic auctoritatem demonstrat. Ejecit formam servi, et induit Dei formam. *Nonne vos me dicitis Magistrum et Dominum? Si igitur ego Dominus et Magister lavi pedes vestros, quanto magis vos debetis alter alterius pedes lavare? Exemplum enim dedi vobis* (video pietatis exemplum fuisse), *ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos invicem faciatis* (*Joan.* 13. 12-15).

4. His ita gestis accesserunt ad eum discipuli ejus, et dixerunt: *Domine, ubi vis paremus tibi, ut manduces Pascha?* Vide Dei prascientiam. Ait, *Ite in civitatem, et occurret vobis homo lagenam aquæ portans. Sequimini eum quocumque ierit: et in quamcumque domum introierit, dicite domino domus: Magister dicit, Tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et ipse ostendet vobis cœnaculum stratum* (*Marc.* 14. 12-15. *Matth.* 26. 18). Duo observat, apostolorum viam dirigit ut interrogent dominum domus; et ne putent ipsum ignorare locum, ait illis: *Ostendet vobis cœnaculum grande stratum.* Si locum prædicis, cur discipulis ais, Interrogate de loco? Priusquam interrogaremus, jam didicimus. Etiam, inquit, me decet prædicere ut Deum, et vos par est interrogare ut homines. Nusquam autem Christus mysterium tradit in humilibus locis, sed in montibus, aut in cœnaculo: nihil enim in Christo infimum. Ideo cum apostoli supervenientem acceperunt Spiritum sanctum, in cœnaculo congregati erant. *Tunc*, inquit, *misit duos ex discipulis suis*, ut pararent Pascha. Quinam hi erant? Petrus et Joannes. Cur ex duodecim Petrum et Joannem misit? Petrus erat qui confessus fuerat, *Quia tu es Christus Filius Dei vivi* (*Matth.* 16. 17): Joannes vero prædicaturus erat, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (*Joan.* 1. 1). Mittit fundamentum fidei, et filium tonitrui; ut in fundamento pietatis mysterium figeret, et in filio tonitrui justitiæ præcepta fulgurarent. Rursus cur Petrum et Joannem mittit? Ut ostenderet honorabilis conjugii et virginitatis donum expandi; et Paschæ consortes esse tam honorabiles conjugatos, quam virgines, si recte vivant. Misit virginitatem et honorabile conjugium, ut parent sibi Pascha: ut in monte Moysen et Eliam exhibuit, quorum alius ex honorabili conjugio, alius ex virginitate fulgebat; ut et honorabile conjugium et virginitas Christo adstarent. Nam *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum* (*Luc.* 22. 15). Non vi cogitur, non coacta est passio; sed voluntarius animus. Si Dominus ut beneficium præstaret dixit, *Desiderio desideravi*, quid dicemus nos? Voces quippe nostras excipis, Domine, nostra suscipis peccata, et beneficiis præfulges. Nos dicere debemus, Desideramus videre Pascha: et tu nos prævertis? an fons unquam appetit sitientes, an sitientes fontem? an mensa appetit esurientes, an esurientes mensam? Nos dicere par est illud Davidis: *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus* (*Psal.* 41. 1). Sed quia propositum est Servatoris mysterium, ipsa gloriosa passio, ipsa passionis traditio, sermo tempori cedat oportet; ut et qui sitiunt fruantur, et fideles confirmentur, et qui illuminandi sunt, pignus accipiant, fidelesque custodiantur. Ne doni obtentu jejunii cursum solvas. Sicut qui longam emensus est viam,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ut corpus curet quiescit [1] sive in diversoriis, sive in aliis locis, viam non intercipit ; sed quiescit quidem ut corpus curet, a scopo autem susceptæ viæ non abscedit : sic et nobis bonorum suorum fructum dedit Servator, non ut deliciemur, sed ut carnem et animam fatiscentem curemus. Ne itaque mysteriorum obtentu alienum quidpiam inducas : ne quia ejus particeps es, gratiam crapulæ sororem esse putes. Hæc observent, non fideles modo, sed etiam catechumeni. Ante largitionem doni dignitatem ostende. Quid opus est verbis ? Conscientiam tuam examina. Qua fiducia accedit is, qui jejunium violavit ? Revera hodie accedit, et nemine incusante, conscientia te redarguet. Vidistin' unquam aliquem qui accusatorem secum ferat ? Habeto potius conscientiam tibi patrocinantem. Hodierna dies, id est, sancta hæc mystagogia, non jejunii cursum expetit, neque mystagogiam illam in sancto Paschate ; sed quia in hac est passionis traditio, in illa vero resurrectionis ; consortes ejus simus et resurrectionis participes. Hodie consortes simus passionis, tunc resurrectionis : hodie hujus consortes ne nos deliciis dedamus, sed lacrymis ; nam post resurrectionem mœstitia non est. Nunc Christus patitur, et tu deliciaris ? Nescis multos sæpe procerum objurgatos fuisse, quod in regio luctu deliciati essent, et supplicio affectos fuisse ? Tu vero dum vides Dominicam passionem adhuc in cruce fulgentem, necdum adveniente resurrectione resurrectionis lætitiam præoccupans, te deliciis dedisti ? Hæc dico, non quod ipsum Servatorem luctu prosequi oporteat, quasi luctu digna perpessus sit ; sed quia nos par est gratum animum exhibere, ut consortes facti ejus passionis, consortes simus etiam resurrectionis : quia ipsum Dominum decet gloria, honor, adoratio, una cum Patre et sanctissimo vivificoque Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[1] Præstat forte legere, *etiamsi, ut corpus curet, quiescat.*

ADMONITIO.

Hunc Chrysostomi non esse statim quivis dicet vel mediocriter peritus, nec est ea in re diutius immorandum. Sed, quod observandum est, post hunc sequitur apud Savilium sermo alius cui titulus, Εἰς τὴν ζωοφόρον ταφήν etc., *In vivificam sepulturam.* Initium vero, Εἴδετε χθὲς λῃστοῦ εὐγνωμοσύνην, καὶ Ἰουδαίων μανίαν, *Vidistis heri latronis probitatem, et Judæorum insaniam.* Quod exordium ita concinnatum est, ut suadeatur, eumdem esse qui præcedentem de latrone, et hanc de sepultura Christi concionem

IN LATRONEM ET IN PRODITIONEM SERVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI.

1. O quanta vis est nostræ fidei ! o quantum valet precatio populi Christi amantis pro sacerdote peccatore supplicantis ! Ne te hic ordiendi modus stupore percellat : illud enim divino Paulo doctore vobis dicere didici, qui hæc in epistolis suis clare dicit discipulis : *Precamini pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei* (*Ephes.* 6. 19). Si vero Paulus, vas electionis, homo cælestis, gratiæ orator, precationibus discipulorum suorum opus habuit, quanto magis ego, quem omnes peccatorem esse nostis ? Attamen vel publicanus, qui a malo instituto se removit, discipulus Domini factus est. Scio quoque meretricem pœnitentiæ lacrymas Domini vestigiis offerentem, meretricias famosas sordes abluisse : scio etiam prudentem illum latronem, res magnas per fidem rapuisse : nam furti hujusmodi lucrum paradisus fuit. Sentio et ego me eamdem anchoram arripuisse. Talem quippe habemus Dominum clementem, qui acceptam habens sinceram nostram precationem, statim misericordiam suam impertit. Nam legem dedit ; sed cum lex illa umbram solum futurorum bonorum haberet, non autem ipsam rerum veritatem, illuminare non potuit. Propheticam vero turbam quasi legatum misit ; verum propheticus ille populus, a morte detentus, clamavit dicens : *Ego sum terra et cinis* (*Gen.* 18. 27). Angelus immutabilis manendo incarnari non poterat. *Non angelus*, inquit, *non legatus redemit eos, sed ipse Dominus* (*Isai.* 63. 9). Vidit enim orbem auxilio destitutum, et ad ipsum clamantem : *Inclina, Domine, cælos tuos, et descende* (*Psal.* 143. 5). Nam si tu, inquit, ad nos non descenderis, nos per alium ad te non possumus ascendere : Vidit ergo, nec despexit deprecationem ; sed inclinavit cælos et descendit in terram, nec se vacuos cælos reliquit. Conceptus est in virginea vulva, toto orbe ampliore. Quem enim capere non potuit patriarchale tugurium, virginea vulva complexa est. Incarnatus est, ut ipse novit, non ut interpretantur hæretici, qui dum ea quæ sibi propria sunt ignorant, divina metiuntur. Natus est, ut sibi placuit. In lignum ascendit, qui lignum paradisi sanavit, et clamat : *Torcular calcavi solus, et nemo mecum erat* (*Isai.* 63. 3), non angelus, non legatus, non archangelus, non propheta, non rex, nemo justorum mecum erat : et unus solus mecum erat, qui non mecum mortem contrivit, sed mecum paradisum in hæreditatem accepit : mecum in ligno, non mecum in bello contra mortem suscepto. Nam *Dominus*, inquit, *conterens bella, Dominus nomen illi* (*Judith* 16. 3). Unus latro confessus est. O res stupendas et novas ! Latro cum Christo, et discipulus Judas cum diabolo : lux in tenebras, et tenebræ in lucem mutatæ sunt : agnus lupus, et lupus agnus factus est. Latro manus habens clavis confixas, fideli voce Dominum salutabat dicens : *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum* (*Luc.* 23. 42) ; et discipulus labiis osculum offerens, corde gladium paravit : labiis læta dicebat, et corde dolum eructabat, dicens : *Ave, Rabbi* (*Matth.* 26. 49) ; deinde osculatur eum, et conversus dicit Judæis tumultu, non voce, Ligatum illum abducite. O inique Juda, quo duci jubes eum qui dixit, *Cælum mihi thronus est, et terra scabellum pedum meorum* (*Isai.* 66. 1) ?

2. Sed video caritatem vestram ardentiorem, et corpus in angustiis : volebamque hic finem dicendi facere ; sed quia vestrum audiendi studium, ut pluribus persequar, me hortatur, ad sermonis seriem revertamur. *Ave*, inquit, *Rabbi.* Clemens vero Dominus, patientia nequitiam proditoris vincens, recte dixit : *Amice, ad quid venisti ?* Amplector te, Juda, non ut caritatem indam, quam abjecisti ; sed ut evacuem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σώματος θεραπείαν ἀναπαύσεται [a] εἴτε ἐν δοχείοις, εἴτε ἐν ἄλλοις τόποις, οὐ παύεται τῆς ὁδοῦ, ἀλλ' ἀναπαύεται μὲν ἐπὶ τὸ θάλψαι τὸ σῶμα, τοῦ δὲ σκοποῦ τῆς ὁδοιπορίας οὐκ ἀφίσταται· οὕτω καὶ ἡμῖν ἔδωκε τὴν ἀπόλαυσιν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ ὁ Σωτήρ, οὐχ ἵνα τρυφήσωμεν, ἀλλ' ἵνα τὴν σάρκα, καὶ τὴν ψυχὴν κάμνουσαν θεραπεύσωμεν. Μὴ τοίνυν προφάσει τῶν μυστηρίων εἰσαγάγῃς τὸ ἀλλότριον· μὴ, ἐπειδὴ μεταλαμβάνεις, νομίσῃς ἀδελφὴν τὴν χάριν εἶναι τῆς κραιπάλης. Ταῦτα δὲ φυλατέσθωσαν μὴ οἱ πιστοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κατηχούμενοι. Πρὸ τῆς δωρεᾶς δεῖξον τὸ ἀξίωμα τοῦ δώρου. Τίς χρεία λόγου; Τὴν συνείδησίν σου ἐξέτασον. Ποίᾳ παῤῥησίᾳ προσέρχεται ὁ κλέψας τὴν νηστείαν; Ἀληθῶς προσέρχῃ αὔριον, καὶ μηδενός σου κατηγοροῦντος ἡ συνείδησίς σου κατηγορήσει. Εἶδες οὖν τινά ποτε μεθ' ἑαυτοῦ κατήγορον φέροντα; Μᾶλλον ἔχε συνήγορον τὴν συνείδησιν. Ἡ σήμερον ἡμέρα, τουτέστιν ἡ ἁγία αὕτη μυσταγωγία, οὐ θέλει τῆς νηστείας τὸν δρόμον, οὐδὲ τὴν ἐν τῷ ἀγίῳ πάσχα μυσταγωγίαν· ἀλλ' ἐπειδή ἔστι μὲν ἐν αὐτῇ τοῦ πάθους ἡ παράδοσις, ἐν ἐκείνῃ δὲ τῆς ἀναστάσεως ἡ ἀπόδειξις, γενώμεθα κοινωνοὶ, καὶ τῆς ἀναστάσεως μέτοχοι. Σήμερον κοινωνήσωμεν τῷ πάθει, τότε τῇ ἀναστάσει· σήμερον κοινωνοῦντες μὴ εἰς σπατάλην ἐκδῶμεν ἑαυτοὺς, ἀλλ' εἰς δάκρυα· μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν οὐκ ἔστι λύπη. Ἀκμὴν ἐν πάθει ὁ Δεσπότης, καὶ σὺ τρυφᾷς; [247] Οὐκ οἶδας, πῶς πολλοὶ πολλάκις καὶ τῶν μεγάλων μέμψιν ὑπέστησαν ἐπὶ βασιλικῷ πένθει τρυφήσαντες, καὶ τιμωρίαν ὑπέσχον; Σὺ δὲ βλέπων τὸ Δεσποτικὸν πάθος ἔτι ἐπὶ σταυροῦ λάμπον, οὐδέπω τῆς ἀναστάσεως φέρων τὸν λόγον, προλαβὼν τῆς ἀναστάσεως τὴν εὐφροσύνην, σπατάλῃ ἑαυτὸν ἐξέδωκας; Ταῦτα λέγω, οὐχ ὅτι δεῖ πενθεῖν αὐτὸν τὸν Σωτῆρα, ὡς ἄξια πένθους ὑποστάντα, ἀλλ' ὅτι χρὴ ἡμᾶς τὴν οἰκείαν εὐγνωμοσύνην ἐπιδείκνυσθαι, ἵνα κοινωνήσαντες αὐτοῦ τῷ πάθει, κοινωνοὶ γενώμεθα τῆς ἀναστάσεως· ὅτι αὐτῷ πρέπει τῷ Κυρίῳ ἡ δόξα, ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Savil. legendum conjicit ἀναπαυόμενος. Præstat fort. legere κἂν διὰ.... ἀναπαύσηται.

IN SEQUENTEM DE LATRONE SERMONEM.

emisit. Idque dolo machinatus est Graeculus quispiam. Verum, ut certum est priorem homiliam non esse Chrysostomi, ita vel ex stylo statim perspicuum est, posteriorem sancti doctoris esse. Est autem ejusdem homilia octogesima nona in Matthæum, quam repetitionis vitandæ causa prætermisimus. Epilogus vero moralis ex diversis Chrysostomi locis consarcinatus fuit.

Εἰς τὸν λῃστὴν, καὶ εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

α'. Ὢ πόση δύναμις τῆς ἡμετέρας πίστεως! ὦ πόσον ἰσχύει δέησις φιλοχρίστου λαοῦ ὑπὲρ ἁμαρτωλοῦ ἱερέως πρεσβεύουσα! Καὶ μὴ ξενίσῃ σε τὸ λεγόμενον· τοῦτο γὰρ παρὰ τοῦ θεσπεσίου Παύλου λέγειν πρὸς ὑμᾶς δεδίδαγμαι, διαῤῥήδην ἐν ταῖς οἰκείαις Ἐπιστολαῖς τοῖς μαθηταῖς ἐπιστέλλοντος· *Προσεύχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα δοθῇ μοι λόγος ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματός μου.* Εἰ δὲ Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ὁ οὐράνιος ἄνθρωπος, ὁ τῆς χάριτος ῥήτωρ, δωρεὰν παρὰ τῶν οἰκείων μαθητῶν προσευχῶν ἐδέετο, πόσῳ μᾶλλον ἐγὼ, ὃν πάντες ἁμαρτωλὸν ἐγνώκατε! Ἀλλ' ὅμως καὶ τελώνης ποτὲ τοῦ πονηροῦ σκοποῦ μεταθέμενος, ἐγένετο μαθητὴς τοῦ Κυρίου· οἶδα δὲ καὶ πόρνην δάκρυα μετανοίας τοῖς Δεσποτικοῖς ἴχνεσι προσενέγκασαν. καὶ τὸν πολυθρύλλητον τῆς πορνείας μολυσμὸν ἀποπλύναν· οἶδα καὶ τὸν λῃστὴν ἐκεῖνον τὸν φρόνιμον, τὸν καλῶς διὰ πίστεως τὰ μεγάλα συλήσαντα· τῆς γὰρ τοιαύτης αὐτοῦ λῃστείας τὸ κέρδος παράδεισος γέγονεν. Αἰσθάνομαι κἀγὼ τῆς τοιαύτης ἀγκύρας ἐπιλαβόμενος. Τοιοῦτον γὰρ ἔχομεν Δεσπότην φιλάνθρωπον, ὅστις μόνον εἰλικρινῶς δεξάμενος παρ' ἡμῶν τὴν δέησιν, εὐθέως τὸν ἔλεον ἀντιδίδωσι. Νόμον γὰρ ἔδωκεν· ἀλλὰ σκιὰν ἔχων ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν, φωτίσαι οὐκ ἴσχυσε. Προφητικὸν δῆμον ὡς πρέσβυν ἀπέστειλεν· ἀλλὰ καὶ ὁ προφητικὸς δῆμος κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ θανάτου ἐβόησε λέγων· *Ἐγώ εἰμι γῆ καὶ σποδός.* Ἄγγελος ἀτρέπτως σαρκοῦσθαι οὐκ ἠβύνατο. *Οὐκ ἄγγελος, φησὶν, οὐ πρέσβυς ἐλυτρώσατο αὐτούς,* [248] *ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος.* Εἶδε γὰρ τὴν οἰκουμένην βοηθείας ἐστερημένην, καὶ βοῶσαν πρὸς αὐτόν· *Κλῖνον, Κύριε, τοὺς οὐρανούς σου, καὶ κατάβηθι.* Ἐὰν γὰρ σὺ, φησὶ, μὴ καταβῇς πρὸς ἡμᾶς, ἡμεῖς δι' ἄλλου τινὸς πρὸς σὲ ἀνελθεῖν οὐ δυνάμεθα. Εἶδεν οὖν, καὶ οὐ παρεῖδε τὴν δέησιν, ἀλλ' ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατῆλθεν ἐπὶ γῆς, μὴ κενώσας τοὺς οὐρανούς. Συνελήφθη ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ πλατυτέρᾳ πάσης κτίσεως. Ὃν γὰρ οὐκ ἐχώρησε καλύβη πατριαρχικὴ, αὐτὸν ἐχώρησε μήτρα παρθενική. Ἐσαρκώθη, ὡς οἶδεν αὐτὸς, οὐχ ὡς ἑρμηνεύουσιν οἱ αἱρετικοὶ, οἱ τὰ οἰκεῖα ἀγνοοῦντες, καὶ τὰ θεῖα μετροῦντες. Ἐτέχθη, ὡς ηὐδόκησεν. Ἐπέβη τῷ ξύλῳ τὸ ξύλον τοῦ παραδείσου ἰασάμενος καὶ βοᾷ· *Ληστὴν ἐπάτησα μόνος, καὶ οὐδεὶς ἦν μετ' ἐμοῦ,* οὐκ ἄγγελος, [οὐ πρέσβυς, οὐκ ἀρχάγγελος,] οὐ προφήτης, οὐ βασιλεὺς, οὐδεὶς τῶν δικαίων μετ' ἐμοῦ· καὶ εἷς μόνος μετ' ἐμοῦ, οὐ μετ' ἐμοῦ συνέτριψε τὸν θάνατον, ἀλλὰ μετ' ἐμοῦ ἐκληρονόμησε τὸν παράδεισον· μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τοῦ ξύλου, οὐ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ πολέμῳ τοῦ θανάτου. *Κύριος* γὰρ, φησὶ, *συντρίβων πολέμους, Κύριος ὄνομα αὐτῷ.* Εἷς λῃστὴς ὡμολόγησεν. Ὢ τῶν ξένων καὶ παραδόξων πραγμάτων! ὁ λῃστὴς μετὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ μαθητὴς Ἰούδας μετὰ τοῦ διαβόλου· τὸ φῶς γέγονε σκότος, καὶ τὸ σκότος εἰς φῶς μετεβάλ[λ]ετο· ὁ ἀμνὸς λύκος, καὶ ὁ λύκος ἀμνός. Ὁ λῃστὴς τὰς χεῖρας τοῖς ἥλοις ἐμπεπαρμένος, πιστῇ φωνῇ τὸν Δεσπότην ἠσπάζετο λέγων, *Μνήσθητί μου, Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου·* καὶ ὁ μαθητὴς φίλημα προσφέρων τοῖς χείλεσι, τῇ καρδίᾳ τὸ ξίφος ηὐτρέπισε· τοῖς χείλεσι χαρὰν ἐφθέγγετο, καὶ τῇ καρδίᾳ δόλον ἠρεύξατο, *Χαῖρε*, λέγων, *Ῥαββί·* εἶτα καὶ φιλεῖ αὐτὸν, καὶ στρεφόμενος ἔλεγε τοῖς Ἰουδαίοις, νεύματι, οὐ ῥήματι· Δήσαντες αὐτὸν ἀπενέγκατε. Ὢ παράνομε Ἰούδα, ποῦ προστάσσεις ἀπάγεσθαι τὸν λέγοντα, *Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου;*

β'. Ἀλλ' ὁρῶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν προθυμοτέραν, καὶ τὸ σῶμα στενοχωρουμένου· καὶ ἠβουλόμην ἐνταῦθα καταπαῦσαι τὸν λόγον· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ὑμέτερον φιλήκοον προτρέπεται ἡμᾶς μηκῦναι τὸν λόγον, πρὸς τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου ἐπανέλθωμεν. *Χαῖρε*, φησὶ, *Ῥαββί.* Ὁ δὲ φιλάνθρωπος Δεσπότης, νικῶν τῇ ἀνεξικακίᾳ τοῦ προδότου τὴν πονηρίαν, καλῶς εἶπεν, *Ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει,* Ἀσπάζομαί σε, Ἰούδα, οὐχ ἵνα ἀγάπην δωρήσωμαι, ἣν ἀπεβάλου, ἀλλ' ἵνα κενώσω τὴν χάριν, ἣν δέδωκά σοι· ἀνάξιον γὰρ ἀγγεῖον ἐπουράνιον μύρον βαστάζειν οὐ δύναται. Τί δὲ λέγω περὶ Ἰούδα; Πέτρος ὁ τὴν κλεῖδα τῆς βασιλείας δεξάμενος, βλέπων τὸν Βασιλέα τῆς δόξης σταυρούμενον, ῥίψας τὰς κλεῖς ἔφυγε· καὶ ὁ λῃστὴς ἐ τὰς θύρας ὑπανοίγων τῶν ἀνθρώπων, αὐτὸς τὰς κλεῖς τοῦ παραδείσου ἥρπασε. Πέτρος ὁ λέγων, *Κἂν δέῃ με σὺν*

Digitized by Google Использование текста ABK/FR

σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι, τρίτον ἀπηρνήσατο· καὶ ὁ λῃστὴς οὐ λόγοις ἐπαγγειλάμενος, ἀλλ' ἔργοις συναποθνήσκων τῇ ἀναστάσει, ἔλεγε· *Κύριε, μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Ὁ λῃστὴς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας οὐκ ᾐδέσθη, καὶ ὁ Πέτρος ἀπειλὴν κόρης οὐχ ὑπήνεγκεν· ὁ λῃστὴς ἔκραξε, *Κύριε*, καὶ ὁ Πέτρος, *Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον τοῦτον*, ὃν πρὸ μικροῦ Υἱὸν Θεοῦ ἐκάλει. Πέτρος ὁ διὰ θαλάσσης περιπατήσας, τὸν πεζεύσαντα τὴν ὑγρὰν φύσιν ἠρνήσατο· καὶ ὁ λῃστὴς οὐκ ἐπὶ νῶτα θαλάσσης βαδίσας, ἀλλ' ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων πύλας, ἔκραζε, *Κύριε*. Οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, οἱ λέγοντες, *Δυνάμεθα πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ μέλλεις πίνειν* (τοῦτο γὰρ ἦν), ἐν καιρῷ τοῦ ποτηρίου ἔφυγον· καὶ ὁ λῃστὴς ἥρπασεν ἐκ χειρὸς τῶν Ζεβεδαίου τὸ τοῦ σωτηρίου ποτήριον, λέγων· *Ποτήριον σωτηρίου λήψομαι, καὶ τὸ ὄνομα Κυρίου ἐπικαλέσομαι.* Θωμᾶς ὁ τοῦ ἀκαταλήπτου μυστηρίου περίεργος ἐρευνητὴς, ἔφασκε τοῖς συμμαθηταῖς· *Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν σὺν αὐτῷ*· καὶ ἰδὼν αὐτὸν σταυρούμενον ἔφυγε. Σταυρούμενον βλέπει, καὶ φεύγει· ἀνιστάμενον βλέπει, καὶ διστάζει λέγων· *Ἐὰν μὴ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω.* Ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ δι' ἓν πρόβατον κατεληλυθὼς, τοῦ ἑνὸς προβάτου οὐ κατεφρόνησεν· [249] ἀλλ' αἴρει αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὤμων, καί φησι· *Φέρε τὴν χεῖρά σου ὧδε, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου.* Λόγχης στρατιωτικῆς ἠνεσχόμην, καὶ δεξιᾶς ἀποστολικῆς οὐκ ἀνέξομαι; Ἀλλ' ὦ τῶν καλῶν λῃστὰ (πρὸς σὲ γάρ μοι ὁ λόγος), λῃστεύειν ἔμαθες, πιστεύειν οὐκ ἐδιδάχθης· οὐ γέγονας μαθητὴς, καὶ πῶς Δημιουργὸν καλεῖς λέγων· *Κύριε, μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου;* Καλῶς ἐλάλησας, εὐσεβῶς ἐπίστευσας. Ἐπικινδύνως πολλάκις ἐσύλησας, πλουσίων πολλάκις ἤνοιξας θησαυροὺς, καὶ τοιοῦτον μαργαρίτην οὐχ εὗρες ὡς τὸν Χριστόν. Ἀπόστολος οὐ γέγονας, οὐκ ἤκουσας τοῦ νομοθέτου λέγοντος, Ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην· καὶ πῶς ἀπὸ ξύλου ἐτρύγησας τὴν ζωήν; Οὐκ ἤκουσας Ἡσαΐου λέγοντος· Τῷ μώλωπι τοῦ πάθους αὐτοῦ τὰ τῶν ἀνθρώπων πάθη τὴν ἴασιν δέχεται· καὶ πῶς πάθεσιν εὗρες ἴαμα; Ναὶ, φησὶν ὁ λῃστής· βλέπω τὴν κτίσιν πᾶσαν δονουμένην καὶ τρέμουσαν, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου κρεμάμενον Δεσπότην γνωρίζω τῆς κτίσεως. Εἰ μὴ γὰρ ἦν οὗτος Ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ ἥλιος οὐκ ἂν βλέπων αὐτὸν γυμνούμενον, αἰδούμενος τὰς οἰκείας ἀκτῖνας ἀπέκρυψε, καὶ τοὺς θεομάχους ἐσκότισεν. Εἰ μὴ ἦν οὗτος Ποιητὴς οὐρανοῦ καὶ γῆς, οὐκ ἂν βλέπων αὐτὸν ὁ οὐρανὸς σταυρούμενον, τὸ σκότος ὡς σάκκον περιεβάλλετο. Εἰ μὴ ἦν οὗτος Δεσπότης πάσης τῆς γῆς, οὐκ ἂν ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ δεξαμένη τὸ αἷμα, ἐκ τῶν θεμελίων ἐσαλεύθη. Εἰ μὴ ἦν οὗτος ζωῆς καὶ θανάτου Δεσπότης, οὐκ ἂν προσεγγίζων αὐτῷ ὁ θάνατος κατεβλήθη, καὶ τὰ τῶν ἁγίων μνήματα ἀνεῴχθησαν. Εἰ μὴ ἦν οὗτος Κύριος τοῦ ναοῦ, οὐκ ἂν βλέπων αὐτὸν ὁ ναὸς σταυρούμενον, τὸ οἰκεῖον καταπέτασμα περιέσχισεν. Εἰ μὴ ἦν οὗτος ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τῶν ἁμαρτωλῶν, οὐκ ἂν ἐπρέσβευσεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν λέγων· *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν.* Ὁ γὰρ τούτου θάνατος πάντα συνέστησε. Κατέρχεται γὰρ εἰς τὸν ᾅδην, καὶ μετὰ πάντων ἀνέρχεται. Διὰ τοῦτο κράζω λέγων· *Κύριε, μνήσθητί μου.* Οὐχ ὡς δοῦλον παρακαλῶ, *Μνήσθητί μου, ὅταν εὖ σοι γένηται*, ἀλλὰ, *Μνήσθητί μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.* Καὶ τί πρὸς αὐτὸν ὁ Δεσπότης; *Ἀμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Λεγέτωσαν οἱ ἀκριβεῖς λογοθέται τῆς ἀκαταλήπτου γεννήσεως, πῶς ἔλεγε τῷ λῃστῇ, *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ;* Πρῶτον τοῦτο ἑρμηνευσάτωσαν, καὶ τότε τὸν ἄῤῥητον αὐτοῦ τόκον, ὃν προφητικῶς βοᾷ, *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ;* Ταύτην ἐπλάτυναν οἱ Πατέρες τὴν πίστιν, οὕτως ἐδόξασαν τὸν ἀπερίληπτον, πιστεύοντες, καὶ μὴ πολυπραγμονοῦντες. *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Εἶπε, καὶ γέγονεν. Ἀλλ', ὦ φιλάνθρωπε Δέσποτα, πάντες οἱ δίκαιοι ἔξω τοῦ παραδείσου ἑστήκασι, καὶ λῃστὴν εἰς παράδεισον εἰσάγεις; Ναὶ, λῃστὴν πρῶτον εἰσάγω εἰς τὸν παράδεισον, ἵνα πείσω τὸν κόσμον, ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

IN SEQUENTES DE PASCHATE SERMONES.

Qui primus occurrit sermo brevissimus, fragmentum est, non Chrysostomo dignum; sed melioris tamen notæ, quam sequentes, qui a scriptore non indocto quidem, sed admodum intricato profecti sunt.

Septem postea sermones sequuntur ejusdem scriptoris, qui tanta obscuritate præditus est, quanta gaudet perspicuitate Chrysostomus. Stylus omnino perplexus atque ferreus. In scopo autem habet scriptor omnia quæ de agno paschali a Judæis in Ægypto mactato in capite duodecimo Exodi feruntur, ad Christum mactatum pro salute mundi referre. Et quidem ea in re consentiunt Christiani omnes, agnum illum olim im-

---

[250] *Κατηχητικὸς εἰς τὸ ἅγιον πάσχα.*

—

Εἴ τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος, ἀπολαυέτω τῆς καλῆς ταύτης πανηγύρεως· εἴ τις δοῦλος εὐγνώμων, εἰσελθέτω χαίρων εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου αὐτοῦ· εἴ τις ἔκαμε νηστεύων, ἀπολαβέτω νῦν τὸ δηνάριον· εἴ τις ἀπὸ πρώτης ὥρας εἰργάσατο, δεχέσθω σήμερον τὸ δίκαιον ὄφλημα· εἴ τις μετὰ τὴν τρίτην ἦλθεν, εὐχαριστῶν ἑορτάσῃ· εἴ τις μετὰ τὴν ἕκτην ἔφθασε, μηδὲν ἀμφιβαλλέτω· καὶ γὰρ οὐδὲν ζημιοῦται· εἴ τις ὑστέρησεν εἰς τὴν ἐννάτην, προσελθέτω μηδὲν ἐνδοιάζων· εἴ τις εἰς μόνην ἔφθασε τὴν ἐνδεκάτην, μὴ φοβηθῇ τὴν βραδυτῆτα. Φιλότιμος γὰρ ὢν ὁ Δεσπότης δέχεται τὸν ἔσχατον, καθάπερ καὶ τὸν πρῶτον· ἀναπαύει τὸν τῆς ἐνδεκάτης, ὡς τὸν ἐργασάμενον ἀπὸ τῆς πρώτης· καὶ τὸν ὕστερον ἐλεεῖ, καὶ τὸν πρῶτον θεραπεύει· κἀκείνῳ δίδωσι, καὶ τούτῳ χαρίζεται. Καὶ τὴν πρᾶξιν τιμᾷ, καὶ τὴν πρόθεσιν ἐπαινεῖ. Οὐκοῦν εἰσέλθητε πάντες εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ πρῶτοι καὶ δεύτεροι τὸν μισθὸν ἀπολάβετε, πλούσιοι καὶ πένητες μετὰ ἀλλήλων χορεύσατε, ἐγκρατεῖς καὶ ῥᾴθυμοι τὴν ἡμέραν τιμήσατε, νηστεύσαντες καὶ μὴ νηστεύσαντες εὐφράνθητε σήμερον. Ἡ τράπεζα γέμει, τρυφήσατε πάντες· ὁ μόσχος πολὺς, μηδεὶς ἐξέλθοι πεινῶν. Πάντες ἀπολαύσατε τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος. Μηδεὶς θρηνείτω πενίαν· ἐφάνη γὰρ ἡ κοινὴ βασιλεία· μηδεὶς ὀδυρέσθω τὰ πταίσματα· συγ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

gratiam, quam dedi tibi : vas enim indignum unguentum cæleste ferre nequit. Quid porro dicam de Juda? Petrus qui clavem regni cælorum accepit, Regem gloriæ videns crucifixum, abjectis clavibus aufugit : et latro qui hominum fores aperiebat, ipse claves paradisi rapuit. Petrus qui dixit, *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo* (*Matth.* 26. 35), ter negavit ; et latro qui non voce promiserat, sed re cum ipsa resurrectione moriebatur, dicebat : *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Latro principatus et potestates non metuit ; et Petrus puellæ minas non tulit. Latro clamabat, *Domine ;* et Petrus, *Non novi hunc hominem*, quem paulo ante Filium Dei vocabat. Petrus qui supra mare ambulavit, eum qui pedibus humidam naturam calcabat, negavit ; et latro qui supra dorsa maris non ambulaverat, sed divitum fores adierat, clamabat, *Domine.* Filii Zebedæi dicebant, *Possumus bibere calicem, quem bibiturus es* (*Matth.* 20. 22) ; hic jam calix aderat, at illi calicis tempore fugerunt : latro autem ex manu filiorum Zebedæi calicem salutaris rapuit, dicens : *Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invocabo* (*Psal.* 115. 4). Thomas, incomprehensibilis mysterii curiosus indagator, condiscipulis dicebat : *Eamus et nos, ut moriamur cum illo* (*Joan.* 11. 16) ; et cum illum crucifixum vidit, aufugit. Crucifixum videt, et fugit ; suscitatum videt, et dubitat, dicens : *Nisi misero digitum meum in fixuram clavorum, et manum meam in latus ejus, non credam* (*Ibid.* 20. 25). At benignus Deus, qui propter unam ovem profectus est, hanc unam ovem non negligit ; sed illam humeris imponit, et ait : *Infer manum tuam huc, et mitte in latus meum.* Lanceam militis sustinui, et dexteram apostolicam non feram? Sed, o bonorum latro et raptor (te enim alloquor), furari didicisti, credere non didicisti : non fuisti discipulus, et quomodo Creatorem vocas dicendo : *Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum?* Recte loquutus es, pie credidisti. Cum periculo sæpe furatus es, divitum plerumque thesauros aperuisti, et talem numquam margaritam invenisti, qualis Christus erat. Apostolus non fuisti, non audisti legislatorem dicentem : Videbitis vitam vestram pendentem (*Deut.* 28. 66) ; et quomodo ex ligno vitam excerpsisti? Non audisti Isaiam dicentem : Livore passionis ejus, hominum vitia medelam accipiunt (*Isai.* 53. 5) ; et quomodo vitiis medelam invenisti? Etiam, inquit latro, orbem totum video concussum et trementem, et orbis Dominum in ligno pendentem agnosco. Nisi enim hic universorum Creator esset, sol illum videns nudum, ex reverentia non occultasset radios suos nec Dei inimicos obtenebrasset. Nisi esset hic Conditor cæli et terræ : cælum, ubi ipsum vidit crucifixum, tenebras ut saccum non induisset. Nisi esset hic universæ terræ Dominus, non illa sanguinem ex latere ejus excipiens, a fundamentis commota fuisset. Nisi esset hic mortis et vitæ Dominus, mors ad illum accedens non prostrata fuisset, nec monumenta sanctorum aperta fuissent. Nisi esset hic templi Dominus, templum, ubi vidit illum crucifixum, non velum suum scidisset. Nisi hic esset is, qui non vult mortem peccatorum, non causam peccatorum precando egisset dicens : *Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt* (*Luc.* 23. 34). Hujus quippe mors omnia constituit. Descendit enim ad inferos, et cum omnibus istinc ascendit. Idcirco exclamo : *Domine, memento mei.* Non quasi servum rogo, Memento mei, cum bene tibi fuerit ; sed, *Memento mei, cum veneris in regnum tuum.* Et quid ad illum Dominus? *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Dicant illi tam accurati indagatores incomprehensibilis generationis, quomodo dixit latroni, *Hodie mecum eris in paradiso* (*Luc.* 23. 43)? Hoc primum interpretentur, et tunc inenarrabilem ejus partum aggredientur, quem prophetiee quidem clamat, *Generationem ejus quis enarrabit? quia tollitur de terra vita ejus* (*Isai.* 53. 8). Hanc fidem Patres dilatavevunt, sic incomprehensibilem gloria affecerunt, credentes, non curiose scrutantes. *Hodie mecum eris in paradiso.* Dictum, et factum fuit. Verum, o benigne Domine, omnes justi extra paradisum sunt, et latronem in paradisum inducis? Etiam, latronem primum in paradisum induco, ut mundo suadeam, nec non venisse vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. Ipsi Christo gloria in sæcula sæculorum. Amen.

MONITUM

molatum, Christi vere agni pro salute mundi immolati figuram fuisse ; verum hic quisquis sit anonymus, vel minima quæque in Exodo recensita, ad Christum mactatum, vel ad Paschæ celebrationem refert, qualis apud Christianos persolvitur : et hæc ad φλυαρίαν usque indagare nititur, sæpeque jam dicta repetit, nec sine fastidio legentis. Septimus autem sermo totus circa diem celebrationis Paschatis, et circa paschalem cyclum versatur. Hanc rem unice tractant sex primæ orationes. De septima vero, quæ tota est in ordinando cyclo paschali, quæque de die Paschatis singulis annis constituendo pluribus disputat, in fronte illius infra agemus.

SERMO CATECHETICUS IN SANCTUM PASCHA.

Si quis pius et religiosus, is fruatur hac sancta celebritate : si quis servus probus, intret lætus in gaudium Domini sui : si quis jejunando laboravit, nunc accipiat denarium : si quis a prima hora operatus est, accipiat hodie id quod justum est ; si quis post tertiam venit, gratias agens festum celebret : si quis post sextam horam accessit, ne dubitet ; nihil enim perdet : si quis tardavit usque ad nonam, accedat sine ulla dubitatione : si quis undecima tantum hora venit, ne ob tarditatem metuat. Cum enim Dominus liberalis sit, ita postremum accipit, ut primum : sic in requiem admittit eum, qui undecima, ut eum, qui a prima hora operatus est ; postremum miseratur, et primum curat ; illi dat, hic largitur : et peractum opus honore, et propositum laude afficit. Igitur intrate omnes in gaudium Domini nostri, et primi et secundi mercedem recipite, divites et pauperes simul choreas agite ; temperantes et segnes diem honore afficite ; qui jejunastis, et qui non jejunastis, hodie lætamini. Mensa cibis referta est, us

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnes fruamini : vitulus grandis est, nemo esuriens exeat. Fruimini omnes benignitatis divitiis. Nemo lugeat ob paupertatem ; prostat enim regnum commune : nemo lapsus suos defleat ; nam ex sepulcro orta est venia : nullus mortem timeat; liberavit quippe nos mors Servatoris ; a morte captus mortem exstinxit ; infernum castigavit, qui in infernum descendit ; amarum reddidit eum, cum gustasset de carne ipsius : idque olim clamans dixit Isaias : *Infernus amarus factus est* (*Isai.* 19. 9). Cum tibi occurrit infra posito, amarus factus est ; nam sublatus est : amarus factus et illusus est. Corpus accepit, et Deum apprehendit : accepit terram, et cælum invenit : accepit id quod videbat, et incidit in id quod non videbat. *Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi, inferne, victoria tua* (1. *Cor.* 15. 55) ? Christus surrexit, et tu deficeris : Christus surrexit, et dæmones lapsi sunt : surrexit Christus et gaudent angeli : surrexit Christus et nullus mortuus manet in sepulcro. Christus enim resurgens ex mortuis, primitiæ dormientium factus est : ipsi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

IN PASCHA. I.

Pascha terrenum celebrant Judæi, qui cæleste Pascha negarunt : nos vero qui cæleste Pascha celebramus, terrenum exsuperavimus. Et quod illi Pascha perficiunt, salutis primogenitorum, qui apud Judæos erant, symbolum fuit, quando cum Ægyptiorum primogenitis Judæorum primogenita non perierunt, quæ per sanguinem paschalis victimæ symbolice servata sunt : Pascha vero a nobis celebratum salutis universorum hominum causa est, incipiendo a primo homine, qui in omnibus servatur et vivificatur. Partes autem perfectorum, et temporanea illa, æternorum imagines et typi, prius excogitata fuerant, ut veritatem nunc orientem adumbrarent : veritate autem præsente, typus tempori cedat oportet ; ut adveniente rege, nullus, rege vivente relicto, ejus imaginem adorare dignatur. Hinc vero palam est quantum typus cedat veritati, quod typus brevem celebret vitam Judaicorum primogenitorum, veritas autem perpetuam hominum omnium vitam. Neque enim magnum est mortem ad breve tempus effugere eum, qui paulo post moriturus est, sed magnum utique est mortem omnino effugere; quod nobis contingit, quibus Pascha immolatus est Christus. Ipsum festi nomen magnam præfert excellentiam, si secundum rei veritatem explicetur. Pascha enim transitum significat, quod Hebræorum domos pertransierit exterminator ille, qui primogenita percutiebat. Transitus porro exterminatoris apud nos verus est, quia nos intactos pertransit, ad vitam æternam a Christo suscitatos. Sic totum Paschæ argumentum speculari spiritualiter oportet, et apostolicis enarrationibus credere. Fidelis porro desiderat totam figuræ rationem intelligere, quomodo nempe se habeat erga veritatem, atque, ut ita dicam, spiritualia sua per illa olim corporea speculari ; ut legalia omnia ab se secundum Christum mente percipiantur, et per spiritualia clarius corporalia intelligantur, et invisibilia visibilibus quasi depicta appareant. Igitur Deus decimam plagam Ægyptiis inflicturus (erat autem illa mors primogenitorum), Moysi dixit : *Mensis hic vobis erit initium mensium* (*Exod.* 12. 2) ; primus est vobis in mensibus anni. Ac deinceps præcepit sacrificium Paschatis, et sanguinis unctionem in januis ; atque ex hac unctione primogenitorum salutem pollicitus est. Quid sibi vult illud, si statim ad veritatis speculationem referatur, quod tempus illud anni initium desiniatur, quo pascha fiebat ac primogenitorum salus ? Quia nobis etiam veri Paschatis sacrificium est initium vitæ æternæ. Annus quippe est sæculi symbolum, quia circulum decurrens in seipsum semper revolvitur, et in nullo quiescit fine. Atque pater futuri sæculi oblatus est Christus pro nobis in sacrificium, ac priorem vitam nostram quasi nullius temporis faciens, alterius vitæ principium dat nobis per lavacrum regenerationis, secundum similitudinem mortis et resurrectionis suæ. Itaque quisquis Pascha novit propter se immolatum, hoc sibi vitæ principium supponat, a quo immolatus pro ipso est Christus. Tunc autem pro ipso immolatur, quando gratiam agnoscit, et vitam per istud sacrificium partam intelligit. His porro cognitis, novæ vitæ initium accipere satagat, neque ad veterem vitam ultra recurrat, cujus finis advenit. Nam, *Qui mortui sumus peccato*, inquit, *quomodo adhuc vivemus in illo* (*Rom.* 6. 2) ? Principium ergo anni tale symbolum habet. Decima autem die mensis jubet singulas domos singulos agnos sumere, et tot esse in domo qui comedant, ut totum comedant, et nihil supersit : itemque ut agnus immoletur decima quarta die ad vesperam. Igitur quinque diebus simul est victima immolanda cum iis, qui per illam servandi sunt ; finita autem quinta die hostia immolatur, mors pertransit ; qui vero servatur, perpetua luce fruitur, noctu lucente luna, et sole lunam excipiente : hoc enim ita fit in decima quarta et plena luna. Hæc vero quinque temporis spatia totum mundi tempus denotant in quinque partes distributum ; ab Adam nempe usque ad Noe, a Noe usque ad Abraham, ab Abrahamo usque ad Moysen, a Moyse usque ad Christum, quinta pars a Christi adventu. Quo tempore cuivis homini proposita erat salus per beatum illud sacrificium ; sed nondum perficiebatur. In quinto autem temporis spatio verum Pascha immolabatur, et qui per illud salutem consequebatur primogenitus homo, in perpetuam lucem exibat (*Matth.* 20. 1. *sqq*). Quod vero non in ipsa vespera, sed ad vesperam Pascha immolaretur, significabat non in ipso fine præsentis sæculi, sed ad finem passurum esse Christum. Tempus ita divisum exhibuit parabola, quæ in partes quinque diem distribuit, et vocatos esse dicit ad vineam, id est, ad justitiæ operationem, alios circa primam horam, alios circa tertiam, alios circa sextam, alios circa nonam, postremos circa undecimam. Erant enim hæ diversæ vocationes, et diversæ justificationes ; alia tempore Adami, alia tempore Noe, alia tempore Abrahami, alia tempore Moysis ; postrema et perfectissima in adventu Christi, quando merces operum redditur primo iis, qui postremi erant secundum Servatoris parabolam : quia nos primi in baptismate regenerationem accipimus, quibus immolatus est Christus, quo tempore resurrexit, et Spiritum sanctum nobis ad renovationem insufflavit. Hæc itaque quarta decima est mystice considerata, et tale est sacrificii symbolum, et nox illa lucida atque dies quæ sacrificium excipit. Quod autem victima tota in singulis ædibus comederetur, neque carnes foras efferrentur, id significat unam tantum esse domum salutem in Christo habentem, nempe Ecclesiam per totum orbem diffusam, quæ olim aliena a Deo erat, nunc autem sola ad Deum proprie pertinet, quia suscepit eos qui a Domino Jesu missi erant; quemadmodum domus illius Rahab olim meretricis, quæ exploratores a Jesu missos excepit, Jericho devastata, servata sola fuit. Itaque etsi plures sint Hebræorum domus, unius tantum vim habent, ut et diversæ per urbes et vicos Ecclesiæ, quæ plures numero sunt, una sunt Ecclesia. Unus enim in illis Christus ubique est, perfectus ipse et indivisus. Ideo perfecta erat in singulis ædibus victima, nec ad diversas dividebatur. Dicit enim Paulus nos omnes unum esse in Christo, quia *Unus Dominus est, et una fides* (*Ephes.* 4. 5). Unionem ergo illam victimæ indivisibilem lex in Christo fore necessario præfigurabat, necnon Ecclesiæ unitatem. In Christo utique et in sacrificio Christi salutem habemus ; et

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γνώμη γὰρ ἐκ τοῦ τάφου ἀνέτειλε· μηδεὶς φοβείσθω τὸν θάνατον· ἠλευθέρωσε γὰρ ἡμᾶς ὁ τοῦ Σωτῆρος θάνατος· ἔσβεσεν αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ κατεχόμενος· ἐκόλασε τὸν ᾅδην κατελθὼν εἰς τὸν ᾅδην· ἐπίκρανεν αὐτὸν γευσάμενον τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Καὶ τοῦτο προλαβὼν Ἡσαΐας ἐβόησεν· *Ὁ ᾅδης*, φησὶν, *ἐπικράνθη*. Συναντήσας σοι κάτω ἐπικράνθη· καὶ γὰρ καθῃρέθη· ἐπικράνθη· καὶ γὰρ ἐνεπαίχθη. Ἔλαβε σῶμα, καὶ Θεῷ περιέτυχεν· ἔλαβε γῆν, καὶ συνήντησεν οὐρανῷ· ἔλαβεν ὅπερ ἔβλεπε, καὶ πέπτωκεν ὅθεν οὐκ ἔβλεπε. *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νῖκος;* Ἀνέστη Χριστός, καὶ σὺ καταβέβλησαι· ἀνέστη Χριστὸς, καὶ πεπτώκασι δαίμονες· ἀνέστη Χριστὸς, καὶ χαίρουσιν ἄγγελοι· ἀνέστη Χριστὸς, καὶ νεκρὸς οὐδεὶς ἐπὶ μνήματος. Χριστὸς γὰρ ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

[251] *Εἰς τὸ Πάσχα α'.*

Πάσχα μὲν γήϊνον ἑορτάζουσιν Ἰουδαῖοι, τὸ οὐράνιον ἀρνησάμενοι· πάσχα δὲ οὐράνιον ἑορτάζοντες ἡμεῖς, τὸ γήϊνον ὑπερβεβήκαμεν. Καὶ τὸ μὲν παρ' ἐκείνοις ἐπιτελεσθὲν, σωτηρίας πρωτοτόκων τῶν ἐν Ἰουδαίοις σύμβολον ἦν, ὅτε τοῖς Αἰγυπτίοις πρωτοτόκοις οὐ συναπώλετο τὰ Ἰουδαίων, αἵματι τοῦ θύματος τοῦ πάσχα συμβολικῶς τηρηθέντα· τὸ δὲ παρ' ἡμῖν ἐπιτελούμενον πάσχα, ἁπάντων ἀνθρώπων σωτηρίας ἐστὶν αἴτιον, ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου, ὃς ἐν ἅπασίν ἐστι σωζόμενος καὶ ζωογονούμενος. Τὰ δὲ μέρη τῶν τελείων καὶ τὰ πρόσκαιρα, τῶν αἰωνίων εἰκόνες καὶ τύποι, προεμελετᾶτο πρὸς τὴν νῦν ἀνατείλασαν ἀλήθειαν σκιαγραφούμενα· ἀληθείας δὲ παρούσης, ὁ τύπος ἄκαιρος· ὥσπερ βασιλέως ἐπιδημήσαντος, οὐδεὶς αὐτὸν ἐάσας τὸν ζῶντα βασιλέα, τὴν εἰκόνα προσκυνεῖν ἀξιοῖ. Δήλη δὲ αὐτόθεν ἡ τοῦ τύπου παρὰ τὴν ἀλήθειαν ἐλάττωσις· ὅπου γε ὁ μὲν τύπος ὀλιγοχρόνιον ζωὴν ἑορτάζει τὴν τῶν Ἰουδαίων πρωτοτόκων, ἡ δὲ ἀλήθεια τὴν διηνεκῆ ζωὴν τὴν ἁπάντων ἀνθρώπων. Οὐ γὰρ μέγα τὸ θάνατον πρὸς βραχὺ διαφυγεῖν τῷ μικρὸν ὕστερον ἀποθανουμένῳ· μέγα δὲ τὸ καθόλου θάνατον ἀποφυγεῖν· ὅπερ ἡμῖν περιγίνεται, οἷς τὸ πάσχα ἐτύθη Χριστός. Καὶ αὐτό γε τὸ τῆς ἑορτῆς ὄνομα πλείστην ἔχει τὴν ὑπεροχὴν, ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἑρμηνευόμενον. Ὑπέρβασις μὲν γάρ ἐστι καθ' ἑρμηνείαν τὸ πάσχα, ὅτε ὑπερέβη τοὺς Ἑβραίων οἴκους ὁ τὰ πρωτότοκα παίων ὀλοθρευτής. Ὑπέρβασις δὲ τοῦ ὀλοθρευτοῦ παρ' ἡμῖν ἀληθὴς, ὅταν καθάπαξ ἡμᾶς ὑπερβαίνῃ πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀνισταμένους ὑπὸ Χριστοῦ. Οὕτω μὲν δὴ τὴν ὅλην ὑπόθεσιν τοῦ πάσχα θεωρεῖσθαι χρὴ πνευματικῶς, καὶ πιστεύεσθαι κατὰ τὰς ἀποστολικὰς ἐξηγήσεις. Πυθοῦ δὲ ὁ πιστὸς καὶ τὴν ὅλην ὑποτύπωσιν κατανοῆσαι, πῶς ἔχει πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὥσπερεὶ θεωρῆσαι τὰ καθ' ἑαυτὸν πνευματικὰ διὰ τῶν τότε σωματικῶν, ἵν' αὐτῷ καὶ τὰ τοῦ νόμου πάντα οἰκεῖα; ἔχῃ νοούμενα κατὰ Χριστὸν, καὶ διὰ τοῦ πνευματικοῦ τὸ σωματικὸν [a] ἐμφανέστερον γένηται, καὶ καθάπερ ζωγραφούμενον ἐν τοῖς ὁρατοῖς ἐκφανῇ τὸ ἀόρατον. Ὅτε τοίνυν ἔμελλε τὴν δεκάτην ἐπάγειν πληγὴν Αἰγυπτίοις ὁ Θεὸς (αὕτη ἦν ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος), ἔλεγε πρὸς τὸν Μωϋσῆν· *Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μηνῶν*· πρῶτός ἐστιν ὑμῖν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Καὶ διέτασσεν ἐφεξῆς τὴν τοῦ πάσχα θυσίαν, καὶ τὴν τοῦ αἵματος χρῖσιν ἐπὶ τῶν θυρῶν· καὶ τῇ μὲν τούτου χρίσει σωτηρίαν τῶν πρωτοτόκων ἐπηγγέλλετο. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν εὐθὺς ἐπὶ τῆς ἀληθείας θεωρούμενον, τὸ ἀρχὴ ἐνιαυτοῦ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ὁρίζεσθαι, ἐν ᾧ τὸ πάσχα καὶ ἡ σωτηρία τῶν πρωτοτόκων; Ὅτι καὶ ἡμῖν ἀρχὴ ζωῆς αἰωνίας ἡ τοῦ ἀληθινοῦ πάσχα θυσία. Αἰῶνος γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς σύμβολον, διότι κύκλῳ περιιὼν αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀεὶ στρέφεται, καὶ εἰς τέλος οὐδὲν ἀποπαύεται. Καὶ πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνός ἐστι προσαχθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν θυσία Χριστὸς, καὶ τὸν πρότερον ἅπαντα βίον ἡμῶν ἄκαιρον ποιῶν, ἀρχὴν ἑτέρου διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας δίδωσι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἰδίου θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως. Ὥστε πᾶς ὁ γινώσκων τὸ τεθυμένον ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχα, ἀρχὴν ἑαυτῷ ζωῆς ὑποτιθέσθω ταύτην, ἀφ' οὗ τέθυται Χριστὸς ὑπὲρ αὐτοῦ. Τέθυται δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τότε, ἡνίκα ἂν ἐπιγνῷ τὴν χάριν, καὶ συνῇ τὴν διὰ τῆς θυσίας ἐκείνης ζωήν. Καὶ τοῦτο γινώσκων, τῆς νεαρᾶς ὀρεγέσθω ζωῆς λαμβάνειν τὴν ἀρχὴν, καὶ μηκέτι ἀνατρεχέτω πρὸς τὴν παλαιὰν, ἧς ἐπὶ τέλος ἔφθασεν. *Οἵτινες γὰρ ἀπεθάνομεν*, φησὶ, *τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ;* Τὸ μὲν δὴ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐνιαυτοῦ σύμβολον τοιοῦτον. Δεκάτῃ δὲ τοῦ μηνὸς κελεύει [252] λαμβάνειν ἕκαστον πρόβατον κατ' οἰκίαν, καὶ τοσούτους εἶναι ἐπὶ τῆς οἰκίας τοὺς ἐσθίοντας, ὡς ἐξαρκεῖν εἰς τὴν βρῶσιν, καὶ μηδὲν περισσεῦσαι· θύεσθαι δὲ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὸ πρόβατον πρὸς ἑσπέραν. Οὐκοῦν πέντε μὲν ἡμέρας σύνεστι τὸ θῦμα τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι δι' αὐτοῦ· περαιουμένης δὲ τῆς πέμπτης τὸ μὲν ἱερεῖον θύεται, ὁ δὲ θάνατος ὑπερβαίνει, ὁ δὲ σωθεὶς ἀπολαύει διηνεκοῦς φωτὸς, διά τε νυκτὸς ὅσης [b] λαμπούσης σελήνης, καὶ τοῦ ἡλίου τὴν σελήνην διαδεχομένου· τοῦτο γὰρ ἐν πεντεκαιδεκάτῃ καὶ πανσελήνῳ γίνεται. Τὰ δὲ πέντε διαστήματα ταῦτα τὸν ἅπαντα δείκνυσι χρόνον τοῦ κόσμου διαιρούμενον εἰς πέντε, εἴς τε τὸν ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Νῶε, καὶ τὸν ἀπὸ Νῶε μέχρι Ἀβραὰμ, καὶ τὸν ἐξ Ἀβραὰμ ἐπὶ Μωϋσῆν, καὶ τὸν ἀπὸ Μωϋσέως ἐπὶ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ πέμπτον αὐτῆς τῆς παρουσίας. Ἐν ᾧ χρόνῳ παντὶ προὔκειτο μὲν ἀνθρώπῳ ἡ διὰ τοῦ μακαρίου θύματος σωτηρία, οὔπω δὲ ἐτελεῖτο. Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ διαστήματι τοῦ χρόνου τὸ πάσχα τὸ ἀληθὲς ἐθύετο, καὶ ὁ δι' αὐτοῦ σωζόμενος πρωτότοκος ἄνθρωπος εἰς τὸ διηνεκὲς ἐξῄει φῶς. Καὶ τό [c] γε μὴ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἑσπέρας, ἀλλὰ πρὸς ἑσπέραν τὸ πάσχα θύεσθαι, ἐδηλοῦτο μὴ ἐν αὐτῷ τῷ τέλει τοῦ παρόντος ἀμνοῦ [d], ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος πάσχειν τὸν Χριστόν. Διῃρημένων δὲ οὕτω τὸν χρόνον ἔδειξεν ἡ παραβολὴ τεμῶν τὸ [e] εἰς πέντε τὴν ἡμέραν, καὶ τοὺς κεκλημένους εἰς τὸν ἀμπελῶνα, τουτέστιν, εἰς τὴν τῆς δικαιοσύνης ἐργασίαν, φάσκοντος καλεῖσθαι τοὺς μὲν ὑπὸ πρώτην ὥραν, τοὺς δὲ ὑπὸ τρίτην, τοὺς δὲ ὑπὸ ἕκτην, τοὺς δὲ ὑπὸ ἐννάτην, τοὺς δὲ ὑπὸ ἑνδεκάτην. Καὶ γὰρ ἦσαν διάφοροι κλήσεις αὗται, καὶ διάφορα δικαιώματα· ἕτερον μὲν τὸ ἐπὶ Ἀδὰμ, ἕτερον δὲ τὸ ἐπὶ Νῶε, ἄλλο τὸ ἐπὶ Ἀβραὰμ, ἄλλο τὸ ἐπὶ Μωϋσέως· τελευταῖον δὲ καὶ τελεώτατον, τὸ ἐπὶ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ὅτε καὶ τῶν ἔργων ὁ μισθὸς ἀποδίδοται πρώτοις τοῖς τελευταίοις κατὰ τὴν σωτήριον παραβολήν· ἐπεὶ πρῶτοι τὴν ἀναγέννησιν ἡμεῖς ἐν βαπτίσματι κομιζόμεθα. οἷς ἐτύθη Χριστὸς, ἐφ' ᾧ ἀνέστη, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰς ἀνακαίνισιν ἡμῶν ἐνεφύσησεν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη μυστικῶς νοουμένη, καὶ τοιοῦτον τὸ τοῦ θύματος σύμβολον, καὶ ἡ τὴν θυσίαν διαδεχομένη φωτεινὴ νὺξ καὶ ἡμέρα· τὸ δὲ ὅλον ἐφ' ἑκάστης οἰκίας ἐσθίεσθαι τὸ ἱερεῖον, καὶ μὴ ἐκφέρεσθαι τῶν κρεῶν ἔξω, δηλοῖ μίαν οἰκίαν μόνην ἔχουσαν τὴν ἐν Χριστῷ σωτηρίαν. Αὕτη δὲ ἦν ἡ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησία, ἡ πάλαι μὲν ἀλλοτρία Θεοῦ, νῦν δὲ μόνη πρὸς Θεὸν οἰκείως ἔχουσα διὰ τὸ δέξασθαι τοὺς ἀποσταλέντας παρὰ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὡσπερεὶ τῆς Ῥαὰβ ἡ τῆς πάλαι πόρνης οἰκία τοὺς κατασκόπους ὑποδεξαμένη τοὺς παρὰ Ἰησοῦ, μόνη καὶ ἐσώζετο τῆς Ἱεριχὼ πορθουμένης. Ὥστε εἰ καὶ πλείους αἱ τῶν Ἑβραίων οἰκίαι, μιᾶς ἔχουσι δύναμιν, ὥσπερ αἱ κατὰ πόλεις καὶ χώρας Ἐκκλησίαι, πολλαὶ τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, μία ἐστὶν Ἐκκλησία. Εἷς γὰρ ἐν αὐταῖς ὁ Χριστὸς ἁπανταχοῦ, ὁ τέλειος καὶ ἀμέριστος. Διόπερ τέλειον ἦν ἐφ' ἑκάστης οἰκίας τὸ ἱερεῖον, καὶ οὐκ εἰς διαφόρους ἐμερίζετο. Φησὶ γοῦν ἡμᾶς καὶ ὁ Παῦλος ἕνα εἶναι πάντας ἐν Χριστῷ, διότι

[a] *Sensus postulare videtur*, inquit Savil., διὰ τοῦ σωματικοῦ τὸ πνευματικόν.

[b] Savil. legendum putat ὅλης. [c] Καὶ τῷ conjicit Savil. [d] Videtur legendum cum Savilio τοῦ παρόντος χρόνου vel καιροῦ. [e] Pro τεμῶν το legendum videtur τεμόντος. EDIT.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ *Ὁ Κύριος εἷς, καὶ ἡ πίστις μία.* Τὴν οὖν ἕνωσιν τοῦ ἱερείου τὴν ἀδιαίρετον ἀναγκαίως ὁ νόμος εἰς Χριστὸν προετύπου, ἐν ταύτῃ καὶ τὴν Ἐκκλησίας ἕνωσιν προδιατυπῶν. Ἐν Χριστῷ μὲν δὴ τὴν σωτηρίαν ἔχομεν καὶ ἐν τῇ θυσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, καὶ πάντα τὰ πρὸ τῆς παρουσίας εἰς τὴν παρουσίαν προευτρεπισθέντα γινώσκομεν, καὶ τοῦτο μόνον εἰς σωτηρίαν ἀπάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι προκείμενον ἐξ ὀρχῆς, καθαπερεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν Χριστὸν ὑπὲρ πάντων φυθῆναι. Μιᾷ δὲ προσήκειν Ἐκκλησίᾳ τὴν σωτηρίαν ταύτην ἐπιστάμεθα, καὶ μηδένα τῆς καθολικῆς ἔξωθεν Ἐκκλησίας καὶ πίστεως μετέχειν Χριστοῦ δυνάμενον, μηδὲ σώζεσθαι. Καὶ ταῦτα εἰδότες, οὐδὲ ἐν τοῖς κατὰ νόμον, ἀλλ' ἐν Χριστῷ τὴν ἅπαντος τοῦ κόσμου σωτηρίαν ἴσμεν περαιουμένην, οὐδὲ ταῖς ἀθέοις αἱρέσεσιν ἀπονέμομέν τι πρὸς τὴν ἐλπίδα, ἀλλὰ παντελῶς ἔξω τῆς [233] ἐλπίδος τίθεμεν αὐτάς, ἅτε δὴ μηδὲ τὴν βραχυτάτην ἐχούσας Χριστοῦ μετουσίαν, ἀλλὰ κενῶς ἐπιφημιζούσας ἑαυταῖς τὸ σωτήριον ὄνομα πρὸς ἀπάτην καὶ βλάβην τῶν ὀνόματι καὶ σχήματι μᾶλλον ἢ ἀληθείᾳ προσέχειν δυναμένων. Μήτε οὖν τὰ παλαιά τις ἀπορρήγνυτω Χριστοῦ, μηδὲ ἄνευ Χριστοῦ σώζεσθαί τινα τῶν προτέρων ὑπονοείτω, μήτε τοὺς νῦν παραδιδάσκοντας καὶ τὴν ἀλήθειαν παραχαράττοντας καὶ μάταια παρασκευάζοντας Ἐκκλησιῶν σχήματά τε τῆς ἀληθείας ἐκτὸς καὶ ἀλλότρια Χριστοῦ, τοὺς τοιούτους μήτε Χριστιανοὺς ὀνομαζέτω τις, μήτε κοινωνίαν αἱρείσθω πρὸς αὐτούς· οὐ γὰρ ἔξεστιν· ἐπείπερ οὐκ ἐκκομίζεται τῆς ἱερᾶς οἰκίας τὸ θῦμα, οὐδὲ εἰς κοινωνίαν τοῖς ἔξω προφέρεται. Εἰς δὲ τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν προτετυπωμένον ὁρῶμεν, τὸ τέλειον εἶναι καὶ ἄρσεν καὶ ἐνιαύσιον τὸ πρόβατον, Τέλειον μὲν γάρ, ὅτι μόνος Χριστὸς ἀνενδεὴς ἐν τῇ πάσῃ ἀρετῇ, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ἄμωμος, καὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ εἰς τέλος οὐδεμιᾶς ἐνδέων δικαιοσύνης, ὡς αὐτός φησιν· *Οὕτω γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην.* Διὸ καὶ πάντα τὰ θύματα προσήγετο τέλεια καὶ ἄμωμα, ὅτι καὶ πάντα εἰς τύπον ἐθύετο τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τοὺς ἱερεῖς ἀρτίους εἶναι καὶ τελείους τοῖς σώμασιν ἐκέλευεν ὁ Θεὸς, ὅτι τοῦ ἀληθοῦς ἱερέως ἦσαν ἅπαντες τύπος. Ἄρσεν δὲ τὸ πρόβατον, ὅτι ἡγεμονικὸν φύσει, τὴν ἡγεμονίαν ἔχον, ὥσπερ ὁ ἄρρην ἔχει σωματικὴν ἡγεμονίαν πρὸς τὸ θῆλυ. Φύσει γὰρ καὶ ἀληθείᾳ Χριστὸς ἡγεμὼν καὶ βασιλεὺς, ἅτε ὢν ἐπουράνιος ἄνθρωπος, καὶ συνταχθεὶς μὲν ἡμῖν ὡς ἀδελφὸς κατὰ τὴν φύσιν τὴν σαρκικὴν, ἐφεστὼς δὲ ὡς Δεσπότης κατὰ τὴν θεότητα τὴν πνευματικήν. Διὸ καὶ νυμφίος αὐτὸς δὴ μόνος, ὡς νύμφης τῆς πάσης ἀνθρωπότητος, καὶ οὔτε Ἰωάννης νυμφίος ὁ προφητῶν μέγιστος, ὅς γε φησὶ περὶ Χριστοῦ καὶ ἑαυτοῦ· περὶ Χριστοῦ μέν, *Ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστί·* περὶ ἑαυτοῦ δὲ, *Ὁ φίλος δὲ τοῦ νυμφίου ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων τὴν φωνὴν αὐτοῦ, χαρᾷ χαίρει διὰ τὴν φωνὴν τοῦ νυμφίου. Αὕτη οὖν ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται.* Οὐδὲ μὴν οἱ ἀπόστολοι νυμφίοι τῆς Ἐκκλησίας· καίτοι γε τὴν πρὸς Χριστὸν ὁμοίωσιν κατὰ χάριν λαβόντες, καὶ υἱοὶ Χριστοῦ διὰ τὸ Χριστοῦ Πνεῦμα γενόμενοι. Ἀλλὰ τί φησιν ὁ μακάριος Παῦλος; *Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.* Ἡγεμὼν οὖν ἀληθῶς καὶ δεσπότης καὶ βασιλεὺς ὁ Κύριος, οὐ μόνον ὅτι Θεὸς ἦν ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν προϋπάρχουσαν θεότητα, ὅτι φύσει βασιλεὺς ἁπάσης τῆς κτίσεως· οὐ χάριτι τὸ βασιλεύειν λαβών, ἀλλ' ἔχων ἐν ἀληθείᾳ καὶ γεννήσει τῇ ἐκ Πατρός. Ἔτι δὲ καὶ ἐνιαύσιον τὸ πρόβατον· ὅπερ ἐδήλου τὸν Κύριον νέον ἐπὶ γῆς ὄντα, καὶ παλαιότητος οὐδὲν τῆς ἐν ἀνθρώποις ἔχοντα. Εἴ τις οὖν ἄνθρωπον ψιλὸν λέγει τὸν Κύριον, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως τίθησι τὸν Χριστὸν, τοῦτο τὸ πρόβατον οὐκ ἔστι τέλειον, οὐδὲ ἄμωμον· οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἄμωμος· τοῦτο τὸ πρόβατον οὐκ ἔστιν ἄρσεν· οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ἡγεμονίαν ἔχει φυσικὴν καὶ ὁλόκληρον πρὸς τοὺς ὁμοφυεῖς ἀνθρώπους. Καὶ ὃς ἐν κτίσει τὸν Κύριον ἀριθμεῖ, καί φησι κεχαρισμένην ἔχειν, οὐκ ἀληθῆ, τὴν θεότητα, οὐδ' οὗτος ἄρσεν ἔχει τὸ θυόμενον ὑπὲρ αὐτοῦ πρόβατον. Οὐ γὰρ ἔγνω τὸν φύσει βασιλέα, ἀλλ' εἰς ἕτερον τὸν μὴ φύσει μηδὲ ἀληθείᾳ περιτρέπει. Ἀλλὰ καὶ εἴ τίς τι ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης παλαιότητος εἰς Χριστὸν ἀνάγει, ἢ δεκτικὸν ἁμαρτίας λέγειν τολμᾷ, ἢ νόμου δουλείᾳ προσήκοντα, ἢ θανάτῳ κατ' ἀνάγκην ὑποκείμενον, οὗτος ἐνιαύσιον οὐκ ἔχει τὸ πρόβατον, οὐδὲ τῆς καινότητος ἧσθετο τῆς ἐν Χριστῷ. Ὑπολείπεται τοῦ προβάτου τὸ σύμβολον καὶ τοῦ ἐρίφου κατανοῆσαι. Ἔστι τοίνυν τὸ μὲν πρόβατον, κατὰ τὸν Ἡσαΐαν, ἠπιότητος τῆς τοῦ Χριστοῦ σύμβολον· *Ὡς πρόβατον γὰρ ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος·* ἔριφος δὲ κατὰ τὸν νόμον, ὑπὲρ ἁμαρτίας θῦμα· *Χίμαρον γὰρ, φησὶν, ἐξ αἰγῶν περὶ ἁμαρτίας.* Προσαχθεὶς οὖν ἠπιος, ὡς πρόβατον, ὑπὲρ ἁμαρτίας ὡς χίμαρος ὢν τέθυται, διὰ τῆς ἠπιότητος δοὺς ἑαυτὸν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν· ἧς εὐξώμεθα τυχεῖν διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης τοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

---

[234] *Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα β'.*

Τὸ τῶν νομικῶν τύπων εὔλογον ἐπὶ τῆς ἀληθείας φαίνεται· οἷον τὸ ἄμωμον εἶναι τὸ πρόβατον, ὥσπερ τὴν τοῦ πάσχα θυσίαν ὁ νόμος ἐχρήσατο· τὸ ἄρρεν εἶναι, τὸ ἐνιαύσιον εἶναι, τὸ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς ληφθὲν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ θύεσθαι πρὸς ἑσπέραν, τὸ ἀρχὴν λελογίσθαι μηνῶν, ἡνίκα τὸ πάσχα ἐτελεῖτο. Πάντα γὰρ ταῦτα ἐν Χριστῷ καὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ πάθει συνίσταται καὶ ἀληθῆ καὶ ἀναγκαῖα, καὶ καθ' ἑαυτὰ λόγον ἔχειν οὐδένα δύναται· οὐδ' ἂν εὕροιεν οἱ Χριστὸν ἀγνοοῦντες ἀπολογισμὸν ποιήσασθαι περὶ τούτων, καὶ διδάξαι, διὰ τί ταῦτα προσέταξεν ὁ Θεός· οὐδ' αὐτό γε ὅλως τίνα αἰτίαν ἔχει τὸ θυσίαν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν πρωτοτόκων ὁρίσαι, καὶ χρῖσιν τοῦ αἵματος ἐπὶ ταῖς εἰσόδοις ποιήσασθαι· τί δὲ ἰσχυρὸν εἰς τὴν τῶν πρωτοτόκων σωτηρίαν ἡ τῶν θυμάτων σφαγή; τί δὲ ἀναγκαῖον ἡ τοῦ αἵματος χρῖσις εἰς σημεῖον ἐπὶ τῶν οἰκιῶν; Θεός γέ τοι καὶ ἄνευ σημείων τὰς Ἑβραίων ἐγίνωσκεν οἰκίας· ὥστε θαυμαστὸν τὸ λέγειν, *Ὄψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς.* Ἀνάγων δὲ καὶ ταῦτα εἰς τὴν ἀλήθειαν, τὸ εὔλογον αὐτῶν ἐπιγνώσει, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν προειρημένων ἐδείξαμεν. Τοῦ γὰρ ἀμώμου θύματος ὑπὲρ ἡμῶν πάσχοντος, ὁ ἐκ τοῦ πρωτοπλάστου λύεται θάνατος, καὶ σώζεται ὁ πρωτόγονος ἄνθρωπος ἐν ἡμῖν πᾶσιν ὤν, ἀναστάσει τοῦ Κυρίου ζωογονούμενος. Δικαίως γὰρ λυτικὸν ἁμαρτίας καὶ θανάτου ζωὴ σημεῖον τοῖς μετόχοις αὐτοῦ σωτήριον γίνεται. Καὶ πρὸς τοῦτο Θεὸς ἀφορῶν, σώζει τοὺς κεχρισμένους αὐτῷ διὰ πίστεως, οὐκ ἄλλως δυναμένους ἀποφυγεῖν τὸν δικαίως τιμωρὸν ἄγγελον, εἰ μὴ διὰ τοῦ φιλανθρώπως ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν αἵματος. Ὁρᾷς, ὅσην ἔχει τὴν δύναμιν ὁ τύπος ἐπὶ τῆς ἀληθείας θεωρηθείς; Ὥστε εἴ τις Ἰουδαῖος λέγειν ἐπιχειροίη, Τί δήποτε ὁ Υἱὸς ἔπασχεν, ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος, ὡς οὐκ ἂν καὶ ἄνευ τούτου σωθείς; λεγέσθω πρὸς αὐτόν· Τί δήποτε τὸ πάσχα ἐθύετο πρὸς σωτηρίαν Ἰουδαίων πρωτοτόκων, ὡς οὐκ ἂν καὶ ἄνευ τούτου σωθέντων; Κἀκεῖνος μὲν οὐχ ἕξει τί ἀποκρίνεται (οὐ γὰρ θυσίας προσδεῖται Θεὸς, οὐδὲ σημείου πρὸς ἐπίγνωσιν οἰκιῶν)· ἡμῖν δὲ συνηγορεῖ τὸ πρᾶγμα, καὶ τῇ ἁγίᾳ πίστει μαρτυρεῖ, τῆς ἡμετέρας ἀδικίας ἐν τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Χριστοῦ λυομένης, ἄλλως δὲ οὐκ ἂν λυθείσης (σκότος γὰρ ὑπὸ φωτὸς ἀφανίζεται), καταργουμένου δὲ καὶ τοῦ ἡμετέρου θανάτου διὰ Χριστοῦ ζωῆς, ὥσπερ σκότους ὑπὸ φωτός. Ἱερὸν μὲν οὖν κἀκεῖνο τὸ θῦμα, διότι τύπος ἦν τοῦ ἀληθοῦς· τοῦτο δὲ ἱερὸν ὄντως, ὡς ἀληθὲς, ἀγνοίᾳ μὲν τῇ τῶν ἀσεβούντων ἐκδιδόμενον θανάτῳ καὶ ἀναιρέσει, βουλῇ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς θυσίαν ἱερὰν λαμβανόμενον, καὶ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει προσφορὰ τῷ Πατρὶ προσαγόμενον. Παρέδωκε γὰρ, φησὶν, ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ *Προσήνεγκεν ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ Χριστὸς ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας προσφορὰν καὶ θυσίαν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας.* Καὶ τοῖς μὲν ἀναίρεσιν Χριστοῦ προσδοκήσασιν ὀλέθριος ἡ βουλὴ, τοῖς δὲ σωτηρίαν διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Κυρίου ζητοῦσι σωτήριος ἡ πίστις. Τούτους ἡ τιμωρία καὶ ὁ θάνατος ὑπερβαίνει, διότι μὴ πρὸς ἀπώλειαν θανάτῳ κατέχονται, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος· *Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει εἰς τὸν αἰῶνα.* Διὰ γὰρ τοῦ αἵματος τοῦ χυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαμ-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

omnia, quæ ante adventum fuere, et ad adventum præparata fuisse novimus : et hoc unum ab initio ad salutem toti humano generi propositum fuisse, quasi ante oculos nempe Christum pro omnibus immolari. Hanc porro salutem uni Ecclesiæ competere scimus, neminemque extra Ecclesiam et fidem catholicam posse vel Christi vel salutis esse consortem. Hæc cum sciamus, non in legalibus, sed in Christo universi orbis salutem perfici novimus, neque ullam spem impiis hæresibus relinquimus, sed a spe prorsus illas excludimus, ut quæ nec minimam habeant cum Christo communionem; sed frustra se de Servatoris nomine jactitent, ut illos decipiant et lædant, qui vel nomini vel speciei potius attendere possunt, quam veritati. Nemo igitur vetera a Christo disjungat; nemo quempiam veterum sine Christo salutem esse consequutum suspicetur; nemo illos, qui nunc falsa docent et veritatem vitiant, vanasque Ecclesiarum formas parant extra veritatem et alienas a Christo, Christianos vocet, vel communionem cum illis habeat; neque enim licet : quoniam non effertur ex sacra domo victima, neque ad communionem extraneis profertur. Sed ad Domini gloriam præfiguratum videmus agnum esse debuisse perfectum, masculum, anniculum : perfectum, quia Christus omni prorsus virtute instructus est, et omni modo immaculatus, atque a principio ad finem nulla expers est justitia, ut ipse ait : *Sic enim nos decet implere omnem justitiam* (*Matth.* 3. 15). Idcirco omnes victimæ offerebantur perfectæ et immaculatæ, quia omnes in figura Christi immolabantur. Sacerdotes quoque perfectos esse et corpore integros jussit Deus, quia omnes figura erant veri Sacerdotis. Masculus erat agnus, quia hic sexus dux est : mas enim corporale habet imperium in feminam. Natura enim et veritate Christus dux est et Rex; utpote qui sit cælestis homo, nobis conjunctus ut frater secundum carnalem naturam, imperans autem ut Dominus secundum spiritualem divinitatem. Ideoque ipse sponsus est unus, quod sponsa sit tota humana natura. Neque Joannes prophetarum maximus sponsus est, ut ipse ait de Christo et de semetipso; de Christo quidem, *Qui habet sponsam, sponsus est;* de semetipso autem, *Amicus vero sponsi, qui stat et audit vocem ejus, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc igitur gaudium meum impletum est* (*Joan.* 3. 29). Neque apostoli sponsi sunt Ecclesiæ; etiamsi similitudinem cum Christo secundum gratiam acceperint, et Christi filii propter Christi Spiritum effecti sint. Sed quid ait beatus Paulus? *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo* (2. *Cor.* 11. 2). Dux ergo et dominator et rex est Dominus, non modo quia Deus erat in hominibus, sed etiam secundum præexistentem divinitatem, quia natura Rex est omnis creaturæ; non quod ex gratia regnum acceperit, sed quod illud in veritate habeat per generationem a Patre. Adhuc etiam anniculus erat agnus : quod significabat Dominum novum in terra esse, qui nihil antiquitatis in hominibus haberet. Si quis ergo simplicem hominem dicat Dominum, et sic naturæ nostræ ponat esse Christum; hic agnus non est perfectus neque immaculatus; nullus quippe homo est immaculatus; hic agnus non est masculus : nullus quippe homo imperium habet naturale et universum in congeneres sibi homines. Ac qui Dominum inter creaturas numerat, dicitque illum per gratiam deitatem habere, non veram, neque hic masculam habet victimam pro se immolatam. Non enim novit eum, qui natura Rex est, sed ad alium, qui nec natura nec vere rex sit, se convertit. Sed et si quis ex humana vetustate aliquid in Christum derivat, vel ipsum peccati capacem dicere audet, vel legis servituti subjectum, aut morti ex necessitate subjectum; hic anniculum non habet agnum, neque novitatem illam sensit, quæ est in Christo. Restat ut et agni et hœdi symbolum intelligatur. Est igitur agnus, secundum Isaiam, mansuetudinis Christi symbolum : nam *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se mutus* (*Isai.* 53. 7). Hœdus vero secundum legem, est victima pro peccato : *Hœdum*, inquit, *ex capris pro peccato* (*Levit.* 5. 6). Oblatus ergo mansuetus ut ovis, quasi hœdus pro peccato immolatus est, ac per mansuetudinem suam sese obtulit ad salutem hominum, quam consequi precemur per fidem et dilectionem Jesu Christi qui passus est pro nobis, per quem et cum quo Patri gloria, unaque Spiritui sancto in sæcula sæculorum. Amen.

IN SANCTUM PASCHA. II.

Legales figuræ rationabiles et veritati consentaneæ apparent, ut quod agnus sit immaculatus, quam Paschæ victimam lex adhibebat; quod sit masculus, quod anniculus, quod decima mensis captus, decima quarta ad vesperam immoletur, atque ut cum Pascha celebrabatur, id initium mensium reputaretur. Hæc quippe omnia in Christo et in Christi passione constant, et vera necessariaque sunt; secundum se autem seorsim sumpta, nullam possunt habere rationem. Illi vero qui Christum ignorant, nullo modo hæc defendere possint, neque docere cur illa præceperit Deus: neque ullo explicari modo possit, cur victima pro salute primogenitorum præcipiatur, cur unctio sanguinis in foribus; quam vim habeat ad salutem primogenitorum victimarum mactatio; cur necessaria sit sanguinis unctio ad signum domorum. Deus enim absque signis Hebræorum domos noverat; ut mirum sit illud : *Videbo sanguinem et protegam vos* (*Exod.* 12. 13). Qui autem hæc ad veritatem deduxerit, quam rationabilia sint agnoscet, ut in supra dictis aliis ostendimus. Cum enim immaculata victima pro nobis patitur, mors a primo homine inducta solvitur, et primogenitus homo, qui in nobis omnibus est, salutem obtinet, resurrectione Domini vivificatus. Juste namque vita, quæ solvit peccatum et mortem, signum salutare se participantibus efficitur. Et ad hoc respiciens Deus, servat eos qui illo per fidem uncti sunt, qui non alio modo possunt effugere angelum justum vindicem, nisi per sanguinem benigni Domini pro nobis effusum. Viden' quantam vim habet figura cum veritate considerata? Itaque si quis Judæus dicere audeat : Cur Filius passus est ut mundus servaretur, ac si non alius esset servandi modus? dicatur ei : Cur Pascha immolatum est ad salutem primogenitorum Judæorum, ac si non alio modo servari possent? Et ille quid respondeat non habebit (neque enim Deus sacrificio opus habuit, neque signo ut domos cognosceret); nobis vero res ipsa patrocinatur, et sanctam fidem testimonio firmat, cum iniquitas nostra in Christi justitia solvitur, quæ alio modo non solveretur (tenebræ namque a luce dissipantur); et cum mors nostra per Christi vitam fugatur, ut a luce tenebræ. Sacra igitur erat illa quoque victima, quia veræ victimæ typus erat. Hæc autem sacra omnino est, utpote vera, quæ per ignorantiam impiorum hominum morti et neci tradita est; ex voluntate autem Dei in sacram hostiam accepta est; et ex illius placito Patri oblatio facta est. Tradidit enim, inquit, Pater Filium pro nobis; et *Obtulit semetipsum* Patri Christus pro Ecclesia, *oblationem et sacrificium in odorem suavitatis* (*Ephes.* 5. 2). Atque illis quidem, qui Christum se occisuros sperabant, perniciosum fuit consilium; iis vero, qui salutem per mortem Domini quærunt, salutaris est fides. Hos ultio et mors pertransit, quia non ad perniciem a morte detinentur, secundum id, quod a Servatore dictum est : *Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum* (*Joan.* 8. 51). Per sanguinem enim pro nobis fusum, Spiritum sanctum accipimus : siquidem in unum convenerant sanguis et spiritus, ut per conge-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nerem nobis sanguinem non congenerem nobis Spiritum sanctum accipere possemus, ac per illum morti ingressum claudamus. Duplex autem est mortis ingressus : et ideo duplex efficitur sanguinis sigillum. *In duobus*, inquit, *postibus et in limine* (*Exod.* 12. 7). Intrat enim per peccatum mors, ut ait Apostolus (*Rom.* 5. 12). Peccatum vero, aliud in nobis fit per passionem, quæ duplex est ; alia nempe mollities animi in debilitatem, alia asperior in feritatem vergit : aliud per ratiocinium, cum non sana nec recta cogitat. Et est quidem ratiocinium, quasi limen, id est, superliminare, supra utrumque postem ; nam quasi dux est, et natura superior passio autem referri potest ad postes, quæ ratiocinio subjicitur, sicut postes superliminaribus sunt subjecti. Quænam sunt illæ passiones quæ ad mollitiem deducunt? Gula, temulentia, et concupiscentia libidinosa. Quinam sunt asperi affectus animi ? Ira, arrogantia, quas ut eliminaret Paulus dicebat : *Non in comessationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et æmulatione ; sed induimini Dominum nostrum Jesum Christum* (*Rom.* 13. 13. 14). Similis est ergo unctio indumento, quando Christi passioni conformati, sanctitate Christi amicimur, neque in voluptates dissoluti, neque in iras exasperati. Bona item est ratiociniis unctio et vestis, sapientia non carnalis, sed ea quæ secundum Christum est ; ita ut circa carnalem animum mortificemur, ac si jam mortui simus, ornemur autem spirituali ornatu. Sic enim neque per brutos affectus, neque per insulsa ratiocinia peccatum nos invadet, neque nobis mors dominabitur. Hujusmodi sane est unctionis mysterium. Post unctionem adest comestio, quæ divinum corpus in nobis locat, et commiscet ad unionem. *Comedent*, inquit, *carnes hac nocte assas igni* (*Exod.* 12. 8). Nox, præsens sæculum est. *Nox præcessit* (*Rom.* 13. 12), ait Paulus. Ignita est sacri corporis participatio ; hoc est, per ignitum ac fervens studium. *Spiritu*, inquit, *ferventes* (*Ibid.* 12. 11) ; et, *Ignem veni mittere in terram, et quid volo, si jam accensus est* (*Luc.* 12. 49)? Ut autem ignis, si de comestione carnium intelligatur, fervens studium indicat : sic et azyma simplicitatem, et herbæ amaræ ærumnas subsequentes. Nam *Azyma*, inquit, *cum herbis amaris comedent* (*Exod.* 12. 8). Simplices sint mores, nec fucati, veteri more ac versutia fermenti instar deposita, novoque ac simplici accepto more, quo fermentatio fiat. Nam ait, *Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ : sed in azymis sinceritatis et veritatis* (1. *Cor.* 5. 7. 8). Acerbæ sunt tribulationes ; *Sed et in tribulationibus*, inquit, *gloriamur, scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit* (*Rom.* 5. 3-5). *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum* (*Act.* 14. 21). Itaque tribulationem admittimus quasi delicias, propter spem et regnum, quæ ex ea proveniunt. Vetat præceptum comedere crudas carnes. Hoc vero iis, qui corporaliter audiunt præter rationem esse videtur, cum illud prohibeat Deus, quod nunquam forte factum est ; nemo enim crudam carnem comedit : apud nos autem id rationi maxime consonum est, ne scilicet perfunctorie accedamus ad participationem divini corporis : non participant enim qui perfunctorie illud tractant, nec per bona opera se ad talem communicationem concinnant. *Fides*, inquit, *sine operibus mortua est* (*Jacob.* 2. 20). Ideoque segnibus ac negligentibus immittuntur tribulationes ad ipsorum utilitatem, ut ait Paulus (*Hebr.* 12. 10), ut sanctitatis ejus participes sint. Segnitiem vero circa spiritualia opera parit amor voluptatis carnalis. Quapropter alio symbolo id significans legislator, prohibet in aqua coctum comedere : nam ad comestionis voluptatem, sic coctum paratur : cum voluptate autem divinam escam comedere non licet : non enim carnali modo miscetur virtus spiritualis. Ne igitur coquas sacram carnem, inquit, illam suavibus admiscens ; sed igni cocta tantum comedatur, cum intento studio a voluptate alieno. Amor voluptatis est a Dei amore alienus, ut ait Paulus : et *Quorum deus venter est* (*Philipp.* 3. 19), iis Deus ipse non est deus. Neque ii, qui Eucharistiam in lauta convivia transferunt, accepti sunt apud Apostolum, dum communionem illam sanctificantem in occasionem vertunt largi et lauti cibi et potus sumendi. Quibus dicit Paulus, *Non est Dominicam cœnam manducare : Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum, et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, et confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? laudabo vos? In hoc non laudo* (1. *Cor.* 11. 20 23). Dicit autem ex negligenti illo circa cibum sacrum usu tentationes illis contingere, quia non sancte ad sanctum accedunt. *Ideo*, inquit, *inter vos sunt multi infirmi et imbecilles, et dormiunt multi. Quod si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur* (1. *Cor.* 11. 30 31). Impietatis enim culpam incurrunt ii, qui corpus suum non præparant ad communicationem corporis ipsius, quod nobis dedit, ut cum illo mixti, ad Spiritum sanctum recipiendum digni judicemur : siquidem ideo Dei Verbum se in corpus immisit, et caro factum est secundum evangelicam vocem (*Joan.* 1. 14), ut quia illius ut Verbi participes esse non poteramus, ipsius carne induti participes essemus ; spirituali carni nostram copulantes, et Spiritum spiritui quantum licet ; ut Christo similes essemus, templa Spiritus facti, ut ait Apostolus : *Templa Dei estis* ; et iterum, *Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo* (1. *Cor.* 3. 16. *et* 6. 19)? Ac per commixtionem cum Spiritu sancto, ad corpus etiam Christi pertinemus, ut hæc foveamus in sanctificatione, foveamus, inquam, ut membra Christi. *Nescitis*, ait, *quoniam membra vestra, membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit* (1. *Cor.* 6. 15). Sacri ergo cibi apparatum sic et cum talibus symbolis lex ordinavit, ad utilitatem nostram prævias figuras tunc disponens. *Caput autem*, inquit, *cum pedibus et intestinis* (*Exod.* 12. 9) ; per caput indicans initium adventus ad homines ; hic porro erat primus adventus : pedes autem finis sunt ; et hic est secundus adventus, sine quo nec priori credendum esset : hic quippe non omnia, quæ prophetice sunt enuntiata, implevit. Idcirco non credunt Judæi, quod ea, quæ ad gloriosum adventum spectant, completa non sint ; neque putant, illum qui ita advenit, esse Christum. Ideo hæc complectens ait, *Caput cum pedibus ;* hoc est, primum adventum cum secundo, ut et agnum cum ignominia ad occisionem adductum reciperes Dominum, et Regem cum gloria apparentem videres : quæ ambo prædixit Isaias propheta : neque redemptionem Jerosolymæ exigeres ; sed adhuc exspectares, ut dicitur : *Veniet ex Sion qui liberet, et avertet impios a Jacob* (*Isai.* 59. 21. *Rom.* 11. 26), ipso servante residuum populi, qui ad illum convertendus est. In primo autem adventu contrarium videas contigisse ; illud nempe, *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam ;* et illud, *Tradidit impios pro sepultura ejus, et divites pro morte* (*Isai.* 57. 9). Cum dicit ergo, *Caput cum pedibus*, hoc prænuntiat Judæis : Inglorium Domini adventum a glorioso ne separetis, ut ne incredduli ab ejus communione separemini. *Sed etiam cum intestinis*, inquit. Quid hoc est? Ne scandalizemini de illo, quod apparebit, sed absconditam etiam dispicite. Ne hominem esse, sicut vos estis, existimate, ex eo quod ille secundum corpus sit homo ; sed illum spiritualiter cognoscite, et in ipso Patrem cognoscetis. Donec enim quod intus est non respicis, neque intestinorum consors es, nondum Christum vidisti, hominem illum esse putans, non Deum. Dicit autem ille, *Qui vidit me, vidit Patrem* (*Joan.* 14. 9). Considerandum autem est, quid sit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

θάνομεν. Ἐπείπερ εἰς ἓν ἦλθε τό τε αἷμα καὶ τὸ πνεῦμα, ἵνα διὰ τοῦ ὁμογενοῦς ἡμῖν αἵματος τὸ μὴ ὁμογενὲς ἡμῖν Πνεῦμα τὸ ἅγιον λαβεῖν δυνηθῶμεν, καὶ διὰ τούτου τὴν εἴσοδον ἀποκλείσωμεν τῷ θανάτῳ τὴν εἰς ἡμᾶς. Διπλῆ δέ τίς ἐστιν ἡ εἴσοδος τῷ θανάτῳ, καὶ διὰ τοῦτο διπλῆ γίνεται τοῦ αἵματος ἡ σφραγίς. *Ἐπὶ τῶν δύο*, φησὶ, *σταθμῶν καὶ ἐπὶ τῆς φλιᾶς.* Εἰσέρχεται μὲν γὰρ δι' ἁμαρτίας ὁ θάνατος, [255] ὡς ὁ Ἀπόστολός φησιν. Ἁμαρτία δὲ, ἡ μὲν κατὰ τὸ πάθος τὸ ἐν ἡμῖν (διττὸν δὲ τοῦτο, ἥ μαλακτικὸν τῆς ψυχῆς εἰς ἀπαλότητα, ἥ σκληροποιὸν εἰς τραχύτητα)· ἡ δὲ κατὰ τὸν λογισμὸν, ὅτε μὴ ὑγιῆ μηδὲ ὀρθὰ λογίζοιτο. Καὶ ἔστιν ὁ μὲν λογισμὸς, οἱονεὶ φλιὰ, τουτέστιν, ὑπέρθυρον, ἐπὶ τοῖς σταθμοῖς ἑκατέροις· ἡγεμονικὸς γὰρ καὶ ἀνώτερος τῇ φύσει· τὸ δὲ πάθος ἀνάλογον ἔχει τοῖς σταθμοῖς, ὑποκείμενον, τῷ λογισμῷ, καθάπερ οἱ σταθμοὶ τοῖς ὑπερθύροις ὑπόκεινται. Τίνα τὰ πρὸς ἀπαλότητα προσάγοντα πάθη; Γαστριμαργία, καὶ οἰνοφλυγία, καὶ συνουσιῶν ἐπιθυμία. Τίνα τὰ σκληρὰ τῆς ψυχῆς; Ὀργαὶ καὶ αὐθάδειαι, ὧν ὁ Παῦλος τὴν ἀναίρεσιν ποιούμενος, ἔλεγε· *Μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ· ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.* Ὁμοίων τοίνυν ἡ χρῖσις τῇ ἐνδύσει, ὅτε τῷ Χριστοῦ πάθει μορφούμενοι, τὴν ἀγιότητα περιβαλλόμεθα τοῦ Χριστοῦ, μήτε εἰς ἡδονὰς ἐκλυόμενοι, μήτε εἰς θυμοὺς ἐκτραχυνόμενοι. Καλὸν δὲ καὶ τοῖς λογισμοῖς εἰπεῖν [a] χρῖσμα καὶ ἔπένδυμα, σοφία ἡ μὴ σαρκικὴ, ἀλλὰ ἡ κατὰ Χριστὸν, ὥστε νεκροῦσθαι μὲν ἡμᾶς περὶ τὸν σαρκικὸν νοῦν οἷον ἀποθανόντας, κοσμεῖσθαι δὲ τῷ πνευματικῷ. Οὕτω γὰρ οὔτε διὰ τῶν ἀλόγων παθῶν, οὔτε διὰ τῶν ἀφρόνων λογισμῶν ἐπίησιν [b] ἡμῖν ἡ ἁμαρτία, οὔτε καταδυναστεύει ἡμῖν ὁ θάνατος. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τῆς χρίσεως μυστήριον. Μετὰ δὲ τὴν χρῖσίν ἐστιν ἡ βρῶσις, εἰσοικίζουσα τὸ σῶμα τὸ θεῖον εἰς ἡμᾶς καὶ ἀναμιγνῦσα πρὸς ἕνωσιν. *Φάγονται*, φησὶ, *τὰ κρέα ταύτῃ τῇ νυκτὶ ὀπτὰ πυρί.* Νὺξ ὁ παρὼν οὗτος αἰών. *Ἡ νὺξ προέκοψε*, Παῦλός φησι. Διάπυρος ἡ τοῦ ἁγίου μετάληψις σώματος, τουτέστι, δι' ἐμπύρου καὶ ζεούσης σπουδῆς. *Τῷ πνεύματι*, φησὶ, *ζέοντες*· καὶ, *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν*, λέγει, *καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνῆφθη;* Ὥσπερ δὲ τὸ πῦρ ἐμφανιστικὸν τῆς ζεούσης σπουδῆς εἰς τὴν ἀπόλαυσιν τῶν κρεῶν παραλαμβανόμενον, οὕτως τὰ ἄζυμα τῆς ἁπλότητος, καὶ αἱ πικρίδες τῶν ἐπακολουθουσῶν θλίψεων. *Ἄζυμα* γὰρ, φησὶν, *ἐπὶ πικρίδων ἔδονται.* Ἁπλοῦς ὁ τρόπος καὶ ἀκακοποιὸς, τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο καὶ πανοῦργον ἀποτιθέμενος, ὡσπερεὶ ζύμην· τὸ δὲ νέον καὶ ἀπάνουργον ἀνειληφὼς, ἵνα ζυμώσῃ. *Τὸ πάσχα γὰρ ἡμῶν*, φησὶν, *ἐτύθη Χριστός· ὥστε ἑορτάζωμεν μὴ ἐν ζύμῃ παλαιᾷ, μηδὲ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας, ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας.* Πικρὸν δὲ αἱ θλίψεις· *Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς θλίψεσι*, φησὶ, *καυχώμεθα, εἰδότες, ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. Διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν.* Ὥστε προσιέμεθα τὴν θλῖψιν ἐν ἡδυσμάτων τρόπῳ, διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν βασιλείαν. Ἀπαγορεύει δὲ τὸ πρόσταγμα μὴ ἐσθίειν ἀπὸ τῶν κρεῶν ὠμόν. Τοῦτο δὲ τοῖς μὲν σωματικῶς ἀκούουσιν οὐδένα λόγον ἂν ἔχοι, δι' ὧν ἀπηγόρευσε Θεὸς τὸ μὴ ἄν ποτε γενόμενον· οὐδεὶς γὰρ ἂν ὠμὸν φάγοι· παρά γε ἡμῖν καὶ μέγιστον παρέχεται λόγον, τὸ μὴ ἀργῶς προσιέναι τῇ τοῦ θείου σώματος μεταλήψει· ἀμετάληπτον γὰρ καθίσταται τὸ ἀργῶς αὐτὸ μεταχειριζομένοις, καὶ μὴ δι' ἔργων ἀγαθῶν τῆς πρὸς αὐτὸ συγκράσεως ἀντιποιουμένοις. *Ἡ πίστις*, φησὶ, *χωρὶς ἔργων νεκρά ἐστι.* Καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἀργῶς διακειμένοις ἐπιφέρονται θλίψεις πρὸς τὸ συμφέρον, ὡς ὁ Παῦλός φησιν· Ἵνα μεταλαμβάνωσι τῆς ἁγιότητος αὐτοῦ. Ἀργίαν δὲ ἐμποιεῖ περὶ τὰ πνευματικὰ ἔργα τὸ φιλήδονον τῆς σαρκός. Διόπερ ἑτέρῳ συμβόλῳ τοῦτο δηλῶν ὁ νομοθέτης ἀπαγορεύει καὶ ἐψόμενον ὕδατι φαγεῖν· πρὸς ἡδονὴν γὰρ τῆς βρώσεως τὸ ἑψόμενον παρασκευάζεται· μεθ' ἡδονῆς δὲ τὴν θείαν τροφὴν οὐκ ἔστιν ὑποδέξασθαι· οὐ γὰρ ἀναμίγνυται τρόπῳ σαρκικῷ δύναμις πνευματική. Μὴ τοίνυν ἕψαι τὸ κρέας τὸ ἅγιον, φησὶν, ἀναμιγνύων ἡδύσμασιν αὐτὸ, ἀλλ' ὀπτὰ πυρὶ μόνον ἐσθιέσθω, ὅπερ [c] ἡ σπουδὴ σύντονος, ἀφιλήδονος. Τὸ φιλήδονον οὐ φιλόθεον, ὡς ὁ [256] Παῦλός φησι· καὶ *Ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία*, τούτοις οὐκ ἔστι Θεὸς ὁ Θεός. Οὐδὲ οἱ τὴν εὐχαριστίαν εἰς πολυτελεῖς εὐωχίας μετατιθέντες, ἀπόδεκτοι παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, βρώσεως πολλῆς καὶ ποικίλης καὶ πόσεως ὑπόθεσιν ποιούμενοι τὴν ἁγιαστικὴν κοινωνίαν· πρὸς οὓς ὁ Παῦλός φησιν· *Οὐκ ἔστι Κυριακὸν δεῖπνον φαγεῖν. Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν, καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει. Μὴ γὰρ οἰκίας οὐκ ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καταφρονεῖτε, καὶ καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας; Τί εἴπω ὑμῖν; ἐπαινέσω ὑμᾶς; Ἐν τούτῳ οὐκ ἐπαινῶ.* Φησὶ δὲ ἐκ ταύτης τῆς ἀνεπιτηδεύτου χρήσεως περὶ τὸ ἅγιον βρῶμα συμβαίνειν αὐτοῖς τοὺς πειρασμοὺς, ὅτι μὴ ἁγίως τῷ ἁγίῳ προσίασι. *Διὰ τοῦτο γὰρ ἐν ὑμῖν*, φησὶ, *πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἰ δὲ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.* Ἀσεβείας γὰρ ὑπεύθυνοι τῆς εἰς τὸν Κύριον οἱ μὴ παρέχοντες ἐπιτήδειον τὸ σῶμα πρὸς τὴν ἀνάκρασιν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅπερ ἡμῖν ἔδωκεν, ἵνα πρὸς αὐτὸ κιρνάμενοι, πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνακιρνώμεθα· ἐπεὶ καὶ διὰ τοῦτο ὅλως εἰς σῶμα ἔδωκεν ἑαυτὸν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ σὰρξ ἐγένετο, κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνὴν, ἵν' ἐκεῖθεν μετασχεῖν ὡς Λόγου μὴ οἷοί τε ἦμεν, ὡς σαρκὸς μετάσχωμεν αὐτοῦ, τῇ πνευματικῇ σαρκὶ τὴν ἡμετέραν οἰκειώσαντες καὶ τῷ Πνεύματι τὸ πνεῦμα κατὰ δύναμιν, ὡς ἂν ὁμοιώματα Χριστοῦ κατασταίημεν, ναοὶ τοῦ Πνεύματος γενόμενοι, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ναοὶ τοῦ Θεοῦ ἐστε*· καὶ πάλιν, *Οὐκ οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ;* Καὶ διὰ τῆς ἀναμίξεως τῆς πρὸς τὸ Πνεῦμα, τοῦ Χριστοῦ σώματος γίνεται, καὶ περιέπειν ἐν ἁγιασμῷ, ταῦτα δὲ περιέποντας ὡς μέλη Χριστοῦ. *Οὐκ οἴδατε* γὰρ, φησὶν, *ὅτι τὰ μέλη ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν; Ἆρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη; Μὴ γένοιτο.* Τὴν μὲν οὖν σκευασίαν τῆς ἁγίας τροφῆς οὕτω καὶ ἐν τοιούτοις συμβόλοις διέταξεν ἡ νομοθεσία, πρὸς τὸ ἡμῖν συμφέρον διατάξασα τὴν τότε προτύπωσιν. *Κεφαλὴν δὲ*, φησὶ, *σὺν τοῖς πόσι καὶ τοῖς ἐντοσθίοις*· κεφαλὴν μὲν αἰνιττόμενος, τὴν ἀρχὴν τῆς εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιφανείας· αὕτη δὲ ἦν ἡ πρωτέρα παρουσία· πόδες δὲ, τὸ τέλος· αὕτη δὲ ἦν ἡ δευτέρα ἐπιφάνεια, ἧς ἄνευ τὴν προτέραν οὐκ ἔστι πιστεύεσθαι, ἐπεὶ μὴ πάντα τὰ προφητευθέντα ἐπλήρωσεν αὐτῇ. Διόπερ οὐδὲ πιστεύουσιν Ἰουδαῖοι, τῷ μὴ πεπληρῶσθαι τὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας, οὐκ εἶναι Χριστὸν οἰόμενοι τὸν οὕτω παραγενόμενον. Διὰ τοῦτο συμπλέξας εἶπε, *Κεφαλὴν σὺν τοῖς πόσι*, τουτέστι, τὴν προτέραν παρουσίαν μετὰ τῆς δευτέρας· ἵνα καὶ σὺν ἀδοξίᾳ *πρόβατον* ἐπὶ σφαγὴν ἀχθέντα δέξῃ τὸν Κύριον, καὶ βασιλέα μετὰ δόξης φαινόμενον ἴδῃς· ἅπερ ἀμφότερα προεῖπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· καὶ μὴ τὴν λύτρωσιν τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀπαιτήσῃς, ἀλλ' ὕστερον πρόσδοκήσῃς τὸ, *Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβεῖς ἀπὸ Ἰακώβ*, σώζοντος αὐτοῦ τὸ ὑπόλοιπον τοῦ λαοῦ, τὸ μέλλον ἐπ' αὐτὸν ἐπιστρέφειν. Ἐπὶ δὲ τῆς πρωτέρας παρουσίας τοὐναντίον ἴδοις πληρούμενον, τὸ, *Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου*· καὶ τὸ, *Παρέδωκε τοὺς ἀσεβεῖς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου. Κεφαλὴν οὖν σὺν τοῖς πόσι* λέγων, προδιαμαρτύρεται τοῖς Ἰουδαίοις, ὅτι Τὴν ἄδοξον παρουσίαν τοῦ Κυρίου μὴ χωρίσητε τῆς ἐνδόξου, ἵνα μὴ τῆς κοινωνίας χωρισθῆτε πρὸς αὐτὸν ἀπιστήσαντες. *Ἀλλὰ καὶ σὺν τοῖς ἐντοσθιδίοις*, φησί. Τί τοῦτό ἐστι; Μὴ σκανδαλισθῆτε περὶ τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπόκρυφον θεωρήσατε· μὴ ἄνθρωπον ἐπίσης ὑμῖν νομίσητε, διότι καὶ ἄνθρωπός ἐστι κατὰ σῶμα· ἀλλὰ γνῶτε πνευματικῶς αὐτὸν, καὶ γνώσεσθε ἐν αὐτῷ τὸν Πατέρα. Ἕως γὰρ ἂν τὸ ἐντὸς μὴ ὁρᾷς, μηδὲ μετέχῃς ἐντοσθιδίου, οὔπω Χριστὸν ἑώρακας, ἄνθρωπον οἰόμενος αὐτὸν, οὐ Θεόν. Λέγει δὲ αὐτός· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Σκεπτέον δὲ καὶ τὸ, *Οὐκ ἀπολείψετε ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὸ πρωΐ.* Καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ Παῦλος ἑρμηνευέτω λέγων, Ἀνάμνησιν ἡμᾶς τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου [257] ποιεῖσθαι, ἕως ἂν ἔλθῃ. Αὕτη γὰρ ἕως τοσούτου τελεῖται, καὶ σώζει τοὺς τελοῦντας, ἕως ἡ παροῦσα νὺξ παρέλθῃ, καὶ πρωῒ γένηται, καὶ ζῶν ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ Χριστὸς ἐπιλάμψῃ, διὰ τῆς ζωῆς

[a] Savilius legendum putat ἔστι. [b] Savil. legendum putat ἔπεισιν. Mox forte καταδυναστεύει ἡμῶν.

[c] Savil. conjicit. ὥσπερ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἑαυτοῦ σώζων ἡμᾶς, ὁ νῦν διὰ τοῦ θανάτου σώζων, *Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες*, φησὶ, *κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ.* Ἤδη μενοῦν ἐν τῷ θανάτῳ Χριστοῦ σωζόμεθα, τότε δὲ ἐν ζωῇ αὐτοῦ. Οἰκεῖον τὸ σύμβολον τὸ μὴ καταλιμπάνεσθαι τῶν κρεῶν τοῦ θύματος εἰς τὸ πρωΐ. Καὶ γὰρ ἡμεῖς τότε ζῶντες ἐσόμεθα, καὶ ἡ παροῦσα νέκρωσις ἡμῶν πάρεισι, νῦν μὲν οὐκ ἄλλως σωζομένων, εἰ μὴ νεκρωθείημεν, τότε δὲ ζωτικὴν ἐχόντων σωτηρίαν. *Μὴ τὰ ἐπίγεια*, φησὶ, *φρονεῖτε· ἀπέθανε γὰρ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ.* Διὸ καὶ εἴ τι τῶν κρεῶν τοῦ ἱερείου περισσεῦον, πυρὶ κατακαίεται, ἵν' εἰδείημεν, ὅτι κατὰ τὸν νῦν αἰῶνα Χριστὸς τέθνηκε τῇ ἁμαρτίᾳ ἐφάπαξ· οὐκέτι δὲ θάνατος αὐτοῦ κυριεύει, ἀλλὰ ἀπείρηται τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, ὡσπερεὶ πυρὸς, τὰ τοῦ θανάτου σημεῖα, τῆς ζωῆς ἐπικρατησάσης. *Τὸ δὲ δὴ ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται ἀπ' αὐτοῦ.* Φησὶ μὲν ὁ μακάριος Ἰωάννης καὶ σωματικῶς πεφυλάχθαι, μὴ κατεαγέντων αὐτοῦ τῶν σκελῶν· ἔχει δὲ καὶ τὴν πνευματικὴν δήλωσιν, ὅτι τὸ στερρὸν τὸ ἐν αὐτῷ διέμενεν ἀήττητον, καὶ διὰ τοῦτο φθορὰ τοῦ σώματος οὐχ ἥψατο, στερρότατην καὶ ἀσύντριπτον σχόντος τὴν ὑποδάθραν, διὰ τὸ θείως καὶ μὴ σαρκικῶς συστῆναι τὸ σῶμα, καὶ θείαν ἐσχηκὸς τὴν γέννησιν μὴ ὑποκεῖσθαι τῇ τῶν ἀνθρώπων φθορᾷ. *Ἡ σὰρξ αὐτοῦ*, φησὶν, *οὐκ εἶδε διαφθοράν.* Ταῦτα περὶ τε τῆς σωτηρίου χρήσεως τῆς ἱερᾶς βρώσεως ἐξητακότες, παυσώμεθα τοῦ λόγου καὶ νῦν, εἰς ἑτέραν ἐξέτασιν τὰ μετὰ τοῦτο καταλιπόντες, αἰτούμενοι παρὰ τοῦ Κυρίου τὴν αἴτησιν, ἣν Δαυὶδ ᾐτήσατο· *Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου*, ἵν' ἡμῖν μὴ εὐκαταφρόνητος ᾖ τῶν νομίμων ἀνάγνωσις ᾖ, καθάπερ Ἰουδαίοις ἕως τῶν τύπων ἱσταμένοις, ἀλλὰ θείως τὰ θεῖα νοοῦντες σύμβολα, πρὸς τὴν θειοτάτην ἀλήθειαν φθάνωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Εἰς τὴν αὐτὴν πραγματείαν (Πάσχα) γ'.

Τὴν μὲν ἁγιότητα Χριστοῦ τὸ θῦμα τοῦ πάσχα μετὰ τοῦ ἀμώμου ὑπεδείκνυε· τὴν δὲ ἐν τῷ πάθει Χριστοῦ σωτηρίαν ἀνθρώπων ἡ τῶν πρωτοτόκων σωτηρία διὰ τῆς θυσίας τοῦ πάσχα δοθεῖσα· τὸν δὲ ἁγιασμὸν, ἡ βρῶσις. Καὶ ταῦτα ἡμῖν ἤδη προείρηται. Νῦν ἐκ τῶν ὑπολοίπων τῆς νομοθεσίας ἐπισκεπτέον, ὅπως μὲν δεῖ παρασκευάζεσθαι τὸν ἁγιασθησόμενον, ὅπως δὲ προσιέναι πρὸς τὴν τῆς ἁγιότητος κοινωνίαν, οἷον δὲ τὸν βίον διάγειν μετὰ τὸ γενέσθαι τοῦ ἁγίου μέτοχόν τε καὶ κοινωνόν. Τὴν μὲν οὖν παρασκευὴν, ἣν παρασκευάσασθαι δεῖ τὸν μέλλοντα μεθέξειν Χριστοῦ, διὰ περιτομῆς ἐπέδειξεν ἡμῖν ὁ νομοθέτης τυπικῶς λέγων, *Οὗτος ὁ νόμος τοῦ πάσχα· Πᾶς ἀλλογενὴς οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πάντα οἰκέτην τινὸς καὶ ἀργυρώνητον περιτέμεις αὐτὸν, καὶ τότε φάγεται ἀπ' αὐτοῦ.* Περιτομὴ δὲ τότε μὲν ἦν μερικὴ, καὶ τὴν ὠφέλειαν αὐτόθεν οὐκ ἐπιδεικνύουσα. Οὐδὲν γὰρ καλλίων ἐκ τῆς περιτομῆς ἄνθρωπος ἀπεδείκνυτο παρὰ τὸν ἀκρόβυστον· ἀλλὰ καὶ δνειδος παρὰ Θεοῦ τοῖς Ἰσραηλίταις ἦν. *Ὅτι πάντα τὰ ἔθνη*, φησὶν, *ἀπερίτμητα σαρκὶ, ὁ δὲ οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητος καρδίαις αὐτῶν.* Ἡ δὲ ἀληθὴς περιτομὴ καθ' ὅλης ἐστὶ σαρκὸς, φίλον τε καὶ [258] οἰκεῖον ἀποδείκνυσι [a] Θεῷ τὸν περιτετεμημένον τῇ καρδίᾳ, καὶ περιῃρημένον τὸ κάλυμμα τὸ σαρκικὸν, ὅπερ ἐκ διαδοχῆς πατέρων ἔχοντας ἡμᾶς, καὶ περαιρεθῆναι χρῄζοντας ἡμᾶς αὐτὸ, προῦπέδειξεν ὁ νόμος τὰ γεννητικὰ περιτέμνων μόρια, τῆς γεννήσεως τὰ σύμβολα ποιῶν διὰ τούτου, καὶ τοῦ καλύμματος τοῦ κατὰ γέννησιν ἡμῖν ἀκολουθοῦντος. Οὐδεὶς οὖν μὴ περιτεμνόμενος τὸν σαρκικὸν τρόπον ἐπὶ τὴν κοινωνίαν ἀφίξεται Χριστοῦ. *Ἀλλ' Ἡμεῖς ἐσμεν ἡ περιτομὴ*, φησὶν, *οἱ Χριστοῦ μέτοχοι, οἱ Πνεύματι Θεοῦ λατρεύοντες, καὶ μὴ πεποιθότες ἐν σαρκὶ.* Γυμνὴ γὰρ ἡ καρδία παντὸς σαρκικοῦ λατρεύειν ἀληθινῶς Θεῷ δύναται, καὶ τῷ Χριστῷ συγκιρνᾶσθαι πνεύματι. Ταύτης τῆς περιτομῆς κατάρχει μὲν τὸ τοῦ Κυρίου πάθος ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθεμένου τὴν σάρκα, καὶ τὴν περιτομὴν αὐτὴν δι' ἡμᾶς ἀναδεξαμένου· ἐκτυποῦται δὲ τὸ μυστήριον εἰς ἡμᾶς ἐν βαπτίσματι, καὶ τελεῖται τῷ βίῳ τῷ κατὰ Χριστόν. *Περιτεμήθητε* γὰρ, φησὶ, *περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι.* Ἕως οὖν οὐκ ἀποτίθεσαι τὸ σαρκικὸν ἦθος, ἀλλογενὴς εἶ καὶ ξένος, ἀμέτοχά σοι καὶ ἀκοινώνητα πρὸς τὸν ἅγιον ἐξ οὐρανοῦ παρόντα Χριστόν· οὐράνιον γὰρ γενέσθαι δεῖ τὸν τῷ οὐρανῷ προσελευσόμενον· οὐράνιος δὲ οὐδεὶς ἂν γένοιτο, μὴ τὰ γήϊνα περιελών. Οὕτω μὲν δὴ προαποθέμενος τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ χάριτι τοῦ βαπτισμοῦ, καὶ τῇ προθυμίᾳ τῶν πνευματικῶν πράξεων, προσελεύσει καὶ μεθέξει Χριστοῦ. Δεύτερον δὲ ἰδεῖν ἔστιν, ὁποῖοί τινες ὑπὸ τοῦ νόμου τέλλονται [b] πάντες οἱ τοῦ πάσχα μεταλαμβάνοντες· ἵνα καὶ ὁποίους ἡμᾶς εἶναι δεῖ Χριστοῦ μεταλαμβάνοντας ἐπιγνῶμεν. *Οὕτω*, φησὶ, *φάγεσθε αὐτό· αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν.* Ὁδοιπορικὸν τὸ σχῆμα εὐσταλῆ καὶ ἑζωνον ὑποδείκνυσι καὶ ἕτοιμον τρέχειν εἰς ἐπαγγελίαν Θεοῦ, ὥσπερ ὁ Ἰσραὴλ τότε πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς ὁδίτης ἐστέλλετο. Σκόπει δέ μοι τὸν πνευματικὸν ὁδοιπόρον, παρ' ἐκεῖνον ὅσην ἔχει τὴν ὑπεροχὴν, οὐκ ἐπὶ τὴν κάτω σπεύδων γῆς ἐπαγγελίαν, οὐ τὰ πρόσκαιρα μεταδιώκων καλὰ, οὐ γῆν ἀντὶ γῆς ἀλλαττόμενος, Ἰουδαίαν ἀντ' Αἰγύπτου· ἀλλὰ τί φησιν ὁ τοιοῦτος ὁδοιπόρος περὶ τῆς ὁδοιπορίας τῆς ἑαυτοῦ; *Τῶν ὀπίσθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος κατὰ σκοπὸν δρώκων ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως.* Ὅσφὺς οὖν περιεζωσμένη τῇ ἀληθείᾳ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Οὕτω γὰρ ἔσῃ πρὸς τὸν δρόμον τὸν ἀγαθὸν εὔζωνος, ἐὰν πάντα τὰ παρόντα ματαιότητα καὶ ψεῦδος ὑπολαβὼν, κατὰ τὸν Δαυὶδ, τὴν μέλλουσαν ἀλήθειαν ἐπιζητοίης, κἀκείνης ἔχῃς τὸν πόθον. Πόδες δὲ ὑποδεδεμένοι τῇ ἑτοιμασίᾳ, φησὶ, τοῦ Εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, πρὸς πάντα δρόμον ἀγαθὸν εὐτρεπεῖς, δι' οὗ τὴν εἰρήνην τὴν πρὸς Θεὸν βεβαιοῦμεν ἑαυτοῖς, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ, Δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν*, φησὶ, *τὸν προκείμενον ἡμῖν ἄθλον· καὶ, Οὕτω τρέχω, ἵνα καταλάβω.* Βακτηρίαι δὲ ἐκείνοις ἐν χερσὶν ἐλπίδες ἢ [c] εἰς Θεὸν στήριγμα ψυχῆς, οὐκ ἐῶσαι ταῖς θλίψεσιν ἔσεσθαι [d], καθάπερ ὁ Παῦλος εἴρηκεν, ἀλλὰ στηρίζουσαι βεβαίως εἰς τὸ μὴ σαλεύεσθαι. *Ἔδεσθε αὐτὸ μετὰ σπουδῆς· πάσχα ἐστὶ Κυρίου.* Οὐ ῥᾳθυμος, οὐδὲ πρὸς ἡδονὴν τροφὴ, οὐκ ἀνειμένον οὐδὲ κατακεκλιμένον, ἀλλ' ἐγηγερμένον ἐχόντων τὸ φρόνημα καὶ συντεταμένον. Διότι τῆς ὁλοθρευτικῆς τιμωρίας ὑπέρβασιν ἡμῖν παρέχει, τοῦ Κυρίου ταύτην δωρουμένου. Διό φησι, *Πάσχα ἐστὶ Κυρίου*· ὅπερ ἕτερος ἑρμηνεύων ἄντικρυς εἴρηκεν, *Ὑπέρβασίς ἐστι τῷ Κυρίῳ.* Μετὰ δὲ τὴν τοιαύτην μετάληψιν τοῦ θείου βρώματος τὸ τρίτον ἴδωμεν, ὁποῖον εἶναι δεῖ καὶ τὸν βίον τοῦ μετεσχηκότος τῆς ἁγίας τροφῆς· ὑποδείκνυσι δὲ τοῦτον τὰ ἄζυμα, καὶ αἱ τῶν ἀζύμων ἡμέραι. Ἰουδαῖοι μὲν οὖν περὶ τῶν ἀζύμων σπουδαζέτωσαν, καὶ τὰς ἑπτὰ νομιζέτωσαν ἡμέρας παρέχειν αὐτοῖς τι θαυμάσιον, ὅτι ζυμωτὸν οὐκ ἐσθίουσιν, οὐδὲ ἔχουσι παρ' ἑαυτοῖς, οὐδεμίαν ἔχοντες ὠφέλειαν ἀπὸ τοῦ πράγματος ἐπιδεῖξαι· τύπον γὰρ ἐπιτελοῦσιν, οὐκ [259] ἀλήθειαν. Σὺ δὲ σκόπει τὸ ἄζυμον, καθὰ τῷ Ἀποστόλῳ προείρηται, καὶ ἡμεῖς ἐπεσημηνάμεθα τὴν εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν ἀπὸ πάσης κακουργίας ψυχὴν, τὸν καινὸν τρόπον καὶ μηδὲν τῆς παλαιᾶς κακίας ἐπαγόμενον· εἰς ὃ καὶ καλῶς εἰρημένον φαίνεται τὸ, *Ἀφανιεῖτε ἐκ τῶν οἰκιῶν ὑμῶν. Πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐξ Ἰσραήλ.* Κακίας γὰρ παλαιᾶς ἐπανάληψις ὄλεθρος πρὸς τὴν κοινώτητα [e] μετηγμένῳ. *Εἰ κατὰ*

[a] Fort. ἀποδεικνύουσα.

[b] Δια στέλλονται, ut a nonnullis conjectum est?

[c] Savilius legendum putat ἐλπίδες αἱ. [d] Legendum videtur σαίνεσθαι.

[e] Savil. conjicit καινότητα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

illud, *Non relinquetis de eo usque mane* (*Exod.* 12. 10). Illud Paulus nobis interpretetur dicens, Commemorationem passionis Domini fieri, donec veniat (1. *Cor.* 11. 26). Illa enim usque ad tantum temporis spatium perficitur, et servat eos qui perficiunt; donec præsens nox transeat, et matutinum adveniat, Christusque vivens nobis de cælo splendeat, per vitam suam nobis salutem pariens, qui nos nunc per mortem servat. *Si enim cum inimici essemus*, inquit, *reconciliati sumus cum Deo per mortem Filii ejus; multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius* (*Rom.* 5. 10). Jam ergo in morte Christi servamur, tunc vero in ejus vita. Hujus autem rei proprium symbolum est, quod nihil servetur de carnibus victimæ usque mane. Nam nos tunc viventes erimus, et nostra nunc mortalitas transit, cum non alio modo nunc salutem obtineamus, nisi mortificati simus; tunc vero viventem habituri simus salutem. *Ne terrena*, inquit, *sapiatis: mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quando Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos cum ipso apparebitis in gloria* (*Col.* 3. 10-4). Quapropter si quid ex carnibus victimæ supersit, igni crematur; ut sciamus Christum in præsenti sæculo mortuum fuisse peccato semel et mortem non illi ultra dominari, sed exclusam fuisse virtute Spiritus, quasi igne; cum mortis signa vita superaverit. *Os autem non comminuetur ex eo* (*Exod.* 12. 46). Ait quidem beatus Joannes (*Cap.* 19. 33) illud etiam in corpore servatum fuisse, quod crura ejus non confracta fuerint; sed habet etiam spiritualem significationem, quia firmitas in illo mansit invicta: ideoque corruptio corpus ejus non invasit, quod firmissimam et infractam haberet basim, quia divinitus, non autem carnaliter constabat corpus, et quia cum divinam haberet generationem, hominum corruptioni subjectum non erat. *Caro ejus*, inquit, *non vidit corruptionem* (*Act.* 2. 31). His de sacri cibi usu salutari discussis, jam dicendi finem faciamus, ad aliud examen cætera relinquentes. Petamusque a Domino id quod petiit David: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua* (*Psal.* 118. 18): ut nobis vilis esse videatur legalium lectio, si ut Judæi figuras solum attingamus; sed divino modo divina cogitantes symbola, ad divinissimam veritatem perveniamus, in Christo Jesu Domino nostro, per quem et cum quo gloria Patri et sancto Spiritui in sæcula sæculorum. Amen.

IN IDEM ARGUMENTUM PASCHÆ. III.

Sanctitatem Christi subindicabat Paschæ cum agno immaculato sacrificium; salutem vero hominum ex Christi passione partam significabat primogenitorum salus per sacrificium Paschæ conciliata; sanctificationem indicabat comestio. Hæc jam a nobis dicta sunt: nunc reliqua in lege posita sunt consideranda, quomodo nempe se præparare debeat is, qui sanctificandus est; quomodo accedere debeat ad sanctitatis communionem, quam vitam agere debeat postquam sacri mysterii consors et particeps factus est. Quomodo autem se præparare debeat is, qui Christi particeps futurus est, per circumcisionem figurate nobis ostendit legislator dicens: *Hæc est lex Paschæ: Omnis alienigena non comedet ex eo, et omnem servum et emptitium circumcides, et tunc comedet ex eo* (*Exod.* 12. 43. 44). Circumcisio autem tunc partem tantum aliquam obtinebat, neque per se tantum utilis erat. Neque enim per circumcisionem homo melior erat incircumciso; imo id in opprobrium Israelitis a Deo vertebatur, *Quia omnes gentes*, inquit, *incircumcisæ sunt carne, domus autem Israel incircumcisæ sunt cordibus suis* (*Jer.* 9. 26). Vera autem circumcisio carnem totam spectat: amicum vere et familiarem Deo ostendit eum, qui circumcisus est corde, et cui sublatum est operimentum carnale, quod ex patrum successione nos habere, et sublatum oportere, lex antea indicavit, cum genitales partes circumcidit, hinc generationis symbola statuens, necnon operimenti quod ab ortu nos sequitur. Nemo igitur a carnalibus moribus non circumcisus ad communionem Christi accedet. Sed *Nos sumus circumcisio*, inquit, *qui Christi participes sumus, qui Spiritui Dei servimus, neque in carne confidimus* (*Philipp.* 3. 3). Cor enim omni re carnali nudatum, Deo vere servire potest, et cum Christo spiritu commisceri. Hujus circumcisionis initium est passio Domini, qui pro nobis carnem deposuit et hanc circumcisionem propter nos suscepit: figuratur autem in nobis mysterium in baptismate, et consummatur per vitam secundum Christum transactam. *Circumcisi estis*, inquit, *circumcisione non manu facta, in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, consepulti ei in baptismo* (*Col.* 2. 11. 12). Quamdiu ergo non deponis carnalem morem, alienigena es et peregrinus, nec consors particepsve esse debes sancti qui de cælo adest Christi: cælestem enim oportet eum esse qui ad cælestem accedit: cælestis autem esse non potest, qui terrena non aufert. Sic igitur deposito veteri homine in gratia baptismi, ex studio spiritualium operum accedes et Christi particeps eris. Secundo videndum est, quales secundum legem sint ii, qui Pascha sumunt; ut cognoscamus quales nos esse oporteat, qui Christi participes sumus. *Sic*, inquit, *comedetis illud: lumbi vestri accincti erunt, et calceamenta erunt in pedibus vestris, et baculi in manibus vestris* (*Exod.* 12. 11). Is viatorum habitus, accinctus, expeditus, subindicat paratum esse oportere ad currendum in promissionem Dei, ut tunc Israel paratus viator transmittebatur ad promissam illam terram bonam. Considera autem mihi spiritualem viatorem, quantum scilicet antecellat illi viatori; qui non ad hanc infimam terram promissionis currit, non temporalia bona sequitur, non terram pro terra mutat, Judæam pro Ægypto; sed quid ait de itinere suo viator ille? *Eorum, quæ retro sunt, obliviscor, et ad ea, quæ ante me sunt, me extendo, ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis* (*Philipp.* 3. 13. 14). Lumbi igitur sint veritate præcincti, secundum Apostolum (*Ephes.* 6. 14); sic enim eris ad bonum cursum expeditus, si præsentia omnia vana et mendacia putans, secundum Davidem (*Psal.* 38. 8), futuram veritatem quæras, et ejus desiderio teneaeris. Pedes vero calceati, inquit, in præparatione evangelii pacis, ad omnem cursum bonum habiles, quo pacto pacem apud Deum nobis firmamus, ut ait Apostolus: *Pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum* (*Rom.* 5. 1); et, *Per patientiam*, inquit, *curramus ad propositum nobis certamen* (*Hebr.* 12. 1); et, *Sic curro, ut comprehendam* (1. *Cor.* 9. 26). Baculi in manibus sunt, spes in Deum, quæ firmat animam, nec sinit eam a tribulationibus dejici (1 *Thess.* 3. 3), ut dixit Paulus, sed firmiter illam fulcit, ne vacillet. *Cum studio comedite illud; Pascha est Domini* (*Exod.* 12. 11). Non mollis, nec ad voluptatem data est esca, non demissorum nec declinantium, sed eorum, qui vigilem et intentum habent animum, quia id nobis præstat, ut perniciem et supplicium vitemus, Domino dante. Quapropter dicit, *Pascha est Domini*; quod alius interpres vertit, *Supergressio est Domino* (*a*). Post talem divini cibi participationem, tertio videamus qualem oportet esse vitam ejus, qui sacrum cibum accipit. Hanc subindicant azyma et dies azymorum. Judæi itaque azyma curent, putentque septem dies mirabile quidpiam sibi præstare, quia fermentatum non comedunt, nec apud se retinent, nec possunt ostendere aliquam sibi hinc utilitatem provenire: typum enim celebrant, non veritatem. Tu

(*a*) Interpres ille qui פָּסַח vertit *supergressio* (ὑπερβασις) est Aquila, ut videas in Hexaplis nostris Exod. 12, 11; et in Appendice in fine ejusdem Tomi.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

vero azymum considera secundum Apostoli dictum, et ut nos indicavimus; est quippe anima sincera et ab omni nequitia pura : sunt item novi mores, qui nihil veteris malitiæ retineant. Circa quam rem apposite dictum videtur illud : *Eliminabitis ex domibus vestris. Omnis qui comederit fermentatum, exterminabitur anima illa ex Israel* (*Exod.* 12. 19). Nam veteris nequitiæ resumptio, pernicies est ei, qui translatus est ad novam vitam. *Si secundum carnem vivatis*, inquit, *morieniini* (*Rom.* 8. 13). Quod autem est symbolum septem dierum? Ait, *Septem diebus comedetis azyma.* Accidit ut septem dies totum sint tempus. Nam post septimam diem, quæ est sabbatum, fit regressus diei primæ, et hic temporis circulus per dies septem in se revolvitur. Per totum certe tempus in simplicitate et in sinceritate oportet te vivere, et hoc vere salutare est. *In spiritu*, inquit, *opera corporis mortificate, et vivetis* (*Ibid.*). Simplices autem sunt mores ejus, qui carnalia non quærit, qui est a mala consuetudine, a versutia alienus, nihil malum, nihil amarum cogitans. Cur vero primam et septimam diem sanctas vocat dicens : *Prima dies vocabitur sancta, et septima dies sancta erit nobis* (*Exod.* 12. 16)? Quia prima dies initium denotat, quo sanctificamur Spiritum sanctum accipientes; septima vero finem significat, cum a corpore migrantes, sumus cum Christo, et proficiscimur ad Dominum, hac terrena relicta peregrinatione, totique ad sanctitatem transferimur. *Cum sumus*, inquit, *in corpore, peregrinamur a Domino* (2. *Cor.* 5. 6). Has vero sanctas dies operibus vacuas vult lex esse. Nam ait, *Omne opus non facietis in eis* (*Exod.* 20. 10). Quod innuit non immergendam esse animam in negotia terrena, neque servituti obnoxium esse oportere cum servitute Dei non congruenti; sed illa sola diligenter agenda esse, et ad illa contendere oportere, quæ animæ utilia sunt. Et hujus quoque rei symbolum est illud : *Cæterum quæcumque fient omni animæ, hæc solum fient a vobis.* Quapropter Dominus ut legalis quietis interpretationem adduceret, quod scilicet ab inanibus tantum operibus quies requireretur, non autem ab iis, quæ ad animæ utilitatem spectarent, Pharisæos arguebat : *Licet in sabbato bene facere an male facere, animam salvare an perdere* (*Marc.* 3. 4)? Quod si recte et secundum Christum velis servare sabbatum et festalem quietem, a mundanis curis et operibus abstine : illa cura et operare quæ Dei sunt, et ad utilitatem animæ fiunt; et sic sabbatum servabis sanctum et vere bonum, et celebrabis sanctam solemnitatem, imaginem ejus quæ est apud Christum, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN EAMDEM REM. IV.

Pascha quidem celebrant Judæi, in commemorationem liberationis ex Ægypto, quo tempore primogeniti a morte erepti sunt. Ideo Pascha vocatur, quia est transitus supra mortem : id enim vox Hebraica significat. Nos vero Pascha celebramus, non partem solum ereptionis a morte, ut illi, neque a temporanea servitute liberationem; sed perfectam a morte redemptionem, perfectamque a diaboli servitute solutionem. Primogenitorum mors illos supergressa est, qui typicum agnum immolaverant, et sanguine januæ fores unxerant : nos vero mors a protoplasto parta pertransit, nec potest apprehendere eos, qui divini agni sacrificium acceperunt, et fide salutaris sanguinis signati sunt. Illis agnus ex terra desumptus erat; nobis de cælo, secundum Abrahæ typum, quando arietem habuit a Deo missum, quem pro filio offerret; nunc autem vere de cælo missus est agnus, qui oblatus est pro nobis, ut ne ultra a morte detineamur, propter Christum, qui a morte detineri nequit. Misit enim, inquit, Deus Filium Servatorem mundi (1. *Joan.* 4. 10); et *Descendi de cælo* (*Ibid.* 6. 42). Deque ipso testificatur Baptista : *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (*Id.* 1. 29). Peccatum enim non auferret irrationabilis agnus, ideo nec mortem ex peccato partam : rationabilissimus autem agnus, soluto peccato, mortem cum illo destruxit. Educit autem nos, non ex Ægyptiaca captivitate in Judæam, sed ex mundo corrupto in æternam possessionem. Est simul agnus et Pastor oves ducens. Ante illas ibo, inquit, ducens ipsas in æternam vitam. Principium mensium Judæis est agni sacrificium, et egressio ex Ægypto : nobis vero principium vitæ est Domini passio, et translatio cum Christo ex hoc mundo : tunc enim vivimus, cum mundo morimur; tunc regeneramur in Deum, cum terrenam generationem deponimus. Agnus indivisibilis est, qui in una comeditur domo spiritualis Ecclesiæ. Alibi vero non reperitur : quemadmodum et Judæis corporeis prohibitum erat, ut carnes agni extra domum efferrent. Agnus ob mansuetudinem Christus. Secundum autem altiorem viam, hœdus in similitudinem ejus tunc immolabatur. Panis azymus erat iis, qui Pascha comedebant : nobis vero communio cum Christo, cum nova et simplicissima mente; sicut azymum est nova simplexque massa. Herbæ amaræ quæ cum Paschate comedebantur, tunc tribulationes nostras significabant, per quas Christi passiones participamus. Amara enim res est tribulatio, licet fructus illa partus sit suavis. Os agni non conterebatur, et hoc lex præcipiebat, Christum præfigurans, ut narrat Evangelium, quia nemo sacra Domini crura confregit : *Ut impleretur Scriptura : Os non comminuetur ex eo* (*Joan.* 19. 33. 36). Carnes noctu comedebantur, et ad diem sequentem nihil relinquebatur, quia mors Christi in præsenti sæculo memoratur, in futuro autem apparet vita. Habitus eorum, qui Pascha comedebant, erat lumborum præcinctio, calcei in pedibus, baculi in manibus; cultus omnino viatorum, qui parati sunt ad iter festinanter agendum : nobis vero animi propositum apparatus est ad profectionem ex hoc mundo. Ideoque paratæ et accinctæ animæ mundi sollicitudines fugiunt ad iter expeditæ, ut ad cælum currant. *Nostra* enim *conversatio*, inquit, *in cælis est* (*Philipp.* 3. 20). Baculum quo fulciamur sumpsimus, fidem et spem in Christum. Accenditur nostris animabus lucerna, ut illis lucerna erat corporea. Animarum lucerna nobis est lex Christi : nam *Lucerna pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis* (*Psal.* 118. 105). Dicit autem ipse Dominus de illis : *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes : et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum* (*Luc.* 12. 35). Reliquum est, ut videamus, quinam sint ii qui Pascha comedunt. Nemo incircumcisus Pascha comedit; sed etiamsi alienigena, atque servus emptitius, circumciditur. Nemo enim Christi particeps esse potest, nisi humanas superfluitates circumcidat, ac nisi a carnalibus sordibus sit expurgatus, quas ab ortu ex patribus suscepimus. Hujus namque rei typus erat corporea circumcisio. Ideo dicebat propheta Jeremias (*Cap.* 4. 4), Circumcidendam esse duritiem cordis vestri. Festinemus igitur ad beatam Christi communionem, et a mundi malis puri efficiamur, ut spiritualibus bonis sanctificemur. Nemo in mundo versetur, sed festinemus omnes (in cælum), ne maneamus sub servitute principis hujus sæculi; sed ad libertatem transferamur a Christo, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN IDEM ARGUMENTUM. V.

1. Apud Judæos sunt figuræ, apud nos veritas. *Umbram* enim, inquit, *lex habuit futurorum bonorum* (*Hebr.* 10. 1); et, *Lex per Moysem data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est* (*Joan.* 1. 17). Neque enim Judaica aliena sunt a Christo; sed per figuram et umbram referebantur ad Christum. Ejus autem personali

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σάρκα ζῆτε, φησὶ, *μέλλετε ἀποθνήσκειν*. Τί δὲ τὸ τῶν ἑπτὰ σύμβολον ἡμερῶν; Διὸ, φησὶν, *Ἑπτὰ ἡμέρας ἔδεσθε ἄζυμα*. Ἑπτὰ συμβέβηκεν ἡμέρας εἶναι τὸν ἅπαντα χρόνον. Μετὰ γὰρ τὴν ἑβδόμην, ἥτις ἐστὶ τὸ σάββατον, ἐπάνοδος τῆς πρώτης γίνεται, καὶ οὗτος ὁ κύκλος τοῦ χρόνου διὰ τῶν ἑπτὰ πρόεισιν ἡμερῶν εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος. Πάντα δὴ τὸν χρόνον ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ ἔδει σε ζῆν, καὶ τοῦτο σωτήριον ἀληθῶς. *Εἰ γὰρ πνεύματι*, φησὶ, *τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε*. Ἁπλοῦς δὲ ὁ τρόπος τοῦ μὴ ζητοῦντος τὰ σαρκικὰ, ἀκακοήθης, ἀπάνουργος, μηδὲν κακὸν, μηδὲν πικρὸν ἐννοῶν. Διὰ τί δὲ τὴν πρώτην ἡμέραν καὶ ἑβδόμην ἁγίας καλεῖ, λέγων· *Ἡ ἡμέρα ἡ πρώτη κληθήσεται ἁγία, καὶ ἡ ἡμέρα ἡ ἑβδόμη κλητὴ ἁγία ἔσται ἡμῖν*; Ὅτι πρώτη μὲν ἡμέρα δηλοῖ τὴν ἀρχὴν, καθ' ἣν ἁγιαζόμεθα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποδεχόμενοι· ἑβδόμη δὲ τὸ τέλος σημαίνει, ἡνίκα δὴ ἀπὸ σώματος ἀναλύσαντες γινόμεθα σὺν τῷ Χριστῷ, καὶ ἐπιδημοῦμεν τῷ Κυρίῳ, καταλιπόντες τὴν ἐκδημίαν τὴν ἐπὶ γῆς, ὅλοι δὲ πρὸς τὴν ἁγιότητα μεταστάντες. *Ἐνδημοῦντες γὰρ*, φησὶ, *τῷ σώματι, ἐκδημοῦντες ἀπὸ τοῦ Κυρίου*. Τὰς δὲ ἁγίας ταύτας ἡμέρας ἀνειμένας ἔργων ὁ νόμος εἶναι βούλεται. *Πᾶν γὰρ ἔργον*, φησὶν, *οὐ ποιήσετε ἐν αὐταῖς*· ὅπερ δηλοῖ μὴ συγκάπτεσθαι [a] τὴν ψυχὴν περὶ τὰς πραγματείας τὰς ἐπιγείας, μηδὲ δουλείαν ὑπομένειν ἀνάρμοστον τῇ τοῦ Θεοῦ δουλείᾳ· ἀλλ' ἐκεῖνα καὶ μόνα ποιεῖσθαι διὰ σπουδῆς, καὶ περὶ ἐκεῖνα συντείνεσθαι τὴν ψυχὴν ὅσα αὐτῇ πρὸς ὠφέλειάν ἐστι. Καὶ τοῦτο πάλιν σύμβολον τὸ, *Πλὴν ὅσα ποιηθήσεται πάσῃ ψυχῇ, τοῦτο μόνον ποιηθήσεται ὑμῖν*. Διόπερ ὁ Κύριος ἐπὶ τὴν ἑρμηνείαν ἄγων τῆς ἀνέσεως τῆς νομικῆς, ὅτι τῶν εἰς ματαιότητα συντεινόντων ἔργων ἐδίδουν τὴν ἀργίαν, οὐ τῶν εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν ἡκόντων, προῦτεινε τοῖς Φαρισαίοις· *Ἔξεστιν ἐν σαββάτῳ ἀγαθοποιῆσαι ἢ κακοποιῆσαι, ψυχὴν σῶσαι ἢ ἀπολέσαι*; Εἰ δὲ καλῶς καὶ κατὰ Χριστὸν ἐθέλῃς τηρεῖν τὸ σάββατον καὶ τὴν ἄνεσιν τὴν ἑορταστικὴν, κοσμικῶν σπουδασμάτων καὶ διαπράξεων ἀφίστασο, φρόντιζε δὲ καὶ πράττε τὰ Θεοῦ καὶ τὰ εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν· καὶ οὕτω σαββατίσεις σάββατον ἅγιον καὶ καλὸν ἀληθῶς, καὶ ἑορτάσεις ἁγίαν ἑορτὴν, εἰκόνα τῆς παρὰ Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Idem Savil. legi velit συγκόπτεσθαι, sed libentius legerim συγκάμπτεσθαι. Edit.

Εἰς τὴν αὐτὴν πραγματείαν δ'.

Πάσχα μὲν ἑορτάζουσιν Ἰουδαῖοι, τῆς ἐξ Αἰγύπτου σωτηρίας ἀνάμνησιν, θανάτου πρωτοτόκων ἀποφυγήν. Πάσχα διὰ τοῦτο ὀνομάζεται, ὅτι ἔστιν ὑπέρβασις θανάτου· τοῦτο γὰρ ἡ λέξις δηλοῖ κατὰ γλῶτταν Ἑβραίων. Πάσχα δὲ ἡμεῖς ἑορτάζομεν, οὐ μερικὴν ἀποφυγὴν θανάτου, καθάπερ ἐκεῖνοι, οὐδὲ προσκαίρου δουλείας ἐλευθέρωσιν, ἀλλὰ τελείαν μὲν ἐκ θανάτου λύτρωσιν, τελείαν δὲ ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου δουλείας ἀπόλυσιν. Ὁ τῶν πρωτοτόκων θάνατος ἐκείνους ὑπερέβαινε, τὸ τυπικὸν πρόβατον θύσαντας, καὶ τῷ αἵματι τὰ περὶ τὰς θύρας χρίσαντας· ἡμᾶς δὲ ὁ ἐκ τοῦ πρωτοπλάστου θάνατος ὑπερβαίνει, κατασχεῖν μὴ δυνάμενος τοὺς τὴν θυσίαν τοῦ θείου προβάτου δεδεγμένους, καὶ τῇ πίστει τοῦ σωτηρίου αἵματος περιπεφραγμένους. Ἐκείνοις ἀπὸ γῆς τὸ πρόβατον· ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ, κατὰ τὸν Ἀβραὰμ τύπον γενόμενον, ὅτε πρόβατον [260] ἔσχε θεόπεμπτον ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ προσαγαγεῖν· νῦν δὲ ὡς ἀληθῶς θεόπεμπτον ἐξ οὐρανοῦ τὸ πρόβατον, προσαχθὲν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα μηκέτι θανάτῳ κατεχώμεθα, διὰ τὸν ἀκράτητον ὑπὸ θανάτου Χριστόν. Ἀπέστειλε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου· καὶ, *Καταβέβηκα*, φησὶν, *ἐξ οὐρανοῦ*. Καὶ μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ ὁ Βαπτιστὴς, *Ἴδε, ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ*, λέγων, *ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*. Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἀφῆρει πρόβατον ἄλογον· διὰ τοῦτο οὐδὲ τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας γενόμενον θάνατον· τὸ δὲ λογικώτατον πρόβατον ἁμαρτίαν ἔλυσε, θάνατον σὺν αὐτῇ καταλύσας. Ἐξάγει δὲ ἡμᾶς οὐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτιακῆς εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἀλλ' εἰς αἰωνίαν κτῆσιν ἀπὸ κόσμου φθειρομένου. Πρόβατόν ἐστιν ἅμα, καὶ ποιμὴν τῶν προβάτων καθηγούμενος. Ἔμπροσθεν γὰρ, φησὶ, πορεύσομαι, ἐπὶ τὴν αἰωνίαν ἄγων αὐτὰ ζωήν. Ἀρχὴ μηνῶν Ἰουδαίοις ἡ τοῦ προβάτου θυσία, καὶ ἡ ἔξοδος ἡ ἐξ Αἰγύπτου· ἡμῖν δὲ ἀρχὴ ζωῆς τὸ τοῦ Κυρίου πάθος, καὶ ἡ σὺν Χριστῷ μετάστασις ἀπὸ κόσμου. Τότε γὰρ ζῶμεν, ὅτε ἀποθνήσκομεν κόσμῳ· τότε εἰς Θεὸν ἀναγεννώμεθα, ὅτε τὴν ἐπὶ γῆς γένεσιν ἀπογινόμεθα [a]. Τὸ πρόβατον ἀμέριστον, ἐπὶ μιᾶς ἐσθιόμενον οἰκίας, τῆς πνευματικῆς Ἐκκλησίας, ἀλλαχοῦ δὲ οὐχ εὑρισκόμενον· ὥσπερ καὶ τοῖς σωματικοῖς Ἰουδαίοις προστέτακτο μὴ ἐξενεγκεῖν τῶν τοῦ προβάτου κρεῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας. Πρόβατον, διὰ τὴν ἠπιότητα, Χριστὸς, κατὰ δὲ τὴν ὑψοῦσαν ὁδὸν, ἔριφος, ὁμοίωμα αὐτοῦ τότε ἐθύετο. Ἄρτος ἄζυμος ἦν τοῖς πάσχα ἐσθίουσιν, ἡμῖν δὲ πρὸς Χριστὸν κοινωνία μετὰ καινῆς καὶ νέας καὶ ἁπλουστάτης διανοίας· ὥσπερ τὸ ἄζυμον καινὸν φύραμα καὶ ἁπλοῦν. Αἱ πικρίδες αἱ μετὰ τὸ πάσχα ἐσθιόμεναι, τότε θλίψεις ἐδήλουν τὰς ἡμετέρας, δι' ὧν κοινωνοῦμεν τοῖς Χριστοῦ παθήμασι. Πικρὸν γὰρ ἡ θλῖψις, εἰ καὶ γλυκὺς ὁ ἐξ αὐτῆς καρπός. Ὀστοῦν οὐ συνετρίβετο τοῦ προβάτου, καὶ τοῦτο ὁ νόμος ἐκέλευεν εἰς Χριστὸν προτυπῶν, ὡς τὸ Εὐαγγέλιον ἐξηγεῖται, ὅτι οὐδεὶς κατέαξε τὰ ἅγια τοῦ Κυρίου σκέλη· *Ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ, Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται ἀπ' αὐτοῦ*. Ἡσθίετο δὲ ἐπὶ τῆς νυκτὸς τὰ κρέατα, καὶ εἰς ἡμέραν οὐχ ὑπελείπετο, ὅτι καὶ ὁ Χριστοῦ θάνατος ἐπὶ τοῦ παρόντος αἰῶνος μνημονεύεται, ἐπὶ δὲ τοῦ μέλλοντος ἡ ζωὴ φαίνεται. Σχῆμα δὲ τῶν ἐσθιόντων τὸ πάσχα, ὁσφὺς ἐζωσμένη, ὑποδήματα ἐν ποσὶν, ἐν χερσὶ βακτηρίαι. Ὁδοιπορικὸν ἅπαν τὸ σχῆμα, παρεσκευασμένων εἰς ὁδοιπορίαν, ἐπειγομένων ἁπάραι· ἡμῖν δὲ ψυχῆς ἡ πρόθεσις ὁδοιπορικὴ πρὸς ἀποδημίαν τοῦ κόσμου στελλομένη. Διὰ τοῦτο εὐσταλεῖς καὶ περιεσφιγμέναι πανταχόθεν αἱ ψυχαὶ τὰς τοῦ βίου μερίμνας ἀποφεύγουσι, πρὸς δὲ τὴν θείαν ἕτοιμοι πορείαν, ὥστε τρέχειν εἰς οὐρανόν. *Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς*, φησὶ. Ῥάβδον δὲ ἀνειλήφαμεν, ᾗ στηριζόμεθα, πίστιν καὶ ἐλπίδα τὴν εἰς Χριστόν. Ἀνῆπται δὲ καὶ ἡμῖν λύχνος ταῖς ψυχαῖς, ὥσπερ ἐκείνοις ὁ σωματικός. Ψυχῶν δὲ λύχνος ἐστὶν ἡμῖν ὁ νόμος τοῦ Χριστοῦ· *Λύχνος γὰρ τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς τοῖς τρίβοις μου*. Λέγει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος περὶ τούτων· *Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι, καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις ἐκδεχομένοις τὸν κύριον αὐτῶν*. Ὑπόλοιπόν ἐστιν ἰδεῖν, τίνες οἱ τὸ πάσχα ἐσθίοντες. Ἐσθίει δὲ τὸ πάσχα οὐδεὶς ἀπερίτμητος, ἀλλ' εἰ καὶ ἀλλογενὴς ἐπεὶ [b] καὶ ἀργυρώνητος, περιτέμνεται. Οὐδεὶς γὰρ Χριστοῦ μέτοχος γενέσθαι δύναται, τὰς ἀνθρωπίνας περιττότητας μὴ περιτεμνόμενος, μηδὲ καθαρθεὶς ἀπὸ τῶν σαρκικῶν μολυσμάτων, ὧν κατὰ γέννησιν τὴν ἐκ πατέρων διεδεξάμεθα. Τούτου γὰρ ἦν τύπος ἡ σωματικὴ περιτομή. Διὸ καὶ ἐλέγετο ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου περιτέτμῆσθαι [c] τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. Σπεύδωμεν οὖν ἐπὶ τὴν μακαρίαν Χριστοῦ κοινωνίαν, καθαροὶ κοσμικῶν κακῶν διὰ τοῦτο γενώμεθα, ἵνα τοῖς πνευματικοῖς ἁγιασθῶμεν ἀγαθοῖς· μηδεὶς ἐπὶ κόσμον μεταστρεφόμενος, ἀλλὰ σπεύδοντες ἅπαντες εἰς ··· ἵνα μὴ μείνωμεν ἐν τῇ δουλείαν τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλ' εἰς τὴν ἐλευθερίαν μεταστῶμεν τὴν παρὰ Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Legendum putat Savilius ἀπογεννώμεθα.

[b] Omnino legendum ἐστί, pro ἐπεί. [c] Lege περιτετμῆσθε, vel περιτμήθητε.

[261] *Εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ε'.*

α'. Ἐν Ἰουδαίοις οἱ τύποι, παρ' ἡμῖν δὲ ἡ ἀλήθεια. *Σκιὰν γὰρ*, φησὶν, *ὁ νόμος εἶχε τῶν μελλόντων ἀγαθῶν*· καὶ, *Ὁ νόμος*, φησὶ, *διὰ Μωϋσέως ἐδόθη· ἡ χάρις γὰρ καὶ ἡ ἀλήθεια διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγένετο*. Οὐδὲ γὰρ τὰ Ἰουδαίων ἀλλότρια Χριστοῦ, τυπικὴν δὲ καὶ σκιώδη τὴν πρὸς Χριστὸν εἶχεν οἰκείωσιν· ἐτηρεῖτο δὲ

τῇ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ παρουσίᾳ ἡ τελείωσις, καὶ ἡ σαφὴς αὐτοψία τῶν πραγμάτων, ὅτε καὶ ἡ αὐτοψία τοῦ βασιλέως. Καὶ γάρ τις εἰκόνα γράφων, σκιογραφεῖ πρῶτον, εἶτα τοῖς χρώμασι τελειοῖ τὴν γραφήν· καὶ ἔστιν ἕτερον μὲν τῆς σκιᾶς ἡ εἰκὼν κατὰ τὸ φαινόμενον, ταὐτὸν δὲ κατὰ τὸν ὑποκείμενον τοῖς χρώμασι χαρακτῆρα. Σκόπει δή μοι διὰ τῶν σκιῶν τὰ ἀληθινὰ, καὶ θεώρει διὰ τύπων τὰ δηλούμενα, καὶ ἐκ τῶν μικρῶν πρὸς τὰ μεγάλα πρόϊθι· καὶ μή μοι περὶ γῆν ἀπομείνῃς, ἐλευθερίας ἔθνους ἑνὸς τῆς ἀπὸ τυράννου, καὶ σωτηρίας παιδίων τῆς προσκαίρου, καὶ μετοικίας τῆς ἀπὸ γῆς εἰς γῆν ἐπιτελῶν ὑπομνήματα. Οὐδὲ γὰρ τὰς Ἑλλήνων ἑορτὰς εὑρήσεις πάνυ τι τῶν τοιούτων ἀφεστηκυίας ὑπομνημάτων. Ἑορτάζουσι γάρ τοι καὶ ἐκεῖνοι νόσων ἀποφυγὰς, καὶ τυραννίδων ἐλευθερώσεις, ἀποικίας τε καὶ πόλεων κτίσεις, καὶ νίκας πολέμων, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα γῆΐνα καὶ πρόσκαιρα λαμβάνοντες εἰς ὑπόθεσιν ἑορτῶν. Ἤδη τὰ μεγάλα μνησθῆναι δεῖ, τὰ θεῖα καὶ ὄντως Θεοῦ δῶρα, καὶ μεγάλην τὴν αἰωνίαν ἑορτάζουσιν ἑορτὴν, ἐλευθέρωσιν ἐκ δαιμόνων ἀντικειμένων πολεμούντων πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ἀφελκόντων ἀπὸ τῆς Θεοῦ βασιλείας, σωτηρίαν οὐ πρὸς βραχύν τινα βίον, ἀλλὰ πρὸς αἰωνίαν διαμονὴν, μετοικίαν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν κατὰ τὴν παροῦσαν πολιτείαν, καὶ εἰς αἰωνίαν κτῆσιν κατὰ τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν. Αἴγυπτος ἔθλιβεν Ἰουδαίους· ἐλευθέρους ὄντας ἐκ πατέρων, ὑποβαλοῦσα δουλείας ζυγῷ, πλινθουργεῖν καὶ πόλεις κατασκευάζειν ἀναγκάζουσα. Σύμβολον τοῦτο θλίψεως κοσμικῆς, ἐν ᾗ κατεπονεῖτο τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, ἀποπεσὸν τῆς παρὰ Θεοῦ τρυφῆς τε καὶ ἐλευθερίας, περὶ τὴν γῆΐνον ἐργασίαν διαπονούμενον, καὶ τὰς σκηνὰς ἀπολλυμένας κατασκευάζον· ὅτι μηδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις μόνιμον μηδὲ ἀσφαλὲς, ἀλλὰ πάντα φθειρόμενα χειρῶν ἀνθρωπίνων ἔργα, καὶ χρόνου παραναλώματα. Ἐλευθερῶσαι τῆς δουλείας ταύτης ὁ Θεὸς βούλεται, καταπονουμένων τὸ ποίημα τὸ ἴδιον οἰκτείρας, ὥσπερ εἶδε τὴν κάκωσιν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἐλευθεροῦ διὰ κτήσεως. Ἐκουσίως γὰρ εἰς Θεὸν ἐπανελθεῖν δεῖ τοὺς ἑκουσίως ἀποπηδήσαντας. Πέμπονται δοῦλοι νόμου κομίζοντες, διὰ νόμου πρὸς δικαιοσύνην παρακαλοῦντες, διὰ δικαιοσύνης πρὸς Θεὸν ὁδηγοῦντες, μικρὰς ἔτι κολάσεις ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν ἐπάγοντες, οὔπω τέλεον ὄλεθρον ἐν μέρει κομίζοντας, τοὺς ἀσεβεῖς οὔπω παντελῶς ἐξαλείφοντες. Τοῦτο γὰρ ἐφυλάττετο τῇ τοῦ Δεσπότου παρουσίᾳ μετὰ τοὺς δούλους παραγινομένου. Τύποι δὲ τούτων καὶ σύμβολα, Μωϋσῆς ἀποστελλόμενος πρὸς Ἰουδαίους μετὰ Ἀαρὼν τοῦ ἀδελφοῦ, καλῶν ἐπὶ λατρείαν Θεοῦ, μαστιγῶν Αἴγυπτον πληγαῖς μερικαῖς ὑπὲρ τοῦ δουλουμένου καὶ θλιβομένου λαοῦ. Ἀλλὰ γὰρ τούτων γινομένων, ἔτι καὶ ὁ Ἰσραὴλ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν Αἰγυπτίων χώραν εἶχε τοῦ θεομαχεῖν. Ἐννέα πληγαὶ, καὶ τέλος οὔπω τοῦ πράγματος. Τὴν τελευταίαν ἐπαχθῆναι δεῖ τὴν τῶν πρωτοτόκων ἀναίρεσιν, καὶ ἅμα ταύτῃ ἐξιέναι τὸν Ἰσραήλ. Ἐνταῦθα πρόβατον θύεται, καὶ οἱ τῶν οἰκιῶν εἴσοδοι τῶν Ἑβραϊκῶν τῷ αἵματι χρίονται, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν Ἰουδαίων ἐκφεύγει τὴν τοῦ θανάτου πληγὴν διὰ τὸ τοῦ αἵματος σύμβολον. Ἐσθίουσι τὸ πρόβατον Ἰουδαῖοι σὺν ἀζύμοις καὶ πικρίσιν. Ἐξίασιν ἐξ Αἰγύπτου· ἐπιδιώκει Φαραὼ καὶ οἱ λειπόμενοι τῶν Αἰγυπτίων· ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἔρχονται τὴν Ἐρυθράν. Αὕτη δέχεται μὲν τὸν τῶν Ἑβραίων στρατὸν διαιρεθεῖσα δυνάμει Θεοῦ, καὶ ῥάβδῳ Μωϋσέως· καταποντίζει δὲ [262] τὴν Αἰγυπτιακὴν δύναμιν ἐπειτελθοῦσαν. Πρόβατόν σοι Χριστὸς ἐπ' ἐξόδῳ τῇ ἀπὸ κόσμου, καὶ σὲ συμμετατίθησιν εἰς οὐρανὸν ἀναβαίνων· ἀναβιβάζει καὶ σὲ ἐπὶ τὴν αἰωνίαν ζωήν. Μετάγων τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐκ Δαυὶδ γεγονότα, συμμετάγει τοὺς ἀκολουθοῦντας, τοὺς ὑπηκόους καὶ πειθηνίους, τοὺς μηκέτι Φαραὼ φοβουμένους, μηδὲ δηλῶς [a] ἐναπομένοντας ταῖς δουλικοσμικαῖς καὶ κακοπαθείαις γηΐναις, διὰ τὴν ὀλίγην καὶ δριμεῖαν ἡδονὴν, ἧς τύπον εἶχεν ὁ Ἰσραὴλ τὴν τῶν κρεῶν καὶ κρομμύων καὶ σκορόδων βρῶσιν ἐν Αἰγύπτῳ. Τοιαύτη γὰρ ἡ κατὰ κόσμον ἡδονὴ, δριμυτάτην τῶν μερίμνων πόλιν ἔχουσα συμπεπλεγμένην, σαρκικὴν δὲ καὶ θηριώδη τὴν πλησμονήν. Ἐξιόντι δέ σοι τῆς κοσμικῆς ζωῆς, ἀρχὴ ζωῆς ἀληθινῆς γίνεται· ὥσπερ ἐκείνοις ἀρχὴ μηνῶν τὸ πάσχα τὸ τυπικόν. Νῦν γὰρ ἀρχὴ [τοῦ] ζῆν, ὅτε ἀποτάσσῃ τῇ κοσμικῇ καὶ γηΐνῃ ζωῇ· νῦν εὑρίσκεις τί τὸ ἀληθινὸν ζῆν, τὸ ἐν πνεύματι. Θύεται Χριστὸς, ὥστε γινώσκεις τὴν θυσίαν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ σοῦ γενομένην. Τότε σοι πληροῦται τὸ, *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος.* Καὶ ἡ μὲν ἠπιότης ἐν αὐτῷ σώζει τοῦ προβάτου τὴν πρωτοτύπωσιν· ἡ δὲ εἰς ὕψος ἄνοδος, καὶ οὐκ ἐν τοῖς κάτω κατάσχεσις, ἀποσώζει τοῦ ἐρίφου τὴν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ πορείαν. Αἶγες γὰρ ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα καὶ δύσβατα πηδῶσί τε καὶ ἀναβαίνουσιν. Ὑψηλῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ δυσβάτων [b] ἦν οὐρανὸς, ἀφ' ἧς ἡμέρας καταπέπτωκε σφαλεὶς ἀπὸ τῆς θείας ἐντολῆς, σαρκὶ δουλεύσας καὶ Πνεύματος ἁγίου χωρισθείς. Ἀναβαίνει δὴ καὶ ἀναβιβάζει σε τὸ θεῖον ἱερεῖον τυθὲν ὑπὲρ σοῦ. Μετὰ σοῦ γὰρ ἀπέθνησκεν, ἵνα σὺ ζήσῃς ἐν αὐτῷ. Αἷμα δέ σοι τὸ τοῦ ἀμνοῦ σωτήριον, ἐὰν προσέλθῃς τῷ αἵματι πιστῶς, ἐὰν τὰς αἰσθήσεις τὰς ἑαυτοῦ καὶ τὰς ἐννοίας, δι' ὧν εἰσέρχεται θάνατος ἁμαρτίαν προσεισπέμπων, ταύτας τῇ πίστει τοῦ αἵματος οἱονεὶ χρίσῃς, καθάπερ ὁ Ἰσραὴλ ἔχρισε τὰς εἰσόδους τῷ αἵματι. Ἐὰν γάρ σοι μὴ ἐπεισέλθῃ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπιθυμία, διὰ τῆς ἀκοῆς, διὰ τῆς ὀσφρήσεως, διὰ τῆς γεύσεως, διὰ τῆς ἁφῆς, καὶ μετὰ ταῦτα διὰ τῶν λογισμῶν, οὐ κρατεῖ σου θάνατος, ἀλλὰ φέρων ἐν τῷ σώματι τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ, ἔχεις καὶ τὴν ζωὴν ἐν τῷ σώματί σου φανερουμένην, καὶ οὕτως ὑπερβήσεται ὁ θάνατος ὁ ἐκ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ, ὡς τὰς Ἑβραίων οἰκίας ὑπερέβαινεν ὁ τῶν πρωτοτόκων ὄλεθρος. Διὸ καὶ τῆς ἐπὶ τούτοις ἑορτῆς ὄνομα πάσχα σημαῖνον ὑπέρβασιν. *Ἀμωμόν σοι τὸ πρόβατον·* ἄμωμος γάρ σοι Ἰησοῦς· *Ὃς ἁμαρτίαν,* φησὶν, *οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. Τέλειον ἄρσεν.* Ἡ γὰρ τελείωσις τῆς δικαιοσύνης παρὰ τῷ μόνῳ ἀληθινῷ βασιλεῖ. Ἐναισίμως τε τὸ πρόβατον αἰωνίου τύπος Χριστοῦ. Σύμβολον γὰρ αἰῶνος ἐνιαυτὸς, ὁ αὐτὸς ἐν παντὶ αἰῶνι πολλάκις ἀνακυκλούμενος, καὶ τὰς πάσας τροπὰς ἔχων ἐν ἑαυτῷ, τοῦ καινοῦ τύπος· ἀνθρώπου, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν τῆς ἡμετέρας ἀνθρωπότητος εἰς καινότητα μεταβέβληται· *Ἐνδύσασθε* γὰρ, φησὶ, *τὸν καινὸν ἄνθρωπον.* Τοῦ προβάτου τὴν ἀμωμότητα καὶ τελειότητα ἐπενδυσάμενος ἔσῃ πρόβατον Θεοῦ, καὶ αὐτὸς παραστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον Θεῷ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πρὸς τὴν αἰωνίαν παραπεμφθῆσῃ ζωήν.

β'. Ὁρᾷς, ὅτι τὸ πάσχα τὸ σὸν οὐδὲ σύγκρισιν ἔχει πρὸς τὸ Ἰουδαϊκὸν, ἀλλ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὴν σκιοειδῆ μόνον εἶχεν ἐκεῖνο; Καὶ νήπιος ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τῇ τοῦ προβάτου θυσίᾳ, ταύτην ἡγούμενος παρὰ Θεοῦ σπουδάζεσθαι, καὶ διὰ ταύτης οἰόμενος εἰληφέναι τὴν σωτηρίαν, καὶ οὐχ ὡς τύπον ὁρῶν αὐτὴν τῆς ὄντως σωζούσης θυσίας. Διὸ λέγεται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτοὺς διὰ Ἱερεμίου, ὅτι *Οὐκ ἐνετειλάμην ὑμῖν περὶ θυσιῶν. Καὶ οὐκ ἔστι παρὰ Θεῷ ψεῦδος,* ἵνα ἐντειλάμενος εἴπῃ μὴ ἐντετάλθαι. Ἀλλ' ἡ τοῦ πράγματος δηλοῦται δύναμις, ὅτι προφητικῶς ἡ θυσία ἐπετελεῖτο καὶ προμηνυτικῶς εἰς Χριστόν. Καὶ πρόβατον θύειν ἐντελλόμενος ὁ Θεὸς, Χριστὸν ἐδήλου τεθυσόμενον, καὶ τὰ περὶ τὸ πρόβατον ἅπαντα εἰς Χριστὸν προετύπου· ὧν τὰ μὲν ἤδη τεθεώρηκας, τὰ δὲ ἐφεξῆς θεώρει κατὰ δύναμιν. Ἐπὶ πάσης Ἑβραίων [263] οἰκίας ἓν πρόβατον αὐτοτελὲς, καὶ μέρος ἐκ τῶν κρεῶν οὐκ ἐκκομίζεται τῆς οἰκίας ἐν ᾗ θύεται. Ἐπὶ πάσης γὰρ Ἐκκλησίας καὶ ψυχῆς Χριστὸς ὅλος πανταχῇ, καὶ οὐδαμῇ μερικός. Διὸ πολλὰ μὲν ἐκεῖ τὰ πρόβατα καθ' ἑκάστην οἰκίαν· εἷς δὲ Χριστὸς κατὰ πᾶσαν ψυχὴν ὁ αὐτός. Πέντε ἡμέρας ἐπὶ τῆς οἰκίας κατέχεται τὸ πρόβατον, ἀπὸ δεκάτης εἰς τεσσαρεσκαιδεκάτην· ἔπειτα οὕτω θύεται τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πρὸς ἑσπέραν ὑπὸ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς. Πέντε διαστήματα χρόνου δηλοῦται ταῖς πέντε ταύταις ἡμέραις ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι συντελείας· ἓν μὲν τὸ μέχρι Νῶε, δεύτερον δὲ τὸ ἐκεῖθεν μέχρι Ἀβραὰμ, τρίτον τὸ ἐπὶ Μωϋσέα, τέταρτον τὸ ἐκ Μωϋσέως ἐπὶ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, πέμπτον ὁ παρὼν τῆς παρουσίας καιρός. Θύεται δὲ πρὸς ἑσπέραν, ὅτι ἐπ' ἐσχάτου τοῦ αἰῶνος ὑπὸ πάσης τῆς συναγωγῆς συνεφώνησεν ὁ Ἰσραὴλ κατὰ Χριστοῦ. Ἐμελετᾶτο μὲν ἐξ ἀρχῆς ἡ Χριστοῦ θυσία ἐν τοῖς ἀεὶ τῶν δικαίων παθήμασιν ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου, καὶ Χριστὸς ἦν ἐν ἅπασιν ὁ πάσχων· ἐπετελέσθη δὲ, ὅτε αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ παρὼν ἔπασχεν ὁ Θεὸς ἀμνός. Καὶ δὴ κατὰ τὴν τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τεσσαρεσκαιδεκάτην ἔπασχε, καὶ τὸ πνεῦμα παρεδίδου πρὸς ἑσπέραν, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τύπον τοῦτο ἦν τὸ ἐκ δεκάτης λαμβάνεσθαι τὸ πρόβατον εἰς τὴν θυσίαν,

[a] Δειλῶς?

[b] Legu ὑψηλὸν δὲ ἀνθρώπῳ καὶ δύσβατον. Edit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

adventui reservabatur perfectio, et clarus rerum conspectus, quando Rex ipse videndus erat. Nam si quis imaginem depingat, is primo quasi umbras delineat; deinde coloribus picturam perficit: atque aliud est oculis imago umbratilis; idipsum vero id, quod per colores repræsentatur. Per umbras ergo vera mihi perpende, et per figuras ea, quæ illis repræsentantur, considera, atque ex parvis ad magna accede: ne circa terram verseris; neque memoriam recolas gentis a tyranno liberatæ, salutis filiorum temporaneæ, transmigrationis a terra in terram aliam. Neque enim gentilium celebritates ab hujusmodi commemorationibus multum distare comperies. Celebrant enim illi morborum curationes, a tyrannide liberationes, transmigrationes, urbium fundationes, victorias et similia, terrena et temporanea in festorum argumentum assumentes. Jam magna, divina et Dei dona commemorare oportet eos, qui magnam et æternam celebrant solemnitatem; nempe liberationem a dæmonibus adversariis, qui bono bellum inferunt, qui a Dei regno avertunt: celebranda est salus non brevi tempore, sed in æternum duratura, transmigratio a terra in cælum in præsenti vita, et in possessionem perpetuam post futuram resurrectionem. Ægyptus vexabat Judæos, qui liberi erant ex paterna successione, illosque sub servitutis jugo tenebat, cogens illos lateritio operi incumbere et urbes construere. Symbolum hoc est ærumnarum mundi, queis premebatur genus humanum, quod ab ea quæ secundum Deum est voluptate et a libertate exciderat, et terrenis operibus insudabat, ac peritura tabernacula parabat: quia nihil apud homines stabile vel tutum est, sed omnia humanarum manuum opera a tempore absumuntur. Ab hac nos servitute vult Deus liberare, erga opus suum labore oppressum miseratione ductus, ut olim videns afflictionem filiorum Israel, ipsos liberavit per terræ promissæ possessionem. Voluntarie enim ad Deum reverti oportet eos, qui voluntarie resilierunt. Mittuntur servi legem afferentes, per legem ad justitiam vocantes, per justitiam ad Deum ducentes, parva interim supplicia adversariis potestatibus inferentes, necdum perfectam perniciem, sed ex parte tantum, adducentes, impios nondum plane de medio tollentes. Hoc enim reservabatur Domini adventui, qui post servos suis adfuit. Horum autem figuræ et symbola erant, Moyses missus ad Judæos cum Aarone fratre, ad cultum Dei vocans, plagis per partes immissis Ægyptios verberans propter populum in servitutem redactum et afflictum. Verum iis ita gestis, adhuc Israel in Ægypto erat, rex Ægyptiorum cum Deo adhuc pugnare poterat. Plagæ novem immissæ fuerant, et nondum res perfecta erat. Postremam inferri oportebat, primogenitorum interitum, et postea Israelem exire. Hic agnus immolatur, et ædium Hebræorum fores sanguine unguntur, ac per sanguinis symbolum primogeniti Hebræorum necis plagam effugiunt. Comedunt agnum Judæi cum azymis et herbis amaris. Exeunt ex Ægypto; insequitur Pharao cum reliquis Ægyptiis; ad mare Rubrum veniunt, quod divisum per virtutem Dei et virgam Moysis, excipit quidem exercitum Hebræorum, sed ingressam Ægyptiacam aciem demergit. Agnus tibi Christus est in exitu ex hoc mundo, et te transfert in cælum, quo ascendit ille; te quoque inducit in æternam vitam. Cum transfert hominem ex Davide natum, una quoque transfert eos, qui eum morigeri sequuti sunt, qui non ultra timent Pharaonem, neque ultra immanent in servilibus et ærumnis terrenis, per illam exiguam et acerbam voluptatem, cujus typum habuit Israel per esum carnium, cepparum et alliorum in Ægypto. Talis est hujus mundi voluptas, quæ acerrimam habet et complicatam sollicitudinum turbam; carnalem vero atque ferinam ventris ingluviem. Tibi a mundana vita egresso, initium veræ vitæ adest; sicut illis Pascha typicum initium mensium erat. Nunc enim initium vivendi est, quando sæculari et terrenæ vitæ abrenuntias: nunc invenis veram vitam, quæ est in spiritu. Christus immolatur. Itaque agnoscis sacrificium ejus pro te oblatum fuisse. Tunc tibi impletur illud, *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se mutus* (*Isai.* 53. 7). Mansuetudo autem in illo præviam ovis figuram servat: ascensus autem in altum sine depressione ad ima hœdi gressum ad excelsa conservat. Capræ namque ad excelsa et arduna loca saliunt et ascendunt. Sublime autem et hominibus accessu difficile cælum erat, ex qua die lapsus est homo a divino præcepto, carni serviens et a sancto Spiritu separatus. Ascendit autem et te sursum adducit divina victima pro te immolata. Tecum enim ille mortuus est, ut tu vivas in illo. Sanguis vero agni salutaris tibi est, si accedas ad hunc sanguinem fideliter, si sensus et cogitationes tuas, per quas ingreditur mors cum peccato, per fidem quasi sanguine unxeris, sicut Israel aditus sanguine ungebat. Si enim in te per oculos non ingressa fuerit concupiscentia, nec per auditum, per olfactum, per gustum, vel per tactum, vel adhuc per cogitationes, mors non tibi dominatur; sed in corpore mortificationem Jesu ferens, vitam habebis in corpore tuo conspicuam, et sic pertransibit mors per primum parentem Adamum illata, ut Hebræorum domos supergressa est primogenitorum pernicies. Ideo hujus festi nomen Pascha est significans transitum: *Immaculatus tibi est agnus* (*Exod.* 12. 5), immaculatus enim est Jesus. *Qui peccatum non fecit*, inquit, *nec inventus est dolus in ore ejus* (*Isai.* 53. 9). *Perfectus masculus.* Nam perfectio justitiæ est apud solum verum Regem. Anniculus agnus est æterni Christi figura. Symbolum enim sæculi est annus, qui sæpe in omni sæculo idem ipse revolvitur, et omnes conversiones in se habet, novi hominis figura, in quo vetustas humanæ nostræ naturæ in novitatem mutata est: nam *Induite*, inquit, *novum hominem* (*Ephes.* 4. 24). Agni immaculata natura et perfectione indutus, agnus Dei eris; et cum exhibueris corpus tuum hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, secundum Apostolum, ad æternam vitam transmitteris (*Rom.* 12. 1).

2. Viden' Pascha tuum nullo modo comparari posse cum Judaico, sed umbratilem cum illo tantum similitudinem habere? Infans quippe est Israel in agni sacrificio, dum putat illud Deo esse curæ, et per illud se salutem consequi, dum illud non habet quasi figuram hostiæ, quæ vere salutem parit. Quare dicit illis Deus per Jeremiam: *Non præcepi vobis de sacrificiis. Et non est apud Deum mendacium* (*Jer.* 7. 22); ita ut, si præceperit, dicat se non præcepisse. Sed rei virtus manifestatur, quia prophetico more sacrificium offerebatur, ut præsignificaret Christi sacrificium. Ac cum Deus agnum immolare præcipiebat, Christum indicabat immolandum, atque omnia quæ ad agnum pertinebant, ea quæ ad Christum spectant præfigurabant: ex quibus alia jam vidisti, alia pro virili considera. In singulis Hebræorum domibus erat agnus unus ex se perfectus, et carnium ejus nulla pars efferebatur extra domum, in qua immolatus fuerat. Nam in omni Ecclesia, in omni anima Christus ubique est, et nusquam pars ejus tantum. Multæ ibi oves et agni erant in singulis domibus: unus vero Christus in omni anima, et is ipse est. Quinque diebus domi retinetur agnus, a decima ad quartam decimam; deinde sic immolatur decima quarta die ad vesperam a Judæorum synagoga. His quinque diebus significantur quinque temporis spatia ad Adamo usque ad consummationem: unum usque ad Noe, alterum a Noe usque ad Abraham, tertium usque ad Moysem, quartum a Moyse usque ad Christi adventum, quintum præsens ab adventu ejus tempus. Immolatur autem ad vesperam: quia in fine sæculi cum omni synagoga consensum præbuit Israel contra Christum. Ab initio Christi immolatio intelligebatur semper in passionibus justorum ab Abele justo, et in omnibus Christus erat qui patiebatur; consummatum autem id fuit, quando præsens in seipso passus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

est divinus agnus. Etiamque ejusdem mensis decima quarta passus est, et tradidit spiritum ad vesperam. Ac secundum hanc figuram dispositum erat, ut a decima die agnus ad sacrificium assumeretur, et immolaretur decima quarta die ad vesperam; quia a principio passionis consilium statutum fuerat, in fine vero ipsa passio fuit. Deinde mihi considera præceptum Dei circa agni comestionem, quam novum et stupendum sit: Non comedes agni carnes crudas. Quis enim carnem crudam comedat? Esto, dictum sit, non assam, ne moras traherent: nam tempus urgebat; quid est autem illud, non crudum, sed *coctum igni*? Nemo enim vetat id quod numquam fit. Sed, ut dixi, per figuras res ipsæ significantur. Cruda n profert sanctam escam qui fidem otiosam habet; assam voluptuosus, qui in vitæ segnitie diffluit. Strenuum fidei opus est, in spiritu ardenti et ferventi rem perficere. Caput cum pedibus et intestinis comedere jubentur. Ex capite agnosce Christum, quia ante sæcula Deus est, caput invisibilis et spiritualis Ecclesiæ; ex pedibus item, quia homo in novissimis sæculis in terram advenit; ex intestinis quoque, quia occultam in carne virtutem habens atque justitiam, non solum ab exterioribus, quæ oculis percipiuntur, utilis et salutaris est participantibus; sed etiam secundum interiora et occulta. Comeduntur autem carnes noctu, et ad diem nihil relinquitur. Commemoratio enim est Christi passionis in tempore noctis hujus mundi, post quam dies splendebit et vita Christi apparebit. Secundum illud, *Nox præcessit, dies autem appropinquavit* (*Rom.* 13. 12). Ossa ejus nemo comminuit: neque enim carnifices crura Christi confregerunt, confractis tamen simul crucifixorum ossibus, ut testificatur evangelista (*Joan.* 19. 33). Herbæ amaræ, quæ cum agno comedebantur, tribulationum acerbitatem indicabant; azyma simplicitatem sinceritatemque, ut ait Paulus; id est, non misceri posse ait cum veteri nequitia novam virtutem. Restat ut habitum comedentium Pascha spiritualiter explores et imiteris: in spirituali namque corporalis habitus comperietur. Non est res vana, sed opus salutare lumbos tuos præcingere, non corporeos cingulo, sed animæ lumbos præparatione. Calcea similiter pedes in præparatione Evangelii, secundum Apostolum (*Ephes.* 6. 15). Baculum in manibus habe, non ligneum, sed fidem te fulcientem. Totus ille habitus viatorum erat, eorum scilicet qui festinabant ex Ægypto exire; tu melius imitare, quasi festinans ad exitum de mundo et de corruptione. Studium adsit, nullaque segnities in spirituali agni comestione. Hic optima est diligentia, non quæ voracitatem comedentium carnes exprimat; sed divinum amorem exhibeat eorum, qui ex mundo ad Deum festinant. Septem diebus azyma comedebantur; id est, per totam vitam sinceritas valeat. Nam per septem dies totum tempus multiplicatur. Et qui fermentum habet exterminabitur. Nam veteris hominis nequitia perniciosa est, nec potest cum novi hominis justitia et sanctitate commisceri. Ac vides juste illatam esse illam propter fermentum perniciem: propter commune autem panis fermentum, non videretur Deus juste indignari. Justitia namque non in typis deprehenditur, sed in rei veritate splendet et agnoscitur: sicut et illa unctio sanguinis, quæ videtur indigna Deo, tollitur, quando figura secundum rei veritatem spectatur. Indecorum enim Deo esset egere sanguine, ad cognoscendas Hebræorum ædes; sed convenientissimum ipsi est, quod per fidem in Christi sanguinem cognoscamur ab ipso et salutem consequamur. Annon etiam indecens esset illud quod circumcisionem spectat simpliciter intelligere, quasi Deus serio jusserit eum, qui Pascha comesturus sit, circumcidi, si non esset circumcisus, et sic ad comestionem accedere? Si vero circumcisionis virtutem spiritualem noveris, mysterium videbis, et Deum glorificabis. Circumcisio genitalis membri erat. Ab ortu, o homo, operimentum habuisti, quod oportebat te removere, ut operto vultu veritatem videres, nec sub terreno corporis tegumento illam respiceres. Cum enim nudatus fueris a carneo corpore, ad Christum ut spiritus accedis, et Domino hærens unus spiritus efficeris per sacram et salutarem participationem, quam indicabat carnium comestio. Circumcide et exue corpus post Christum secundum Paulum, qui ait: *Circumcisi estis circumcisione non manu facta, in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi* (*Col.* 2. 11); atque ita circumcisus omni avaritia, vanæ gloriæ et voluptatis amore, divina te impleas esca, quæ te ad cælum ducat, te liberet a malis dominatoribus, eruat gravissimis laboribus, gloriosumque tibi ac beatum ad Deum reditum conciliet, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IN IDEM ARGUMENTUM. VI.

1. Sacræ Christi lucis radii jam splendent, et pura puri Spiritus luminaria oriuntur, cælestis autem et regiæ divinitatis gloriæ thesauros aperiunt. Nox multa et obscura absorpta est et ingrata mors obscurata; vita universis aperta est, et luce perenni omnia plena sunt, atque orientes orientium universum obtinent: et ille ante luciferum genitus, immortalis, et magnus splendet Christus universis plus quam sol. Ideoque longa et æterna nobis credentibus in ipso dies adest candida, Pascha mysticum, figurate quidem per legem celebratum; Pascha, mirabile divinæ virtutis et potestatis opus; vere festum et memoriale legitimum sempiternum: ex passione impassibilitas, ex morte immortalitas, ex juventute vita, ex plaga medela, ex lapsu erectio, ex descensu ascensus. Sic Deus magna operatur; sic ex impossibilibus stupenda creat, ut ostendatur ipsum solum volentem omnia posse. Has figuras lex annuntiet, imagines veritatis prius interpretetur angelus, magnum magni Regis adventum prædicans: ubi Ægyptius primogenitorum populus mortuus est, et Israel mystico sanguine servabatur. Hæc omnia sunt futurorum umbra: apud nos autem sunt imaginum formæ, et typorum complementa, atque umbræ loco exacta et firma veritas. Illic agnus e grege, hic agnus de cælis: illic sanguinis signum, quod in re minori totum conservet, hic verbum, poculum plenum divino sanguine et spiritu: illic agnus ex grege, hic ipse pastor pro agno. Nam *Sicut ovis ad occisionem ductus est* (*Isai.* 53. 7). Quomodo ergo salutem universam opera pollicentur? Et solæ figuræ sunt salutares. Festum celebrent cæli cælorum, ut divinus Spiritus clamat, gloriam Dei narrantes: celebrent quoque angeli et archangeli cælorum, celebret omnis cælestis populus, summum Ducem superni exercitus videns episcopum corporaliter adventem: festum celebrent stellarum chori, eum qui ante luciferum oritur indicantes: celebret aer immense in profundum et latum extensus: celebret salsuginosa maris aqua, divinis vestigiis ac gressibus honorata: celebret terra, divino abluta sanguine: celebret omnis humana anima, in novam generationem per resurrectionem restaurata. Hoc Pascha, communis omnium celebritas ex paterna voluntate in mundo peracta, missio Christi, divinus oriens circa terram, angelorum et archangelorum sempiterna solemnitas, totius mundi immortalis vita, mortis interitus, fons salutaris, hominum incorruptæ deliciæ cælestes, sacra initiatio, quæ vetera et nova interpretatur mysteria, quæ in terra oculis videntur, in cælis vero intelliguntur ab iis, qui hæc nova cum sacra notitia susceperunt: id quod nos paucis explicavimus. Talis est Paschæ publica solemnitas. Ut vero sigillatim vos

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ θύεσθαι τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ πρὸς ἑσπέραν, ὅτι ἦν ἀπ' ἀρχῆς μὲν ἡ μελέτη τοῦ πάθους, ἐν τέλει δὲ τὸ πάθος. Εἶτά μοι σκόπει περὶ τὴν τοῦ προβάτου βρῶσιν ἐντολὴν Θεοῦ καινὴν καὶ παράδοξον, μὴ ἐσθίειν ὠμὰ τὰ τοῦ προβάτου κρέα. Τίς γὰρ ἂν ὠμὸν φάγοι; Ἔστω λέγειν, Μηδὲ ἑφθόν, ἵνα μὴ διατρίβωσιν· ἐπειγόμενος γὰρ ὁ καιρός. Τί τὸ μηδὲ ὠμόν, ἀλλ', *Ὀπτὰ πυρί*; Οὐδεὶς γὰρ κωλύει τὸ μὴ γενόμενον. Ἀλλὰ σημαίνεται διὰ τῶν τύπων, ὡς ἔφην, τὰ πράγματα. Ὠμὴν προσφέρεται τὴν ἁγίαν τροφὴν ὁ τὴν πίστιν ἔχων ἀργήν· ἑφθὴν ὁ φιλήδονος, ἐξυδαρῶν ἐν τῇ τοῦ βίου ῥᾳθυμίᾳ τὸ στερρὸν τῆς πίστεως ἔργον, [ὀπτὴν δὲ ὁ] ἐπιτελῶν ἐν πνεύματι θερμῷ τε καὶ ζέοντι. Κεφαλὴν σὺν ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις ἐσθίειν κελεύονται. Γίνωσκε καὶ Χριστὸν ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς, ὅτι Θεὸς πρὸ αἰώνων ὑπάρχων κεφαλὴ τῆς ἀοράτου καὶ πνευματικῆς Ἐκκλησίας· ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν, ὅτι καὶ ἄνθρωπος ἐπ' ἐσχάτων αἰώνων γῆς ἐπιβάς· ἀπὸ δὲ τῶν ἐντοσθίων, ὅτι κεκρυμμένην ἔχων ἐν σαρκὶ δύναμιν καὶ δικαιοσύνην, καὶ οὐ κατὰ τὸ ἐκτὸς καὶ θεωρούμενον μόνον ἐπωφελὴς καὶ σωτήριος τοῖς μετέχουσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ἔνδον καὶ κατὰ τὸ ἀπόκρυφον. Ἐσθίεται δὲ ἐν νυκτὶ τὰ κρέα, καὶ εἰς τὴν ἡμέραν οὐχ ὑπολείπεται. Ἀνάμνησις γὰρ τοῦ Χριστοῦ πάθους ἐν τῷ καιρῷ τῆς κοσμικῆς νυκτὸς, μεθ' ἣν ἡμέρα διαλάμψει, καὶ ζωὴ Χριστοῦ φανήσεται. Κατὰ τὸ, *Ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε*. Συντρίβει δὲ ὀστέον οὐδείς. Οὐδὲ γὰρ κατέαξαν οἱ δήμιοι τὰ Χριστοῦ σκέλη, [τὰ] τῶν συσταυρωθέντων κατεάξαντες, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς ἐμαρτύρησεν. Αἱ πικρίδες αἱ σὺν τῷ προβάτῳ ἐσθιόμεναι τὴν τῶν θλίψεων πικρίαν ἐδήλουν· τὰ ἄζυμα τὴν ἁπλότητα καὶ εἰλικρίνειαν, ὡς ὁ Παῦλός φησι, τουτέστι, τὸ ἀμιγὲς πρὸς τὴν παλαιὰν κακίαν καὶ νέαν ἀρετήν. Ὑπόλοιπόν ἐστί σοι τὸ σχῆμα τῶν ἐσθιόντων τὸ Πάσχα καὶ θεωρῆσαι πνευματικῶς, καὶ μιμήσασθαι· ἔσται γὰρ ἐν τῷ πνευματικῷ τὸ σωματικὸν σχῆμα. Οὐκ ἔστι σχῆμα κενὸν, ἀλλὰ ἔργον σωτήριον ζῶσαι τὴν ὀσφύν σου, μὴ τὴν τοῦ σώματος ἐν ἱμάντι, ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἐν ἑτοιμότητι. Ὑπόδησαι τοὺς πόδας ὡσαύτως ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου, κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Βακτηρίαν ἐν ταῖς χερσὶν ἔχε, μὴ ξύλον, ἀλλὰ πίστεως ὑποστηριζούσης. Ὅλον τὸ σχῆμα ἐκεῖνο ὁδοιπορητικὸν ὄν, ὡς ἂν πρὸς ἔξοδον ἐπειγομένων τὴν ἐξ Αἰγύπτου, μίμησαι σὺ κάλλιον, ὡς εἰς ἔξοδον ἐπειγόμενος τὴν ἀπὸ κόσμου καὶ φθορᾶς. Σπουδὴ δὲ ἔστω, καὶ ῥᾳθυμία μηδαμῶς ἐν τῇ τοῦ Πάσχα βρώσει τῇ πνευματικῇ. Καὶ καλὸν ἐνταῦθα τὸ σπουδαῖον, οὐ γαστριμαργίαν ἐπιφαίνων ἐσθιόντων ἠπειγμένως τὰ κρέα, ἀλλὰ φιλοθεότητα τῶν σπευδόντων ἀπὸ κόσμου [264] πρὸς Θεόν. Ἐφ' ἑπτὰ δὲ ἡμέρας ἡ ἄζυμος τροφή, τουτέστι, διὰ πάσης ζωῆς τὸ εἰλικρινές. Διὰ γὰρ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν ὁ σύμπας πολυπλασιάζεται χρόνος. Καὶ ὁ ζύμην ἔχων ἐξολοθρεύεται. Ἡ γὰρ τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου κακία ὀλέθριος καὶ οὐδαμῶς ἀναμίγνυσθαι δυναμένη τῇ τοῦ νέου ἀνθρώπου δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι. Καὶ ὁρᾷς, ὅτι δίκαιος ὁ διὰ τὴν τοιαύτην ζύμην ὄλεθρος· διὰ δὲ τὴν κοινὴν τοῦ ἄρτου ζύμην οὐκ ἂν δικαίως ἔδοξε καλεπαίνειν Θεός. Οὐ γὰρ φαίνεται τὸ δίκαιον ἐν τοῖς τύποις, ἀλλὰ ἐπὶ τῆς ἀληθείας ἐκλάμπει τε καὶ γινώσκεται· ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς χρίσεως τοῦ αἵματος δοκοῦν ἀπρεπὲς εἶναι Θεῷ περιαιρεῖται, κατὰ τὴν ἀλήθειαν νοουμένου τοῦ τύπου. Ἀπρεπὲς γὰρ τὸ δοκοῦν χρῄζειν Θεὸν αἵματος σημείῳ πρὸς ἐπίγνωσιν τῶν Ἑβραϊκῶν οἰκιῶν· πρεπωδέστατον δὲ τὸ διὰ τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ αἵματος γινώσκεσθαι ἡμᾶς Θεῷ καὶ σώζεσθαι ὑπὸ Θεοῦ. Ἆρ' οὖν οὐχὶ καὶ τὸ τῆς περιτομῆς ἁπλῶς μὲν οὕτως ἀκούειν ἀπρεπὲς, ὡς Θεοῦ κελεύσαντος ὑπὸ σπουδῆς τὸν μέλλοντα τοῦ Πάσχα ἐσθίειν, εἰ μὴ ἐμπερίτομος εἴη, περιτέμνεσθαι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν βρῶσιν ἥκειν; Ἐὰν δὲ συνῇς τῆς περιτομῆς τὴν δύναμιν πνευματικῶς, μυστήριον ὄψει καὶ δοξάσεις Θεόν. Τοῦ γεννητικοῦ μέλους ἦν ἡ περιτομή. Ἀπὸ γενέσεως εἶχες, ὦ ἄνθρωπε, κάλυμμα, ὅπερ ἔδει σε περιαιρεῖσθαι, ἵνα [ἀνα]κεκαλυμμένῳ προσώπῳ θεωροίης ἀλήθειαν, καὶ μὴ κεκαλυμμένος τῷ σώματι καὶ γνίνῳ καλύμματι περὶ τὴν ἀλήθειαν ἀναβλεποίης. Ὅταν γὰρ γυμνὸς γένῃ τοῦ σαρκικοῦ σώματος, ὡς πνεῦμα πρόσει πρὸς Χριστὸν, καὶ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ ἓν πνεῦμα γενήσῃ, μετέχων τὴν ἱερὰν καὶ σωτήριον μετοχὴν, ἣν ἡ τῶν κρεῶν βρῶσις ἐμήνυσε. Περιτέμνου δὴ καὶ ἀπεκδύου τὸ σῶμα μετὰ Χριστὸν, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον, ὅτι *Περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ*· καὶ οὕτω περιτεμνόμενος ἅπασαν φιλοχρηματίαν, φιλοδοξίαν, φιληδονίαν, τῆς μὲν πρὸς Θεὸν ἐμπίπλασο τροφῆς εἰς οὐρανὸν ἀναγούσης, ἐλευθερούσης ἀπὸ πονηρῶν ἀρχόντων, λυούσης ἀπὸ πόνων χαλεπῶν, ἔνδοξον καὶ μακαρίαν σοι τὴν εἰς Θεὸν ἐπάνοδον χαριζόμενος [a], ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[a] Lego χαριζομένης. Edit.

Εἰς ταὐτόν ς'.

α'. Ἱεραὶ μὲν ἤδη φωτὸς ὑπεραυγοῦσι Χριστοῦ ἀκτῖνες, καὶ καθαροὶ καθαροῦ Πνεύματος ἀνατέλλουσι φωστῆρες, οὐράνιοι δὲ καὶ βασίλειαι δόξαι θεότητος ἀνεῴγασι θησαυρούς. Νὺξ πολλὴ καὶ ἀμαυρὰ κατεπόθη, καὶ ὁ ἀμείδὴς θάνατος συσκιασθείς [a]· ζωὴ τοῖς ὅλοις ἐφηπλώθη, καὶ φωτὸς ἀεννάου τὰ ὅλα γέμει, καὶ ἀνατολαὶ ἀνατολῶν ἐπέχουσι τὸ πᾶν, καὶ ὁ πρὸ ἑωσφόρου γεννηθεὶς, ἀθάνατος, καὶ πολὺς μέγας ἐπανθεῖ Χριστὸς τοῖς ὅλοις ὑπὲρ ἥλιον. Καὶ διὰ τοῦτο μακρὰ καὶ αἰώνιος καὶ ἄσβεστος ἡμῖν ἐμπολιτεύεται τοῖς πεπιστευκόσιν ἐπ' αὐτῷ λευκὴ ἡμέρα· Πάσχα τὸ μυστικὸν, τυπικῶς μὲν διὰ νόμου λειτουργούμενον· Πάσχα, τὸ θαυμαστὸν τῆς θείας ἀρετῆς καὶ δυνάμεως ἔργον· ἀληθῶς ἑορτὴ καὶ μνημόσυνον ἔννομον αἰώνιον. Ἐκ πάθους ἀπάθεια, ἐκ θανάτου ἀθανασία, ἐκ νεότητος [b] ζωὴ, ἐκ πληγῆς ἴασις, ἐκ πτώσεως ἀνάστασις, ἐκ καθόδου ἀνάβασις. Οὕτως ὁ Θεὸς ἐργάζεται μεγάλα· οὕτως ἐκ τῶν ἀδυνάτων δημιουργεῖ τὰ παράδοξα. Ὅπως γνωσθῇ, ὅτι μόνῳ πάντα θέλοντι ἔξεστι. Τούτους μὲν οὖν τοὺς τόπους προσαπαγγελλέτω καὶ νόμος, τὰς εἰκόνας τῆς ἀληθείας προερμηνευέτω ἄγγελος, κηρύττων μεγάλην μεγάλου βασιλέως ἐπιδημίαν· ἔνθα ὁ μὲν Αἰγύπτιος τῶν πρωτοτόκων ἀπέθνησκε δῆμος, ὁ δὲ Ἰσραὴλ τῷ μυστικῷ αἵματι ἐσώζετο. Ταῦτα πάντα τῶν μελλόντων σκιά· ἐν ἡμῖν δὲ τῶν εἰκόνων τὰ μορφώματα, καὶ τῶν τύπων τὰ πληρώματα, καὶ ἀντὶ τῆς σκιᾶς αὕτη ἡ ἀκρίβεια καὶ βεβαίωσις τῆς ἀληθείας. Ἀμνὸς ἐξ ἀγέλης ἐκεῖ, ἐνταῦθα ἀμνὸς ἐξ οὐρανῶν· αἵματος σημεῖον ἐκεῖ καὶ κατ' [265] ὀλίγον τοῦ παντὸς φυλακτήριον, ἐνταῦθα λόγος ὁ κραταὶρ θείου γέμων αἵματός τε καὶ πνεύματος· πρόβατον ἐκ ποίμνης ἐκεῖ, ἐνταῦθα αὐτὸς ἀντὶ τοῦ προβάτου ὁ ποιμήν. *Ὡς πρόβατον γὰρ ἐπὶ σφαγὴν ἦχθη*. Πῶς οὖν τὴν καθόλου σωτηρίαν ἐπαγγέλλεται τὰ ἔργα; Καὶ μόνοι οἱ τύποι εἰσὶ σωτήριοι. Ἑορταζέτωσαν μὲν οὖν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, ὡς τὸ θεῖον Πνεῦμα βοᾷ, δόξαν Θεοῦ διηγούμενοι· ἑορταζέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ ἀρχάγγελοι τῶν οὐρανῶν, καὶ πᾶς ὁ οὐράνιος δῆμος ἑορταζέτω, τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς ἄνω στρατιᾶς βλέπων ἐπίσκοπον σωματικῶς ἀφικνούμενον· ἑορτασέτωσαν καὶ οἱ τῶν ἀστέρων χοροὶ, τὸν πρὸ ἑωσφόρου ἀνατέλλοντα μηνύοντες· ἑορταζέτω καὶ ἀὴρ ἀμετρήτως βάθεσι καὶ πλάτεσι μετρούμενος· ἑορταζέτω καὶ ἅλμυρὸν θαλάσσης ὕδωρ, ἱεροῖς ἴχνεσι καὶ βάσεσι τετιμημένον· ἑορταζέτω καὶ ἡ γῆ θείῳ λουσαμένη αἵματι· ἑορταζέτω καὶ πᾶσα ἀνθρωπίνη ψυχὴ εἰς τὴν καινὴν παλιγγενεσίαν δι' ἀναστάσεως ἀναψυχουμένη. Τοῦτο Πάσχα, ἡ κοινὴ τῶν ὅλων πανήγυρις, πατρικοῦ θελήματος ἐπὶ κόσμον· ἀποστολὴ Χριστοῦ, περὶ γῆν ἔνθεος ἀνατολὴ, ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων ἴδιος ἑορτὴ, τοῦ παντὸς κόσμου ἡ ἀθάνατος ζωὴ θανάτου θανατηφόρος, πηγὴ σωτήριος, ἀνθρώπων ἡ ἄφθαρτος τρυφὴ οὐράνιος, ἱερὰ τελετὴ, παλαιὰ καὶ νέα προερμηνεύουσα μυστήρια, ἐν γῇ μὲν ὁρατῶς βλεπόμενα, ἐν οὐρανοῖς δὲ νοούμενα τοῖς καινὰ καὶ μετὰ γνώσεως ἱερᾶς ἀποδεξαμένοις, [c] ὡμὲν οὖν διὰ βραχέων ἐγνωρίσαμεν εἰπεῖν. Τοιάδε ἡ τοῦ Πάσχα δημοτελὴς ἑορτή. Ἵνα δὲ καὶ κατὰ μέρος ἐστιαθῶμεν τοῦ λόγου (οὐ τὰ γήϊνα, ἀλλὰ τὰ οὐράνια σιτούμενοι, φάγωμεν καὶ ἡμεῖς τὸ λογικὸν Πάσχα μετ' ἐπιθυμίας πνεύματος, μεθ' ἧς καὶ ὁ Ἰησοῦς συνεπεθύμησε φαγεῖν μεθ' ἡμῶν τὸ Πάσχα)· φέρε, πρῶτον μὲν ἀναλαβόντες δι' βραχέων εἴπωμεν, τί νόμος, καὶ τί

[a] Sic, absente verbo. [b] An νεκρότητος? [c] Locus vitiatus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νόμου [a] χρεία· διὰ τί δὲ μετ' Αἴγυπτον νόμος· δεύτερον δὲ, τί τὸ Πάσχα οἰκονομία, καὶ τί τὸ πᾶν καὶ περὶ παντὸς τὸ Πάσχα μυστήριον. Παραθήσομεν πρῶτον τὴν Γραφὴν, ἵν' ἐκ παραβολῆς καὶ παραθέσεως ἕκαστα βλέπωμεν τῷ Θεῷ ῥημάτων [b]. *Εἶπε δὲ Κύριος πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν ἐν γῇ Αἰγύπτου, λέγων· Ὁ μὴν οὗτος ὑμῖν ἀρχὴ μηνῶν, πρῶτός ἐστιν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Λάλησον πάσῃ συναγωγῇ υἱῶν Ἰσραὴλ, λέγων· Τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς τούτου λαβέτωσαν πρόβατα κατ' οἴκους πατριῶν, πρόβατον κατ' οἰκίαν. Ἐὰν δὲ ὀλιγοστοὶ ὦσιν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὥστε μὴ ἱκανοὺς εἶναι εἰς πρόβατον, προσλήψονται τὸν γείτονα μεθ' ἑαυτῶν, τὸν πλησίον αὐτῶν. Καὶ ἀριθμὸν ψυχῶν ἕκαστος τὸ ἀρκοῦν αὐτῷ συναριθμηθήσεται εἰς πρόβατον. Πρόβατον τέλειον, ἄρσεν, ἐνιαύσιον ἔστω ὑμῖν. Ἀπὸ τῶν ἀρνῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐρίφων λήψεσθε. Καὶ ἔσται ὑμῖν διατετηρημένον ἕως τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ μηνὸς τούτου, καὶ σφάξουσιν αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραὴλ πρὸς ἑσπέραν. Καὶ λήψονται ἀπὸ τοῦ αἵματος, καὶ θήσουσιν ἐπὶ τῶν δύο σταθμῶν, καὶ ἐπὶ τὴν φλιάν, καὶ ἐν τοῖς οἴκοις, ἐν οἷς ἂν φάγωσιν αὐτὸ ἐν αὐτοῖς. Καὶ φάγονται τὰ κρέα ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ, ὀπτὰ πυρὶ, καὶ ἄζυμα μετὰ πικρίδων ἔδονται. Οὐκ ἔδεσθε ἀπ' αὐτῶν ὠμὸν, οὐδὲ ἡψημένον ἐν ὕδατι, ἀλλ' ἢ ὀπτὰ πυρὶ, κεφαλὴν σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις. Οὐ καταλείψεται ἐξ αὐτῶν εἰς τὸ πρωΐ, καὶ ὀστοῦν οὐ συντρίψεται ἀπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ καταλειπόμενον ἀπ' αὐτοῦ ἕως πρωΐ, ἐν πυρὶ κατακαύσετε. Οὕτω δὲ φάγεσθε αὐτό· αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ὑμῶν ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. Καὶ ἔδεσθε αὐτὸ μετὰ σπουδῆς· πάσχα γάρ ἐστι Κυρίου. Καὶ διελεύσομαι ἐν γῇ Αἰγύπτου ταύτῃ τῇ νυκτὶ, καὶ πατάξω πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτου, καὶ ἐν πᾶσι θεοῖς τῶν Αἰγυπτίων ποιήσω τὴν ἐκδίκησιν· ἐγὼ Κύριος. Καὶ ἔσται τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ τοῦ ἐκτρίψαι, ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτου. Καὶ ἔσται ἡ ἡμέρα αὕτη ὑμῖν μνημόσυνον αἰώνιον, καὶ ἑορτάσετε αὐτήν. Ἡμέρας ἑπτὰ ἄζυμα ἔδεσθε. Καὶ πάλιν εἶπε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν καὶ Ἀαρών· Οὗτος ὁ νόμος τοῦ Πάσχα· πᾶς ἀλλογενὴς* [266] οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ· καὶ πάντα οἰκέτην τινὸς ἢ ἀργυρώνητον περιτεμεῖς αὐτὸν, καὶ τότε φάγεται ἀπ' αὐτοῦ. Ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, καὶ οὐκ ἐξοίσετε ἐκ τῆς οἰκίας τῶν κρεῶν ἔξω, καὶ ὀστοῦν οὐ συντρίψετε ἀπ' αὐτοῦ. Πᾶσα συναγωγὴ Ἰσραὴλ ποιήσει αὐτό. Πᾶς ἀπερίτμητος οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ. Νόμος εἷς ἔσται τῷ ἐγχωρίῳ καὶ τῷ προσηλύτῳ τῷ ἐν ὑμῖν.* Ἡ μὲν δὴ θεία Γραφὴ οὕτω μυστικῶς τὴν ἱερὰν ἑορτὴν προεθέσπισεν. Ἡμεῖς δὲ ἤδη καθ' ἕκαστον ἀκριβώσωμεν τῶν ἀνεγνωσμένων, εὐχαῖς ὑμετέραις ἐρευνῶντες τῶν Γραφῶν τὰ κάτω μυστήρια, τὴν μὲν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων οὐκ ἀναιροῦντες, τὴν δὲ ἀκρίβειαν τῶν μυστηρίων διὰ τῶν τύπων θεωροῦντες. Καὶ γὰρ καὶ σκηνὴν τῷ Μωϋσῇ τὸ θεῖον Πνεῦμα ἐντέλλεται ποιῆσαι· *Καθὸ δείξω σοι, φησὶν, οὕτως αὐτὴν ποιήσεις.* Τυπικῶς ὁρώμενόν ἐστι, καὶ μυστικῶς· τῷ κάτω πρωτότυπον καὶ πρωτογενὲς παράδειγμα νοούμενον.

β'. Λέγωμεν δὴ πρῶτον, τίς οὗτος ὁ μὴν ἀρχὴ τῶν μηνῶν· διὰ τί δὲ οὗτος ὁ τοῦ Πάσχα μὴν, οὗτός ἐστι πρῶτος ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ· δεύτερον, τί τὸ πρόβατον τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς λαμβανόμενον, καὶ τὸ πρόβατον τέλειον, ἄρσεν, ἐνιαύσιον· τίς ὁ γείτων καὶ τίς ὁ πλησίον ὁ παραλαμβανόμενος· διὰ τί δὲ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης συντηρεῖται τὸ πρόβατον, καὶ πρὸς ἑσπέραν θύεται, καὶ σφάζουσιν αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραὴλ πρὸς ἑσπέραν· τί τὸ αἷμα τὸ ἐπὶ τοὺς δύο σταθμοὺς καὶ ἐπὶ τὴν φλιάν· διὰ τί δὲ ἐν νυκτὶ τὰ κρέα ἐσθίουσι, καὶ ταῦτα ὀπτὰ πυρὶ, οὔτε ὠμὸν, οὔτε ἡψημένον ἐν ὕδατι· ἢ τί κεφαλὴν σὺν ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθιδίοις· διὰ τί δὲ ὀστοῦν οὐ συντρίβεται, καὶ τίνα τὰ ἄζυμα μετὰ πικρίδων· διὰ τί δὲ, Μετὰ σπουδῆς ἔδεσθε τὸ πάσχα· τίνες αἱ ὀσφύες αἱ περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶ, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶ· καὶ τί τὸ πάσχα Κυρίου, καὶ τὸ αἷμα σημεῖον ἐπὶ τῶν οἰκιῶν ἐν αἷς ἔσται ἐκεῖ, καὶ, *Ὄψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ τοῦ ἐκτρίψαι, ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτου·* διὰ τί δὲ, Ἑπτὰ ἡμέρας ἄζυμα ἔδεσθε· διὰ τί ὁ μὲν ἀλλογενὴς οὐ βρώσεται, τί δὲ τὸ, Ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, καὶ ἔξω ἐκ τῶν κρεῶν οὐκ ἐξοίσετε, καὶ ὀστοῦν οὐ συντρίψεται ἀπ' αὐτοῦ· *Πᾶς ἀπερίτμητος οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ· πᾶσα συναγωγὴ ποιήσει αὐτό·* τίς ἡ συναγωγή. *Νόμος εἷς ἔσται τῷ ἐγχωρίῳ καὶ προσελθόντι προσηλύτῳ·* εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐπ' ἀμφοτέρων νόμος. Οἱ μὲν οὖν τύποι καὶ τὰ σύμβολα καὶ τὰ μυστήρια, ἐν Ἰσραὴλ μὲν ὁρατῶς γινόμενα, ἐν ἡμῖν δὲ πνευματικῶς τελεσιουργούμενα. Μικρὰ δὴ περὶ τούτων διαλεχθέντες, οὕτως ἐπαγάγωμεν τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, τίς μετὰ τὸν νόμον Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιδημία, διὰ τί δὲ ἦλθε καὶ μετὰ σώματος· τί τὸ πάσχα ὃ ἐπεθύμησε φαγεῖν μεθ' ἡμῶν· διὰ τί δὲ ὁ λόγῳ νεκροὺς ἀναστήσας, οὐχὶ καὶ πάντη τῷ θανάτῳ ἐπετίμησε ζῶν· διὰ τί δὲ καὶ ὅλως ὑπέμεινε θάνατον διὰ ξύλου· τίς ἡ ἄκανθα ἣν ἐστεφανώσατο, ἢ τί τὸ ὄξος· ὃ ἔπιε καὶ ἡ χολὴ, καὶ τίς ἡ ἀνοιγομένη πλευρὰ, ἐξ ἧς ἐῤῥεύσατο αἷμα καὶ ὕδωρ· διὰ τί εὔχεται παρελθεῖν τὸ ποτήριον, ὃ πάντως ἦλθε πιεῖν· τίνες οἱ λῃσταὶ οἱ συγκρεμάμενοι, καὶ τίς ὁ ἐξ ἀμφοτέρων ἐν τῷ παραδείσῳ· διὰ τί τὸ πνεῦμα παρακατατίθεται ἐν ταῖς χερσὶ τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ σῶμα ἐν τῷ καινῷ μνημείῳ· τί ἦν τὸ, *Ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ,* γινόμενον σήμερον· τίς ἡ τριήμερος, ἣν ὑπὸ γῆν ἔμεινε· διὰ τί δὲ πρῶται αὐτὸν ὁρῶσιν αἱ γυναῖκες, καὶ εὐαγγελιζόμενος λέγει, Γυναῖκες, *Χαίρετε.* Ταῦτα ἡμῶν τῆς ἱερᾶς ἑορτῆς τὰ ἐδέσματα, αὕτη ἡ τράπεζα ἡ πνευματικὴ, αὕτη ἡ ἀθάνατος τροφὴ καὶ τρυφή. Ἐπισιτισάμενοι δὲ τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ πιόντες τῆς εὐφροσύνης ποτήριον αὐτὸ τὸ ζέον καὶ ἔμπυρον, αἷμα μὲν δὴ ἄνωθεν θερμῷ τυπωθὲν πνεύματι, λόγῳ ἀναλαβόντες [c], πρῶτον μὲν τίς νόμος καὶ τίς νόμου οἰκονομία. Οὕτω γὰρ γνωσόμεθα ἐκ τῆς παραβολῆς, τίς λόγος καὶ τίς λόγου ἐλευθερία. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως· ποικίλων καὶ ἀναγκαίων δογμάτων ἀθροισμός ἐστι, πάντων ἐρανισμὸς κοινωφελὴς τῶν ἐν [267] τῷ βίῳ καλῶν, μίμημα μυστικὸν τῆς ἐν οὐρανῷ πολιτείας, λύχνοι καὶ λυχνίαι, καὶ πῦρ καὶ φῶτα, τῆς ἄνω λαμπαδουχίας τὰ τιμήματα. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, θεοσεβείας τὸ προτύπωμα, εὐτάκτου πολιτείας τὸ πρόσταγμα, τῆς πρώτης ἁμαρτίας τὸ κώλυμα, τῆς μελλούσης ἀληθείας τὸ αἴνιγμα. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, Αἰγυπτίας πλάνης τὸ κολαστήριον, δακτύλῳ Θεοῦ καταγραφόμενον· ἄλλως γὰρ ὁ ὑψηλὸς βραχίων ἐτηρεῖτο. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, εὐσεβείας ἀρχηγὸς, δικαιοσύνης ὁδηγὸς, τυφλῶν φωτισμὸς, ἀφρόνων νηπίων παιδαγωγὸς, ἀγνωμονούντων δεσμὸς, σκληροτραχήλων χαλινὸς, καὶ τῶν ἑτεροζυγούντων ἀνάγκης ζυγός. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, σοφῶν παιδευτήριον, ἀναγκαίων γυμνάσιον, κοσμικῶν διδασκαλεῖον, δόγμα ἐμπρόθεσμον, παρερχόμενον μυστήριον. Νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, τῆς μελλούσης χάριτος συμβολικὴ καὶ αἰνιγματώδης ἐπιτομὴ, ταῖς εἰκόσιν ἀπαγγέλλουσα τὴν τελειότητα τῆς μελλούσης ἀληθείας, ταῖς θυσίαις τὸ ἱερεῖον, τῷ αἵματι τὸ αἷμα, τῷ ἀμνῷ τὸν ἀμνὸν, τῇ περιστερᾷ τὴν ἐξ οὐρανῶν περιστερὰν, τοῖς βωμοῖς τὸν ἀρχιερέα, τῷ ναῷ τὸ τῆς θεότητος καταγώγιον, τῷ περιβωμίῳ [d] πυρὶ ὅλον ἄνωθεν τοῦ κόσμου τὸ φῶς. Νόμος μὲν δὴ ὧδε ἡμῖν μυστικῶς προωρίσθω. Ἔρχεται δὲ καὶ ἀναγκαίως μετ' Αἴγυπτον νόμος, ὑλομανούσης ψυχῆς καὶ Αἰγυπτιαζούσης καρδίας ἐκκόπτων τὰ ἄφορα κακὰ μοσχεύματα, τέμνων ἀρότρου δίκην τὰς ἔνδον καὶ δασείας ἀκάνθας τῶν λογισμῶν, καὶ αὐλακηδὸν τὰ τῆς ψυχῆς βάθη προοδοποιῶν, καὶ νεάζων τὴν ψυχὴν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ οὐρανίου θείου Λόγου. Διὸ εἰκότως τὸ θεῖον Πνεῦμα βοᾷ· *Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, καὶ μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις.* Διὸ δὴ καὶ τὸ πάσχα μυστικῶς πρῶτον ἐξ Αἰγύπτου ἄρχεται, τῆς σκοτεινῆς εἰδωλολατρείας ἡ πρώτη ἐκκοπὴ, καὶ τῆς ἀθέου εἰδωλομανίας ἡ μυστικὴ ἀποτομὴ, καὶ τῶν τῆς πλάνης πρωτοτόκων σπερμάτων ἡ νυκτερινὴ ἔνδικος πληγή. Ἔπαυσε μὲν οὖν καὶ Αἴγυπτος ὁμολογουμένως τὴν τῶν πρωτοτόκων πληγὴν, καὶ πᾶς ὃς ἐγεννήθη ἀπέθνησκε δῆμος· ἵν' ὁ μὲν σκληροτράχηλος Φαραὼ καὶ οὕτω βραδέως παιδευθῇ, ταῖς πρώταις ἐπιταγαῖς μὴ παιδευόμενος· ὁ δὲ Ἰσραὴλ καὶ οὕτω παραδόξως σωθῇ, καὶ ὁ Θεὸς ἐν πᾶσι δοξασθῇ. Αἰγύπτου μὲν τὸ πλῆθος ἐν πληγῇ, τῷ δὲ Ἰσραὴλ τὸ πάσχα

[a] Fort. cum Savilio leg. τίς νόμους et mox τίς ἡ τοῦ πάσχα.
[b] Legendum conjicit Savil. τῶν θείων ῥημάτων.
[c] Hic verbum deesse videtur. Putat Savil. ἀναλαβόντες δείξωμεν.
[d] Savil. conjicit ἐπιβωμίῳ.

Digitized by Google

verbis velut convivio excipiamus (non terrenis, sed cælestibus excepti, comedamus et nos rationabile Pascha cum spirituali desiderio, quo Jesus desideravit Pascha manducare nobiscum) : age primo resumentes paucis dicamus quid sit lex, et quis legis usus ; cur post relictam Ægyptum lex data fuerit : secundo, quæ sit Paschatis œconomia, et quid omnino sit Paschæ mysterium. Proponemus primo Scripturam, ut illa proposita verba Dei singula dispiciamus. *Dixit autem Dominus ad Moysem et Aaron in terra Ægypti, dicens : Mensis hic vobis initium mensium, primus est in mensibus anni. Loquere toti synagogæ filiorum Israel, dicens : Decima hujus mensis accipiant agnos per domos familiarum, agnum per singulas domos. Si vero pauci fuerint in domo, ita ut non sint sufficientes ad unum agnum, accipient vicinum secum de proximis suis, secundum numerum animarum, quod sufficiat sibi numerabitur in agnos. Agnum perfectum, masculum, anniculum sumetis. Ex agnis et ex hœdis sumetis. Et erit vobis reservatum usque ad decimam quartam hujus mensis ; et mactabunt eum omnis multitudo synagogæ filiorum Israel ad vesperam. Et sument de sanguine, et ponent super duos postes, et supra limen, et in domibus, in quibus eos comedent. Et comedent carnes in ipsa nocte, coctas igni, et azyma et amara comedent. Non comedetis ex eis crudum, neque assum in aqua, sed cocta igni : caput cum pedibus et intestinis. Non relinquetur ex eis in crastinum, et os non comminuetur ex eo : quod autem residuum erit ex eo usque ad matutinum, comburetis in igne. Sic autem comedetis illum : lumbi vestri præcincti erunt, et calcei vestri in pedibus vestris, et baculi vestri in manibus vestris. Et comedetis illum cum festinatione : Pascha enim Domini est. Et transibo in terra Ægypti hac nocte, et percutiam omne primogenitum in terra Ægypti, et in omnes deos Ægyptiorum faciam vindictam : ego Dominus. Et erit vobis sanguis in signum in domibus in quibus estis. Et videbo sanguinem, et tegam vos, et non erit in vobis plaga ut conterat, cum percutiam in terra Ægypti. Et erit dies illa vobis memoriale sempiternum, et celebrabitis eam. Diebus septem azyma comedetis* (*Exod.* 12. 1-15). *Et rursus dixit Dominus ad Moysem et Aaron : Hæc est lex Paschæ : omnis alienigena non comedet ex eo : et omnem servum et emptitium circumcides, et tunc comedet ab eo. In una domo comedetur, neque deferetis ex carnibus extra domum, et os non comminuetis ex eo. Omnis synagoga Israel faciet illud. Omnis incircumcisus non comedet ex eo. Una lex erit inquilino et proselyto in vobis* (*Ibid. v.* 43-49). Divina certe Scriptura sic mystice sacram solemnitatem præscripsit. Nos vero jam singula quæ lecta sunt accurate exploremus, precum vestrarum ope scrutantes Scripturarum profunda mysteria : non tollentes veritatem scriptorum, mysteriorumque accuratam rationem per figuras considerantes. Etenim jubet Spiritus sanctus Moysem tabernaculum construere : *Prout ostendam tibi*, inquit, *sic illud facies* (*Exod.* 25. 40). Typice conspicitur et mystice, si altius consideretur prototypum et primum exemplar.

2. Dicamus autem primo, quis sit ille mensis principium mensium ; et cur hic mensis Paschæ primus sit mensium anni. Secundo, quid sibi velit agnus decima die mensis sumptus ; et agnus perfectus, masculus, anniculus : quis sit vicinus et proximus qui assumitur : cur usque ad decimam quartam diem servetur agnus, et ad vesperam immoletur, et mactet eum omnis multitudo synagogæ filiorum Israel ad vesperam : quid significet sanguis supra duos postes et supra limen : cur in nocte carnes comedunt, illasque coctas igni, nihil crudum vel assum aqua ; vel cur caput edunt cum pedibus et intestinis, cur os non comminuetur, et quid sint azyma cum herbis amaris : cur festinanter edetis Pascha : qui sint lumbi succincti, quid calcei in pedibus, et baculi in manibus : cur Pascha Domini, et cur sanguis signum est domorum in quibus est : quid illud, *Videbo sanguinem, et tegam vos, et non erit in vobis plaga quæ vos conterat, cum percutiam terram Ægypti* : cur septem dies azyma comedetis, et cur alienigena non comedet ; cur in una domo comedetur, et ex carnibus nihil extra efferetur, et os non comminuetur ex eo : *Cur omnis incircumcisus non edet ab eo : tota synagoga faciet illud* : quænam synagoga sit. *Una lex erit inquilino et proselyto*, ut et eadem utrique lex. Typi ergo symbola et mysteria in Israel visibiliter facta, in nobis autem spiritualiter consummata sunt. Paucis igitur hac de re prælibatis, sic veritatis mysteria aggrediamur. Quis sit post legem Christi adventus, cur venerit et cum corpore : quid sit Pascha quod desideravit manducare nobiscum : cur is, qui verbo mortuos suscitavit, non omnino mortem vivens domuit : cur tandem mortem per lignum sustinuit : quæ sint spinæ quibus coronatus est, quid acetum et fel quod potavit, quod latus perforatum, ex quo effluxit sanguis et aqua : cur precatur calicem transire, quem tamen potaturus venerat : qui sint latrones una pendentes, et quis ex ambobus in paradiso : cur spiritum commendet in manus Patris, et cur corpus sit in novo monumento : quid sibi velit illud, *Hodie mecum eris in paradiso* (*Luc.* 23. 43) ; quid sit triduum quo mansit sub terra : cur mulieres primæ vident illum, et cur annuntiando dicit, Mulieres, *Avete* (*Matth.* 28. 9). Hi sunt sacræ solemnitatis cibi nostri, hæc mensa spiritualis, hæc immortalis esca et deliciæ. Hoc pasti pane, qui de cælis venit ; hoc potati lætitiæ calice ferventi et ignito, sanguine desuper veniente, per spiritum ardentem figurato, verbis resumamus ; primo quidem quæ sit lex et quæ legis œconomia : sic enim comparatione cognoscemus quid sit verbum, et quæ verbi libertas. Lex per Moysem data variorum et necessariorum dogmatum collectio est, omnium in vita bonorum commercium utile, imitatio mystica vitæ cælestis, lucernæ et lychni, ignis et lumina, supernæ illuminationis honores. Lex per Moysem data, veræ religionis prævia figura, bene institutæ vitæ præceptum, primi peccati impedimentum, futuræ veritatis ænigma. Lex per Moysem data Ægyptiaci erroris castigatio, digito Dei descripta ; alio enim modo excelsum brachium reservabatur. Lex per Moysem data pietatis et justitiæ dux est, cæcorum illuminatio, stultorum parvulorum pædagogus, ingratorum vinculum, duræ cervicis frenum, et eorum qui male jugabantur jugum necessitatis. Lex per Moysem data, sapientium disciplina, rerum necessariarum gymnasium, rerum mundi doctrina, dogma prævium legitimum, mysterium transiens. Lex per Moysem data, futuræ gratiæ symbolicum et ænigmaticum compendium, imaginibus annuntians perfectionem futuræ veritatis, sacrificiis sacram victimam, sanguine sanguinem, agno agnum, columba cælestem columbam, aris summum sacerdotem, templo divinitatis diversorium, igne circum altare posito totum supernum mundi lumen. Sic nobis lex mystice prædefinita sit. Venit autem necessario lex post profectionem ex Ægypto, materialis insani et Ægyptiaca sentientis cordis invisibilia mala exscindens atque vitulos, sulcans aratri more internas et densas spinas cogitationum, et sulcos ducens in profundo animæ, innovansque animam, ut sit receptaculum cælestis divini Verbi. Quapropter jure divinus Spiritus clamat : *Novate vobis novalia, et ne seminetis supra spinas* (*Jer.* 4. 3). Ideo Pascha mystice primum ex Ægypto incipit, tenebrosæ idololatriæ prima excisio, et impiæ idolorum insaniæ mystica abscissio et primogenitorum erroris seminum nocturna vindex plaga. Passa est certe Ægyptus primogenitorum plagam, et omnis qui genitus erat populus mortuus est : ut duræ cervicis Pharao vel tardius erudiretur, primis jussionibus non eruditus : Israel vero sic inexspectato modo servaretur, ac Deus in omnibus glorificaretur. Ægypti multitudo in plaga, Israelis vero Pascha in solemnitate : ideo vocatur Pascha in solemnitate Domini : multa et sacra futuræ Dei clementiæ mysteria. In hoc continetur omnis hac de re sermo. Ægyptus illa ampla et nigra tenebrosi et profundi erroris est imago.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Inde namque primi fallaciæ fluctus, vituli et pisces, feræ et aves, et similia omnia animalia inter deos relata et culta. Cum autem de cælo vindex ira revelata fuerit, et furor magnus super omnem terram fuerit expansus, tunc primum superstitiosus idolorum error insanus dejicietur. *In omnibus*, inquit, *diis Ægyptiorum faciam vindictam : ego Dominus* (*Exod.* 12. 12). In primogenita autem omnia sævitur, quia antiquiora tempora sibi vindicantes, vetustissimam omnium servitutem idolis præstabant. Tenebrosa et nocturna plaga erat : nam tenebrosa, tristia, ingrata, caliginosa, inhumana, atque tenebrosorum operum et dæmonum erant judicia. *Dabo*, inquit, *prodigia in cælo sursum, et signa in terra deorsum, sanguinem et ignem et vaporem fumi. Et sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus* (*Joel* 2. 30. 31). *Cur vobis hæc dies Domini ? Et hæc est tenebræ, et non lux. Quemadmodum enim si fugerit vir a facie leonis, et occurrerit ipsi rursus, et introierit domum, et manu sua innixus fuerit in parietem, et momorderit eum coluber : sic erit dies Domini tenebræ, et non erit lux in ea* (*Amos* 5. 18-20). Sanguis vero in signum signaculi Christi, meum est mysterium. Signum autem non tunc veritas erat, sed futuræ veritatis signum. Quotquot enim habent signum sanguinis in animabus, ut a lege in domibus imprimi et ungi jussum erat, hos omnes exitiosa plaga præteribit. *In quibus*, inquit, *domibus sanguinem videbo, tegam vos, et non erit in vobis plaga quæ vos atterat, cum percutiam in terra Ægypti* (*Exod.* 12. 13). Sanguis ergo ut signum ad custodiam : in domibus autem, ut in animabus. Anima enim ex divino Spiritu et ex fide sacrum fit habitaculum. Hoc tegunturii, qui credunt. Pascha per universum mundum tale mysterium est.

3. Audi tamen nos pro virili nostra parte divinam initiationem sigillatim explicantes. Res enim quomodo vere se habeat, Deus Verbum novit, qui in se et per se sacrum Pascha adornavit : nobis vero utpote hominibus venia danda, si non omnia assequamur, et si labamur. Dicamus tamen, priora resumentes. Primo dicitur, Mensis ille est initium mensium. Cur mensis Paschæ primus est mensium anni ? Arcanus Hebræorum sermo est, hoc esse tempus quo temporum Dominus et Creator Deus universum creavit : et hunc esse primum creationis florem, mundi pulchritudinem, quando fulgentem totam imaginem in mente Creator concinne moveri vidit, et ornari recto illo cælorum ordine, tempestatum bono ordine, solis recto cursu, lucis nondum imminutæ oriente, et jam ornatam fructuum ortu, plantarum fructificatione, arborum floribus recurrentibus, gregum partubus : quando floret germinatque universa terra, et florentes arbores fructus, quos parturiunt, jam parituræ sunt : quando juga ex aratro solvit agricola, et quietem dat currui mugientium, ac postquam divinos fructus in terra jecit, cælestes excipit fontes et imbres : quando pastor lac candidum jam mulget : quando apis dulces favos et ceram efformat : quando nauta lætus mare jam tentare audet, et amore lucri fluctuum pericula audacter adit : illamque jam universorum consonantiam, et bonum omnium ordinem, atque, ut ita dicam, beneplacitum, principium esse, dulcem nempe veris voluptatem. Ego vero his dictis non difficile crediderim, sed opinor, imo vero credo, per Paschæ spiritualem solemnitatem principium, caput ac quasi ducem omnis temporis intelligi, et hunc esse Paschæ mensem, in quo magnum illud consummatur et celebratur mysterium ; ut sicut Dominus omnium intelligibilium et invisibilium primogenitus est ab initio ; sic et hic mensis, qui sacra honoratur initiatione, primus esset in anno, et omnis sæculi principium. Annus autem hic est, quem divina Scriptura clamat : *Prædicare annum Domini acceptabilem* (*Luc.* 4. 19). Agnus est victima sacra. Ipse enim, inquit, *Sicut ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se mutus* (*Act.* 8. 32). Et Joannes : *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (*Joan.* 1. 29). Perfectum autem quærit agnum et anniculum, perfectum ut in terra habetur. Annus temporis mensuram in terra sibi sumit, annus in se revolvitur, et illa revolutione immensurabile sæculum imitatur. Sumitur autem decima mensis, idque admodum symbolice : lex enim distat ab evangelio. Legis quippe præcipuum dogma est decalogus : post decem autem legis præcepta tunc agnus mysticus de cælo venit. Servatur autem per quosdam intermedios dies, quo subindicat Scriptura tempus illud usque ad passionem, quando comprehensus Servator in domo summi pontificis detentus est. Qui autem assumitur vicinus ad comedendum agnum, ego sum. A te enim, o Israel, agnus non captus est. Deinceps vero agnus ad vesperam immolatur. Nam ad occidentem solem sacer agnus jugulatur. Mactant autem illum omnis multitudo synagogæ filiorum Israel. Incredulus enim Israel reus factus est hujus venerandi sanguinis : nam idem populus olim occidit, idemque nunc non credit. Ideo divinus Spiritus contra ipsos testificatur et clamat : *Manus vestræ plenæ sunt sanguine* (*Isai.* 1. 15). Sanguis autem supra limen est, quasi supra Ecclesiam ; et super duos postes, ut super duos populos. Non enim satis habet Servator, o Israel, quod ad te primum missus sit : *Non* enim *missus sum*, inquit, *ad vos, sed ad oves quæ perierunt domus Israel* (*Matth.* 15. 24). Ego vero ut catellus ad alienam mensam assidebam, cum nondum panem comedere possem, sed cadentes micas parasitus colligerem. Quia vero tu manna de cælo non cognovisti, in me panis per fidem translatus est, et canis loco filius effectus, carnes comedo. Occidit enim lux mundi in magno corpore Christi. *Accipite, comedite, hoc est corpus meum* (*Matth.* 26. 26). *Carnes coctas igni.* Igneum enim est rationabile corpus Christi. *Ignem veni mittere in terram, et quid volo si jam accensus sit* (*Luc.* 12. 49) ? Non crudam carnem ; ut verbum sit operatione facile, utile, acceptabile : non aqua assatum ; ne humidum, aqueum vel resolutum sit. *Caput cum pedibus et intestinis.* Principium et medium, quasi invisibile consilium ; pedes ut homo. Caput cum pedibus et intestinis : principium et medium et finis : omnia continet, constringit et conglutinat in seipso insolubilibus vinculis, vere factus mediator Dei et hominum. Caput cum pedibus et intestinis. Altitudine, profunditate, latitudine, quæ sunt terræ radices. Caput cum pedibus et intestinis. Lex, verbum, ut et consilium. *Quam speciosi pedes evangelizantium bona* (*Isai.* 52. 7) ! *Os autem non comminuetis ex eo* (*Exod.* 12. 46) ; ut cognoscatur resurrectio cum corpore. Nam *Mitte*, inquit, *digitos tuos in fixuras clavorum* (*Joan.* 20. 27), ut scias, *Quia spiritus carnem et ossa non habet* (*Luc* 24. 39). Azyma cum herbis amaris comedite. Amara enim tibi, et amarorum operum sunt mysteria. *Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni, terram vestram alieni coram vobis comedunt, et deserta est subversa a populis extraneis. Comedetis Pascha cum festinatione* (*Isai.* 1. 7). Vigilem quippe et excitatum oportet illum esse, qui ad tantum illud corpus est accessurus. *Lumbi vestri succincti sint.* Cessent genitales et dissoluti carnis fluxus, et sordidæ voluptates. *Calceamenta vestra in pedibus :* ut recti gressus sint, et fulcra firma : nam veritatis sunt radices. Calceamenta vestra in pedibus vestris : quæ Moyses quidem solvit, Jesus vere ligavit. Nam, *Solve*, inquit, *calceamentum pedum tuorum* (*Exod.* 3. 5), ut legem pertransituram esse ostenderetur. *Cujus non sum dignus corrigiam calceamentorum solvere* (*Luc.* 3. 16), ut Verbum undique constrictum esse ostenderetur. *Baculi vestri in manibus vestris :* divinæ virtutis signa, rationabilis fortitudinis fulcra. Virga per Moysem, virga per Aaronem, virga nucea, virga quæ profunda maris dividit, quæ fontium acerbitatem dulcem reddidit, virga supra quam septem spiritus sancti Dei requieverunt : *Spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus timoris Dei implebit illum* (*Isai.* 11. 2).

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐν ἑορτῇ· διὸ καὶ ὀνομάζεται τὸ πάσχα ἐν ἑορτῇ Κυρίου· πολλὰ καὶ ἱερὰ τῆς μελλούσης Θεοῦ φιλανθρωπίας μυστήρια. Ἔχει γὰρ ὧδε πᾶς ὁ περὶ τούτων λόγος. Αἴγυπτος μὲν ἡ πολλὴ καὶ μέλαινα τῆς σκοτεινῆς καὶ βαθείας πλάνης ἐστὶν εἰκών. Ἐκεῖθεν γὰρ τὰ πρῶτα τῆς ἀπάτης ῥεύματα. μόσχοι καὶ ἰχθύες, θηρία καὶ ὄρνιθες, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ζῶα θεοποιούμενα καὶ θεολογούμενα. Ὅταν δὲ ἡ ἐξ οὐρανῶν ἔνδικος ὀργὴ ἀποκαλυφθῇ, καὶ ὁ μέγας θυμὸς ἐπὶ πᾶσαν γῆν ἐφαπλωθῇ, τότε πρῶτον ἡ δεισιδαίμων καὶ εἰδωλομανὴς πλάνη καταχθήσεται. *Ἐν γὰρ πᾶσι, φησὶ, θεοῖς Αἰγυπτίων ποιήσω τὴν ἐκδίκησιν· ἐγὼ Κύριος.* Εἰς δὲ τὰ πρωτότοκα πάντα ἡ πληγὴ, ἐπειδὴ τὰ πρεσβύτερα τῶν χρόνων ἐκδικοῦντες ἑαυτοῖς, πρεσβύτερα πάντων ἔσχον καὶ τὰ τῆς εἰδωλολατρείας δουλεύματα. Σκοτεινὴ δὲ καὶ κατὰ νύκτα ἡ πληγή· σκοτειναὶ γὰρ καὶ σκυθρωπὰ καὶ ἀμειδῆ καὶ ἀφεγγῆ καὶ ἀνήμερα καὶ σκοτεινῶν ἔργων καὶ δαιμόνων τὰ δικαστήρια. *Δώσω γὰρ, φησὶ, τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Καὶ ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ.* Ἵνα τί ὑμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα Κυρίου; *Καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος, καὶ οὐ φῶς.* Ὅν τρόπον γὰρ ἐὰν φύγῃ ἀνὴρ ἀπὸ προσώπου λέοντος, καὶ συναντήσῃ αὐτῷ ἄρκτος, καὶ εἰσέλθῃ εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ ἀπερείσηται τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν τοῖχον, καὶ δάκῃ αὐτὸν ὄφις· οὕτως ἔσται ἡ ἡμέρα Κυρίου σκότος, καὶ οὐκ ἔστι φέγγος ἐν αὐτῇ. Τὸ δὲ αἷμα εἰς σημεῖον τῆς Χριστοῦ σφραγῖδος, τὸ ἐμὸν μυστήριον· σημεῖον δὲ οὐ τὸ τότε ἀληθὲς, ἀλλὰ μελλούσης ἀληθείας τὸ σημεῖον. Ὅσοι γὰρ ἔχουσι τὸ σημεῖον τὸ δι' αἵματος ἐπὶ τῶν ψυχῶν, ὡς ἐπὶ τῶν οἰκιῶν τετυπωμένον νόμον καὶ κεχρισμένον, τούτους ἅπαντας ἡ ὀλοθρεύουσα πληγὴ παρελεύσεται. *Ἐν αἷς ἐὰν, φησὶν, οἰκίαις δψομαι τὸ αἷμα* [268], *καὶ σκεπάσω ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν πληγὴ τοῦ ἐκτρίψαι, ὅταν παίω ἐν γῇ Αἰγύπτου.* Τὸ μὲν οὖν αἷμα, ὡς σημεῖον φυλακτήριον· τὸ δὲ ἐν ταῖς οἰκίαις, ὡς ἐν ταῖς ψυχαῖς (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος, τὸ ἐκ πίστεως ἱεροπρεπὲς οἰκητήριον)· τὸ δὲ σκεπάζουσι (*sic*) τοὺς πιστεύοντας. Τὸ μὲν δὴ κοσμικὸν καὶ καθόλου πάσχα τοιόνδε ἐστὶ μυστήριον.

γ'. Ἄκουε δὲ καὶ κατὰ μέρος, ὡς δυνατόν ἐστιν ἡμῖν θείαν τελετὴν διηγουμένοις. Τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς ὅπως ἔχει περὶ τούτων, Θεὸς, καὶ τὸ ἱερὸν πάσχα ἐν ἑαυτῷ καὶ δι' ἑαυτοῦ κοσμήσας, οἶδε Λόγος· ἡμῖν δὲ ὡς ἀνθρώποις συγγνώμη δεδόσθω, ἐὰν ἄρα ὅπη τοῦ παντὸς καὶ παρασφαλλώμεθα. Λέγωμεν δὲ, ἄνωθεν ἀναλαβόντες, πρῶτον μὲν ὧδε· Ὁ μὴν ἀρχὴ μηνῶν. Καὶ διὰ τί ὁ τοῦ πάσχα μὴν πρῶτός ἐστιν ἐν τοῖς μησὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ; Ὁ μὲν οὖν ἀπόῤῥητος Ἑβραίων λόγος τοῦτόν φησι τὸν καιρὸν εἶναι, ἐν ᾧ ὁ τῶν καιρῶν Κύριος καὶ δημιουργὸς Θεὸς τότε ἐδημιούργησε τὸ πᾶν· καὶ τοῦτο εἶναι τῆς κτίσεως τὸ πρῶτον ἄνθος, τοῦ κόσμου τὸ κάλλος, ὅτε τὸ πανδαίδαλον ἄγαλμα κατὰ νοῦ [a] αὐτὸς ὁ Δημιουργὸς ἐμμελῶς εἶδε κινούμενον, καὶ τεκμηριούμενον ταῖς τῶν οὐρανῶν εὐταξίαις, καὶ ὡρῶν εὐκρασίαις, καὶ ἡλίου εὐνομίαις, φωτός τε μηκέτι μειουμένου ἀνατολαῖς, καὶ μὴν καρπῶν ἐκβολαῖς, φυτῶν ὁρμαῖς, καὶ δένδρων εὐανθέστιν ἀναδρομαῖς, καὶ ποιμνίων ἤδη τικτομέναις γοναῖς· ὅτε χλοηφορεῖ ἤδη πᾶσα ἡ γῆ, ἀνθηκομεῖ δὲ δένδρα ἐξεπιγόνους εἰς ἐκβολὴν ὠδίνοντα καρποὺς, ὅτε ζεῦγος ἐξ ἀρότρου λύσας γεωργὸς ἀνέπαυσεν ἄρμα μυκώμενον, καὶ τοὺς θείους ἐπὶ γῆς καταβαλὼν καρποὺς, τὰς οὐρανίους ἄνωθεν ἐκδέχεται πηγάς· ὅτε λευκὸν ἤδη ποιμὴν ἀμέλγει γάλα· ὅτε ἡ μέλιττα ποιεῖ τοὺς γλυκεῖς μηνίους πλάττουσα κηρούς· ὅτε ναυτικὸς ἤδη χαροπῆς θαλάσσης καταθαρσύνεται καὶ φιλοκερδέσι τέχναις γλαυκοῦ κατατολμᾷ κύματος· τὴν δὲ ἤδη τῶν ὅλων εὐγνωμονίαν, καὶ τὴν τοῦ παντὸς εὐταξίαν, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις εὐδοκίαν ταύτην εἶναι τὴν πρώτην ἀπαρχὴν, τὴν γλυκεῖαν ἔαρος ἡδονήν. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐδὲ τούτοις τοῖς λεγομένοις ἀπιστῶ· νομίζω δὲ, καὶ μᾶλλον πεπίστευκα, διὰ τὴν τοῦ πάσχα πνευματικὴν ἑορτὴν, ἀρχὴν καὶ κεφαλὴν, καὶ πρώτην ἡγεμονίαν ἅπαντος τοῦ χρόνου νενομίσθαι τόνδε τὸν μῆνα τοῦ πάσχα, ἐν ᾧ τὸ μέγα τοῦτο τελεσιουργεῖται καὶ ἱερουργεῖται μυστήριον· ἵν' ὡς ὁ Κύριος τῶν πάντων νοητῶν τε καὶ ὁρατῶν πρωτόγονός ἐστι καὶ πρωτότοκος ἀπ' ἀρχῆς, οὕτω καὶ ὅδε ὁ μὴν, ὁ τὴν ἱερὰν τετιμημένος τελετὴν, πρῶτος γενήται τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ παντὸς αἰῶνος ἀρχή. Ἐνιαυτὸς δὲ οὗτος, ὃν ἡ θεία Γραφὴ βοᾷ· *Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν.* Πρόβατον, τὸ θῦμα τὸ ἱερόν. Αὐτὸς *Ὡς πρόβατον* γάρ, φησὶν, *ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος.* Καὶ Ἰωάννης, *Ἰδοὺ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.* Τέλειον δὲ τὸ πρόβατον καὶ ἐνιαύσιον, τέλειον δὲ ὡς ἐν γῇ. Ἐνιαυτὸς χρόνου μέτρον ἐν γῇ ἑαυτὸν ἐπιλαμβάνων, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος, καὶ τῇ εἰς ἑαυτὸν περιόδῳ περιφορᾷ [b] τὸν ἀμέτρητον αἰῶνα μιμούμενος. Λαμβάνεται δὲ τῇ δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, καὶ πάνυ συμβολικώτατα. Διάστημα γὰρ Εὐαγγελίου, νόμος. Νόμου γὰρ τὸ κορυφαιότατον δόγμα ἡ δεκάλογος· μετὰ δὲ τὰς δέκα τοῦ νόμου ἐντολὰς τότε τὸ πρόβατον ἔρχεται τὸ μυστικὸν τὸ ἐκ τῶν οὐρανῶν. Τηρεῖται δὲ τὰς διὰ μέσου ἡμέρας, αἰνιττόμενον τῇ Γραφῇ ἐν μέσῳ τοῦ χρόνου μέχρι τοῦ πάθους ἐν τῇ τοῦ σώματος ἐπιδημίᾳ τοῦ πάσχα καὶ τὴν σύλληψιν, ἣν ἐν τοῖς τοῦ ἀρχιερέως συλληφθεὶς ἐτηρεῖτο. Ὁ δὲ προσλαμβανόμενος εἰς τὸ πρόβατον ὁ πλησίον εἰμὶ γείτων ἐγώ. Ὑπὸ σοῦ γάρ, ὦ Ἰσραὴλ, τὸ πρόβατον οὐκ ἐχωρήθη. Εἶτα δὲ τὸ πρόβατον πρὸς ἑσπέραν θύεται. Καὶ γὰρ ἐπὶ δυσμὰς τοῦ ἡλίου καὶ ὁ ἱερὸς ἀμνὸς φονεύεται. Σφάξουσι δὲ αὐτὸ πᾶν τὸ πλῆθος συναγωγῆς υἱῶν Ἰσραὴλ. Ὁ ἄπιστος γὰρ Ἰσραὴλ ἔνοχος γέγονεν ἐκείνου τοῦ τιμίου αἵματος· ὁ μὲν γὰρ πάλαι φονεύων, ὁ δὲ μέχρι νῦν ἀπιστῶν. Διὸ καταμαρτυρεῖται αὐτῶν τὸ θεῖον Πνεῦμα καὶ βοᾷ λέγον· *Αἱ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.* Τὸ δὲ αἷμα ἐπὶ τὴν φλιὰν, ὡς ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν· καὶ ἐπὶ τῶν δύο [269] σταθμῶν, ὡς ἐπὶ τῶν δύο λαῶν. Οὐ γὰρ ἀρκεῖται ὁ Σωτὴρ πρὸς σὲ πρῶτον, ὦ Ἰσραὴλ, ἀπεσταλμένος· *Οὐ γὰρ ἀπεστάλην*, φησὶ, *πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ.* Ἐγὼ δὲ ὡς κυνίδιον ἀλλοτρίᾳ τραπέζῃ παρεκαθεζόμην, τὸν μὲν ἄρτον μήπω φαγεῖν δυνάμενος, τὰς δὲ ψίχας τὰς ἐκπιπτούσας ἀναλέγων, παράσιτος ἀλλοτρίας τροφῆς. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἔγνως τὸ μάννα τὸ ἐκ τῶν οὐρανῶν, εἰς ἐμὲ ὁ ἄρτος διὰ τῆς πίστεως μετετέθη, καὶ ὁ ἀντὶ κυνὸς υἱὸς ἤδη γιγνόμενος [c] ἐννυδὲ τὰ κρέα ἐσθίετε. Ἔδυ γὰρ τὸ τοῦ κόσμου φῶς ἐπὶ τῷ μεγάλῳ σώματι τοῦ Χριστοῦ. *Λάβετε, φάγετε, τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα. Τὰ δὲ κρέα ὀπτὰ πυρί.* Ἔμπυρον γὰρ λογικὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ. *Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνῆφθη;* Οὐκ ὠμὸν τὸ κρέας· ἵνα εὐκατέργαστος ᾖ ὁ λόγος καὶ εὐπρόσφορος καὶ εὐπαράδεκτος· οὐδὲ ἐν ὕδατι ἡψημένον· ἵνα μὴ ὑγρὸς ᾖ, μηδὲ ὑδατώδης ὁ λόγος, μηδὲ ἐκλελυμένος. *Κεφαλὴ σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις.* Ἀρχὴ καὶ μεσότης ὡς ἀόρατος βουλὴ, πόδες ὡς ἄνθρωπος. Κεφαλὴ σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις. Ἀρχὴ καὶ μεσότης καὶ τέλος, πάντα συνέχων καὶ συσφίγγων καὶ συγκολλῶν ἐν ἑαυτῷ ἀλύτοις δεσμοῖς, γενόμενος ἀληθῶς μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. *Κεφαλὴ σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις.* Ὕψει καὶ βάθει καὶ πλάτει καὶ γῆς καταῤῥιζώματα. *Κεφαλὴ σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις.* Νόμος καὶ λόγος ὡς βουλή. *Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά! Ὀστέον δὲ οὐ συντρίψετε ἀπ' αὐτοῦ·* ἵνα γνωσθῇ ἡ ἀνάστασις ἡ μετὰ σώματος. *Βάλε γὰρ*, φησὶ, *τοὺς δακτύλους σου εἰς τοὺς τῶν ἥλων τύπους, ἵνα γνῷς, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει.* Ἄζυμα μετὰ πικρίδων ἔδεσθε. Πικρὰ γάρ σοι, ἢ πικρῶν ἔργων τὰ μυστήρια. *Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίκαυστοι, τὴν χώραν ὑμῶν ἀλλότριοι ἐνώπιον ὑμῶν κατεσθίουσι, καὶ ἠρήμωται κατεστραμμένη ὑπὸ ἀλλοτρίων. Ἔδεσθε μετὰ σπουδῆς τὸ πάσχα.* Ἐγρηγορέναι γὰρ καὶ ἐπινεγκεῖν δεῖ ἅπαντα τὸν μέλλοντα προσιέναι τῷ μεγάλῳ σώματι. *Αἱ ἰσχύες ὑμῶν περιεζωσμέναι.* Παυσάσθωσαν αἱ διὰ γενέσεως πηγαὶ λελυμέναι σαρκῶν περιπλοκαὶ, καὶ αἱ ῥυπαρώδεις ἡδοναί. *Τὰ ὑποδήματα ὑμῶν ἐν τοῖς ποσίν.* Ὀρθοτομοῦσαι βάσεις, στηρίγματα ἀχώλευτα· ἀληθείας γὰρ ῥιζώματα. Τὰ ὑποδήματα ὑμῶν ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν· ἃ Μωϋσῆς μὲν ὑπελύσατο, Ἰησοῦς δὲ ὑπεδήσατο. *Λῦσαι* γὰρ, φησὶ, *τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου,* ἵνα τὸ παρερχόμενον τοῦ νόμου δηλωθῇ. *Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ λῦσαι·* ἵνα τὸ πάντοθεν περιεσφιγμένον τοῦ λόγου μηνυθῇ. *Αἱ βα-*

[a] An κατὰ νοῦν? Edit.

[b] Legendum conjecit Savil. περιόδῳ καὶ περιφορᾷ. [c] Locus mendosus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κτησίμων ὑμῶν ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. Τῆς θείας δυνάμεως τὰ σημεῖα, τῆς λογικῆς ἰσχύος τὰ ἐρείσματα. Ῥάβδος ἡ διὰ Μωϋσέως, ῥάβδος ἡ δι' Ἀαρών, ῥάβδος ἡ καρυΐνη, ῥάβδος ἡ τεμοῦσα βάθη θαλάσσης, ἡ γλυκήνασα πικρίαν πηγῶν· ῥάβδος ἐφ' ἣν τὰ ἑπτὰ πνεύματα τὰ ἅγια ἀνεπαύσατο τοῦ Θεοῦ· *Πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτόν.* Τόδε πάσχα, πάσχα Κυρίου, ἐξεβόησε τὸ Πνεῦμα· ὅτι πάσχα οὐ τύπος, οὐχ ἱστορία. οὐ σκιὰ, ἀλλὰ πάσχα ἀληθῶς Κυρίου. Τὸ δὲ αἷμα εἰς σημεῖον, σημεῖον δὲ τῆς μελλούσης ἀληθείας, τοῦ ἀληθινοῦ Πνεύματος τὸ πρωτοτύπωμα, τὸ μίμημα τοῦ μεγάλου χρίσματος. *Καὶ ὄψομαι τὸ αἷμα, καὶ σκεπάσω ὑμᾶς.* Ἐσκέπασας ἀληθῶς, Ἰησοῦ, ἀπὸ τῆς πολλῆς ἀπωλείας, καὶ χεῖρας ἐξέτεινας πατρικάς· ἐκάλυψας ἡμᾶς ἐντὸς τῶν πτερύγων σου τῶν πατρικῶν, αἵματι θείῳ ἐπὶ γῆς πηγάσαι [a] ταῖς ἐναίμοις σου καὶ φιλανθρώποις σου σπονδαῖς· καὶ τὰς τῆς ὀργῆς παρήγαγες ἀφ' ἡμῶν ἀπειλὰς, καὶ τὰς πρώτας ἡμῖν ἀνωθεν ἀνταπέδωκας διαλλαγάς; Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἄζυμα ἐσθιέτωσαν ἑπτὰ ἡμέρας, τὴν ἑβδομαδικὴν ἐπὶ τοῦ κόσμου μελετῶντες περίοδον, καὶ τὴν ἐπίγειον ἐπὶ γῆς ἔννομον ἐσθίοντες τροφήν· ἡμῶν δὲ τὸ πάσχα τέθυται Χριστὸς, καὶ τὸ νέον φύραμα τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ συγκράσεως ἀπειλήφαμεν, ὅλοι δυνάμει κρείττονι ἀναζυμωθέντες καὶ ἀναπυραθέντες αὐτοῦ τῷ Πνεύματι. Ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὴν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τῇ κεκραμμένῃ ζύμῃ ἀναζυμώσας ἀναλόγως τρία μέτρα τῆς σεμιδάλεως. Διὰ τοῦτο ἀπὸ τούτου τὸ πάσχα. [270] *Ὁ μὲν ἀλλογενὴς οὐ βρώσεται.* Οὐ γὰρ βάλλω τοὺς μαργαρίτας τοῖς χοίροις, οὐ δίδωμι τὸ ἅγιον τοῖς κυσίν. Ὁ δὲ πάλαι δουλεύων ἐν ἁμαρτίαις, τὴν καρδίαν περιτμηθήσεται, καὶ τῆς πικρᾶς δουλείας ἀπαλλαγείς, οὕτω μετ' εὐγενείας τῷ μυστηρίῳ προσελεύσεται· καὶ τότε μετ' ἐλευθερίας τὸ πάσχα βρώσεται ἐλευθερίως. *Χριστὸς γὰρ ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς δουλείας καὶ κατάρας, κατάρα γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν.*

δ'. *Ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται, καὶ ἔξω τῶν κρεῶν οὐκ ἐξοίσετε.* Μία γάρ ἐστιν ἡ συναγωγὴ, καὶ μία ἐστὶν ἡ οἰκία, τουτέστιν, ἡ μία Ἐκκλησία, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐσθίεται· καὶ διὰ τοῦτο ἔξω τῆς μιᾶς οἰκίας Ἐκκλησίας τὰ κρέα οὐκ ἐκβληθήσεται. Ὁ δὲ ἀλλαχοῦ ἐσθίων, ὡς ἀσεβὴς καὶ κλέπτης κολασθήσεται. *Νόμος εἷς ἔσται τῷ ἐλευθέρῳ καὶ προσηλύτῳ.* Ὅπου Χριστὸς, ἐλευθερία πάντων, ἰσηγορία, ἰσονομία· τιμίῳ πάντες ἠγοράσθησαν αἵματι. Διὰ τοῦτο οὐκέτι εἷ δοῦλος, οὐκέτι Ἰουδαῖος, ἀλλ' ἐλεύθερος· πάντες γὰρ ἐν Χριστῷ γεγόναμεν ἐλεύθεροι. Ἄκουε μὲν γὰρ δὴ, ἄκουε μετὰ τοὺς τύπους καὶ τὴν νομικὴν οἰκονομίαν, τίς καὶ πόση ἡ μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημίαν ἐπὶ γῆν. Τίς ἡ Χριστοῦ ἐπιδημία; Δουλείας ἀποφυγὴ, παλαιᾶς ἀναγκης ἀπαλλαγὴ, υἱοθεσίας τιμὴ, ἀφέσεως ἁμαρτημάτων πηγὴ, ἀθάνατος ἀληθῶς ἐν πᾶσι ζωή. Ὁρῶν ἡμᾶς ἄνωθεν ὑπὸ τοῦ θανάτου τυραννουμένους, καὶ δεσμοῖς φθορᾶς λυομένους, ῥέοντας εἰς τὴν ἀναγκαίαν καὶ ἀνυπόστροφον ὁδὸν, ἐλθὼν καὶ λαβὼν τοῦ πρώτου πλάσματος ἐν βουλαῖς πατρικαῖς, οὐκ ἀγγέλοις, οὐκ ἀρχαγγέλοις τὴν ὑπὲρ ἡμῶν λειτουργίαν ἐνεχείρισεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος ὅλον τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο, πειθόμενος ταῖς πατρῴαις ἐντολαῖς. Ἀπροσίτου δὲ ὄντος τοῖς ὅλοις ἀκράτου θείου Πνεύματος, ἵνα μὴ πάντας συμπαθῇ (sic) ταῖς ἀμιγέσι τοῦ Πνεύματος ἐμβολαῖς, αὐτὸς ἑκὼν ἑαυτὸν συναθροίσας καὶ συναγαγὼν, τοσοῦτος ἦλθεν, ὅσος ἠθέλησεν, οὐ μειούμενος ἐν ἑαυτῷ, οὐδὲ ἐλαττούμενος, οὐδὲ τῇ δόξῃ δαπανούμενος, δυνάμεως δὲ πατρῴας ὑπερβολῇ ὃ μὲν εἶχεν, οὐκ ἀπολέσας, ὃ δὲ οὐκ εἶχε, προσλαμβάνων. Τοσοῦτος ἦλθεν, ὅσος ἤμελλε χωρεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἔδει τι καὶ δοχεῖον γενέσθαι τοῦ θείου Πνεύματος, ἵνα οἱ πρῶτοι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς τε καὶ οὐσίας μετάσχωσι, δυλίσας καὶ συναριθμήσας, τὸ μὲν ὅσον περισσὸν ἦν καὶ θολερὸν, ἀποβράσας καὶ ἀποχωρίσας· τὸ δὲ ὅσον καθαρὸν καὶ διαυγὲς καὶ εἰλικρινὲς, περιλάμψας καὶ περιαστράψας καὶ περιαυγάσας καὶ πυρώσας καὶ παστώσας καὶ παρθενώσας, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἐξαγγελώσας, εἰς τὴν ἀνθρωπίνην εἰκόνα σωματικῶς ἐμορφοῦτο, πνευματικὴν μὲν ἔχων τὴν ἀνατολὴν, σωματικὴν δὲ προσλαμβάνων τὴν μόρφωσιν. Διὸ καὶ μυστικώτατα αὐτὸν ἡ Γραφὴ ἐπεσημήνατο· *Ἰδοὺ* γὰρ, φησὶν, *ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ*· ἀνατολὴ μὲν ὡς ἐν πνεύματι, ἀνὴρ δὲ ὡς ἐν σώματι. *Πνεῦμα γὰρ Κυρίου ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον κληθήσεται Υἱὸς Ὑψίστου.* Παραδόξου δὲ καὶ θείας οὔσης τῆς γενέσεως, εἰκότως καὶ τὸ Πνεῦμα τεθαύμακε, λέγων· *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;* Τεσσάρων δὲ ὄντων τῶν τῆς θεότητος ἡγεμονικῶν ὀνομάτων, δι' ὧν μάλιστα τὸ θεῖον Πνεῦμα πιστεύεται, κυριότητος καὶ θεότητος, υἱότητος καὶ βασιλείας αἰωνίου, ὁρᾷς, μὴ μόνον ταύτας τὰς ἀρετὰς καὶ δόξας λαβεῖν ἐτιμήθη. Καὶ πρῶτόν γε ὅρα αὐτοῦ τὸν Κύριον. *Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου.* Ὁρᾷς αὐτὸν τὸν παρὰ τοῦ Κυρίου τὸν Κύριον; Ὅρα καὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ. *Αὐτός με ἐπικαλέσεται Πατέρα, κἀγὼ θήσομαι αὐτὸν πρωτότοκον·* καὶ, *Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου.* Ὁρᾷς αὐτὸν Υἱὸν καὶ πρωτότοκον καὶ μονογενῆ; Ὅρα καὶ τὸν Θεόν. *Ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, καὶ ἐν σοὶ προσκυνήσουσι, καὶ ἀκολουθήσουσιν ἐν χειροπέδαις δεδεμένοι. Σὺ γὰρ εἶ ὁ Θεὸς, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός ἐστιν.* Εἶδες αὐτοῦ τὸν Θεόν; Ἴδε αὐτοῦ καὶ τὸν βασιλέα αἰώνιον. *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν. Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* [271] Ἑώρακας αὐτοῦ τὸν βασιλέα; Ὅρα μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον. *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος τῶν δυνάμεων αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.* Ὁρᾷς αὐτοῦ μετὰ τοῦ βασιλέως καὶ τὸν τῶν δυνάμεων Κύριον; Ἴδε ἐκ περιόντων αὐτοῦ καὶ τὸν ἀρχιερέα αἰώνιον. *Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα.* Εἰ δὲ καὶ Κύριος, καὶ Θεὸς, καὶ Υἱὸς, καὶ βασιλεὺς, καὶ Κύριος τῶν δυνάμεων, καὶ ἀρχιερεὺς αἰώνιος· ὅτε θέλει, καὶ ἄνθρωπός ἐστι. Καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; Τὸ δὲ καὶ ἄνθρωπος δηλονότι καὶ προϋπαρχόντως ὅτι καὶ Θεός. Καὶ ἵνα μὴ κατὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων δόξας αὐτόματον καὶ χωρὶς γενέσεως φάσμα ἡ πνεῦμα τῇ γῇ ἐπιδεδημηκέναι δόξῃ, ἄκουε αὐτοῦ καὶ τὸ παιδίον γενομένου. *Ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαυΐδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις; Καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δίδωσι Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον. Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι. Διότι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἐξουσιαστὴς, Ἄρχων εἰρήνης. Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.* Θεὸς μὲν δὴ καὶ ἄνθρωπος οὗτος ὁ μέγας Ἰησοῦς ἐπεδήμησεν ἡμῖν, ἀπιστείτω μηδείς. Ἡγεμονικὸν ἐχωρήθη ὑπὸ ἀνθρώπου σώματος. Καὶ γὰρ τὴν πρώτην τοῦ Πατρὸς πνοὴν τὴν μυστικὴν ἐχώρησεν Ἀδὰμ ἐν τῇ γῇ καὶ πηλὸς ὤν· οὐ γὰρ βλάπτεται τὸ θεῖον Πνεῦμα τῷ σώματι βουλῇ Θεοῦ συνῆφθαι. Εἰ δὲ ὁ πρῶτος χοῦς τὸ ἱερὸν ἐχώρει Πνεῦμα, ἐψυχωμένον σῶμα τὴν ἀθάνατον Χριστοῦ ἐχώρησε ζωήν. Εἰ μὲν οὖν Πνεῦμα μόνον ἐπεδήμησε τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τῷ θανάτῳ δεδουλωμένον, περισσὴ ἂν ἦν οὕτως ἡ μεγάλη τοῦ σώματος ἐπιδημία, μήτε τῆς ἁμαρτίας, μήτε τοῦ θανάτου νενικημένου. Ἔδει δὲ καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἀναιρεθῆναι. Καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς *Ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ δόλος εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.* Αὐτὸς οὖν τὸ πρῶτον ἐκεῖνο τὸ πτωχὸν καὶ νεκρὸν ἐνεδύσατο σῶμα. Διὸ καὶ βοᾷ περὶ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα· *Οὐκ ἔστιν εἶδος αὐτοῦ, οὐδὲ δόξα· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἐν γὰρ ὁμοιώματι τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας χωρὶς ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν,* δείξας, ὅτι οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Ἐθεράπευσεν οὖν καὶ πάντα ἡμῶν τὰ σώματα τῶν ἀρρωστημάτων, καὶ τὰ κατὰ μέρος τῶν νοσημάτων ἐξουσίᾳ δυνάμεως ἰάσατο, ἵνα πληρωθῇ· *Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ. Κρατήσω τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς σου, καὶ*

[a] Leg. πηγάσαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

iloc Pascha, Pascha Domini, clamavit Spiritus : qua hoc Pascha, non typus, non historia est, non umbra, sed vere Pascha Domini. Sanguis autem in signum est, signum futuræ veritatis, veri Spiritus prima impressio; imitatio magnæ unctionis. *Et videbo sanguinem, et tegam vos.* Vere texisti, o Jesu, a multa pernicie, et manus extendisti paternas : abscondisti nos intra alas tuas paternas : sanguinem divinum in terra effudisti, in pactis tuis cruentis et benignitate plenis, et iras minasque a nobis repulisti, primam nobis superne reconciliationem reddidisti. Illi ergo azyma comedant septem diebus (*Exod.* 12. 15), septenarium in mundo meditantes periodum, et terrenam legalem in terra comedentes escam : Pascha vero nostrum immolatus est Christus, et novam massam sacræ illius mixtionis accepimus, toti meliore virtute fermentati et in massam redacti per ejus Spiritum. Ego namque ipsum regnum cælorum mixto fermento fermentavi, referendo ad tres mensuras similæ. Ideo hinc Pascha dicitur. *Alienigena non comedet* (*Matth.* 7. 6). Non enim projicio margaritas ante porcos, non do sanctum canibus. Qui vero peccatis olim serviebat, corde circumcidetur, et ab acerba servitute liberatus, sic cum nobilitate ad mysterium accedet; et tunc cum libertate Pascha comedet. *Christus* enim *nos liberavit de* servitute et *maledicto, factus pro nobis maledictum* (*Gal.* 3. 13).

4. *In una domo comedetur, et extra carnem non feretis.* Una quippe est synagoga, una domus, hoc est, una Ecclesia, in qua sacrum Christi corpus comeditur; ideoque extra unam domum Ecclesiam carnes non ejicientur. Qui autem alibi comedit, ut impius et fur plectetur. *Lex una erit libero et proselyto.* Ubi Christus, ibi libertas omnibus, ibi æqualitas, una lex, unus honor : omnes pretioso redempti sunt sanguine. Ideo non ultra servus es, non ultra Judæus, sed liber : omnes enim in Christo liberi facti sumus. Audi enim, audi post figuras et œconomiam legalem, quæ et quanta sit œconomia post Christi adventum in terram. Quid est Christi adventus? Servitutis fuga, a veteri necessitate liberatio, adoptionis filiorum honor, remissionis peccatorum fons, immortalis vere in omnibus vita. Videns nos superne sub mortis tyrannide, a corruptionis vinculis solutos simul et ligatos, in via necessaria ubi regredi non poteramus currentes, venit et assumpto primo figmento, cum paternis consiliis, non angelis, non archangelis ministerium pro nobis tradidit; sed ipsum Verbum totum pro nobis certamen suscepit, paternis obediens præceptis. Cum autem Spiritus divinus purus omnibus esset inaccessus, ne omnes incommunicabilibus Spiritus immissionibus afficeret, libens ipse seipsum colligens, tantus venit, quantus voluit, non imminutus in semetipso, neque a gloria assumptus, sed ex paternæ potestatis excellentia quod habuit non perdidit, et quod non habebat assumpsit. Tantus venit, quantus capi poterat. Quoniam vero oportebat quodpiam esse divini Spiritus receptaculum; ut primi humanæ naturæ et substantiæ participes essent, iis expurgatis et annumeratis, ejecto illo quod superfluum et lutosum erat, eo autem, quod purum, lucidum, sincerum erat, illuminato, irradiato et igne repleto, atque efformato, virgine reddito, imo, ut ita dicam, angelo, in imaginem humanam corporaliter efformatus est, spiritualem quidem habens orientem, corporalem vero accipiens formam. Ideo illum mystico admodum ritu Scriptura depinxit, *Ecce vir*, inquiens, *oriens nomen illi* (*Zach.* 6. 12) : oriens quidem quasi in spiritu, vir autem quasi in corpore. Nam *Spiritus Domini superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : ideoque quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Altissimi* (*Luc.* 1. 35). Cum autem stupenda et divina sit ejus generatio, jure Spiritus admirabatur, dicens : *Generationem ejus quis enarrabit* (*Isai.* 53. 8)? Cum autem quatuor sint præcipua divinitatis nomina, per quæ maxime divinus Spiritus creditur : Dominationis, Divinitatis, Filiationis, et Regni æterni; vide, num has virtutes et illam gloriam acceperit. Et primo vide illum Dominum. « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis (*Psal.* 109). » Viden' cum a Domino Dominum? Vide etiam Filium dici. « Ipse me vocabit Patrem; et ego ponam illum primogenitum (*Psal.* 88. 27. 28); *et*, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam (*Psal.* 2. 7. 8). » Viden' illum Filium, primogenitum et unigenitum? Vide illum etiam Deum. « Viri excelsi super te transibunt, te precabuntur, te adorabunt, et sequentur compedibus vincti. Tu es enim Deus, quia Deus in te est (*Isai.* 45. 14). » Vidistin' illum Deum? Vide ipsum etiam Regem æternum. « Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi : virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis (*Psal.* 44. 7. 8). » Vidistin' illum Regem? Vide illum etiam Dominum virtutum. « Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ (*Psal.* 23. 7-10). » Viden' illum et Regem esse et Dominum virtutum? Ex reliquis jam vide illum esse summum Sacerdotem æternum. *Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum* (*Psal.* 109. 4). Quod si et Dominus est, et Deus, et Filius, et Rex, et Dominus virtutum, et summus Sacerdos æternus, quia sic ipse vult, est etiam homo. Ecquis cognoscet eum? Et homo scilicet est, et ante Deus erat. Ac ne secundum quasdam hominum opiniones videatur casu quopiam specie tantum, vel spiritum quemdam in terram advenisse, audi ipsum infantem etiam fuisse. « Audite, domus David : Numquid parum vobis est certamen præbere hominibus? Et quomodo certamen præbetis Domino? Ideo dat vobis Dominus ipse signum. Ecce virgo in utero accipiet, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuel (*Isai.* 7. 13. 14). Et volent, si sint igne combusti. Quia parvulus natus est nobis, cujus principatus super humerum ejus : et vocabitur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis consiliarius, Deus potens, princeps pacis, pater futuri sæculi (*Isai.* 9. 5. 6). » Deus certe et homo hic magnus Jesus ad nos advenit : nemo non credat. Principatus sub humano corpore fuit. Nam primum Patris Spiritum mysticum cepit Adam in terra, etiamsi lutum esset : neque enim læditur divinus Spiritus, quando ex voluntate Dei corpori conjungitur. Quod si primus pulvis sacrum Spiritum capiebat, animatum certe corpus immortalem Christi vitam suscepit. Si ergo Spiritus tantum advenisset in te peccato et morti subjectum, supervacaneus tunc fuisset ille magnus corporis adventus, cum neque peccatum neque mors devicta fuisset. Oportebat autem etiam peccatum de medio tolli; ideoque ipse *Peccatum non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus.* Ipse ergo primum illud inops et mortale corpus induit. Quamobrem Spiritus de illo clamat : « Non est species ei, neque decor : et vidimus eum, et non habebat speciem, neque pulchritudinem; sed speciem ejus ingloria, deficiens præ filiis hominum (*Isai.* 53. 2). Nam in similitudine carnis peccati, sine peccato, condemnavit peccatum (*Rom.* 8. 3); » ostendens, non opus habere sanos medico, sed eos qui male habent. Curavit igitur omnia nostrum infirmantium corpora, et speciatim morbos potentia virtutis suæ sanavit, ut impleretur illud : « Ego Dominus Deus vocavi te in justitia. Apprehendam manum dexteram tuam, et roborabo te in testamentum generis mei, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendos ex vinculis compeditos in tenebris. Ego Dominus Deus, hoc mihi nomen est (*Isai.* 42. 6-8.) Audite, surdi, verba libri, et sedentibus in tenebris lux orta est. Tunc saliet, ut cervus, claudus, et expedita erit lingua balborum » (*Ibid. v.* 18. *coll.* 29. 18. *et* 35. 5. 6). Quia vero per partes malitia sublata est postrema inimica destructur mors in victoriam, *Ubi est, mors, stimulus tuus* (*Osee* 13. 14)?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

5. Hoc erat Pascha, quo desideravit Jesus pati pro nobis. Per passionem a passione liberavit, et morte mortem vicit, ac per visibilem escam immortalem vitam suam largitus est. Hoc est salutare Jesu desiderium, hic amor omnino spiritualis, ut ostendat figuras quasi figuras, et sacrum corpus det discipulis suis : *Accipite, comedite : hoc est corpus meum. Accipite, bibite : hic est sanguis meus in novo testamento qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum* (*Matth.* 26. 26-28). Ideo non tantum comedere, quantum pati desiderat, ut nos a passione per comestionem promerita liberet ; ideoque lignum contra lignum plantavit, et illam olim malam manum affigens, totam vitam vere in se pendentem ostendit. Tu quidem, o Israel, non potuisti manducare : nos vero cum cognitione insolubili spiritualiter manducavimus, et post cibum sumptum non morimur. Hoc mihi lignum est in salutem æternam ; hoc nutrior, hoc convivor ; sub hujus radicibus radices pono, ramos extendo ; a spiritu autem ceu a vento cum voluptate excolor. Sub hujus umbra tabernaculum posui, et multum æstum devitans, rore plenum habeo diversorium : cum hujus floribus floreo, ejus fructibus summe delector, fructus vero ab initio mihi reservatos decerpo. Hoc mihi esurienti delicatus cibus est, sitienti fons, nudo tegumentum, cujus folia spiritus vitæ sunt. Non ultra mihi folia ficus. Hæc mihi Deum timenti tutela est, nutanti fulcrum, certanti bravium, victori tropæum : hæc mihi arcta semita, angusta via ; hæc scala Jacobi, angelorum ascensus et descensus, in cujus culmine stat Dominus. Hæc arbor a terra usque ad cælum assurgit, immortalis planta, quæ firma erigitur in medio cæli et terræ, fulcrum universi, firmamentum orbis, complexio mundi, mortalem variam substantiam continens, invisibilibus spiritus clavis confixa, ut rei divinæ congruens non ultra solvatur, summos cælos contingens, pedibus vero terram firmans, multumque intermedium aeris spiritum undique immensis manibus complectens. Totus erat ubique in omnibus, et per se solum contra aerias potestates nudus congressus est : et ad brève quidem tempus clamat ut calix transeat, ut ostendat se vere hominem esse ; memor autem qua de causa missus esset, ut impleret œconomiam ad quam missus erat, rursum clamat : *Non mea voluntas, sed tua fiat ; spiritus enim promptus est, caro autem infirma.* Utpote qui pro anima in certamine curreret ad victoriam, primo sacrum caput spinis coronatur, totam veterem terræ maledictionem de medio tollens, quod per peccatum ubique spinosum erat, per sacrum caput suum lenius reddens : ubi autem acerbum et acutum fel draconis cibibit, universos nobis dulcedinis fontes per se ipsum attemperavit. Cum enim mulieris opus solvere vellet, et eam quæ ex latere primum orta et mortifera erat, continere, sacrum suum latus aperiri voluit, ex quo sanguis sacer et aqua manavit, perfecta et sacra signa nuptiarum spiritualium et mysticarum, necnon adoptionis et regenerationis. *Ipse enim vos baptizabit in Spiritu sancto et igni.* Aqua ut in Spiritu, sanguis ut in igne. Tunc cum illo extenduntur duo latrones, duorum in se populorum signa ferentes : quorum unus mutatus, probus efficitur, et confessionem emittit, atque erga Dominum pie afficitur ; alter vero duræ cervicis cum sit, commovetur, et erga Dominum improbus est, neque pius, atque in præteritis peccatis perseverat. Certe duæ sunt animi cogitationes, quarum altera a peccatis convertitur et ad Dominum tendit, ideoque per pœnitentiam clementia et honore dignatur ; altera vero inexcusabilis, quia immutabilis est, et usque in finem latro. Ut vero finem habuit mundanum illud certamen, et undique ille retulit victoriam, neque elatus ut Deus, neque victus ut homo, in finibus universorum mansit radicatum victoriæ tropæum, dum ipse in seipso de hoste cum pompa triumphat. Tunc de patientiæ perseverantia obstupuit universus orbis : tunc cæli commoti sunt, principatus cælestes turbati, throni item et leges dum vident summum magni exercitus Ducem suspensum. Parum abfuit quin stellæ de cælo caderent, eum qui ante luciferum ortus erat extensum cernentes. Exstinctus aliquantum temporis est solis ignis, videns magnum mundi lumen obscuratum. Tunc petræ scissæ sunt. Israelis ingratum animum exclamantes : Non novisti petram spiritualem, ex qua bibisti dum sequereris. Velum templi scissum est, cum Christo patiens, indicansque verum summum sacerdotem cælestem. Parum abfuit quin totus mundus confunderetur, ac passionis timore dissolveretur ; nisi divinum Spiritum insufflasset magnus Jesus, dicens : *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* (*Luc.* 23. 46). Commotis enim universis et terræ motu nutantibus, metuque tremcntibus, ascendente divino Spiritu, vivificantis et confirmantis more, rursus stetit universus orbis, quasi scilicet illa divina extensio et crucis supplicium per omnia extensa fuissent. O sola in solis, et universa in universis ! Spiritum tuum cæli habeant, animam paradisus ; nam ait, Hodie tecum ero in paradiso ; sanguinem vero, terra. Divisus est indivisibilis, ut omnia servarentur, ut ne infimus quidem locus divino adventu expers esset. Formam quidem ejus non vidimus, sed vocem ejus audivimus. Solvit itaque post vitam mortis vincula, potestate usus regia, ut cum dixit, *Lazare, veni foras* (*Joan.* 11. 43) ; et, *Puella, surge* (*Marc.* 5. 11) ; ut ejus potestatis imperium indicaretur. Ideoque se totum morti dedit, ut voracem feram, et inexplebile vinculum in se interficeretur. In corpore impeccabili ubique cibos quærebat sibi proprios ; num ibi voluptas esset, num ira, num inobedientia, num tandem vetus peccatum, prima mortis esca. Stimulus enim peccati mors est (1. *Cor.* 15. 56). Cum autem nihil in eo mors reperiret quo alceretur, in seipsam conclusa, et cibi penuria soluta, ipsa sibi mors fuit, ut vero multi ex justis erant nuntiantes et prophetantes in resurrectione primogenitum ex mortuis. Ille vero per triduum sub terra mansit, ut totum humanum genus, et quod ante legem fuerat per semetipsum servaret. Fortasse vero ut totum animal susciiaret, animam, spiritum et carnem, ideo per triduum moratur. Suscitatum illum primo vident mulieres. Ut enim primum peccatum mulier in mundo admisit, sic et mulier prima mundo vitam nuntiat. Ideo sacram vocem audiunt mulieres, *Avete* (*Matth.* 28. 9), ut prior dolor per gaudium resurrectionis tolleretur ; et ut ab incredulis ejus a mortuis resurrectio cum corpore crederetur. Ut totam sibi imaginem induerat, et veterem hominem quem induerat, transformavit in cælestem hominem : tunc cum eo illa imago sic attemperata ascendit in cælum. Videntes autem virtutes magnum illud mysterium, hominem una ascendentem cum Deo, jussæ cum gaudio supernis exercitibus clamaverunt : *Attollite portas, principes, vestras, et elevamini, portæ æternales, et introibit Rex gloriæ* (*Psal.* 23. 7-10). Illæ vero novum miraculum videntes, hominem cum Deo junctum, vicissim clamant et dicunt : *Quis est iste rex gloriæ?* Aliæ rursum interrogatæ respondent : *Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ, fortis, robustus et potens in prælio.* O mysticam largitatem ! o spiritualem solemnitatem ! o Pascha divinum, a cælo descendens in terram, et rursum a terra ascendens in cælum ! o novum universorum festum ! o mundi celebritatem ! o universi gaudium, honor, esca, deliciæ, quibus tenebrosa mors dissoluta est, vita autem in omnes extensa fuit, et apertæ sunt portæ cælorum, et Deus homo apparuit, et homo Deus ascendit, per quem confractæ sunt inferni portæ, et adamantina claustra soluta sunt. Atque infernus quidem populus surrexit a mortuis, annuntians supernis plenitudinibus : ex terra redditus est chorus ! O Pascha divinum, Deum de cælis non anguste agentem, nunc spiritualiter nobis conjungens, cujus opera magnus ille nuptiarum thalamus impletus est, omnesque sponsales stolas gestant, nullusque ejicitur quod non habeat stolam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐνισχύσω σε εἰς διαθήκην γένους μου εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους ἐν σκότει. Ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς, τοῦτό μοι ὄνομα. Ἀκούσατε, κωφοὶ, λόγους βιβλίου. Καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει φῶς ἀνέτειλε. Τότε ἁλεῖται χωλὸς, ὡς ἔλαφος, καὶ τραχὺ δὲ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων. Ἐπειδὰν δὲ κατὰ μέρος τὰ τῆς κακίας αἱρεθῇ, ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος εἰς νῖκος. *Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον;*

ε'. Τοῦτο ἦν τὸ πάσχα, ὃ ἐπεθύμησεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Ἰησοῦς παθεῖν. Πάθει πάθους ἠλευθέρωσε, καὶ θανάτῳ θάνατον ἐνίκησε, καὶ διὰ τῆς βλεπομένης τροφῆς τὴν ἀθάνατον ζωὴν αὐτοῦ ἐχορήγησεν. Αὕτη ἡ σωτήριος ἐπιθυμία τοῦ Ἰησοῦ· οὗτος ὁ ἔρως ὁ πνευματικώτατος, δεῖξαι μὲν τοὺς τύπους ὡς τύπους, τὸ δὲ ἱερὸν σῶμα τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἀντιδοῦναι. *Λάβετε, φάγετε, τοῦτό ἐστί μου τὸ σῶμα· λάβετε, πίετε, τοῦτό ἐστί μου τὸ αἷμα ἐν καινῇ διαθήκῃ τὸ ὑπὲρ πολλῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.* Διὰ τοῦτο οὐκ ἐπιθυμεῖ τοσοῦτον φαγεῖν, ὅσον ἐπιθυμεῖ παθεῖν, ἵνα ἡμᾶς τοῦ διὰ βρώσεως πάθους ἐλευθερώσῃ· καὶ διὰ τοῦτο ξύλῳ ἀντιῤῥιζώσας, καὶ τὴν πάλαι πονηρὰν χεῖρα ἀσεβῶς προσηλώσας, ὅλην ἐδείξεν ἐν αὐτῷ ἀληθῶς τὴν ζωὴν κρεμαμένην. Σὺ μὲν, ὦ Ἰσραὴλ, οὐκ ἠδυνήθης φαγεῖν· ἡμεῖς δὲ μετὰ γνώσεως ἀκαταλύτου πνευματικῶς ἐφάγομεν, καὶ φαγόντες οὐκ [272] ἀποθνήσκομεν. Τοῦτό μοι φυτὸν εἰς σωτηρίαν αἰώνιον· τούτῳ τρέφομαι, τούτῳ συνεστιῶμαι· τούτου ταῖς μὲν ῥίζαις ὑπορῥιζοῦμαι, τοῖς δὲ κλάδοις συνεκτείνομαι, τῷ δὲ πνεύματι ὡς ὑπὸ ἀνέμου ἐντρυφῶν γεωργοῦμαι. Τούτου τῇ σκιᾷ ὑπεσκήνωσα, καὶ τὸν πολὺν καύσωνα διαφυγὼν ἔνδροσον ἔχω κατάγειον[a]· τούτου τοῖς μὲν ἄνθεσι συναθῶ, τοῖς δὲ καρποῖς τελείως συνήδω, τοὺς δὲ ἐξ ἀρχῆς μοι τετηρημένους καρποὺς ἀκωλύτως τρυγῶ. Τοῦτό μοι πεινῶντι τρυφὴ, καὶ διψῶντι πηγὴ, καὶ σκέπη γεγυμνωμένῳ, οὗ καὶ τὰ φύλλα, πνεῦμα ζωῆς. Οὐκέτι μοι φύλλα συκῆς. Τοῦτό μοι Θεὸν φοβουμένῳ φυλακτήριον, καὶ σαλευομένῳ στήριγμα, καὶ ἀγωνιζομένῳ βραβεῖον, καὶ τρόπαιον νενικηκότι· τοῦτό μοι ἁτραπὸς ἡ στενὴ, τοῦτο ἡ τεθλιμμένη ὁδὸς, τοῦτο κλῖμαξ Ἰακὼβ, καὶ τῶν ἀγγέλων πορεία, ἐφ' ἧς ἄκρας ἀληθῶς ἐστήρικται ὁ Κύριος. Τοῦτο δένδρον οὐρανόμηκες ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνέβαινεν, ἀθάνατον φυτὸν, στηρίξας ἑαυτὸν ἐν μέσῳ οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ἕδρασμα τῶν ὅλων, στήριγμα τοῦ παντὸς, ἔρεισμα τῆς ὅλης οἰκουμένης, σύμπλεγμα κοσμικὸν, τῆς ποικίλης καὶ ἀνθρωπίνης οὐσίας συνεκτικὸν, ἀοράτοις γόμφοις τοῦ πνεύματος συνηλωμένον, ἵνα τῷ θείῳ συναρμοσθὲν μηκέτι λυθῇ, ἄκραις μὲν κορυφαῖς τῶν οὐρανῶν ἐπιφαῦον, τὴν γῆν δὲ στηρίζον ποσὶ, τὸ δὲ πολὺ καὶ μέσον πνεῦμα τοῦ ἀέρος πανταχόθεν χερσὶν ἀμετρήτοις περιλαβόν. Ὅλος ἦν ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ, γεμίσας δὲ δι' ἑαυτοῦ, πρὸς ἀερίους ὀρχὰς γυμνὸς ἀνταπεδύσατο· καὶ πρὸς ὀλίγον μὲν βραχὰ παρελθεῖν τὸ ποτήριον, ἵνα δείξῃ ἀληθῶς, ὅτι καὶ ἄνθρωπος ἦν, μεμνημένος δὲ δι' ὃ ἀπεστάλη, πληρῶσαι τὴν οἰκονομίαν βουλόμενος, εἰς ἣν ἀπεστάλη, βραχὰ πάλιν· *Μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ θέλημά σου· τὸ μὲν γὰρ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.* Οἷα δὴ τὸν ὑπὲρ ψυχῆς τρέχων ἀγῶνα τὸν ἐπινίκιον, πρῶτον μὲν τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἀκάνθαις ἐστεφανώσατο, ὅλην τὴν παλαιὰν κατάραν τῆς γῆς ἀνελὼν, καὶ τὸ δι' ἁμαρτίαν ἀκανθῶδες πλεονάσαν τῇ θείᾳ κεφαλῇ πάλιν ἐξημερῶν, τὴν δὲ πικρὰν καὶ ὀξεῖαν τοῦ δράκοντος χολὴν ἐκπιὼν, ὅλας ἡμῖν τὰς ἀφ' ἑαυτοῦ γλυκείας ἀντεκέρασε πηγάς. Τὸ γὰρ ἔργον τῆς θηλείας λῦσαι θελήσας, καὶ τὴν ἐκ πλευρᾶς πρότερον ῥεύσασαν ἐπισχεῖν θανατηφόρον, ἤδη τὴν ἱερὰν αὐτοῦ ἐν ἑαυτῷ ἐστόμωσε πλευράν, ἐξ ἧς τὸ ἱερὸν ἔῤῥευσεν αἷμα καὶ ὕδωρ, τὰ τέλεια τῶν πνευματικῶν γάμων τῶν μυστικῶν καὶ υἱοθεσίας καὶ παλιγγενεσίας τὰ σημεῖα. *Αὐτὸς γὰρ ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί.* Τὸ μὲν ὕδωρ ὡς ἐν Πνεύματι, τὸ δὲ αἷμα ὡς ἐν πυρί. Τότε δὴ συνεκτείνονται αὐτῷ δύο λῃσταὶ, εἷς δὲ δύο λαοὺς φέροντες ἐν ἑαυτοῖς τὰ σημεῖα· ὧν ὁ μὲν εἷς ἐκ μεταβολῆς εὐγνωμονεῖ, καὶ μετὰ ὁμολογίας ἐξομολογεῖται, καὶ πρὸς τὸν Δεσπότην εὐσεβεῖ· ὁ δὲ ἕτερος κινεῖται σκληροτράχηλος ὤν, καὶ ἀγνωμονεῖ πρὸς τὸν Δεσπότην, καὶ οὐκ εὐσεβεῖ, καὶ τοῖς παλαιοῖς ἁμαρτήμασιν ἐμφιλοχωρεῖ. Εἶτα καὶ αἱ δύο ψυχῆς εἰσι λογισμοὶ, ὧν ὁ μὲν ἕτερος ἐν τοῖς παλαιοῖς ἁμαρτήμασι μεταβάλλεται, καὶ πρὸς τὸν Δεσπότην ἀποδύεται (διὸ καὶ τῆς ἐκ μετανοίας φιλανθρωπίας καὶ τιμῆς ἀξιοῦται)· ὁ δὲ ἕτερος ἀναπολόγητος, ὅτι καὶ ἀμετάθετος, καὶ μέχρι τέλους ἐστὶ λῃστής. Ὡς δὲ τέλος εἶχεν ὁ κοσμικὸς ἀγὼν, καὶ πανταχόθεν διῆθλησε νικήσας, μήτε ὡς Θεὸς ἐπαιρόμενος, μήτε ὡς ἄνθρωπος νενικημένος, ἔμενεν ἐν μεθορίοις ὅλων ἐῤῥιζωμένος τρόπαιον ἐπινίκιον, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ κατὰ τοῦ Ἐχθροῦ προπομπεύων καὶ θριαμβεύων. Τότε τῆς ὑπομονῆς ἐπιμόνης ἐθαμβήθη τὸ πᾶν, τότε οὐρανοὶ μὲν ἐσαλεύθησαν, ἀρχαὶ δὲ ἐκινήθησαν ὑπερκόσμιοι, θρόνοι καὶ νόμοι τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς μεγάλης δυνάμεως ὁρῶντες κρεμάμενον· μικροῦ δ' ἂν ἐξέπεσον καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ, τὸν προεω[σ]φόρον βλέποντες ἀπλούμενον. Ἐσβέσθη δὲ παρ' ὀλίγον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου πῦρ, τὸ μέγα βλέπον τοῦ κόσμου φῶς ἀμαυρούμενον. Τότε ἐσχίσθησαν πέτραι τῆς γῆς, [b] τοῦ Ἰσραὴλ ἀγνωμοσύνην καταβοῶσαι, ὅτι μὴ ἔγνως τὴν πέτραν τὴν πνευματικήν. ἐξ ἧς ἀκολουθήσας ἔπινες. Ἐῤῥάγη δὲ τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα συμπάσχον καὶ μηνῦον [273] τὸν οὐράνιον ἀληθῶς ἀρχιερέα. Μικροῦ δ' ἂν ὅλος ὁ κόσμος συνεχύθη, καὶ τῷ φόβῳ τοῦ πάθους συνελύθη, εἰ μὴ τὸ θεῖον Πνεῦμα ἐνεφύσησεν ὁ μέγας Ἰησοῦς, εἰπών· *Πάτερ, παρακατατίθεμαι τὸ πνεῦμά μου εἰς τὰς χεῖράς σου.* Κλονουμένων γὰρ τῶν ὅλων καὶ δονουμένων σεισμῷ, τῷ φόβῳ πάντων σαλευομένων, πάλιν ἀναβαίνοντος τοῦ θείου Πνεύματος, τρόπον ψυχούμενον καὶ ζωοποιούμενον καὶ στηριζόμενον, πάλιν ἔστη τὸ πᾶν, ὡς τῆς θείας ἐκτάσεως τῆς ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ ὡς τῆς διὰ πάντων ἁπλουμένης σταυρώσεως! [c] Ὦ μόναι μόνον ἀληθῶς δι' ὅλων ὅλαι! Ἐχέτωσάν σου τὸ πνεῦμα οἱ οὐρανοὶ, ὁ δὲ παράδεισος τὴν ψυχήν· σήμερον γὰρ, φησὶν, ἔσομαι μετὰ σοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ· τὸ δὲ αἷμα ἡ γῆ. Μεμέρισται ὁ ἀμερὴς, ἵνα τὰ πάντα σωθῇ, ἵνα μηδὲ ὁ κάτω τόπος τῆς θείας ἐπιδημίας ἀμύητος ᾖ. Εἶδος μὲν αὐτοῦ οὐκ εἴδομεν, φωνὴν δὲ αὐτοῦ ἠκούσαμεν. Ἔλυσε μὲν οὖν καὶ παρὰ τὸν βίον τοὺς τοῦ θανάτου δεσμοὺς ἐξουσίᾳ χρώμενος βασιλικῇ, ὥστε, *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω*, καὶ, *Ἡ παῖς, ἐγείρου*· ἵνα αὐτοῦ καὶ τὸ ἐν δυνάμει ἐπιτακτικὸν δηλωθῇ. Διὸ δὴ καὶ ὅλον ἑαυτὸν φέρων ἔδωκε τῷ θανάτῳ, ἵνα τὸ ἀδηφάγον θηρίον, καὶ ὁ ἄπληστος δεσμὸς ὅλως ἐν ἑαυτῷ νεκρωθῇ. Τῷ ἀναμαρτήτῳ σώματι ἐζήτει πανταχοῦ τὰς ἰδίας τροφὰς, μὴ που ἡδονὴ, μὴ που ὀργὴ, μὴ που παρακοὴ, μὴ που ὅλως ἡ παλαιὰ ἁμαρτία ἡ πρώτη τοῦ θανάτου τροφή. Κέντρον γάρ, φησὶ, τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία. Ὡς δὲ οὐδὲν εὗρισκεν ἐν αὐτῷ θανάτου θρεπτικὸν, ὅλως ἐν ἑαυτῷ κλεισθεὶς καὶ ἀτροφίᾳ λυθεὶς, αὐτὸς ἑαυτῷ θάνατος ἐγίγνετο, ὡς δὲ καὶ πολλοὶ τῶν δικαίων εὐαγγελιζόμενοι καὶ προφητεύοντες καὶ τὸν ἐν ἀναστάσει πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν. Ὁ δὲ καὶ τὴν τριήμερον ὑπὸ γῆν ὑπομονὴν ἠνέσχετο, ἵνα ὅλον καὶ πᾶν σώσῃ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τὸ πρὸ νόμου, δι' ἑαυτοῦ. Τάχα δὲ καὶ ἵνα ὁλόκληρον ἐξαναστήσῃ τὸ ζῶον, ψυχὴν, καὶ πνεῦμα, καὶ σῶμα, διὰ τοῦτο καὶ τριημερεύει. Ἀναστάντα δὲ αὐτὸν πρῶτον ὁρῶσιν αἱ γυναῖκες. Ὡς γὰρ πρώτην τὴν ἁμαρτίαν τὴν ἐν κόσμῳ ἤγαγε γυνὴ, οὕτω καὶ πρώτη τῷ κόσμῳ ζωὴν ἐπαγγέλλει. Διὸ καὶ ἀκούουσι τὴν ἱερὰν φωνὴν γυναῖκες, *Χαίρετε*, ἵνα ἡ πρώτη λύπη διὰ τῆς χαρᾶς τῆς ἀναστάσεως· [b] καὶ τοῖς ἀπιστοῦσιν, ἵνα αὐτοῦ ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις πιστευθῇ μετὰ σώματος. Ὡς δὲ ὅλην τὴν εἰκόνα ἐν ἑαυτῷ φέρων ἐνεδύσατο, καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀναστολισάμενος μετέθηκεν εἰς τὸν ἐπουράνιον ἄνθρωπον, τότε συνανέβαινεν αὐτῷ καὶ ἡ εἰκὼν, συγκεκραμένη εἰς τοὺς οὐρανούς. Βλέπουσι δὲ αἱ δυνάμεις τὸ μέγα μυστήριον συναναβαίνοντα ἤδη ἄνθρωπον ἐν Θεῷ, ἐγκελευόμεναι ἐδόων μετὰ χαρᾶς ταῖς ἄνω στρατιαῖς· *Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης.* Αἱ δὲ ὁρῶσαι τὸ καινὸν θαῦμα ἄνθρωπον συγκεκραμένον Θεῷ, ἀντιβοῶσι καὶ λέγουσι· *Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;* Αἱ δὲ πάλιν ἐρωτηθεῖσαι ἀνταπεκρίναντο· *Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης, ἰσχυρὸς καὶ κραταιὸς καὶ δυνατὸς ἐν πολέμῳ.* Ὢ τῆς χορηγίας τῆς μυστικῆς! ὦ τῆς πνευματικῆς ἑορτῆς! ὦ πάσχα θεῖον ἀπ' οὐρανῶν ὀδεῦσαν μέχρι γῆς, καὶ ἀπὸ γῆς πάλιν ἀναβαῖνον εἰς οὐρανούς! ὦ καινὸν τῶν ὅλων ἑόρτασμα, κοσμικὸν πανηγύρισμα! ὦ τοῦ παντὸς χαρὰ καὶ τιμὴ καὶ τροφὴ καὶ τρυφή. δι' ἧς ὁ μὲν σκοτεινὸς θάνατος κατελύθη, ἡ δὲ ζωὴ τοῖς ὅλοις ἐφηπλώθη,

[a] Forte καταγώγιον.

[b] Supple τὴν. [c] Haec vitiata videntur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἀνεῴχθησαν πύλαι οὐρανῶν, καὶ Θεὸς ἄνθρωπος ἐφάνη, καὶ ἄνθρωπος Θεὸς ἀνέδη, δι' ὃν ἐῤῥάγησαν ᾅδου πύλαι, καὶ κλεῖθρα ἐλύθησαν ἀδαμάντινα! Καὶ ὁ μὲν κάτω δῆμος ἀνέστη τῶν νεκρῶν, εὐαγγελιζόμενος τοῖς ἄνω πληρώμασιν, ἀπὸ γῆς ἀπεδόθη χορός. Ὦ πάσχα θεῖον, Θεὸν ἐξ οὐρανῶν οὐ στεναγωγῆσαν, καὶ νῦν πνευματικῶς συνάψαν, δι' ὃν μέγας νυμφὼν τῶν γάμων ἐπληρώθη, καὶ πάντες φέρουσι τὰς στολὰς τὰς νυμφικάς, ἐκβάλλεται δὲ οὐδείς, ὡς οὐκ ἔχων τὴν στολὴν νυμφικήν! Ὦ πάσχα, καινῆς λαμπαδουχίας τὸ φώτισμα, παρθενικῆς δᾳδουχίας ἀγλάϊσμα! Διὰ οὐκ ἔτι σβέννυνται [274] // τῶν ψυχῶν αἱ λαμπάδες· ἐνθέως δὴ καὶ πνευματικῶς ἐν πᾶσι τῇ χάριτος δᾳδουχεῖται τὸ πῦρ, σώματι, καὶ πνεύματι, καὶ ἐλαίῳ Χριστοῦ χορηγούμενον. Σὲ δὲ δὴ παρακαλοῦμεν, Θεὲ Δέσποτα, πνευματικῶς αἰώνιε βασιλεῦ Χριστὲ, ὑπερέσχε σου τὰς χεῖρας τὰς μεγάλας ἐπὶ τὴν ἱεράν σου Ἐκκλησίαν, καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν ἀεί σου τὸν ἅγιον, προπολεμῶν, φυλάσσων, συντηρῶν, προστρατευόμενος, προαγωνιζόμενος, ὑποτάσσων ὅλους τοὺς πολεμίους, νικῶν καὶ τοὺς ἀοράτῳ δυνάμει τοὺς ἐναντίους, ὡς καὶ τοὺς ἡμετέρους ἐνίκησας ἐχθρούς· ἀνάστησον καὶ νῦν αὐτὸς τὰ ὑπὲρ ἡμῶν τρόπαια, καὶ χάρισαι ἡμῖν ᾆσαι μετὰ Μωϋσέως τὴν ᾠδὴν τὴν ἐπινίκιον, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MONITUM

Hunc ejusdem esse scriptoris, styli genus, perplexa series, omnia denique suadent. Agitur vero de concinnando ac definiendo Paschatis die, de quo magna tunc quæstio agitabatur. Quia enim non eodem die ejusdem mensis, ut in reliquis solemnitatibus observatur, sacrum Pascha agebatur, sed aliquot tempora, diversas cyclorum rationes observare par erat, ut dies ille assignaretur ; hasce notas is quisquis sit scriptor affert, et missis hæreticorum Judæorumque hac de re placitis, has temporum notas ad celebrationem Paschatis ipse requirit : nam ut ex ejus dictis comperimus, etiam inter Catholicos ea de re tunc disceptabatur.

Observanda sunt, inquit ille, æquinoctium vernum, luna decima quarta, ac præterea triduum, nempe Parasceve, Sabbatum et Dominica. Pascha semper post æquinoctium celebrandum est. Si vero contingat decimam quartam lunam ante æquinoctium incidere, illa rejecta, ad sequentem decimam quartam lunam Pascha remittebatur, et tunc erat mensis embolismus, sive injectitius, donec adveniret illa decima quarta luna post æquinoctium. Si vero quarta decima luna cum Dominica concurreret, illa Dominica non celebrabatur ut festum Resurrectionis, sed sequens Dominica assumebatur, quia putabant quarta decima luna passum esse Christum, nec consentaneum esse Resurrectionem celebrare qua die Christus passus esset. Secundum hanc disciplinam ille diem Resurrectionis statuit incidere in secundam diem octavi mensis, qui est Aprilis, secundum numerandi modum Græcorum complurium, qui annum incipiunt a Septembri : in annum autem sequentem, diem decimum septimum septimi mensis seu Martii assignat ; et in tertium annum sequentem, nonum diem ejusdem septimi mensis. Hæc vero quomodo quadrare possint longius esset recensere ; mittimusque ad Petavii Doctrinam temporum et ad Usserium Armacanum. Duo tamen hic notatu digna observare operæ pretium fuerit.

Primo hunc scriptorem, qui per totas sex orationes præcedentes statuit in die Parasceves seu passionis Christi immolationem agni mystici seu Christi celebrari eadem ipsa die qua agnus ille paschalis apud Judæos mactabatur, videri Pascha distinguere a die Dominica Resurrectionis ; quemadmodum olim in Ecclesia

[275] *Εἰς τὸ αὐτὸ πάσχα Λόγος η' καὶ τελευταῖος.*

α'. Χθὲς μὲν, ἀδελφοὶ, περὶ τῆς προθεσμίας τοῦ ἁγίου πάσχα τινὰ ἐλαλοῦμεν· καὶ ἐπειδὴ ἔδοξεν ἀμφιβολία τις γίνεσθαι, ἐσημάναμεν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι πρὸ πολλοῦ οὔτε τὴν ἀμφιβολίαν ἠγνοήσαμεν, οὔτε τὴν προθεσμίαν· καὶ περὶ τούτων ἀρκούντως ἐῤῥέθη· εἴ γε ἐν μνήμῃ τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν εἴχετε· ἠπείγμεθα δὲ εἰπεῖν σήμερον τὴν αἰτίαν τῆς παρολκῆς. Καὶ ἐπείπερ ἡ τοιαύτη διήγησις ἀπαιτεῖ ἴλιγγον τοῦ πρὸς τὸ πάσχα τόπου τὴν θεωρίαν, βουλόμεθα, ἐὰν καὶ ὁ Κύριος βούληται, ἀναλαβεῖν τὴν ὑπόθεσιν, καὶ ὅση δύναμις, ἐξειπεῖν τοῦ μυστηρίου τὰ θεωρήματα. Καὶ ἐπείπερ πολλὴ καταδρομὴ τῶν ἐναντίων γίνεται ἀγνοούντων τῆς ἀληθείας τὴν φύσιν, καὶ αἱρετικοὶ ἀποσκιρτήσαντες φαίνονται, καὶ Ἰουδαῖοι ἐπαγγέλλονται πάσχα τελεῖν, Χριστιανῶν δὲ μόνων τὸ μυστήριον τοῦτό ἐστι, καὶ ἡ τοῦ μυστηρίου τελετὴ παρ' ἡμῖν μετὰ ἀκριβείας συνίσταται, θέλω ἁπάντων τε ἐκείνων συντόμως μνησθῆναι, καὶ ἀπαμφιάσαι τὴν σύγχυσιν ἀπὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου, καὶ οὕτως ἑκάστου χρόνου εἰπεῖν τὴν διάνοιαν, καθὼς ἂν δῷ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Πολλάκις γὰρ ἐθεασάμεθα λεγόντων τινῶν, Πῶς τὰ γενέθλια μὲν τοῦ Σωτῆρος ἐν ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ τελεῖται· γίνεται γὰρ, ὡς πάντες ἴσμεν, πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἰανουαρίων κατὰ Ῥωμαίους· θεοφάνια δὲ ὡσαύτως· καὶ αὐτὰ γὰρ ἐπιτελεῖται ἡμέρᾳ ὡρισμένῃ, τρισκαιδεκάτῃ τετάρτου μηνὸς κατὰ Ἀσιανούς· καὶ μαρτύρων δὲ ὡσαύτως μνήμην ἐπιτελοῦντες πρὸς ἡμέραν ὡρισμένην ἁρμόζομεν τὴν ἀνάμνησιν· ἐπὶ δὲ τοῦ πάσχα οὐχ οὕτως ἐστὶν ὁ λόγος; Ὅτι οὐ μιᾶς, οὐδὲ ἁπλῶς συμβαινούσης ἡμέρας ἐστὶ τὸ μυστήριον, ἀλλὰ πολλῶν προθεσμιῶν μετὰ διανοίας συναγαγεῖν εἰς τὸν τόπον παραλαμβάνομεν διὰ τὴν τῆς θεωρίας ἀνάπτυξιν. Τηροῦμεν γὰρ καὶ πρῶτον μῆνα, τὸν πρῶτον μῆνα ἀληθῶς τοῦ πρώτου χρόνου, ὃς ἐξ ἐαρινῆς ἰσημερίας γνωρίζεται. Ὁ γὰρ πρῶτον μῆνα τηρῶν, ὀφείλει ἰδεῖν τὸν πρῶτον χρόνον, δι' ὃν καὶ πρῶτος μὴν ὀνομάζεται. Πάλιν τε ὁ τὸν πρῶτον χρόνον παραλαμβάνων, τὴν ἀρχὴν ὀφείλει τοῦ πρώτου χρόνου ἰδεῖν, οὐκ ἄλλην τινὰ ἢ ἰσημερίαν ἐαρινὴν, ὡς πρώτων ἐπιδεί-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nuptialem! O Pascha, nova lampadum illuminatio, virginalis lucernarum decor! ideo non ultro exstinguuntur animarum lucernæ; nam divino et spirituali modo in omnibus gratiæ ignis præfertur, corpore, spiritu et oleo Christi subministrante. Te autem rogamus, Domine Deus, æterne spiritualiter Rex Christe, manus tuas magnas super sacram tuam Ecclesiam extende, et super populum sanctum semper tuum, defendens, custodiens, conservans, pro illo bella gerens et decertans, inimicos illi subjiciens, atque illos vincens qui nobis invisibili virtute inimici sunt, ut et hostes nostros vicisti. Erige nunc tropæa pro nobis, et largire nobis ut possimus cum Moyse canere canticum victoriæ, quia tibi est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

IN SEQUENTEM SERMONEM.

Latina multi distinguebant, et Pascha a Resurrectionis die separabant. Sic Gregorius Turonensis, ubi ordinem a Perpetuo antecessore suo episcopo Turonensi referens, Resurrectionem Domini prius quam Pascha celebratam exhibet hoc pacto :

Sexto Calendas Aprilis Resurrectione Domini nostri Jesu Christi, ad Basilicam Domni Martini.

Pascha, in Ecclesia.

Die Ascensionis in Basilica Domni Martini.

Ubi notat Ruinartius noster p. 531 : *Festum Paschatis a festo Resurrectionis distinguitur in vetustioribus Kalendariis; ubi Resurrectionis festa die* 27 *Martii recolitur. Pascha autem, ut omnes norunt, pro varietate lunæ semper celebratum in Ecclesia fuit.*

Secundo, ex his quæ in hoc sermone observantur verisimile est, inter Græcos etiam orthodoxos varietatem aliquando accidisse circa celebrationem Paschatis; ita ut alii una, alii alia die Pascha peragerent, id quod etiam apud Latinos Catholicos contigisse comprobatur, sicut non raro observat Gregorius Turonensis. Sic libro V, p. 221, *Eo anno*, inquit, *dubietas Paschæ fuit. In Galliis vero nos cum multis civitatibus quartodecimo Calendas Maias sanctum Pascha celebravimus; alii vero cum Hispanis duodecimo Calendas Aprilis solemnitatem hanc tenuerunt.* Ubi notat Ruinartius : *Dubietas hæc orta ex eo, quod Franci Victorii laterculum sequebantur, ut in Concilio Aurelian. IV, Can. I, an.* 541, *statutum fuerat; Hispani vero antiquum Latinorum canonem. Adi Cointium ad annum* 539, *num.* 15. Aliquot postea annis idipsum accidit, eodem Gregorio teste lib. X, p. 516.

Verisimile autem est in Oriente quoque illas varietates circa diei Paschatis celebrationem accidisse, quod hic Scriptor anonymus insinuat, dum ait, contrarias ea de re sententias in anno quo ipse concionem suam emisit exstitisse. Illam observandi Paschatis varietatem jam commemoravimus Tomo primo operum Chrysostomi, p. 586, ubi diem Paschatis anni 387, qui in tabulis paschalibus vulgatis assignatur 25 Aprilis, nullo modo posse in hunc diem convenire secundum Chrysostomi dicta, ex quibus liquet Pascha multis ante diebus Antiochiæ celebratum fuisse. Ibi vide sis.

IN IPSUM PASCHA SERMO VII ET ULTIMUS.

1. Heri quidem, fratres, de præfinito tempore sancti Paschæ quædam dicebamus, et quia videbatur difficultas esse quædam, significavimus in nomine Domini nostri Jesu Christi, nos multo ante et tempus præfinitum, et difficultatem prævidisse : deque iis dictum est quantum satis erat : si tamen dictorum memoriam retinetis; causam vero dilationis hodie dicere aggredimur. Et quia hujusmodi disquisitio veri Paschæ loci et temporis speculationem desiderat, volumus, Domino juvante, argumentum resumere, et pro virili nostra mysterii speculationes proferre. Et quia multus adest adversariorum incursus, qui rei veritatem ignorant, atque hæretici resiliunt, ac Judæi se Pascha celebrare profitentur, Christianorum vero tantum hoc mysterium est, et mysterii celebratio apud nos accurate constituta est; juvat illorum omnium compendio mentionem facere, atque omnem confusionem a mysterio nostro eliminare, et sic temporum singulorum rationem patefacere, ope scilicet unigeniti Filii Dei. Sæpe namque quosdam vidimus dicentes : Cur natales Servatoris definito die celebrantur; nempe, ut omnes scimus, octavo Kalendas Januarias secundum Romanos : Theophania vero similiter; ipsa quippe celebrantur definito die decimo tertio quarti mensis secundum Asiaticos : et martyrum quoque memoriam definito die celebra-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mus, Paschatis vero non eadem est ratio? Neque enim uno, neque simpliciter cadente die mysterium colitur, sed multa prius tempora mente colligimus, et speculando revolvimus. Observamus nempe primum mensem, ac primum mensem primi temporis (*a*), quod ex verno æquinoctio dignoscitur : illum enim qui primum mensem observat, oportet respicere primum tempus, ex quo primus mensis nominatur. Rursumque is qui primum tempus assumit, initium primi temporis inspiciat oportet, quod aliud non est quam æquinoctium vernum, ut postea demonstrabo. Quia ergo primum tempus observamus, et æquinoctium, insuperque lunæ decimam quartam, ac præterea triduum, nempe Parasceven, Sabbatum et Dominicam, atque impossibile est, uno ex his deficiente tempore, Pascha celebrari; ideo non possumus definitum diem ad mysterium Paschatis assignare; sed his omnibus collectis temporibus, salutaris passionis speculationem perficimus. Libet ergo, priusquam agamus de æquinoctio, quod totum mysticum est, et de luna decima quarta, quæ et ipsa mysterio non vacat, ac de triduo, ad mysterii finem causam congruentem habente : primo de extraneorum Judæorum consuetudine agere, quam absurde sibi consarcinarunt; indeque mysterii ecclesiastici puritatem discernere. Nam hæretici, etsi falso statuant, tamen illis anteponendi. Neque enim Judæi diem unum definitam ad Paschæ celebrationem observant; sed et mensem solarem, ut putant, et lunam quartam decimam tenent. Cum ergo apud ipsos decima quarta luna contigerit, si nondum primus mensis advenerit, hanc quartam decimam differunt, ut primum solarem mensem occupent, et sic concursu facto primi temporis et quartæ decimæ lunæ, videantur ex placito suo facere. Vides ergo, frater, Judæos hoc agere, et hoc commune nobiscum habere, quod non unam diem quærant ad celebrationem, sed tempora multa. Quartadecimanorum autem hæresis est quæ cum Judæis Pascha celebrat, et idipsum facit. Novatiani videntur nostra aliquatenus imitari, qui tempori a Judæis definito serviunt : primum mensem et ipsi observant, et quartam decimam lunam pariter. Sed non hic gradum sistunt : nam postquam huc venerint, ad triduum accedunt; sed sine ulla auctoritate, neque secundum concentum ecclesiasticum, ut ostendetur. Est porro alia hæresis Montanistarum, quæ se judæos non imitari contendit, attamen in periculum suum ab Ecclesia dissonat. Nam decimam quartam primi mensis observat; id est, mensis septimi secundum Asiaticos, non autem decimam quartam lunæ, nec scio unde hoc vinculum acceperit. Nam unigenitus Dei filius in Paschate Judæorum, luna quarta decima, mense primo; in hac, inquam, quarta decima, in Paschate Judæorum Christus passus est. Undenam igitur hæc exsecranda hæresis quartam decimam a solari mense ducit, non a lunari, nisi duce dæmone deceptore? Cæterum ipsa etsi ex ecclesiastico numero exciderit, attamen inde ad triduum venit. Verum hæc facessat. Sed postquam docui omnem hæresim id curare, ut definitum tempus plus vel minus observet; demum Judæos confutare aggrediar, deinde Christiani cœtus causam explicabo. Stat in Ecclesia definitum tempus passionis, æquinoctium vernum, decima quarta luna, triduum, nempe Parasceve, Sabbatum, Dominica. His utimur ad Diem statuendam; et sic proprie fit suo tempore : non aliam novitatem sequimur, sed iusius Moysis traditionem, nempe decimam quartam post æquinoctium servamus. Testes habeo sapientes Hebræos. Neque enim Judæorum hujus temporis amentia est attendenda, quippe qui omnia legis jura pessumdederint; sed sapientes Hebræos narrantes audire oportet, illorumque calculus necessario est usurpandus, et hi explodendi, utpote transgressores, et dicta nostra confirmanda, quæ talibus sunt fulta testimoniis. Judæi namque omnia bona eliminarunt : statim quippe Scripturas septuaginta duorum sapientium Interpretum reprobarunt. Hujusmodi enim Judæi illi erant, qui ad tale opus concinnandum incubuerunt; antiqui nempe, qui ante Servatoris adventum ab optimis electi sunt, ad interpretationem Scripturarum, quæ tunc Hebraicis exaratæ characteribus optimo in statu erant. Sane approbata tunc fuit illa interpretatio, et maledictiones ab omnibus Hebræis prolatæ sunt in eum, qui hanc interpretationem mutaret. Has ideo Scripturas observamus, audientes Moysem dicentem : *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum* (*Deut.* 19. 15). Non autem duorum, sed septuaginta duorum testium versionem libenter accipimus. Sed quandiu sapientes Judæorum superstites fuerunt, versio illa vim habuit; at post iniquum contra Servatorem perpetratum scelus, bona omnia apud Judæos exstincta sunt. Propheta est ille, qui prædicat : *Ecce Dominus Sabaoth auferet a Jerusalem et a Judæa robustum et robustam, robur panis et robur aquæ, gigantem et fortem et virum bellatorem, et judicem, et prophetam, conjectorem, et senem, et sapientem architectum, et prudentem auditorem : et statuam juvenes principes eorum, et illusores dominabuntur eis* (*Isai.* 3. 1-4). Hoc propheticum oraculum dejecit Judæorum multitudinem, ac prudentia nulla, propheta nullo exsistente, qui salutaria doceat, sapientum suorum traditiones eliminarunt, ac demum leges periclitantur. Ut ergo Scripturas mutarunt et sapientum illorum interpretationem contempserunt, proselyti (*a*) cujusdam interpretationi fidem habentes, in contemptum tot virorum et maledictionum suarum, sic definitum Paschæ tempus perverterunt.

2. Testes habemus sapientes Hebræos, ut Philonem, Josephum, et alios quosdam, qui in scriptis suis asseverant, non posse aliter accurate Pascha celebrari, quam post æquinoctium vernum. Definiuntque iidem sæpe, hanc rei seriem servari post quartam decimam lunam, uti sæpe dictum est. Hi vero, ut Judæi omnes norunt, post Servatoris passionem fuerunt, multoque postea tempore vixerunt. Itaque palam est Servatorem in Paschate Judæorum passum esse post æquinoctium. Jam ergo sapientum testimonio compertum habes, Judæos, nunc rejectos, ab initio post æquinoctium quarta decima luna Pascha agni celebrasse. Stet hoc interim firmum, ut hinc susceptum argumentum stabiliatur. Nunc tamen Judæi Pascha post æquinoctium indifferenter celebrant, nisi intercedat mensis embolismus, quo ea vel inviti post æquinoctium illud differunt : id autem non secundum scopum, sed casu accidit. Nunc porro, hoc nempe tempore, ante æquinoctium id faciunt, et a sapientibus Judæis ut transgressores unctionis reprehenduntur. Nos porro vim mysterii inviolabilem habemus : tempus enim, quo passus est Servator non ignoratur. Nam commentaria sub Pilato edita definitum Paschæ tempus continent. Narratur enim octavo Kalendas Aprilis passum esse Servatorem. Hoc vero definitum tempus post æquinoctium est, ut perinorunt. Hanc regulam tene, ut videas Christum hoc definito tempore passum esse, et rei quarus semper Pascha post æquinoctium celebres, Christum imitans, hæreticorum prævaricationem fugias, et temporum rationes quæras. Jam conabor hanc temporis rationem enumerare, ut ostendam mysterii consensum cum veteri norma. Passus est Christus post æquinoctium in Parasceve, ut novimus, et ut Scripturæ referunt; Parasceve tunc concurrente cum quartadecima luna. Nam in Judæorum Paschate passus est. Pascha vero Judæorum tunc omnia tempora, quæ ad passionem pertinent, complectebatur, æquinoctium quod jam præterierat, quartam decimam lunam currentem, Parasceven, Sabbatum, Dominicam. Cur hæc ita facta sint, jam dicendum; et singula, quæ proposita

(*a*) Idem est ac si legeretur, *primum mensem vernæ temperiei*.

(*a*) Proselytum illum Aquilam interpretem intellige.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ξω. Ἐπειδὴ οὖν καὶ πρῶτον [276] χρόνον τηρῶμεν, καὶ ἰσημερίαν, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ σελήνης τεσσαρεσκαιδεκάτην, καὶ σὺν τούτῳ τὴν τριήμερον, τουτέστι, παρασκευήν, σάββατον, Κυριακήν, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἑνὸς χρόνου τούτων λιπόντος ἐπιτελεσθῆναι τὸ πάσχα· διὰ τοῦτο μὲν οὐ δυνάμεθα μίαν ἡμέραν ὡρισμένην πρὸς τὸ μυστήριον τοῦ πάσχα παραλαμβάνειν, ἀλλ' ὅλας ταύτας τὰς προθεσμίας συναγαγόντες ἀπαρτίζομεν τοῦ σωτηρίου πάθους τὴν θεωρίαν. Βούλομαι οὖν, πρὶν εἰπεῖν τὴν θεωρίαν τῆς ἰσημερίας μυστικὴν οὖσαν, καὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης κατὰ σελήνην καὶ ταύτην τῷ μυστηρίῳ συμβαλλομένην, καὶ πάλιν τῶν τριῶν ἡμερῶν τὴν αἰτίαν ἁρμόζουσαν πρὸς τὸ τέλος τοῦ μυστηρίου, πρῶτον εἰπεῖν τὴν ἔξω τῶν Ἰουδαίων συνήθειαν καὶ ταύτην ἀλόγως ἐπισυρομένων· εἶθ' οὕτω διακρῖναι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ μυστηρίου τὴν καθαρότητα. Καὶ γὰρ καὶ αἱρετικοί, εἰ καὶ ἐσφαλμένως, ἀλλ' ὅμως ἐξέχονται. Οὔτε γὰρ Ἰουδαῖοι μίαν ἡμέραν ἐμπρόθεσμον πρὸς τὴν τοῦ πάσχα τελεσιουργίαν τηροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν μῆνα, ὡς οἴονται, τὸν καθ' ἥλιον καὶ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτην. Αὐτίκα γοῦν εἰ συμβαίη τεσσαρεσκαιδεκάτην κατὰ σελήνην παρ' αὐτοῖς ἐμπεσεῖν, μήπω ἐνστάντος πρώτου μηνός, ὑπερτίθενται ταύτην τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην διὰ τὸν ἡλιακὸν πρῶτον μῆνα παραλαμβάνουσιν, ἵνα συνδρομῆς γενομένης τοῦ τε πρώτου χρόνου, καὶ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης κατὰ σελήνην, δόξωσιν ἀπαρτίζειν τὸ βούλημα. Οὐκοῦν, ἀδελφὲ, ὁρᾷς, ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι τοῦτο σπουδάζουσι, καὶ κοινὸν ἡμῖν τοῦτο ἐσχήκασι, τὸ μὴ μίαν ἡμέραν ζητεῖν πρὸς τὴν τελετὴν, ἀλλὰ χρόνους πολλούς. Τεσσαρεσκαιδεκάτη δὲ αἵρεσίς ἐστι· σὺν Ἰουδαίοις ποιοῦντες τὸ πάσχα. καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ ἐκείνοις πεπόνθασι. Ναυατιανοὶ δοκοῦσιν ἄλλως πως τὰ καθ' ἡμᾶς ἡρέμα μιμεῖσθαι· δουλεύουσι μὲν καὶ αὐτοὶ τῇ προθεσμίᾳ τῶν Ἰουδαίων, καὶ πρῶτον μῆνα καὶ αὐτοὶ νομίζουσι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην κατὰ σελήνην τὴν παρ' ἐκείνοις μεταδιώκοντες· ἀλλ' οὐχὶ ἕως τούτου γε ἵστανται, ἀλλ' ὅταν ἐν τούτοις γένωνται, καὶ ἐπὶ τὴν τριήμερον ἔρχονται, εἰ καὶ μάλιστα ἀκύρως, καὶ οὐ καθ' ἁρμονίαν ἐκκλησιαστικὴν, ὡς δειχθήσεται. Ἔστι τις ἄλλη αἵρεσις ἡ τῶν Μωνταναστῶν, ἥτις δῆθεν μὲν ἀποδύεται τὸ μετὰ Ἰουδαίων ποιεῖν, ἀφέστηκε δὲ σὺν τούτῳ καὶ τῆς Ἐκκλησίας εἰς ἴδιον κίνδυνον. Τεσσαρεσκαιδεκάτην γὰρ μηνὸς τοῦ πρώτου φυλάττει, τουτέστι, μηνὸς ἑβδόμου κατ' Ἀσιανούς, οὐ τεσσαρεσκαιδεκάτην δὲ σελήνης· οὐκ οἶδα πόθεν λαβοῦσα τοῦτον τὸν θεσμόν. Ὁ μὲν γὰρ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων, τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐχούσης τῆς σελήνης, ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ, ἐν ταύτῃ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ὁ Χριστὸς ἔπαθε. Πόθεν οὖν αὕτη ἡ δυσώνυμος αἵρεσις τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ μηνὸς, οὐκ ἀπὸ τοῦ σεληνιακοῦ εἴληφεν; Ἢ δῆλον, ὅτι παρὰ τοῦ ἀπατήσαντος δαίμονος; Πλὴν καὶ αὐτὴ εἰ καὶ πέπτωκε [a] τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἀριθμοῦ, ἀλλ' ὅμως ἔνθεν ἐπὶ τὴν τριήμερον ἦκει. Καὶ ἐῤῥίφθω μὲν αὐτή. Ἐπειδὴ δὲ ἐδίδαξα ὅτι πᾶσα αἵρεσις σπεύδει δῆθεν τῆς προθεσμίας συναγαγεῖν πλέον ἢ ἔλαττον, θέλω λοιπὸν ἐλέγξαι τοὺς Ἰουδαίους πρότερον, εἶθ' οὕτω τὰς αἰτίας τῆς τῶν Χριστιανῶν συναγωγῆς ἐξειπεῖν. Ἔστηκεν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας αὕτη ἡ προθεσμία τοῦ πάθους, ἰσημερία ἐαρινὴ, τεσσαρεσκαιδεκάτη μὲν τοῦτο κατὰ σελήνην, τριήμερος δὲ, παρασκευὴ, σάββατον, Κυριακή. Τούτων περὶ τὸν τόπον χρῄζομεν, καὶ οὕτω κυρίως γίνεται, οὐ κατὰ καινότητα ἄλλως, ἀλλὰ κατὰ παράδοσιν αὐτοῦ τοῦ Μωϋσέως, τῆς κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτης μετ' ἰσημερίαν φυλαττομένης. Ἔχω μάρτυρας σοφοὺς Ἑβραίους. Οὐ γὰρ τῇ τῶν νῦν Ἰουδαίων ἀφροσύνῃ προσέχειν χρὴ (πάντα γὰρ τὰ τοῦ νόμου δίκαια ἐξηφάνισαν αὐτοί)· ἀλλὰ τῶν σοφῶν Ἑβραίων ἱστορούντων ἀκούειν προσήκει, καὶ ἐκείνων ἀνάγκη τὴν ψῆφον ὁρίζειν· καὶ ἐκκηρύττειν μὲν τούτους ὡς παραβάτας, συνιστάνειν δὲ τὸν ἡμέτερον λόγον, κἀκεῖθεν ἱκανῶς μαρτυρούμενον. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐξεχωρίσαντο. Αὐτίκα γοῦν καὶ τὰ, Γραφὰς δύο καὶ ἑβδομήκοντα σοφῶν μεταβα[λ]λόντων, ἠθέτησαν. Τοσοῦτοι γὰρ Ἰουδαῖοι πρὸς τὴν τοιαύτην ἱστορίαν ἠσχόληντο, ἀρχαῖοι, πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος [277] παρουσίας, ἀριστίνδην ὑπὸ ἀρίστων ἐξειλεγμένοι πρὸς τὴν μεταβολὴν τῶν Γραφῶν, ἔτι καὶ τότε ἐν Ἑβραϊκοῖς χαρακτῆρσιν οὐσῶν εὐδοκίμων. Καὶ ἐδοκιμάσθη ἡ ἑρμηνεία, καὶ ἀραὶ ὑπὸ πάντων τῶν Ἑβραίων ἐτέθησαν, εἴ τις τὴν ἑρμηνείαν παρακινήσειε. Καὶ ταύτας διὰ ταῦτα ἡμεῖς περιέπομεν, ἀκούοντες Μωϋσέως λέγοντος, *Ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα*· οὐκέτι δὲ δύο, ἀλλ' ἐπὶ ἑβδομήκοντα δύο μαρτύρων τὴν μεταβολὴν ἀσμενίσαντες. Ἀλλ' εἰς ὅσον μὲν οἱ σοφοὶ περιῆσαν τῶν Ἰουδαίων, τὰ τῆς μεταβολῆς ἐκρατύνετο· γενομένης δὲ τῆς παρανομίας τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος, ἀπεσβέσθη παρὰ Ἰουδαίοις πάντα κάλλη. Προφήτης ἐστὶν ὁ κηρύττων· *Ἰδοὺ δὴ Κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ καὶ ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, ἰσχὺν ἄρτου καὶ ἰσχὺν ὕδατος, γίγαντα καὶ ἰσχύοντα καὶ ἄνθρωπον πολεμιστὴν, καὶ δικαστὴν, καὶ προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ πρεσβύτερον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν· καὶ ἐπιστήσω νεανίσκους ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ ἐμπαῖκται κυριεύσουσιν αὐτῶν.* Τοῦτο τὸ προφητικὸν λόγιον κατέβαλε τὴν τῶν Ἰουδαίων πληθὺν, καὶ ἐρημία συνέσεως, ἐρημία προφήτου ὑποδεικνύντος τὰ σῴζοντα, καὶ τὰς τῶν ἰδίων σοφῶν παραδόσεις ἠφάνισαν, καὶ τὰ τοῦ νόμου λοιπὸν ἐκινδύνευσε δίκαια. Ὡς οὖν τὰς Γραφὰς μετεκίνησαν, καὶ τὴν ἑρμηνείαν τῶν σοφῶν ἐκείνων ἠθέτησαν, ἑνός τινος προσηλύτου πεισθέντες μεταβολῇ ἐπ' ἀθετήσει τοσούτων ἀνδρῶν καὶ ἀρῶν· οὕτω καὶ τὴν προθεσμίαν τοῦ πάσχα διέφθειραν.

β'. Ἔχομεν μάρτυρας σοφοὺς Ἑβραίους, οἷον Φίλωνα, καὶ Ἰώσηππον, καὶ ἄλλους τινὰς, οἵτινες ἐν τοῖς οἰκείοις συγγράμμασι διαβεβαιοῦνται, ὅτι οὐ δύναται ἀκριβῶς ἄλλως τὸ πάσχα γενέσθαι, ἢ μετ' ἐαρινὴν ἰσημερίαν ἑνστᾶσαν. Καὶ ὁρίζονται οὗτοι ἀνέκαθεν τὸν τοιοῦτον εἱρμὸν τετηρῆσθαι μετὰ τῆς κατὰ σελήνην τεσσαρεσκαιδεκάτης, ὡς πολλάκις ἐῤῥέθη. Οὗτοι δὲ σαφῶς, ὡς πάντες Ἰουδαῖοι ἐπίστανται, μετὰ τὸ Πάθος τοῦ Σωτῆρος ἐγένοντο, πολλῷ τῷ μετέπειτα χρόνῳ βιώσαντες· ὥστε δῆλον εἶναι, ὅτι καὶ ὁ Σωτὴρ ἐν τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἔπαθε μετ' ἰσημερίαν. Ἔχεις τοίνυν καὶ ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν σοφῶν Ἰουδαίους τοὺς νῦν ἀποβλήτους, ἐξ ἀρχῆς μετ' ἰσημερίαν τεσσαρεσκαιδεκάτης σελήνης τὸ πάσχα τοῦ προδότου τελέσαντας. Τοῦτό μοι ἱστάσθω τέως· ἵν' ἐκ τούτου δειχθῇ τὸ προκείμενον. Λοιπὸν γὰρ Ἰουδαῖοι ποιοῦσι τὸ πάσχα πρὸ ἰσημερίας ἀδιαφόρως, ἐκτὸς εἰ μὴ ἐμβολίμου μηνὸς ἐνστάντος ἀκουσίως μετ' ἰσημερίαν παραταθῶσι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστι σκοπὸς, ἀλλ' ἁπλῶς τοῦ συμβάντος. Αὐτίκα γοῦν νῦν εἰς τὸ ἐνεστὼς πρὸ ἰσημερίας ποιοῦσι, καὶ κατηγοροῦνται ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων σοφῶν παραβάται τοῦ χρίσματος. Ἔχομεν δὲ ἡμεῖς τοῦ μυστηρίου τὴν ἰσχὺν ἀσύλητον· ὁ μὲν γὰρ χρόνος, καθ' ὃν ἔπαθεν ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἠγνόηται. Τὰ γὰρ ὑπομνήματα τὰ ἐπὶ Πιλάτου πραχθέντα καὶ τὴν προθεσμίαν περιέχει τοῦ πάσχα. Ἱστορεῖται γοῦν, ὅτι τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν ἀπριλίων ἔπαθεν ὁ Σωτήρ. Αὕτη γοῦν ἡ προθεσμία μετ' ἰσημερίαν συνίσταται, καὶ τοῖς ἀκριβοῦσι κατείληπται. Καὶ ἔχε τοῦτον τὸν κανόνα, ἵνα ἴδῃς, ὅτι Χριστὸς ἐν ταύτῃ τῇ προθεσμίᾳ ἔπαθε, καὶ ἵνα εἰδῶς τηρῇς ἀεὶ μετ' ἰσημερίαν ποιεῖν τὸ πάσχα, Χριστὸν μιμούμενος, καὶ φεύγῃς μὲν τὴν τῶν αἱρετικῶν παρανομίαν, ζητῇς δὲ τὰς αἰτίας τῶν χρόνων. Πειράσομαι δὲ ἤδη ταύτην ἀπαριθμῆσαι κατὰ τόπον, ἵνα ἁρμονίαν δείξω τοῦ μυστηρίου πρὸς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν. Ἔπαθεν ὁ Χριστὸς μετ' ἰσημερίαν, καὶ τῇ παρασκευῇ ἔπαθεν, ὡς ἴσμεν, καὶ αἱ Γραφαὶ μεμηνύκασι, τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κατὰ σελήνην τῆς παρασκευῆς συντρεχούσης· ἐν γὰρ τῷ πάσχα τῶν Ἰουδαίων ἔπαθε· τὸ δὲ πάσχα τῶν Ἰουδαίων τότε πάντας τοὺς χρόνους πρὸς τὸ Πάθος συνήγαγε, καὶ ἰσημερίαν προλαμβάνουσαν, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐνεστῶσαν, καὶ παρασκευὴν καὶ σάββατον καὶ Κυριακὴν συναρμοζόμενος [b]. Διὰ τί ταῦτα γέγονε, καὶ τίνος ἕνεκεν, ἤδη ὀφείλω λέγειν, καὶ ἑκάστου τῶν προκειμένων τὴν θεωρίαν ἀποδοῦναι, οὐκ ἀπὸ γλώττης ἐμῆς σχεδιαζομένου τοῦ λόγου, ἀλλ' ἀπὸ πιστῶν πραγμάτων [278] πιστοῦ δεικνυμένου τοῦ λόγου. Ὅτι μὲν γὰρ ἡ ἰσημερία προέστηκε τοῦ ἀληθῶς πρώτου χρόνου, τοῦτο δῆλον ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ἐστί. Πρῶτον μὲν γὰρ μῆνα ζητοῦμεν διὰ τὸν πρῶτον χρόνον· ὁ δὲ πρῶτος χρόνος ἀρχὴν ὀφείλει ἔχειν τὴν πρώτην ἡμέραν καὶ νύκτα ἐν ἴσῳ διαταχθεῖσαν. Οὐδὲ γὰρ ἄλλη ἥρμοσεν ἀρχὴ τῷ πρώτῳ χρόνῳ, ἢ ἰσότης τῶν εἰρημένων. Ἔδει γὰρ δημιουργεῖσθαι μέλλοντος χρόνου, καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἄρτι παραγενομένων, τὰς ὑπαρξείς τούτων ὡρισμένας δειχθῆναι ἐν ἴσῳ· εἶθ'

[a] Putat Savilius legendum καὶ ἐκ]πέπτωκε.

[b] Savil. ἴσ. συναρμοζόμενα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

οὕτω τῇ κινήσει τὴν ἀνωμαλίαν ἐπιτραπῆναι. Εἰ γὰρ ἡ κίνησις τὸ ἀνώμαλον ἔσχεν, ἡ δημιουργία ὤφειλε τὴν ἰσότητα δεῖξαι. Ὅμως δὲ βούλομαι τοῦτο ἐκ τῆς Γραφῆς παραστῆσαι. *Ἐν ἀρχῇ*, φησὶν, *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*. Εἶτα ἐπάγει, ὅτι σκότος ἦν, καὶ φῶς οὐδέπω ἦν. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα*. Ἔχεις πρώτην ἡμέραν καὶ πρώτην νύκτα Τί γάρ; πῶς εἶπεν, ὅτι « Καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, » ὃ διέταξεν εἰς νύκτα; Τὸ γάρ, *Ἀνὰ μέσον*, εἰς τὰ δύο ἄκρα ποιεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ πάντα, ὅσα ἐδημιούργει ὁ Θεὸς, ἐν ὡρισμένῃ ἐδημιούργει φύσει, εἰκότως καὶ ἡμέραν καὶ νύκτα τὰς πρώτας ἐν ὡρισμένῃ καὶ ἴσως ἐχούσῃ παρῆγε περιγραφῇ, καὶ ἀπαρτίσας τὸ μέτρον, ἐώρα κάλλιστα ἔχειν· εἶθ' οὕτω, καθὰ ἤδη φθάσας εἶπον, τῇ κινήσει λοιπὸν ἀφῆκε τὴν ἀνωμαλίαν ἐργάζεσθαι. Εἰ μέντοι πρώτη στάσις ἐν ἴσῳ, γέγονε τοίνυν ἡ ἰσημερία ἀρχὴ τοῦ χρόνου τοῦ πρώτου, ὡς ἀποδέδεικται. Εἶτα μετὰ ἰσημερίαν (σκόπει ὃ λέγω) τετάρτῃ ἡμέρᾳ γίνεται ἥλιος καὶ σελήνη. Ἰσότης ἰσημερίας εἰσὶν οἱ φωστῆρες. Ἕκτῃ ἡμέρᾳ πλάττει τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἔπειτα τῇ ἑβδόμῃ καταπαύει ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων. Τῇ ἐπιούσῃ, ἥτις ἐστὶν καὶ πρώτη, οἷα τελειωθὲν λοιπὸν τὸ σύμπαν ἀφῆκεν ἐν τάξει φέρεσθαι. Τήρει δὴ γὰρ τούτων τηρουμένων καὶ τῆς σῆς μνήμης παραστάσης εὐδοκιμῆσαι τὸν ἑρμηνεύοντα λόγον. Ἐποίησεν οὕτω τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, καὶ ὡς Θεὸς ἀγαθὸς τοσοῦτον καὶ τηλικοῦτον ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον. Μὴ γὰρ ὅρα αὐτοῦ τὴν ἀδελτηρίαν, ἀλλὰ τὴν πρώτην φαντάζου κατάστασιν. Καὶ γὰρ κατ' εἰκόνα αὐτὸν ἑαυτοῦ ἐποίησε. Καὶ ἵνα δείξῃ αὐτοῦ τὴν φύσιν τοῖς ἄστροις ἀμιλλωμένην, ἐμφαίνει, ὅτι καὶ γυμνὸν ἔθηκεν ἐν τῷ παραδείσῳ στολῆς οὐ χρῄζοντα· οὐδέπω γὰρ ὕβρις συνελήλυθει τῇ ὄψει, ἵνα καὶ σκέπης δέηται ἄνθρωπος. Ἀλλ' ἡ Γραφὴ μαρτυρεῖ, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ὅτι γυμνοὶ ἦσαν, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο. Ἀλλ' ὥσπερ ἥλιος καὶ σελήνη τῇ ἑαυτῶν γυμνώσει ἐγκαλλωπίζονται, οὕτω δὴ καὶ οὗτοι ἠφείθησαν τῇ φυσικῇ εὐπρεπείᾳ ἐνωραΐζεσθαι. Τοσαύτην οὖν εὐεργεσίαν εἰς τοῦτον εἰσενεγκάμενος ὁ Θεὸς, καὶ ἀβροδίαιτον αὐτὸν ἐν παραδείσῳ καταστησάμενος, τῶν τε χαρίτων πλουσίως αὐτῷ μεταδοὺς, καὶ τὴν αὐτοῦ αἴσθησιν κατὰ τὸ δίκαιον ἐπεζήτει, καὶ ὑπακοῇ τιμᾶσθαι τὴν χάριν ἐδίδαξε. Καὶ ἐπειδὴ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἀδύνατον αὐτῷ συμφυλαχθῆναι τὴν δωρεὰν, εἰ μὴ καταφυγῇ καὶ τιμῇ τῇ πρὸς τὸν δεδωκότα Θεὸν, νόμον αὐτῷ φρουρὸν ὁρίζει τῆς φύσεως, ἵνα μνήμῃ καὶ βοηθείᾳ τοῦ νομοθέτου, οἷα ἀγαθοῖς τισι φαρμάκοις φυλάττηται· καὶ ἀθανασίαν μὲν αὐτοῦ τηρουμένου τοῦ νόμου κατεπαγγέλλεται, θάνατον δὲ παραβάντος. Ἀλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων γέγονε τὰ γενόμενα, καὶ φθόνῳ τοῦ διαβόλου πεισθεὶς παραβῆναι τὸν νόμον ὁ ἄνθρωπος, φθαρτὸς γίνεται· καὶ ἔξω τίθεται τοῦ παραδείσου· καὶ λοιπὸν εἰς πλῆθος δοὺς, βίον τε κτηνώδη ἔζη, καὶ ἀθεΐας τε καὶ ἀκολασίας δοχεῖον ἐγίνετο. Καὶ διὰ τοῦτο προφῆται ἐδόων, καὶ περὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ ἀξίας, καὶ μετὰ ταῦτα ἀναξιότητος. *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς*. Τούτων δὴ οὕτως ἐχόντων καὶ ἀπολλυμένης τῆς φύσεως, βουληθεὶς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σὺν πατρικῇ γνώμῃ ἐπαναγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ἐπηρτημένης δίκης ἐξαρπάζειν αὐτὸν, καιρὸν τῆς βοηθείας καὶ τρόπον ἐπινοεῖ· καιρὸν μὲν, ἵν' εὐκαίρως ἐπιστῇ πρὸς τὴν ἴασιν· τρόπον δὲ, [279] ἵνα κατάλληλος αὐτὸς πρὸς τὴν ἐκκαθάρσεως ἀποκατάστασιν γένηται. Καὶ δὴ γενόμενος ἄνθρωπος, μετὰ τοῦ μεῖναι Θεὸς, τὸ παγκόσμιον Πάθος ὑπέμεινεν. Εἶπον πολλάκις περὶ τούτου τοῦ θύματος. Πολλὰ ἔλεγον πρώην, ἐξ αὐτῶν τῶν Ἰουδαίων πρὸς Ἰουδαίους, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων πρὸς Ἕλληνας τὰς ἀποδείξεις ποιούμενος, καὶ ἀποτρόπαιον τοῦτο τὸ σφάγιον καὶ καθαιρετικὸν καὶ δαιμόνων καὶ κινδύνων, καὶ ἐχθρῶν καὶ πάσης αἰσχρότητος τοῖς πράγμασιν ἐμφαίνων· ἵνα μὴ πάλιν τὸν πρὸς ἐκείνους ἄρτι ἀναλαβὼν λόγον, ἐμποδίσω ἐμαυτὸν πρὸς τὸν προκείμενον τοῦ λόγου εἱρμόν. Ἐπειδὴ οὖν ἠβουλήθη ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἀνάστασιν τῷ ἐκπεπτωκότι ἀνθρώπῳ πορίσασθαι, καὶ ἀνανεώσασθαι τοῦτον, καὶ τῷ πάθει τῷ ἰδίῳ ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀνακτίσαι τρόπον, βλέπε τί πράττει· Ἐπειδὴ αὐτὸς ἦν τοῦ πρώτου δημιουργὸς, ἔμελλεν αὐτοῦ καὶ πεσόντος εἶναι θεραπευτὴς ἐπὶ διορθώσει ὅλης τῆς φύσεως. Προστάτει μὲν τῷ πάθει ἑαυτὸν, ὅλον δὲ χρόνον παραλαμβάνει πρὸς ἀνανέωσιν, ὅνπερ καὶ πρὸς τὴν κτίσιν παρείληφεν· ἵνα καὶ τὸ τέλος τῇ ἀρχῇ σύμφωνον φά[ι]νηται, καὶ ὁ τρόπος τοῦ Δημιουργοῦ ὁ αὐτός. Ἠβουλήθη γὰρ, ἐπείπερ καὶ χρόνον καθαρώτατον ὑπεστήσατο ἐπὶ τῇ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πλάσει, οὗτος δὲ ὁ πρῶτος χρόνος ἐμολύνθη διὰ τῆς παραβάσεως, σὺν αὐτῷ τῷ παραβάντι φθαρεὶς, καὶ μεμολυσμένον λοιπὸν τὸν ἑξῆς αἰῶνα ἀπέδειξεν, αὐτὸν τὸν πρῶτον χρόνον ἐπὶ τῷ κατορθώματι τοῦ ἀνθρώπου παρείληφεν[a]· ἵνα σὺν τούτῳ τῇ ἐκ τοῦ πάθους καθάρσει καὶ τὸν ἑξῆς αἰῶνα ἐκ κορυφῆς καθαρώτερον ἀποφήνειεν, ἵνα ἐν ταὐτῷ τὰ πάντα δείξειε, καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἀνανέωσιν, καὶ τὴν τοῦ αἰῶνος καθαρότητα, καὶ τὸν διορθωτὴν καὶ δημιουργὸν τῆς φύσεως ἐξ αὐτῶν τῶν χρονικῶν συμβόλων σαφῶς ἀποδείξειε.

γ'. Τίς οὖν ὁ πρῶτος χρόνος; τίς ἡ κορυφὴ χρόνου τοῦ πρώτου; Ἰσημερία, ἀδελφὲ, ὡς ἐδείξαμεν, ἡμέρα; καὶ νύκτας ἴσα τμήματα ἀπαιτοῦντες, καὶ ἰσημερία ἐαρινή· ὅθεν ὁ τοῦ ἔαρος ἐξ αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀκολουθίας. Ἱστορεῖ γοῦν ὁ Μωϋσῆς, ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἄνθη καὶ τὰ δένδρα καὶ τὰς βοτάνας γενέσθαι· ἔαρος δὲ σύμβολα ταῦτα, τὰ συμφωνοῦντα τῇ τέχνῃ, ὅθῳ καὶ τάξει τοῦ Θεοῦ τὰ πάντα κτίζοντος. Ἐπειδὴ οὖν πρώτη δημιουργία τοῦ ἀνθρώπου μετ' ἰσημερίαν ἐγένετο ἕκτῃ τῆς ἰσημερίας ἡμέρᾳ (τῇ γὰρ παρασκευῇ ἐκτίσθη ὁ ἄνθρωπος), τὸ δὲ τῆς σελήνης πλησιφαὲς καὶ αὐτὸ μετ' ἰσημερίαν ἐδημιουργήθη τετάρτῃ ἡμέρᾳ, διάπτωσις δὲ ἐξ ἁμαρτίας τοῦ ἀνθρώπου ἐγένετο, διὰ τοῦτο τὴν διόρθωσιν αὐτῷ καὶ τὴν ἀνανέωσιν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν αὐτοῦ προθεσμίας ἀναλαμβάνει, καὶ ἰσημερίαν, καὶ τεσσαρεσκαιδεκάτην τὴν μετ' ἰσημερίαν, καὶ ἡμέραν ἔκτην συναγαγὼν, ἵνα διὰ πασῶν προθεσμιῶν τὴν τοῦ παθόντος ἀνάστασιν δείξειε, καὶ τῆς φύσεως ἀνανέωσίν τε καὶ ἀνακεφαλαίωσιν. Διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος ταύτην τὴν ἀνακεφαλαίωσιν ἐμφαίνων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γινομένην ἔλεγεν· *Ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ φρονήσει γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ, κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς*. Ὁρᾷς πῶς ἀνακεφαλαίωσιν τῶν ἐπὶ γῆς λέγει πρὸς τὰ οὐράνια; Ἐκπτώσεως δὲ τοῦ ἀνθρώπου γενομένης καὶ διαμερισμοῦ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας τῶν οὐρανίων ἀγγέλων, εἰς ταύτην ἐπανάγειν διὰ τοῦ πάθους τὴν ἕρωσιν[b] ἡμᾶς προμηθούμενος, τί ἄλλο, ἢ ἀνακεφαλαίωσιν ἀγαθῶν πραγματεύεται; Διὸ καὶ τοὺς χρόνους τῆς δημιουργίας ἐπὶ τῇ διορθώσει παραλαμβάνει, καὶ μυστήριον ἔχεις ἀκοῦσαι μέγιστον. Ἐπειδὴ γὰρ δυσχερῶς οὗτοι οἱ χρόνοι συμπίπτουσι κατὰ τὸν πρῶτον τρόπον εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑβδομάδα (πρόσεχε ὅτι ἡ πρώτη ἑβδομὰς ἐκείνη κατὰ τὴν δημιουργίαν, φημὶ, ἐν αὐτῇ εἶχε τὴν μὲν ἰσημερίαν ἐν ἀρχῇ, ἔπειτα τὴν πλησιφαῆ σελήνην κατὰ τὴν τετάρτην ἡμέραν ὑφεστῶσαν, καὶ τὴν ἕκτην εὐθέως, ἐν ᾗ ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος· οὐ μὴν ἀεὶ τοῦτο συμβαίνειν δύναται κατὰ τὴν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἑβδομάδα)· ἐπειδὴ δυσχερὲς ἦν καὶ δυσπόριστον ἐν μιᾷ ἑβδομάδι [280] κατὰ τὴν πρώτην δημιουργίαν ταύτας ὑφ' ἓν τὰς προθεσμίας συναγαγεῖν, ὥστε συνδρομῆς τούτων πρὸς τὴν τοῦ πάθους οἰκονομίαν ὁ Σωτὴρ ἔχρῃζεν, ἵνα τὴν προκειμένην ἀνακεφαλαίωσιν δείξειε· διὰ τοῦτο πολλάκις ζητούμενος ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀναιρεθῆναι, μήπω τῆς συνδρομῆς τῶν χρόνων ἐκπεπτωκυίας, ὑπέφυγε. Καὶ ἔχεις ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι ἠθέλησαν αὐτὸν συλλαβεῖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ὁ Σωτὴρ ἀνεχώρησε. Καὶ τοῦτο οἱ ἀμαθεῖς τὸ μυστήριον δειλίαν ἐνόμισαν. Οὐκ ἦν δὲ δειλία, ἀλλὰ τῆς συνδρομῆς τῶν προθεσμιῶν ἐπιτήρησις. Ὅτε μέντοι συνήγαγεν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοὺς χρόνους, ὅτε τὴν ἑβδομάδα πρὸς τὴν ἀρχαίαν δημιουργίαν ἥρμοσε, καὶ ἰσημερία καὶ πλησιφαὴς σελήνη καὶ ἡ παρασκευὴ, ἐν ᾗ ἔδει παθεῖν, τὴν ἀνανέωσιν δεικθῆναι σύνδρομον[c], τὸ τηνικαῦτα ἐπιδίδωσι μὲν

[a] Savil. ἴσ. παρειληφέναι. [b] Τὴν ἔρωσιν vitiatum est, cui sit ab imperito scriptore profectum. Opinatur Savil. legendum τὴν στερέωσιν. Forte melius ἕνωσιν. [c] Legendum conjicit Savil. παθεῖν, καὶ τὴν ἀνανέωσιν δεικθῆναι, σύνδρομα.

Digitized by Google

sunt, fideliter explicanda, non ex meo arbitrio, sed ex ipso rerum ordine. Quod enim æquinoctium, primum tempus præcesserit, id ex Dei creatione palam est. Primum namque mensem quærimus per primum tempus : primum vero tempus initium habeat oportet a prima die pariterque a prima nocte. Nullum enim aliud initium primo tempori competit, quam illud quod dictum est. Oportebat enim creationem fieri ante futurum tempus, et cum dies et nox jam adessent, illarum exsistentiam jam æqualiter definiri ; deinde vero ex motu inæqualitatem exsurgere. Nam si motus inæqualitatem habuit, in creatione oportuit æqualitatem demonstrari. Id autem volo ex Scriptura explicare. *In principio*, inquit, *fecit Deus cœlum et terram.* Hinc subdit, Tenebræ erant, et lux nondum erat. *Et dixit Deus : Fiat lux ; et facta est lux. Et divisit Deus inter lucem et tenebras, et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem* (*Gen.* 1. 1-5). Habes primam diem et primam noctem. Quid enim? quomodo divisit Deus inter lucem et inter tenebras, quas constituit esse noctem? Nam illud, *Inter*, duos ponit terminos. Quia enim omnia quæ creavit Deus, in determinata creavit natura, ex consequenti primam diem et primam noctem in determinata et æquali circumscriptione produxit, et cum mensuram perfecisset, vidit illa optime se habere. Deinde, ut jam dixi, ex motu permisit inæqualitatem oriri. Si ergo primus status in æqualitate constitit, æquinoctium primi temporis principium fuit, ut demonstratum est. Deinde post æquinoctium (hic animum adhibe) quarta die fit sol et luna. Æqualitatem æquinoctii faciunt luminaria. Sexta die formatur hominem, ac septima quiescit ab omnibus operibus. Sequenti, quæ est prima, universum jam perfectum suo ordine ferri sinit. Hæc observa et memoria retine, ut dicta explorare possis. Sic Deus hominem fecit, et, ut bonus est, talem et tantum fecit hominem. Ne enim pravitatem ejus, sed primum ejus statum respicias : nam ad imaginem suam fecit illum. Atque ut ostenderet ejus naturam cum stellis concertare, declarat ipsum nudum positum fuisse in paradiso, amictu non egentem : nondum enim talem aspectum contumelia fœdaverat, ut tegumento opus haberet homo. Verum Scriptura testificatur, Deum fecisse hominem, et posuisse illum in paradiso : atque illos nudos fuisse, nec erubuisse. Sed quemadmodum sol et luna nuditate sua splendent et ornantur : sic et hi permissi sunt suo decore splendere. Cum ergo tantum illi beneficium contulisset Deus, illumque in paradisi deliciis constituisset, muneraque sua illi abunde tribuisset, sensum ab eo, ut justum erat, requirebat, docuitque illum ut obedientia gratiam rependeret. Quia vero vidit, fieri non posse ut ille donum servaret, nisi ad Deum datorem confugeret ipsumque honoraret, legem illi præscripsit naturæ custodem, ut ex memoria et ope legislatoris, quasi bonis quibusdam pharmacis custodiretur : immortalitatemque ipsi, si legem servaret, promisit, mortem vero minatus est prævaricanti. Sed his ita gestis, illa acciderunt quæ nota sunt : invidia quippe diaboli suadente, ut legem transgrederetur homo, corruptibilis est effectus, ejicitur que extra paradisum : ac deinceps auctus prole, brutorum vitam duxit, atque impietatis et lasciviæ receptaculum factus est. Ideoque prophetæ clamabant, de illius prisca dignitate, et de postrema turpitudine : *Homo cum in honore esset, non intellexit : comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* (*Psal.* 48. 13). Hæc cum ita se haberent, et humana pereunte natura, volens unigenitus Dei Filius cum paterno placito hominem reducere, illumque ab impendente ultione eripere, tempus et modum auxilii excogitat ; tempus, ut opportune ad medelam adsit ; modum, qui ad purgandum et restituendum illum esset idoneus. Factus igitur homo, Deusque manens, pro toto mundo passus est. De hoc sæpe sacrificio loquutus sum. Multa nuper dicebam, ex ipsis Judæis adducta contra Judæos, et ex gentilibus contra gentiles argumenta sumendo ; et hanc necem dæmonas avertisse et profligasse, necnon pericula etiam, hostes et omnem turpitudinem ejecisse, ex rebus ipsis demonstravi ; neque ultra contra illos agam, ne propositæ rei seriem interpellem. Cum vellet igitur unigenitus Filius Dei resurrectionem lapso homini largiri, illumque renovare, et passione sua in pristinum modum restituere, vide quid fecerit. Quia ipse erat primi hominis Creator, ejus etiam lapsi restaurator futurus erat, ad emendationem totius naturæ : sese quidem passioni offert, totum vero tempus accipit ad renovationem, quod ad creationem acceperat, ut finis principio consentaneus appareret, et modus in Creatore idem esset. Volebat enim, quia tempus purissimum in formatione primi hominis delegerat ; hoc vero tempus pollutum fuerat per prævaricationem, cum ipso etiam prævaricatore, et pollutum sequens sæculum apparebat, ipsum primum tempus in reparatione hominis assumere ; ut cum ipso homine per purgationem ex passione partam sequens sæculum a capite purius exhiberet ; quo in eadem ipsa re omnia ostenderet, et hominis renovationem, et sæculi puritatem et reparatorem Creatoremque naturæ ex ipsis temporum symbolis clare demonstraret.

3. Quod est ergo primum tempus? quod caput primi temporis? Æquinoctium, frater, ut ostendimus, cum dies et noctes, æquales sectiones exquisivimus ; et æquinoctium vernum : tempus enim vernum est ex historiæ serie. Narrat quippe Moyses, tertia die jussisse Deum flores et arbores et plantas fieri. Veris hæc symbola, consona sunt arti, viæ et ordini Dei cuncta creantis. Quia ergo prima creatio hominis post æquinoctium facta est, sexta æquinoctii die (nam in Parasceve creatus est homo), luna vero plena post æquinoctium creata est quarta die, lapsusque hominis per peccatum accidit : ideo emendationem ejus et renovationem, tempore a creatione ejus definito assumit, æquinoctium et decimam quartam post æquinoctium, diemque sextam simul conferens ; ut his omnibus statutis temporibus, ejus qui passus est resurrectionem ostenderet, atque naturæ renovationem et restaurationem. Ideo Apostolus hanc restaurationem a Deo factam declarans, dicebat : *In omni sapientia et prudentia : ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt* (*Ephes.* 1. 8-10). Vides, quomodo restaurationem eorum, quæ sunt in terra, dicat una cum cœlestibus? Lapsu autem hominis incidente, et separatione a pietate cœlestium angelorum, cupiens nos per passionem ad hanc unitatem reducere, quid aliud operatur, quam restaurationem bonorum? Ideoque tempora creationis ad reparationem assumit : ac mysterium maximum audire poteris. Quia enim hæc tempora difficile concurrere possunt secundum priorem modum in unam et eamdem hebdomadam (consideres velim priorem illam hebdomadam, in creatione dico, æquinoctium in principio in se habuisse, deindeque quarta die plenam lunam, et paulo post sextam diem, in qua formatus est homo : illa vero non possunt semper contingere in una eademque hebdomada) : quia ergo difficile erat, ut, quemadmodum in prima creatione, hæ omnes temporum rationes in unum cogerentur, horum tamen concursu ad passionis œconomiam Servator usus est, ut propositam restaurationem exhiberet. Ideoque cum sæpe a Judæis quæsitus fuisset ut interficeretur, quod nondum concursus ille temporum accideret, aufugit. Legis quippe in Evangeliis, voluisse Judæos illum comprehendere, sed ipsum recessisse ; illos vero, qui mysterium ignorabant, ex metu factum putavisse. Non erat autem metus, sed concursus temporum observatio. Cum porro Filius Dei temporum notas collegisset, cum hebdomadam hanc ad illam creationis concinnasset, atque æquinoctium, plenam lunam et Parasceven, in qua passu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rus et renovationem facturus erat, concurrere deprehendisset, tunc sese ad patiendum tradidit. Elevatis autem oculis in cælum, dixit : *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut et Filius tuus clarificet te* (*Joan.* 17. 1) : et discipulis suis : *Venit hora, ut clarificetur Filius hominis* (*Ibid.* 12. 23). Sic curavit unigenitus Filius Dei, omnia illa priora tempora, quibus formatus homo lapsus est, coadunare ad ejus reparationem et apostolicam renovationem naturæ subire, eo quod huic rei necessarius esset temporum concursus. Ideo in passione æquinoctium, ut caput temporis, observatur. Nam ante illud æquinoctium, antequam dies esset, tenebræ erant : neque dignum illo fuisset tenebrarum tempore pati, et lapsum reparare, quia neque primus homo in tenebris, sed post lucem est editus ; post æquinoctium autem dies superior est nocte. Oportebat ergo passionem, restaurandi causa factam, in tali concursu exhiberi, quo lux pietatis augenda erat, dum tenebræ impietatis minuerentur. Sed æquinoctium in passione observatum est ob restaurationem primi temporis ; et Parasceve similiter, quia primus homo illa die formatus est : oportebat qua die formatus ceciderat, eadem emendari. Sabbatum vero ad quietem deputatum dicit Scriptura his verbis : *Et requievit Deus ab omnibus operibus suis die septimo, et sanctificavit illum* (*Gen.* 2. 2. 3). Sic ergo Dominus, restauratione semel facta, postquam in Parasceve passus, omnia opera ad reparationem hominis lapsi consummasset, die septima requiescit, et manet in corde terræ, iis qui inferis erant libertatem donans passione partam. Et Dominus requiescit nunc ab omnibus operibus. Quia lapsus hominis ex prævaricatione apparuit, residuum opus Deo erat, quo illum reduceret. Quod cum in passione fecisset, et hominem qui perierat renovasset, die sabbati paschalis requievit ab omnibus operibus, cum nullum restaret opus agendum ad operationem salutis nostræ. Sic autem et æquinoctium, et Parasceven et Sabbatum secundum priscam seriem observans, una sabbatorum resurrectionis lumen ostendit, idque ex temporis serie. Hæc enim rursum erat prima omnis temporis dies, quam et tunc sensibilis temporis lucem, ex consequenti nunc spiritualis suæ resurrectionis, jam olim constituerat. Cum vero hæc omnia observaverit in prima creatione, plenam scilicet lunam post æquinoctium, ut diximus ; hinc aliud miraculum exsurgit, cujus causa id observatum est. Quia enim tenebræ futuræ erant in passione Servatoris, Græci vero dicunt ex luna subtus currente solis eclipses fieri ; ne quis religionem Græca arte adoriretur, decima quarta luna assumpta fuit, ut cum illa omnino plena, et solis cursui ex diametro opposita orta fuerit, miraculum nullo modo posset obscurari, cum hæc tanti sceleris ultio esse palam videretur, neque ad artem illam recurri posset. Propter hæc omnia Christus in passione veteres illas temporum notas servavit : ideoque nos etiam illas servamus, ut ostendamus et imitemur illa mystica sensa. Sed Christus verum pascha celebrans, ut omnes ab impendente ultione liberet, jure, utpote in vero et proprio Paschate, omnia prædicta tempora in hebdomada antiquo more collegit, ut restaurationem perficeret. Nos vero, quia prædicta tempora non possunt semper concurrere, ad imitationem veri paschatis, quantum possumus, tempora illa colligimus, accuratam illam temporum constitutionem prototypo Paschati Servatoris concedentes. Certe cum Unigenitus semel immolatus sit, et id ad œconomiam satis fuerit ; jam nullus homo immolatur, sed Servator in passione, ad proprii sacrificii imitationem, panem et calicem dat, tum corpus, tum sanguinem arcanis nominibus offerens, jubensque in hac forma Pascha facere.

4. Hanc sequentes imitationem, tempora etiam imitando colligimus, quantum possumus, æquinoctium nempe, decimam quartam lunam et triduum colligentes ; decimam quartam ex necessitate in hebdomada, ut mos antiquus docet, et ipsum triduum ; æquinoctium vero circa tempus Paschæ, quo convenimus. Salvator quidem qui Pascha verissimum exhibuit, quod averteret impudentia mala, dæmonas ; idololatriam, et omnem perniciem, liberam naturam nostram ad beatitudinis adeptionem effecit. Quoniam vero morti et temporibus illis proximus præcepit, ut nos idipsum imitaremur in symbolis ab ipso datis, dicens : *Hoc facite in meam commemorationem* (*Luc.* 22. 19) ; jure singulis annis post æquinoctium id agimus, in omnium nostrum salutem, ut avertamus impendentia mala, et cælestis gratiæ consortes simus, Servatorem imitantes Pascha perficimus cum lætitia et publice. Hac de causa hæreticorum necnon Judæorum ignorantiam circa Paschæ mysterium exuimus ; semperque ad illud assumimus æquinoctium, quarrimusque decimam quartam quæ post æquinoctium accidit, et una Parasceven, Sabbatum et Dominicam, quæ a Domino sic appellatur, ut sæpe dictum est, quia ipse Dominus hæc tempora observavit, ut ostenderet ænigma agni qui secundum legem in Paschate immolabatur, opportune inductum fuisse. Vide namque, frater, quam necessaria res fuit ad veritatis demonstrationem. Jussit Moyses primo mense, quarta decima luna, agnum immolari, quem figuram esse Servatoris prophetæ clamabant : quare comparabant illum Servatori, et dicebant : *Quasi ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram tondente se sine voce* (*Isai.* 53. 7). *Livore ejus nos sanati sumus* (*Ibid.* v. 5). Ideo videns illum præcursor Joannes clamabat : *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (*Joan.* 1. 29). Quia igitur consequens erat, post rem clare gestam, cessare figuram, non aliud definitum tempus expetiit Christus, quam agni mactationem, ut aliud ejus loco allatum ostenderet. Ideo omnia colligit tempora, ut dixi, et concurrit cum Parasceve decima quarta luna : legeque præcipiente post vesperam et inter vespertinas horas jugulari agnum, et diem et horam occisionis servat Salvator : diem, Parasceven, in qua creatus est homo ; horam vero nonam ; et circa illam horam nonam in cruce exspiravit. Vesperam enim a septima hora duci dicunt post sextam ; illud enim, *Inter vespertina* (*Lev.* 23. 5), si a septima incipiatur, centrum perfectum habebit nonam, in qua dicunt sapientes Hebræi agnum mactari. In hac itaque hora mactationis agni in Parasceve Servator, cum reddidit spiritum, loco ænigmatis veritatem induxit, et restaurationem per temporum concentum clare fecit. Et tam necessaria fuit illa inductio, ut in solemnitate Paschæ non potuerint Judæi in festi honorem scelus illud differre, quod certe alii fecissent ; sed semel ad cædem sponte inhiantes, judicium habuere, quod impetui suo opitularetur, nec reveriti sunt, ut inductio illa (in loco agni) manifestaretur. Servatur autem tibi ratio plenilunii, quod in passione fuit. Quia enim sol ob tantum contra Servatorem scelus obscurandus erat a sexta usque ad nonam horam, ut radios quasi oculos suos averteret, ne videret tantum facinus, plena luna in passione determinata est, ne crederent Græci solis eclipsim per concursum lunæ factum fuisse. Sed cum ipsa tantum distaret a sole, necessarium est confiteri, ab eo qui passus est, inductas fuisse tenebras a sexta hora secundum Evangeliorum vocem, quæ tenebræ in Salvatoris passione acciderunt, ut ipse prophetice olim clamabat : ait enim Amos : *Et erit in illa die, dicit Dominus, occidet sol in meridie, et obscurabitur in die lux* (*Amos* 8. 9). Et quia futurum erat, ut dies illa in lucem et tenebras divideretur, Zacharias rursus alius propheta dicit : *Et erit, in die illa non erit lumen : et dies illa nota Domino, non est dies neque nox : et ad vesperam erit lumen* (*Zach.* 14. 6. 7). Et totam illam ancipitem facit per successionem tenebrarum et lucis. Ac quoniam propheta clamabat, Obtenebrabitur sol in meridie, et quidem aliquando dubitaturi erant, num hoc vere accidisset Servatori, necne ; jam ob oculos tuos signum magnum est, quod restitutionem videns quæstionem solvas. Quid ergo sequitur

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

niam longanimitatem segnis evadas, neu te semper voluptatibus dedas. Ne dicas, Interim fruar cupiditate, interim utar juventute : veniet subinde pœnitentiæ tempus ; cras pœnitentiam agam ; senectutis tempore vitam componam. Vanæ sunt hujusmodi cogitationes ; fœda illa tua cupiditatis consilia : malo consiliario uteris voluptate. Dicis, Hodie peccatum admittam, cras pœnitentiam agam. An dominus es diei crastinæ ? quis tibi diei crastinæ sponsor ? Si diligenter audias, neque totus hodiernus dies est tuus : ejus pars præteriit, pars superest : illa jam non tua est, hæc nondum tua. Ais : Fruar hodie voluptate, cras pœnitentiam agam. Quod habes voluptati, quod non tuum est, pœnitentiæ deputas ? Meo potius consilio utere : hodiernam diem pœnitentiæ, peccato ne crastinam quidem depeta. Ideo pulchre divina Scriptura diversis non modis a peccato revocat : *Hodie*, inquit, *si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione* (*Psal.* 94. 8) : et, *Adhortamini vosmetipsos donec hodie nominatur* (*Hebr.* 3. 13). Nam hoc quoque mala sæpe diabolus arte facit. Cum animum videt in peccatorum sensum venire, ac supplicii finem cogitare, tales immittit cogitationes : Junior sum, erit pœnitentiæ tempus, interim hodie utar præsentibus, interim hanc obtinebo litem, illum talem ulciscar, hac cupiditate fruar, ac demum pœnitentiam agam. Venit iterum dies crastina, easdemque tibi immittit cogitationes, iisdem te intercipit diabolicis ratiociniis : futurum ostendit, præsens subtrahit : atque ita quotidie, in præsenti te voluptatibus detinens, in crastino pœnitentiæ spem ostendens, vitam tuam quotidianis in peccatis consumit.

2. Tu vero contra voluptatem milita : audi Dominum clamantem : *Esto hodie benevolus adversario tuo, quamdiu es in via cum eo* (*Matth.* 5. 25). Expedit sane tum omnibus, tum iis qui negotiis dediti sunt ut ne contentiosius lites exerceant. Præstat siquidem te in litibus incertum exitum amico fœdere prævertere, quam spe nixum victoriæ incerto mari confidere. Legis syngraphas tuas, faustum speras exitum : advocatus lucro manum porrigens victoriam promittit, ut mercedem reportet. Interdum etiam judex corruptus exitum causæ pollicetur. Incerta spe niteris. Nam si tu antevertens, judicem corrupisti, alienisque muneribus aperuisti januam ; cogites velim adversarium tuum idipsum meditari, sæpeque tibi tranquillo rerum tuarum cursu naviganti suaserunt ut vela demitteres. Numquamne vidisti mare in littore tranquillum, in alto fluctibus agitari ? Quot tranquillo mari navigantes, in alto pelago fluctibus repentinisque tempestatibus excepti, naufragium fecerunt ? Talis est hujus negotii finis. Interdum initia spem præ se ferunt, finis vero contrarium profert eventum. E re igitur fuerit, ut dixi, pecuniarias lites amice componere, ut in negotii fine amicum tibi devincias : criminales autem non modo non componere, sed etiam ne intentare quidem liceat : sed in his etiam melius est veniæ, quam iræ locum dare. Verum hic non videtur mihi de re pecuniaria solum agi. *Esto*, inquit, *benevolus adversario tuo cito, dum es in via cum eo.* Hoc additamentum præbet mihi occasionem majus quidpiam cogitandi. Nam si de pecuniariis litibus solum ageretur, vel de criminalibus insensibilibusque ; cur adderet, *Dum es in via cum eo ?* quis adversarius cum adversario iter instituat ? quis se socium itineris dederit ei, qui cum animo non consentit ? non timet tabellas sibi furto auferri, testes corrumpi, insidias in via sibi parari ? Invenire ergo debemus adversarium qui nos semper comitetur, cujus societatem, etsi admodum caveamus, effugere non possimus, et hunc cogitare adversarium, quicum nos benevole versari conveniat. Quis ergo est verus ille adversarius ? Si diligenter quæras, corpus animæ : hic est adversarius ejus qui in te est, spiritus. Ne vero putes meum esse sermonem, Paulus confirmet id quod dictum est : *Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem : hæc autem sibi invicem adversantur* (*Gal.* 5. 17). Nec Manichæorum induco doctrinam, neque alium corporis creatorem statuo : sed caro concupiscit adversus spiritum, voluptate utens consiliario ; et spiritus adversus carnem, spe nixus futurorum. Adversantur invicem concupiscentia mundi, et concupiscentia regni cælorum. Hic est adversarius, qui, velim nolim, me comitatur : via quippe est hæc vita. Anima imaginem suam imitari studet, caro in pulverem defluit. Hæc autem sibi invicem adversantur. Huic adversario tuo esto benevolus. Quandonam ? *Dum es in via cum eo* (*Matth.* 5. 25), dum in hac vita degis. Nam si vita finem habeat, nullum ultra tibi pœnitentiæ tempus, *Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi* (*Psal.* 6. 6) ? Huic ergo adversario esto benevolus. Non dixit, Gratificans, sed, *Benevolus.* Ne suave quid facias adversario tuo, sed ut benevolus a voluptatibus ad pœnitentiam revoca. Non te jubet ut salsamentarium omnia ad corporis voluptatem facere ; sed ut medicum agere. Medicus enim sæpe amarum miscet, secat, urit, et illatæ molestiæ mercedem accipit. Licet enim aliquo sensum dolore affecerit, ægroti tamen salutem in scopo habuit. *Ne forte tradat te adversarius judici* (*Matth.* 5. 25), futuro nempe Judici : *Adversarius :* cui si nunc gratificeris, tunc Judex te traditurus est ministro, ultricibus scilicet potestatibus : et in carcerem conjicieris, in tenebras exteriores, locum horrendum. *Non exibis inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Si ante mortem debitum solveris, solutum omnino est : si debitor moriaris, etiam residuum vel minimi debiti a te exigetur. Quid est illud, *Novissimum quadrantem? Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, et reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi* (*Psal.* 75. 11). Hæc cum sciatis, fratres, comparate voluptates cum futuro judicii die, et Judicis sententia : atque tunc scietis quam amara sit voluptas, cum noveritis quantæ amaritudinis sit conciliatrix. Vultisne, ut ex duobus evangelicis conviviis quid admonitionis mutuemur, quis nempe sit voluptuosorum finis, quis vero pœnitentium fructus ? Ne vero mireris si Scriptura voluptuosorum convivia sæpe describat : omnia quippe describit, quid caveas, quid imiteris. Describit voluptuosos, ut perpetua illos infamia notet, utque illos imitari caveas : describit religiosos, ut ad exemplum pœnitentiæ accurras, utque voluptuosum religioso comparans, illum averseris, hunc imiteris. Sitque hoc documentum prudentibus, ut ne spectaculis publicis oculos pascant, neve facile ad hippodromum currant, vel noctu spectandi locum in theatro occupent : vesania quippe est turpium spectaculorum exspectatio. Diem enim antevertunt ex vehementi desiderio, noctu tenebrarum locum occupant, ut turpibus spectaculis oculos oblectent, ac ferarum cumque feris concertantium pugnas videant : sedentque sæpe spectatores, benevolentiam majorem erga feras, quam erga congeneres exhibentes. Non misereris infelicem illum, qui ut ventrem impleat, in ferarum ventrem sponte abit : utque gulæ morbum expleat, libenter sibi in ventre bestiarum sepulcrum parat. Ille intemperantem habet ventrem, tu ne intemperantem oculum habeas. Alius minus ingreditur, ad turpitudinem membra componens, risui sese mercede locans, quem pudet nisi publice vapulet, portarumque fragore genas præparat, novacula pilos detondet, ut ne pilus quidem contumeliis obsit. Alius muliebri saltatione emollitus, illaque imitans quæ virum non decent, dolensque quod non femina sit natus, simulatam naturæ mutationem ambit. Hæcque omnia ventris et quæstus causa facit, res fœdissimas persequens : de quibus hæc Pauli verba dicere par est : *Quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum* (*Philipp.* 3. 19). Ad hæc ne concurratis, ne veloces pedes ad hujusmodi gressus vertatis, neve in convivia vestra fœdas voluptates inducatis. Interdum dicis : Theatrum aversor, nequaquam ad gradus ascendo ; convivium est lætitiæque tempus. At illic turpia theatrorum spectacula exhibetis. Quid tibi

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πονηρῷ κέχρησαι συμβούλῳ τῇ ἡδονῇ. Λέγεις, Ποιήσω τὴν ἁμαρτίαν σήμερον, καὶ αὔριον μετανοήσω. Κύριος εἰ τῆς αὔριον; τίς σοι τῆς αὔριόν ἐστιν ἐγγυητής; Ἐὰν ἀκριβῶς ἀκούσῃς, οὐδὲ ἡ σήμερον ὅλη σή· καὶ τῆς σήμερον τὸ μὲν παρελήλυθε, τὸ δὲ μέλλει· τὸ μὲν οὐκ ἔστι σόν, τὸ δὲ οὔπω σόν. Λέγεις· Σήμερον ποιήσω τὴν ἡδονήν, καὶ μετανοήσω τῇ αὔριον. Ὃ ἔχεις, τῇ ἡδονῇ, τὸ ἀλλότριον, τῇ μετανοίᾳ; Ἐμοὶ μᾶλλον χρῆσαι συμβούλῳ, τὸ σήμερον τῇ μετανοίᾳ, τῇ δὲ ἁμαρτίᾳ μηδὲ τὸ αὔριον. Διὰ τοῦτο καλῶς ὁ θεῖος λόγος διαφόρως ἡμᾶς εἰς ἀνάκλησιν τῆς ἁμαρτίας ἀνακαλούμενος, *Σήμερον*, φησὶν, *ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ*· καὶ, *Παρακαλεῖτε ἀλλήλους, ἕως οὗ τὸ σήμερον καλεῖται*. Ποιεῖ γὰρ καὶ τοῦτο πολλάκις ὁ διάβολος κακοτέχνως. Ὅταν ἴδῃ ψυχὴν ἀρξαμένην αἰσθάνεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων, ἀρξαμένην νοεῖν τῆς τιμωρίας τὸ τέλος, τοιούτους ἐμβάλλει λογισμούς· Νεώτερός εἰμι, καιρὸν ἔχω μετανοίας, τέως σήμερον παρακατάσχω τὴν χρείαν, τέως τῆς δίκης περιγένωμαι· τὸν δεῖνα ἀμύνωμαι, τῆσδε τῆς ἐπιθυμίας ἐκτελέσω τὴν ἡδονὴν, καὶ φθάσω μετανοῆσαι[a]. Ἔρχεται πάλιν ἡ αὔριον, πάλιν σε τοῖς αὐτοῖς διακατέχει διαβολικοῖς διαλογισμοῖς· καὶ πάλιν τὸ μὲν μέλλον ἐπιδείκνυσι, καὶ τὸ παρὸν κατασπᾷ· καὶ οὕτω καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ μὲν σήμερον ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις κατέχων, τὸ δὲ αὔριον ἐν ταῖς ἐλπίσι τῆς μετανοίας ὑποδεικνὺς, παραναλίσκει σου τὸν βίον καθ' ἡμέραν ἁμαρτάνοντος.

β'. Ἀλλὰ σὺ στράτευσαι κατὰ τῆς ἡδονῆς· ἄκουσον τοῦ Κυρίου κράζοντος· *Σήμερον ἴσθι σύνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἕως οὗ εἶ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ*. Καλὸν μὲν οὖν καὶ καθάπαξ καὶ πρὸς τοὺς φιλοπραγμοσύνης ἐρῶντας, ἵνα μηδὲ δίκας φιλονεικότερον ἐγγυμνάζωσιν. Βέλτιον γὰρ καὶ ἐν δίκαις προλαβεῖν φιλικαῖς διαλύσεσι τὸ τῆς δίκης ἄδηλον τέλος, ἢ ταῖς ἐλπίσι τῆς νίκης ἐπερειδομένους ἀδήλῳ καταπιστεῦσαι πελάγει. Ἀναγινώσκεις σου τὰ γραμματεῖα, θαρσεῖς ταῖς ἐκβάσεσιν· ὁ συνήγορος κοιλάνας τὴν χεῖρα τῷ λήμματι ἐγγυᾶται τὴν νίκην, ἵνα περισφίγγηται μισθαρνίᾳ. Ἔνιοτε δὲ καὶ δικαστὴς προδιεφθαρμένος προεπαγγέλλεταί σοι τῆς δίκης τὸ τέλος. Ἀβεβαίοις θαρσεῖς ἐλπίσιν. Εἰ γὰρ σὺ προλαβὼν προδιέφθειρας τὸν δικάζοντα, ἀλλοτρίοις λήμμασι θύραν ἀνοίξας, νόμιζε τὰ αὐτὰ καὶ τὸν διάδικον μελετᾷν· καὶ πολλάκις ἠρέμα σοι τὰ τῆς δίκης εὐδία πλέοντι πείθουσι χαλάσαι περὶ τὸν πλοῦν τὸ ἱστίον. Οὐδέποτε εἶδες θάλασσαν πρὸς αἰγιαλὸν γαλήνην ἔχουσαν, καὶ ἐν τῷ βυθῷ κυραινομένην; Πόσοι μετ' εὐδίας καὶ γαλήνης ἀναπλεύσαντες εἰς τὸ μέσον τοῦ πελάγους, αἰφνιδίοις χειμῶσι χρησάμενοι καὶ κύμασιν ἐναυάγησαν; Τοιαῦτα τῆς δίκης τὰ τέλη· ἐνίοτε τὰ προοίμια μετὰ τῶν ἐλπίδων, καὶ τὸ τέλος ἀντίστροφον τὴν ἔκβασιν τῆς ἐλπίδος ἀπενεγκάμενον. Καλὸν μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, καὶ τὰς χρηματικὰς δίκας φθάνειν διαλύσεσι φιλικαῖς, ἵνα πρὸς τῷ τέλει τῆς δίκης κυβερνήσῃς τὸν φίλον· ἐγκληματικὰς δὲ μηδὲ διαλύεσθαι γένοιτο, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγγυμνάζειν· πλὴν ἀλλὰ κἀκεῖ βελτίων ἡ φειδὼ τοῦ θυμοῦ. Ὅμως οὐ δοκεῖ μοι μόνον περὶ χρημάτων ὁ λόγος ἔχειν τὸ αἴτιον. *Ἴσθι*, φησὶν, *εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ*. Αὕτη ἡ προσθήκη δίδωσί μοί τι καὶ μεῖζον ἐννοεῖν. Εἰ γὰρ περὶ χρηματικῶν δικῶν μόνον ὁ λόγος, ἢ τῶν ἐγκλημάτων τῶν ἀναισθήτων ἔλεγε, διὰ τί προσετίθει, *Ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ*; τίς γὰρ ἀντίδικος ἀντιδίκῳ συνοδεύειν καταδέχεται; τίς κοινωνεῖ τῆς ὁδοιπορίας [290] μὴ κοινωνῶν τῆς γνώμης; οὐ δέδοικε καὶ γραμμάτων κλοπὴν, καὶ μαρτύρων διαφθορὰν, καὶ τὰς κατὰ τὰς λεωφόρους ἐπιβουλάς; Οὐκοῦν ὀφείλομεν εὑρεῖν ἀντίδικον τὸν ἀεὶ συνοδεύοντα, οὗ τὴν συνοδείαν καὶ σφόδρα φυλαττόμενοι φυγεῖν οὐ δυνάμεθα, καὶ τοῦτον ἐννοῆσαι τὸν ἀντίδικον, ᾧ προσήκει μετ' εὐνοίας προσφέρεσθαι. Τίς οὖν ἀκριβής ἐστιν ἀντίδικος; Ἐὰν ἀκριβῶς ἐξετάσῃς, τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς· οὗτος ἀντίδικός ἐστι τοῦ ἐν σοὶ πνεύματος. Καὶ ἵνα μὴ νοήσῃς ἐμὲ εἶναι τὸν λόγον, Παῦλος κυρωσάτω τὸ ῥηθέν· *Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός· ταῦτα δὲ ἀντίκειται ἀλλήλοις*. Καὶ οὐ Μανιχαίων εἰσάγω λόγον, οὐδὲ ἄλλον λέγω σώματος δημιουργόν· ἀλλ' ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, τῇ ἡδονῇ συμβούλῳ χρωμένη· τὸ δὲ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκὸς, ταῖς μελλούσαις ἐλπίσιν ἐπερειδόμενον. Ἀντίκεινται ἀλλήλοις ἐπιθυμία κόσμου καὶ ἐπιθυμία βασιλείας τῶν οὐρανῶν· οὗτός ἐστιν ὁ ἀντίδικος ὁ καὶ ἑκόντος καὶ ἄκοντος συνοδεύων· ὁδὸς γὰρ ὁ βίος. Ἡ ψυχὴ τὴν ἰδίαν εἰκόνα σπεύδει μιμεῖσθαι, ἡ σὰρξ ἐπὶ τὸν χοῦν καταῤῥεῖ. Ταῦτα δὲ ἀντίκεινται ἀλλήλοις. Τούτῳ τῷ ἀντιδίκῳ σου ἴσθι εὐνοῶν. Καὶ πότε; *Ἕως ὅτου εἶ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ*, ἕως ἐν τούτῳ τυγχάνεις τῷ βίῳ. Ἐὰν γὰρ ἡ ὁδὸς τελεσθῇ, οὐκ ἔτι μετανοίας καιρὸς, *Ὅτι οὐκ ἔστι ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου, ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι*; Τούτῳ οὖν ἴσθι τῷ ἀντιδίκῳ σου εὐνοῶν. Οὐκ εἶπε, Χαριζόμενος, ἀλλ', *Εὐνοῶν*. Μὴ τὸ ἡδὺ ποιήσῃς τῷ ἀντιδίκῳ σου, ἀλλ' ὡς εὔνους ἀπὸ τῆς ἡδονῆς εἰς τὴν μετάνοιαν ἀνακάλεσαι. Οὐ κελεύει σε ὡς ὀψοποιῷ χρήσασθαι τῷ σώματι πάντα τὰ ἐξ ἡδονῆς ποιοῦντα· ἀλλ' ὡς ἰατρῷ. Ἰατρὸς γὰρ πολλάκις καὶ πικρὸν κιρνᾷ, καὶ τέμνει, καὶ καίει, καὶ προσλυπῶν μισοῦν λαμβάνει. Εἰ γὰρ καὶ μικρὸν λυπεῖ τὴν αἴσθησιν, ἀλλὰ σκοπὸς ὑγιείας τῷ θεραπευομένῳ. *Μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ· τῷ μέλλοντι κριτῇ· Ὁ ἀντίδικος· ᾧ ἐὰν νῦν σὺ χαρίσῃ, τότε εὑρίσκεταί σε παραδιδοὺς ὁ κριτὴς τῷ ὑπηρέτῃ, ταῖς τιμωρητικαῖς δηλαδὴ δυνάμεσι, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Φοβερὸς ὁ τόπος· Οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως οὗ ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην*. Ἐὰν πρὸ τοῦ θανάτου διαλύσῃς τὸ χρέος, λέλυται· ἐὰν ὀφειλῶν ἀπέλθῃς, καὶ τὸ ἐγκατάλειμμα τῶν ἐλαχίστων ὀφειλημάτων ἀπαιτηθήσῃ. Τί ἐστι, *Τὸν ἔσχατον κοδράντην*; *Ὅτι ἐνθύμιον ἀνθρώπου ἐξομολογήσεταί σοι, καὶ ἐγκατάλειμμα ἐνθυμίου ἑορτάσει σοι*. Ταῦτα εἰδότες, ἀδελφοὶ, παράλληλα θέσθε τὰς ἡδονὰς, καὶ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν τῆς κρίσεως, καὶ τὴν τοῦ δικάζοντος ψῆφον· καὶ τότε νοήσετε πῶς πικρὸν ἡ ἡδονὴ, ὅταν γνῶτε πηλίκης πικρίας γένηται πρόξενος. Βούλεσθε μικρόν τι τὴν Ἐκκλησίαν ἀπὸ δύω συμποσίων ἀναγεγραμμένων ἐν Εὐαγγελίοις νουθετήσωμεν, τί μὲν τὸ τῶν φιληδόνων τέλος, τίς δὲ ὁ τῶν μετανοούντων καρπός; Καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ καὶ πολλάκις καὶ φιληδόνων συμπόσια, γράφει ἡ Γραφή· πάντα γὰρ ἀναγράφει, τί φυλάξῃ, τί μιμήσῃ. Γράφει τὰ τῶν φιληδόνων, ἵνα διηνεκῶς αὐτοὺς στηλιτεύσῃ, καὶ ἵνα σὺ φύγῃς τὴν μίμησιν· γράφει τὰ τῶν φιλοθέων, ἵνα ἐπιδράμῃς τῇ εἰκόνι τῆς μετανοίας, καὶ θεὶς παράλληλα τὸν φιλήδονον καὶ τὸν φιλόθεον, τὸν μὲν ἐκφύγῃς, τὸν δὲ ζηλώσῃς. Ἅμα δὲ καὶ διδασκάλιον ἔστω τοῖς συνιοῦσι, τὸ μὴ σφόδρα ταῖς δημοτελέσι θέαις ἐστιᾶν ὑμῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, μηδὲ προχείρως ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τρέχειν, μηδὲ ἐκ νυκτῶν καταλαμβάνειν τὸ θέατρον· μανικὸν γὰρ θεαμάτων ἀσέμνων ἐλπίς. Καὶ γὰρ προλαμβάνουσι τὴν ἡμέραν τῷ τάχει τῆς προθυμίας, ἐν νυκτὶ τὸν τοῦ σκότους τόπον καταλαμβάνοντες, ἵνα θεάμασιν ἀσέμνοις τὰς κόρας τέρψωσιν, ἢ θηρίων ἀμύνας καὶ θηριομάχων θεάσωνται. Καὶ κάθηνται πολλάκις ἄνθρωποι θεαταὶ, τὰς εὐνοίας ἐπὶ τὰ θηρία μᾶλλον ἢ τοὺς ὁμοφύλους τρέποντες. Καὶ οὐ ταλανίζεις τὸν ἄθλιον, ὃς ἵνα πληρώσῃ τὴν γαστέρα, εἰς θηρίων αὐτομολεῖ γαστέρα· καὶ ἵνα πληρώσῃ τῆς γαστριμαργίας τὴν νόσον, ἡδέως ταῖς [291] κοιλίαις τῶν θηρίων ἐνδάπτεται. Ἐκεῖνος ἀκόλαστον ἔχει γαστέρα· σὺ μὴ λάθῃς ἀκόλαστον ὀφθαλμόν. Ἄλλος γελωτοποιὸς εἰσεισιν, εἰς αἰσχύνην ἑαυτοῦ διαπλάσασθαι μέλῃ, γέλωτι μισθώσας τὴν κεφαλὴν, αἰσχυνόμενος ἐὰν μὴ δημοσίᾳ ῥαπίζηται, καὶ τοῖς κτύποις τῶν πυλῶν[b] προευτρεπίζων τὰς παρειὰς, καὶ ξυρῷ τὰς τρίχας περιαιρῶν, ἵνα μηδὲ θρὶξ μεσιτεύηται ταῖς ὕβρεσι. Ἄλλος ὀρχήσεσι γυναικείαις θρυπτόμενος, καὶ τὰ παρὰ φύσιν μιμούμενος, καὶ λυπούμενος ὅτι μὴ γυνὴ παρὰ τῶν γονέων ἐτέχθη, καὶ τὴν τῆς φύσεως μεταβολὴν φιλοτιμίαν τιθέμενος· καὶ ταῦτα πάντα ποιῶν γαστρὸς ἕνεκα καὶ κέρδους, καὶ τοῖς αἰσχροῖς φιλοτιμούμενος· περὶ ὧν καλὸν εἰπεῖν τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· *Ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν*. Μὴ πρὸς ταῦτα συντρέχετε, μὴ τοὺς πόδας ὀξεῖς ἐπὶ τὰ τοιαῦτα βήματα τρέπετε· ἀλλὰ μηδὲ τοῖς συμποσίοις τὰς ἀσέμνους ἡδονὰς ἐπεισάγετε. Ἐνίοτε λέγεις· Παραιτοῦμαι τὸ θέατρον, οὐκ ἀνέρχομαι τοὺς βαθμούς· ἔστι συμπόσιον καὶ καιρὸς εὐφροσύνης· καὶ

[a] Combefis. περιγένωμαι. Τῆσδε τῆς ἐπιθυμίας ἀπολαύσω, τῆσδε τῆς ἡδονῆς, καὶ φθάσωμαι μετανοήσαι.

[b] Τῶν πυλέων conjicit Villoisonus. Adisis Chardonis Rochettæ *Mélanges*. t. II, p. 244.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐκεῖ τὰ ἄσεμνα τῶν θεάτρων τελεῖτε θεάματα. Τί οὖν ὠφελεῖς τὸ θέατρον βδελυττόμενος; Μὴ γὰρ τοὺς λίθους βδελυττόμεθα; μὴ γὰρ οἱ λίθοι τῶν θεάτρων εἰσὶ κατακεκριμένοι; Ἡ τῶν πραττομένων αἰσχρότης, ἡ τῶν ἀσέμνων θεαμάτων κακία, ἡ διὰ τῶν αἰσθητηρίων τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῆς ἀκοῆς, ὥσπερ διά τινων θυρίδων, τὸν λῃστὴν ἐπεισάγουσα. Ὅταν οὖν παραιτήσῃ τὸ θέατρον, καὶ παρὰ τὴν σεαυτοῦ τράπεζαν τὰς τῶν θεαμάτων ἐπεισάγῃς αἰσχύνας, λέληθας τὸν οἶκον σεαυτοῦ ποιήσας θέατρον. Οὐδὲ γὰρ τοῦ θεάτρου μισῶ τὸν τόπον, ἀλλὰ δέδια τῶν συνιόντων τὸν τρόπον.

γ'. Ἵνα δὲ γνῷς, ὅτι καὶ παρὰ συμπόσια θεάματα πολλάκις ἄσεμνα καὶ βλαβερὰ ταῖς ψυχαῖς ἐπεισαγόμενα, κατακρίσεως αἴτια γίνεται, ὑπομνήσω σε συμποσίου βασιλικοῦ, μᾶλλον δὲ τυραννικοῦ, τοῦ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Εὐαγγελίων ἀναγεγραμμένου. Δεῖπνον ἦν βασιλικόν, μᾶλλον δέ, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, τυραννικόν, γενέθλια Ἡρῴδου, τῆς μιαρᾶς ἀλώπεκος, τοῦ μιαιφόνου θηρίου, τοῦ δολεροῦ· οὗ τὸν τρόπον καὶ ὁ Κύριος ἐπιστάμενος, οὐκ εἶπεν, Εἴπατε τῷ λέοντι τούτῳ (καίτοι τοῦτο τὸ θηρίον ἐδόκει βασιλικὸν), ἀλλ', *Εἴπατε τῇ ἀλώπεκι.* Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἐξουσία λέοντος, ἀλλ' ὁ τρόπος ἀλώπεκος. Συγκροτουμένου δὲ τοῦ συμποσίου, καὶ προελθόντων αὐτῶν εἰς τὸ πίνειν, πάρεισιν ὀρχηστρὶς εἰς τὸ συμπόσιον, αἰσχρὸν θέαμα καὶ ἀδόκιμον, ἐλεεινὸν μέν, καὶ εἶπερ ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τῇ σκηνῇ ἐπεισῆλθε, μήτι γε βασιλικῷ συμποσίῳ. Βούλει γνῶναι τὸ τοῦ συμποσίου θέαμα τὸ αἰσχρόν; Ἀπὸ τῶν βασιλέων ἡ ὀρχηστρὶς, θυγάτηρ τῆς Ἡρωδιάδος· βασιλέως τὸ γένος, καὶ ὀρχηστρίδος ὁ τρόπος. Αὕτη δέ ἐστιν Ἡρωδιὰς ἡ μηδὲ τοῖς τῆς φύσεως ὅροις ἐμμείνασα· ἡ Φιλίππῳ συναφθεῖσα, καὶ Ἡρῴδῃ συνοικοῦσα. Αἴνιγμα τὸ λεγόμενον· καὶ εἰς αἰνιγμάτων γὰρ ζήτησιν ἄγει τῆς ἀκολασίας τὸ τέλος. Ὁ γὰρ Ἡρῴδης παρωσάμενος τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν μνήμην, καὶ τῆς ἀκολασίας ὅλος δοῦλος γενόμενος, ἦν μὲν Ἰουδαίων βασιλεὺς, ἦν δὲ πλέον δοῦλος τῶν ἡδονῶν. Τάχα οἷοι οἱ βασιλευόμενοι, τοιοῦτοι καὶ οἱ δεσπόται. Τοῦ τοίνυν συνοικεσίου τοῦ Ἡρῴδου παραγινομένου, Ἰωάννης μὲν ὁ μέγας, ὁ περισσότερον προφήτου, μετὰ παῤῥησίας τὴν ἀκολασίαν διήλεγχεν· ἤντως γὰρ καὶ περισσότερον προφήτου. Πᾶς γὰρ προφήτης, ἐν ἕξει τῆς ἡλικίας γενόμενος, τότε τῆς χάριτος τῆς προφητικῆς ἠξιώθη· ἔνιοι δὲ καὶ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις· Ἰωάννης δὲ μόνος ἓξ ἔτι μηνῶν ἔχων τὴν σύλληψιν ἐν γαστρὶ, καὶ κατὰ τοὺς τῆς φύσεως νόμους τρεφόμενος, τοῦ ἐν γαστρὶ Θεοῦ, διὰ τοῦ ἀσπασμοῦ τῆς μητρὸς, προεσκίρτησεν, ἀτελὴς τὰ μέλη, τὴν πίστιν τέλειος. Καὶ τάχα σκιρτᾷ ἐν ἀγαλλιάσει τὸ βρέφος, ἐπειγόμενον, εἰ δυνατὸν, προλαβεῖν τὴν προθεσμίαν τῆς φύσεως. Εἶδε τοῦ Δεσπότου τὴν μητέρα παροῦσαν· στενοχωρεῖται τῇ φυλακῇ τῆς γαστρὸς, ἐν ἀγαλλιάσει σκιρτᾷ· καὶ ἐπειδὴ λαλεῖν οὐ δύναται μηδέπω, μηδὲ τὴν γλῶσσαν ἔχων φθέγξασθαι δυναμένην, μηδὲ τὸ στόμα ταῖς προθυμίαις ὑπηρετούμενον, παρὰ τῆς μητρὸς γλῶσσαν χρησάμενος προφητεύει, καὶ φθέγγεται μὲν Ἐλισάβετ· Ἰωάννης δὲ ἀπὸ τῆς γαστρὸς ὑπηγορεύει τὰ ῥήματα. Οὐ δίκαιος [292] οὖν καὶ περισσότερον προφήτου; Ἔστι καὶ ἄλλος λόγος, καθ' ὃν καὶ περισσότερον προφήτου. Οἱ προφῆται τὸ μέλλον προηγόρευον, καὶ ἐπεθύμουν ἰδεῖν ὃ προέβλεπον τῇ ψυχῇ. Διὰ τοῦτο κεκράγασι· *Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν.* Διὰ τοῦτο περὶ αὐτῶν ὁ Κύριος εἶπε· *Πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε· καὶ οὐκ εἶδον, οὐδὲ ἤκουσαν.* Οἱ μὲν οὖν προφῆται τὸ μέλλον προαγορεύουσιν· Ἰωάννης δὲ καὶ τὸν προφητευόμενον δείκνυσι. Προαγορεύει τὸ μέλλον ἐκ τῆς γαστρὸς, καὶ μετὰ ταῦτά φησιν· *Οὗ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος,* μέσος ὑμῶν ἕστηκε. Πῶς δείκνυσιν; *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.* Οὗτος οὖν προφήτης, καὶ περισσότερον προφήτου, οὐκ ἠνεγκε τὸ ἄσεμνον συνοικέσιον, ἀλλ' ὑπὲρ σωφροσύνης παῤῥησιάζεται. Καλὸν τὸ διήγημα ἕκαστον νουθετεῖτω, ὅτι κἂν μὴ ὦσι πρόδηλοι διωγμοὶ, μαρτυρίου καιρὸς πάντοτε. Μὴ γὰρ Ἰωάννῃ προῦθηκέ τις βωμὸν καὶ λίβανον; μὴ γὰρ θύματα καὶ σπονδάς; μὴ γὰρ εἶπεν, Ἄρνησαι τὸν Θεόν; μὴ γὰρ εἶπε, Θῦσον τοῖς εἰδώλοις; Ἀλλ' ὑπὲρ σωφροσύνης ἐλευθερίᾳ παῤῥησιαζόμενος στόματι, μάρτυς τῆς σωφροσύνης εὑρίσκεται. Ἵνα γὰρ γνῷς πόσον δύναται παῤῥησία προφητικὴ, φησὶ πρὸς τὸν βασιλέα· *Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ σου γυναῖκα.* Βλέπεις πῶς κατὰ φύσιν τῇ ἀρετῇ τὸ ἄρχειν τῆς κακίας; Ἡρῴδης βασιλεὺς, δορυφόρους ἔχων, πλοῦτον περιβεβλημένος, δυναστεύων βασιλικὴν δυναστείαν· Ἰωάννης πτωχὸς, ἀνέστιος, ἄπολις, ἀκτήμων, ἄοικος, τοσοῦτον ἐσθίων, ὅσον ἡ φύσις βιάζεται. Ὁ περιβεβλημένος ἐκ τριχῶν καμήλου, τῷ τὴν πορφυρίδα περιβεβλημένῳ νομοθετεῖ· ὁ ἐν ταῖς ἐρήμοις πορευόμενος, τῷ τῶν πολυάνδρων ἄρχοντι πόλεων· ὁ ἀκρίδας ἐκ βοτανῶν [a] ἐσθίων καὶ μέλι ἄγριον, τῷ τὴν λαμπρὰν παρατιθεμένῳ καὶ βασιλικὴν τράπεζαν ἐξ αὐθεντίας προστάττει· *Οὐκ ἔξεστί σοι.* Καίτοι ἐδόκει βασιλεῖ πάντα ἐξεῖναι. Ἀλλὰ *Πάντα ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει.* Ἐπὶ τούτοις δέον εὐχαριστεῖν, δέον εὐεργετεῖν, ἢ προσκυνεῖν τὸν ὑπὲρ σωφροσύνης διδάσκαλον· παρωξύνθη μὲν ὁ Ἡρῴδης, πλέον δὲ παρωξύνθη Ἡρωδιὰς (γείτονες γὰρ τῶν ὀνομάτων, καὶ τοῦ τρόπου πλέον ἢπερ ὁμόζυγοι· καὶ ἔσονται οἱ δύο, οὐκ εἰς σάρκα μίαν, ἀλλ' εἰς ἀπρασίαν μίαν)· καὶ ὑπὲρ τούτων ἐμβάλλουσι τὸν προφήτην εἰς δεσμωτήριον, ἵνα δείξωσι τὴν οἰκείαν ἀσυνεσίαν. *Ἔλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε·* ἀσύνετον δὲ, καὶ προσθήσει τοῦ μισεῖν σε. Ἐμβάλλεται τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ οὐ μεταλλάσσει τὴν παῤῥησίαν. Λῦσον, φησὶ, τὰ μέλη· μόνον λῦσον τὸ ἄδικον συνοικέσιον. Ἐγκαρτεροῦντος δὲ αὐτοῦ τῷ δεσμωτηρίῳ, γίνεται τὸ πικρὸν ἐκεῖνο συμπόσιον, τὸ τυραννικὸν καὶ ὠμόν· οὗ τῆς εὐφροσύνης τέλος, προφήτου φόνος. Εἴσεισιν Ἡρωδιὰς τῆς Ἡρωδιάδος θυγάτηρ, τέκνον τῆς σαρκὸς, τέκνον τῆς ψυχῆς· εἰσεισιν εἰς οἰνωμένον συμπόσιον, ὀρχεῖται δημοσίᾳ ἡ βασίλισσα, ἣν οὐκ ἐχρῆν προκύπτειν κοιτωνίτιδος, ἣν οὐκ ἐχρῆν ἀῤῥένων ὄψεσι θαρσεῖν. Ἀλλὰ τάχα, ὥσπερ Ἰωάννης παρὰ τῆς μητρὸς πρὸ βραχέος ἐχρήσατο γλώσσαν, καὶ ἡ κόρη παρὰ τῆς μητρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ἀναισχυντίας ἐχρήσατο. Εἴσεισιν εἰς τὸ συμπόσιον. Οὐκ ἦρκει τοῦτο τῆς αἰσχύνης ἔχειν τὴν ὑπερβολήν· ἀλλὰ καὶ πῶς εἰσεισιν; ἆρα ὡς βασιλίς; ἆρα σεμνῶς; ἆρα εὐνούχοις, ἆρα θεραπαινίσιν, ἆρα τῷ ἄλλῳ κόσμῳ, καὶ σεμνότητι προσεκοσμήθη; Οὐδαμῶς· ἀλλ' εἰσεισιν ὀρχουμένη. Κακῆς εἰσόδου χείρων ἡ ὑπόθεσις. Καὶ ὠρχήσατο ἐν μέσῳ τοῦ συμποσίου, ἐν τοῖς τῶν ἀκολάστων ὀφθαλμοῖς, ὅτε καὶ ὁ οἶνος τὸ πάθος πλέον ἠρέθιζεν. Καὶ βούλει γνῶναι τὸ χεῖρον; Οὐκ ὀρχεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ καλῶς ὀρχεῖται. Προσθήκη τῆς αἰσχύνης, καὶ τὸ καλῶς μελετῆσαι τὰ κακά. Ἔοικεν γὰρ οὐ παρέργως τὴν αἰσχύνην κατωρθωκέναι. Ἀρέσκει τῷ Ἡρῴδῃ καὶ τοῖς συνανακειμένοις. Καὶ ἡ ἁλώπηξ οὐκ ἐγκαλύπτεται. Βλέπει τοῦ ἀδελφοῦ τὴν θυγατέρα καὶ τῆς κακῶς συνοικούσης ἐν μέσῳ ἀῤῥένων ὀρχουμένην, καὶ οὐ καλύπτεται, ἀλλὰ καὶ ἀρέσκεται, καὶ ἀρέσκει κἀκείνῳ καὶ τοῖς συνανακειμένοις. *Μεθ' ἑσπέραν ὀσιωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.* Ἐβουλόμην αὐτὸν μικρόν τι Παύλῳ μαθητευθῆναι· *Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν* ὀρχήσεις, [293] καὶ τοιαύτη ὀρχήσεις, *οἷα τις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν,* ὡς βασιλέως ὀρχήσασθαι θυγατέρα. *Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ, καὶ οὐ μᾶλλον ἐπενθήσατε.* Ἀλλὰ καὶ ἀρέσκει κακῶς, καὶ μισθὸν λαμβάνει τοῦ κατορθώματος χείρονα, ὥστε τὸν Ἡρῴδην ὁμόσαι· *Αἴτησον ὃ θέλεις, καὶ δώσω σοι, ἕως ἡμίσους τῆς βασιλείας μου.* Ὁρᾶτε τῶν φιληδόνων τὸ τέλος; ὁρᾶτε τῶν φιλοθεαμόνων τὴν αἰσχύνην; Προλαμβάνων ὁμνύεις· *Ὃ ἐὰν αἰτήσῃς, δώσω σοι·* καὶ ποιεῖς αἰτήσεως κύριον, ὀρχηστρίδιον, καὶ προενεχυράζεις τὴν ψῆφον ὅρκου προσθήκῃ. Βλέπεις πῶς βασιλέων ἄξίωμα φιληδονία κατασύρει πρὸς γῆν; βλέπεις ποῦ τὴν βασιλείαν ἀπέῤῥιψεν; « Ὃ ἐὰν αἰτήσῃς, δώσω σοι, καὶ ἕως τοῦ ἡμίσους τῆς βασιλείας. » Τοσούτου κρίνεις τὴν βασίλειον ἀξίαν; Οὕτω προδιεφθάρης τοὺς ὀφθαλμούς; Ἅπαξ ὠρχήσατο τὸ κοράσιον, καὶ ἀπέδου τὸ ἥμισυ· ἐὰν δεύτερον ὀρχήσηται, ἰδιώτης ὁ βασιλεύς. Ποῦ τὸ τῶν φιληδόνων ἄξίωμα; ποῦ τῶν ἀκολάστων ἡ ἀλουργίς; Τὸ ἥμισυ τῆς βασιλείας τοῖς ποσὶ τῆς ὀρχηστρίδος ὑπέῤῥιψας· εὖξαι μὴ πάλιν αὐτὴν ὀρχήσασθαι, ἢ μὴ πάλιν αὐτὴν ὀρχησαμένην εὐδοκιμεῖν· εἰ δὲ μὴ, λείπεταί σοι τὸ προσαιτεῖν. Ἀλλὰ ταύτῃ μὲν ἀκόλαστος

[a] Sic tomo II Operum Chrysostomi, p. 791, Oratione in oraculum Zachariæ, quæ perperam Chrysostomo attributa fuit, ἀκρίδας βοτανῶν legitur. Ἀκρίδας, sic non semel explicat Isidorus Pelusiota, et alii non pauci.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

prodest, quod theatra averseris? num lapides detestabuntur? num lapides theatrorum damnantur? Sane gestorum turpitudo reprehenditur, fœdorum spectaculorum iniquitia, quæ per organa oculorum et aurium, quasi per fenestras furem introducit. Cum ergo theatrum aversans, ad mensam tuam spectaculorum turpitudinem inducis, ignorasne te domum tuam in theatrum vertere? Non enim theatri locum aversor, sed eo convenientium mores.

3. Ut porro noveris ex spectaculis illis turpibus noxiisque in convivia inductis, damnationis causam esse ortam, in memoriam revocabo convivium regium, in Evangeliorum libro descriptum. Cœna erat regia, imo, ut vere dicam, tyrannica, natalia Herodis, sceleratæ vulpis, sanguinariæ dolosæque feræ: cujus mores cum nosset Dominus, non aiebat, Dicite leoni huic, tametsi hæc fera regia videatur; sed, *Dicite vulpi* (*Luc.* 13. 32). Etsi enim potentia leonis erat, at mores vulpis. Convivio autem instructo, et convivis ad potandum coactis, convivio adest saltatrix, miserabile et turpe spectaculum in theatro etiam et in scena, nedum in convivio regio. Vis scire quam turpe fuerit hujusce convivii spectaculum? Ex regibus orta saltatrix, filia Herodiadis: regium genus, saltatricis mores. Hæc est Herodias illa, quæ nec intra naturæ leges sese continuit, quæ Philippo juncta matrimonio erat, et cum Herode habitabat. Ænigma est id quod dico, et in ænigmatum quæstionem ducit lasciviæ finis. Herodes enim abjecta fratris memoria, et lasciviæ servus effectus, Judæorum rex erat; sed multo magis voluptatum servus. Forte tales subditi, quales principes. Ob tale contubernium Joannes ille magnus plus quam propheta libere lasciviam illam redarguebat, et vere plus quam propheta fecisset (*Matth.* 11. 11). Omnes enim prophetæ cum ad maturam pervenissent ætatem, tunc prophetiæ gratia dignati sunt; quidam etiam multo hinc decurso tempore. Joannes vero solus, sex menses in utero emensus, cum secundum naturæ leges aleretur, Deo in utero degenti, salutante matre, exsultavit, membris imperfectus, fide perfectus. Ac forte lætus exsultavit infans (*Luc.* 1. 44); ut, si fieri posset, definitum tempus præverteret. Videt matrem Domini præsentem; arctatur claustro uteri, lætus exsultat; et quia loqui nondum potest, nec linguam habet ad dicendum expeditam, neque os ejus animi desiderio servire potest, matris lingua usus vaticinatur et in Elisabeta loquitur, Joannesque ab utero verba dictat. Annon ergo jure plus quam propheta dicitur? Alia quoque ratione plus quam propheta est. Prophetæ futura prænuntiabant, et ea videre cupiebant, quæ animo prævidebant. Ideo clamabant: *Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis* (*Psal.* 84. 8). Idcirco de illis dicebat Dominus: *Multi prophetæ et justi voluerunt videre quæ videtis, et audire quæ auditis; et non viderunt, neque audierunt* (*Matth.* 13. 17). Prophetæ igitur futura prædicunt: Joannes vero eum quem prædixerant ostendit. Futurum vaticinatur ex utero, et postea dicit: *Cujus non sum dignus ut solvam corrigiam calceamenti* (*Joan.* 1. 27), in medio vestrum stat. Quomodo ostendit? *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (*Joan.* 1. 29). Hic ergo propheta, et plus quam propheta, non tulit turpe contubernium, sed pro castitate fidenter agit. Hæc pulchra narratio singulos moneat, etsi non palam sit persequutio, martyrii tamen tempus semper adesse. Num Joanni quis aram vel thura proposuit? num sacrificia et libamina? num dixit quis, Nega Deum? num dixit, Idolis sacrifica? Sed pro castitate libera voce loquens, castitatis martyr invenitur. Ut discas enim quantum valeat prophetica dicendi libertas, ait ad regem: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui* (*Marc.* 6. 18). Vides quam naturale sit virtuti vitio imperare? Herodes rex erat, satellites habens, divitiis affluens, regia fultus potestate; Joannes pauper, sine lare, sine civitate, inops, jejunus, tantum comedens, quantum natura cogebat: pilis cameli indutus, et purpurato dat legem; qui in deserto vagabatur, ei qui populosis urbibus dominabatur; qui summitatibus plantarum ac melle silvestri (*a*) vescebatur (*Marc.* 1. 6), ei cum auctoritate præcipit, cui lauta et regia mensa apposita erat: *Non licet tibi.* Atqui videbatur regi omnia licere, Sed *Omnia licent, sed non omnia expediunt* (1. *Cor.* 6. 12). Cum ergo debuisset de his gratias agere, vel castitatis doctorem honorare; ad iram concitatus est Herodes, magis autem Herodias (nam nomine affines, moribus etiam conjunctiores erant; et erant duo, non in carnem unam [*Gen.* 2. 24], sed in unam intemperantiam); et his de causis prophetam in carcerem conjiciunt, ut suam ostendant stultitiam. *Argue sapientem, et diliget te* (*Prov.* 9. 8); insipientem etiam, et addet te odio habere. In carcerem conjicitur, nec mutat loquendi libertatem. Solve, inquit, membra; sed solve etiam iniquum conjugium. Dum autem in carcere degeret, agitur convivium illud amarum, tyrannicum, crudele; cujus lætitiæ finis, prophetæ cædes fuit. Intrat Herodias filia Herodiadis, filia carne, filia animo: intrat in ebriosum convivium: saltat publice regina, quam ne ex cubiculo quidem egredi par erat, nec virorum se oculis offerre. Sed fortassis ut Joannes paulo ante matris lingua usus erat, sic puella matris oculis impudicis usa est. Intrat in convivium. Non sufficiebat hoc ad summam impudentiam; sed quomodo intrat? num ut regina? num cum decenti gravitate? num eunuchis, num ancillis stipantibus? num alio ornatu honorifice decorata? Nequaquam? sed saltans intrat. Mali ingressus pejor causa. Et in medio convivio saltabat, in lascivorum hominum conspectu, quando vinum concupiscentiam magis excitabat (*Matth.* 6. 22). Vis scire quid adhuc pejus fuerit? Non saltat modo, sed et bene saltat. Accessio turpitudinis est, mala bene exercitare. Videtur enim non perfunctorie rem turpem tractare. Placet Herodi et una recumbentibus. Vulpes illa non se occultat. Videt fratris et illius cum qua male cohabitabat filiam in medio virorum saltantem, nec erubescit, sed id sibi placet: nam placuit illi et simul discumbentibus. *Cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris* (*Psal.* 17. 26. 27). Vellem illum sub Pauli disciplina aliquamdiu fuisse: *Omnino auditur inter vos* saltatio, et talis saltatio, *qualis ne quidem inter gentes est;* quod saltet regis filia. *Et vos inflati estis, neque potius luxistis* (1. *Cor.* 5. 1. 2). Verum et male placet, et mercedem accipit ipso opere pejorem, ita ut Herodes juraret: *Postula quod vis, et dabo tibi usque ad dimidium regni mei* (*Marc.* 6. 22. 23). Videtis voluptuosorum finem, videtis spectaculis deditorum turpitudinem? Juras prius, *Quodcumque petieris, dabo tibi,* et in saltatricis arbitrio relinquis petitionem, et juramento ceu pignore firmas illam? Viden' quomodo voluptatis amor regum dignitatem ad terram detrahat? viden' quo regnum dejiciat? *Quodcumque petieris, dabo tibi, etiam usque ad dimidium regni mei.* Tanti ergo facis regiam dignitatem? itane corrupti sunt oculi tui? Semel saltavit puella, et dimidium dedisti: si secundo saltaverit, qui rex erat, privatus erit. Ubinam voluptuosorum dignitas? ubi lascivorum purpura? Dimidium regni ad pedes saltatricis projecisti: precare ne secundo saltet, vel ne secundo saltando placeat; alioquin restat tibi ut mendicus sis. Verum hactenus immoderata est mercedis propositio: quænam porro est saltatricis petitio? Non ex tempore donum postulavit, non statim mercedem petiit; sed prius a matre instructa abit, pessimam magistram de mercede consultura. Ecquam postulavit mercedem? *Da mihi hic protinus in disco caput Joannis Baptistæ* (*Marc.* 6. 25). Annon immanem impudentiam lacrymis prosequar? annon rei turpitudinem, regis promissionem, mercedis petitionem? annon jam exhor-

(*a*) In Vulgata legitur, Joannem Baptistam in cibum sumpsisse mel sylvestre et *locustas;* quæ postrema vox est interpretatio vocis Græcæ ἀκρίδες, cum *locustas* tum *summitates plantarum* significantis.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rescitis ob saltantium finem? annon exsecramini plausuum rationes? annon abominamini seminudorum inflexiones? Audesne saltatorem amicum habere? audesne te saltatoris amatorem dicere? Rem non oderis, quæ neglecta spectatoribus risum movet? Risum quidem movet; summe vero culta prophetam occidit. Odio habeamus saltationem, inventionem dæmonum, malorum dæmonum exercitationem. De his contristatus est Herodes (*Marc.* 6. 26); summe contristatus, ut quis dixerit, et imitatur Pilatum, imo Pilati mores; hoc enim, de quo agitur, prius acciderat. Ille manus lavat, et supplicio Christum tradit (*Matth.* 27. 24). Hic quoque contristatur, ac propter tum jusjurandum, tum simul discumbentes annuit. Nonne recte dixit Dominus hodie, Ne jures omnino? Vides Dominum hortantem, Ne jures omnino (*Id.* 5. 34). Cur enim juras, an ut pejerans teipsum illaquees, vel ut juramentum servando, prophetam occidas? Male juravit, pejus juramento stetit, tamen *Propter jusjurandum*, inquit, *et propter simul discumbentes* (*Marc.* 6. 26). Simul discumbentes revereris, et Judicem non times? Et jussit, inquit, *Et statim allatum est caput Joannis Baptistæ in disco, et datum est puellæ* (*Ibid. v.* 27. 28). Ecce amari convivii amariorem finem. Abscinditur prophetæ caput, datur puellæ, puella accipit, non horrescit ad hoc spectaculum, non stupefacta est viso capite, non aversata est guttas sanguinis, vere leænæ crudelis crudelior catulus. In disco ponitur caput prophetæ, in quo cibi ferri solent: illud ipsum vas ciborum et cædis est; eademque hora, stillante adhuc cruore, et capite palpitante, fortasse in convivium allatum caput; motitante adhuc lingua clamabat, Non licet tibi eam habere. Et acceptum attulit matri suæ (*Ibid.*). Accepit saltationis magistra malæ doctrinæ impiam mercedem.

4. Hanc historiam necessario discussimus, ut hominum spectaculis deditorum oculos abstergeremus, et vobis suaderemus talia aversari spectacula. Verum nec in tam tristi narratione orandi finem faciemus, nec ecclesiasticum sermonem saltatrix cohibeat; sed convivio lascivo, tyrannico, amaro opponamus convivium dominicum et humanum, ut intelligamus quantus sit pœnitentiæ fructus. *Rogavit Dominum quidam de Pharisæis ut* ingrederetur, et *manducaret panem* (*Luc.* 7. 36). Intravit Dominus, et discumbebat. Etsi enim noverat invitantium animum, patienter tamen ferebat. Quod enim is qui invitavit hypocrita esset, sequentia demonstrant. Sedente Domino in convivio, *Mulier quædam erat*, inquit, *in civitate peccatrix* (*Ibid. v.* 37); quæ cum audisset quod Jesus illic recumberet, venit domum, et afferens alabastrum unguenti, effudit super pedes Domini, et osculabatur vestigia, et abstergebat capillis suis. Ut porro scias hypocritam fuisse illum qui invitaverat: cogitabat apud se Pharisæus: *Hic si esset propheta, sciret utique, quæ, et qualis sit mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est.* Pharisæi enim non modo hypocritæ erant, sed etiam invidi. Apud te Christus recumbit, etiamsi mores tuos nosset, et nemo invidet: venit peccatrix mulier salutem quærens, et tu invides, o Pharisæe? Fortassis ejus cognatus erat, vel potius dogmatum ejus parens. Ut cognoscas igitur ipsum non esse simpliciter prophetam, sed illum prophetam (nam articuli accessio aliquid significat); quid magnum esset, si nosset mulierem esse peccatricem? Id ex fama disci poterat; id et tu Pharisæus nosti, etsi non propheta. Ostendit aliquid majus illa cognitione. Nam illius fama forte nuntiavit, cum maxime admodum peccatrix esset: Dominus vero ut divinam ostenderet potestatem, Pharisæi ratiocinium novit. Neque enim narratur Pharisæum id alicui recumbentium dixisse; sed hæc intra semetipsum dicebat et ratiocinabatur. Ut ergo cognoscas, illum non modo prophetam, sed illum esse Prophetam: tu intus ratiocinaris, et Dominus id legit; tu cogitationes animo versas, et Dominus invenit, atque medetur: atque ita de duobus debitoribus narrationem instituit, quorum uni quingenta, alteri quinquaginta remisit creditor, dicens, *Quis plus diligit?* Respondente Pharisæo, *Is cui plus donavit* (*Luc.* 7. 42. 43), comparat demum ille Pharisæum cum illa muliere, quæ multorum acceperat peccatorum remissionem: quam non de præterita vita laudo, sed de fine beatam prædico. Nemo illi cum Pharisæis convicietur, Meretrix et impudica fuit. Paulus interpretetur, Paulus mulieri patrocinetur: *Deus qui justificat. Quis est qui condemnet* (*Rom.* 8. 33. 34)? Sed age, historiam hanc subtilius examinemus, ut non modo beatam prædicemus, sed etiam imitemur illam. Venit ad Jesum cum apparatu, unguentum afferens in alabastro, et in oculis lacrymas: inanimatum vas unguenti, animatus fons pœnitentiæ: de corpore carnis unguentum affert, ut exstinguat libidinis fœtorem: fœtidum quippe est peccatum, ut testificatur David: *Putruerunt et corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ* (*Psal.* 37. 6). Omnis qui peccat, fœtet; omnis qui pœnitentiam agit, unguentum præparat. Verum ut in unguentis multa aromata, sic et varia sunt pœnitentiæ genera. Oportet enim multa bona opera multos congerere fructus, qui pœnitentiæ unguentum parent. Vultis nosse mulieris humilitatem? Altera illa mulier unguentum afferens, super Christi caput effundit (*Matth.* 26. 7): nam ex recte factis fiduciam habuit: hæc ex conscientia delictorum non caput audet, sed extrema pedum tantum tangere. Neque minus operantur pedes. Nam si non vestimentum modo, sedetiam fimbria vestimenti perfectam sanitatem credenti largitur, et laudabile reddit credentis furtum (*Ibid.* 9. 20); quanto magis vestigia Christi possunt peccatorum vibices delere? Non ergo unguentum tantum effudit, sed etiam fontes lacrymarum movit. Beati lacus mulieris, unde manant fluvii peccata abluentes. Te illa docent cur nobis Deus oculos dederit. Num tantum ut visui servirent? Hoc et singula bruta animalia habent; imo si accurate quæras, bruta quædam acutius quam nos vident. Nam tibi oculi non ad visum modo, sed etiam ad pœnitentiam usui sunt. Beatus es si lavacrum baptismatis servaveris: si vero ut homo interceptus fuisti, emitte fontes lacrymarum. Habes puteum; ex profundo cordis tristitiam hauri, agita geminas pupillas, effunde lacrymarum fluenta; secundum rationem delictorum sint lacrymæ. Exiguæ stillæ leves festucas auferunt; profunda flumina et torrentes rapidi truncorum onera, et petrarum moles trahere solent. Appende peccata tua. Si leve peccatum est, sufficit paululum lacrymarum; si grande peccatum est, major sit torrens lacrymarum. Si autem cum vitæ fiducia lacrymas in promptu et cor contritum habes, ac non omnes pro te lacrymas fundis, mihi partem lacrymarum commoda; pro fratrum peccatis luge. *Et vos inflati estis, et non potius luxistis* (1. *Cor.* 5. 2). Non peccavit Samuel, sed pro Saüle peccatore luxit. Paulus est vas electionis, sed pro nobis dolet. *Quis scandalizatur*, inquit, *et ego non uror* (2. *Cor.* 11. 29)? Viden' quomodo scandala mea Pauli cor conterant? Utinam autem singuli nostrum peccata sua lacrymis abstergere possent. Imitemur mulierem; lacrymis rigat pedes Jesu, unguento ungit. Lacrymis pedes. Unde peccata, inde remedia. Audisti Dominum hodie dicentem: *Quicumque viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* (*Matth.* 5. 28). Quia ex visu peccatum incepit. Ubi radix libidinis, ibi fons curationis. *Et capillis tersit* (*Luc.* 7. 38). Num quæ unguentum emerat, et alabastrum paraverat, linteum non habuit paratum? annon poterat rigare lacrymis et linteo tergere? At non audet hoc facere: nam linteo abstergere Christo reservabatur (*Joan.* 13. 5). Forte illa timens, cautius agit: non vult enim peccatis corporis remedia adhibere inanimata. Quid enim illi proderat linteum inanimatum tactu corporis Christi sanctificare? Naturam innovat, loco lintei capillis abstergit. Unde peccata, inde remedia. Omnibus membris peccaverat, omnibus membris sanat. Juvenem lascive respexerat; lacrymarum fontes emittit: peccaverat osculis meretricis et manuum tactu animam contaminando; pedes Christi osculatur,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡ τοῦ μισθοῦ πρότασις· οἱ δὲ ἡ τῆς ὀρχηστρίδος αἴτησις; Οὐκ ἐσχεδίασε τὸ δῶρον, οὐκ ἐξ αὐτοσχεδίου τὸν μισθὸν ᾔτησεν· ἀλλὰ προδιδασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς, ἀπέρχεται χρήσασθαι συμβούλῳ τοῦ μισθοῦ τῇ κακῇ διδασκάλῳ. Καὶ ποῖον ᾔτησε μισθόν; *Δός μοι ὧδε ἐξ αὐτῆς ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.* Ἆρα μὴ δακρύσω τῆς αἰσχύνης τὴν ὑπερβολὴν, τοῦ κατορθώματος τὸ αἰσχρὸν, τοῦ βασιλέως τὴν ἐπαγγελίαν, τοῦ μισθοῦ τὴν αἴτησιν; οὐ φρίσσετε λοιπὸν τῶν ὀρχουμένων τὰ τέλη; οὐ βδελύσσετε τῶν κρότων τοὺς λογισμούς; οὐκ ἀποπτύετε τῶν ἡμιγύμνων τοὺς λυγισμούς; Τολμᾷς ὀρχηστὴν φίλον ἔχειν; τολμᾷς σεαυτὸν τάττειν ἐραστὴν ὀρχηστοῦ; Οὐ μισεῖς τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἀμελούμενον γέλωτα καὶ παρὰ τοῖς θεαταῖς ὀφλισκάνει; Ὀφλισκάνει μὲν γέλωτα, εἰς ἄκρον δὲ κατορθωθὲν, προφήτην φονεύει. Μισήσωμεν ὀρχησιν, εὕρημα δαιμόνων καὶ μελέτην κακοδαιμόνων. Ἐπὶ τούτοις ὁ Ἡρῴδης ἐλυπήθη· ἐλυπήθη δὲ ἄκρως, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ μιμεῖται τὸν Πιλᾶτον, μᾶλλον δὲ τὸν τρόπον τοῦ Πιλάτου· προγενέστερον γὰρ τὸ διήγημα. Νίπτεται τὰς χεῖρας ἐκεῖνος, καὶ τῇ ψήφῳ τῇ κολαστικῇ παραδίδωσι· λυπεῖται καὶ οὗτος, καὶ διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους ἐπένευσεν. Οὐ καλῶς ἔλεγεν ὁ Κύριος σήμερον, Μὴ ὁμόσῃς ὅλως; Εἶδες Δεσπότου παραίνεσιν· Μὴ ὁμόσῃς ὅλως. Διὰ τί γὰρ ὀμνύεις, ἢ ἵνα ἐπιορκῶν παγιδεύσῃς σαυτὸν, ἢ εὐορκῶν προφήτην φονεύσῃς; Κακῶς ὤμοσε, χεῖρον εὐόρκωσεν· ὅμως, *Διὰ τοὺς ὅρκους*, φησὶ, *καὶ τοὺς συνανακειμένους.* Τοὺς συνανακειμένους ᾐδέσθης, καὶ τὸν Κριτὴν οὐκ ἐφοβήθης; Καὶ ἐκέλευσε, φησὶ, *Καὶ παραχρῆμα ἠνέχθη ἡ κεφαλὴ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἐπὶ πίνακος, καὶ ἐδόθη κορασίῳ.* Ἴδε τοῦ πικροῦ συμποσίου πικρότερον καὶ τὸ τέλος· τέμνεται ἡ κεφαλὴ τοῦ προφήτου, δίδοται τῷ κορασίῳ, καὶ τὸ κοράσιον δέχεται· οὐ φρίττει τὸ θέαμα, οὐ κατεπλάγη τὴν κεφαλὴν, οὐκ ἀπεστράφη τὰς τῶν αἱμάτων ῥανίδας· ὄντως ὠμῆς λεαίνης σκύμνος ὠμότερος. Ἐπὶ πίνακος τίθεται κεφαλὴ προφήτου, ἐφ' οὗ τὰ ἐδέσματα παραφέρεται· καὶ τὸ αὐτὸ σκεῦος ἐδεσμάτων καὶ φόνου, καὶ αὐτῆς ὥρας ἔτι τοῦ λύθρου στάζοντος, ἔτι παλλούσης τῆς κεφαλῆς, τάχα καὶ εἰς τὸ συμπόσιον παρενεχθεῖσα ἡ κεφαλή· ἔτι τῆς γλώττης σαλευομένης ἐβόα· Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν. Καὶ λαβοῦσα ἀπήνεγκε τῇ μητρὶ αὐτῆς. Ἀπέλαβεν ἡ " ὀρχηστροδιδάσκαλος τῆς κακῆς διδασκαλίας τὸ ἀσεβὲς " κατόρθωμα.

δ'. Τοῦτο μὲν οὖν ἀναγκαίως ἠρευνήσαμεν τὸ διήγημα, ἵνα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν φιλοθεαμόνων ἐκμήξωμεν, καὶ πείσωμεν ὑμᾶς ἀποστρέφεσθαι τὰ τοιαῦτα θεάματα. Ἀλλὰ μὴ καταλύσωμεν τὸν λόγον ἐν σκυθρωπῷ διηγήματι, μηδὲ λόγον ἐκκλησιαστικὸν ὀρχηστρὶς καταστελλέτω, ἀλλ' ἀντιθῶμεν ἀκολάστῳ συμποσίῳ καὶ τυραννικῷ καὶ πικρῷ συμπόσιον δεσποτικὸν καὶ φιλάνθρωπον, ἵνα νοήσωμεν πηλίκος ὁ τῆς μετανοίας καρπός. *Ἠρώτησε τὸν Κύριον τῶν Φαρισαίων τις* εἰσελθεῖν καὶ *φαγεῖν ἄρτον.* Εἰσῆλθεν ὁ Δεσπότης, καὶ ἀνέκειτο. Εἰ γὰρ καὶ ἤδει τῶν καλούντων τὰς γνώμας, ἀλλὰ καὶ μακροθυμῶν ἔφερεν. Ὅτι γὰρ ὁ [294] καλέσας ὑποκριτὴς ἦν, τὰ ἐξῆς δείκνυσιν· Ἀνακειμένου τοῦ Κυρίου καὶ ἔτι ὄντος τοῦ συμποσίου, *Γυνή τις ἦν*, φησὶν, *ἐν τῇ πόλει ἁμαρτωλός.* Ἀκούσασα ὅτι Ἰησοῦς ἐκεῖ κατάκειται, ἔρχεται, φησὶν, εἰς τὸν οἶκον· καὶ κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου, κατέχεεν ἐπὶ τῶν ποδῶν τοῦ Δεσπότου, καὶ κατεφίλει τὰ ἴχνη, καὶ ἐξέμασσε ταῖς θριξὶν αὐτῆς. Ἵνα δὲ γνῶς, ὅτι ὑποκριτὴς ὁ καλέσας, διαλογίζεται ἐν ἑαυτῷ ὁ Φαρισαῖος· *Οὗτος, εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἡ ἁπτομένη αὐτοῦ· ὅτι ἁμαρτωλός ἐστιν.* Οὐ γὰρ ὑποκριταὶ μόνον οἱ Φαρισαῖοι, ἀλλὰ καὶ φθονεροί. Παρὰ σοὶ Χριστὸς ἀνάκειται, καὶ ταῦτα εἰδὼς σου τὸν τρόπον, καὶ οὐδεὶς βασκαίνει· ἦλθεν ἁμαρτωλὸς γυνὴ σωθῆναι, καὶ φθονεῖς, ὦ Φαρισαῖε; Τάχα ἂν... αὐτοῦ συγγενὴς ἦν, μᾶλλον δὲ τῶν δογμάτων προπάτωρ. Ἵν' οὖν γνῷς, ὅτι οὐκ ἔστι προφήτης, ἀλλ' ὁ προφήτης (ἔχει γάρ τι ἡ τοῦ ἄρθρου προσθήκη), τί μέγα ἦν, εἰ ἔγνω ὅτι ἁμαρτωλὸς ἡ γυνή; Τοῦτο καὶ διὰ φήμης ῥᾴδιον ἦν μαθεῖν· τοῦτο καὶ σὺ ὁ Φαρισαῖος, μὴ ὢν προφήτης, ἐγίνωσκες. Δείκνυσιν οὖν τὸ μεῖζον τοῦ εἰδέναι. Τὸν μὲν γὰρ ἐκείνης βίον καὶ φήμη τυχὸν διήγγελλε, καὶ μάλιστα λίαν οὔσης ἁμαρτωλοῦ· ὁ δὲ Κύριος, ἵνα δείξῃ τὴν θεϊκὴν δύναμιν, τὸν διαλογισμὸν ἀνέγνω τοῦ Φαρισαίου. Οὐδὲ γὰρ ἔχει τὸ διήγημα, ὅτι ὁ Φαρισαῖος πρός τινα τῶν ἀνακειμένων εἶπεν, ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ ἔλεγε, καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ. Ἵν' οὖν γνῷς, ὅτι οὐ μόνον προφήτης, ἀλλὰ καὶ ὁ προφήτης· σὺ κινεῖς ἔνδον τὸν λογισμὸν, καὶ ὁ Δεσπότης ἀναγινώσκει· σὺ στρέφεις τὰς ἐννοίας, καὶ ὁ Κύριος εὑρίσκει, καὶ θεραπεύει· καὶ οὕτω τὰ τῶν χρεωφειλετῶν δύο διηγήματα παρήγαγε, τῷ μὲν ὅτι ἀφῆκε πεντακόσια, τῷ δὲ πεντήκοντα, *Τίς πλέον ἀγαπήσει;* λέγων. Ἀποκρινομένου τοῦ Φαρισαίου, *ὯΙ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο*, συγκρίνει λοιπὸν τὸν Φαρισαῖον, κἀκείνην τὴν γυναῖκα τὴν λαβοῦσαν πολλῶν ἁμαρτημάτων συγχώρησιν· ἦν οὐκ ἐπαινῶ τοῦ προτέρου βίου, μακαρίζω δὲ τοῦ δευτέρου τέλους. Μηδεὶς αὐτὴν μετὰ Φαρισαίων ὀνειδιζέτω· Πόρνη ἦν καὶ ἀκόλαστος. Παῦλος ἑρμηνευσάτω, Παῦλος τῇ γυναικὶ συνηγορείτω· *Θεὸς ὁ δικαιῶν. Τίς ὁ κατακρινῶν;* Καὶ φέρε, τὸ διήγημα λεπτότερον ἐξετάσωμεν, ἵνα μὴ μακαρίζωμεν μόνον ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ μιμησώμεθα· Ἔρχεται πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἐμπαράσκευος, κομίζουσα μύρον ἐν ἀλαβάστρῳ, καὶ δάκρυον ἐν ὀφθαλμοῖς· τὸ ἄψυχον σκεῦος τοῦ μύρου, ἡ ἔμψυχος πηγὴ τῆς μετανοίας· ἐκ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς κομίζει μύρον, ἵνα σβέσῃ τὴν τῆς ἀσελγείας δυσωδίαν· δυσώδης γὰρ ἡ ἁμαρτία, καθὰ καὶ Δαυὶδ μαρτύρεται· *Προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου, ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου.* Πᾶς ἁμαρτάνων δυσωδίαν ἐργάζεται· πᾶς μετανοῶν μύρον σκευάζει. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν τοῖς μύροις πολλὰ ἀρώματα, οὕτω καὶ μετανοίας πολλὰ εἴδη. Δεῖ γὰρ πολλὰς πολιτείας καὶ πολλοὺς συναγαγεῖν καρποὺς, ἵνα σκευάσωσι τῆς μετανοίας τὸ μύρον. Καὶ βούλεσθε γνῶναι τῆς γυναικὸς τὴν ταπεινοφροσύνην; Ἄλλη ποτὲ γυνὴ κομίσασα μύρον παρὰ τὸν Χριστὸν, καταχέει τῆς κεφαλῆς· εἶχε γὰρ παῤῥησίαν ἐκ πολιτευμάτων. Αὕτη διὰ τὴν συνείδησιν τῶν πταισμάτων οὐ κατατολμᾷ τῆς κεφαλῆς, ἀλλὰ τῶν ποδῶν ἄκρων ἐφήψατο. Καὶ οὐκ ἔλαττον ἐνεργοῦσιν οἱ πόδες. Εἰ γὰρ οὐ τὸ ἱμάτιον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱματίου τὸ κράσπεδον τελείαν ὑγίειαν τῇ πιστευσάσῃ χαρίζεται, καὶ ποιεῖ τῇ πιστευσάσῃ ἐπαινετὴν τὴν κλοπήν· πόσῳ μᾶλλον τὰ ἴχνη τοῦ Χριστοῦ δύνανται τῶν ἁμαρτημάτων ἀπαλεῖψαι τοὺς μώλωπας! Οὐ τοίνυν τὸ μύρον μόνον κατέχεεν, ἀλλὰ καὶ τὰς πηγὰς τῶν δακρύων ἐκίνησε. Μακάριαι τῆς γυναικὸς αἱ λίμναι, ὅθεν ποταμοὶ θεραπευτικοὶ τῶν ἁμαρτημάτων προχέονται. Σοὶ γενέσθω διδάσκαλος διατί τοὺς ὀφθαλμούς ἡμῖν ὁ Θεὸς κεχάρισται. Ἆρα μόνον ὄψεως ὑπηρέτας; Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων ἕκαστον ἔχει· κἂν ἀκριβῶς ἐξετάσῃς, ἔνια τῶν ἀλόγων καὶ πλέον ὀξυδερκεῖ παρ' ἡμᾶς. Σοὶ γὰρ οὐ μόνον εἰσὶν ὄψεως ὑπηρέται, ἀλλὰ καὶ μετανοίας ἐργάται. Μακάριόν σε φυλάξαι τὸ λουτρὸν τοῦ βαπτίσματος· εἰ δὲ [295] ὡς ἄνθρωπος προελήφθης, κίνησον δακρύων πηγάς. Ἔχεις τὸ φρέαρ· ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας τὴν λύπην ἄντλησον· κίνησον τὰς διδύμους κόρας, πρόχεε δακρύων ῥεύματα· κατ' ἀναλογίαν τῶν πεπλημμεληκότων ἔστω τὰ δάκρυα. Μικραὶ ψεκάδες κοῦφα παραφέρουσι κάρφη· μεγάλα ποταμῶν βάθη καὶ ῥεύματα, χειμάῤῥοι σφοδροὶ καὶ βαθεῖς κορμῶν βάρη καὶ λίθων ἄχθη παρασύρειν πεφύκασι. Στάθμισόν σου τὰ ἁμαρτήματα. Εἰ μικρόν σου τὸ ἁμάρτημα, ἀρκεῖ καὶ βραχὺ δάκρυον· εἰ μέγα τὸ ἁμάρτημα, μείζων ὁ τῶν δακρύων γένοιτο χειμάῤῥους. Εἰ δὲ καὶ παῤῥησίαν ἔχεις βίου, καὶ ἐπιτηδειότητα δακρύων, καὶ καρδίαν κατανενυγμένην, εἰ καὶ μὴ πάντα ὑπὲρ σαυτοῦ δακρύεις, κάμοὶ δάνεισον δακρύων μέρος· δάκρυσον ὑπὲρ ἀδελφικῶν ἁμαρτημάτων. *Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστὲ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε.* Οὐχ ἥμαρτε Σαμουὴλ, ἀλλ' ἐπὶ Σαοὺλ ἡμαρτηκότα πενθεῖ. Παῦλός ἐστι σκεῦος ἐκλογῆς· ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται. *Τίς σκανδαλίζεται*, φησὶ, *καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι;* Ὁρᾷς ὅτι τὰ ἐμὰ σκάνδαλα τὴν Παύλου συντρίβει καρδίαν; Πλὴν ἀλλ' ἕκαστον ἡμῶν γένοιτο τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι μετὰ τῶν δακρύων ἀρκέσαι. Μιμησώμεθα τὴν γυναῖκα· δάκρυσι βρέχει τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἀλείφει τῷ μύρῳ. Δάκρυσι τοὺς πόδας. Ὅθεν τὰ ἁμαρτήματα, ἐκεῖθεν καὶ τὰ ἱάματα. Ἤκουσας τοῦ Κυρίου λέγοντος σήμερον· *Ὃς ἂν ἴδῃ γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοιχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτοῦ.* Ἐπειδὴ διὰ τοῦ βλέμματος ἡ ἁμαρτία κατήρξατο. Ὅπου ἡ ῥίζα τῆς ἀκολασίας, ἐκεῖ ἡ πηγὴ τῆς θεραπείας. *Καὶ ἐξέμασσε ταῖς θριξίν.* Ἆρα ἡ τὸ μύρον ἀγοράσασα, ἡ τὸ ἀλάβαστρον ἑτοιμάσασα, λέντιον οὐκ εἶχε παρεσκευασμένον;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

